6
11 N
14

PLVTARCHI SVMmi & philoſophi & hiſtorici Opus, quod

PARALLELA ET VITAS APPELLANT:
in quo

Vitæ illuſtriſsimorum uirorum, Græcorum ac Romanorum, utiliſsima doctiſsimaq; hiſtoria exponuntur, atq; inter ſe comparantur.

Xylandro
[redacted] ~~AVGVSTANO~~
interprete.

Cum Annotationib. eiuſdem, & Indice copioſo.

AD ILLVSTRISSIMVM, OPTIMVMQVE Principem FRIDERICVM, Comitem Palatinum, S. R. I. Septemuirum Electorem.



HEIDELBERGÆ EXCVDEBAT
Academiæ typographus Ludouicus Lucius,
M. D. LXI.

AD ILLVSTRISSIMVM ATQVE PIISSIMVM PRINCIPEM FRIDERICVM, COMITEM Palatinum ad Rhenum, S. R. Imperij Dapiferum maximum, & Septemuirum Electorem, Ducem Bauariæ, &c. Principem suum Dominumq́ue clementißimum:



[redacted] AVGVSTA
in Plutarchum suum

PRAEFATIO.

VM omnis nostra uita, PRINCEPS clementißime atq; illustrißime, ad imitationẽ DEI Opt. Max. composita esse debet: (qua in re ueræ uirtutis studium consistit) tum nulla est alia uirtus, qua ad Dei exemplum homo propius accedat, quàm misericordia, humanitate, beneficentia. Verùm hæc ipsa secundum DEVM & maximè conueniunt ijs, quos ille in regendo humano genere uicarios sibi constituit, Deosq; eam ob rem nominare non est dedignatus: & neq; salubrius reipublicæ, neq; gratius subditis, neq; pulcrius aut laudabilius omnino quicquam humano & liberali Principe existere potest. Quæ ego nomina tibi, PRINCEPS amplißime, nõ tribui modò iure tuo de multorum ac grauium uirorum sermonibus cognoui: sed & facta tua cum prædicatione eorum comparãs, intra modum te à tuis laudari existimare potui. Quæ enim digna laus, quod præconium pietati tuæ, & ueræ religionis amori, cultui atq; defensioni par excogitari potest? An quisquam ignorat, quantis quamq; continentibus pro Ecclesiæ Dei & reip. Christianæ salute, tranquillitate, atq; amplificatione curis cogitationibusq; distinearis? Non enim uera tantùm pietate DEVS generosam tuam mentem imbuit, itaque formauit, ut sincero æterni numinis cultu nihil antiquius ducas, omniaq; tibi præ eo sordeant: sed & animum eius defendendi, omniq; opera & labore protegẽdi tribuit. Itaque ergo difficilima hac tempestate, qua uetustus ille ue-

ritatis hostis non tantùm debacchatur apertè, mirisq; modis contra eam contendit, sed occultis etiam insidijs, ac sub tilissimis technis eam, & quasi cuniculis quibusdam subruit: facilè omnes pij intelligunt, quantis uigilijs, solicitudinib. curisq;, conatibus eius resistas: quãtum in conseruanda ecclesia, eiusq; pia concordia & pace constituenda elabores: quantum in eius seminaria (Scholam inquam tuam, & collegia, quæ pios uiros & administrationi sacrarum ac ciuiliũ rerum idoneos educent atq; suppeditent) sumptuũ facias. De quibus ego ne hoc loco uerba faciam, ipsa rei moles prohibet: quinimò quicũq; ea uerbis æquare conabitur, id nimirum unum consequetur, ut iudicetur magna (quod aiunt) modis tenuasse paruis. Vt de beneficentia aliquid dicam, ea est tua non tantùm in decernendo beneficio humanitas, sed etiam in maturando alacritas, ut hanc ipsam Plutarchi mei editionem tua in me subleuando munificentia anteuerterit: & quam institueram petitionem, ea mihi in gratiarũ actionem cõmutanda fuerit, nisi re quàm uerbis pietatem declarare meam satius ducerem. Non ergo mirabitur quisquam, me lucubrationi meæ Illustrissimum tuum nomen ueluti tutelaris alicuius numinis signũ præscripsisse: cùm intelligat, me nõ iam insinuare in tuam beneuolentiam, sed pro beneficio, quo abs te sum affectus eximio, qualemcunque grati animi testificationem à me exhiberi. Diu me fortunæ iniquitas presserat, ita quidem, ut sæpenumero de studijs meis liberalibus, in quibus mihi post pietatem sunt omnia, tantùm nõ desperarem. Infelices propè omnes mei erant conatus, ingratiq; labores, & omnino aerem (ut ita loquar) uidebar ferire. Spes plerunq; ad irritum cadebant, unguisq; erant in ulcere, atq; ægritudinem falsæ augebant. Id unum non fefellit, quòd fretus Dei bonitate, certò mihi persuadebã extiturum aliquem, qui indignè afflictis meis rebus opitularetur: & quanquam sæpe frustra laborassem, fore tamen aliquando, ut in nomine Dei iacto reti, bonam traherem prędam. Itaq; cùm hac laboriosissimæ meæ lucubrationis dedicatione (quòd nihil aliud suppeditabat) quęrere

rere aliquem uindicem meis rebus & patronum cogerer: non uirtus modò: Illuſtriſsime PRINCEPS, tua me excitauit, ſed & occaſio confirmauit ut id auderem, quod feci. Ad quem enim alium honeſtè confugiſſem, te præterito, ſcholæ eius, in qua pro uirili mea bonas artes ipſe doceo atque tueor, auctorem, inſtauratorem, atq; amplificatorem? potui'ne ſine periculo in quoquā alio homine maiorem fiduciam collocare? Niſi fortè timere debui, ne, qui Scholam hāc tanta liberalitate & cura foueret ac augeret, is eorū qui in ea bonas literas publicè docent, res cordi ſibi eſſe nollet: & qui multos adoleſcentes nullodum ſe exerente fructu, ſpe tantùm bona ductus aleret, eum indigna fortuna oppreſsi uiri, ſi non docti, at non ineruditi ſaltem, & cuius non contĕnenda eſſent in promptu diligentiæ & laborum tolerantiæ, conatusq; remp. literariam amplificandi documenta, rationem non habiturum? Hoc de inclytis laudatiſſimi Principis uirtutibus aliquis barbarus ferat, omnisq; honeſtatis oſor, iudicium. Me iam tum, cùm ſæpe recordatione priſtinarum, & præſentium ſenſu miſeriarum labefactatus cum deſperatione quaſi colluctarer, Satyrici illud conſolatum eſt, inq; meliorem erexit ſpem: quod ille de ſuo Troiano, nos de te, FRIDERICE Princeps omni laude cumulatiſsime, Muſisque defendendis nate, canere uerè poſſumus:

Et ſpes, & ratio ſtudiorum, in Principe tantùm:
Solus enim triſtes hac tempeſtate Camœnas
Reſpiciet. —

His ergo fretus, obtuli me tibi: & quidem duos mecum deprecatores, miſerias uidelicet meas & Plutarchum adduxi: quorum alteræ miſericordiam tuam commoturæ, alter liberalitatē excitaturus uidebatur. Neq; enim eos mihi imitandos ducebā, qui peſsimo exēplo, parumq; ingenuè, cùm maximè captādi muneris cauſa lucubrationes ſuas Principibus uiris inſcribunt, neſcio quib. tamen utuntur præſcriptionibus, dum quiduis potius fateantur, quàm ſe beneficium petere. quib. intelligebā reſponderi cōmodè poſſe, id

 quod

quod apud Aristotelem Lesbia illa Camœna respondit Alcæo: Si honestum esset quod peterent, non esse cur id dissimularent. Facilè autem impetratum est abs tua clementia, ut homini indignè oppresso subueniret, eumq; sua subleuaret benignitate. Memoria tenebas, sapienter ab Anaxagora dictum ad Periclem, à quo negligentius habebatur: Eos qui lucerna uti uellent, oleũ ei affundere. Sentiebas, eruditis tibi, & reip. literariæ studiosis hominibus opus esse ad Scholam tuam tuendam, amplificandamq;, & obstruendos barbariei ingruenti aditus. Id aũt genus artium (quod ego tracto) quæ ad humanitatẽ pertinent, mirificè ad eam rem conducere. Ac prouidebas, nõ summos modò uiros, quales hîc foues aliquot, sed & mediocres, ac quorum si nõ singularis doctrina, at studium tamẽ & opera laudem mereretur, alendos, educandos, euehendosque ad altiora esse. Non te fallebat, multorum pulcherrimis conatibus iniquitatem fortunæ obstare. Et mouebat te prudentissimum Atheniensium factum: qui cum Phormionem bello Peloponnesiaco classi præfecissent, uirum ut probum, ita egenum: isq; imperium recusaret, quòd se obæratum, animo propterea obnoxio esse, neque satis autoritatis apud milites, neque ad cogitandam belli administrationẽ mentis ob priuatas solicitudines habiturum diceret: ex ærario pecuniam creditoribus eius curauerunt. isque ita tranquillitate animi parta, uictis apud Corinthum Lacędemonijs, optimam patriæ gratiam retulit. Et te quoq; de Xylandro tuo præclari aliquid sperare, siquidem respirare à continentibus miserijs ope tua posset, tua iubebat humanitas. Itaque ergo uertente ad melius rerum mearum statu, & me ad tuam deuoluto Magnificentiam, id sum abs te consecutus, quo nihil debui neque potui magis in uotis habere, & quod aliquot per annos grauissimis laboribus absque ullo penè successu quęsiueram. Pro quo immortali beneficio, equidem ex animo polliceor gratias me illustri tuæ munificentiæ acturum, quoad uixero. & magis adeò re, quàm uerbis, munus meum conficiam: neque patiar ut quisquam

eorum,

eorum, de quibus tua clementia bene merita est, gratitudinis palmam mihi præripiat. Interim Plutarchum hunc meum (quomodo uotiuam tabulam suspēdere Neptuno seruati ex naufragio antiquitùs solebant) tibi, Princeps amplissime, qui portus mihi & aura fuisti, dedico atque consecro. Nihil in præsentia de mea hac lucubratione dicam, ne in publica commoda peccem, si te longiori sermone demorer. Leges tu ea per ocium, ubi uoles, quæ seorsim ad Lectorem mei operis, de dignitate eius atque usu, ac de nostri etiam laboris mole, præfatus sum. Vnum hoc in præsentia addam, te tuo in me beneficio totam tibi ciuitatem eruditorum doctorumque hominum obstrinxisse: & uniuersos artium humanitatis cultores (quos me magnopere laboriosissima hac mea lucubratione demeruisse certus sum) mihi in referenda tuæ Magnificentiæ gratia neque studio neq; opera defuturos: quos tu, optime PRINCEPS, qui meos tibi conatus reipub. literariæ iuuandæ, exornandæque, & eorum qualescunq; successus gratos esse atque acceptos re ipsa declarauisti, iam nunc pro me gratias tibi agere, suamq; meo nomine fidem obligare intelligas. Porrò & ipse æternum IESV CHRISTI patrem, omnium bonorum factorem & autorem & compensatorem, orare nō desistam, ut te illustriss. ac clementiss. PRINCEPS, diu Ecclesiæ suæ, reipublicæque incolumem conseruet, omnia tua consilia gubernet, omnibus actionibus prosperitatem largiatur, & omnia quæ chara habes sua benignitate beet atque foueat: & in id incumbam, ut fructus tuæ in me beneficentiæ non pœnitendos respub. percipiat. Vale. Heidelbergæ tuę, anno ab incarnatione Verbi M. D. LX. Idibus Nouembris.

T. Illustriss. Amplitudinis
obseruantissimus cliens
Guilielmus Xylander
Augustanus.

[redacted] AVGVSTANI

IN PLVTARCHVM SVVM,

Ad candidum atque eruditum Lectorem,

PRAEFATIO.

ON erat mihi, candide Lector, dubium, fore ut, cum hæc mea lucubratio in publicum ederetur, uaria de ea homines etiam non inerudití essent in utramque partem facturi iudicia. Ipsum quidē PLVTARCHI opus, in quo nos in Latinum sermonem conuertendo elaborauimus, ea est dignitate, adeoq; maiestate, ut uereri minimè debuerim, ne, si nobilissimo id PRINCIPIS mei nomini inscripsissem, officere luminibus splendoris eius uiderer: cùm materia saltem, quam ipse tractassem, Principis dignitati præclarè cōueniret. Et uerò cogitabam, plerosq; etiam eorum quibus noster labor non admodum probaretur, ita tamen existimaturos, humilitate nostri muneris, cùm id optima mente Princeps amplissimus accepisset, & non ingratum habuisset, eius humanitatis atq; liberalitatis præstantiam illustrari: cuius uirtutis tanto est maior laus atque pulchrior, quanto minus is, qui fructum eius percipit, meretur. Non debui tamen committere, ut uel abuti ipsius in optimarum disciplinarum cultores benignitate uoluisse censerer, (id quod hominis est nequaquam ingenui, & parum candidi uirtutis alienæ æstimatoris:) uel tam difficilis & molestus ac diuturnus noster labor in rem inutilem aut superuacaneam insumptus uideretur: cùm quidem ipse minimè abundauerim ocio, neque fuerit cur animi causa tantum operæ tantis in miserijs constitutus ludere uellem. Itaq; arbitratus sum rem me lectoribus non ingratam facturum, me quidem dignam, & fortassis publicè non inutilem, si administrati mei in hoc libro elucubrando officij cōsilia rationesq; ederem, do, reprehensiones, quas in eum exstituras coniectura prouidere possum, uel minuerem, uel planè etiam abolerem. Animaduerto autem, eorum qui Græcos Latinè etiam legi libros uolunt (nam cæteris hoc loco respondere nihil attinet) nostram lucubrationem nonnullis improbatum iri: uel quia hæ Vitæ (sic enim uocare liceat) iampridem sint ab alijs traductę in Romanum sermonem: uel quia non uideant, cur melior à me, atq; accuratior debeat expectari, quàm ab illis sit edita, interpretatio. quidam uerò emendari priorem, ubi necessitas id iussisset, non perfici nouam debuisse dicent. Iam primùm libenter fateor, imò autē affirmo sapientissimè præceptum ab antiquis fuisse, Actum ne agas. ut non modò me, sed & quemuis alium parum prudenter facturum asseuerem, qui tam longum opus, siquidem id iam ante esset Latinis literis expositum, denuò uertere aggrederetur: præsertim cùm multi adhuc boni autores Græci sint præ manibus, qui interpretem tantùm non flagitent. Sed profectò si dicendum est id, quod multis argumentis demonstrari, multis etiam grauibus testibus confirmari potest: haud temerè ullum præclarum opus magni alicuius Græci scriptoris tractatum est indigniùs ab interpretibus, atque hoc ipsum, de quo nobis in præsentia est sermo: nam de alijs hîc disputare mitto. Quod si quis me insectandi studio dicere opinatur, næ is parum rectè & conditionem operis Plutarchiani, & meum ingenium considerat. Ego quidem Lapum, Guarinum, Aretinum, Acciaiolum, reliquos, magnæ doctrinæ & facundiæ haudquaquam uulgaris uiros suspicio, & eorum memoriam colo: me autem multis de causis longissimè infra illos, uti par est, colloco. Quod si tamen ij uel incuria lapsi, (quod unum maximè in plerisque interpretibus reprehendo) uel libri menda decepti, uel obscuritate rerum ac sententiarū impediti, infinita

Plutarchi

Plutarchi loca peruerterunt atque corruperunt: non quidem nego uenia eos prosequendos, neque ob id conuicijs lacerandos esse: (cum maximè eorum plerique inter mortales esse ante me natum desierint:) non dissimulandos tamen fuisse eorum errores, quibus tam diuini Operis dignitas fœdata, tot historiarum noticia obliterata, tot grauissimis sententijs tenebræ offusæ sunt, denique sæpissimè non Plutarchi, sed alienus pro genuino sensus interpolatus fuit, nemo peritus atque æquus negabit: quando Erasmus etiam, Budæus, Cælius, ac permulti alij summi nominis uiri, haud rarò eorum lapsus notauerunt, cùm quidem aliud agerent. Rem uerò ita, adeo'que peius, quàm ipse hîc obiter indicauerim, habere, in Annotationibus meis, quanquam pauca de infinitis errata interpretum perstringens, ita perspicuè ostendi, ut fidem me omnibus etiam mediocriter eruditis fecisse dubitare non debeam. Omnino autem hoc uerum est, nemini ex ista antiqua translatione de sensu Plutarchi posse certò constare: neque ullam esse uitam, in qua non aliquid, in plerisque multa, & sæpe plurima, deprauata offendas. Vnde factum est, ut cum hanc translationem quidam in Germanicum sermonem iam olim transfunderet, uir laboriosior quàm doctior, & uel ob ipsum conatum magna laude dignus: is non Plutarchum nostris hominibus, sed nescio quid intricaræ & confusæ ac promiscuæ historiæ, magna cum ueritatis iactura præbuerit, & de malo Latino peiorem Teutonicum ediderit. Porrò autem quis inficias eat, magnum esse Lectori incommodum, magnum tædium uorandum, qui in unius autoris scriptis perlegendis ad tam multa (undecim enim fuerunt, uel plures, quorum opera Latinas Plutarchi Vitas hactenus legimus) & inter se diuersissima styli genera, se cogatur accommodare? quod ijs molestissimum est, quibus potissimùm conuertendis Græcis autoribus inseruitur, nempe qui sua lingua loquentem Plutarchum non audiunt. Quod ipsum ego si respondeam ijs, qui antiquæ translationis emendatione contentos se esse potuisse obijcient, non habituros quo magnopere pugnent opinor. Sed sunt multa alia, quæ ab eo emendandæ antiquæ uersionis consilio hominem circumspectum possint deterrere. Haud scio, an eodem tempore, eadem opera, minori'que etiam molestia de nouo conuerti Plutarchus, quàm uersio illa, ita ut requirebat, emendari possit: adeò infinita passim sunt, quæ medicinam desiderent. Nam qui hactenus professi sunt correctionem, quàm ij præclarè functi sint suscepto munere, in Annotationibus nostris obiter demōstrauimus: ne in errore diutius uersari quosdam pateremur, qui splendidis librorum titulis nimium fidei habent, ideo'que & decipiunt, & decipiuntur. Hoc loco satis est id dixisse, quicunque in se onus illud corrigendi recepisset, eum, cùm capiti mederi deberet, reduuiam (ut est in prouerbio) curaturum fuisse, nisi ita totum opus tractasset, ut aut nihil, aut uestigia saltem leuia pristinæ formæ retineret. Quàm multos autem uerisimile est extituros fuisse calumniatores huiusmodi emendationis? Dicerent, uoluisse me in alieno opere ingeniosum uideri, iniquiùs & asperiùs de multis statuisse, gloriam clarissimorum & me omnibus rebus superiorum hominum mea curiositate conuellere animum induxisse: me, cum isti summam operis confecissent, reliquias modò persecutum, in alienæ laudis partem, ueluti cornices in aliarum ferarum prædam, inuasisse. quidam, etiam si faterentur me plurima restituisse, & malè uersa correxisse, facilè tamen id præstari potuisse opinarentur: quòd addere aliquid inuentis, & limare aliorum opera procliuius esse uidetur, quàm ipsum aliquid excogitare & fabricari. Quæ, & id genus alia, quanquam refutari poterant, tamen

quod cauere posis, stultum est (inquit ille) admittere: id'que eo magis, quòd quamuis accuratissima emendatione, & quasi noua fabricatione ista Latini Plutarchi non modò non sublatum, sed auctum iri illam uarietatis dictionum in uno Opere molestiam atque inconcinnitatem apparebat. Quippe & ipse meum peculiare loquendi genus eram non modò undecim istis additurus, sed illud necessariò singulis, paßimq; interpositurus: nisi si quis opinetur me polypi instar subinde uel posse, uel etiam debere colorem mutare. Habes candide lector, non tam explicata, quàm indicata argumenta, quibus refelli posse eorum sententiam arbitrer, qui uel in antiqua translatione acquiescendum, uel castigandam eam, recudendam'que fuisse sint existimaturi. Reliquum est, ut ijs occurramus, qui à me bonam & fidelem, hoc est priore ista meliorem atque utiliorem, & quæ probari doctis peritis'que hominibus queat, expectari posse tanti Operis interpretationem diffiteantur. Quibus ut respondeamus, consilia nobis huius nostri laboris suscipiendi, & susceptum sufferendi, nouam'que hanc uersionem elucubrandi rationes & præsidia etiam commemoranda sunt. Quod ipsum ita nobis temperandum intelligo, ut ne in iustam arrogantiæ (à qua natura, & consilio, & conditione uitæ sum alienus) reprehensionem incurram: & tamen ea mihi non derogem, quæ nisi in me essent, facilè omnes eruditi perspicere posint, frustra me, & nullo reipublicæ literariæ commodo tantum laboris insumpsisse. Quæ mihi causæ fuerint, aut potiùs qua necessitate compulsus, Philosophiæ & Medicinæ studio desperato, animum ad Grammaticos labores adiecerim, ijs'que sumptus meos ita exsarcire, ut aliqua tamen in parte apud nobilissimas disciplinas hærerem, & quasi extrema linea philosophari possem, intenderim: neque commemorare sanè queo, quin multa mihi, quæ nunc quasi consanuisse uidentur, recrudescant uulnera: & multis bonis uiris non est ignotum. Enimuerò cùm edita Dionis Nicæi Romana historia animaduerterem, me haud infelix tirocinium deposuisse: quòd id meum Opus abundè & pro ætate (quæ etiamnum duobus amplius à trigesimo abest annis) & conditione mea doctis aliquot claris'que uiris probaretur, neque ingratum in publicum exijsset: simul'que res ita meæ hortarentur, statui susceptum munus persequi. Itaque ut primùm defunctus alijs minutis quibusdam negocijs, circumspicere de autore, cui operam nauarem, graui aliquo cœpi, tametsi essent ita multi ad manum, ut delectu admodum opus haberem: nullum tamen scripti genus apparuit, quod nostram operam & magis requireret, & faciliùs impetraret, quàm hoc à Plutarcho de præstantissimorum Græciæ Romanæ'que reipublicæ uirorum rebus gestis atque uitis conditum uolumen: cùm, quòd haud facilè utilius aliud, omni'que fructu locupletius extat: tum, quòd, si ullum aliud, & mendosissimum Græcè, & corruptissimum Latinè circumfertur (quorum alterum paulo pòst, alterum iam antè demonstrauimus.) Neque defuerunt, qui nos ad hoc suscipiendum opus hortarentur, magno & iudicio & autoritate prædìti uiri: quorum consilijs obtemperare, nostræ fuit modestiæ. Hic non nemo audaciæ nos, atque adeò temeritatis insimulabit, & parum prudenter subductis rationibus subijsse huic oneri existimabit. Quòd si ingenuè fatendum est id quod res habet, non nego equidem multo maiores me in progressu operis difficultates sensisse, quàm, cùm ingrederer in tractationem eius, putassem. Est enim omnino illud quod tractauimus, periculosæ plenum opus aleæ, ut Flacci uerbo utar. Codex Græcus, quo usi sumus, Basiliensis, est infinitis in locis uitiatus, aliquando

quando etiam mancus: ut uerè affirmare possim, me ex eo menda multo quàm opinari quisquam posset, plura sustulisse: quorum haud pauca ipsis interpretibus imposuisse, aliquoties annotauimus. Libri alius copia nobis nusquam fuit. Iam interpretibus ipsis, à quibus subsidia speranda erant, opus fuisse auxilio, & quidem haud mediocri, ostensum est. Hæc una fuit, & sanè haud minimi ponderis difficultas. Quid de historiarum ergo obscuritate dicam? de tot, tam'que uariarum, & quæ explicatus habeant minimè faciles, disputationum perplexitate? de tam uarijs armorum, machinarum, nauium, instrumentorum, tum magistratuum, rei nummariæ, uestium, alijs'que id genus appellationibus? quos Latinè exprimere ita, ut commodè & absque errore intelligi queant, non est cuiusuis eruditionis aut industriæ. Quàm sæpe inserti sunt uersus, mutili plerunque, & qui nusquam alibi extent? ut subinde dictionis formam mutauit Plutarchus? quippe modò historiam narrans, modò de naturæ rerum abstrusis rationibus, de uitæ & morum disciplina disputans: iam castrensia, iam forensia negocia explicans. Quæ & alia, quæ studio omisi, permulta, qualia sint, intelligi satis nisi ab expertis nequit. Nam si miserias meas hoc loco, rerum & status mutationem, publicas priuatas'que quibus distinebar interim occupationes, animi'que graues perturbationes, à quibus crebrò interpellatus fui, commemorem: uidebor fortasis moroso alicui circunstantias non ad interpretem, sed ad me priuatim pertinentes, huc aggregare. tametsi boni & humani censoris aliud erit de his rebus iudicium. Certè miserrimum fuit, quod in summa egestate constitutus, cùm tam præclarum opus molirer, ne unum quidem hominem inuenire potui, non iam qui Mæcenatis officio in me fungeretur, sed qui uel minutisimo nos dono afficeret, eo'que utcunque recrearet atque consolaretur. Superest, ut quibus præsidijs fretus tantam molem sustinuerim, & cœptum opus pertexuerim, exponam: nam infortunia mea ferre me & in DEVM fiducia, & melioris status expectatio, & animus iam obducto callo firmatus docuerunt. Principiò, si ingenij mediocrem uim, honesti propositi tenendi peruicacem quandam cupiditatem, Græcæ & Latinæ linguæ peritiam non planè uulgarem, studium, diligentiam'que, & in tractando alieno opere fidem, tum laborum tolerantiam, & reipub. literariæ augendæ promptam uoluntatem ipse mihi derogem: faciam sanè imprudenter. quippe & imparatum me tantum opus aggressum, & omnem in discendis bonis literis operam lusisse dixerim. Deinde ætas, quæ fortasis nonnullis temeritatis erit, & de cæco sui amore, suspecta, cautiorem me profectò quàm securiorem aut confidentiorem fecit: præsertim qui gloriam postremo loco ponerem, neque famæ cupiditate, sed famis metu lucubrarer: scirem'que me omnem doctorum de nobis opinionem in discrimen hac lucubratione deducturum. Et uerò cùm cernerem quibus in rebus alij offendissent, uel nimia sui fiducia, uel oscitantia & incuria ad scopulos deuecti, in quos grauisimè impingerent: ex illis exemplum, mihi ex usu quod foret, capiendum senseram. Aduersus alia incommoda subsidio mihi industriam comparaui: ut, cùm prioribus interpretibus ætate, usu, doctrina, facundiaq; essem inferior, id tamen fide, diligentia, continentiæq; labore consequerer, ut meam, quàm esset ipsorum, uersionem ueriorem multo atque utiliorem ederem. Etenim in eos qui se ad interpretandi hoc negocium sola doctrina & facundia fidentes conferunt, laboris & industriæ securi, rectè competere puto Hippomachi illud aliptæ dictum: qui hominem quendam procerum & longimanum lau-

 dantibus,

dantibus, ut ad pugillationem præclarè inſtructum: Rem ita habere reſpondit, ſiquidem uictoriæ præmium in ſublimi ſuſpenſum detrahere, id eſſet uincere. Denique uerſiculus ille Græcus me conſolabatur,

Καί κε γυνὴ φορέοι ἄχθος, ἐπεί κεν ἀνὴρ ἀναθείη.
Imponente uiro pondus mulier quoque perfert.

Quo indicari arbitror, uirium plerunque ſatis futurum ad perficiendum, ſi modò id, in quo elaboramus, animo ſit forti & toleranti ſuſceptum. Omnino autem Ciceronis illud oraculi loco ducebam: NEMINEM eſſe tam afflictum, qui, ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id quod agit, non poſsit nauare aliquid, & efficere. Quare in ſpem propè certam ueniebam, me, ſi omnem meam eruditionem, ingenium, curam, operam, & induſtriam, ad hoc Plutarchi Opus interpretandum & illuſtrandum contuliſſem, haud infeliciter id, quod inſtitueram, perfecturum. Interim & contra codicis Græci morbos meis uſus & amuletis ſum, & remedijs. Nam & circumſpectè ſingula conſideraui, & cum ſimilibus locis uel ipſius Plutarchi uel aliorum Græcorum Latinorum'ue ſcriptorum magno ſtudio atque cura conquiſitis comparaui: & quicquid alibi obſeruaſſem aut inueſtigaſſem, huc ſolicitè contuli. Vſus ſum & coniecturis meis, quantum eius uel obſcuritas rei, uel mei ingenij tenuitas paſſa eſt. Denique cùm iam maiorem operis partem abſoluiſſem, prodierunt Vitæ Plutarchi Gallica lingua ab Abbate Bellozanenſi Iacobo Amyoto conſcriptæ. Quem cùm præclaram ei libro operam impendiſſe, ex ijs qui linguæ eius ſunt periti (quod mihi datum non eſt) & uſum multis ac bonis codicibus audirem: amicorum adiutus, in primiſq; clariſsimi Iureconſulti Franciſci Balduini (quem, ut ipſius ſumma doctrina & uirtus, & amor in me ſingularis meretur, honoris cauſa nomino) officio, nonnullos, de quibus dubitabam, locos correxi: in haud paucis mea coniectura eſt illius interpretis ſuffragio comprobata. Cæteris ex difficultatibus eodem ferè modo nos extricauimus, meditando, indagando, conferendo, & (ſi nihil aliud poſſemus) diuinando. Neque uerò tantum mihi ſumo, ut omnia me acu tetigiſſe putem: aut in tam longo, graui, uario'que opere nuſquam me allucinatum iactem. nam & meæ imbecillitatis mihi ſum conſcius: & haud ſcio an nemo quiſquam eorum qui hoc ſaxum uoluerint, nuſquam ſeſe lapſum profiteri potuerit. Perfunctum tamen eſſe omni me interpretatorio munere, qua potui ſumma fide, diligentia, & patientia, aſſero. Si quid eſt à me peccatum, id moli Operis, & uarijs animi noſtri curis imputent, atque ætati, multis'que alijs, quibus eramus circumuenti, incommodis: nobis'que gratiam eius faciant æqui periti'que iudices, oro: & de meis erratis uel me, uel alios candidè moneant. Nam & ipſe haud dubito, olim me in hac mea lucubratione deprehenſurum, quæ mutata uellem, & ſim fortaſſe mutaturus: ſicut & in Dione meo haud pauca annotaui, quæ ſuo tempore retractare ſtatui. Annotationes etiam (quarum & antè à me facta eſt mentio) tranſlationi adieci, in quibus de infinita multitudine pauca, ſed grauia interpretum errata demonſtraui, non mehercle ut illis obtrectarem, ſed ut ijs exemplis oſtenderem, quàm non ſuperuacaneus fuiſſet noſter Plutarchi reſtituendi conatus. Explicuimus etiam obiter in gratiam lectoris non doctiſsimi, aut in his rebus uerſatiſsimi permulta obſcura loca, & quæ non omnium cognitioni eſſent obuia. Tanto quidem mihi ea labore ſteterunt, quanto uix ipſa interpretatio: ut condonari ijs, ſi qua alibi peccauimus, haud iniuria debeant. Ordinem Vi-

tarum eum secutus sum, qui est in Græco libro: nam, ut mox ostendam, nequaquam ea sunt, qua hodie leguntur, serie à Plutarcho scriptæ. Sed in hac re nihil est periculi, cùm sint quasi singuli per se libri. Quod ad dictionem meam attinet, equidem uerbum uerbo reddere neque uolui, neque debui. in eo qua potui summa industria fui, ut sensum fideliter exprimerem: quanquam ab ipsis uerbis neque nimis longè, neque nimis crebrò, & ferè coactus necessitate, aut spe perspicuitatis sententiæ adferendæ illectus, discessi. Ab his autem, qui nihil nisi de Cicerone expressum admittunt, & omne id quod Tullianum non sit, fastidiunt, maiorem in modum peto, ut illa sua tam stricta & dura lege si non omnes interpretes, ar me saltem in præsentia liberent. Nam (ut non dissimulem quod sentio) & aliàs ego in eam partem inclino, ut Ciceroni quidem libenter suam autoritatem dignitatem'que, & primum inter Latinos locum deferam: cæteris tamen illustribus, & qui eodem ferè uixerunt tempore, non circumscriptis eius sermonis auctoribus. Et ut in dicendo scribendo'ue omnino Ciceronianum debere esse largiar: in transferendis tamen ex Græca in Latinam linguam uel Philosophis uel Historicis (in utrorumque numero est Plutarchus) rem secus habere dicerem. Est enim interpreti summa attentione efficiendum, ne longiùs à uerbis, à sensu autem eius quem interpretatur, & cuius insistere uestigijs necesse habet scriptoris, minimè deflectat. Quam ad rem qui unum Ciceronem sufficere autumanr, ipsi uiderint: neque enim ego ex ijs sum, qui eum sibi planè familiarem diuturna & adsidua lectione ac meditatione reddiderunt, ac planè edidicerunt. nam ad hoc mihi studium neque uires, neque occasio fuit. Interim non sum tam obnoxij animi, ut fateri me pudeat, à me, ut solius Ciceronis uerbis atque dictione Plutarchum exponerem, neque postulari debuisse: neque ab ullo Ciceroniano fortassis hoc præstari potuisse, nedum à me. Non pœnitebit me successus, si iudicer Latinè scripsisse: hoc est, ubi uel Tullius me, uel Tulliana imitatio deficeret, uel aliorum autorum locutio commodius incideret, Terentij, Cæsaris, Liuij, Sallustij, Vellej, Taciti, Suetonij, aliorum'que elegantium scriptorum usus uocabulis, & dicendi formulis. In id quidem operam dedi, ut Latinè loquerer, & satis perspicuè: barbarismos, & solœcismos, & ambiguitatem, & obscuritatem solicitè uitaui: omnino autem id egi, ut ne mea translatio alium interpretem requireret. Si quod uocabulum uel finxi, uel uulgò usurpatum commoditatis causa assumpsi in meam orationem: id uel necessitate feci coactus, uel quòd perspicuitati uidebar inseruiturus, & circumlocutiones euitaturus: non temerè tamen, neque sine probabili analogia aut ratione feci. Omnino autem, sicubi lectorem dictio non satis polita & elegans, & durior compositio uerborum offendet: cogitet, Græca uestigia & sensum anxiè persequenti interpreti facilè euenire potuisse, ut stylum addictum alteri, & quasi alterius manu ductum, non optimè semper regeret. Denique si ignosci antiquæ translationi potuit, quam Latinissimam esse nemo Latinæ linguæ gnarus dixerit: non magnopere mihi iudicia doctorum æquorum'que (quales præcipuè sunt, qui similí in studio ipsi etiam aliquando occupati fuerunt) reformidanda arbitror. Verùm & hæc, & alia, candido, & magnis laboribus, ærumnosis'que uigilijs non ingrato Lectori consideranda & dijudicanda relinquo, commemorata in hunc præcipuè finem, ut intelligatur, quo consilio, qua solertia uersati in hac prouincia simus: & quantis ærumnis at-

que sudoribus, quanto etiam existimationis meæ periculo partum munus reipublicæ literariæ largiar. Consequens est, ut de ipsius Plutarchi hoc Opere, eius'que maiestate & utilitate nonnihil dicam. De ipso autore non arbitror necessarium multa dicere: quòd neque laudes eius ulla satis potest prædicare facundia: & ita seipsum scriptis suis commendauit, ut nullum porrò præconium requirat. defendere autem quæ in eo nonnulli carpunt, non est huius loci. Patriam habuit Chæroneam, nobilem Bœotiæ urbem. Fuit autem ita Bœotus, ut se facilè contra prouerbium defenderit, quo ei nationi pinguia & crassa illiberalia'que ingenia per ignominiam tribuuntur. Itaque de se quod Pindarus dicit, hoc de Plutarcho rectissimè affirmabimus: eum antiquum Bœotiæ suis conuicium ueris sermonibus refellisse. Quo maiorem meretur admirationem, multos'que simili infamia laborantes in bonam spem studiorum erexit: est enim ita in omni Philosophiæ genere uersatus, ut cum quouis Attico conferri citra periculum possit. De parentibus nihil admodum certi nobis constat: nisi quod Lampriam auum suum, & Nicarchum proauum ipse nominat. De uitæ instituto res ipsa nobis tacentibus loquitur. Vixisse sub Traiano eum, & alij, & Suidas tradit: cuius uerba apponam, sed Latinè. (ridere enim soleo quosdam ita Græcarum literarum peritiam, si dijs placet, ostentantes, ut eas etiam Latinæ orationi nulla uel necessitatis uel elegantiæ ratione infarciant:) Plutarchus, inquit, Chæronensis patria, natione Bœotus, sub Traiano uixit Cæsare, atque etiam antè. Traianus eum consularibus honoribus ornauit: mandauit'que omnibus Illyrici præfectis, ne quid Plutarchi iniussu agerent. Scripsit multa. Hæc Suidas. Magnum ergo ei habitum ab Imperatore honorem apparet. Ipse quidem Plutarchus Neronis & Domitiani, ut quorum tempore uixerit, in Antonio, Pericle, & alibi meminit. Et Sosius iste Senecio, cuius multa in scriptis Plutarchi & amica mentio est, quatuor Consulatus sub Traiano gessit: ut est in Annalibus annotatum. Nam Apophthegmata ipsi Traiano inscribuntur, Plutarchi sanè nomine: sed nostri'ne Plutarchi id sit opus, an ab alio, & fortassis filio, ex scriptis eius consarcinatum, quæri (ut puto) non abs re potest. Extat etiam Latina Epistola Plutarchi ad Traianum, Politicis eius præmissa: quæ ostendit, eum Traiani fuisse præceptorem. Sed quia ea in Græco non habetur, suspecta mihi est. Sacerdotem Pythij Apollinis se fuisse, ipse in libello An seni gerenda respublica, indicat. Verisimile est, scriptas esse à Plutarcho has Vitas, cùm iam prouecta esset ætate: id'que post reliquos libros, & ipse etiam Romanarum Quæstionum suarum mentionem in Romulo & Camillo facit. Cætera persequi, non est nostri instituti: qui non Plutarchum laudare, aut uitam eius scribere, sed de Opere à nobis in Latinum sermonem traducto quædam, in gratiam Lectoris dicere intenderimus. Libet primùm, Agathiæ Scholastici, uiri haud ignobilis, & inter doctos, qui Iustiniani Imp. tempore uixerunt, minimè postremi, carmen de eo apponere: sed, ut solemus, Latinum factum:

In Antonio
Sympos. quæst.
alibi.

Ausonij statuam decoris Plutarche perennis
Hanc Chæronensi constituere tibi:
Inter se alternis quòd componenda dedisti
Inclyta Graiugenûm, factaq; Romulidûm.
At non ipse tamen, tibi qui contendere possit
Scribere, nec similem tu reperire queas.

Eleganter profectò & argutè, id quod res est, dixit. Nam tanto iudicio

cio delegit Plutarchus, quos inter se conferret singulatim, Græcum atque Romanum, tanta fide, gratia, atque facundia eorum uitas, acta, exitus'que comparauit, tanto iudicio similitudines ac dissimilitudines excussit, & dijudicandas proposuit, ut cogamur Agathiæ assentiri, qui parem laude Plutarcho, ac cuius cum eo contentio posit fieri, inueniri quenquam negauerit. Præclara etiam est Theodori Gazæ, hominis doctissimi, & antiqua Græcia digni, sententia: qui interrogatus (ut accepimus) à familiaribus suis, quem'nam ex omnium scriptorum numero delecturus foret, si cæterorum omnium amittendorum incumberet necessitas: Plutarchum respondit. sentiens, à nemine quoque plura, ac magis uaria, utiliora etiam ad oblectationem animi facientia edita esse uolumina. Parallela uitarum Græcorum atque Romanorum, ferè hoc, Opus inscribitur. Sunt autem Græcis Parallela, quæ certa quadam ratione iuxta se ponuntur, certo'que respectu inter se conferuntur: quemadmodum lineæ apud Mathematicos parallelæ, item'que superficies dicuntur, quæ ita iuxta se positæ aut extentæ sunt, ut æqualibus ubique spacijs inuicem distent. Itaque satis significanter inscripsit hoc uolumen Parallela Plutarchus, in quo alternæ inter se congruentes Græcorum & Latinorum primæ existimationis uirorum uitæ exponerentur. Iam cùm facilè intelligi à quouis possit, historicum esse hoc Opus: historijs autem magnam partem eius doctrinæ quæ est de uita & moribus cùm contineri, tum illustrari satis liqueat: operæ precium est, dignitatem & utilitatem Plutarchiani huius Operis considerare. Neque arbitror huius esse loci, præstantiam Philosophiæ Moralis dicendo persequi: quam qui spernunt, non equidem uideo quid homine dignum probare ij possint. Putidum quoque existimo esse, historiæ laudes huc congerere: quas & iam olim multi grauissimi autores suis scriptis demonstrarunt, & nostra auorum'que nostrorum memoria docti homines complures ex antiquorum monumentis studiosè collegerunt. Id quidem in promptu est, nullum uel ad officij rationes, uel uitæ honestatem atque constantiam, uel ad delectationem animi, genus literarum historico commodius, locupletius'que extare. Est quidem plurimum & honoris & uenerationis deferendum ei Philosophiæ, quæ in consideranda rerum natura, huius'que obscuritate perscrutanda, & ueritate eruenda uersatur: quæ sanè id præstat, ut & amœnissima, se'que dignissima compleatur animus uoluptate, & rerum caducarum sublimi despicientia atque contemptione instruatur. Sed tamen ita est natura comparatum, ut homines ad cœtum quendam & communem uitæ societatem facti, ijs artibus indigeant, quibus instituere mores suos, uirtutem colere, & inter se concordes atque utiles inuicem uiuere, omninoq; humanam conditionem, tueri possint. Ad quam rem nobis, post ueræ religionis cognitionem, largitus est Moralem Philosophiam DEVS, uitæ magistram, & honesti (cuius rationes ab ipsa repetuntur natura) custodem: quæ & unumquenque priuatum pro se uirtutem, & publicè omnes ciuilem communitatem colere doceat. Quam Philosophiam qui negligunt, rerum contemplatione sola, uerìq; indagatione contenti, ij nequaquam hominum officio conuenienter philosophantur: suntq; in grauissima culpa, quòd sibi, non reipublicæ natos sese esse censuerint. Verùm hæc morum & uirtutis disciplina cùm non agitatione mentis perficiatur, neque in cognitione acquiescat, sed in agendo consistat: mirum in modum ad historiarum quasi adminicula adnititur, quæ actiones à recta uel praua ratione profectas, earumq; progressus & exitus recenseant at-

que demonſtrent. Non enim demonſtrationibus certis, & (ut ſunt Mathematicorum) neceſſarijs doctrina hæc comprehenditur: ſed argumentis & rationibus, ex uita communi actionibusq́, & earum diligenti obſeruatione atque fideli deſumptis confectisq́ traditur. Quare Ariſtoteles, facilè in hoc genere Philoſophorum princeps, adoleſcentem ab auditione moralis Philoſophiæ excludit, quòd uitæ humanæ actionum rudis ſit atque imperitus. Ergo ſi ad præſtantiſsimum ſtudium peritia actionum humanarum requiritur, quiſquam ita cæcus eſt, non ut intelligat hiſtoriam eſſe quaſi fundamentum & ſedem argumentorum, quibus de officio & uirtute doceantur homines? quæ ipſa doctrina ad hiſtorias tanquam ad Lydium lapidem (non aliter quàm demonſtrationes ad ſua principia) exigi debeat. Et uerò multa ſunt, quæ impediant, quo minus de præſentibus hominum factis dictis'ue, quàm de præteritis & priſcis iudicare, & ea ad utilitatem noſtram accommodate queamus: cum alioquin ut opera artificum, & lucubrationes eruditorum, ita acta etiam hominum atque ſermones temporis quaſi calculo quodam approbari oporteat. Vt omittam id, quod utinam quàm eſt odioſum, tam eſſet uanum: fœcunda culpæ eſſe ſæcula: & hodie neque tam multa, neque tam illuſtria uirtutum exempla exiſtere: uitia autem ita dominari, ita'que increbuiſſe, ut quotidianis exemplis quaſi adſuefacti, obſeruare ea ceſſauerimus. Itaque ergo antiquitas nobis repetenda eſt, in eamq́ inſpiciendum: & præceptorum cùm rationes, tum documenta ab ea arceſſenda ſunt. Neque enim iam id dicam, turpe nobis eſſe, quibus natura incredibilem cognoſcendi cupiditatem ingenerauerit, ſuperiorum ætatum ſtatum, res, rerumq́ uices & mutationes ignorare: cùm diligentia & labor doctorum uirorum ea nobis ferè citra ullam moleſtiam in ipſorum monumentis conſpicienda exhibuerit. Quanquam, ſi prudentiæ eſt præterita cum præſentibus componere, atq́ex his de ijs quæ euentura ſint coniecturam facere: prudentia autem earum uirtutum quibus officium tuemur, ciuilemq́ hominum ſocietatem adminiſtramus, princeps eſt, & quaſi caput: nemo, ut arbitror, ita ſtupidus eſt, qui non uideat, quantum & ad prudentiam parandam, & rectè uiuendum hiſtoriæ momenti adferant. Sed hæc alio loco diſputantur fuſiùs: hic notaſſe ſatis habuimus. Enimuerò non uno modo ſcriptas, ſed uarijs & diuerſis eſſe hiſtorias, nemo neſcit, niſi qui libros non uiderit. Longè enim aliud in bello Gallico ſcribendo conſilium Cæſar, quàm in Annibalico aut Philippico Liuius ſecutus eſt, uel in Carthaginenſi Appianus: longè aliud Herodoti, quàm Thucydidis, &, quàm horum, Xenophontis fuit inſtitutum: alia ratione Tiberij Cæſaris uitam Cornelius Tacitus, quàm Suetonius aut Dio literis mandauit. Sed iſta inter ſe comparare, breuitatis ſtudio ſuperſedeo. Plutarchi hiſtoria in his Vitis explicata eſt eiuſmodi, ut Philoſophiam'ne moralem hiſtoricis exemplis declarare, an rerum geſtarum narrationem Philoſophicis diſputationibus illuſtrare atque exornare propoſitum ſibi habuerit, in quæſtionem uenire poſsit. Ita enim ſcriptionem hiſtoriæ temperauit, ut uſum eius (quem nos modò oſtendimus) genuinum, & uitæ humanæ commodiſsimum indicare, morumq́ præcepta eum non uerbis, ſed rebus confirmata tradere uoluiſſe appareat. Id quod conſecutum feliciſsimè, non poteſt niſi apud indoctos & illiberaliter inſtitutos eſſe dubium: ipſe initio Pauli præ ſe fert, quid eum, ut in contexendo hoc Opere pergeret, inſtigarit. Et quidem mirificè facit ad conſtantiam doctrinæ, ac rationum quæ in uitæ morumq́ diſciplina tradi ſolent, certitudinem demon-

strandam, non unius temporis aut populi tantùm, sed diuersorum exempla in promptu habere: ne casum in rebus humanis plus quàm consilium posse iudicemus: ne'ue tritum illud nostro assensu comprobemus,

Vitam regit fortuna, non sapientia.

Est enim in hoc Opere à Plutarcho satis euidenter explicatum, ac multis argumentis, multis rerum testimonijs confirmatum, similium consiliorum atque factorum consimiles euentus fuisse, consimiles fructus: aut si quid fortuna uariasset, id ferè ita cecidisse, ut consequentia tamen causarum & effectuum non magnopere obscuraretur. Quanquam autem est ineffabilis propè ingeniorum uarietas, multa admodum & uitia & uirtutes: nullum tamen insigne est uel bonitatis naturæ atque uitæ, uel peruersitatis genus, de quo in Philosophia soleat disputari, quod non in hoc tam uario & fœcundo opere depictum suis coloribus, expressumq; sit. Cuius rei cum in ipsis historijs Vitarum, earumq; comparationibus illustria sint, & plurima exempla: præstat ad alia pergere, quàm hic ea adducendo tempus trahere. Quæ uerò insertæ passim sunt & disputationes, & digressiones, non lucem modò magnam & splendorem narrationibus afferunt: sed & recreant tædio uel longitudinis, uel obscuritatis, aliquando & humilitatis earum quæ referuntur rerum affectum Lectorem: & ueram Philosophicarum contemplationum ad res propositas transferendarum rationem commonstrant. Sunt autem non unius generis, neque de morali tantùm penu deprompta: sed nulla est omnino Philosophię pars, cuius non aliquot capita sint eleganter, grauiterq; & argutè exposita. At uerò quem non inuitent ad totius operis lectionem pulcherrimæ istæ aureo Operi insertæ gemmæ? Quid potest tandem (ab homine præsertim Christianæ religionis ignaro) de diuina natura sanctius atque castius dici, quàm quod noster in fine Periclis, contra poetas: in Aristida, contra uulgatum errorem de Deo asserit? De cuius erga homines amore, quàm sobriè in Numa loquitur? Quis profanorum autorum de immortalitate & diuinitate consequenda, ueritati magis consentanea commentatus est, quàm noster in fine Romuli? Quàm uerò acutè & grauiter disputat de uoluntatis nostræ motibus, ut'que ij à Deo citantur, in Coriolano? & de miraculis, in Camillo? de spectris, id'que genus ostentis, in Dione? Iam in Sertorij uita, & Phocionis initio, quàm scita est fortunæ cum uirtute contentio? In Numa, quàm docta Platonici de reipub. felicitate dicti explicatio? In præfatione Agidis, ut uenustè atque disertè ostenditur, quanta sua pernicie in Repub. uersentur, qui auram captant popularem? Quàm argutè in Galba docet, de exercituum infidelitate, & motibus, ubi duce uero destituuntur? De contentionibus ciuilibus & ambitione, in Agesilao: de æquanimitate & facilitate ignoscendi, in Dione? Quàm luculenter in Timoleonte & Arato demonstrat, ad ueram uirtutem, constantiam animi robur'que requiri? Quàm perspicuè audaciam, temeritatem'que, initio Pelopidæ à fortitudine distinguit? Quàm philosophicè ostendit Therycioni Cleomenes, non fortis esse, sed timidi hominis, præsentium periculorum & malorum uitandorum causa mortem sibi consciscere? Quàm sapienter in fine Marij declaratur, sapientiæ studium neglectum sese ulcisci, ita ut eius contemptoribus in summa etiam prosperitate nunquam sit bene? Quàm est grauis in Solone aduersus Thaletem, & docta argumentatio, qui timore amittendi à parandis bonis deterrebatur? Quid illæ digressiones? qualis in Marcello est, de Mathematicarum disciplinarum sinceritate, ut'que materiæ admixtione

pollutæ

pollutæ sint: in Camillo: de diebus nefastis, & maximorum facinorum certis ac propè statis temporibus: in Coriolano, de cognomentorum rationibus: in Aemilio, de fluminum scaturiginibus, de'que maris & montium altitudine: in Alexandro, de naphtha: in Marcello rursum, de triumphi & ouationis discrimine? Quis est homo liberalis ingenij, qui non & ut iucundissimas eas legere expetat, & utilissimas legendo sentiat? quis non in tam elegantibus & omnigenis ornatum flosculis pratum exspaciari, & se ibi oblectare cupiat? Ac nos quidem breuitatis studio de innumeris pauca retulimus, ut quasi gustum præberemus, qui (ut scitè ille apud Euripidem ait) emptorem inuitaret. Quantum autem ad legendas & rectiùs percipiendas utriusque linguæ historias conducant hæ Plutarchi uitæ, non est quidem uel demonstrare mihi, uel ijs qui dubitant experiri difficile. Quàm multa sint apud Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, alios'que uel omissa, uel parciùs, negligentiùs, aliquando etiam malignius scripta, quorum integra & fidelis historia à nostro possit repeti, ex collatione scriptorum diligentibus deprehendendum relinquam: quibus quidem nos in Annotationibus nostris nonnunquam obiter uel ansam conferendi præbuimus, uel auxilium etiam tulimus. Quod idem de Latinis intelligi uolo, Cicerone, Liuio, Cæsare, Sallustio, Tacito, Paterculo, alijs: ex qbus & transtulit multa, & illustrauit: plurima autem, sicut & in Græca historia, ijs ex autoribus, quorum scripta ætatis hominum'ue inuidorum iniuria uel negligentia interciderunt, addidit. Quanta enim cura & diligentia Vitas istas conscripserit, uel ex autorum, quos citat, tanto numero (ducentis autem amplior est) æstimari potest: quæ ipsæ optimorum & ueterum scriptorum uenerandæ reliquiæ, ad frequentandam huius operis lectionem historiarum & antiquitatis studiosos meritò trahere debent. Sed, ut finem faciam, id quod de antro Mercurij Orpheus, id nos de Plutarchianis hisce Commentarijs, utinam tam uenustè etiam & suauiter, quàm optimè & uerè affirmare possimus:

Si quem sana hominem mens huc accedere iussit,
Omnigena assiduis bona quò Plutarchus aceruis
Deposuit: mox ille manu lætissima utraq;
Dona domum referet felix, tutus'q; malorum.

Non enim gemmæ (de quibus poeta ille splendidè admodum pollicetur) animi tranquillitatem, uitiorum uacuitatem, & ueram felicitatem, ueros honores, ueram gratiam pariunt: sed philosophiæ sinceræ studium, unicum non aduersus feras aut angues & latrones, sed (quæ his est exitiosior) barbariem & flagitia belluinam'que turpitudinem præsidium. Porrò autem dissimulandum minimè est, Plutarchianum hoc Opus nequaquam ad nos peruenisse integrum, neque uitiatum modò à librarijs esse: sed mutilum, & magna sui parte mulctatum. Neque enim comparationes tantùm nonullæ harum, quæ ad nos peruenerunt, Vitarum desunt: ut Themistoclis & Camilli, Pyrrhi & Marij, Alexandri & Cæsaris, Phocionis & Catonis: sed & multas à Plutarcho scriptas Vitas desiderari constat. Ipse enim à se conscriptas quasdam disertè refert, quæ non extant: ut Epaminondæ in Agesilao, Metelli Numidici in Mario, Scipionis Aemiliani in Tib. Graccho, Leonidæ in libello de Herodoti malignitate, Daiphanti in opusculo de Virtutibus mulierum, sub Phocidum titulo. Videtur & Herculis scripsisse uitam, id'que in Theseo innuere. Tum quia Artoxerxem, Aratum, scripsit Plutarchus: quos cum eis conferret hauddubiè scripsit, nisi fortè defuisse exempla in tanto historiarum chao

putemus.

putemus. nam Galbam & Othonem facilè pro Plutarchianis agnosco: ad Parallela tamen hæc, non magis pertinere puto, quàm decem oratorum Atticorum uitas ab eodem scriptas: & quidem post illas leguntur inter cætera Plutarchi opuscula. Tamen quia erant in Græco codice nostro additi, & dignissimi lectu sunt, præsertim quòd multa habent quæ apud Cornelium Tacitum & Suetonium desiderantur, non dedignatus eas sum mea interpretatione. Isocratis est Euagoras, & ab amico meo summo, eodemq; doctissimo atque humanissimo uiro Hieronymo Vuolfio eleganter conuersus. Probabile est eum etiam Augusti, Tiberij, aliorum'que uitas literis mandasse multorum & Romanorum regum, principum, alias'ue inclytorum uirorum. Ordine uerò longè quàm sit hodie receptus alio, eum hoc Opus condidisse, ipse locuples est testis: qui cùm in Pericle & Demosthene indicet, se binorum, quos inter se compararet, acta singulis libris pertractasse, Periclem & Fabium decimo, Demosthenem & Ciceronem quinto libro assignat, sicut & Dionem duodecimo: hodie uigesimo libro hos, illos quinto legeres. Extat etiam liber Plutarchi, qui de Homeri uita inscribitur: cùm paucissimis uita Poetæ explicetur, reliqua de poesi eius sint. Quem ego librum, si Deus uoluerit, suo tempore ita ut ex re studiosorum est tractatum in lucem dabo. huc enim non pertinet. Annibalis & Scipionis maioris uitæ Latinæ sunt factæ à Donato Acciaiolo, & cum reliquis editæ: mihi, ut eas Græcas uiderem, nondum contigit. & quidem in Pyrrho Plutarchus Scipionis istius uitę à se scriptæ meminit. Ego tamen eas Latinas, ut circumferuntur, addendas curaui, ne quid Plutarchianum desideraretur. Certè Amiotus, qui se multis usum & bonis in Italia etiam codicibus asserit, eas non habet. Deplorare autem tanti operis tam indignam calamitatem, cùm id frustra sit futurum, non uacat. quanquam alioquin hodie ita ferè sunt ingenia, ut de Liuianis CXLII libris, amissos CVII plures desiderent, quàm superstites XXXV legant. Grati potiùs simus: & eo quod nobis diuina quadam fortuna relictum est, uti dignum est utamur. Quæ præterea sunt, de quibus moneri Lectorem debere putaremus, ea in Annotationibus commodiori, ut arbitramur, loco sumus complexi. Nunc, quia & de Operis à nobis translati dignitate, & de nostro in eo interpretando labore atq; ærumnis satis, & pro modo Præfationis fortassis multa disseruimus: restat, ut receptui canamus: & duriter atque fideliter administrati nostri officij conscientia freti, bonum atque candidum Lectorem ad lucubrationis nostræ lectionem cognitionemq; admittamus.

PLVTARCHI THESEVS, [redacted] AVgustano interprete.

A VEMADMODVM ij scriptores, Sossi Senecio, qui orbis terrarũ situm enarrãt, cùm extremis tabulis ignotas sibi partes complectunt, aliquando adscribere solent, esse illis in locis litora aquis destituta, aut feris obsessa, cœnóue oblita, aut montes cò Scythicos, uel mare glacie strictum pertingere: sic ego, ubi in scribendis Græcorum Latinorumq; sibi respõdentib. inuicem uitis, per id tempus quod uerisimilẽ orationẽ, historiamq; rerum gestarum admittit transitu facto, ad antiquiora illa peruenissem, haud absurdè dicere poteram: fidem excedentia in istis esse pleraq;, ac tragicè ficta, ut in quibus poetæ fabularumq; conditores uersent, neq; fidem ea perspicuitatemq; recipiant. Iam mihi, cùm Lycurgi legumlatoris, & Numę uitam exposuissem, uidebatur haud ab- *Antiquitas fabulosa.*

B surdum, quoniam Romuli ad tempora propè accessissem, eius quoq; historiam repetere. Vbi cum circumspicerem (quod est apud Aeschylum) 1

—— illi quem parem,

Aequum graui certaminiq; opponerem;

placuit pulcrarum atq; illustrium Athenarum conditorem cum inuictæ ac gloriosę urbis Romæ parente conferre. Quo in negocio optauerim sanè fabulas tantisper nobis obsequi, dum expurgatis figmẽtis, historię speciem induerent: sicubi tamen eæ cõtumaciter ueri similitudinẽ respuent, neq; se probabilitate temperari patientur, ęquanimi auditores, & qui benignè antiquitatis narrationem accipiãt, opus nobis erunt. Porrò Theseus multis similitudinibus Romulum uidetur attingere. Quippe uterq; incertis obscurisq; natalibus ortus, dijs geniti fuisse crediti sunt:

Ambo præstantes armis, quod nouimus omnes: 2

uterq;, quantũ eius fieri poterat, prudens, urbes præclarissimas, Romam alter condidit, alter Atheniẽsis ciuitatis autor fuit. Proinde raptus mulierum ijs cõmunis fuit, neuter infortunium domesticum, suorumq; popu-

C larium reprehensionem effugit: quinetiam ad extremum incurrisse in offensionem suorum ciuium dictus est uterq;: siquidem ea, quæ ut minimũ 3 tragicè dicta habentur, ad ueritatem aliquid faciunt.

THESEI paternum genus ad Erichthonium, primosq; indigenas refertur: materno Pelopides fuit. Pelops enim inter reges Peloponesi non opum magis, quàm liberorum copia potentissimus erat, ut qui multas filias optimatibus matrimonio coniunxisset, multos principes ciuitatibus inseruisset. quorum è numero Pittheus Thesei auus Trœzenem, oppidũ non magnum condidit, opinionem doctrinę ac sapientię prę reliquis eà tempestate hominibus adeptus. Fuit autem istius sapientiæ huiusmodi quædam species & uis, quali usus Hesiodus, pręsertim in libro de Operibus & diebus propter sententiarum pulcritudinem claruit, quarum sanè hanc Pittheo autori adsignant, teste etiam Aristotele: *Genus Thesei.* *Pittheus.* *Trœzen.*

Quod satis est homini statuas mercedis amico.

Euripides quoq; Hippolytum incorrupti Pitthei discipulum appellans, 4 Pitthei existimationem declarauit. Ceterùm Aegeo liberos desideranti Pythiam ferunt oraculum dedisse uulgatũ illud, quod prohibebat, ne antequã Athenas uenisset, cum aliqua muliere rem haberet. id oraculum,

cum non esset satis apertum, Trœzenem ueniens Aegeus Pittheo pro- A
posuit. Erat autem tale:

Oraculū Aegeo datum.

5 *Optime uir non antè pedem dissolueris utri*
Exertum, claras quàm tu remeâris Athenas.

Aegeus cum Aethra concumbit.

Pittheus incertum qua ratione adductus, hominem persuadendo aut decipiendo ad concubitum Aethræ pellexit. At Aegeus ubi se cum Pitthei filia coijsse intellexit, eamq; concepisse suspicatus est, gladium & calceos
6 sub saxum ingens abstrusit, quod in se cauitatem habebat ijs condendis respōdentem: rem soli Aethræ aperuit, datoq; mandato, ut si filium peperisset, adultum eum cùm sublato saxo potuisset eas reliquias eximere, unà

Pallantidæ Aegeo infensi.

cum his nemine conscio, ac quàm maximè clam omnibus (Pallantidas enim, qui erant quinquaginta Pallantis filij, quorum insidijs petebatur, ac quòd nullos liberos haberet, despectus ipsis erat, maximè metuebat) ad se mitteret, discessit. Aethra filium edidit, quem alij statim propter re-

Thesei nomen unde.

posita ea, unde cognosceretur, monimenta, Theseum nominatum autores sunt: alij posteà temporis, cùm eum Athenis Aegeus filium adsciuit. u-
7 trobiq; ui Græci uocabuli adstipulante. Traditum quoq; est Theseum, B
dum apud Pittheum educaretur, præceptorem ac pædagogum habuisse,

Connidas Thesei pædagogus.

Connidam nomine, cui etiamnum Athenienses pridie sacrorum Theseorum arietem immolant: multo hanc ei memoriam, honoremq; iustius tribuentes, quàm Silanioni ac Parrhasio, quorum hic effigiem Thesei pinxit, ille finxit. Tenebat adhuc istis temporibus consuetudo, ut qui pue-

Crinē deo consecrare Delphis. *Thesea.*

riciam exirent, Delphos profecti crinem Deo consecrarent: itaq; uenit eò Theseus (ac locum, cui Thesea nomen hodieq; est, ab eo dictum perhibent) totonditq; sinciput tantùm: quod de Abantibus Homerus scribit:
8 idq; tonsuræ genus Theseis propter ipsum nuncupatum fuit. Abantes

Theseis. *Abantū tonsura.* *Arabes.* *Mysi.*

porrò primi ad hunc modum tonsura usi sunt, non ut fert quorundam opinio, ab Arabibus ita docti, neque imitatione Mysorum: sed quia erant bellicosi, cōminusq; pugnare & manum cōferre hosti ante alios docti. ut Archilochus quoq; testatur his uerbis:

In fera cum fortes Mars prœlia traxit Abantes,
Seq; acies campis explicuere utrûm:
Non ibi tum fundæ, neq; neruo ducitur arcus, C
Pugna sed ancipiti comminus ense uiget.
Hoc m [illegible] ere manus docti certamine, quorum
Eubœa imperio Martia terra subest.

Itaq; Abantes eo tondent, ne appræhendere ipsos crinib. hostes possint:

Alexandri institutū de radendo mento.

quod scilicet Alexander etiam Macedo sensit, qui, ut raderent genas Macedonum, ducibus præcepit: quòd promptissimè in conflictibus aliquis ijs possit præhendi. Verùm aliquādiu Aethra Thesei originem occultam

Neptuni filius [illegible] Theseus.

habuit, sparso rumore à Pittheo, natum esse è Neptuno: hunc enim deum Trœzenij studiose colunt, eumq; urbis suæ tutorem habent, primitias ei frugum offerunt, & nummum suum tridente insigniunt. At postquam adolescens iuxtà robur corporis, fortitudinem, animiq; constantem magnitudinem prudentiæ coniunctam ostentauit: ibi eum Aethra ad saxum adductum, genus paternum docuit, iussitq; signis patris erutis uti Athenas nauigaret. Isq; haud magno labore saxo summoto, nauigationem detrectauit, quantumuis tutam, & ad quam auus materq; hortarentur, quòd

Latrocinia Thesei tempore frequentissima.

eo tempore pedestri itinere Athenas uenire difficile habebatur, nulla uiæ parte à periculis propter latrones & maleficos homines tuta. Etenim ætas illa homines tulit, promptitudine quidem manuum, pedum celeritate, cor-

A te, corporisq́ue uiribus pollentes, ut consentaneum erat, indefessosq́ue: sed qui sua natura ad nullam rem bonam commodámue uterentur, libidine gaudentes superba, fructumq́ue statuentes sui roboris sæuiciam ac immanitatem, dominariq́ue, & uim facere obuio cuique, mortémque adferre: tum qui potentia superioribus uerecundiæ, iusticiæ, æqualitatis, humanitatisq́ue rationem nullam habendam putarent: quòd ea uulgò ab his qui iniuriam aut inferre non auderent, aut ipsi metuerent, laudibus afficerentur. Horum multos Hercules circumiens exciderat, ac deleuerat: reliqui eius præsentia territi, abdiderant se, uiuentesq́ue abiectam uitam negligebantur. At postquam is aduersa fortuna ictus, propter illatam Iphito cædem, in Lydiam discessit, ibiq́ue multum temporis Omphalæ (hanc enim sibi pœnam ipse iniunxerat) seruiens exegit: res Lydorum alta in pace ac securitate fuerunt: in Græcia uerò iterum eruperunt flagitia, ac nemine inhibente floruerunt. Itaq́ue pedestris è Peloponneso Athenas uersus profectio perniciosa fuit. Ea propter Pittheus singuli latronum ac maleficorum hominum quales essent, quoq́ue modo peregrinos tractarent, exposito,

Hercules latrocinia excidit.

B suasit Theseo, ut mari eò ueheretur. Enimuero Theseus, quem iamdudum, ut par erat, Herculis uirtutis gloria occultè usserat, qui plurimum de eo cogitârat, narrantes qualis ille esset, attentissimè audierat, potissimùm si qui eum uidissent, actionibusq́ue siue sermoni interfuissent: omnino tunc id ostendit sibi accidisse, quod multo pòst Themistocli: qui à Miltiadis trophæo sibi somnum eripi dixit. adeò Theseo Herculis uirtutem admiranti, eius & in somnis obuersabantur acta, & æmulatio interdiu incitabat, instigabatq́ue, eadem sibi ad perficiendum animo proponentem. Cognatione etiam iuncti erant, è consobrinis prognati. Nam Pittheo soror fuit Lysidice, communes parentes Pelops & Hippodamia: Pittheo Aethra, Lysidica Alcmene nata est. Indignum itaq́ue ratus Theseus ac intolerabile, si, cùm Hercules in omnes, ubicunque locorum essent, facinorosos profectus, terram mareq́ue purgasset, ipse obuia certamina detrectaret, ac fuga maritima utens eum, cuius opinione ac rumore esset filius, patrem dedecoraret: ad uerum autem, signa ista, calceos & gladium incruentatū deferret, neq́ue præclaris potiùs operibus nobilitatis specimen primo quo

Magnanimitas Thesei.

Themistocli somnum adimit Miltiadis trophæum.

Cognatio Thesei & Herculis.

pelops / pitheo lisidice / ethra alcmena / theseus hercules

C uis tempore ederet: hoc animi proposito uiam iniuit, ut nemine quidem lædere, uim uerò inferentes ulcisci pensum haberet. Primum in Epidauria Periphetem, qui claua utebatur, ac propterea clauiger cognominabatur, cùm ab eo inhiberetur, progressuq́ue arceretur, congressus obtruncauit: clauaq́ue delectatus, teli loco eam in posterum semper habuit. quo modo leonis exuuias Hercules gestauit. nam ut hic ijs magnitudinem à se uictæ belluæ indicauit: ita Theseus à se superatam clauam, secum uerò inuictam esse demōstrabat. In Isthmo Sinnim solitum pinus flectere, indeq́ue nomen pityocamptæ adeptum, eo modo interfecit, quo is alios multos: non quòd id didicisset aut usu percepisset, sed ostendens uirtutem cuilibet arti ac studio præstare. Fuit huic Sinnidi filia forma ac mole corporis excellentibus, nomine Perigune. Eam, cùm patre cæso fugisset, Theseus passim quærebat. ipsa cùm in locū arboribus, stœbeq́ue herba, & spinis densis obsitum peruenisset, puerili simplicitate ea, tanquam sensu prædita, precata est ut se occultarent, ac seruarent: iuramento addito, curaturā ne is locus ullo maleficio aut igni infestaretur. Verùm Theseus eam euocauit, data fide se honestè ei prospecturū, tutamq́ue ab omni iniuria habiturum: ac cum egressa cōcubuit, unde Melanippus natus. Perigunā postea

Thesei fortitudo.

Sinnis.

Perigune.

Melanippus.

 temporis

Deioneus. temporis Deioneo Euryti Oechalienſis filio Theſeus in matrimoniũ lo- A
Ioxus. Ornytus. cauit. Porrò Melanippus Ioxũ genuit, Ornyti in deducenda in Cariam
colonia sociũ: unde Ioxides originem traxerũt, quibus patriũ eſt, neq; ſpi
11 nam neq; ſtœben cremare, ſed uenerari ac colere. Cęterùm ſus Crõmyo
Phæa ſus Cromyonia. nia, quam Phęam cognominabãt, fera fuit haudquaq; contemnenda, niſi
mirũ pugnax & difficilis ſuperatu. Hanc obiter in itinere aggreſſus The-
ſeus cõfecit, ne uideret omnia neceſſitate cõpulſus agere: ſimulq; arbitra
tus, eſſe ſtrenuo uiro cum hominibus flagitioſis uindictæ expetendę cau
ſa congrediendum, belluas autem fortes ultrò pugna laceſſendum, ac di-
12 ſcrimen ſubeundum. Sunt qui Phæam latronem fuiſſe perhibeant, cędi-
bus ac libidinibus infamem, quæ Crõmyone habitans, ſuis nomen mo-
Sciron. rum ac uitæ ſuæ ratione inuenerit, & quam Theſeus interemerit. Sciro-
nem idem de ſaxis præcipitem actum occidit ante Megaricã, ſolitum la-
trocinijs eos, qui eò iter facerent, impetere, ut cõmunis fama habet: alij eò
ſuperbię & petulantię progreſſum tradunt, ut hoſpitibus pedes lauandos
protenderet, atq; ita calce eos feriens in mare proturbaret. At Megaren
ſes hiſtorici famam hanc impugnãt, diuturnitatiq; temporis (ut ait Simo- B
nides) bellum faciunt. Neq; enim prædonem & iniurioſum fuiſſe Sciro-
nem, ſed qui latrones ſupplicio affecerit, bonos & iuſtos uiros amicicia
Aeacus. proſecutus ſit. Quippe Aeacum inter Græcos ſanctiſſimum cenſeri, Cy-
Cychreus. chreum Salaminiũ deûm honoribus apud Athenienſes coli, uirtutem Pe
lei ac Telamonis nemini incognitam eſſe. Atqui Scironem Cychrei gene
rum, ſocerum Aeaci, Pelei & Telamonis auum fuiſſe: ſiquidem nati ſunt
Endeis. Sciro. Chariclo. Endeide, quæ filia fuit Scironis & Chariclûs. neq; eſſe conſentaneũ, opti-
mos uiros cum peſſimo neceſſitatem uitæ eam contraxiſſe, in qua res ſum
mæ ac precioſiſſimę mutuo traderentur. Itaq; Theſeũ affirmant, non cum
Athenas iret, ſed poſterioribus temporibus Eleuſinem, quam tum Mega
Diocles. renſes poſſidebant, circumuento per fraudem eius præfecto Diocle, oc-
cupaſſe, ac Scironi necem intuliſſe. Hæc itaq; ad iſtum, quem dixi, mo-
Cercyonẽ necat Theſeus. dum, controuerſa ſunt. Theſeus Eleuſine Cercyonem Arcadem lucta
uictum necauit: progreſſus inde paululum, Hermione Damaſten Procru
13 ſten interfecit, coactum, quemadmodum ille peregrinos urgere conſue-
uerat, membra ad lecti menſuram extendere. imitatus in hoc Herculem, C
Herculis facta. qui, quorum inſidijs petitus eſſet, eodem modo illos ultus eſt. ita Buſirim
immolauit, Antæũ lucta ſtrauit, Cycnum ſingulari certamine ſuſtulit, Ter
merum colliſione mutua capitis necauit: unde Termerio malo nomen in
ditum affirmant, q; is Termerus homines in quos incidiſſet, capitis ſui in-
flictu perdidiſſet. Hunc eundem morem in ſupplicijs ſceleratorũ obſer-
uans Theſeus, ad hęc toleranda eos adegit, quę ij alijs impoſuiſſent: ita ut
pœnas ſuorum flagitiorũ ſuo modo perſoluerent. Progreſſum eum, ac
Phytalidæ. iam ad Cephiſum fluuium accedentem, uiri quidam è Phytalidarũ gene-
Theſeo humaniter accipiunt. re obuiam facti, primùm ſalutauerunt, luſtrationeq; indigentem ritè ex-
purgârunt, ſacriſq;, quæ Milichia à placando dicuntur, factis, domi ſuæ
Milichia. conuiuio acceperunt: cùm antè in uia nullam cuiuſq; eſſet humanitatem
Theſeus Athenas uenit. expertus. Venit exinde Athenas, octauo die eius menſis, qui Gręcis He
14 catombæõ eſt, antè Cronius, hoc eſt Saturnius dictus fuit. Ibi offendit &
Remp. turbarum ac diſſidiorũ plenam, & priuatim res Aegei ac familiam
Medea. laborantem. Viuebat enĩ cum eo Medea Corintho profuga, pollicita me
dicamentis ſterilitatem ſe eius pulſuram. Quæ cum de aduentu Theſei ac
cepiſſet, ignaro rei Aegeo, ac ſeniori iam, quiq; propter ſeditionem nihil
non

A non suspectum haberet, persuasit ut hospitio acceptũ Theseum ueneno
tolleret. Theseus ubi ad prandium uenit, non existimans consiliũ fore, ut
prior se quis esset aperiret, Aegeo cognoscendi occasionem quò præbe-
ret, eductum cultrũ, quasi ad propositas carnes secandas, ei ostendit: con
festim Aegeus re animaduersa, calicem cum ueneno proiecit, filium agni
tum salutauit, conuocatisq; ciuibus cognoscendum præbuit: à quibus is
uirtutis ergò libenter est acceptus. Traditum est, quo loco, calice prola-
pso, effusum est uenenum, ibi nunc septa esse in Delphinio: eo enim loco 16
Aegeus habitauit: ac statuam Mercurij, quæ à templo uersus Aurorã po- *Delphinium.*
sita est, apud Aegei portas uocant. At Pallantidæ, cùm antè sperassent *Aegei porta.*
regnum ad se rediturũ, Aegeo sine liberis decedente, postquàm successo- *Pallantidæ The-*
rem Theseum ei destinatũ uiderunt, grauiter ferentes Aegeum regnare, *seo bellum in-*
adoptatũ à Pandione, neq; Erechthidarũ sanguini iunctum, regnaturũq; *ferunt, et vin-*
deinceps Theseum aduenam atq; peregrinũ, bellum mouerunt. Et, quo *cuntur.*
bifariã hostes adorirentur, pars cum patre suo palàm à Sphetta Athenas 17
contenderunt: reliqui apud eum locum, qui Gargetto dicitur, in insidias
B sc abdiderunt. Erat inter ipsos præco Agnusius genere, nomine Leos, is *Leos.*
Pallantidarũ consilia Theseo aperuit. Theseus subitò insidiatorib. super-
uenit, omnesq; interfecit. q̃ audito, hi qui cum Pallante erãt, dissipati sunt.
Inde ortum memorant, ut Pallenæis cum Agnusijs nulla sit affinitas: neq; 18
id, quod est eius regionis, apud illos proferatur: Akuete Leos, id est, audi *Pallenæi.*
popule. Leos eñ populum significat. uerùm ob proditionẽ, quam Leos
præco fecerat, id nomen inuisum est. Interim Theseus ne nihil ageret, utq; *Marathoniũ*
animos populi sibi conciliaret, aduersus Marathoniũ taurum profectus *taurum The-*
est, Tetrapolis habitatoribus haud mediocriter molestũ: eumq; cùm do- *seus conficit.*
muisset, uiuum per urbem cõpellens ostentauit: ac deinde Apollini Del- 19
phinio mactauit. Hecale aũt & fabula de ea, quomodo hospitiũ Theseo *Hecale.*
præbuerit, uidetur nõ omnis expers ueritatis. Sacrificabant enim circùm
uicini populi coeuntes Hecalesia Ioui Hecalo, honorabantq; Hecalem,
Hecalenem diminutiuè nominantes: quòd ipsa quoq; cùm Theseum ad-
modum adolescentem hospitio accepisset, eum aniliter salutasset, ac dimi
nutiuè compellasset. Ac quoniam uouerat rem sacram Ioui Hecale pro-
C pter Theseũ ad pugnam euntem, siquidem is saluus redijsset, mortuę ante
eius reditum, iussu tamen Thesei hęc hospitalitatis cõpensatio obtigit: ut
Philochorus scriptum reliquit. Pòst paulò uenerunt à Creta tertiùm, qui
tributum peterent. In confesso est apud plerosq; historicos, quemadmo *Tributi, quod*
dum Androgeus in Attica dolo interijsse sit creditus, ac ob eius mortem *Athenienses*
cùm Minos bellum gerens multa damna regioni ei iniunxerit, tum dij *Minoi pende-*
quoq; eam afflixerint, sterilitate & morbo grauatam, ac fluminũ exunda- *bant, historia.*
tionibus: utq; Deo monente, fore ut placato Minoe ac reconciliato, finis *Androgeus.*
iræ superûm, ac malorum exitus haberetur, Athenienses missis præconi-
bus ac deprecatoribus ad Minoem, pacificationem cõposuerint, ea con-
ditione, ut per nouem deinceps annos, septem iuuenes, totidemq; uirgi-
nes mitterent ei tributi nomine. Hos adolescentes atq; puellas qui maxi-
mè tragicè de ea re scribũt, in Labyrintho à Minotauro perditos: aut cùm
exitum eius nullum possent inuenire, uagantes interijsse tradunt. Porrò
Minotaurum itidem, ut Euripides habet, monstrosum fœtum confusa-
rum formarum,

Tauri specie commixta scilicet, et uiri.

At Philochorus scribit, Cretenses inficiari hoc, ac affirmare, labyrinthum *Labyrinthus.*

fuiſſe carcerem, in quo nihil eſſet mali, niſi quòd effugere inde non liceret. A
Cæterùm gymnicos ludos Minoem in Androgei honorem edere, pue-
rosq; uictoribus præmium dare ſolitum, interea in cuſtodia detentos: pri
morum omnium certaminũ Taurum uictoria potitum fuiſſe, qui ſummæ
apud Minoem exiſtimationis, ac præfectus copiarum eſſet, moribus in-
humanis preditus, ac qui pueros Athenienſes ſuperbè iniqueq; habuerit.
Liquet Ariſtotelem, quo loco Bottiæorũ deſcribit remp. ita ſentire, non
eſſe interfectos à Minoe iſtos pueros, ſed ſeruili uita in Creta conſenuiſſe:
quodam porrò tempore Cretenſes priſci cuiuſdam uoti perſoluendi gra-
tia primitias hominũ Delphos miſiſſe, quas inter primitias etiam iſtorum
poſteri fuerint: atq; cùm hi Delphis uitam tolerare ſuam non poſſent, pri-
mùm in Italiam traieciſſe, ibiq; circa Iapygiam cõſediſſe: inde in Thraciã
Bottiæi. tranſijſſe, ac Bottiæorum nomen ſumpſiſſe. hinc puellas Bottiæorum ad
certum quoddam ſacrificium cantare: Eamus Athenas. Equidem palàm
tum apparuit, eos rem grauem ſubire, qui cum urbe facunda & docta ini-
Minos conuicijs Athenienſiũ laceratur. micicias ſuſcipiunt. Nam Minos perpetuò in theatris Athenienſiũ conui-
cijs laceratus eſt. neq; ei profuit Heſiodus, ſummũ eum regem appellans: B
20 neq; Homerus, colloquio Iouis uſum dicens: quin tragici præualerẽt poe
tæ, qui de pulpito & in ſcena iniquitatis ac uiolentiæ, magna ipſum in-
famia onerarunt. utcunq; traditum ſit, fuiſſe Minoem regem & legumla-
torem: Rhadamanthum uerò iudicem, iuriſq; à Minoe conſtituti cuſto-
dem. Enimuerò cum tempus tertij tributi appetijſſet, ac patres, quibus
eſſent adoleſcentes liberi, oporteret eos ad ſortem tradere, iterum exortę
21 ſunt cõtra Aegeum calumniæ ciuium, deplorantiũ ac indignè ferentium,
quòd is cùm omnis mali cauſa fuiſſet, ſolus nullam in pœnæ partem ueni-
ret: ſed regno in filium ſpurium ac exterum collocato, negligeret ipſos or
Theſeus in Cretam ſe abduci paſſus. bitati liberorumq; amiſſioni expoſitos. Moleſtum hoc fuit Theſeo: arbi-
tratuſq; iure ſibi ciuium rationem habendã, ac fortunæ ſocietatem adeun
dam, progreſſus extra ſortem ſe obtulit. Animi eius magnitudinem ciues
admirati, ſtudiumq; in eo populi, beneuolentia proſecuti ſunt. Aegeus u-
bi fruſtra precibus ac ſupplicationibus conſumptis, à ſententia filium de-
duci nullo modo poſſe uidit, reliquos pueros ſorte legit. Hellanicus ſa-
nè autor eſt, non ſorte ductos pueros puellaſq; à ciuitate amandari con- C
ſueuiſſe, ſed Minoem Athenas ueniſſe, eoſq; tum delegiſſe, ac ab eo pri-
mum omnium eſſe lectum Theſeum. præterea certa id conditione fieri ſo
litum, nempe ut Athenienſes nauim pręberent, in eam adoleſcentes cum
Minoe conſcenderent ac aueherenť, neq; quicquã armorum ij ſecum ha-
berent: utq; ſublato Minotauro pœna iſta ceſſaret. Itaq; initiò, cùm nulla
Tolam. adeſſet ſpes ſalutis, Athenienſes nauim uelo nigro inſtructam, ut certa ca
lamitate, miſerunt. Tunc uerò Aegeus, cùm eum Theſeus uerbis confir-
maret, iactaretq; Minotaurũ à ſe domitum iri, gubernatori nauis aliud ue
lum album dedit, mandato, ut ſi ſaluo Theſeo rediret, eo uteretur uelo: ſi
quid ei accidiſſet, nigro uelo infortuniũ indicaret. Simonides nõ album,
ſed puniceũ fuiſſe aſſerit, infectum ſcilicet flore humido cocci frondentis,
Phereclus Amarſyades. idq; eum ſalutis ſignum conſtituiſſe. Idem ait, rectorem nauis fuiſſe Phere
clum Amarſyadem. Philochorus Theſeum narrat è Salamine accepiſſe à
Sciro rectorem Nauſithoum, Phæacemq; qui proræ præeſſet, (quòd eo
tempore Athenienſes mare non uſurparent) cùm unus ex adoleſcentib.
Meneſthes. eſſet Meneſthes, ſorore Sciri natus. Huic adſtipulantur ſententiæ ſacraria
22 Nauſithoo & Phæaci à Theſeo poſita in Phalero, ponè templũ Scironis:
ac ſe-

A ac festum quoq; diem à gubernatione nauis Cybernesia dictum in eorũ *Cybernesia.*
honorem institutũ, idem Philochorus inquit. Post sortitionem Theseus
eos, quos sors periculo destinasset, è Prytaneo accepit: ac progressus in
Delphiniũ, supplicationis pro eorum salute signum Apollini obtulit. id *Supplicationis signum.*
erat ramus sacræ oleæ alba lana inuolutus. Voto concepto descendit ad
mare, VIII Idus Munychionis, quo die etiam nunc puellas mittunt sup-
plicatum in Delphinium. Fertur Theseo oraculum Delphicum præce- *Venus adiutrix Thesei.*
pisse, Venerem itineris ducem faceret, comitemq; aduocaret. præterea *Prodigium.*
cùm caprum apud mare immolaret, eam fortuitò in caprum transijsse, in-
de Veneri Epitragiæ (nam tragos caper ipsorum lingua est) nomen da- *Venus Epitragia.*
tum. Cõmunis historicorum ac poetarum sermo est, cùm uenisset in Cre *Theseus in Cretam adductus.*
tam Theseus, accepisse eum ab Ariadna amore capta linum, edoctumq;
qua ratione Labyrinthi flexus pertransiret, interfecto Minotauro, acce-
ptis secum Ariadna & adolescentibus abnauigasse. Addit Pherecydes,
carinas eum Cretensium nauium insuper insecutionis prohibendæ causa
concidisse. Damon Taurum quoq; Minois ducem in portu cum nauali
B prœlio exitum impediret, à Theseo occisum ait. Philochorus ita memo-
riæ prodidit. Cùm Minos certamen adornaret, Taurus opinionem de se *Taurus.*
prębebat, quasi iterum omnes uictorias obtenturus, eratq; in inuidia ho-
minum, ut qui moribus suis iam potentiam alijs molestam effecisset, ac dę
adulterio Pasiphaes insimularetur. Itaq; Theseo petente certaminis sibi *Pasiphae.*
copiam fieri, concessit Minos. Mos Cretensibus etiam mulieribus per-
mittit interesse spectaculis: aderat igitur Ariadne certamini. ea uiso The-
seo attonita, pugnantẽ admirata est, cùm omnes uinceret. Minos quoq;
uoluptate affectus, potissimum ob Taurum superatũ ac ignominiæ obie-
ctum, pueros Theseo reddidit, Athenis tributum remisit. Clidemus rem
totam aliter exponit, curiose etiam altiùs quædam repetens. Statutũ, in- *Lex Græcorũ de nauigatione.*
quit, fuit Græcis cõmuni suffragio, ne qua triremis quópiã exiret, plus q̃
quinq; uiros uehens: solus autem eius nauis, quæ Argo dicta fuit, rector *Argo.*
Iaso circũnauigauit, ac mari prædones depulit. Dædalus porrò cùm na- *Iaso.*
ui Athenas fugisset, Minos eum contra edictũ longis nauibus persequẽs, *Dædalus.* *Minois interitus.*
tempestate in Siciliã eiectus, ibi uitam cum morte cõmutauit. Tum Deu-
C calion eius filius Atheniensib. infensus, misit qui Dædalum exposcerent: *Deucalion.*
minatus, ni dederent, puerorũ, quos obsides Minos acceperat, necem. Ei 23
placidè respondit Theseus, pro Dædalo deprecans ut suo consobrino, i-
psiusq; etiam Deucalionis (cuius mater erat Merope Erechthei filia) con
sanguineo. Interim classem parare intendit, partim in Attica statim naues 24
fabricans, procul ab eo loco, quo peregrini accederent, partim Trœzene
apud Pittheum, id agens ut rem occultam haberet. Nauibus perfectis a-
uectus est, Dædalo & exulibus Cretensibus itineris ducibus. Nemo Cre-
tensium rem pręsenserat. itaq; dum naues socias putãt appellere, Theseus *Theseus Cretam capit.*
portu occupato, egressus è nauibus properè Gnosum uenit: cõmissaq; in
portis Labyrinthi pugna, Deucalionem cum stipatorib. occidit: atq; ita
summa rerum ad Ariadnã deuoluta, fœdus cum ea init: receptisq; pueris
Athenienses cum Cretensibus, iuratis nunq̃ se bellum incepturos, amici-
cia coniunxit. Varij sermones hodie quoq; de ijs rebus feruntur, ut & de *Varia de Ariadna historia.*
Ariadna, nihil inter se conuenientes. Alij enim hanc à Theseo relictam, su
spendio uitam finiuisse memorant: alij in insulam Naxum à nautis depor 25
tatam, cum Onaro Bacchi sacerdote uixisse. Porrò autem à Theseo deser *Naxus. Onarus.*
tam, alius amore correpto: *Nam grauis hunc urgebat amor Panopeidis Æglæ:*

Hunc enim uersum Hereas Megarensis asseuerat Pisistratum Athenien- A
sium gratiam captantem exemisse Hesiodi scriptis, ac uicissim inseruisse
26 Homeri Necyiæ hunc:

Thesea, Pirithoumq́, deorum sanguine natos
Illustres.——

Oenopion. Staphylus.
Sunt qui peperisse ex Thesea Ariadnam dicant Oenopionem ac Staphy
lum: quorum è numero est Ion Chius de patria sua ita scribens:

Quam Thesida olim condidit Oenopion.

Enimuerò quæ fabulæ maximæ consentaneæ sunt, eæ omnium ferè in o-
re sunt. Pæno tamen Amathusius peculiarem de his narrationem edidit.
Vi tempestatis, inquit, Theseus in Cyprum delatus, Ariadnã grauidam,
maleq́ à fluctibus affectam, ægram in insula solam exposuit, ipse naui opi
tulatus, rursus à terra in altum prouectus est. Mulieres eius insulæ Ariad-
nam exceperunt, ac solitudinis impatientem comiter habuerunt, literas
confictas ipsi à Theseo missas ei obtulerunt, in partu eam adiuuerunt: cæ-
terùm ea fœtu non edito, debitum naturæ ibi persoluit. Theseus reuersus
summum ex ea re cepit dolorem, reliquitq́ Cyprijs pecunias, instituto ut B
Ariadnæ sacrificarent: ac duas statuas exiguas posuit, argenteã unam, al-
27 teram æneam. In sacris quę fiunt Nonis Gorpiæi mensis, quidam adole-
scens decumbit, ac ea loquitur agitq́, quæ mulieres cùm pariunt: lucum,
in quo ostendunt sepulcrũ Ariadnæ, Veneris uocant lucum Amathusij.

Minoes duo, eiusdem, 2 Ariadnæ.
Iam quidam Naxij propriam quandam narrationem habent: fuisse duos
Minoes, duas Ariadnas: quarum altera nupta Baccho in Naxo, Staphy-
lum pepererit: iunior altera à Theseo rapta, pòst ab eodẽ destituta in Na-
Corcyne. xum uenerit cum nutrice Corcyne: cuius exter sepulcrũ. ibi Ariadnã hanc
mortuam, diuersis coli honoribus quàm priorem: huic enim cum gaudio
& ludis diem festum celebrari, illius sacra luctu & tristicia misceri. Cæte-
Theseus Delũ uenit. rùm Theseus è Creta auectus Delum appulit, Deoq́ sacris peractis, Ve-
neris imaginẽ, quam ab Ariadna acceperat, dedicauit, ac cum adolescen-
tibus choreã duxit, quam ferunt nostro quoq́ tempore à Delijs usurpari:
ea ad imitationem circuituũ & exituum in Labyrintho composita est mo
Chorea, Grus. do certo, qui digressionibus & inuolutionibus constet. Genus hoc saltan
di Grus apud Delios dicitur, Dicæarcho autore. Saltauit autem Theseus C
Cerato, cornu ba ara. circum aram Ceratonem, quæ nomen habet à cornibus: constructa est e-
nim ex cornibus, omnibus sinistris ijs. Certamen quoq́ editum ab eo in
Palma. Delo fuisse scriptum est, ac tunc primùm ab ipso palmam uictoribus da-
tam. Cùm Atticæ appropinquarent, tradunt prę gaudio neque Theseo,
neq́ gubernatori in mentem uenisse, ut uelum illud tollerent, quo saluos
Aegei interitus. se uenire Aegeo ostenderẽt: itaq́ hunc desperata incolumitate suorũ, de
saxo pręcipitem se egisse, ac perijsse. Theseus ut nauem appulit, sacra in
Phalero quę uouerat dijs, exoluit, pręconem in urbem misit, qui salutem
ipsorum annunciaret. Is inuenit multos regis interitum lamentantes, mul
tos contrà gaudentes, ac qui eum amplexari, coronareq́ salutis nomine
cuperent: itaq́ acceptis sertis caduceum redimiuit, ac ad mare reuersus,
cùm nondum libasset Theseus, mansit ante fores, ne sacra perturbaret: li-
batione demum perfecta, Aegei mortẽ exposuit. Itaq́ raptim in urbem
Osthophoria. ascensum est cum fletu ac tumultu: unde nunc quoq́ cùm Oschophoria
celebrantẽ (ita dicta à frondium gestatione solenni) non præco, sed cadu
Caducei coronatio. Eleleu, Iu. ceus coronatur, ac inter libandum acclamatur à præsentibus, Eleleu, Iu,
Iu: quarum prior alacriter agentiũ & militaris uox est, altera cõsternatio-

nem &

A nem & trepidationem significat. Sepulto patre Theseus, uotum represen
tauit Apollini, septima die mensis Pyanepsionis, qua dic incolumes in ur
bem redierant. Quòd autem coquuntur legumina (hæc pyana græcè so- *Pyana. mense Pyanepsió. Legumina coctio*
nant, unde mensi nomen) inde sumptum ferunt, quòd reduces ciborum
quicquid erat reliquum commiscuerint, ac in unam ollam coniectum co-
xerint, tum simul epulati sint. Eiresionam quoque, hoc est lemniscatam fron *Eiresiona seu lemniscata.*
dem efferunt, (frondem oleæ lana, sicut tunc lignum supplicationis fue-
rat, coronatum: appensis insuper omnis generis primitijs, quia sterilitas
terræ cessasset) accinentes:

Ficus & pingues panes ferat Eiresioná,
Atque in uase fauos, olei fundatque liquorem,
In calicesque merax, ut dormiat ebria, uinum. 23

Nec desunt qui hæc ab Heraclidis orta dicant, sic ab Atheniensib. educa-
tis: sed plerique tamen ita, uti expositum est, sentiunt. Nauim triginta remis
aptam, in qua cum pueris Theseus abijt ac redijt, Athenienses usque ad tem
pora Demetrij Phalerei conseruarũt, ligna uetusta subinde dementes, no
B ua alia ualida addentes ac cõpingentes: ita ut philosophis de ratione in- *Disputationis de incremento physica exemplum.*
crementi disputantibus nauis ea exemplo fuerit: cùm alij eandem nauim
permanere, alij non perdurare dicerent. Oschophoria à Theseo instituta *Oschophoria describit.*
celebrãt. Is enim (ut ferunt) non omnes uirgines quas sors legerat, secum
abduxit, sed duos iuuenes, quorum consuetudine utebatur, qui facie mu *Pueri in puellas transformati.*
liebri essent ac puerili, animo aũt uirili, ac præsenti: lotionib. aquæ calidæ
educatione umbratili, capillo ac corpore toto unguentis atque arte ad leni
tatem cõpositis: ita permutatos plane edoctosque uocem, gestus & inces-
sum, uti quàm maximè uirginum similes essent, neque ulla discrepantia appare-
ret, inter uirgines retulit omnibus ignaris. Postquam redijt, ipse ac iuue-
nes illi pompam duxerunt eo habitu, quo nunc utuntur, qui ramos oscho
phorijs gestant. Eos autem gestant in honorem Bacchi & Ariadne, fabu-
lam secuti, aut potius quòd iam fructibus autumno cõportatis redierant.
At mulierculæ cœnam ferentes adduntur ijs, & in societatem sacrificij re
cipiũtur, imitantes matres eorum qui sorte ducti erant: circuiuerant enim
hæ eos, cibos portantes: fabulæque tum recitantur, propterea quòd hæ e-
C tiam animi causa & consolationis, filijs fabulas recitauerant. Hęc Damon
scripsit. Templum etiam Theseo est concessum: iussitque ipse eas familias, *Thesei templum et sacrificiũ.*
è quibus sorte ad tributũ adolescentes essent lecti, sibi ad sacrificium con-
ferre pensionem: curationem eius sacrificij penes Phytalidas esse uoluit, *Phytalidæ.*
hanc eis hospitalitatis mercedem reddens. Secundum Aegei obitum,
opus arduum atque admiratione dignũ animo suo Theseus proposuit. Om
nes enim qui Atticam inhabitabant, in unam urbem conduxit, unumque *Atheniensium ciuitatem Theseus cõstituit.*
populum in unam ciuitatem composuit: cũm hactenus sparsim degẽtes,
difficulter conuocari ad utilitatem publicam consultandam possent. In-
terdum etiam dissidentibus inuicem, ac mutuò armis disceptantibus per
singulos populos, aut gentes circumiens pacis autor fuit, facilè accipien-
tibus eius admonitionem priuatis ac pauperibus. Potentibus autem præ
dicabat remp. absque regno esse, in qua populus summam rerum in sua po
testate haberet, in qua ipse tantùm belli dux, ac legum custos esset, cætera
eiusdem cum reliquis conditionis: itaque aut persuadebat, aut certè poten
tiam eius iam adultam, ac audaciam metuentes, malebant uerbis quàm ui
adacti concedere. Itaque sublatis prytaneis, curijs ac magistratibus, quæ
erant apud singulos populos, unicum ibi omnibus cõmune Prytaneum,
similiterque

Athenæ. Panathenæa. Metœcia.

29 similiterq́ Curiam erexit, quo loco nunc uidenẽ: astu ipsum, & urbem Athenas nominauit, Panathenæa sacrificium publicum instituit: Metœcia quoq́ sacrum à mutatis ciuium sedibus dictum, XVI die Hecatombæonis fecit, nunc quoq́ usitatũ. Tum regno ut pollicitus erat dimisso, urbem exornauit, à religionibus facto initio. Cum enim de urbe consuluisset oraculum Delphicum, tale ipsi responsum allatum fuit: A

Oraculum.

Aegide Thesei, Pittheidæ nate puellæ,
Multis in uestra genitor meus urbibus urbe
Fines, & fati non irrita fila locauit:
At tu ne nimium mentem, dum consulis, angas:
Nanq; uter in pelagi rapidis iactabitur undis.

Hoc idem oraculum perhibent memoriter deinde recitatũ à Sibylla urbem ita alloquente:

Subsidit, sed non fas mergi protinus utrem.

Populi nomẽ.

Atheniẽsis populus in tres partes diuisus

Quo magis augeret urbem, æquo iure omnes in ciuitatem suam uocauit: ac illud quod in uocando populo solenne erat, Adeste omnis popule, à Theseo introductum ferunt, qui totius populi concionẽ instituerit. Neq; B uerò passus est, remp. propter populi indiscreti accessionem ordinis uacuam cõfusione laborare, sed primus ipse patricios, agricolas, ac opifices inter se distinxit: patricijs tribuit cognitionem rerum diuinarum, utq́ magistratus ex ijs crearentur, de iure ipsi responderent, sacra & cæremonias exponerent, æquata dignatione cum reliquis ciuibus: quippe patricij existimatione, agricolæ usu, numero opifices anteire credebantur. Quòd autem primus ad plebem se accommodauerit, regno omisso, sicuti Aristoteles inquit, id uidetur Homerus quoq; in recensione nauium testari uoluisse, ubi solos Athenienses populi cognomento afficit.

Nummus nota Thesei bos.

Nummum etiam cudit boue insculpto, incertum propter Marathonium ne taurum, an Minois ducem, an ut ciues ad agriculturã adhortaretur. Inde ductum asserunt, ut in æstimatione precij rerum, ualere centũ, aut decem bobus aliquid dicatur.

Megarica Atticæ addita. Statua in Isthmo.

Proinde cum Megaricam regionem Atticæ firmiter adiunxisset, statuam uulgari sermone celebrem illam in Isthmo posuit, inscriptione addita, quæ regiones inter se diuideret, duobus trimetris uersibus: quorum is qui orientem solem spectabat erat talis: C

30 *Hæc non sunt Peloponnesus, uerùm Ionia.*

qui ad occidentem, ita habebat:

Sunt Peloponesus ista, non Ionia.

Isthmicũ certamen & Olympicum.

Isthmicũ certamẽ primus ipse edidit, ductus æmulatione Herculis, id contendens, ut quo modo propter Herculem Ioui Olympia Græci agunt, ita propter se Neptuno ijdem Isthmia, celebrarent. Quod enim in honorem Melicertæ institutum fuit, noctu peragebat, magisq́ sacrificij, quàm spectaculi aut ludorum habebat naturam.

Scironis genus

Sunt qui Scironis causa Theseum Isthmia dicant posuisse, expiantem cædem consanguinei Scironis, qui Canetho & Heniocha natus erat, filia Pitthei. Alij Sinnin loco Scironis ponunt.

Atheniensib. locus cõcessus à Corinthijs.

Statuit aũt Theseus, estq́ cum Corinthijs pactus, ut Atheniensib. qui ad Isthmia uenirent priorem ij locum in consessu darent: quantum scilicet spacij occupat uelum nauis, qua spectatum uenirent, expansum: ita

31

Thesei contra Amazones bellum.

enim tradunt Hellanicus & Andron Halicarnasseus. In pontum Euxinũ nauigauit Theseus Herculem comitatus contra Amazones, Antiopenq́ præmium uirtutis ab eo accepit, si Philochoro & quibusdam alijs scriptoribus credimus. Nam pleriq; alij, interq́ hos Pherecydes, Hellanicus, & Herodo-

A Herodorus, posterius quàm Herculem referunt Theseum propriam naui gationem fecisse, Amazonemq; istam manu cepisse, quorum uerisimilior est sententia. neque enim quisquam eorum qui cum ipso nauigauissent, Amazonem aliquam captiuã duxisse traditur. Bion autor est, hanc quoq; fraude circumuentam à Theseo, abductamq;. Quod enim natura suapte Amazones uiros diligerent, eò factum, ut Theseum ad suam regionem accedentem non fugerent, sed munera hospitalia mitterent: atq; eum dona ista ferenti Antiopæ persuasisse, ut in nauẽ ueniret, sicq; inde soluisse. Iam Menecrates quidam, qui de Nicæa Bithyniæ urbe historiam edidit, memoriæ prodit, Theseum circa Nicæam cum Antiopa cõmoratum fuisse, habuisseq; militiæ socios tres adolescentes Athenis oriundos, nimirum Euneon, eiusq; germanos Thoantem, ac Soloontem. Hunc postremum in amorẽ Antiopæ prolapsum, cùm reliquos lateret, aperuisse rem cuidã familiariũ: ab hoc Antiopam eius rei causa compellatam summoperè abnuisse, usam tamen modestia humanitateque ea, ut ad Theseum rem non deferret: Soloontem desperatione compulsum, in fluuium quendam se
B abiecisse, ac ita perijsse. At Theseum cùm casum adolescentis, causamq; cognouisset, ac ægrè admodum ferret, in memoriam reuocauisse oraculũ quoddam Pythium, quo iussus fuerat apud Delphos, cùm in aliena terra maximum dolorem acciperet, ut ibi urbem conderet, suorumq; aliquot ei præficeret. Condidisse itaq; urbem, eiq; Pythopolin nomen à Deo ductum imposuisse: ac fluuium quoq; qui iuxtà erat, Soloontem in honorẽ adolescentis cognominasse: fratres eius reliquisse urbis moderatores, ac legis conditores, unaq; Hermum patriciũ Atheniensem. Ab hoc Pythopolis ciues loco nomẽ indidisse Hermũ Oecia, quod est Mercurij domus: cùm fuerit Hermi non Mercurij dicenda, atq; ipsi perperam circumflexa posteriore uocabuli Hermũ syllaba, nomẽ ab heroe Hermo, ad Mercuriũ Deum (qui Hermes Græcis est) transtulerint. Enimuerò hac, qua dixi, occasione conflatum bellum Amazonicum, non leui, aut muliebri opera gestum est. Neq; enim in urbe castra, neq; prœlium apud Pnycem & Museũ collatis manibus factum fuisset, nisi Amazones regione occupata, nemine obstante ad urbem accesissent. Sanè quod Hellanicus scripsit eas per
C Cimmeriũ Bosporum gelu concretum transijsse, fidem haud facilè inuenit: castra eas proximè urbem habuisse, testantur & locorum nomina, & sepulcra eorum qui occubuerunt. Multũ temporis cunctantibus utrisq;, neq; adoriri hostem audentibus extractum est: tandem Theseus cùm Apollini rem diuinam faceret, uaticinio confirmatus, Amazones aggressus est. Pugnatum est mense Boedromione, cuius pugnæ causa in hunc usq; diem Athenienses sacrificia Boedromia peragunt, mensiq; inde nomen est Boedromiõ: uocabuli origo à clamore, cùm ad auxilia accurrerẽt, sublato trahitur. Clidemus singula accuratè persequi cupiens, sinistrum cornu Amazonum tradit ad eum locum conuersum fuisse, qui Amazonium dicitur: dextro eas secundũ Chrysam ad Pnycem peruenisse, in quod Athenienses à Museo impetu facto pugnauerint. Sepulcra eorum, qui cecciderint, fuisse apud plateam quę ad portam fert, quã Chalcodõtis sacellum est, hodie Peiraica dicitur. Hac compulsos eos, usq; ad Eumenidũ (furias hoc uocabulo Græci significant) fanum uim mulierum declinasse: cæterũm à Palladio, Ardetto & Lycio irruentes, dextrum earũ cornu usq; ad castra profligasse, multis earum deiectis. Quarto mense pacem opera Hippolytæ compositã: hoc enim nomen ei, quæ uxor Thesei facta fuerit

non

Marginal notes: Nicæa. — Euneon. Thoas. Soloon, & eius cafus. — Oraculum — Pythopolis — Hermus. — Bellum Amazonicum. — Hippolyta

non Antiopæ tribuit. Hanc alij perhibent, cum Theſei à parte ſtans pu- A
Molpadia. gnaret, à Molpadia iaculo confixam, eique poſitam ſtatuam, quæ ad O-
Tellus Olympia. lympiæ Telluris eſt. In rebus adeò antiquis hiſtoriam non conſtare, mi-
rum non eſt: quando ſunt etiam, qui dicant ſaucias Amazones furtim ab
Antiopa Chalcidem miſſas, ibiq́ curatas, quaſdamq́ ibi ſepultas eo loco,
qui nunc Amazonium dicitur. Bellum pacificatione finitum fuiſſe, argu-
Orcomoſium. mento eſt loci nomen iuxta Theſeium, qui Orcomoſium à iuramentis ibi
præſtitis nuncupat̃: præterea ſacrificiũ antiquitus Amazonib. ante The-
Amazonũ ſepulcra. ſea peractum. Megarenſes quoq́ Amazonum buſtum oſtendunt, quod
eſt Megaræ, cùm itur à foro ad Rhun (loci id uocabulum, fluuium ſigni-
32 ficat) quà Rhomboidés eſt. Alias quoq́ apud Chæroneam oppetijſſe tra
ditum eſt, ac ad riuum tumulatas, qui quondam Thermodon, noſtra tem
Thermodon. peſtate Hæmon appellatur: qua de re in uita Demoſthenis diſſeruimus.
Hæmon. Videtur ne per Theſſaliam quidẽ Amazonib. iter facile fuiſſe: nam apud
Scotuſſeam ac Cynoſcephalas etiamnum earum ſepulcra monſtrantur.
Hęc de Amazonibus, quæ memoratu digna duximus. Nam quæ Ama-
33 zonum rebellio ab eo perſcripta eſt, qui Theſeidem cõpoſuit, nempe du B
centi Phædram Theſeo ab Antiopa inſidias factas, adiuuantibus eam re
liquis Amazonibus, eaſq́ ab Hercule interfectas, fabulę ac commento ſi
Nuptiæ Theſei cum Phædra. milima eſt. Mortua Antiopa, Phædram uxorem accepit Theſeus, cum fi-
Hippolytus. lium haberet ex Antiopa Hippolytũ, aut, ut Pindaro placet, Demophon
Demophon. tem. Calamitas quæ Phædræ & Hippolyti cauſa accidit Theſeo, quoniã
de ea inter hiſtoricos & Tragicos nihil diſcrepat, ita ut ab omnibus illis
Aliæ nuptiæ Theſei. eſt expoſita, accipienda eſt. Sunt tamen aliæ quoq́ de nuptijs Theſei nar-
rationes, quæ in ſcena auditæ nunquam ſint, initijs parùm honeſtis, infor-
tunatiſq́ exitibus conſtantes. Nam & Anaxo quædam Trœzenia rapta
Sinnis ac Cercyonis filia. à Theſeo memoratur: & Sinni eum ac Cercyone occiſo, uim filiab. eorum
feciſſe: ductas quoq́ ab eo Peribœam Aiacis matrem, inde Pherebœam,
Peribœa. Pherebœa. Iopa. ac Iopam Iphiclis: porrò amorem Aeglæ, Panopei filiæ, derelinquendæ
Aegle. Ariadnæ (uti ſuprà retulimus) cauſam fuiſſe, neq́ honeſtam neq́ conue-
nientẽ: ſuper omnia hæc, raptum Helenæ Atticam bellis impleuiſſe, ipſi
exilio atq́ exitio uertiſſe: ſed dę his pòſt paulo dicemus. Cùm eo tempo-
Theſei labores rum tractu uirtute præſtantes uiri multos labores obierint, Herodorus C
Theſeum cenſet nullius particip ẽ fuiſſe, præterquàm quòd in pugna con
tra Centauros, Lapithas adiuuerit. Alij cum Iaſone etiã Colchos petijſſe,
Meleagroq́ in apro conficiendo opem tuliſſe aſſerunt, indeq́ prouerbiũ
extitiſſe: Non ſine Theſeo. ipſum nullius auxilium requirentem, multa ac
præclara facinora ediſſe, de eoq́ inualuiſſe uulgatum illud: Alter Her-
34 cules. Adraſto quoq́ in impetrandis ijs, qui ad Cadmiam ceciderant, ad-
fuit, non quidem prœlio ſuperatis Thebanis, (quod Euripides in Tragœ-
dia finxit) ſed mutuo fœdere icto, quæ eſt plurimorum ſententia. Philo-
De cadaueribus recipiendis fœdus. chorus addit, primum id de cadauerib. recipiendis fœdus compoſitum.
Sed Herculem primò omnium mortuos hoſtibus reddidiſſe, in eius uita
nos docuimus. Cæterùm ſepulcra maioris partis, Eleutheris cernuntur,
35 *Eleuthera.* ducum Eleuſine: id quoq́ gratiæ Adraſti à Theſeo datum. Euripidis qui-
dem Supplices premuntur etiam Eleuſiniorum, quæ eſt Aeſchyli tragœ-
dia, teſtimonio: in his ea, quę modò dixi, Theſeus ipſe dicens introducit.
Theſei & Pirithoi coniunctio. Pirithoi amiciciã hoc modo initam ferunt. Maxima erat roboris ac forti-
tudinis gloria Theſei. eius quò periculũ facere poſſet Pirithous, (id enim
cupiebat) boues quos Marathone Theſeus habebat, abegit, cognitoq́
eum

A eum armatum insequi, non fugæ se dedit, sed uerso itinere obuiam iuit.
Cùm alter alterum uidisset, formæ ac audaciæ admiratione mutua correpti, duellum omisere: priorq; Pirithous dextram protendens, ipsi Theseo
boum à se auersorum iudicium obtulit, seq; libenter pœnam eius arbitrio
daturum affirmauit: Theseus mulctã remisit, & ad amiciciã societatemq;
eum prouocauit, amiciciãq; tum iuramento sanxerunt. Pòst cùm Deidamiam duxisset Pirithous, petijt à Theseo ut ad nuptias ueniret, regionẽq; *Nuptiæ Pirithoi & Deidamiæ.*
perlustraret eam, ac Lapithas conueniret. Vocârat autẽ etiam Centauros
ad conuiuium: qui cum petulanter libidines suas exercerent, uinoq; graues à mulieribus sibi non temperarent, uersi ad uindictam Lapithæ partim eorum obtruncauerunt, reliquos deinde bello uictos regione eiecerunt, Theseo pugnam ac bellũ adiuuante. Herodorus non eo modo rem *Lapitharum contra Centauros bellum adiuuat Theseus.*
actam, sed cõmisso demum bello Theseum auxilio Lapithis uenisse scribit: ibiq; primùm ei Herculis coràm uidendi copiam factam, operæpretium arbitrato, ut eum, qui tum, errorum atq; ærumnarum fine facto, ad
requiem se dederat, Trachine conueniret: cõgressumq; hunc eorum mul
B to cum honore, beneuolentia, ac laudibus inter eos factum. Tamen his
potius accedo, qui eos sæpenumerò unà fuisse memoriæ prodiderunt,
initiatumq; sacris Herculem opera Thesei, qui lustrationem etiam, qua
propter quædam fortuita facta Hercules egeret, initiationi præmiserit.
Verùm Theseus, cum iam quinquagesimum annum attigisset, præter ætatem Helenam rapuit, ut Hellanicus tradit. Quapropter quidam eius hoc *Theseus Helenam rapit.*
crimen, tanquam reliquorum maximum, purgantes, non ipsum Helenæ
raptorem fuisse asserunt, sed raptam ab Ida & Lynceo depositi nomine *Idas. Lynceus.*
accepisse, repetentibusq; Castori & Polluci non concessisse. Quibusdam
magis probatur, à Tyndareo Helenam Theseo traditam, timente Enarsphorum Hippocoontis filium, qui ut sibi quanquam impubis adhuc da- *Enarsphorus.*
retur, magna ui contendebat. Quæ ueritati proxima, ac pluribus testibus
firmata sunt, ita habent. Cum Pirithoo Theseus Spartam uenit: ibi Hele- 36
nam puellam in templo Dianæ Orthiæ saltantem rapientes aufugerunt: *Diana Orthia.*
ac cùm qui ad insequendum missi erant, non ultra Tegeam processissent,
securitatem adepti, Peloponneso peragrata, pacti sunt inter se, ut utri sors
C fauisset, is Helenam uxorem haberet, alterique in alijs nuptijs conficiendis
operã nauaret. Sorte iacta, Theseo Helena contigit: is uirginem acceptã,
nec dum nuptijs maturam, Aphidnas deportauit, ac unà eum sua matre, *Aphidnæ. Aphidnus.*
Aphidno amico suo adseruandam tradidit, mandato caueret ne quis resciseeret. Ipse ministerium pactum ut præstaret Pirithoo, comitatus eum
est in Epirum proficiscentem, propter Aidonei Molossorum regis filiam.
Is uxori nomen Proserpinæ indiderat, filia Cora uocata, & canem præte- 37
rea suum Cerberũ dixerat, edicto, ut qui filiam suam in matrimoniũ peteret, ita ea potiretur, si cum cane isto congressus superior fuisset. At enim *Pirithous perit, Theseus capitur.*
cum Pirithoum ac Theseum non ambiendæ, sed rapiendæ uirginis causa
uenisse sentiret, manus eis iniecit, ac Pirithoũ statim cani obiectum necauit, Theseũ in custodia detinuit. Interea loci Menestheus Petei filius, cui 38
pater Orneus, auus Erechtheus fuit, primus inter homines qui populi animos sibi deuincire ac gratiam plebis in dicẽdo captare intenderit, potentum coitionem effecit, eosq; dictis accẽdit, iam dudum Theseo infensos,
existimantesq; hunc omnibus populis in unam urbem conclusis, erepta
singulis patricijs magistratus ac regni facultate, omnibus ijs subditorum
ac seruorum loco uti: idemq; uulgus urbanum concitauit calumniando,

Videre ipsos somniū modò libertatis, re uera eò spoliatos patria quæq; sua ac penatibus, ut pro multis bonis ac genuinis regibus unicum dominum, eumq; aduenā extraneumq; suspicerent. Hæc illo agitante, bellum à Tyndarei filijs Castore ac Polluce illatum Athenis, rerum nouarū studio magnū momentū attulit: ac sunt qui Castores omninò Menesthei monitu ad Athenas duxisse militē credant. Primò omni maleficio abstinētes, sororem reposcebant: ciuibus respondentibus neq; apud se eam esse, neq; notum sibi ubi locorum sit relicta, bellum pararunt. Ibi Academus quidam ijs Helenam esse Aphidnis occultatam indicat, incertum qua id sibi ratione compertum. Itaq; & uiuo ei honores à Tyndaridis habiti, & sæpe inferioribus temporibus Lacedæmonij in Atticam irrumpentes, totamq; regionem uastantes, Academiæ propter Academum pepercerunt. Dicæarchus uerò autor est, eo tempore, duos Arcades Tyndaridis in bellum comites iuisse, Echedemum & Marathum: quorum ab altero Echedemia dicta sit, quæ nobis est Academia: ab altero Marathon curia: cùm se hic oraculo ductus sponte mactandum ante instructā aciem dedisset. Tyndaridæ Aphidnas peruenerunt: pugnaq; secunda facta, oppidum ui B ceperunt. Ibi narrant Alycum Scironis filium, commilitonem Tyndaridarum oppetijsse, locumq; Megaricę regionis in quo is tumulatus est, nomen ab eo habere. Hereas ab ipso Theseo ad Aphidnas interfectū Alycum scribit: cui rei testimonium perhibeant etiam hi de Alyco uersus:

Castores bellū Atticæ inferunt. — *Academi indicium.* — *Echedemus. Marathus. Marathon. Deuotio. Aphidna à Geminis capta.* — *Alycus.*

—— *Quem quondam in populosa fortis Aphidna*
Formosæ pugnantem Helenæ uita exuit ergò
Theseus ——

39 Attamen non est simile ueri, præsente Theseo, matrem eius ac Aphidnas in potestatem hostium uenisse. Aphidnis captis, metu correptis ciuibus Menestheus suasit, ut in urbem reciperent Tyndaridas, ac amicè tractarent: quippe cum hi solum Theseum lacessiti iniuria bello petijssent, reliquos homines beneficijs ac salute impertirent. Id eius consilium Tyndaridarum facta comprobauerunt. Neq; enim cum omnium potiti essent, quicquam postulauere, quàm ut sacris initiarentur: nihilo minus ad urbē quàm Hercules pertinentes. Cōsecuti sunt hoc, adoptante eos Aphidnō, sicut olim Pylius Herculem: diuiniq; ipsis honores, & ut Anaces nominarentur, tributi sunt. Id nominis an propter inducias, quas anochas Græca lingua affert: an quia curam operamq; dederant, ne quis maleficium acciperet, cū tantus esset in urbe exercitus, (Anacôs enim habere dicuntur, qui quancunq; rem tutantur custodiuntq;, unde fortassis Græcis reges Anactes nuncupati) adepti sint, parum conuenit. Neq; desunt, qui propterea q; eorum sidera apparent, ita appellatos existiment: ano enim, quòd significat suprà, Atticorum lingua Anecas pronunciari, & Anecathen esse ijsdem idem quod alijs Græcis Anothen, latinis est desuper. Aethram Thesei matrem captiuam tradunt Lacedæmonem abductam esse, inde cum Helena Troiam: testimonioq; Homeri confirmāt, qui eam Helenæ comitem fuisse hoc uersu adserat: C

Initiatio. — *Anaces qui.* — *Anacās.* — *Anactes.*

40 *Exertis Clymenen oculis, Pittheidaq; Aethram.*

Alij hūc uersum improbāt, perinde atq; fabulā de Munycho: quem cùm Laodice ex Demophōte furtim sustulisset, Troię Aethrę auxilio educatū memorāt. Verùm enimuerò Ister libro Atticæ historiæ XIII. peculiarem quandā, ac à reliquis diuersam de Aethra narrationē uulgauit. scilicet Alexandrum, qui Thessalis est Paris, ad Sperchiū prœlio ab Achille superatū fuisse:

Munychus. Laodice. Demophon. — *Alexander. Paris.*

A fuisse: atqui Hectorē Trœzene capta & direpta Aethram, quæ ibi fuerat relicta, abduxisse. Sed multa absurda insunt. Cæterùm Aidoneus cum Herculem hospitio excepisset, ac fortè mentionem Thesei & Pirithoi fecisset, & quam ob rem uenissent, quasq; depræhensi pœnas dedissent exposuisset: ægrè id tulit Hercules, hunc ignobili exitu perijsse, illum perire. Itaq; arbitratus si Pirithoi causa Aidoneum incusaret, nihil se profecturū, id ab eo sibi gratiæ dari petijt, ut Theseus liberaretur. Quod cùm à rege obtinuisset, dimissus Theseus Athenas redijt, nondum prorsus oppressis suis amicis: tum quæcunq; templa sibi à ciuibus data habuerat, omnia ea Herculi consecrauit, ac pro Theseis Herculea nuncupauit: quatuor tantùm demptis, si Philochoro credimus. Sed cùm regnare statim, sicut antè uellet, ac remp. gerere, in factiones incidit ac turbas, inuenitq; eos, quos reliquerat, sibi infensos, id ad odium adiecisse, ne ipsum timerent: ac magnam populi partem co[redacted], [redacted] ulceri obsequio, quàm taciti imperata facere uellent. Eam ob causam cum uim pararet, gratis in plebem aliorum concionibus atq; factionibus superatus, tandem

Hercules Theseum liberat. *Herculis templa Athenis.* 41

B rebus desperatis, liberos in Eubœam ad Elephenorem Chalcodontis filium clàm emisit: ipse in Gargetto Athenienses execratus (ubi nunc Araterium, quasi locus imprecationum est) in Scyrum nauigauit: quòd sibi cum eius insulæ hominibus amicitiam, ac prædia ibi paterna esse putaret. Scyriorum regnum eo tempore Lycomedes habebat, ad hunc Theseus se contulit, agrosq; sibi reddi, ut habitaturus ibi, poposcit: alij auxilium contra Athenienses petijsse aiunt. At Lycomedes, siue gloriam uiri suspectam habens, siue ut rem Menestheo gratam faceret, in montes regionis Theseum produxit, tanquam inde monstraturus agros, proturbatumq; de saxis perdidit. Quidam lapsum fortuitò, nemine impellente perhibēt, cum more suo post cœnam deambularet. Quo Theseus perijt tempore, nemini ipsius mors curæ fuit: sed Menestheus rex Atheniensiū factus est, filij Thesei priuatā agentes uitam, cum Elephenore ad Troiam sunt profecti. ibi Menestheo mortuo reuersi in patriam, regnum receperūt. Posterioribus uerò temporibus Athenienses ut Theseum tanquam heroem uenerarentur, cùm alia mouerunt, tum quod in Marathonia contra Medos pu-

Elephenor. *Thesei imprecatio & exilium.* *Lycomedes.* *Thesei interitus.* *Menestheus rex Atheniensium.*

C gna multi fuerunt, qui se umbram Thesei armatam uidisse ante aciem Græcorum barbaris irruentem putarent. Post Medicum bellum, Phædone imperante, cùm Athenienses oraculum consuluissent, responsum est à Pythia, ut ossa Thesei reciperent, ac recondita reuerenter apud se retinerent. Difficultas in ijs recipiendis erat maxima, inueniendoq; sepulcro, quòd cum barbaris Scyrum inhabitantib. nulla essent cōmercia, moresq; eorū difficiles. Veruntamen Cimon cùm insulam eam cepisset, (ut in eius uita scripsimus) ac magno ea studio inquireret, cùm uideret aquilam rostro (sic enim proditū est memoriæ) quendam collem recludere, ac unguibus moliri, Deûm beneficio cōiectatus ibi esse ea, effodit. Inuentus est loculus magni corporis, adiectaq; cuspis ærea & gladius. Hæc cum in triremi attulisset Cimon domum, læti Atheniēses, tanquam si ipse Theseus in urbem rediret, illustri pompa obuiam progressi, peractis sacrificijs, exceperunt. Sepulcrum Theseo media urbis regione, quà nunc Gymnasium est, conditum: idq; seruis, ac omnibus inferioris sortis hominibus, qui uim potentiorum metuunt, asylum constitutum: quòd Theseus patronus, & ad opem ferendam promptus fuisset, precationesq; miserorum humaniter accepisset. Sacrificium ei maximum fit octauo die mensis Pyanepsionis:

Thesei spectrum. *Oraculum.* *Cimon ossa Thesei inuenit.* *Sepulcrū Thesei.*

qua die cum adolescentibus è Creta rediit. Quinetiam octauo cuiusuis A
mensis die ipsum colunt: siue quòd primus eius Troezene aduentus incidit in diem octauum Hecatombaeonis, quemadmodum Diodorus (qui à diligenti rerum expositione Periegetes dicitur) scriptum reliquit: seu quòd hunc magis, quàm reliquos, numerum conuenire existiment Theseo, qui Neptuni filius sit creditus: nam octauo cuiusque mensis die Neptunum honorant. Scilicet octonarius numerus, cùm sit primus cubus à pari numero productus, duplamque ad primum quadratum ratione obtineat, habet in se constantiam, immobilitatemque, quae naturae Neptuni congruunt: cui Asphalij & Gaeaochi cognomenta à firmitate, & quia terram elementorum permanentissimum contineat, imposita sunt.

Neptuni nomina & cultus. Octonarij mysterium. Asphalius. Gaeochus.

PLVTARCHI ROMVLVS,

[redacted] AVgustano interprete.

Variae de nomine urbis Romae opiniones.

MAGNVM illud Romae nomen, cuius ad omnes homines gloriase extulit, à quo urbi inditũ, quámue ob causam sit, in confesso apud scriptores historiarum non est. Nõnulli Pelasgos, B
cùm plerasque orbis terrarum partes peruagati, plurimos mortales subegissent, ibi consedisse, ac ab armorũ ui nomen hoc urbi tribuisse tradunt: nam eorum lingua Romae uocabulo robur exprimitur. Alij Troia capta quosdam Troianos effugisse, nactosque naues, uento ad Tyrrheniam (quae eadem Etruria est) delatos iuxta flumen Tiberim appulisse. Ibi mulierib. eorum anxijs iam, pertaesisque maritimae iactationis, quandã genere & opinione prudentiẹ reliquis prẹstantẽ, Romam nomine, consiliũ comburendarũ nauium dedisse. Quod ubi factũ fuerit, primò uiros stomachatos, deinde necessitate cõpulsos apud Pallantium urbem condidisse: ibi cùm non multo tempore exacto spe felicius uiuerent, agri bonitatem, ac uicinorũ hospitalitatẽ experti, inter alios Romae tributos honores, urbem quoque eos istius nomine, ut cuius ipsa autor extitisset, insigniuisse. Exinde etiã hunc morem obtinuisse, ut mulieres cognatos suos, ac maritos osculo salutent: nam illas, quo tẽpore naues incenderant, uiros osculando demulsisse, iramque blandiẽdo & deprecãdo leniisse. C
Iterum sunt, qui Romã Itali & Leucariẹ filiam, aut ut alijs placet, Telephi filiam, neptem Herculis, Aeneae uxorẽ: uel aliorũ sententia, Ascanij filiã, neptem Aeneẹ, nomen urbi dedisse dicant. Alij conditã à Romano, Vlissis è Circe filio. Quidã Romum Emathionis filiũ Troia missum à Diomede, eius autorem perhibent: rursus nõnulli Romam Latinorũ tyrannum, Tyrrhenis, qui è Thessalia in Lydiã, inde in Italiã uenerãt, expulsis. Enimuerò ne his quidẽ, qui Romulũ urbi nomen à se posuisse maximè consentanea oratione prodiderũt, de genere eius inter se conuenit. Quidam Romulũ Aeneae & Dexithee Phorbãte genitae filium infantẽ adhuc in Italiã aduectum cum fratre suo Romo referũt: ibi in fluuio aquis uehementius aucto, cum reliquae naues perijssent, eam in qua ij pueri fuerint, sensim ad mollem quandã ripam declinasse, puerosque ita praeter opinionẽ seruatos, * Romam appellasse. Alij Romã filiam Troianae istius, Latino Telemachi filio matrimonio iunctã Romulum peperisse: alij matrem eius Aemiliam Aeneẹ & Lauiniae filiam, patrem faciunt Martem. Sunt qui planè fabulosa de ipsius natalibus narrent. Nempe Tarchetio Albanorum regi iniustissimo ac crudelissimo spectrũ diuinitus domi suae oblatum: nam è foco

Osculi ratio. Roma. Leucaria. De Romulo diuersae sententiae.

A foco membrum uirile exertum fuisse, aliquotq; per dies durasse. Tethyos Tethyos oraculum.
porrò fuisse in Etruria oraculum: inde uaticiniũ Tarchetio allatum, quod
iuberet uirginem cum eo spectro coire, eam partu edituram filium uirtu-
te, fortuna ac robore inclytum. Id Tarchetiũ uni ex filiabus indicasse, ius-
sisseq; ut cum isto ueretro rem haberet: eam indignam se hoc ratam, sub-
misisse ancillam. Hoc Tarchetio cognitũ tantam iram mouisse, ut utramq;
in carcerem poneret, morte mulctaturus: uisam tamen ei per quietem Ve-
stam, necem prohibuisse, sed puellis eum uinculis grauatis telam quandã Tela filiæ Tarchetij.
uti texendam daret iussisse, qua absoluta nuptum darentur: eas interdiu
texuisse, alias iussu Tarchetij noctu textum dissoluisse. Cùm ancilla è spe-
ctro illo geminos peperisset, eos à Tarchetio traditos Teratio cuidã ne-
candos, ab eoq; prope fluuium expositos: lupam tum aduentasse crebrò
ad eos, ac ubera præbuisse: à uarij generis auibus bucceas allatas, ac in os
infantibus immissas: tandem pastorem cùm rem sæpius non sine admira-
tione uidisset, ausum adire, ac sustulisse pueros. eo modo cum essent serua-
ti, educatiq;, adortos deinde Tarchetiũ superasse. Hæc Promathio quidã
B in historia Italica scripsit. Eius uerò hac de re historiæ, quæ & fidei & testi-
moniorum plurimum habet, prçcipuas partes primus Grçcè edidit Dio-
cles Peparethius: eumq; in plurimis locis Fabius Pictor secutus est. Quæ
historia etsi in quibusdam ipsa quoq; controuersias habet nonnullas:
tamen, ut eam rudi Mineruа recenseam, talis est. Regum qui Albæ ab Ae-
nea orti imperarunt successio ad duos fratres peruenit, Numitorẽ & A-
mulium. Amulius totius regni bona in duas partes distribuit, ea ratione,
ut regno pecuniæ, & aurum Troia allatum conferrentur: Numitor regnũ
delegit. At Amulius pecunias, maioremq; inde Numitoris potentia uim Numitor ab
nactus, regnum ei haud magno negocio eripuit: metuensq; ne ex eius fi- Amulio fra-
lia liberi crearentur, Vestæ eam sacerdotem constituit, ut uirgo in perpe- tre regno pul-
tuo cœlibatu uiueret. Huic uirgini apud alios Iliæ, apud alios Rheæ no- sus.
men est, quidam Syluiam appellant. Nec multum interuenit temporis,
cùm contra legem Vestalium prægnans depræhensa est. Eam ob causam
ne capitali supplicio afficeretur, Antho regis filia precibus à patre impe-
trauit: in carcerem tamen coniecta uitam ab hominũ congressu interclu-
C sam tolerauit, ne clam Amulio párere posset. peperit autem duos pueros Ilia Vestalis
magnitudine & forma præstantes. Quo magis sibi metuens Amulius, fa- geminos pa-
mulo negociũ eos in aquam abijciendi dedit. famulo quidã Faustulo no- rit.
men fuisse, alij eum qui sustulit ita uocatũ affirmant. Is igitur famulus cùm Faustulus.
in alueolum eos imposuisset, ad fluuium proijciẽdi animo descendit: sed
ut rapidum fluere aquis auctum uidit, ueritus adire, alueolo prope ripam
deposito discessit. At fluuij stagnantis inundatio alueolum excepit, leni-
terq; sublatum in locum plane mollem deuexit, qui nunc Cermanus ap- 2
pellatur, olim Germanus, ut apparet, cùm Germani idem sint quod fra-
tres. Erat in propinquo caprificus, Ruminalis cognomento: seu propter Caprificus Ruminalis.
Romulum, quæ est multorum sententia: seu quia ruminantes pecudes eo
loci propter umbram commorarentur: siue potissimum à puerorum la- 3
ctatione: quandoquidem mãmam antiquitùs rumam dixerunt, Deamq; Ruma.
quæ alendorum puerorum curam gerere creditur, Rumiliam appellant, Rumilia.
eiq; Nephalia à sobrietate dicta sacra lacte libantes faciunt. Ibi expositis Nephalia.
infantibus, ferunt lupam aduenisse, ac picum ei in alendis ijs, custodien- Lupa. Picus.
disq; adfuisse. Marti ea animalia sacra habent, picumq; Latini magnope-
re honorant ac colunt: quare non parum fidei accessit matri eorum, cum

Mars pater Romuli & Remi. se à Marte grauidam factam diceret: quamuis tradatur ex Amulio conce- A
pisse, qui ei in armis apparuerit, ac uirginitatem per uim imminuerit. Au-
Amulius. tores habeo, qui nutricis nomen propter ambiguitatē, famæ occasionē
in fabulam deflectendæ rei præbuisse asserant. Lupa enim Latinis & ani-
malis nomen est, et scorti: fecisse autem corpore suo quæstū Faustuli uxo-
rem, Accæq; Larentiæ nomen ei fuisse. Et uerò huic rem diuinam faciunt
Romani, mensèq; Aprili libamina ei offert flamen Martialis, festumq; La-
Laurentia dea. Sacerdotis cū Deo lusus. rentia dicitur. Porrò aliam quoq; Larentiā colunt, hac adducti causa. Cu-
stos templi Herculis, ocio, ut uidetur, luxurians, ad ludum talorū prouo-
cauit Deum, pactus, ut si ipse uicisset, beneficium aliquod à Deo accipe-
ret: sin succubuisset, ut Deo mensam lautè instructam, mulieremq; formo
sam ad concubitum suppeditaret. tum positis calculis alijs pro Deo, alijs
pro se, uictus est. Itaq; ut conuenta seruaret, staretq; pactis, cœnam Deo
parauit, Larentiamq; pulchram, nec dum notā, mercede conductam, le-
cto strato, in ipso templo excepit conuiuio, & à cœna ibi inclusit, ut ea
Deus potiret. Deum cum muliere ea collocutū fama fert, ac monuisse ut
sub aurorā in forum prodiret, eumq; qui primus obuiam se ei tulisset, salu B
tatum, amicum suum faceret. Occurrit ei ciuis magno admodū natu, ac
Tarrutius. prædiues, liberis carens, ut qui eatenus cœlebs uixisset, Tarrutius nomi-
4 ne. Hic Larentiam cognouit, dilexitq;, ac moriens multarū ac præclararū
opum hæredem reliquit: quarum illa maximā partem populo Rom. testa
mento legauit. Eam cum iam illustris esset, Dijsq; accepta putaretur, è
medio sublatam ferunt eo in loco, ubi & prior ista Larentia sepulta sit. Lo
Velabrum. cus nostro tempore Velabrū dicitur, quòd fluuio sæpius in stagna effuso,
5 iuxta eum nauibus uecti sint: nam lintres etiam Velaturæ uocabantur. A-
lij ab ijs qui spectacula exhiberent uiam, quæ à foro in Circum fert, uelis
prætensam fuisse, ac à Velabro incepisse, inde loco uocabulū factum sen-
tiunt. Atq; hæc sunt, cur honor Larentiæ posteriori habeatur à Roma-
nis. Enimuerò Faustulus Amulij subulcus nemine hominū conscio infan
tes sustulit: quamuis alij probabiliorem sequantur sententiam, sciente id
Numitore factum dicentes, qui & alimenta occultè educatis præbuerit.
Romuli & Remi educatio. Feruntur quoq; literas, & alia, quæ nobili familia natos decent, pueri di-
dicisse Gabijs. Hos etiam nomen ab ubere accepisse, traditū est, Romu- C
lū & Remum, qui sugentes feræ mãmas conspecti fuerint. In corpore eo-
rum iam tum, cū adhuc puericiā agerent, magnitudine corporis & formæ
Ingenia. nobilitas sese exeruit. Cùm adoleuissent, uterq; ferox ac fortis, magniq;
quidquid decreuissent animi audaciæq; prorsus imperterritę fuerunt. Ro
mulus magis tamen ratione agere, ciuilemq; habere prudentiam uideba
tur, qui in cōmercijs, quæ ei propter pabulationem ac uenationē cum ui-
cinis intercedebant, satis ostendebat ad imperandū se quàm ad parendū
esse aptiorem. Itaq; hi popularib. suis & inferioris sortis hominibus grati
esse, regios præfectos & inspectores, pastorumq; magistros, tanquam se
Vita institutio. nihil uirtute præstantiores, despicere, neq; minas, neq; iram curare. Vte-
bantur aūt studijs, ac uitæ institutis liberalibus, & ocium ignauiāq; tan-
quam illiberalia aspernati, exercitationibus, uenationibus, cursu, prædo-
nes arcendo, fures excindendo, uim patientes defendendo, nomen sibi
5 parabant. Cumq; Numitoris pastoribus ac Amulij contentio incidisset,
mutuoq; pecus abigerent, non ferentes id Romulus ac Remus, pastores
Numitoris partim trucidârunt, partim in fugā coniecerunt, ac magnā prę
dā auerterunt: Numitorisq; indignatione spreta, ipsi colligere, ac ad se re-
cipere

A cipere multos egenos & seruos, eosq; ad defectionem audendam, fortitudinemq; incitare ceperūt. Interim Romulo, ut erat sacrorū ac diuinationis studiosus, ad rem diuinā faciendam profecto, pastores Numitoris Remum paucis comitatū adorti pugnam conseruerūt, & utrinq; datis acceptisq; plagis ac uulnerib. uictoria penes Numitoris famulos, captusq; ab ijs Remus fuit. Eum ad se adductum Numitor, accusatumq; quo minus supplicio afficeret, eò factum est, quòd fratris iniquitatem timebat: eum tamen adiuit, petijtq; ut iure sibi liceret contra regios seruos agere, à quibus ipse regis frater iniuria esset affectus. Cuius querelæ cùm qui regi Albæ aderant, adstipulati essent, indignè ferentes Numitorē præter meritū lædi, motus est Amulius, ut fratri Remum ad supplicium dederet. Quem ubi accepit Numitor, domumq; redijt, miratus iuuenē, qui mole ac uiribus corporis omnibus alijs præstaret, & in uultu conspicatus audaciam, ac ferociam animi minimè obnoxij, aut præsenti fortuna labefactati: potissimùm uerò, ut uerisimile est, Deo præsente, ac initia magnarū rerum iuxtà dirigente, cogitatione ac fortunæ ductu eò peruenit, ut rei ueritatē

Romuli pietas.
Remus à Numitoris pastoribus captus.
Remus Numitori ad supplicium deditus.
Deus initia magnarum rerum dirigit.

B attingeret. Quare placido sermone ac mansueto uultu, fiduciam simul ac spem iuueni ostentans, quis esset & unde natus, interrogauit. Tum Remus intrepidè: Nihil, inquit, te celabo, quoniam magis regio te quàm Amulium animo præditum censeo: quia audis, ac inquiris, antè quàm punias, ille indicta causa pœnæ tradit. Gemini sumus: & antè quidē seruorū regiorum Faustuli ac Larentiæ filios esse nos credidimus: apud te aūt accusati, ac criminibus falsis onerati, & in discrimen uitæ coniecti, magna de nobis ipsis percepimus, quæ an uera sint, fortassis præsens periculū diiudicauerit. Nostri enim natales ignoti perhibent, educatio autem nutritioq; quàm ipsis auium pullis mirabilior nobis contigisse: siquidē proiecti uolucrib. & feris, ab ijsdem aliti sumus, ubere lupæ ac buccellis pici. Expositi eramus ad magnum fluuiū in alueo quodā, qui adhuc extat, æreis uinctus cingulis: ijs insculptæ sunt obscuræ quædam literæ, quarum adminiculo forsitan postmodo parentes nostri frustra, nobis perditis, cognoscentur. Numitor tempore ex sermone Remi, & aspectu eius æstimato, spem sibi blandientem non respuit: sed qua ratione furtim cum filia, quæ

Oratio Remi ad Numitorem.

C arcta adhuc custodia attinebatur, cōmunicare his de rebus posset, rationes inibat. At Faustulus cognito ut Remus captus ac traditus esset, Romulum ad ferendam opem cohortari, genusq;, quod antè per ambages eatenus modò innuerat, ut animos eorū attolleret, tunc uerum edisserere. ipse cum alueo ad Numitorem festinare, metus, (perinde ut tempus id ferebat) plenus. Ibi in suspicionem custodibus regijs, qui erant ad portas Numitoris constituti, uenit: eumq; in respondendo titubasset, aluenū ueste tegens non fefellit: adfuitq; forte fortuna quidam ex ijs, quibus pueri abijciendi erant dati, atq; cùm exponerentur illi, interfuerat. is alueo cōspecto, è structura & literis eū agnouit, suspicatusq; id quod res erat, non neglexit, sed indicium ad regem detulit, effecitq; ut Faustulus quæstioni adhiberetur. Atq; is multis ac magnis constitutus in periculis, inuictū quidem sese non præstitit, neq; tamen omnino succubuit. fassus est pueros saluos esse, sed procul ab Alba pascere: se aūt alueum ad Iliam ferre, 6
quæ ad confirmandam spem quam de filiorum salute conceperit, sæpius eum uidere ac contrectare expetat. Tum uerò id Amulio accidit, quod plerunq; ij patiunt, qui animo perturbatī per metum aut iram aliquid agunt. nam Faustulum, hominem alioquin probum, ac Numitoris insuper

Faustuli in Remo seruando studium.
Faustulus apud Amulium examinatur.

amicum, properè misit ad fratrem, percontatum an is quoq; aliquem de A
puerorum incolumitate sermonem accepisset. Qui simul ad Numito-
rem uenit, uiditq; eum tantùm non in amplexib. Remi hærere, cius quam
sperabãt rei fide indubitata facta, hortatus est, ut rem ocyus aggrederent,
seq; eius gerendæ socium sibi illis adiunxit. Neq; uerò tempus cunctatio-
nem prætera admittebat. Iam enim Romulus in proximo erat, ad eumq;
multi ciuium odio metuq; Amulij adducti concurrebant: ipse secum ma
gnam manum adducebat, in centurias distributã, quarum unamquamli-
Manipuli unde. bet uir unus ducebat, manipulum fœni ac herbarum crectum gestans,
unde hodie quoq; militibus manipularijs nomen est. Proinde Amulius
consilij inops, perturbationisq; plenus, cùm & Remus eos qui intus erãt
ad defectionem permoueret, & Romulus extrinsecus militem adduce-
Amulij interitus. ret: nulla re salutari neq; cogitata neq; perfecta deprehensus mortẽ obijt.
Hæc cùm pleraque & Fabius, & Diocles Peparethius tradant, qui pri-
mus censetur Romæ ortum inuulgasse, hæc tamen narratio, quia scenici
figmenti similis est, suspecta nonnullis habetur. fidem uerò ei adhibere
non recusabit qui & ad fortunã, cuius tam mirabilia sunt opera, respiciet, B
& Romanorum res cum animo suo reputabit: quippè quæ, nisi diuinum
initium, magnumq; aliquod & incredibile habuissent, nunquam ad id po
tentiæ peruenissent. Rebus secundum Amulij mortem constitutis, neq;
Albam sibi habitandam nisi regnarent, neq; rursus regnandum auo ui-
Numitori regnum Alba redditum. uente Romulus Remusq; rati, principatum ei, matri dignos honores red
diderunt: ipsi urbem propriam condere eo quo nutriti essent loco statue-
Causa Romæ condendæ. runt. hæc enim causa est reliquis omnibus honestior. Quanquã erat ipsis
fortassis necesse, cum secum tantam seruorum ac desertorũ uim haberent,
ut aut his à se dilapsis ipsorum potentia concideret, aut cum ijs seorsim ha
bitarent. neq; eñ Albani aut se perfugis admiscere, aut eos ciuitate sua do
nare dignati fuissent. Cui rei argumento est primùm raptus mulierũ, non
is libidinis, sed, quòd coniugia nulla inuenirent, necessitatis causa factus:
itaq; raptas summo in honore habuerunt. Deinde quòd urbe primùm
Asylum. fundata, templũ perfugis securitatem præbens Asylũ cùm constituissent,
Dei Asylæi, quasi è cuius templo abripere quenquam nefas esset, dictum,
omnes ad se receperunt: ita ut neq; dominis seruos, neq; nexũ æris alieni C
causa creditori, neque homicidas magistratui dederent, oraculo Pythiæ
omnibus impunitatem cõfirmari dicentes. Quo effectum est, ut celeriter
urbs excresceret, cùm (ut memoriæ traditum est) initiò non supra mille
domus fuissent. Sed hæc post id temporis demũ acciderunt. Enimuerò
cùm urbis ædificationem aggrederentur, statim controuersia ipsis de lo-
co incidit. Romulus enim eum locũ qui Roma quadrata dicitur, Remus
Remonium, aũt locum in Auentino natura munitũ, qui ab ipso Remonium nuncupa-
Rignarium. tus, nunc Rignariũ nominatur, futuræ urbi destinauit. Cùm conuenisset
Augurium inter ipsos, ut eam litem augurio dijudicandã permitterent, ac uterq; se-
orsim templũ sibi delegisset, fertur Remo sex uultures, duodecim Romu
lo uisos esse: alij Remũ uerè suos uidisse, Romulum mentitũ perhibent, ac
demum ubi Remus accessisset, tum Romulo duodecim uultures appa-
ruisse: hinc esse, quòd etiam nunc uultures præcipuè Romani in augurio
7 habeant. Herodorus Ponticus narrat Herculem quoq; gauisum, si ei rem
aliquam aggredienti uultur se ostendisset. Est enim uultur omniũ anima-
lium maximè innocuus, ꝙ nihil infestat eorum quæ homines serunt, plan-
tant, aut alunt, nihil animatũ necat læditue, ab auibus propter generis con
iunctionem

A functionem etiam mortuis abstinet: cùm aquilæ, & noctuæ, accipitresq; etiam uiuentia sui generis animantia rostro impetant ac interficiãt: quanquam sit apud Aeschylum:

Volucrem uolucris est profana si uoret.

Ad hæc, reliquæ aues oculis nostris plurimum obuersantur, neq; ferè se conspectui nostro subtrahunt: at uultur raro uidetur, nec temere inueniẽ qui in pullos uulturis inciderit: quinetiam raritas hæc in absurdam quosdam abduxit opinionem, ut crederent uultures ab extranea aliqua huc aduolare regione. Porrò autem augures, id quod nõ natura, ac sua sponte, sed diuinitus missum appareat nobis, non crebrò, sed rarò debere uideri asserũt. Cæterùm Remus cognita fraude succensuit, ac Romulo fossam qua mœnia ambiret ducente, alia operum derisit, alia impediuit: tandem cum fossam transiliret, siue Romuli, siue (quod alijs uidetur) Celeris, qui unus ex huius fuit socijs, manu ictus perijt: eodemq; in conflictu etiam Faustulus cecidit, ac Plistinus, quem fratrem Faustuli, sociumq; educationis illorũ fuisse memorant. Celer in Etruriã abijt, cognomenq; id deinde *Remi, Faustuli & Plistini interitus.* *Celer.*

B apud Romanos ijs qui properatò quid agerent inditum. ita Q. Metellũ quòd patre defuncto paucis pòst diebus ludos gladiatorios dedisset, populus festinationẽ apparatus miraculo habens Celerem nominauit. Romulus postquam in Remonia Remum, educatoresq; sepelijsset, urbem condidit. Ad id negocium tanquã ad rem sacram, ex Etruria uiros quosdam euocauit, qui sacris quibusdã legibus & literis singula præciperent, ac docerent. Igitur fossa rotunda demissa est prope Comitiũ: eoq; primitiæ omnium eorum, quibus leges tanq; honestis, natura ut necessarijs uti permittebat, depositæ: ad extremum unusquilibet paruam eius à quo uenisset soli portionem adferentes, eò deiecerũt ac cõmiscuerunt. Fossę nomen est Mundus, quod et cœlo tribuitur. Ea deinde centri loco sumpta, urbem circùm ædificant. Huius autor æreum uomerẽ aratro indit, missoq; sub iugum tauro ac uacca, circũuectus extremitates urbis, profundũ sulcum agiẽ: qui subsequunẽ arantem, ijs negociũ datum est quas glebas uomer suscitat, eas intro reprimant, nihilq; extrà relinquant. Hac linea describitur murus, uocaturq; ea Pomœrium, syllaba una abscissa, quasi pòst *Metellus Celer unde.* *Vrbis condendarum.* *Mundus.* *Pomœrium.*

C murum sit. Vbi uerò portam aperire nolunt, ibi uomere exempto, suspensoq; aratro transilientes intercapedinem relinquunt: hinc totus murus, excepta porta, sacer habeẽ. Nam si portas quoq; sacras statuerent, nõ poterãt res necessariæ quę lustratæ nõ essent, per eas uel recipi uel emitti sine piaculo. In confesso est, urbem conditam esse a. d. XI. Kalend. Maij. hancq; diem natalem patriæ Romani uocant, & festum agunt. Fertur initiò ab eis nihil quod anima esset præditum, immolatum fuisse, q; putarent diem festum qui ab ortu patriæ nomen haberet, purum & omnis sanguinis expertẽ seruandum. Erat ante conditã urbem eodem die festũ quoddã, quod pastores celebrabant, Paliliaq; appellabant. Nostro qui- 8
dem tempore Romanorum Kalendæ à Gręcis prorsus dissident. Ortum uerò Romæ incidisse exactè in trigesimum mensis diem, fuisseq; tum cõiunctionem Lunæ ac Solis, huiusq; defectum, quem Antimachus etiam Teius poeta obseruauerit, ac qui tertio anno sextæ Olympiadis acciderit, memoriæ proditũ est. At Varronis Romani philosophi ætate, uiri in historijs uersatissimi, fuit Tarutius quidam, amicus eius, philosophus, mathematicusq; professione, qui etiã contemplandi causa astronomiam at- 9
tigerat, in eaq; uidebaẽ excellere. Huic Varro proposuit Romuli natalẽ *Natalis Romæ*

diem

diem horâq; ex ijs quę ei in uita ſua eueniſſent colligendā ſupputandâq;: A
quo modo geometricarum quæſtionum à fine ad initia reſolutio inueni-
Aſtrologia ars. tur. Eſſe enim eiuſdem ſcientiæ dato tempore natalium hominis alicuius,
de uita eius prædicere, & uita expoſita, tempus quo is eſſet natus inue-
ſtigare. Obſecutus eſt Tarutius, inſpectisq; Romuli actis, quęq; ei eueniſ-
ſent, quandiu uixiſſet, qua morte functus fuiſſet, & ſi quæ ſunt id genus a-
lia, eō poſitis inter ſe his omnibus, audacter intrepideq; pronūciauit, Ro-
mulum conceptum fuiſſe anno ſecundæ Olympiadis primo, uigeſima ter
tia die menſis eius qui Aegyptijs eſt Chœac, hora tertia, cū ſol totus deli-
quium pateretᷣ: natum aūt eſſe menſis Thoth die uigeſimaprima, circa ſo
lis ortum: Romam ab eo conditam, nona die menſis Pharmuthi inter ſe-
cundam & tertiam horam. Nam fortunam quoq; urbis, perinde ac homi-
nis, habere putant ſuum peculiare tempus, quod conſideretur ſecundum
„ ſtellarum in ortu eius urbis poſitum. Verùm hæc, & horum ſimilia magis
„ fortaſsis propter nouitatem ac curioſitatem delectabūt, quàm ut propter
„ fabulæ ſimilitudinem moleſta ſint lectori. Romulus urbe extructa, pri-
Legiones à Romulo ordinata. mùm omnem multitudinem quæ erat ualida ætate in legiones diſtribuit, B
ſic nominatas, quòd ex omnibus lecti eſſent in eas, qui militiæ apti e-
rant: quælibet legio peditum millia tria, equites trecentos complecteba-
tur. Reliqua multitudo uulgi loco ei fuit, populusq; nominata. Tum cen-
Patricij Senatores. tum de præſtantiſsimis ciuium elegit, qui ſenatores eſſent, eis patriciorū,
collegio toti ſenatus nomen impoſuit. Senatus quidē uocabulum diſerte
ſenum conſilium indicat. Patriciorū nomen alij inde tractum uolunt, ꝙ ij
legitimorum patrum filij eſſent: alij, ꝙ ij patres ſuos demonſtrare poſſent,
quod paucis qui primò in urbem confluxerāt, contingebat. Alij à patroci
nio deducunt: ſic enim uocant procurationem et defenſionem inferiorū,
Patro. arbitrantes Patronem quendam cum Euandro aduenisſe, qui cùm mino
rum curā geſsiſſet, eisq; auxilio fuiſſet, hanc uocem rei reliquerit. Vero
proximū eſt, eos ita à Romulo appellatos, quòd is cenſuerit æquū eſſe, ut
primores ac potentiſsimi paternā tutelam ac curam abiectioris ſortis ho-
minum gerant. ſimulq; docere uoluerit reliquos, ne honorē præſtantiorē
ſuſpectū haberent, grauiterq; ferrent: ſed ut illos patrum loco ac nomine
habitos beneuolentia proſequerentur. Etenim in hunc uſq; diem ſenato- C
res ab exteris principes uiri, à Romanis patres conſcripti ſalutantur: utun
Principes viri. P. C. turq; eo nomine, quòd & autoritatis honorisq; plurimū in ſe tenet, & in-
uidiæ minimè eſt obnoxiū. Principio aūt patres ſimpliciter, pòſt pluribus
adſcitis, patres conſcriptos dixerunt: quod nomen Romulus adhibuit,
quo ſenatus dignitatē à plebeis diſtingueret. Idem reliquos potentiores
à uulgo deiunxit, patronos eos appellans, uulgus aūt clientes: eaq; re mi-
Patroni. Clientes. rificam beneuolentiā mutuò excitauit, & eam iura inuicem magni ponde
ris cōſecuta ſunt. Illi eñ interpretes iuris, patronos in foro litigantiū, cōſi
liariosq; omniū & procuratores ſeſe exhibebant: hi uerò illos demereban
tur, non modò in honore habentes, ſed dotem etiam filiabus eorū, ſi qui
paupertate laborabāt, conferentes, inq; debitis exoluendis eos adiuuan-
10 tes: teſtimoniū ferre contra clientē patrono, aut uice uerſa, neq; lex ulla,
neq; magiſtratus imperabat. Poſterioribus uerò temporib. reliquo iure
omni ſaluo, tamen turpe ſordidumq; habitum eſt, potiorem ab inferiore
pecuniam accipere. Quarto poſt iacta urbis fundamenta menſe, ſi Fabio
credimus, raptus mulierum perpetratus eſt. Sunt qui dicunt Romulum,
quia eſſet natura bellicoſus, ac quibuſdam ex oraculis perſuaſum habe-
ret

A ret in fatis eſſe, ut Roma bellis aleretur, augeret, ad ſummūq; excreſceret,
iniuria Sabinos laceſsiſſe: neq; enim multas, ſed triginta modò uirgines
ab eo raptas, ut qui bellum magis, quàm nuptias expeteret. atqui id pro-
babile non eſt. Sed cùm uideret urbem incolis confeſtim refertā, quorum
paucis uxores eſſent, pleriq; uerò conuenæ ex pauperibus & obſcuris ho
minibus conſtarēt, ideoq; deſpectui haberent, neq; uiderent in ſocietate
permanſuri: ſimul in ſpem ueniens fore, ut hoc facinus ijs principium con
iunctionis ac cōmunionis cum Sabinis aliquod, conciliatis mulierū ani-
mis, exhiberet: rem hac ratione aggreſſus eſt. Sparſerat iam antè rumorē,
reperiſſe ſe aram cuiuſdā dei ſub terra occultatā. Dei nomen Conſus fuit, *Conſus. Conſualia.*
ſiue quòd in conſultando iuuaret, ſicut latinis eſt Conſilium, & Conſul:
ſiue is Neptunus equeſtris eſt: nam ara Conſi in Circo maiori reliquo tem *Neptunus equeſtris.*
pore latens, Circenſibus ludis apparet: ſiue, quod alij adſerūt, abdito con
ſilio, arcanoq;, haud inconuenienter ſubterranea Deo ei ara tribuitur. Ea
ergò ara prolata, ſacrificium eius nomine ſplendidum, & ludos, & ſpecta-
culum publicū celebrauit, conuocatis ad hoc finitimis. Ad id magna ho-
B minum multitudo conuenit: ipſe cum optimis præſedit purpura ornatus.
Signum aggrediendi negociū erat hoc conſtitutū, cum ipſe ſurgens pur-
puram complicaſſet, rurſusq; explicatā indueret: itaq; aſtantes multi cum
gladijs, id operiebantur. Quod ſimul atq; datum eſt, ſtrictis gladijs cum
clamore impetum fecerunt, filiasq; Sabinorū rapuerunt: ipſos fugientes
miſſos fecerunt. Raptas tradunt alij triginta tantùm, unde nomina curia- *Numerus raptarum.*
rum ſint ſumpta. Valerius Antiâs, quingentas uigintiſeptem: Iuba ſexcen
tas octogintatres: ac, quod maximè ad excuſandum Romulum faciat, nul
lam ab eo acceptam, præter Herſiliam quæ alios latuerat: nimirū qui non *Herſilia.*
libidinis iniuriæq; faciendæ cauſa raptum ueniſſent, ſed eo animi propo-
ſito, ut nationes in unum commiſcerent, ſummæq; neceſsitudinis uinculo
cōſtringerent. Herſiliæ maritū alij Hoſtiliū, uirum inter Romanos prima- *Hoſtilius.*
rium, alij ipſum Romulū tradunt: liberos q́q; hunc ex ea ſuſtuliſſe, filiā u-
nam, quę ratione natiuitatis Prima appellata ſit: & unū item filium Aolliū, *Prima.*
quem ita à congregatiòne ciuiū Græca uocis origine ipſe dixerit, poſteri *Aollius.*
Abilliū: ſed hęc Zenodotus Trœzenius narrans, multos habet qui cōtra- *Abillius.*
C dicant. In hoc uirginum raptu dicunt à quibuſdā obſcuris hominib. abdu
ctam fuiſſe puellā forma ac ſtatura longè alijs pręſtantiorē: eosq; cùm alij
obuiam facti ex nobiliorib. conarent ipſis eam eripere, clamaſſe, duci uir-
nem à ſe Talaſio, iuueni egregio & bono. hoc audito illos optima ſponſo
cōprecatos plauſum dediſſe, quoſdāq; ſe uerſo itinere comites ducentib.
addidiſſe beneuolentia ac gratia Talaſij impulſos, eiusq; ſubinde nomen
inclamaſſe. Ab eo ortum, q́ in hunc uſq; diem Romani in nuptijs Talaſiū,
ſicut Hymenæū Græci, accinunt: feliciter eñ id coniugiū Talaſio eueniſ- *Hymenæus.*
ſe fama habet. At Sextius Sylla Carthaginenſis homo nec indoctus et e- *Sextius Sylla.*
legans, nobis dixit, eam uocem teſſerā rapiendi à Romulo fuiſſe propoſi
tam, itaq; omnes qui uirginē abducerent, Talaſiū uociferatos, atq; exin-
de hunc morē nuptijs inoleuiſſe. Maior pars ſcriptorū, interq; hos Iuba, *Iuba.*
cenſent adhortationē ad ſtudiū laboris & lanificij eo uocabulo contine-
ri: q́ uidelicet eo tempore nondum Italica uocabula fuerint cum Græco
ſermone (eo enim talaſia lanificiū ſignificat) confuſa. Qui ſi rectè hoc di-
cunt, uerumq; eſt tum Romanos Talaſię uoce ita uſos, ſicut Gręci utunt, *Romani ſub Romulo qua lingua uſi.*
alia iam, eaq; probabilior cauſa huius rei cōiectura ęſtimari poteſt. Quo-
niam enim in pacificatione belli Sabinorū aduerſus Romanos, ita conue
nit de

nit de mulieribus, ut ne qua in re quàm lanificio uiris seruirent, mansisse A
ex eo uidetur, ut etiam in nuptijs post id temporis contractis ij qui nuptũ
darẽt, aut deducerent sponsam, aut omnino quicunq; adessent, Talasium
per iocum inclamarent: testantes nullum ad aliud ministerium quàm ex-
Nuptiales consuetudines. ercendam lanam introduci mulierem. Mos etiam huc usq; obtinuit, ne
sponsa ipsa ultrò limen transeat, cum in cubiculũ intrat, sed sublata intrò
gestetur: quia tunc etiam cum nollent ingredi, importatæ fuerint. Nec
desunt, qui propterea nuptæ comam cuspide hastilis discriminari scri-
bant, ut signum sit, primas nuptias bello & pugna contractas, de quibus
11 in Quæstionum explicatione dictum est fusius. Raptæ autem sunt uirgi-
Consualia. nes XV. Kalend. Septembris, qua die Consualia celebrantur. Sabinorũ
Sabini. gens erat ea magna quidem, ac bellicosa, habitabantq; in pagis muro nul
lo munitis: conuenire enim sibi magnanimitatem, ac metus uacuitatem
putabant, quòd essent Lacedæmoniorum coloni. ergò ubi se magnis pi-
gnorib. obstrictos animaduertére, filiabus suis metuentes, legatos ad Ro
mulum miserunt, petentes ab eo ut (quod æquum erat, ac tolerabile) fi-
lias ipsis redderet, iniuriaq; sublata amiciciã ac propinquitatem inter has B
gentes secundum leges ac persuadendo potius pararet. Romulo puellas
non restituente, sed Sabinos ad coniunctionem hanc approbandam co-
hortante, reliqui eorum consultationibus apparatuq; faciendo moras
12 traxerunt. Acron autem Cæninensium rex, homo ferox ac bellicosus, cui
iam antè primi Romuli conatus suspecti fuerant, eum tum ab hoc raptu
Acronis regis Caeninensium bellum. omnibus alijs terrori fore, neq; ferendum nisi plecteretur existimans, bel
lum occupauit, ac magnis cum copijs aduersus Romulũ profectus est,
haud minori ui occurrentem. Cùm in conspectũ uenissent mutuũ, alter
alterũ ut singulari certamine rem decerneret quiescentib. in armis exerci-
tibus prouocauit. Ibi Romulus Ioui uouit, si uictoriã deiecto Acrone ob-
tinuisset, arma se eius ipsi dono laturũ, consecraturũq;: itaq; strauit Acro-
nem uictor, & eius exercitũ pugna cõmissa fudit, urbẽq; cepit. Neq; uerò
Caeninenses Romam migrare iussi. ullum maleficium ijs q̃s ibi deprẹhenderat intulit, sed iussit, ut domib. suis
dirutis Romam cum ipso irent, ibiq; ciues æquali cum alijs iure essent:
atq; nulla quidẽ alia magis, quàm hac ratione Romam auxit, quòd subin
de quos superasset, eos sibi adiũgeret. Romulus, quo uotum ita solueret, C
ut & Ioui quàm maximè gratum, & spectatu iucundũ id populo esset in
castris deliberans, quercum prægrandem incîdit, ac in formam trophæi
dolauit, Acronis arma suo singula ordine appendit & adaptauit: tum ue-
stem ipse præcinctus, cæsariemq; lauro coronatus, trophæũ erectum ac
dextro suo humero suffultũ portans, triumphalemq; pæanem præcinens
iuit sequente in armis exercitu, excipientibus eum gaudio & admiratio-
ne ciuibus. Hæc sanè pompa initium, exemplumq; triumphis posteriorũ
Iupiter Feretrius. temporum exhibuit. Trophæũ porrò donarium Iouis Feretrij cognomi-
natum fuit: nam à feriendo is dicitur. atq; uouerat hoc Romulus, si ferijs-
Opima spolia. set & strauisset Acronem. Opima spolia Varro ab opibus dicta ait. Veri
tamen similius uidetur, ab opere ea nomen habere, quòd earum consecra
tio, ut uirtutis præmium conceditur Imperatori, qui sua manu Imperato-
rem hostium obtruncauerit. Id tribus modò Romanorũ imperatoribus
contigit: Romulo primùm, cùm Acronem Cęninẽsem deiecisset: deinde
Cornelio Cosso propter occisum ab eo Tolumniũ Hetruscum: postremò
Claudio Marcello, ob deuictum Britomartum Gallorũ regem. Sed Cos-
sus quidem, Marcellusq; quadrigis in urbem inuecti sunt, trophęa ipsi fe-
rentes.

A rentes. Dionysius aūt errat, cùm Romulum dicit curru ea in re usum: siqui 13
dem scriptum est, à Tarquinio Demarati F. primo inter reges triumphum ad id splendoris formæ perductum: alij Poplicolam aiunt primum curru triumphum duxisse. Quin & Romæ uidere est statuas Romuli trophæū ferentes, pedestres omnes. Ceninensibus subactis, adhuc in bello apparādo cæteris Sabinis occupatis, Fidenates, Crustumini, Antemnates con iunctis uiribus cum Romanis confligunt: uictiq; & ipsi, Romulo urbes diruendas permiserūt, agroq; eorū diuiso, ipsi Romā translati sunt. Romulus cùm agri reliquam partem inter ciues distribuisset, uirginum rapta rum parentibus suos reliquit. Id indignè ferentes reliqui Sabini, Tatio du ce delecto, aduersus Romam expeditionem fecerunt. Erat urbs accessu difficilis, quòd ei obiectum erat propugnaculi loco Capitolium, in eoq; præsidium positum, cui præerat Tarpeius, non uirgo Tarpeia: quod quidam dum dicūt, Romulum stulticiæ insimulant. Enimuerò Tarpeij filia, aurearum quas à Sabinis gestari uidebat, armillarum cupiditate illecta, arcem eis prodidit, pacta mercedem proditionis, ea quę læuis manibus ij

Fidenates, Crustumini, Antemnates uicti. *Sabinorum bellum.* *Tarpeius.* *Tarpeia Capitolium prodit.*

B ferrent: Tatio conditionem accipiente, noctu una aperta porta, Sabinos intromisit. Apparet sanè non solum ita sensisse Antigonū, cùm diceret prodētes à se diligi, peracta ꝓditione odio haberi: neq; Cęsarem tantùm, 14
de Rhymitalca Thrace, ꝓditionē se amare, ꝓditori infensum esse dicentē: sed quicunq; improborum aliquo in negocio opera utuntur, omnes eodem aduersus eos affecti sunt modo, sicut hi qui uirus aut fel ab aliqua bestia petunt (quippe usum in accipiendo eo gratum cùm habeant, maliciam bestię re peracta oderunt.) quando is quoq; tum Tatij in Tarpeiā animus fuit. Mādauit enim suis, ut promissi memores, omnia quæ in sinistris haberent manibus, in eam conferrent, atq; ipse primus cum detracta manui armilla, scutum unà in eam cōiecit. Ita omnibus hoc imitantibus, Tarpeia auro iacta, scutisq; obruta, sub multitudine ea, moleq; perijt. Tarpeium etiam à Romulo proditionis accusatum, damnatumq; Iuba ex Sulpicio Galba refert. Qui aliter de Tarpeia scribunt, de ijs fidem nō merentur qui Tatij Sabinorum ducis filiam perhibent Tarpeiā, à Romuloq; ui uxorem ductam, ista egisse, itaq; à patre acceptam, ut retulimus: inter hos est Antigonus. At Simylus poeta planè delirat, non Sabinis ab ea,

In proditores. *Alia de Tarpeia opinio.*

C sed Gallis, quorum regis amore fuerit correpta, Capitolium proditū scribens. Sunt enim hi eius uersus:

Ast Tarpeia habitans Capitolinum prope lucum,
Romanis muris struxerat exitium.
Quippe ut Gallorum poteretur rege marito,
Prodidit hæc regum tecta uerenda patrum.

Pòst paulo de eius exitu:

Non huic de Boijs quisquam, aut Celtis populosis 15
Gaudenti thalamos strauit ad Eridanum:
In scelus at manibus iaculati fortibus arma,
Pulcra illi meritæ dona dedere necis.

Propter sepultam ibi Tarpeiā, collis iste Tarpeij nomen usq; ad Tarquinij regis tempora obtinuit. Is cum locum hunc Ioui cōsecrasset, reliquijs Tarpeiæ inde translatis, nomen quoq; cessauit: nisi quòd adhuc saxū in Capitolio, de quo malefici præcipitantur, Tarpeiū dicitur. Arcis, ut dictum est, à Sabinis occupatæ ira Romulus hostes ad pugnam prouocauit: neq; abnuit Tatius, cōfidens se si ab hoste premeret, tutum receptū posse habere. Nā locus intermedius, quo in loco erant conflicturi, multis

Tarpeius collis.

tumulis inclusus erat, ita ut uideretur pugnam utrisque acrem & difficilem, fugam uerò & insecutionem breuem propter angustias suas effecturus. Fortè superioribus diebus cùm fluuius stagnasset, in planis locis paludem profundam atq; occultã reliquerat (ubi nunc forum est) quæ uideri ac caueri non facilè posset. Eò Sabinos imperitia delatos, fortuna adiuuit. A

Curtius Sabinus. Nam Curtius uir inter eos gloria illustris, elatiq; animi, equo longè ante alios prouectus in uoraginem eam incidit, conatusq; equo uerberibus et hortatu incitato pertrãsire, cum id efficere nequiret, omisso equo seipsum

Lacus Curtius. seruauit. Locus etiamnũ ab eo Lacus Curtius appellatur. Sabini ab eo periculo sibi deinde cauentes, acriter pugnauerunt, incertoq; Marte, multis

Hostilius. quidem occumbentibus, atq; inter hos etiã Hostilio. is Hersiliæ maritus, Hostilij, eius qui Numę in regno successit, auus fuisse traditur. Cum uarię eius certaminis species breui tempore (ut fieri assolet) inciderent, id præ-

Romulus sauciatur. cipuè memoratur, Romulũ saxo caput ictũ, ita ut quin caderet parũ abfuerit: qui cum pugnã remitteret, cessisse Sabinis Romanos, pulsosq; pla-

Romanorum fuga. nicie, fuga ad Pallantium contendisse. Iam Romulus ad se à plaga rediens contrario quàm fugientes motu pugnam capessebat, suosq; ut starent & B pugnarent magno clamore adhortabatur: sed magna circum fuga, suorumq; metu obuertere sese hosti nõ audentium destitutus, Iouem precatus est, sisteret exercitum, resq; Romanas collabentes iam firmaret. Voto facto, uerecũdia regis militũ animos incessit, audaciaq; redijt fugiẽtibus.

Iupiteri Stator. Itaq; substiterunt eo primùm loco, ubi templum Ioui Statori est positũ:

Regia. deinde cuneo acto, Sabinos repulerunt usq; ad eum, qui nunc Regia dicitur, locum, & Vestæ fanum. Ibi pugnam utrinq; redintegrantes, specta-

Sabinæ prælium dirimunt. culum uisu horrendum, explicatuq; admodum difficile inhibuit. Sabinorum filiæ, quæ raptæ fuerant, diuersis ex partibus cum clamore & uociferatione per arma & cadauera sese inferẽtes, tanquã furore diuinitus concitatæ, maritosq; suos aut patres petentes subitò apparuerunt, aliæ infantes in ulnis gestantes, aliæ passos crines protẽdentes: omnium autem una uox erat, blandissimis nominib. modò Sabinos, modò Romanos inclamantium. Fracti ea re omnium utrinq; animi, receptisq; intra medias ipsis acies, fletus peruasit omnes, ac miseratione cùm ipsum spectaculum, tum oratio earum mouit, à sui defensiõe libertateq; dicẽdi in supplicatio-

Tersa oratio. nem deprecationemq; desinens. Qua, inquiebant, nostra in uos iniuria C

» meruimus, ut eas, quas partim passæ sumus, partim patimur miserias, tole-
» randas haberemus? Raptę ab his quorum nunc sumus, ui & iniustè: ra-
» ptas fratres, patres, ac propinqui tantisper neglexerunt, dum lõgum tem
» pus nos cum inimicissimis summa necessitudine ita deuinciret, ut iã pro-
» ijs, qui uim nobis raptores fecerunt, metuere pugnantibus, flere morien-
» tibus opus habeamus. Non enim in hoc adestis, ut nostrûm iniuriam uir-
» ginum ulisceremini: sed nunc uxores nos maritis, matres liberis ad emptũ
» uenitis. quòd auxilium priori negligentia ac proditione uestra miseris no
» bis est grauius. Hic scilicet erga nos est horum amor, hæc contrà uestra
» erga nos misericordia. Quòd si alia uobis pugnæ causa fuisset, in nostrũ
» gratiã uos, quos soceros, auos, necessarios reddidimus, eã omittere par e-
» rat: sin propter nos bellum geritur, accipite, obsecramus, nos cum generis
» uestris, ac liberis nostris, redditeq; nobis patres & cognatos, neq; nobis
» uiros nostro adimite, aut in aliam nos captiuitatem detrudite. In hanc

Hersilia. sententiam multa cùm dixisset Hersilia, reliquis comprecantibus, induciæ factæ sunt, ueneruntq; in colloquium duces. Interim mulieres uiros

ac li-

A ac liberos ad patres ac fratres suos adducere, ijs qui cibo & potu indige-
bant, ea ex domibus suis adferre, saucios domũ abducere ac curare, suisq́;
ostendere, q ipsæ quidem domus curationi præessent, mariti autem ipsis
morem gererẽt, ac beneuolentia eas & honore prosequerentur. Proinde fœ *Pacis conditiones.*
dus factum est his conditionibus, Vt mulieres quę uellent cum suis mari-
tis uiuere, liberæ ab omni opere & ministerio præter lanificium haberen-
tur: ut Roma æquali iure à Romanis & Sabinis habitaretur, urbsq́; nomen
à Romulo, Romani Quiritiũ nomẽ à Curibus Tatij patria ferrent, regnum *Quirites.*
imperiumq́; Romulus & Tatius consociatũ haberent. Locus ubi initum *Comitium.*
est hoc fœdus, hodie quoq; Comitiũ appellatur à coeundo. Vrbe ad hunc *Legiones. Tribus.*
modum geminata, centum patricij è Sabinis lecti sunt: in legiones pedi-
tum sena millia, equites sexceni ordinati. tribus tres constitutæ, quarum
una à Romulo Ramnensis, à Tatio altera Tatiensis, tertia Lucernensis
uocata fuit, propter lucum in quem multi proposita impunitate confugi-
entes, ciuitatis in societatem ueniebant. Numerum tribuum hunc fuisse,
ratio ipsa uocabuli testatur. à ternario enim & tribus & earum principes, *Curia.*
B qui sunt Tribuni, nominantur. In quauis tribu decem erant Curiæ, quas à
mulieribus istis appellatas quidam tradunt: sed falsò, ut uidetur, cùm mul *Mulieribus honores tributi.*
tarum Curiarum à locis sint ducta nomina. Nihilominus multos ijs mulie
ribus honores tributos constat: cuius generis est, ut uia eis decederetur: ne
eis præsentibus obscœnum quidquam diceretur: qui nudum se ab ijs uide-
ri passus fuisset, criminis capitalis reus haberetur: ut pueri ijs nati, bullam *Bulla.*
gestarent: qui ornatus collo circumponitur, & purpura circundatus, à for
ma nomen habet. Cùm consultarent de re aliqua reges, non statim com-
municatis inter se sententijs, sed uterq; cum centum suis patricijs seorsim
consilia capiebant, deinde omnes unum in locum conuocabant. Tatius
habitabat, ubi nunc ædes est Monetæ: Romulus eo in loco, qui gradus *Monetæ ædes. Gradus pulchri littoris.*
pulcri littoris uocabatur, qua est à Pallantio ad Circum magnum descen-
sio. Ibi etiam cornum sacram fuisse tradunt. Fabulantur enim, Romulum ro
boris sui periclitãdi causa à Loentino (loci nomen est) lanceã iaculatum 16
fuisse, cuius hastile de corno arbore fuerit factũ: cuius lanceæ cuspis cum *Loentinum.*
in terram casu defixa fuisset, multis conantib. nemo euellere ualuerit: à so-
C lo aũt ut ferendis stirpibus apto, lignum apprehensum fuisse. frondesq́; e-
missas, & stipitem corni iustę magnitudinis eo modo editum. Hanc arbo
rem Romuli posteritas, tanq̃ rem apprimè sacram muro circundederũt,
ac coluerũt: ad quam si quis accessisset, eiq́; uideretur arbor non uiuere, sed
marcescere, is obuijs quibuscunq; id confestim uociferando indicabat: hi
aũt tanq̃ incendio opem ferrent, aquam clamore poscebant, fiebatq́; un-
diq; concursus ad eum locum uasa aquę plena congerentium. Sed C. Cæ- *C. Cæsar.*
sare, ut traditur, gradus istos extruente, cùm fabri proxima loca perfode
rent, radices ab illis inscijs undiquaq; læsæ sunt, arborq́; exaruit. Sabini
menses Romanorum acceperunt, de quibus quæ dicenda essent, in uita
Numæ posuimus. Scutis autem Sabinorum Romulus uti cepit, mutata 17
priori armaturæ specie: nam ipse, ac Romani antè Argolicis clypeis ute-
bantur. Festos q̃q; dies & sacrificia inter se cõmunicauerunt, ita quidem,
ut quæ utriusq; erant gentis, non tollerent, sed noua quædã adijcerent: ut *Festi dies Romanorum*
sunt Matronalia, in honorẽ mulierũ ob bellum ab ipsis pace mutatũ in- *Matronalia.*
stituta, & Carmentalia. Carmentã quidam pro Fato accipiunt, quæ in na *Carmentalia.*
tales hominũ dominiũ habeat, ideoq; à matrib. colatur: alij Euandri Arca
dis uxorem fatidicam & quæ furore afflata oracula uersibus ligata canta-

Nicostrata. ret, Carmentam à carminibus cognominatam, cùm aliàs Nicostratæ no- A
men ei esset. de hoc quidem satis constat. Alij Carmentã probabilius ex-
ponunt quasi carentem mente, propter furorẽ uaticinum. Palilia quoq;
Palilia. celebrabantur, de quibus suprà dictum. Item Lupercalia agebantur. Ea
Lupercalium descriptio. si ad tempus respiciatur, lustrationis causa instituta uideri possunt: fiunt
enim diebus nefastis mensis Februarij, qui ab expiationib. nomen habet,
Febrata. atq; illa dies antiquitus Febrata nũcupabatur. Lupercalia Græcis Lycæa
Lycæa. uocantur, cuius nominis ratione uident̃ esse peruetusta, & ab Arcadibus
qui cum Euandro fuerant, deducta: possunt tamen etiam à lupa, quæ ijs
Lycęna est, dicta uideri, cùm Luperci cursum suũ ab eo loco, quo Romu
lus expositus fertur, ordiantur. Sed quæ aguntur Lupercalibus, eorum
causa coniectu difficilior est. Mactant enim capras: tum duo nobiles ado
lescentes adducuntur ad eos, quorum alij frontem gladio cruentato con-
tingunt, alij confestim detergent lana lacte madefacta: adolescentulis
istis interim dum deterguntur ridendum est. Deinde caprarum pellibus
in scuticas dissectis subligaculis pręcincti, cætera nudi, discurrunt, ac ob-
uium quenq; ijs scuticis cædunt. Mulieres autem iuniores ictus illos ne- B
quaquam fugiunt, credentes eos ad pariendi facilitatem & conceptum
conducere. Id quoque peculiare festi huius est, quòd canis à Luper-
Canis. cis immolat̃. Porrò Butas quidam elegiacis uersibus causas Romanarũ
rerum fabulosas perscripsit. is tradit Romulum cum suis uicto Amulio,
lætitia exultantes ad eum locum accurrisse, ubi infanti ipsi lupa ubera prę
buisset: itaq; & ad imitationem huius cursus Lupercalia agi, & currere no
biles, ac

18 *Percutere oblatos: uelut ense cucurrit ab Alba*
Armatus quondam Romulus, atq; Remus.

Quòd aũt gladius cruentatus fronti eorum adhibetur, id esse cædis ac
periculi signum: sicut detersio quæ fit lacte, nutritionem indicet. At C. A-
cilius narrat, pecudes Romuli ante urbem conditã amissas fuisse: eum ita-
que cum suis Fauno uotis factis ad eas quærendas nudos excurrisse, ne su
Canis immolatio. dore molestarent̃: ideoq; Lupercos etiam nudos currere. Quod ad canẽ
attinet, siquidem id sacrum lustrationis causa peragitur, haud abs re expi-
ationis causa immolari dicemus: nam in id genus sacrificijs Græci catu- C
los adhibent, uarieq; utuntur ijs, quos à catulis periscylacismos nominãt.
Quòd si instituta sunt Lupercalia ad agendas lupę gratias, pro nutrito &
seruato Romulo, haud absurdè canis mactat̃, animal lupis inimicũ: nisi po
tiùs ideò plectitur, quòd Lupercos circũcurrentes interturbet. Religio-
nem quoq; de igne dicunt à Romulo primùm introductam, uirginesq; sa
Vestales. cras, quę Vestales cognominant̃, constitutas. alij Numę hoc tribuunt. A-
lioqui Romulũ maximè religiosum, neq; non diuinum fuisse perhibent,
Lituus. quiq; diuinationis causa lituum gestauerit: is est baculus curuus, quo so-
lent qui augurij causa aliquò consident, cœli spacia distinguere. porrò au-
tem lituum Romuli in Palatio adseruatũ, cum Vrbs à Gallis caperetur, a-
missũ, rursusq; profligatis barbaris in profundis cinerib. inter perdita ac
Leges Romuli. corrupta omnia illæsum ab igne inuentũ fuisse. Leges etiam quasdam tu-
lit: inter quas uehemens est illa, qua mulieri maritũ relinquendi potestas
Repudij causa. adimit̃: uiro autem eijcere uxorẽ conceditur, si ueneficio circa prolem u-
sa fuisset, aut alienam pro sua subdidisset, aut adulteriũ cõmisisset: si quis a-
19 lia de causa repudiasset coniugem, eius mariti bona partim uxori cederẽt,
Dos Cereri consecrata. partim Cereri sacra forent; & qui uxorem dimisisset, is dijs Manibus rem
sacram

A sacram faceret. Id etiam singularis fuit consilij, quòd cùm nullum contra *Parricidium.*
eos qui patrē suum occidissent, ius priuatim posuisset, omne homicidium
paricidij uocabulo notauit: quòd hoc scelestum, illud ne existere quidem
posse, iudicaret. Ac multo quidem tempore existimatum est, rectè ab eo
putatum, id facinus accidere non posset: nam ferè sexcenti ab ortu Romę
anni effluxerunt, antè quàm id in Vrbe audiretur: primusq; Romæ post
bellum Punicum secundum L. Ostius patrem suum necasse memoratur.
Verùm de his dictū satis. Annus Tatio regni sui quintus agebat, cùm fami *L. Ostius patrem suum necat.*
liares quidam eius ac cognati legatis Laurentium Romam euntibus in
itinere obuiam facti, spoliare eos pecunijs per uim aggressi, resistentes *Tatij iniustitia & interitus.*
trucidârunt. Id indignū facinus existimabat Romulus, statimq; suppliciū
de autoribus eius sumendū: Tatius rem extraxit. quæ sola illis apertæ dis-
sensionis causa fuit, cùm in reliquis ita sese cōpararent, ut quanta maximè
fieri poterat concordia in rebus administrandis uterentur. At cæsorum
propinqui, cùm per Tatium ijs suum ius persequi nequaquā liceret, eum
Lauinij cum Romulo rem diuinam peragentem impetu facto obtruncâ-
runt: Romulum, tanquam iustum uirum, lætis cum acclamationib. prose-
B cuti sunt. Romulus Tatij corpus acceptum honorificè sepelijt in Auen-
tini ea parte, quà Armilustriū extat: uindictam uerò huius cædis omnino *Armilustrium.*
neglexit. Quidam scriptores, Laurentes metu impulsos tradidisse ad sup
plicium Tatij percussores narrant: eos autem à Romulo missos factos, cæ
dem cæde persolutam dicente. Præbuit id factum sermonem, suspicio-
nemq;, quasi gauderet Romulus collegam suum sublatum esse: nihil ta-
men ea res turbarum aut seditionis apud Sabinos excitauit, quorum
alij beneuolentia erga eum, alij metu potentiæ, alij opinione diuinitatis
de eo concepta, ipsum summopere obseruabāt. Multis quoq; extraneorū
admirationi Romulus fuit: ac Latinorum seniores missis legatis amiciciā
cum eo, fœdusq; sanxerunt. De Fidenis porrò, urbe Romæ uicina, à Ro- *Fidenæ à Romulo captæ.*
mulo captis autores discrepant. Quidam subitò missos ab eo equites, qui
cardines portarum excinderent, ipsum deinde inopinantibus superue-
nisse oppidanis tradunt: alij Fidenates prius in Romuli ditionem impres-
sione facta prædas egisse, agrisq; & suburbio multa maleficia intulisse re-
ferunt, Romulumq; positis insidijs magnam eorum partem interfecisse,
C & urbem cepisse. Neq; uerò hanc urbem deleuit, sed missis eò bis mille ac *Fidenæ colonia.*
quingentis inhabitatoribus, Romanorum coloniā fecit. actum hoc Idib.
Aprilis. Secundū hæc, pestis incidit, quæ citra ullum morbum subita mor *Pestis Romæ & sterilitas.*
te homines interimebat: comitabaturq; hanc luem etiam agrorum pecu-
dumq; sterilitas. pluit etiam sanguine Romæ, ita ut malis his multa super-
stitio coniungeretur. Quæ ubi mala Laurentes etiam inuaserunt, omnes
in hanc sententiam uenére, propter confusum cæde Tatij ac legatorum
fœdus, Deûm ira urbem utramq; agitari. Deditis utrinq; ad supplicium
paricidis, punitisq;, manifestò finem calamitas ea habuit: lustrauitque
urbes Romulus, quod genus expiationis hodieq; ad Ferentinā portam *Lustratio.*
peragi adserūt. Antequàm pestis cessaret, Camerij Romanos, propter id
malum defendendo eos bello non fore putantes, adorti sunt, in agrumq; *Camerij à Romanis deleti.*
eorum incursionem fecerunt. Contra hos Romulus statim cum exercitu
profectus, prœlio occisis hostium sex millib. uicit: captaq; urbe, dimidiā
eorum qui supererāt cladi partem, Romam transtulit: Cameriam autem
duplum eorum, quos ibi relinquebat, numerum Romanorum deduxit, *Cameriam colonia missa.*
ad Kalend. Sextiles. tanta tum ei ciuium erat abundantia annis non totis

Quadrigæ æreæ. sedecim post conditam urbem. Inter reliqua spolia, quadrigæ etiam æreæ A Cameria abductæ sunt, positæq; in æde Vulcani à Romulo: atq; ipse se à Victoria coronatum ibidem statuit. Corroboratis ad hunc modum rebus, uicini, quorum essent uires imbecilliores, submiserunt se Romulo, satisq; habuerunt securitatem adepti. At potentiores metu inuidiaq; tracti, non conniuendū, sed incrementis Romuli obsistendum, eumq; deprimendum duxerūt. *Veientiū contra Romanos bellum.* Primi inter Etruscos Veij, qui magnā ditionē, urbemq; amplam habebant, bellum mouerunt, dum Fidenas tanquā ad se pertinentes, reposcunt. Id uerò nō iniustū modò erat, sed & ridiculum, eos, qui Fidenatibus in periculo uersantibus, belloq; pressis opem non tulissent, sed pereūtes neglexissent, urbem iam agrumq; ab alijs occupata, sibi postulare. Quare cùm à Romulo cōtumeliose ipsis esset respōsum, in duas partes diuisi, altera Fidenatiū copijs sese obiecerūt, altera Romulo obuiā contenderunt. Ad Fidenas duob. Romanorū millib. occisis, à Romulo superati, supra octo hominū millia amiserunt. Iterum deinde apud Fidenas prœliū commissum est, quo in prœlio pręcipuè Romuli uirtute uictoriā partam, *Romuli uirtus in bello.* omnem artem audaciȩ coniunctam exercentis, roboreq; & pedum cele- B ritate, quanta in homine esse non uideretur, utentis, in confesso apud omnes est. Sed quod nonnulli aiunt, quatuordecim millibus Veientiū cæsis, amplius dimidia parte eorum Romuli manibus interfectos fuisse, id planè fabulosum, omninoq; incredibile est: quando & Messenios inflatius *Aristomenes Messenius.* Aristomenem suum prædicare arbitrantur, qui trecentas ab eo uictimas, de occisis totidem Lacedæmonijs, mactatas iactarint. Fusis hostibus, superstitibus cladi fugam Romulus concedens, ad ipsam urbem se conuertit. *Fœdus cum Veientibus.* Veientes calamitate uicti, supplices conditiones pacis acceperunt, amiciciamq; ad annos centum pacti sunt: Romanis magnam sui agri partem attribuerūt, quȩ Septemagiū à septena portione nominat̄: salinis quȩ 20 *Septemagiū.* erant prope fluuiū, cesserunt: quinquaginta ex optimis obsides dederūt. *Triumphus Romuli.* De his triumphauit Romulus Idibus Octobris, ducto inter multos alios captiuos Veientium ipso duce, sene, ac qui imprudentius, imperitiusq; q̄ *Senex in pompa ducitur.* pro ætate sua rem gessisse uideret̄. Itaq; nunc etiam cum sacra triumphalia fiunt, senex per forum in Capitolium ducitur prætextatus bullatusq; more puerorum, proclamatq; præco, Sardianos uenum propositos esse. C *Sardiani.* Nam Etrusci Sardianorum coloni memorantur: porrò Veij urbs est Etruriæ. Hoc bellorum à Romulo gestorum ultimum fuit. Nam quòd plerisq;, aut potius omnibus usuuenire consueuit ijs, qui magnis atq; admirandis successibus fortunæ ad potentiam fastumq; extolluntur, post id bellum confectum ipsi quoq; accidit: nimirum rebus secundis audacior elatiorisq; animi redditus, ut à populari Reipub. statu summam rerum in se unum transferret, regnumq; institueret, cuius etiam habitus ipse mole- *Romulus insolentior, & suis iniquior factus.* stiam suis offerret. Purpureā enim togam, palliumq; purpura prætextum gestabat, ac de solio accliui responsa dabat: stipatus semper iuuenū, quos *Celeres.* à ministerij uelocitate Celeres dicunt, caterua: præcedebant cum alij, qui baculis turbam submouerent, loris præcincti, ut statim, si quos iussisset, *Lictores.* ligare ij uincireq; possent, unde ijs Lictorū nomen. Gręci hos rabduchos, hoc est fasciferos, à fascib. baculorum dicunt: etsi probabile est, prius litores, ac Græcè quidem Liturgos appellatos fuisse (nam horum lingua Litus & Laus populū significāt) quasi populi ministros, indeq; C litera interiecta lictores extitisse. Cum Numitore Albæ defuncto ad Romulum eius morte regnum deuenisset, populi fauorē captans, summam Reipub.

A in medio posuit, singulisq; annis unum præfectum Albanis dedit. Eos e- 21
tiam qui Romæ potentia præstabant, docuit regni expertem ac liberam
reipub. administrationem sectari, ita ut partim regerent, partim regerent.
Neq; enim patricij in reip. gerendæ partem ueniebant, sed nomine ha-
bituq; uenerandi, magis pro more quàm sententiæ dicendæ causa in Cu-
riam conuocabantur, taciti q; cùm mandatum Romuli audijssent, ita dis-
cedebant, ut eo solo multitudinem præstarent, quòd priores ea quæ age-
rentur cognouissent. Ac reliquę quidem iniuriæ Romuli in senatū, obscu
riores erant. Quòd autem agrum manu captū militib. suo unius arbitrio
diuisisset, obsidesq; Veientibus reddidisset iniussu Senatus, planè hunc
ordinem circumscribere uidebatur. Itaq; paulò pòst Romulo inopināti-
bus ac inscijs omnibus de medio sublato, in suspicionem ac calumnias se-
natores huius rei causa inciderunt. Cęterùm Romulus sublatus est Nonis Romuli obitus.
Iulij (qui mensis olim erat Quintilis) ita sanè, ut de exitu eius nullus con-
stans sermo rumórue relictus sit, præterquā de tempore casus istius. nam
ea, quæ dixi, die multa eorum quæ tum euenerunt similia peragunt. Neq;
B hanc obscuritatem est cur miremur, quando etiam Scipione Africano do Scipionis Aemiliani mors obscura.
mi suæ à cœna mortuo, modus eius obitus neq; fidem, neq; certa indicia
habuit: quem alij quòd fuerit natura ualetudinarius, per se fato concessis-
se iudicant, alij ueneno seipsum extinxisse, alij inimicos noctu irrupisse,
eiq; spiritum interclusisse. Et tamen Scipionis cadauer omnibus in con-
spectu positum fuit, ut de modo eius mortis inspicientibus suspicari ac
conijcere liceret: Romuli subitò uita functi neque corporis pars uisa est, Romuli mors.
neq; uestimenti particula ulla superfuit. Verùm alij opinantur in æde Vul
cani impetum à senatorib. in eum factum, occisiq; corpus in partes discer
ptum, earumq; à singulis unam in sinu egestam. Alij neq; eo in loco, neq;
solis senatoribus præsentibus conspectui hominum ademptum existi-
mant. Sed cùm ad Capræ paludem extra Vrbem fortè concionem habe- Capræ palus.
ret, subitò in aere mirabilem ac uerbis superiorem tempestatem, mutatio
nesq; incredibiles extitisse: solis enim lumine obscurato, noctem ingru-
isse nequaquam quietam aut placidam, sed horrendis tonitribus, uento-
rumq; undiquaque grandinem incutientium flatibus frementem: tum
C multitudine ad fugam dispersa, potentiores in unum globum coijsse: pòst
tumultu sedato cùm dies iterū emicuisset, collectoq; rursus in unum po-
pulo rex quæreretur ac desideraretur, non permissum à primoribus ple-
bi ut inquirerent: sed mandatum omnibus, ut Romulum ad superos ra-
ptum, deumq; ipsis propitium ex bono rege factum, ueneratione ac ho-
nore prosequerentur. Hęc plerosq; credidisse, eosq; cum gaudio & bona
spe adorato Romulo discessisse: fuisse tamen nonnullos, qui rem acerbo
infestoq; animo perpendentes, patricijs obturbarent, ac conuiciarentur,
quòd cum regem suis ipsis manibus trucidassent, inepta populum per-
suadendo deciperent. Ibi tum Iulium Proculū, unum ex ijs qui Alba Ro Iulij Proculi de Romulo ad superos abitu testimonium.
mam migrauerant, uirum inter patricios primę nobilitatis, moribus pro
batissimis, Romulóq; ipsi fide & familiaritate coniunctum in concio-
nem prodijsse, & sanctissimè iuratū dixisse: sibi in uia Romulū oblatum,
aspectu pulcro maioriq; quàm antè unquam, armisq; splendidis ac arden
tibus ornatum. se hoc uiso perterritum, his eum uerbis cōpellasse: Quid-
nam tibi, ô rex, euenit, aut quo cōsilio adductus, nos iniustis maliciosisq;
criminationibus obiectos, totam autem urbem orbam immenso in luctu
deseruisti? Romulum uerò in hanc sententiam respondisse: Dijs, Iuli, à

 quibus

quibus ueni, ita uisum est, ut tantisper cum hominib. essem, urbemq́; cu A
ius imperium ac gloria forent maxima, conderem: inde rursus cœlum in-
habitarem. Vale, ac Romanis dic fore, ut si temperantiã fortitudinemq́;
exerceant, omnes mortales potentia excellant. Ego autem Deus uobis
propicius ero Quirinus. Visa hæc Romanis fidem mereri, propter mo-
res dicentis iusq́; iurandum memorant: nec non diuinitus quoq; ad id
credendum quasi afflatu quodam numinis permotos, ita ut contrà dice-
ret nemo, sed uniuersi suspicionibus ac calumnijs omissis, uota Quirino
nuncuparent, eumq́; ut Deum inuocarent. Hæc sanè narratio Græcorum
22 de Aristea Procõnesio, & Cleomede Astypalæo cõmentis haud absimi-
Aristea Proconnesij fabula. lis est. Aristeam ij in fullonia quadam officina diem clausisse tradunt, cor-
pusq́; quærentibus eius amicis nusquam apparuisse: quosdam uerò ex ip
so itinere uenientes dixisse, uisum à se Aristeam in uia uersus Crotonem.
Cleomedis Astypalæi fabula. Cleomedem porrò corporis robore ac magnitudine nimium, ingenio
præferoci, ac furibundũ, multa edidisse uiolenta facinora: demumq́; cu-
iusdam ludi literarij columnam, qua culmen suffulciebat, manu concus-
sisse, mediamq́; confregisse: itáque domicilio eo prostrato, oppressisq́; B
pueris cùm insecutores eum urgerent, in arcam ipsum magnam confu-
gisse, operculumq́; ei obditũ sic intus tenuisse, ut multi simul conati id ui
auellere nõ potuerint. cæterùm cùm ij arcam ferro discidissent, neq; uiuũ
intus, neq; mortuum Cleomedem inuentum: sicq́; eos terrore perfusos
misisse Delphos, qui oraculum peterent, ijsq́; ita Pythiam cecinisse:

Vltimus heroum Cleomedes Astypaleus.

Alcmena. Ferunt etiam Alcmenæ funus cùm efferretur, cadauer eius euanuisse, lapi
dem in feretro inuentum. omninoq́; multas huiusmodi fabulas præter fi-
dem adferunt, iuxtà dijs diuinitatem mortali hominum generi adscriben
Immortalitas. tes. Equidem ut impium sit, parumq́; ingenuũ, omnem uirtutis diuinita-
tem inficiari: ita stultum est, terram cœlo uelle miscere. Id igitur potius te-
nendum, quod est tutius, sentiendumq́; cum Pindaro, qui ita scribit:

23 *Corpus omnium rapitur mortis uiolentia,*
Viuit adhuc imago seculi, unica à dijs
Orta quòd est, & inde uenit, atq; illuc redit.

Non id profectò cum corpore, sed cùm maximè à corpore fuerit liberata, C
secretaq́;, totaq́; pura, carnis expersq́;, & casta reddita. Is enim est animus
Heracliti dictum. (ut Heraclitus censebat) siccus, eoq́; optimus, qui

Per corpus, ut per nubes fulmen, euolat.

Contrà animus cum corpore commixtus, eoq́; oppletus, tanquam grauis
& caliginosa quædam exhalatio, difficulter accendi, in sublimeq́; efferri
potest. Quare nihil attinet corpora præstantium mortalium, contrà quàm
eorum natura ferat, unà cum animo in cœlum attollere: sed ita statuendũ
est, uirtutes & animos eorũ utiq; suapte natura, diuinaq́; conditione id ha
bere, ut ex hominibus in Heroes, ex his in Genios, atq; ex ijs tandem, cùm
quasi in mysteriorũ initiatione protinus lustrati ac cõsecrati, omne quod
morti erat atq; affectionib. alijs obnoxiũ effugerint, in deos transire, præ-
stantissimũ atq; beatissimũ finem consecutos: neq; id decreto urbis alicu-
ius, sed reuera ac cõsentanea ratione fieri. Cæterùm Romuli cognomentũ,
Quirini cognomentum unde. quod fuit Quirinus, alij quasi bellicosum & Martem interpretantur: a-
lij inde tractũ censent, unde Romani quoq; sint Quirites dicti. Sunt qui
hastam antiquitus, aut cuspidem, quirini nomine appellatam tradant: uo-
catumq́; ab ijs simulacrũ Iunonis Quiritidis. quòd fuerit cum hasta posi-
tum,

A tum. Sic & in Regia dedicatam hastam, Martem uocatam: lanceaq́ ho-
norari solitos, qui in bello uirtutem suam ostendissent. Ita Romulũ etiam,
tanquam Martium & bello clarum, Quirinum cognominatũ fuisse. Por-
rò eius templum locatũ est in colle, qui ab eo Quirinalis fuit nuncupatus. *Collis Quiri-nalis.*
Dies, qua fato concessit, fuga plebis appellaẽ, ac Nonæ Capratinæ: quia *Nonæ Capra-tinæ.*
tum ex urbe ad Capræ paludem exeuntes sacrificant. Ad quod sacrum *Fuga plebis.*
dum exitur, multa usitatorum nominum inclamant, ueluti Marci ac Caij, 24
imitantes eam quæ tum acciderat fugam ac mutuam inuocationem cum
timore, ac tumultu factam. Quanquam inuenio, qui id non ad fugam, sed
ad festinationem exprimendam fieri tradant, idque hac de causa. Gal-
lis (inquiunt) postquam cepissent Romam, à Camillo expulsis, cùm urbs
propter imbecillitatem haud facilè pristinas uires recolligeret, Latini du-
ce Liuio Posthumio magnis copijs expeditionem contra eam fecerunt. *Latinorum bellum.*
Is cum exercitu haud procul urbe consedit, misso Romam legato, qui in-
dicaret, statuisse Latinos antiquam cum Romanis necessitatem atq́ affi-
nitatem iam deficientem resuscitare, nouisq́ denuò coniugijs nationes
has commiscere: proinde pacem Romanis ita demum Latinos, amici-
B ciamq́ offerre, si magnum uirginum numerum his, mulieresq́ maritis ui
duas darent, quo modo antè fuisset ipsis cum Sabinis inita necessitas. Eo
audito Romani & bellum metuebant, & hanc mulierum traditionem ni-
hil captiuitate mitius habere iudicabant. Anxijs serua Philotis (alij Tuto- *Philotidis astus*
lam nominant) consilium dedit, ut neutrum facerent, sed dolo usi, simul *Tutola.*
& bellum, & obsidum hanc deditionem euitarent. Doli hæc erat ratio, ut
Philotidem cum alijs ancillis pulcrè ornatas ingenuarum instar ad ho-
stes emitterent: Philotis autem noctu igne sublcuato signum daret: tum
Romani armati Latinos somno deditos inuaderent. Estq́ ea res eo mo-
do confecta, Latinis pactum probantibus. ignem noctu de caprifico suis
ostendit Philotis, retrò eum uelo, ac pannis prętensis operiens, ne ab ho-
stibus conspici posset lumen, solisq́ Romanis esset conspicuum. Qui ubi
signum dari uidere, properatò exierunt, festinationisq́ gratia apud por-
tas sæpius se inuicem acclamando hortati sunt. facto aũt in hostes inopi-
nantes impetu, uictoria potiti, diem eum in rei memoriam festum cele-
brant: & à caprifico Nonæ Capratinæ uocantur. epulum autem præbent
C mulieribus extra urbem, sub umbraculis ex ficuum frondibus contextis:
seruæq́ circumeuntes ludunt, deinde inuicem se plagis ac lapidum ia-
ctibus impetunt, quasi tum quoq́ Romanis in prœlio adfuerint, pugnan
tibusq́ opem tulerint. Verùm hanc narrationẽ pauci scriptores probant:
quinimò quòd ea die nominum inuocatione utuntur, adq́ Capræ palu-
dem tanquam ad mare egrediuntur, uidetur magis ad priorem sermonẽ 25
pertinere: nisi fortassis diuersis temporibus eadem die utrunq́ contige-
rit. Enimuerò Romulus desijt inter mortales esse, natus (ut tradiẽ) annos *Ætas Romuli. Anni regni.*
quinquaginta quatuor, regni sui anno supra trigesimum octauo.

THESEI ET ROMVLI COMPARATIO.

Hæc ferè sunt, quæ de Romulo ac Theseo digna commemoratu acce-
pimus. Primùm uidetur Theseus sponte sua, nulla incumbente necessita- *Theseus Romulo quibus*
te, cùm posset tutò Trœzene regnare, idq́ regnum haud inglorium susci- *in rebus præ-*
pere, ultrò ad magnas res animum appulisse: Romulus uerò proposita ser *stantior.*
uitutis euitatione, impendenteq́ supplicio, ipso nimirum (sicut est apud 1
Platonem) metu ad fortitudinem, timoreq́ extremorum malorum ad ar *Fortes ex metu.*
duas res obeundas necessariò adactus fuisse. Deinde huius præcipuũ in-
ter omnia

inter omnia factum est, quòd unum Albæ tyrannum sustulit: atqui The- A
seus aliud quidem agens, in Scirone, Sinnide, Procrusta, Clauigero, præ-
ludia quasi maiorum certaminum exhibuit: quibus interfectis punitisq́,
grauibus Græciam tyrannis exonerauit, antè etiam quàm hi quibus salu-
tem attulerat, eum cognoscerent. Præterea huic licebat absq; ullo nego-
cio mari Athenas petere, nulla à latronibus affecto iniuria: sed Romulo,
dum uiueret Amulius, securo esse non licebat. Cuius rei euidens est ac cer
tissimum indiciū, quòd alter nihil à quoquam læsus propter aliorum com
modum improbos homines aggressus est: alter quandiu nihil à tyranno
mali accepisset, ab eo uim fieri omnibus alijs passus est. Iam si magnum
iudicatur, in pugna contra Sabinos uulneratū fuisse, Acronem occidisse,
multos hostes uicisse: poterit sanè his opponi prœlium aduersus Cen-
tauros, & Amazonicum bellum. Verùm id quod ausus fuit Theseus pro-
pter tributum Cretensibus pendendum, cùm seipsum obtulit naui cum
pueris & uirginibus in Cretam abducendum, siue ut belluæ alicui obijce
retur, siue ad Androgei tumulum iugularetur, siue (quod leuissimum ea
de re fertur) ut hominib. contumeliosis ac inhumanis in turpem, ignomi- B
niosamq́ seruitutem dederetur. id quantæ fuerit audaciæ, magnanimita-
tis, iustitiæq́ erga rempub. ac quanti gloriæ uirtutisq́ studij, dici non po
2 test. Itaq; haud malè (ut mea fert sententia) à philosophis amor definitus
Amor minister deorum ad seruandos iuuenes. est minister deorum ad curandos seruandosq́ iuuenes. Nam Ariadnæ a-
mor magis q̃ ulla alia res, actio & consiliū dei uideť fuisse, quò Theseum
seruaret. neq; par est culpari eam quæ eius amore capta fuit: sed miraculo
ducendum, si non omnes uiri mulieresq́ eodem erga eum modo affecti
fuissent. Sin hoc soli Ariadnæ accidit, haud absurdè, opinor, dixerim, eam
quę ita honestatis, ac uirtutis, optimorumq́ amans fuerit, quæ à Deo ali-
quo diligereť dignam fuisse. Porrò cum natura uterq; ad gerendā remp.
fuerit idoneus, neuter regnum tenere perrexit, sed alter in tyrannidem,
Quomodo principi resp. conseruanda. alter in popularem formam reipublicæ statum commutauit. Diuersis aūt
ab affectibus in communem errorem abducti sunt. principis enim partes
sunt, ut præsertim ipsam reipublicæ formam conseruet: quòd non minus
in eo positum est, ut ea ab omnibus ei non conuenientib. rebus abstineať
quàm ut omnia ad eam spectantia, ei affatim adsint. Sed princeps, qui C
uel remittit, uel intendit suam potestatem, non iam regis aut principis di-
gnitatem tuetur: sed uel populo seruit, uel dominus fit, eoq́ aut contem-
ptum sui, aut odium in subditis creat: quorum peccatorū alterū ab æqui-
tatis studio, humanitateq́, alterum à sui amore, fastuq́ profectum iudica-
tur. Quòd si ea, quæ infeliciùs acta sunt, non protinus fortunæ imputari,
Peccata Romuli & Thesei. sed differentiæ ex morib. affectibusq́ animi in ijs constitui debent: neq;
Romulum de cæde fratris, neq; Theseum de nece filij causam dicentem,
ab irę inconsideratæ, imprudenterq́ pręcipitis crimine quispiā absoluet.
Initium autem unde ea commotio animi profecta est, magis ualet in eo
excusando, qui maiori à causa aliqua, ueluti à grauiore ictu, subuersus est.
3 Quare Romulo à consultatione & deliberatione de bono publico in cō
tentionem prolapso, fortassis nemo tam subitam animi impotentiā igno-
uerit. At Theseus ab ijs affectibus, quos paucissimi mortaliū effugerunt,
amore, suspicione de tentata uxoris fide, calumnijsq́ muliebrib. circum-
uentus est: ac, q̄d maius est, Romuli iram facinus infelix consecutum est,
Thesei non ultra iurgium, conuicia, senilesq́ execrationes processit.
quæ præterea acciderunt Hippolyto, fortunæ sunt imputanda. His igiť
in rebus

A In rebus secundum Theseum iudicandum uidetur. Contrà in Romu- *Romulus quibus in rebus Theseum antecelluerit.*
lo primùm id magnum est, quòd à minimis principijs ad tantas res pro-
gressus est. ipse enim fraterꝗ eius serui, subulcorumꝗ filij cum appella-
rentur, antequam liberi fierent, omnes ferè Latinos in libertatem uindi-
cauerunt, unoꝗ & eodem tempore pulcerrima nomina meruerunt, ut
inimicorum occisores, suorum seruatores, gentium reges, urbium con-
ditores dicerentur. Atqui Theseus non condidit urbem, sed ex multis
unicam composuit, migrare in eam alijs iussis, multasꝗ urbes antiquo-
rum regum Heroumꝗ cognomines destruxit. Quod Romulus poste-
rioribus demum temporibus fecit, cùm uictos hostes cogeret suis oppi-
dis deletis apud uictores habitare: initiò autem non mutauit, neꝗ auxit
aliquam iam antè conditam urbem, sed nouam condidit, sibiꝗ simul &
terram, & patriam, & regnum, & genus, & nuptias, & affinitates para-
uit. Neque interfecit quenquam: sed eis qui cùm domibus ac sedibus
carerent, in populum ac ciuitatem coire uolebant, beneficium exhibuit.
Latrones quidem & maleficos homines non occidit, sed populos bello
B subegit, urbes euertit, de regibus & ducibus triumphauit. Quinetiam cu-
ius manu Remus trucidatus sit, disputatur, ac pleriꝗ in alios eam culpam
referunt: matrem quidem suam quòd seruauerit Romulus, auumꝗ tur- *Romuli pietas in parentes.*
pi indignaꝗ seruitute pressum in Aeneæ solio collocauerit, palàm est,
quodꝗ de hoc optime meritus, nulla eum ne inuoluntaria quidem in-
iuria affecerit. At uerò Thesei obliuionem ac neglectũ præcepti de ue-
lo dati, uix puto longa aliquem excusatione, idꝗ apud socordes iudi-
ces, crimine paricidij purgaturum. Quod intelligens sanè quidam At-
ticus homo quàm difficulter defendi posset, finxit Aegeum naui appel-
lente, celeriter in arcem accurrisse ut eam conspiceret, lapsumꝗ deci-
disse. quasi uerò ei aut comites defuerint, aut properanti ad mare non
fuerint prestò famuli. Iam raptu quoꝗ mulierum quod peccatum est, in
Theseo prætextum habet nullum. Primùm, quòd sæpius hoc admisit: ra- *Thesei raptus mulierum.*
puit enim multas, ut Ariadnam, ut Antiopam, ut Anaxonem Trœzeni-
am, ac post has omnes Helenam puellam adhuc uiro immaturam, ipse
decrepita ætate, eoꝗ natu, ut etiam legitima coniugia ei essent omitten-
da. Deinde ratione causæ: neꝗ enim ad procreandos liberos ut deli-
C gerentur Trœzeniorum, Spartanorum, Amazonumꝗ filiæ, eæꝗ non
desponsatæ ipsi, digniores erant, quàm Erechtidarum & Cecropidarum
qui erant Athenis filiæ. Sed suspicio est, libidini eum hoc loco, uolu-
ptatiꝗ indulsisse. Romulus autem, primò cùm rapuisset octingentas
ferè uirgines, non omnes eas, sed unam Hersiliam sibi seruauit, reliquas *Romuli raptus.*
inter suos bonos ciues distribuit: deinde honore, dilectione, iustitiaꝗ
mulieribus ijs posteà temporis præstita, ostendit uim etiam, iniuriamꝗ
pulcerrimum fuisse ac prudentissimum factum, ad societatem constitu-
endam. tam firma inter se nationes duas commiscuit, compegitꝗ com-
munitate, tantumꝗ beneuolentiæ in posterum, potentiæꝗ fontem a-
peruit. Verecundiæ, amoris, constantiæꝗ, quæ in coniugijs ut seruaren-
tur effecit, testimonio sunt subsecuta tempora: nam anni propemodum 4.
ducenti ac triginta elapsi sunt, antequàm uel uir uxoris, uel femina ma-
riti consuetudinem auderet relinquere. Sed quemadmodum apud Græ-
cos ij qui nimium sunt curiosi, eum qui primus omnium patrem suum,
matrémue necauerit, nominare possunt: ita Romanis omnibus notum
est à Sp. Caruilio primùm uxori nuncium remissum, quòd eam sterilem *Primum Romæ diuortium.*
esse

esse quereretur. Temporis testimonio etiam acta astipulantur: nam A societas imperij inter reges, & ciuitatis inter populos istos, propter hanc affinitatem inita est. Verùm Thesei nuptijs nullum Atheniensibus erga quenquam amicitiæ ius extitit, sed contrà inimicitiæ, bella, cædes ciuium, demumq; ut Aphidnis amissis ægrè hostium, adorando eos, deosq; appellando misericordiam impetrarent, ne eadem paterentur, quæ propter Alexandrum Troianis euenerunt. Sanè mater Thesei nō timuit modò, sed subijt etiam sortem Hecubæ, deserta & proiecta à filio: siquidem uera sunt, quæ de captiuitate eius traduntur. Quæ quidem conficta esse præstiterit, sicut & pleraq; alia. Quemadmodum & ea quæ de oraculo feruntur, commenta, longè Romulo inferiorem Theseum faciunt. Nam ille magna deorum benignitate seruatus est: oraculum autē Aegeo datum, ut extra patriam mulieris consuetudinem uitaret, uidetur indicare, Theseum nolentibus dijs procreatum fuisse.

PLVTARCHI LYCVRGVS,

[illegible]

Augustano interprete.

NIHIL omnino quod non in dubium uocetur, de Lycurgi legislatoris uita dici potest. Nam cùm de genere, peregrinatione, obituq; eius, præterea de legum eius ac reipublicæ institutione diuersæ narrationes extant: tùm uerò quo tempore uixerit, minimè omnium in confesso est. Quidam enim Iphiti temporibus claruisse, cumq; in Olympiacis ferijs instituendis adiuuisse tradunt: estq; huius sententiæ etiam Aristoteles Philosophus, indicij loco discū Olympicum adducens, in quo nomen Lycurgi incisum adhuc extat. Alij, ut Eratosthenes & Apollodorus, successione regum Spartanorum tempus supputantes, haud paucis annis prima Olympiade superiorem fuisse Lycurgum pronunciant. C Timæus duos diuersis temporibus Lycurgos Spartæ fuisse suspicatur, alteriq; eorum propter gloriam suam, alterius quoq; acta imputata: priorem aiunt non diu post Homerum uixisse: alij sanè uisum ab eo
1 Homerum dicunt. Ac Xenophon etiam antiquitatis significationem aliquam dat, cùm Lycurgum Heraclidarum (id est posterorum Herculis) ætate fuisse tradit. Nam quamuis etiam nouissimi Spartanorum re-
2 ges genus ab Hercule repeterent, tamē uidetur primos illos Heraclidas ille innuisse, qui non multum ab Herculis æuo abfuerint. Eniumuerò etsi ad hunc modum incerta sit historia, nos tamen ea in quibus minimum est controuersiarum, aut clarissimis tradita sunt autoribus, recensere conabimur. Simonides poeta, Lycurgi patrem non (ut alij) Eunomum, sed Prytanidem perhibet. Alij genus Eunomi ac Lycurgi alio modo referunt. Aristodemo nimirum Patroclem natum, huic filium fuisse Soum, huius Eurytionem, inde Prytanim, cuius filius Polydectes fuerit ex priore uxore, ex posteriore, cui Dianassæ nomen, Lycurgus. Eutychidas Lycurgum à Patrocle sextū, ab Hercule undecimum numerat. Inter maiores

A iores eius præcipuè admirationi fuit Sous, sub quo Lacedæmonij & eos, quos manu cepissent, Heilotas inde dictos, in seruitutē egerunt, & Arcadibus multum agri ademerunt. Fertur Soum à Clitorijs loco difficili, & 3 aqua carente obsessum, pactum esse, redditurum se ijs terram, quàm bello ceperat, si ipse suiq; omnes è proximo fonte bibissent: tum re iureiurando confirmata, conductis in unum locum suis, ei qui potu abstinuisset, regnum promisisse: cæterùm nemine se continente omnibusq; bibentibus, ipsum postremùm ad fontē descendisse, & aqua se cōspersisse, hostibusq; adhuc præsentibus digressum, terram, eo quòd non omnes bibissent, retinuisse. Quarum rerum causa etsi magni fecere Soum, non tamen ab ipso, sed filio eius familiæ nomen inditum est, ut Eurytionidæ uocarentur. Is 4 enim Eurytion primus populi gratiam captans, regiam potestatem mitigasse, ac remissiorem effecisse creditus est. Qua ex remissione & populus ferocire cœpit, & posteriores reges cum uel uim exercentes in odium subditorum incurrerent, uel ijs gratificantes, aut metu adducti se submitterent, diu Spartæ contra leges & ordinem pleraq; acta sunt. In ea confu-

Lycurgi maiores.

B sione etiam Lycurgi pater cum contentionem quandam dirimeret, cultro lanij ictus, relicto maiori suo filio Polydectæ regno mortuus est. Is quoque non multo pòst tempore diem suum obijt, eiusq; morte ad Lycurgum omnium sententia regnum redierat: idq; gessit Lycurgus tātisper, dum fratris sui uxorem relictam in utero habere cognitum est. quod ubi primum comperit Lycurgus, ad fœtum conceptum pertinere regnum, si quidem masculus existeret, affirmans, ipse tutoris loco (quales orborum parente regum procuratores Prodici Spartanis appellantur) regnum administrauit. Submisit autem ea mulier clam, qui suis uerbis Lycurgo indicarent, paratam se ad abolendum fœtum, ut ipsi Spartæ regnum tenenti nuberet. Ibi Lycurgus, etsi ingenium mulieris odio habebat, simulauit tamen accipere se & probare consilium, neq; cōtrà dixit quicquam, nisi hoc, non esse ei abortu, aut ueneficio corpus lædendum, inq; periculum uitæ adducendum: sibi curæ fore, ut infans, quem peperisset, statim è medio tollatur. Hac ratione feminam usq; ad partus diem ducens, cùm is appetijsset, misit qui enitenti adessent, obseruarentq; eam: et si puellam peperisset, mulieribus traderent: sin puerum, ad se statim, quidquid ipse

Lycurgus fratris filij posthumi tutor.

C ageret, adferrent. Cœnante ipso cum principibus, puer natus, & à ministris allatus ad eum est: quem, ut fertur, cum accepisset, ijs qui aderant, dixit: Rex uobis ô Spartani, natus est: inde puerum in loco regio deposuit, Charilaoq; nomen fecit: quòd omnes magnopere gauderent, ani- 5 miq; magnitudinem & iustitiam ipsius admirarentur. Cæterùm Lycurgus regno præfuit spacio mensium octo: eratq; in oculis ciuiū, ita ut plures propter uirtutem ei intenti essent, paratiq; omne quod iussisset exequi: quàm qui ei propter tutelam quam gerebat, & regiam potestatem obtemperandum putarent. Neq; uerò deerant inuidi, ac qui iuuenis incrementis obsistendum putarent, præcipuè cognati & familiares matri regis, quæ contumelia affecta sibi uidebatur: frater quidem huius Leonidas cùm aliquando uehementius Lycurgo esset conuiciatus, quo suspicionem inijceret hominibus calumniaq; eum factarum regi insidiarū iam ante circumueniret, si quid ei humanitus accidisset, in hæc uerba prorupit: Te quidem regno potiturum, certò noui. id genus sermones etiam à muliere illa proficiscebantur. Hæc grauiter ferens Lycurgus, incertaq; casum suum metuens, peregrinatione suspicionem effugere statuit, ac tandiu ua-

gari, dum fratris filius ad ætatem adultam perueniret, regniq; hæredem A
progeneraret. Eo conſilio profectus, primum in Cretam peruenit: ibi
reipublicæ uarias conſtitutiones inſpexit, congreſſusq; cum ijs qui gloria
maximè alios anteirent uiris, quaſdam leges probauit, accepitq; domum
allaturus, uſurisq; ijs, quaſdam ſpreuit. Thaleti, qui inter eius inſulæ ho-
mines ſapientes ac ordinandæ reipublicæ idoneos habebatur, gratia &
amicicia perſuaſit, ut ſpartam iret. poeta is Lyricus exiſtimabatur, hóc-
que prætextu utens omnia ea quæ præſtantiſsimi legum conditores poſ-
ſent, efficiebat. Carmina enim eius erant ad obedientiam & concor-
diam adhortationes, modis ac numeris conſtantes, in quibus multum
elegantiæ, quodq; ad animos ſedandos faceret, inerat: quæ qui audie-
bant, ſimul & placabantur eorum ſenſim ingenia, & à maleuolentia,
qua tunc mutuò laborabant, ad ſtudium honeſtatis adducebantur. ita ut
quodammodò ad inſtitutionem Spartanorum uiam Lycurgo Thales
ſtrauerit. Ex Creta in Aſiam abijt Lycurgus, ut (quod fertur) cum
Cretenſium frugalitate & ſeueritate Ionicum luxum ac delicias conten-
dens (medicos imitatus qui corporibus ſanis morboſa comparant) ui- B
tæ ac reipublicæ differentias in eo contemplaretur. Ibi cùm in Homeri
carmina incidiſſet, primò (ut uidetur) à poſteris Cleophyli aſſeruata:
conſpiciens in illis ea quæ ad reipublicæ & morum diſciplinam condu-
cerent non minori ſtudio, quàm quæ ad uoluptatem, ac luxuriam per-
tinerent, admixta: cupidè ea exſcripſit, collegitque, ut in Græciam ad-
portaret. nam obſcurum quoddam Homericæ poeſis nomen tum ad
Græcos peruenerat, habebántque eius partes pauci quidam aliquas, te-
merè diſperſas: primus Lycurgus præſertim notam reddidit. Aegy-
ptij ad ſe quoque Lycurgum ueniſſe adſerunt, ſecretionémque mili-
tarium hominum à reliquis ordinibus magnopere admiratum Spar-
tam tranſtuliſſe, & deiunctis à militari genere ſedentarias artes exer-
centibus, & opificibus, uerè ciuilem & puram ciuitatem reddidiſ-
ſe. Teſtimonium Aegyptijs de hac re etiam nonnulli Græci, ac hi-
ſtorici ferunt. Africam & Hiſpaniam à Lycurgo aditas, uagatúm-
que eum per Indiam, cum Gymnoſophiſtis collocutum fuiſſe, præter
Lycurgi domũ reditio. Ariſtocratem Hipparchi F. Spartanum qui tradiderit, neminem inue-
ni. Porrò abſentem eum Lacedæmonij deſiderauerunt, ac ſæpenume- C
ro uocauerunt. exiſtimabant enim regibus præter nomen & hono-
rem nihil adeſſe, quo uulgus præſtarent. in Lycurgo eſſe naturam prin-
cipatui gerendo, & ad conciliandos ſibi homines aptam. Ne regibus
quidem aduentus eius non erat acceptus, ſperantibus ſe, ſi Lycurgus ipſis
adeſſet, minus contumelijs plebis impetitum iri. Redijt igitur ad ſu-
os eo modo affectos Lycurgus, ac ſtatim aggreſſus eſt præſentem rei-
publicæ ſtatum conuellere, & mutare: ratus leges de ſingulis rebus la-
tas nihil effecturas, neq; profuturas, niſi tanquam uitioſi, ac omnis generis
morborum pleni corporis totum temperamentum medicãdo & purgan-
do euacuaſſet primùm, deinde nouam diætam inſtituiſſet. Hæc ſecum co-
gitans, initiò Delphos profectus eſt, conſuluitq; oraculum, & ſacra pere-
6 git: celebre id reſponſum reportans, quo eum Pythia Dijs charum, ma-
giſq; Deum quàm hominem appellauit: quærentiq; de bona legum la-
tione, dixit dari ac ſponderi à Deo eum reip. ſtatum, qui omnium eſſet lon
gè præſtantiſsimus. His fretus, optimates ſibi conciliauit, clandeſtinoq;
colloquio primum amicos, deinde plures paulatim aggreſſus, ad rem
ſuſci-

A suscipiendam, auxiliumq; ferendum sibi conciliauit. Cum dies negocio
destinata uenisset, summo manè triginta è primoribus iussit armatos in fo-
rum prodire, qui aduersarijs terrorem incuterent. horum maximè illu-
stres uiginti Hermippus recenset: qui uerò præ reliquis omnibus Lycur-
go in omnibus negocijs socius & inferendis legibus adiutor fuerit, A-
rithmiadam nominant. Orto tumultu, Charilaus rex metuens contra se
id omne inceptum, ad Chalciœum confugit: inde uerbis fidem ha- 7
bens, accepto iureiurando concessit, & socium se ijs quæ agebantur
præbuit. Erat enim natura placidus, fertúrque Archelaus collega ad 8
eos qui iuuenem istum laudarent dixisse: Quî non sit bonus homo
Charilaus: qui ne malis quidem nouit grauis esse. Inter multa, quæ no-
ua Lycurgus fecit, prima & potissima est senatus constitutio. Hunc 9
Plato regum imperio feruenti, turgescentiq; commixtum iusq; æquale in
sententia dicenda adeptum, mirificè ad salutem urbis & modestiam con-
duxisse ait. Nam respublica fluctuans, ac nūc apud reges ad tyrannidem,
modò apud multitudinem ad populare imperiū uergens, senatu quasi mu-
B nitione quadam interiecto, æquo momento utrinque diuisa tutissimam
adepta est ordinationē. cùm seniores isti semper in eo regibus auxilio sint,
ne ad populum summa rerum deferatur: rursusq; populū corroborēt, ne
ad tyrannidem res deueniat. Numeri autē (nam uiginti octo senatores fa-
cti fuerant.) eam rationem Aristoteles adfert, quod cùm Lycurgus trigin-
ta instituisset, duo ex his præ metu ordinem deseruerint. At Sphærus ini- 10
tio tantùm XXVIII. fuisse ait, qui sententiam dicerent, ea fortassis ra-
tione, quod is numerus ex ductu quaternarij in septenarium producitur:
aut quod post senarium primus est eorum, qui suis omnibus partibus si-
mul sumptis æquales, perfecti dicuntur. Mihi uidetur eo potius Lycur-
gus hunc senatorum numerum statuisse, ut si duo reges his addantur, in
uniuersum triginta sint. Tanto autem studio in ordine hoc sanciendo u-
sus est, ut sortem quoq; de eo Delphis attulerit, quam Rhetram à dicen-
do nominant: cuius hîc est tenor. Iouis Syllanij & Mineruæ Syllaniæ 11
templum ædificet: populum in phylas & obas diuidat, triginta senato-
res cum archagetis constituat: subinde inter Babycem & Cnacionem
concionem populi conuocet: ita de rebus referat, aut antiquet: Ga-
C modan gorián certè & potentiam. In his oraculi uerbis obæ & phylæ
(hoc est tribus) certas partes significant, in quas erat populus diui-
dendus: reges autem archagetæ dicuntur, quasi duces: & concionem
habere græcè hic appellazan exprimitur, eò quod ad Apollinem Pythi-
um reipublicæ initium & causam referebat. Babycam & Cnacionem,
Oenuntem hodie nominant. Aristoteles Cnacionem fluuij, Babycam
pontis nomen esse autor est. Horum in medio conciones agebant, cum
neque porticus, neque alius ullus apparatus esset. quippe hæc nihil ad
consilium càpiendum conducere existimabat: sed obesse uerius, quæ
eos qui conuenirent, statuis, picturis, proscenijsq; theatrorum aut con-
clauibus curiæ nimio opere adornatis intentos spectandis, futiles effice-
rent, nugisq; & uanis cogitationibus distinerent. Conducta in unum lo-
cum multitudine referendi quapiam de re facultas nemini de populo con
cedebatur: tantùm eius erat ea, quæ seniores regesq; proposuissent,
iubere. Posterioribus autem temporibus, cùm plebs addendo detrahen-
doq; suffragia peruerteret atque aliò detorqueret, Polydorus & Theo-
pompus reges, hæc Rhetræ adiecerunt. Sin prauum populus quid sta-

Vt mutationem Reipublicæ inceperit.

Senatus Lycurgi.

tuerit,seniorum,regumq; esto discessionem facere,hoc est,ut ne ratum id
faciant,sed protinus concionem dimittant: nimirum populo sententiam
deprauante,atq; id quod esset optimum immutante. Atq; ita à Deo præ-
ceptum esse,illi populo persuaserunt: quemadmodum Tyrtæus meminit
huius rei,ita scribens:

Pythius ista canit nobis oracula Phœbus:
Accipite,haud ullo uana futura die.
Consilij autores agnoscat concio reges,
Qui claræ Spartæ sceptra sacrata tenent.
Sanctos inde senes,& qui de plebe sequuntur,
Autores illi quæ statuere uiri.

Ephori quã- Enimuero cùm ad hunc modum ciuitatem Lycurgus temperasset: ta-
do et cur cõ- men posteri ut animaduerterunt paucorum in republica potentiam ad-
stituti. huc turgidiorem ferocire (ita enim Plato tradit) ephororum imperium
1.12 fræni loco ei adiecerunt: primique sunt ephori constituti annis circiter
post Lycurgum CXXX. in quibus Elatus fuit,quo tempore Theopom-
pus regnauit. Hunc ferunt uxori exprobranti quòd filijs suis regnum B
minus quàm à maioribus accepisset relicturus esset, Imò autem tanto ma-
ius, respondisse, quanto diuturnius. Ac profectò cum nimia potentia,
inuidia quoque à regibus remota, effectum est,ne timendum ijs esset id,
quod Messeniorum & Argiuorum regibus à suis subditis euenit: cùm
nihil concedere de sua potentia, neque eam ad popularem rationem in-
clinare uellent. Equidem in Messeniorum, Argiuorúmque, qui & cõ-
gnati & uicini populi regésque erant, seditiones, rémque publicam malè
administratam intuentibus:(qui etsi eorum reges initio tãtundem,quan-
tum Lacedæmonij, iuris, in sortibus ferendis etiam amplius habere ui-
debantur, haud diuturna tamen sunt usi felicitate: sed regum iniurijs, in-
obedientiáque multitudinis status reipublicæ concussus est) ijs sapientia
præsertim prouidentiáque Lycurgi fit conspicua, ostenditque illorum
casus, eum uirum, qui rempublicam ita concinnauit ac temperauit, La-
cedæmonijs uerè Deorum munere oblatum fuisse. Sed hæc postea. Al-
terum in republica institutum Lycurgi, idq; audacissimum quidem, est
Agrorum agrorum diuisio. Cum enim esset permagna inæqualitas, multique in
diuisio à Ly- urbe inopes egeníque, diuitiæ autem omnes ad perpaucos homines re- C
curgo facta. dijssent: superbiam, inuidiam, maleficia, ac luxuriam, hísque ipsis anti-
quiores ac maiores reipublicæ morbos, diuitias & paupertatem urbe ut
expelleret: persuasit suis, ut omnes agros in commune propositos de-
nuò diuiderent, uiuerentque inter se uniuersi æquales, & quòd ad ui-
ctum attineret, eiusdem sortis: primas autem partes uirtute sibi quære-
rent. neque enim esse aliud discrimen inæqualitatémue inter homines,
nisi quàm turpitudinis uituperatio, & honestatis laus definiret. Tum
rem ipsam aggressus, agrum Lacedæmonium ijs qui circum urbem ha-
bitabant per tricies mille sortes diuisit: agrum uerò, qui ad ipsam urbem
Spartam pertinebat, per sortium millia nouem. tot enim fuere sortes Spar-
tanorũ. quanquam alij sex millia à Lycugo diuisa, reliqua tria à Polydo-
ro addita perhibeant: alij dimidium huic, reliquum Lycurgo adscribant.
Tantum uerò agri unicuique sorti obtigit, ut uir in reditibus haberet se-
ptuaginta medimnos hordei, mulier duodecim, eiq; rationi & liquido-
rum fructuum prouentus responderet: tãtum autem suffecturum sibi ad
uictum existimabant, qui sanitati & robori corporis sustentando esset,
cùm

A cùm præter hęc nihil eſſent deſideraturi. Traditum eſt eum poſtea temporis peregrè redeuntem, cùm per agros recens demeſſos iter faceret, aceruos parib. interuallis diſpoſitos, & æquales conſpicatum ſubriſiſſe, ac ijs, qui unà aderāt dixiſſe, Totum agrum Lacedæmonium uideri fratrum eſſe multorum, qui eum nuper inter ſe diuiſerint. Deinde inſtituens etiam rerum mobilium diuiſionem, quò omnem prorſus inæqualitatem tolleret, cùm eas ſibi adimi palàm ciues ſuos grauatim paſſuros intelligeret, alia uia negocium confecit. Primùm omnem aureum argenteúmque nummum abrogauit, ſolóque uti ferreo iuſsit: atque huic ipſi pondus & molem magnam, ualorem paruum tribuit: ita ut nummi, quibus decem minarum precium æquaretur, magna domi penu, & ad ferendum bigis opus haberent. Nummo ad eum modum redacto, multa Lacedæmone flagitiorum genera exciderunt. Quis enim uel furto uel munerum captione, uel fraude, uel rapina eam rem ſibi parare cuperet, quam neque occultare poſſet, neque poſſeſsio eius magnopere expetenda eſſet, præterea uero ad nullos alios uſus concidi quiret? Fertur enim ferrum candens aceto reB ſtinxiſſe: itáque eius rigore perdito, ut inualidum iam ac intractabile eſſet, uſum eius ad alias res ſuſtuliſſe. Secundum hoc, artes inutiles & ſuperuacaneas urbe expulit: quanquam erat futurum, ut pleræq; unà cum nomiſmate, quod commune eſſet cum alijs ciuitatibus, exciderent: quippe cùm diuendi opera nequirent. nam ferreus nummus apud alios Græcos nihil ualebat, ſed riſui, neque ullo in precio erat. Itaque non licebat peregrinum, aut quod magno conſtaret nullius utilitatis opus emere: neque onera mercium nauigijs aduehebantur in portus Spartæ, neque eò rhetor, neque circumforaneus ariolus, neque læno, neq; aureorum, argenteorúmue ornamentorum opifex quiſquam commeabat, non extante nomiſmate. Quo efficiebatur, ut luxus ſua ſponte elangueſceret, ſenſim deſtitutus illis, quæ eum ſuſcitarent, atque alerent: neque ulla re locupletes alijs præſtabant, cùm diuitijs intra domos concluſis, atq; ocioſè detentis, in publicum aditus non eſſet. Itaque ea inſtrumēta domus, quæ crebrò in uſu, atque neceſſaria ſunt, ut lectuli, ut ſellæ, ut menſæ, optimè apud eos parabantur: ac Lacedæmonius cothon (poculi id eſt genus) militiæ ſummā laudem obtinebat, ut autor eſt Critias. nam cum aqua bibenda eſſet, à qua uiſus abhor-C reret, color poculi eam ſpeciem occultabat, eóque quod turbidum erat intus ad anfractus eius ſiue ſinus alliſo, atque adhæreſcente, potus ipſe eò purior ori accedebat. Harum rerum cauſa penes legum latorem fuit: nam opifices ab inutilib. rebus prohibiti, artis præſtantiam in neceſſarijs operibus oſtendebant. Porrò Lycurgus ulteriùs aggredi luxum ſtudiúmque diuitiarum penitiùs excindere animo cogitans, tertium atque pulcerrimum inſtitutum introduxit: nempe ut uno in loco ciues ſimul cibum caperent, conſtitutis ad ea conuiuia (Syſsitia ipſis uocabantur) certis ac communibus obſonijs. Ita domi cœnare, aut ueſte ſtragula, menſiſq; precioſis appoſitis, opificum & coquorum miniſterio in tenebris more uoracium belluarum corpus cibo diſtendere, non licebat: quæ res ſimul cum moribus corpora etiam corrumpit, atque ad omnem uoluptatem repletionémque laxat, útque longum ſomnum, calida lauacra, multam quietem, ac quotidianum quodammodo languorem requirant, efficit. Magnum ſanè hoc fuit: maius, quòd conuictu, eiúſque frugalitate diuitias non modò ne furto aut rapina petendæ, ſed omnino ut ne expetendæ quidem (ut ait Theophraſtus) eæ uiderentur, neque iam diuitiæ putaren-

Nummi mutatio.

Artes inutiles ſublatæ.

Cothon.

Contubernia.

tur, redegit. Vsus enim earum, fruitióque erat nulla: imò ne conspectus A
quidem, aut magni alicuius apparatus ostentatio, euntibus ad eandem cœnam paupere ac diuite. Itaque illud tritum, ex omnibus orbis terrarum urbibus Spartæ solum uerum fuit, Diuitias esse cæcas, iacere tanquam picturam anima motúque uacuam. Neque uerò domi priùs cibo impletum licebat ad conuiuium uenire: sed reliqui accuratè animaduerso, si quis secum non biberet, ederétue, obiurgabant ut intemperantem, quíque præ mollicie communem uictus rationem non ferret. Itaque huius instituti causa potissimum infensi Lycurgo opulenti (ut aiunt) frequentésque coitione facta, clamore & indignatione eum exagitarunt: tandem multorum ictibus impetitus, è foro se proripuit, cursúque ad templum contendit: ibi cum reliquos anteuertisset, iuuenis quidam, Alcander nomine, non mali alioquin ingenij, sed præcipitis tamen atque iracundi, insequens eum, urgénsque, re-

Lycurgus oculum amittit.

spicientis oculum baculo excussit. Lycurgus nihil eo casu fractus, contra stetit, ciuibúsque faciem cruentatam, & oculum erutum ostendit. Mouit
is conspectus uerecundiam ac mœsticiam, ita ut Alcandrum ei dederent, B
ipsumq́ communi cum indignatione domum deducerent. Quos Lycurgus collaudatos dimisit: Alcandrum intrò abductum, neq́ re neq́ uerbo lęsit, sed remotis suis domesticis famulis, eum sibi administrum esse iussit. Alcander, ut erat ingenio minimè prauo, silentio mandata exequens, & cum Lycurgo manens, uitámque degens, uiri mansuetudinem, animiq́ bonitatem, rationem uitæ seueram, summamq́ laborum tolerantiam ita perspexit, ut & maxima eius obseruantia deuinciretur, & familiaribus amicisq́ suis diceret, non esse durum neq́ præfractum hominem Lycurgum, sed solum adeò placidum, mansuetumq́ erga alios: easq́ dedit Alcander pœnas, ut ex prauo & contumace iuuene, ciuilissimus uir mansuetissimusq́ extiterit. Lycurgus ad memoriã eius rei sanciendã, Mineruę tẽplum posuit nomine Optiletidis: nã oculos Dores istius regionis optilos uocant. Autores habeo, interq́ eos Dioscoridẽ qui de rep. Spartana scripsit, qui ictum quidẽ oculũ, non tamẽ eo captũ Lycurgum asserant: quin imò gratiarum actionis nomine pro medela Diuæ fanum id ab eo extructum. Enimuerò ab eo casu Spartani baculos in concionem adferre cessa-

Andria, Phiditia.

uerunt. Cęterùm Sysситia à Cretensibus Andria, quasi uirilia dicas, Lace- C
dęmonijs ipsis appellantur Phiditia. siue quòd amicicię sint siue beneuolentiæ, hoc est philitia (nam Græcis amicus philos dicitur) litera D in L mutata: siue quia parsimoniæ (quæ ipsis est phedò) causa & frugalitatis discendæ usurpentur: neq́ obstat quicquam, quò minùs editia (à cibo uidelicet) nominata putemus, prima litera aliunde adiecta, quæ est quorũdam sententia. Conueniebant autem quindeni, aut eo paulò ampliùs, minúsue: quorum unus singulis mensib. afferebat in commune farinæ medimnum, uini choas octo, casei minas quinq́, ficuum minas duas & dimidiam: & prætereà perparũ pecuniæ, ad coemẽdum obsoniũ. Ad hæc si quis primitias diuis offerret, aut uenationem secũdam fecisset, partem
14 eius ad sysitium mittebat: nam cui quid tale incidisset, ei domi cibum sumere licebat, reliquos interesse sysitio oportebat. Diu sanè hęc cõuiuiorum lex obseruata accuratè fuit. nam Agidi debellatis Atheniensib. à militia domũ redeunti, partesq́ suas sibi mitti petenti, ut cum uxore cœnaret, polemarchi (qui est eorũ magistratus: belli præfectos Latinè dixeris) eas non miserunt, cumq́ is ira permotus, postridiè sacrificium, quod fa-

cere

A cere debebat, intermitteret, est ab ijs mulctatus. Ad ea, quæ demon-
strauimus, conuiuia pueri etiam, tanquam ad ludum, in quo disceretur
temperantia, adducebantur: audiebant sermones de republica, præce-
ptores liberales uidebant, ipsique adsuescebant ludere, & iocari citra
scurrilitatem, iocisque petiti non ægre ferre. Videbatur enim admodum
consentaneum esse Spartanis moribus, posse salsè dicta aliorum tolerare:
si quis non ferret cauillum, licebat deprecari: ita enim alter à iocando de-
sistebat. Intrantium unicuique maximus natu ostendens ianuam: Per
hanc, inquit, sermo nullus exit. Eum, qui conuictus particeps esse uelit, ad
hunc modum probari tradunt. Conuiuarum unusquilibet massam furfu-
ris, quo pinguedinem à manibus cœna peracta detergent (apomagda-
liam ipsi uocant) accipit: eamque calculi instar in uas, quod minister capiti
impositum circumfert, tacitus immittit, id quidem simpliciter, si eum, de
quo quæstio est, recipiendum putet: sin reprobet, manu admodum com-
pressam: hæc autem uicem calculi perforati habet, ac si una huiusmodi fue
rit reperta, ille non recipitur in conuictum. uolunt enim omnes inuicem
B omnium uoluntate conuiuas esse. Qui ad hunc modum reijcitur à conui-
ctu, cado damnatus dicitur: sic enim uocant uas illud, in quod apomagda
liæ conijciuntur. In eduliorum genere primas apud eos obtinuit ius ni-
grum: ita ut carnem omninò seniores nō desiderarint, sed iuuenibus eam
concesserint, ipsi ius nigrum comederint. Memoriæ proditum est, em-
ptum à quodam rege Pontiiuris atri causa coquum Lacedæmonium: cæ- 15
terùm regem gustato iure isto, indignatum: ibi ei coquum dixisse, Hoc
iure, ô rex, uescendum est, ubi te Eurota prius ablueris. Porrò postquam
modicè biberunt Spartani, absque facibus domum abeunt: neque enim
uel in hac, uel in alia uia lumine eis uti licet, quò consuescant noctu & in
tenebris intrepidè iter facere. Ac de sysitijs quidem hactenus. Leges au-
tem scriptas Lycurgus non posuit: atque hoc ipsum in Rhetris eius cautum *Leges non*
est. Ita enim iudicabat, ea quæ ad felicitatem ciuitatis, & uirtutem om- *scriptæ.*
nium maximum adferrent momentum, ita demum permanere immobi-
lia, si moribus & educationi ciuium implantarentur: nam firmam uo-
luntatem ex his elementis oriri, quæ necessitatis est ualidissimum uincu-
C lum: eam porrò disciplina (quæ legum conditoris uicem gerit) apud iu-
niores effici. Atqui exiguos illos & pecuniarios cōtractus, quique propter
usum uitæ subinde immutantur, meliùs censebat scriptis legibus nō com-
prehendi, neque immobilibus consuetudinibus illigari: sed permittendum
ut pro ratione temporis augerentur, diminuerenturue, secundum probè
institutorum hominum arbitrium: totum enim legumlationis negocium
ad disciplinam referebat. Itaque, sicuti demonstrauimus, ex Rhetris hæc
una erat, legibus scriptis non utendum. Alia fuit de sumptibus, qua præci *Rhetra de*
piebatur, ut omnis domus fastigium securi tantùm, fores sola serra, nullo *luxu.*
alio instrumento adornarentur. Quod enim posteà temporis Epaminon
dam de sua mensa dixisse ferunt, Huiusmodi prandium proditionis non
esse capax: id Lycurgus primùm intellexit, huiusmodi domum luxui, &
sumptuoso apparatui locum non dare. neque enim quenquam ita esse
ineptum & stolidum, ut in domum rudem ac plebeiam, lectos argenteis
pedibus fultos, stragula purpurea, aureos calices, luxumque horum comi-
tem importandum ducat: sed necesse esse, ut domui culcitra, ei uestis,
huicque reliqua supellex & apparatus æqualis comparetur. Ex hac con-
suetudine ductum est id, quod de Leotychida maiore traditur, Co-

rinthi eum cœnantem, eum uideret tabulata domus sumptuosa, & laqueata, quæsiuisse ex hospite, ecquid apud ipsos ligna quadrata nascerentur. A

Rhetra de bello. Tertia Rhetra Lycurgus (ut perhibent) uetuit sæpius bellum ijsdem hostibus inferre: ne scilicet ij subinde se defendere discentes, bellicosi fierent. Idq; posterioribus temporibus regi Agesilao cùm primis est uitio datum, quòd crebris & continentibus in Bœotiam impresſionibus atque expeditionibus Thebanos bello Lacedæmonijs æquales effecerit. Icircò Antalcidas cum eum uulneratum uideret: Egregiam, inquit, doctrinæ mercedem à Thebanis recipis, quos nolentes, ignarósque pugnare docuisti. Has autem leges Rhetras nominauit Lycurgus, tanquàm à Deo statutæ, & oracula essent. Disciplinam (quod præcipuum ac pulcerrimum legislatoris opus esse censebat) ut bonam institueret, longè repetito eius rei principio, ea primo loco considerauit, quæ ad coniugia, & liberûm procreationem attinent. Neque enim audiendus Aristoteles, qui eum memorat conatum etiam mulieres modestiam docere, destitiſſe ab incepto, uictum licentia nimia earum, inq; uiros imperio, ex crebris uirorum expeditionibus orto, ob quas coacti B omnia in earum potestate relinquere, magis quàm conueniret, eis obsecuti sint, dominásque appellauerint. Corpora uirginum cursu, *Virginum exercitationes.* lucta, discíque & missilium iaculationibus exercuit: ut & nascentium exinde in robusto corpore quasi radix firma iacta, germinaret eò meliùs, & ipsæ robore corporis fretæ in pariendo dolores faciliùs sustinerent. Itaque omni delicata & umbratili educatione, mollicieque muliebri sublata, puellas, non minùs quàm pueros, nudas in publico uersari, ac certis quibusdam sacrificijs saltare & canere adsuefecit, adolescentibus præsentibus & spectantibus. Nonnunquàm eos, qui aliquid deliquissent, dicterijs eæ incessentes commodè adhibitis corrigebant: itemque dignorum præconia cantabant. Qua re in adolescentibus magnam contentionem uirtutis, æmulationémque excitabant: qui enim uirtutis causa laudatus, gloriam apud uirgines inuenisset, animo elatus discedebat: & repræhensiones per ludum & iocum factæ, serijs admonitionibus non minùs ualebant. nimirum cum ad spectacula, præter reliquos ciues, & reges, senioresque conuenirent. Iam uirginum denudatio nihil in se turpe habebat, ubi petulantia remota, aderat uerecundia: præstabatq; ijs exercitationem innocuam, & contentionem de firma corporis affectione: delibandámque præbebat mulieribus ingenuam quandam animi elationem, ut à uirtutis & gloriæ studio se non omnino exclusas intelligerent. Quare dicere illis subibat, & cogitare id, quod ferunt Gorgonem Leonidæ uxorem respondisse hospitæ cuidam dicenti, Solæ uos Spartanæ uiris uestris imperatis: Quia, inquit, solæ etiam uiros parimus. Præterea illa uirginum spectacula, nudationes, certamináque in conspectu iuuenum edita, eos ad matrimonia stimu- C
16 labant, adigebántque (ut ait Plato) non Geometrica, sed amato-
De matrimonijs instituta. ria necessitate. Pœnam quoque ijs, qui uxores ducere noluissent, Lycurgus constituit, ut à spectandis ijs, quæ nudæ uirgines agebant, certaminibus arcerentur: ac hyeme iubebantur à magistratibus nudi in orbem circumire forum, atque inter circumeundum cantare carmen quoddam in se compositum. quo indicabant meritò se hæc pati, quòd legibus obtemperare nollent. Priuabantur etiam eo honore, quem iuniores senibus exhibent. Vnde & illud in Der-

cyllidam,

A cyllidam, quantumuis præclarum ducem, dictum à nemine est reprælensum: cui accedenti iuuenis quidam loco non cessit, Quia, inquit, tu quoque nullum genuisti, qui mihi assurgere aliquando posit. Rapiebant autem eas, quas ducerent, non paruas, neque uiro immaturas, sed adultas & uiro tempestiuas. Raptæ sibiq; traditæ caput pronuba radebat, uesteque uirili & calceis adornatam reclinabat in torum è folijs congestum, solam absque lumine. Sponsus non ebrius, neque ad lasciuiam compositus, sed sobrius, & pro more cœnatus in phiditijs, ingressus ad eam, zonam soluit, ipsamq; sublatam in lectum transfert: paululumq; cum ea moratus, modestè abit, ut sicut consueuerat, cum reliquis iuuenibus dormiat. Idemque postea agit, ut cum æqualibus interdiu degens, noctúque cubans, ad sponsam cautè commeet, uerecundè metuens, ne quis eorum, qui in domo ea sunt, ipsum animaduertat: necnon etiam sponsa id machinatur, ut commodè & furtim congredi possint. idq; agunt non paruo tempore, sed eousq;, ut nonnullis liberi sint nati, priusquam interdiu suas uxores uiderent. Hæc autem ratio coeundi, non mo-
B do cõtinentiæ fuit, & modestiæ exercitatio: sed corpora etiã ad generandum apta reddidit, utq; recenti semper nouoq; amore conuenirent, qui non satietate obrueretur, neq; nimia consuetudine euanesceret: cùm nunquam non aliquem desiderij fomitem alter in alterius animo relinqueret. Huiusmodi uerecundiam, ordinemq; nuptijs cum præstituisset Lycurgus: nihilo seciùs uanam illam ac muliebrem de pudicicia uxorum suspicionem profligauit, egregieq; instituit, ut omni l[illegible]ine à coniugio remota, tamen inter dignos societas liberorum, procreationisq; eorum esset: ridens eos, qui hæc tanquam nullius consortij ac communionis participia, cædibus & bellis ulciscuntur. Permisit ergo seni, qui uxorem ætate integra habebat, si quem honestorum ac uirtute præditorum iuuenum probaret, eum ad suam coniugem introducere, cumq; is eam generoso semine impleuisset, prolem inde prognatam suam facere. Vicissim facultas dabatur uiro bono, si quam fœcundam atque castam mulierem alij matrimonio iunctam in admiratione haberet, ut eam à uiro impetraret, congressusq; cum ea, tanquam in solo fertili bonos liberos sereret, germanos bonorum, cognatósque futuros. Primùm enim existi-
C mabat liberos non esse parentum proprios, sed communes ciuitatis: itaque non ex quibuscunque hominibus, sed ex optimis nasci ciues uolebat. Deinde in aliorum de hac re legibus uidebat magnam stoliditatem arrogantiámque inesse: qui cùm canes & equas præstantissimis id genus animantibus submittant, eorum dominis gratia aut precio id ut concedant permotis: mulieres contrà inclusas in custodia habent, uolúntque ut ex ipsis tantùm pariant, siue iam ipsi desipiant, siue decrepiti, siue sint ualetudinarij. quasi uerò non ijs, qui primò eas nacti sunt, alúntque, mali liberi nascantur, si ex malis nascantur, contráque boni, si ex bonis. Hæc secundum naturam, atque ex ciuili prudentia à Lycurgo ita tum instituta, tantum abfuere ab ea, quæ posterioribus temporibus fertur extitisse, mulierum leuitate, ut adulterium apud ipsos ne esse quidem creditum sit. Memoratúrque sermo Geradæ, unius ex antiquissimis Spartanorum, qui interrogatus à quodam hospite, quónam apud ipsos supplicio adulteri afficerentur: respondit nullum apud ipsos fieri adulterum. tum illo subijciente, Quid autem, si quis fieret? Taurum, inquit Geradas, persoluet eius magnitudinis, ut ca-

pite ſupra Tagyetum exerto, ex Eurota bibat. rurſus miranti hoſpiti, per- A
contantiq́, quonam modo tantus bos naſci poſſet, reſpondiſſe Gera-
Educatio infantum. dam ridentem, Eodem, quo Spartæ adulter exiſtere poterit. Et hæc
quidem de nuptijs traduntur. Infantem ſibi natum nutrire non erat in
patris poteſtate, ſed eum portabat in locum, cui Leſche nomen eſt: ibi
ſedentes tribulium ætate prouectiſsimi, infantem explorabant. qui ſi
bene compacto, & firmo eſſet corpore, ali iubebant, ſortem illi ex no-
uem millibus deſtinantes: ſin autem degener atque deformis uideretur,
mittebant eum ad Apothetas, qui locus eſt præcipitijs circumciſus iuxta
Taygetum, ab expoſitione infantium ita nuncupatus. nimirum quòd ne-
que ipſi, neque urbi conduceret, id uita frui, cui initio corporis bonam
habitudinem roburq́ natura negaſſet. Atque ob eam cauſam non aqua
abluebant infantes, ſed uino mulieres, quò periculum temperamenti eo-
rum facerent. Aiunt enim infantes morbo comitiali, alijsq́ ægritudini-
bus obnoxios, uino adhibito, conuulſione neruorum affici: ſanorum
autem magis adhuc intendi, atque firmari bonam corporis affectionem.
Circa nutrices utebantur cura cum arte commixta, ut ab ijs infantes abſ- B
que faſcijs enutriti, membra atque formam liberalem nanciſcerentur, fa-
ciliq́ uictui & inediæ adſueſcerent, neque tenebris aut ſolitudine perter-
rerentur, mollisq́ impatientiæ, fletusq́ eſſent expertes. Quamob-
rem quidam filijs ſuis Laconicas nutrices emerunt: atque Amyclam,
Alcibiadis Athenienſis nutricem ferunt Spartanam fuiſſe. quanquam,
17 ut eſt apud Platonem, Pericles huic Zopyrum pædagogum præfecit,
ſeruis reliquis nequaquam præſtantiorem. At Spartanorum filios Ly-
curgus non emptis, aut mercede conductis pædagogis ſubdidit: neque
permiſſum erat, ut quiuis ſuos liberos ſuo pro arbitrio enutriret, inſti-
Inſtitutio puerorum. tueretq́. ſed ſimul atque ſeptimum annum attigiſſent, Lycurgus eos ac-
ceptos in greges diſtribuebat, contubernalesq́ inter ſe & conuictores fa-
ciens, adſuefaciebat, ut unà & colluderent, & ſeria agitarent. Gregi eum
præficiebat, qui prudentia cæteris præiret, inq́ pugnando acerrimus ex
ipſis eſſet: in hunc illi intuebantur, huius dicto erant audientes, puniri ſu-
ſtinebant ab eo: ita ut diſciplina iſta eſſet meditatio obedientiæ. Ludos
ipſorum ſeniores ſpectabant, injiciebantq́ frequenter pugnas & rixas,
eoq́ diligenter animaduertebant ſingulorum ingenia ut eſſent ad auda- C
ciam, non ſubterfugiendumq́ in certaminibus periculum apposita. Li-
teras uſus gratia diſcebant: reliqua diſciplina eò omnis referebatur, ut ob-
temperare imperijs, perferre labores, uincere in prœlio ſcirent. Itaque au
geſcente ætate, & exercitationes eorum intendebantur: radebātur enim
tunc, ingrediebantur ſine calceis, ac crebrò nudi exercebantur. Cùm
annum duodecimum expleuiſſent, degebant abſque tunica deinceps,
quotannis unam togam accipientes: ſqualidi corpora, lauacrorum, un-
ctionisq́ exortes, niſi quod paucis aliquot anni diebus ea ipſis indulge-
bantur. Turmatim atque gregatim ſomnum capiebant ſuper toris, quos
ex calamis, qui ad Eurotam naſcuntur, cōgerebant, effractis eorum ſum-
18 mitatibus opera manuum, abſque ferro: hyeme lycophonas ſubijcie-
bant, ac calamis admiſcebant, quòd uis calefaciendi ineſſe ijs aliqua ui-
deretur. Iam exercentibus ſe ac certantibus, mutuoq́ ſe cauillis peten-
tibus aderant iuuenum egregiorum amatores ſenes, commeabantq́ ad
eos: neque id inutiliter. nimirum cum omnes omnium aliquo modo &
parentes, & pædagogi, & magiſtratus eſſe uiderentur, nuſquam deerat,
qui

A qui errantem admoneret atque castigaret. Enimuerò & ex probis & ho-
nestis uiris puerorum magister constituebatur: & singulis gregibus sin-
guli præficiebantur, adq; id munus temperantissimus & bello optimus
quisq; Irenum deligebatur. Irenes autem nominabantur ij, qui alterum
iam annum ducebant, ex quo ex ephebis excessissent: mellirenes (hoc est 19
futuri Irenes) ij, qui erāt inter adolescentes maximo natu. Is ergo Iren, an
nos natus uiginti, ijs, qui ei subditi sunt, in pugna præest, eosq; domi cœ-
næ administros habet: imperat autem robustioribus, ut ligna, debiliorib.
ut olera apportent. Adferunt autem ea furto, uel ex hortis subrepta, uel Furta Laconum.
ex uirorum Syssitijs, in quę se clanculùm, admodumq; id cautè & astutè
insinuant: qui enim depræhenditur, ei flagro multa uerbera iugeruntur,
quòd negligenter & imperitè sit furatus. Cibos etiā quoscunque possunt,
furtim auferunt, discuntq; in hoc scitè obseruare dormientes, aut sua ne-
gligentius custodientes: sed depræhensus, plagis & inedia pœnas soluit.
Tenuis autem ipsis cœna est, ut defectum ipsi curent sarcire, eoq; cogan-
tur audacter, & astutè rem gerere. Huic parci cibi instituto, appendicis
B quasi loco adhæret corporum incrementum. Nam proceritatem ea adi- Corpora ut procera fiant.
piscuntur, cum spiritus non diu detentus, neque à multitudine cibi deor-
sum, aut ad latera compulsus, sursum euadit, corpore propter leuitatem ei
meatus facilè laxante. uideturq; id bene instituisse: siquidem graciles &
subinanes corporum constitutiones, ad artuum commodam positionem
sunt aptiores plenis & tumentibus corporibus, quæ mole sua resistunt.
Qua ratione & grauidæ mulieres cum purgantur, partus tener quidem,
formosus tamen & elegans editur: quòd materia pauca uirtuti formatri-
ci faciliùs obsequitur. Verùm eius quidem rei causam in medio alijs co
gitandam relinquamus. Furantur autem pueri tam accuratè, ut fama sit
puerum quendam, cùm catulum uulpis clepsisset, ac pallio operuisset, la-
niatum ab eo dentibus & unguibus uentrem, adeò sustinuisse latendi cau
sa omnem dolorem, ut mortem obierit. Cui rei ne fides derogetur, ef-
ficiunt pueri, quos nostra etiam tempestate uidimus aliquoties ad aram
Dianę Orthiæ uerberibus cæsos mori. Cæterùm Iren cœnans, puerorum 20
alij canere iubet, alij quæstionem proponit, quæ circumspectam solu-
tionem requirat: uerbi causa, quis uirorum optimus, qualis huius
C (certum aliquem nominabat) actio esset. Inde fiebat ut statim ini-
tiò adsuescerent de honestis ciuium actionibus inquirere, & senten-
tiam ferre: si quis enim interrogatus, quis ciuis esset bonus, quis
illaudatus, non haberet quod responderet, signum id animi ignaui,
uirtutisque parum studiosi existimabant. Responsum autem dari o-
portebat adiecta eius causa, atque demonstratione, paucis inclusa
uerbis. Qui ea in re peccasset, morsus pollicem ab Irene, pœnas
dabat. Sæpenumero ille coram senioribus & magistratibus pueros
supplicio afficiebat, specimen exhibens, an'ne ut erat consentaneum,
& oportebat, eos plecteret. Neque is quo minus id faceret, ab ijs im-
pediebatur: cæterùm digressis pueris, si quid iusto durius, aut contra
clementius in eos statuisset, non impune ferebat. Participes puerorum
in utranque partem existimationis amatores erant: ferúntque aliquando
cùm puer inter pugnandum uocem parum ingenuam emisisset, ama-
torem eius à magistratibus mulctatum fuisse. Et quanquam apud
eos amori tantum loci tribuebatur, ut honestæ matronæ etiam uirgi-
nes diligerent, tamen riuales nulli inueniebantur: quin imò amici-

ciæ hoc initium erat, si qui eundem amarent, communiq; exinde studio in A
id incumbebant, ut amasium suum quàm optimum efficerent. Pręterea
docebant pueros uti oratione, quæ acrimoniam aliquam gratiæ admixtã
contineret: paucisq; uerbis multam in auditoris animo cogitationẽ exci-
Oratio Laconica qualis.
taret. Nam Lycurgus, uti demonstratum est, ferreum nomisma maximi
ponderis, minimi ualoris fecit: contrà nummum (ut sic dicam) orationis
uoluit sub tenui & exigua dictione multum adeoq; abunde sententiæ
complecti: multoq; pueros silentio ita instruxit, ut dicta eorũ scita respon
sionesq; eruditæ essent. Quemadmodum enim semen eorum, qui rei Ve
nereæ intemperantes sunt, ferè infœcundum, infrugiferumq; est: ita loqua
citas sermonem futilem, & stultum efficit. Agis sanè rex, Atheniensi cui-
dam Lacedæmonios gladios propter breuitatem cauillanti, dicentiq; eos
in theatris à circulatoribus nullo negocio deglubi: Equidem, inquit, no-
bis non nullius res laboris est, his pugionibus hostes ferire. Verùm ipse
orationem etiam Laconicam perspicio breuem quidem uideri, maximè
autem rem ipsam exprimere, cogitationesq; auditoris attingere. Lycur-
gum quidem ipsum & breuiloquẽtem fuisse apparet, cuiusq; dicta essent B
sententiosa: quantum eius ex his, quæ memorię prodita sunt, conijcere li-
cet. Huius enim generis est, quod cuidam postulanti, ut summam reipub.
potestatem multitudini traderet, respondens, primùm eum ita rem suam
familiarem instituere iussit. & alterum, quod percontanti, cur ita parca &
tenuia sacrificia instituisset, respõdit, Ne unquam Deûm apud nos cultus
21 deficiat. itemq; de certaminibus, quòd ijs solis nõ interdixit ciuib. suis, in
quib. uictoria non potest prodi. Ferunt huiusmodi etiã per literas respon
sa eius ad ciues. percontantibus enim quánam ratione hostium ab impetu
22 sese defendere possent, respõdit: si pauperes maneatis, neq; alius alio plus
possideat: itemq; urbem nequaquam muris carituram, quæ non latericijs
mœnibus, sed uiris munita sit. Quanquam his epistolis neq; derogare fi-
dem in procliui est, neq; adhibere. Sed uitio datam sermonis prolixitatẽ,
Apophthegmata Laconica.
hæc apophthegmata ostendunt. Leonidas rex cuidam de rebus non ijs
quidem inutilibus, intempestiuè tamen loquẽti, Re, inquit, hospes neces-
saria non in loco uteris. Charilaus fratris Lycurgi filius, interrogatus cur
is tam paucas leges posuisset, Quia inquit, non indigent legibus multis,
qui nõ multo sermone utuntur. Archidamidas repręhendẽtibus quibus-
dam Hecatæum rhetorem, quòd adhibitus Sysitio, nihil dixisset: Qui lo- C
qui, ait, nouit, is & tempus loquendi nouit. Quę autem dicta acriter, & nõ
sine gratia superiùs indicaui, horum hæc sunt, quæ sequuntur, exempla.
Demaratus ab homine improbo importunis interrogationibus uexatus,
sæpius percontanti, quis esset Spartanorum optimus, Tui, respondit, dis-
similimus. Agis laudantibus Eleos nonnullis, quòd Olympia præclarè
& iustè administrarent. Quid, ait, magnum præstant, quòd toto quinquen
nio, unico die iusticiam exercent? Theopompus peregrino cuidam be-
neuolentiam ostentanti, dicentiq; se à suis ciuibus amatorem Laconum
nominari, Præstiterat, inquit, hospes, te ciuium tuorum amatorem appel-
lari. Plistonax Pausaniæ F. oratori Atheniensi, Lacedæmonios indoctos
uocanti: Rectè tu, ait: soli enim ex omnibus Græcis nos nihil à uobis ma
li didicimus. Archidamidas quærenti quot numero essent Spartani, Tot
inquit, ô hospes, ut malis profligandis sufficiant. Licet etiam æstimare,
quam consuetudinem in iocis tenuerint: adsueuerant enim nunquam ab
re uti sermone, neq; emittere uocem ullam, cui non utcunq; sensus aliquis
considera-

A consideratione dignus inhærere. Eo modo quidam inuitatus ut audiret hominem, qui cantum luſciniç imitabatur: Ipſas, inquit, luſcinias audiui. 23
Alius, cum hoc epigramma legeret,

Hos extinguentes Mars fortè tyrannida ſæuam
Ante Selinuntis mœnia ſtrauit atrox:

Iure, ait, uiri hi mortui ſunt: debuerãt enim permittere ut tota illa tyrannis incendio conflagraret. Adoleſcens promittenti daturum ſe ei gallos qui in pugna morerentur: Nolim, inquit, illos: ſed eos da, qui pugnando necent. Alius uidens in profectione quadam homines in curribus ſedentes: Abſit, inquit, ut ibi ſedeam, unde aſſurgere ſeni non licet. Huiuſmodi igitur eſt forma apophthegmatum, quibus illi uſi ſunt: ita ut haud abſurde à quodã dictum ſit, imitationem Lacedæmoniorũ, non magis in exercitationũ corporis, quàm philoſophiæ ſtudio cõſiſtere. Porrò aũt non minus operæ in diſciplinã canendi, quàm purè & ſincerè loquendi collocabatur. Itaq; & modis ſtimulus inerat, qui animũ excitaret, impetumq; in B eo, & quaſi furorem quendam ad ſtrenuitatem crearet: & dictio ſimplex erat, neq; delicata, res honeſtas & ad mores formandos aptas complexa. Erat enim ferè laudatio eorum felicitatis, qui pro Sparta uita defuncti eſſent: & uituperatio eorum, qui idem facere metu prohibiti, nunc uitam miſeram infelices degerent: tum adhortatio ad uirtutem, eiusq; prædicatio ſingulis ætatibus accõmodata. Neq; ab re fuerit, uno id exemplo declarare. Diebus feſtis tres chori, ſecundum ætates diſtincti, conſtituebantur: ibi ſenum chorus initio facto canebat:

Musica Laconica.

Iuuenes eramus olim nos perſtrenui.

Tum iuuenum chorus reſpondebat:

Ii nos ſumus: fac, ſi lubet, periculum.

Poſt tertius chorus puerorum canebat:

Nos fortiores erimus olim plurimo. 24

In ſumma, ſi quis Laconica carmina, quorum ad noſtrã ætatem quædam peruenerunt, attẽtè legat, rhythmos embaterios in manus ſumẽs, quibus utebantur ad tibiam in hoſtes impetum faciẽtes, iudicabit neq; Terpandrum, neq; Pindarum ineptè fortitudinem Muſicæ adiunxiſſe: quorum C alterius hi ſunt de Lacedæmonijs uerſus:

Hic iuuenum uiget haſta, hic dulcis carmina Muſæ,
Iuſticia hic amplas tutò quæ continet urbes.

Pindari autem ſunt hæc:

Hic conſilia ſenum
Iuuenumq; uirtus bellica,
Haſtæ, chori, Muſæq;,
Et leticia ——

Simul enim & Muſica, & bello præſtantiſsimos eos pronunciant: quandoquidem, ut ait Spartanus quidam poeta,

Citharæ ſonus doctæ, comes ferro it truci.

Nam & rex, antequàm iniret prœlium, Muſis rem ſacram faciebat, diſciplinæ, ut uidetur, & legum memoriam renouans, quò promptiores ad periculum, ita pugnarent, ut res geſtæ cõmemoratione eſſent dignæ. Quinetiam nonnunquam auſteriſsimam uitę rationem iuuenibus remittentes, permiſerunt illis, ut comam, arma, ueſtesq; exornarent, gaudentes ijs, tanquam equis ad certamina ferocientibus atq; geſtientibus. Quamobrem cum ſtatim ab ineunte uirili ætate comam nutrirent, maximè ſi prœlium inſtaret, eam colebant, ut ſplendida & compoſita appareret: Lycurgi de coma dictum commemorantes, qui ea formoſos pulchriores, deformes

autem effici terribiliores dixerat. Vtebantur etiam tempore belli exerci- A
tationib. leuioribus, iuuenibusq; uictus ratio largior atq; liberior permit-
tebatur: ita ut solis mortaliũ illis bellum finẽ sese ad bellũ exercendi attu-
Vt cũ hoste manũ conserant. lerit. Instructa iam acie, atq; hostib. præsentibus, rex mactata capra, coro-
nari uniuersos iubet, Castoreumq; carmen à tibicinib. incini. Simul ipse
exordit Pæanẽ embaterium. Quo efficitur, ut aspectus huius aciei simul
& honestus sit, & formidabilis, cũ ipsi motu ad tibiã composito hostẽ ag-
grediantur, ac neq; phalangẽ à sese diuellant, neq; animis perturbentur,
sed carmine ad prœliũ placidi, hilaresq; adducant. quippe ita compositis
consentaneũ est, neq; metum, neq; irã nimiã adesse, sed tanq; Deo pręsen
te, animi constantẽ magnitudinẽ spe & audacia fultã. Rex porrò cum ad
hostes accedit, secum habet unũ ex suis, qui in certamine coronã merue-
rit. Traditumq; est quendã Laconẽ, cum ei Olympica festiuitate grãdis
pecunia offerret, ne certaret, eã repudiasse: partaq; magno labore uicto-
ria, aduersario lucta superato, cum interrogaret, quid lucri ea uictoria fe-
cisset, subridentem respondisse, Vt ante regẽ collocatus contra hostes di-
micẽ. Fusos hostes insequebantur eò usq; dum eorũ fuga uictoriã cõfir- B
marent: inde statim se recipiebant, neq; generosum, neq; Græcæ uirtutis
esse rati, cędere eos qui uictoriã cõcessissent. Neq; honestum modò erat
hoc, & magni animi, sed & utile: qui enim cum ipsis prœlio contenderẽt,
intelligẽtes resistentes se occisum iri, cedentib. parci, fugã quàm dimica-
tionẽ utiliorem censebant. Lycurgũ Hippias sophista bellicosissimũ fuis-
se, multasq; expeditiones obiuisse asserit. Philostephanus etiã in turmas
(ulamos Græci uocãt) distributionẽ equitum ei adsignat, ita institutas,
ut singulæ quinquaginta equitib. quadrata figura collocatis conficerent.
Demetrius Phalereus nullã eum bellicam actionem attigisse, sed in pace
remp. cõstituisse autumat. Sanè Olympiacæ festiuitatis excogitatio, man-
sueti, & pacis perquàm studiosi hominis uidetur fuisse. Quanq; est apud
Hermippum, esse quosdã, qui Lycurgum tradant initiò nullã in ea re cum
Iphito societatẽ habuisse, neq; eius monitu eò aduenisse, sed forte fortuna
ex peregrinatione ad id spectaculũ diuertisse: ibi eũ audiuisse uocẽ, quasi
hominis cuiusdã à tergo adsistentis, quæ increparet ipsum, mirariq; dice-
ret, quòd ciuibus suis non esset autor societatis harum feriarum ineundæ.
ipsum cum se obuertisset ad uocẽ, neq; usq; appareret qui erat locutus, ra C
tum diuinã eam uocẽ fuisse, ita demum se ad Iphitum adiunxisse, eiq; in
exornãda, stabiliendaq; ista solennitate socium præbuisse. Disciplinę au-
tem subiecti erant Spartani tantisper dum ad uirilẽ ætatem peruenirent:
neq; enim cuiq; liberũ erat, ut suo ꝓ arbitrio uiueret, sed in urbe perinde
atq; in castris, præscriptã unusquisq; uiuendi rationẽ, uersandiq; in publi-
co habebat. Omninoq; existimantes se non sui ipsorum, sed patriæ esse,
nisi quid aliud cui esset negocij iniunctũ, semper uel ipsi pueros uisebant,
eosq; aliquid conducibile docebant, uel ipsi à senioribus discebant.
Ociũ Spartanorum. Quippe ex ijs, quæ pulcra & beata suis ciuibus Lycurgus parauit, unum
etiam fuit ocij abundantia. Nam artes illiberales tractare nemini omni-
um licebat: neq; opus erat pecuniam colligere, quæ res magnam mole-
stiam negociumq; requireret, cùm diuitiæ omni planè honore, admira-
tioneq; carerent: at serui, (quos heilotas uocabant) agros colebant, con
stitutosq; dominis reditus pendebant. Ideò quidã Spartanus cùm Athe-
nis ageret, quo tempore iudicia fiebant, audiens quendam ocij causa da-
mnatum, ægro animo, comitantibus unaq; grauiter rem ferentibus ami-
cis incedere: petijsse fertur ab ijs qui aderant, ut sibi ostenderent eum

hominem,

A hominem, qui tam liberalis criminis reus esset peractus: adeò seruilem ij iudicabant exercendarum artium, & rei pecuniariæ procurandę curiositatem. Sublato nummo, sublatæ quoque sunt, ut erat consentaneum rationi, controuersiæ forenses, cum neq; diuitiæ, neq; paupertas adessent, & ęqualitatem, omniumq; rerum copiam frugalitas inuexisset. Omni igitur eo tempore, quo à militia uacabat, in choris, conuiuijs, festiuitatibus, uenationibus, cōfabulationibusq; omnes erant. Qui annos minus quàm triginta nati erant, ij omnino in forum non ueniebant, sed res necessarias ministerio cognatorum & amatorum expediebant. senioribus indecorũ erat, continenter uideri his rebus occupatos, ac non potissimam diei partem apud gymnasia & leschas consumere. eò enim frequenter conueniebant, ociosiq; inuicem non de paranda pecunia, aut coemendis rebus necessarijs mentionem faciebant: sed maxima pars eius consuetudinis consumebatur in laudē honestarum rerũ, aut uituperationem turpium, cum ioco & risu, qui admonitionem admixtam habens, ad correctionē comiter perduceret. Neq; enim penitùs erat austerus Lycurgus: cum autor sit
B Sosibius, dedicatũ ab eo Risus simulacrum: ut qui iocũ, quasi condimentum seueræ uitæ rationis opportunè conuiuijs, idq; genus conuentib. immiserit. In summa aũt ad hoc ciues suos adsuefaciebat, ut neq; uellēt, neq; nossent seorsim uiuere, sed apum instar semper cœtui adhærerēt, simulq; circa principē suum uersarentur, totiq; patrię essent, propemodũ sui ipsorum obliti præ furore quodã & ardenti in patriã studio. quemadmodum eorum sententiã ex dictis quibusdã ipsorum perspicere licet. Pædaretus in numerũ CCC. uirorum non cooptatus, sereno uultu discessit tanq; gaudens, quòd se præstantiores uiros trecentos patria haberet. Polystratidas cum alijs ad regis prȩfectos legatus missus, interrogantib. reipublicæ' ne, an suo priuatorum nomine adessent: Siquidem, inquit, impetrauerimus, quod uolumus, publico nomine: sin minus, priuati uenimus. Brasidæ mater Argileonis quosdam ab Amphipoli ad se Lacedæmonem uenientes, interrogauit, pulcrène, & ut patriæ dignũ erat, Brasidas occubuisset. ibi uirum prædicantibus magnificè illis, dicentibusq; Spartam eius similem iam nullum habere, Nolite, inquit, hoc dicere hospites: fuit quidē egregius uir Brasidas, sed multos eo præstantiores Sparta habet. Cæterùm
C seniores Lycurgus siue senatores initiò ex ijs constituit, quos consilij socios habuit: quemadmodũ suprà ostensum est. pòst autem in defuncti locum iussit eum subrogari, qui inter sexagenario maiores uirtute reliquis anteire iudicatus fuisset. Non fuit apud mortales ullum excellentius certamen, aut cuius uictoria magis esset expetenda. non enim inter celeres celerrimo, non inter robustos robustissimo, sed inter bonos ac temperantes optimo, tēperantissimoq; iudicato præmiũ uictorię uirtute partæ dabatur, ut per omnē uitam in rep. summã potentiã haberet, dominusq; & uitæ & mortis ciuiũ, aliarumq; maximarũ rerum esset. Iudicium id ita fiebat. Aduocato in concionē populo, uiri quidã ad hoc delecti in proximã domum cō cludebantur, ita ut neq; uiderēt quenq; eorũ qui conuenerãt, neq; ab ullo uiderent, tantùm clamorem illorum exaudirent: nam ut cætera, ita certamen quoq; de hac uirtutis palma clamore dijudicabant. Ibi non simul uniuersi, sed unus post alium sorte ductus in concionem ueniebat, tacitusq; per eam transibat. quos in domum conclusos dixi, ij in tabulas inscribebant quantus ad singulorum transitum clamor fuisset sublatus: neque ad quem is pertineret illis constabat, nisi quòd ratione ordinis quoto acclamaretur intelligebant. cui maximè ac frequentissimè

Amor Spartanorum societatis & patriæ.

Quomodo seniores in senatum lecti.

fuiſſet acclamatum, eum renunciabant. Isq; circumibat Deûm coronans A ſimulacra: ſequebantur multi adoleſcentes, uirum obſeruantes, ac laudibus extollentes: multæ etiam mulieres, uirtutem eius decantantes, uitamq; eius beatam prædicantes: neceſſariorũ autem quiuis cœnam ei apponens, hanc ei à ciuitate honoris ergò offerri menſam dicebat. At uerò ſenator ita electus, in ſyſsitium abibat: ibi cùm reliqua de more fierent, altera illi portio præterea apponebatur: quam ille ſeruans, ſecumq; auferens, cœna peracta adſtantium ad ianuam eius loci mulierum uni, quam cæteris præferret, ad ſe uocatæ dono dabat, eam ſe, cùm uirtutis præmium accepiſſet, ipſi dare dicens. Proinde hæc quoq; admirationi erat reliquis mulieribus, ab ijsq; domum deducebatur. Sepeliendi quoq; ratio à Lycurgo optimè eſt ordinata. Primò omni ſuperſtitione ſublata, mortuos intra urbem humari, monumentaq; prope tẽpla poni non prohibuit: huiuſmodi ſpectaculis adoleſcentes adſuefaciens, ne mortis recordatione perturbarentur, eamq; ne exhorrerent, quaſi eos, qui cadauer tetigiſſent, aut per ſepulcretum tranſijſſent polluentem. Deinde nihil cum mortuo terræ mandari permiſit, ſed eius corpus tantum puniceo amiculo, & folijs oleæ inuolutum tumulo componi iuſsit. Mortui nomen, niſi uir in bello, aut mulier ſacerdos mortem obijſſet, monumento inſcribi paſſus non eſt. Luctui tempus exiguum poſuit, quippe dierum undecim: duodecima Cereri ſacrificandum, luctusq; finiendus erat. Non enim fuit in eius inſtitutis quicquam uanum aut diſſolutum, ſed ſemper rebus neceſſarijs uirtutis aliquod præconiũ, aut uitij uituperationem admiſcebat: urbemq; multitudine exemplorum implebat, in quæ qui incidiſſent ſubinde, familiariaq; ea haberent, neceſſario ad honeſtatem deducebãtur, ijsq; ſeſe conformabant. Quam etiam habuit cauſam, ut peregrinari, atq; hinc inde uagari ſuos uetaret: ne extraneos mores, imitationemq; uitę non probè inſtitutæ, diuerſarumq; in rep. conſtitutionũ in urbem inueherent. Quinetiam eos, qui Spartam nullius utilis negocij cauſa confluebãt, urbe expulit. non, quod Thucydides ſcribit, ueritus ne reipublicæ formam imitarentur, aliquidq; ad uirtutem faciens diſcerent: ſed ueriùs, ne quid mali docerent. Homines enim peregrini, peregrinos etiam ſecum adferunt ſermones, unde rurſus noua de rebus iudicia oriuntur: ex quibus fieri nõ poteſt quin affectus multi, conſiliaq; naſcantur, quæ ab inſtituta reip. ratione C (quæ conſonantiæ uocum inſtar habet) diſcrepent. quamobrem maiori cura prouidendum cenſuit, ne malis moribus urbs, quàm ne extrinſecus irrepentib. corporibus morboſis repleretur. In his omnib. nullum eſt iniuſticiæ, aut iniuriæ ueſtigium: quæ uitia nonnulli legib. Lycurgi obijciũt, quaſi de fortitudine ſatis præcipientibus, de iuſticia non item. At Cryptia, quam ipſi ab inſidijs ita nominant, ſiquidem eius quoq;, ut Ariſtoteles narrat, Lycurgus autor fuit, Platonem fortaſsis etiam in eam de Lycurgo & eius legibus adduxit ſententiam. Ea huiuſmodi fuit. Magiſtratus longo pòſt interuallo temporis, quos iuuenum cordatiſsimos eſſe cenſuiſſent, cum pugionib. & cibo quantum neceſsitas poſtulabat, neq; ulla alia re inſtructos, in agros emiſerunt tanq; ad aliud quoddam negocium. Hi interdiu diſperſi in loca incognita ſe abdiderũt, ac quieti ſe dederunt: noctu in uias digreſsi omnes Heilotas, quos cõpræhendere potuiſſent, obtruncauerunt: ſæpius etiam in agros profecti, robuſtiſsimos eorum, optimosq; interfecerunt. Ad hunc modum Thucydides quoq; in hiſtoria Peloponneſiaca ſcribit, ſeruos Spartanorum fortitudinis cauſa reliquis prælatos, ab ijs coronatos fuiſſe, perinde atq; ſi libertate donati forent,

De ſepultura.

Peregrinationes & peregrinos cur prohibuerit.

Inhumanitas in ſeruos.

B

Deorumq;

A Deorumq; templa circumijsse: paulo pòst omnes è medio sublatos fuisse, cùm amplius duobus millibus essent, ita quidem, ut neque tunc, neq; postea quisquam dicere potuerit, quónam ij modo perierint. Aristoteles autem inter alios autores præcipuus est eos, qui tradūt ephoros, ut primùm magistratum eum occipiant, bellum seruis indicere: ut citra religionem ij occidi possint. Alioquin profectò etiam asperè seruos & inhumaniter Spartani tractabant, mulrum meri eos bibere coactos in Syssitia introducentes, eaq; ratione adolescentibus ostendentes, ebrietas quid rei esset: iubentesq; eos canere cantilenas, & saltare choreas illiberales & ridiculas, liberis aūt omnib. rebus abstinere. Hinc memorant à Thebanis, quo tempore bellum Lacedæmoniorum finibus intulerunr, captos heilotas,
cùm iuberentur cantare Terpandri, Alcmanis & Spendontis Laconis 25
carmina, recusasse, quòd dicerent dominos suos id nolle. Quare qui dixerunt Lacedæmone liberum maximè liberum, & seruum maximè seruum esse, non malè discrimen id perpenderunt. Ego huiusmodi in seruos inhumanitatem posterioribus demum temporib. extitisse arbitror, post
B magnum illum terræ motum: in quo seruos cum Messenijs conspiratione 26
facta ferunt plurimis agrum Laconicum maleficijs infestasse, urbemq; in summum periculum coniecisse. Neq; enim ego tam sceleratum illud Cryptiæ facinus Lycurgo adscripserim: de cuius moribus ex eius uiri reliqua mansuetudine & iusticia coniecturam capio, de quibus etiam numen testimoniū tulit. Lycurgus posteaq; præcipuæ omnes ipsius constitutiones usu iam confirmatæ, resq; publica satis adulta seipsam tolerare atq; conseruare ualuit, quemadmodū Plato scribit mundo creato, ac primùm moueri incipiēte Deum delectatum fuisse: ita ipse etiam legum suarum iam in actionem perductarum, ac progredientium pulcritudinem, amplitudinemq; læto animo admiratus, id in animum suum induxit, ut eam formam reip. quantum eius humana prudentia consequi posset, perpetuam atq; immobilem in posterum relinqueret. Eam ob rem conuocatis ad concionem uniuersis suis ciuibus, omnia dixit mediocriter iam, & quantum ad felicitatem uirtutemq; ciuitatis satis esset, cōposita: unum tamen adhuc esse, quod potissimum sit, atq; maximum, neq; se id, nisi consulto prius oraculo uulgaturum. petere igitur ab ipsis, ut fixis legibus starent,

Lycurgus leges suas ut stabilierit.

C neq; ante suum Delphis reditum quicquam immutarent, aut mouerent: reuersum se id, quod Deus iussisset, perfecturum. Assentientibus omnib. ireq; ipsum iubentib. iureiurando reges, senatores, reliquosq; deinde ciues sibi obstrinxit, usuros constanter reip. forma iam constituta: ipse Delphos profectus est. Cum ad oraculū accessisset, sacrisq; peractis Deū rogasset, rectène leges, & ad salutem uirtutemq; urbis sufficienter positæ essent, ita ei responsum est: Leges bene cōditas esse, mansuramq; urbē eam clarissimam si Lycurgi institutis insistat. Id oraculum perscriptum in patriam Lycurgus misit. ipse iterum Deo rem sacram cum fecisset, salutatis amicis, filioq;, statuit ciues nunquam iuramenti religione soluere, sed ultrò Delphis uitam claudere: cum & felicitatis sibi partum satis esse arbitraretur, & eam ætatem ageret, qua uel uiuere ulterius, uel finem uiuendi facere opportunum est. Itaq; abstinentia cibi uitam finiuit: quòd existimaret hominis in rep. uersati mortem quoq; ipsam ad illius utilitatē debere pertinere, neq; ociosè eam, sed cum uirtutis aliqua actione obeundam. sibi quidem quòd res præclarissimas effecisset, mortem uerè perfectionem felicitatis, ciuibus aūt eam futuram custodem eorū bonorū, quæ ipsis uiuens parauisset, iuratis nimirū tantisper usuros se legib. ipsius, donec Spar-

Lycurgi mors.

Felicitas Spartæ Lycurgi legibus stantis.

tam reuertisset. Neque eum suæ rationes deceperunt. Nam per quin- A
gentos deinceps annos Lycurgi legibus usi Lacedæmonij, feliciter & glo
riosè rempublicam administrarunt: quas, cùm per id tempus quatuorde-
27 cim reges usque ad Agidem Archidami filium imperarint, nullus mouit.
Ephororum enim creatio, nõ remittebat, sed intendebat eam reipublicæ
constitutionem: cumq́ue uideretur pro populo facere, uehementiorem
adhuc potentiam optimatum efficiebat. Agide regnante demum nomi-
sma Spartam irrepsit, cumq́ue eo auaricia & studium diuitiarum: idq́ue culpa
28 Alexandri, aut potius Lysandri: is enim quanquam ipse pecuniæ cupidi-
tate esset superior, tamen bello partum aurum argentumq́ue patriæ infe-
rens, horum amore & luxuria Spartam impleuit, Lycurgiq́ue leges re-
scidit: quibus antè ualentibus, non ciuitatis bene institutæ, sed uitæ
hominis sapientis exercitatiq́ue gerebat speciem. Imò quemadmodum
Herculem poetæ fingunt pelle & claua lignea instructum, puniendis in-
iustis immanibusq́ue tyrannis orbem terrarum peragrasse: ita Lacedæmon
scutica & pallio adornata, imperium in Græciam ultrò delatum obtinuit,
iniustas in ciuitatibus dominationes, & tyrannides destruxit, bellorum B
arbitra fuit, sæpenumeroq́ue seditiones pacauit: idq́ue ne scuto quidem ullo
moto, sed uno tantum misso legato, ad quem confestim omnes, tanquam
apes ad regem suum, concurrentes, & in ordinem se componentes, man-
datis eius obtemperabant. tantum ea urbs legum obseruantia iustitiaq́ue
reliquis antecellebat. Vnde mihi subit mirari eorum iudicia, qui Lace-
dæmonijs parendi, non item imperandi scientiam adfuisse affirmant, lau-
dantq́ue illud Theopompi dictum, qui Spartanos eò incolumes esse dicen
ti, quòd reges imperandi peritos haberent: Potius, inquit, propterea,
quòd ciues obedire norunt. Non enim dicto audientes homines esse uo

Obedientiæ causa.

lunt ijs, qui præesse, ut par est, nesciant: quippe obedientiam à principe
discant oportet. qui enim bene ducit, efficit ut rectè eum ij, quos ducit, se-
quantur. Ac ut equestris artis opus est, reddere equum mansuetum, &
fræno parentem: ita regiæ scientiæ est, obedientiam subditorum effice-
re. At Lacedæmonij non obedientiam, sed cupiditatem obtemperandi
sibi apud alios effecerunt: non enim hi naues, non pecuniam exigebant,
non milites, sed unum Lacedæmonium legatum, acceptoq́ue eo cum sum-
mo honore, & reuerentia utebantur. Ita Gylippo Sicilienses, Brasida C
Chalcidenses usi sunt: Lysandro, Callicratida, & Agesilao Asiæ totius
incolæ, uiros eos ubique populorum, magistratuumq́ue correctores no-
minantes: omnino autem in Spartanorum ciuitatem, tanquam modestæ
uitæ, reipublicæq́ue bene ordinatæ præceptorem intuentes. Quam ad rem
uidetur Stratonici facetum illud cauillum referri debere, qui Athenienses
mysteria celebrare & pompas ducere iussit, Eleos certamina edere, nimi-
rum harum rerum peritissimos: Lacedæmonios autem istis, si quid pec-
cassent, plagas infligere. Hoc quidem propter ridiculum retuli. At uerò
Antisthenes Socraticæ philosophiæ sectator, uidens Thebanos à Leu-
ctrica uictoria insolentius efferri, Nihil eos differre à pueris dixit, qui ex-
ultarent propterea, quòd pædagogum concidissent. Enimuero non hoc
Lycurgus tum temporis agebat, ut urbem quàm plurimarum aliarum du
cem relinqueret: sed cum ita sentiret, sicuti unius hominis felicitas uirtu-
te & concordia paratur, eandem rationem quoque ciuitatis esse: eò eius
statum ordinauit, accommodauitq́ue, ut ciues liberi essent, totiq́ue ex seipsis
apti, & tẽperantes, atq́ue ita quàm diutissimè ciuitas duraret. Ad hoc idem

propo-

A propositum Plato etiam, & Diogenes, & Zeno remp. instituerunt, alijque omnes, qui eo laudem inuenerunt, quòd de his rebus scribere aliquid conati essent. Noster non libros de republica, sed re ipsa ciuitatem nulla imitatione aequandam protulit in lucem: atque ijs qui opinantur uirum sapientem cogitatione tantùm concipi, non re uera extare posse, ob oculos posuit totam urbem sapientiae studio occupatam. quare meritò omnibus illis, qui unquam apud Graecos rempublicam attigerunt, gloria longè anteponitur: Ideóque Aristoteles ait, minores eum apud Spartanos, quàm quos par erat, honores adeptum, cùm sit quidem ornatus maximis. templum enim ei positum est, sacrificatúrque ipsi quotannis, tanquam Deo. Ferunt etiam, cum reliquiae eius essent in patriam reportatae, *Lycurgi sepulcrum.* sepulcrum fulmine ictum fuisse. Non temerè id alicui illustri uiro euenisse constat, praeterquam Euripidi inferioribus temporibus mortuo, & in Macedonia apud Arethusam sepulto: ut qui huius studio tenentur, magnam amoris sui causam, testimoniúmque huius praestantiae afferant, quod soli ei idem post mortem, quod ante sanctißimo & Dijs acceptis-
B simo Lycurgo contigit. Mortuum fuisse Lycurgum alij Cirrhae tradunt: Apollothemis Elide, quò tum se contulisset: Timaeus & Aristoxenus in Creta uitam cum morte commutasse asserunt: ostendique hic à Cretensibus ait sepulcrum eius apud Pergamiam, uia (ut uocatur) peregrina. Filium quoque reliquisse traditur unicum Antiorum nomine: eóque sine liberis defuncto, genus defecisse. Socij autem eius & familiares instituerunt conuentum, qui posteris per manus traditus diu perdurauit: diésque quibus coirent, Lycurgidae appellati sunt. Aristocrates Hipparchi F. Lycurgo in Creta mortuo, ab hospitibus eius corpus crematum, cineresque in mare dispersos perhibet: obtemperasse nimirum eos ipsius Lycurgi precibus, id cauentis, ne suis reliquijs Spartam allatis, tanquam ipse si redijsset, ciues solutto iuramento rempublicam à se institutam mutarent. Atque hęc de Lycurgo.

PLVTARCHI NVMA,

C [redacted] AV-
gustano interprete.

QVO tempore Numa uixerit, in magna est apud scriptores controuersia: quanquam generis series ab initio ad eum usque exactè deduci uideatur. Clodius quidam in indice temporum (ita enim librum suum inscripsit) antiquos illos temporum commentarios contendit in Gallica urbis calamitate perijsse: eos autem qui nunc extent, compositos esse ab alijs, qui in gratiam certorum uirorum genera eorum in praecipuas familias, maximéque insignes, nulla omnino ratione ad eos pertinentes, ingesserint. Iam quòd Pythagorae fuisse discipulus Numa *An Pythagorae discipulus fuerit Numa.* fertur, alij omnino Graecae disciplinae participem fuisse Numam negant: utuel natura aptus ad uirtutem, satisque instructus fuisse, aut regis institutio barbaro cuidam, Pythagora praestantiori, adsignanda uideatur. Alij Pythagoram philosophum multo Numa posteriorem, quinque

nimirum circiter ætatibus faciunt. sed Pythagoram Lacedæmonium, A
qui in Olympico certamine, Olympiade decimasexta, cuius anno
tertio Numa rex constitutus fuit, stadium uicerit, in Italia oberrantem
cum Numa congressum, eique in constituendo regno socium fuisse: cu-
ius Pythagoræ doctrina effectum sit, ut Romanorum institutis multa
Spartana sint admixta. Quin & oriundus fuit Numa ex Sabinis, qui se
Lacedæmoniorum colonos esse aiunt. Sanè certum aliquid de tempore
quo uixerit tradere, difficile est: eòque magis, quòd id ex Olympicorum
certaminum uictoribus sit æstimandum: quorum descriptionem serò
admodum Hippias Eleus edidit, nullo usus rei fundamento, cui fides
necessariò esset adhibenda. Nos quę de Numa memoratu digna accepis-
semus, stylo statuimus persequi, proprio hoc narrationis sumpto initio.
Annus urbis conditæ, regníque Romuli trigesimus & septimus ageba-
tur, cùm Nonis, quæ nunc Capratinæ uocantur, apud Capræ paludem
extra urbem publicè Romulus sacrificauit, præsente senatu, populique
maxima parte. Ibi subitò ingenti tempestate coorta, nubéque cum gran-
dine & uento in terram delata, reliqua turba sparsim dilapsa, Romulus B
ita è medio sublatus est, ut neque ipse, neque cadauer eius postea à quo-
quam sit conspectum. Et grauis de patricijs suspicio insinuabat, sparge-
batúrque rumor in plebe, quòd dudum regnum ægrè ferentes, sum-
mámque rerum in se transferre cupientes, regem interfecissent: eique fi-
dem faciebat, quòd ipse insolentiùs eos próque imperio regio tractare
iam inceperat. Eam tamen opinionem senatores minuerunt, Romu-
lum inter Deos referentes, tanquam non mortuus, sed præstantioris
conditionis esse cepisset: Proculus quoque, uir primarius, iuramen-
to confirmauit, uisum à se Romulum armatum in cœlum adscenden-
tem, uocémque se audiuisse eius, Quirinum se nominari iubentis. A-
lius urbem tumultus, seditióque excepit de creando rege. necdum e-
nim aduenæ satis cum prioribus ciuibus coaluerant: & cum populus
ipse inter sese fluctuabat, tum inter patricios dissensionum causa simul-
tates erant: ac tametsi uniuersis regnum placebat, controuersia tamen
erat non modò quis, sed etiam, ex utra gente rex deligendus esset. Quip-
pe & hi qui primi cum Romulo ciuitatem incoluissent, nequaquam
tolerandum existimabant, ut Sabini urbe agrísque à Romanis recepti, in C
eos, à quibus hæc accepissent, imperium sibi postularent: & Sabini
quoque non iniquè agere uidebantur, quòd cùm Tatio mortuo nihil
contra Romulum tumultuati, solum eum regnare passi fuissent, nunc
iterum ex suo corpore regem constiuti poscerent. neque uerò se Ro-
manis inferiores eis se adiunxisse, sed & accedentes multitudine sua rem
Romanam corroborasse, & urbis dignitatem auxisse. Hæ illis certami-
num causæ erant. Ne tamen incerto reipublicæ statu, magistratuum ua-
2 catio confusionem pareret, patricij (qui erant C L numero) inter se diui-
serunt regiam potestatem, ita quidem ut per ordinem quisque cum rega-
libus insignibus Dijs sacra legitima faceret, & ius diceret, sex horas no-
3 ctis, & sex horas diei Quirino. Hæc temporis diuisio, mutatióque
Imperij, uidebatur ad æqualitatem principum facere, & ad minuendam
uulgi inuidiam, cum uiderent spacio unius noctis ac diei, eundem & re-
gem esse, & priuatum fieri. Istam regni formam Romani Interregnum
uocant. Sed quanquam uidebantur ciuili admodum miniméque mo-
lesta ratione præesse populo, tamen fremitum eius, turbásque non
euitarunt: incusantium, quòd summam rerum in potestatem pau-
corum

Romulus è medio sublatus.

A corum redigere, rémque publicam, diuiſo inter ſe principatu, cludere, neque ſub rege eſſe uellent. Tandem ita inter partes conuenit, ut altera ex altera regem eligeret: ea enim potiſsimum ratione effici poſſe, ut & contentio ceſſet, & rex creatus utriſque ex æquo cupiat: alteris, quòd eũ elegiſſent: alteris, quòd gentiles ipſius eſſent. Ergo Romani, cùm priores Sabini ipſis optionem dediſſent, potiùs regem ex Sabinis à ſe creandum, quàm accipere, quem ex Romanis Sabini conſtituiſſent, rati, Numam Pompilium regem deſignant: uirum, etſi inter eos Sabinos, qui Romam commigraſſent, non fuerat, tamen ita uirtutis gloria omnibus notum, ut audito eius nomine Sabini, maiori quàm à Romanis factum eſſet alacritate eum acciperent. Hac ſententia populo expoſita, legatos de communi conſilio mittunt ad Numam ex primoribus utriuſque gentis, qui eum ut ueniret, acciperétque regnum, orarent. Curibus Numa natus erat, oppido inter Sabinos præcipuo, & à quo ſe Romani unà cùm Sabinis ſibi adſcitis, Quirites appellauerant: filius Pomponij illuſtris uiri, natu de quatuor fratribus minimus: editúſque in lu- 4

Pompilius Numa rex eligitur.

Patria.

B cem eadem die, qua Romulus fundamenta urbis Romæ iecit, quæ fuit dies A. D. XI. Kalendas Maij. Erat autem cùm natura compoſitis 5 ad omnem uirtutem moribus, tùm uerò diſciplina, tolerantia, ſtudióque ſapientiæ adhuc manſuetiorem ſeſe redegerat, eiectis ex animo non ijs modò quæ apud omnes pro uitijs habentur, animi prauis affectionibus, ſed ui etiam, & cupiditate, quæ apud barbaros laudi dantur: eam fortitudinem ueram eſſe iudicans, qua appetitus ratione coërcentur. Hinc factum, ut omnem luxum, deliciáſque domo exigens, omnibus ſe ciuibus hoſpitibúſque incorruptum iudicem, conſiliariúmque exhiberet. Cum eſſet in ocio, non delectationi, aut quæſtui ſeſe dabat, ſed cultui Deorum, contemplationíque (quantum mente conſequi poterat) naturæ & poteſtatis eorum. Itaque tantum eius nomen, tanta exiſtimatio erat, ut Tatius Romuli in regno collega unicam ſuam filiam Tatiam ei in matrimonium collocauerit. Neque Numam id coniugium eo extulit, ut ad ſocerum commigraret: ſed in Sabinis manſit, ſenis patris curam gerens: Tatia quoque tranquillitatem priuatæ cum marito uitæ, præferente ei gloriæ ac honori, in quo Romæ propter pa-

Ingenium.

Vxor.

C trem eſſe poterat. Atque hæc quidem memoratur decimotertio poſt nuptias anno fati legibus conceſsiſſe. At Numa relicta urbe in agris ſolus uitam ducere, ac uagari intendit, inq; Deûm lucis, ſacris pratis, & locis deſertis commorari: quod inſtitutum initiò occaſionem cum alijs dedit ei ſermoni, Numam talem nimirum uirum, non animi ægritudine aut errore conſuetudinem hominum ſubterfugiſſe, ſed quòd guſtauiſſet diuiniorem conſuetudinem, ac dignus Deûm connubio habitus, cum Egeria Dea eius amore capta degeret, uirq; beatus & rerum diuinarum ſapiẽs euaſiſſet. Equidem obſcurum non eſt, eum ſermonem ſimilem eſſe antiquarum illarum fabularum, quas Phryges de Atte, Bithyni de Herodoto, de Endymione Arcades acceptos approbauerũt. Sanè 6 ita traditum eſt, Deum non equorum, aut uolucrum, ſed hominum amatorem eſſe, cupereq; cum optimis conuerſari: neq; aſpernari, aut contemnere uiri ſapientis ac tẽperantis conſuetudinem. Sed uel Deum, uel genium humani corporis formæue uſu delectari, non facile eſt oſtendere. Quanquam enim Aegyptiorum diſtinctio aliqua ex parte probabilis uidetur, qui fieri poſſe aiunt, ut ſpiritus Dei cum muliere coëat, eique ſobolis quædam principia ingeneret; uiris autem corporum cum

A dijs amari.

Deo

Deo nihil esse commercij: tamen non animaduertant illi, id quod misce- A
tur, ei cum quo miscetur naturæ suæ communionem impertire. Enimuerò absurdum non est, Dijs erga homines amiciciam, amoremq́ qui inde nomen habet esse, qui amor ad morum & uirtutis studium incitet: neque peccāt qui Phorbantē, Hyacinthum, & Admetum ab Apolline dilectos fuisse fabulantur, itemq́ Hippolytum Sicyonium: de quo traditum est, quoties Sicyone Cirrham transfretaret, prædixisse id Pythiam, tanquam sentiente Deo, gaudēteq́ ob eius aduentum, & hunc uersum Heroicum cantante:

Dulce iterum caput Hippolyti nunc aduehit æquor.

Fingunt etiam Pindarum, eiusq́ carmina à Pane dilecta: etiam Archilocho, & Hesiodo diuinitus propter Musas honor tributus fertur. Sophoclis & uiuentis hospitio usum Aesculapium rumor est, cuius multa etiamnum extant indicia: & ab alio Deo aiunt curatum ut sepeliretur mortuus. Quæ si uera esse concedamus, negandúmne iam erit, cum Zaleuco, Minoë, Zoroastre, Numa, Lycurgoq́ regna temperantibus, resq́ publicas componentibus Deos congressos fuisse? An uerò ita potiùs statuen- B
dum, Deos cum his seriò consuetudinem habuisse, ut de rebus optimis eos docerent, atq́ adhortarentur: poetis autem, & Lyricis cantantibus siquidem adfuerint, ioci & animi causa adfuisse? Quod si quis diuersum à nobis sentit, id ei per nos est integrum, nā (ut ait Bacchylides) lata est uia. Etenim ne altera quidem, quæ fertur de Lycurgo, Numa, alijsq́ eorum similibus uiris sententia, quicquam absurdi habet: eos, quòd cōtumaces, atque morosas hominum multitudines cicurandas haberent, ingentesq́ rebus publicis mutationes inferrēt, opinionem diuinitatis ijs, apud quos eam simularent, saluti futuram, sibi assumpsisse. Verum enimuerò ad Numam, annum agētem quadragesimum, Roma legati uenerunt, ad regnū suscipiēdum eum cohortantes: orauêre Proculus & Volesus: (de quibus opinio fuerat fore, ut alteruter rex eligeretur, inclinantibus ad Proculum Romanorum, ad Volesum Sabinorum animis) idq́ paucis, quòd eam fortunam Numæ acceptissimam futuram arbitrabantur. At uerò nō nullius negocij res erat: sed persuaderi uiro, qui in ocio & pace uitam egisset, ut ab hac ad gubernandam eam urbem transiret, quæ bello quodammodo constituta, & aucta esset, non nisi longa oratione, precibusq́ C
poterat. Et Numa, patre suo, & Marcio uno cognatorum præsentibus, hanc habuit orationem.

Oratio Numæ regnum recusantis.

Cum omnis uitæ humanæ mutatio periculosa est: tum qui in præsenti statu nihil quod desideret, nihil quod culpet, habet, is usitatā sibi uitæ rationē nulla alia re q̄ stulticia adductus mutat atq́
» à cōsuetis aliò transfert: quibus si nihil aliud boni adest, at profectò firmi
» tate ipsa ignotis præstāt. At enim quæ res sit regnū, ex Romuli fortuna
» cōijcere licet, qui insidias Tatio collegę fecisse culpatus, de patribus etiā
» sinistram suspicionē, ab ijs interfectus esse creditus, excitauit. Atqui Ro-
» mulum Deorum prolem hi celebrant, diuinitúsque ei nutritionem, salu-
» temq́ incredibili modo allatam infanti perhibēt. me & ex hominibus na
» tum, & ab hominibus educatum institutumq́, haud uos clam est. Mores,
» qui in me laudantur, longè ab ijs differunt, qui in rege futuro requirātur.
» summum ocium, assiduum philosophiæ, quæ à rebus gerendis est aliena,
» studium: uehemens pacis amor, qui unà cum uita adoleuerit, ususq́ re-
» rum belli expertis, & hominum, qui religionis tantum amiciciæq́ cau-
» sa in unum conuenire soleant, alioquin pro se quisque agriculturæ pe-
» coriue pascendo uacet. Vobis autem, Romani, multo fortassis etiam in-

sperata

A ſperata bella reliquit Romulus, ad quæ propulſanda urbs ueſtra rege fer- "
uentis pectoris, ac iuuene indiget: bellandi etiam cupiditate populum cõ "
ſuetudo & ſucceſſus implerũt, qui haud obſcurè augeri, alijsq; dominari "
expetit. Quare ridiculus omnino ſit futurus rex, qui cultui Deûm inten- "
tus, iuſticiam amplecti, uim & bellum odio habere doceat in ea urbe, quę "
imperatore magis, quàm rege opus habeat. His illum uerbis regnum "
detrectantem, ſummoperè orare Romani, ne ipſos iterum in ſeditiones,
inteſtinumq; bellum conijcere uellet, nullo alio extante, in quo rege con-
ſtituendo duo populi eſſent cõſenſuri. Pater quoq; & Marcius illis digreſ
ſis, priuatim inſtare, adhortariq; uti magnũ ac diuinitus oblatũ munus ac-
ciperet. Si ſuis rebus cõtentus, diuitias nõ requireret, neq; gloriã imperij
& potẽtiæ affectaſſet unquã, uirtutis famã potiorẽ adeptus: at regnare,
cultũ Dei cẽſeret eſſe, qui tãtã in ipſo iuſticiã excitaret, neq; ocioſam iace
re pateret. nõ igit imperiũ ſubterfugeret, quod uiro prudẽti multarũ atq;
pręclararũ actionũ locũ daret; in quo & magnificè Deos uenerari liceret,
& homines ad religionem facilimè principis ductu poſſent emolliri atq;

Numa ſuaſu patris & Marcij regnum accipit.

B traduci: certè eos & Tatium aduenã dilexiſſe, & Romuli memoriam di-
uinis honoribus colere. Cui uerò conſtaret, iámne uictorem populũ bel-
lorum ſatietas inceſsiſſet, triumphiſque & ſpolijs expleti, pacis uitæq; ſe-
cundum leges agendæ cauſa principem placidum, iuſticiæq; deditum
expoſcerent? Quòd ſi penitus inſano belli ſtudio æſtuarent, profectò
expedire, ut ipſe, qui ſuis in manibus fræna eſſet habiturus, aliò impetum
eorum conuerteret: patriæ autem, Sabinóque uniuerſo nomini beneuo-
lentię amiciciæq; cum populo augeſcente potentéque uinculum confir-
maret. Acceſsiſſe his ferunt eorum uerbis ad perſuadendum cùm ſigna
proſpera, tum ardorem ciuium, ſtudiúmque: qui ubi de legatione certio-
res eſſent facti, ſtatim ab eo precibus contenderint, iret, acceptóque re-
gno ſocietate ciues conſtringeret. Itaque ut aſſenſit, re ſacra dijs peracta,
Romam profectus eſt. obuiam ei proceſſum eſt à ſenatu, populóque, mi-
ro omnibus uiri amore affectis: proſecutę ſunt etiam mulieres eum hone
ſtis acclamationibus, ſacrificatum per templa: omninóque id erat omni-
um gaudium, tanquam non rex urbi, ſed regnum obtigiſſet. Cùm in fo-
rum eſſet peruentũ, Sp. Vettius, qui per eas horas interrex erat, populũ
C ſuffragia ferre iuſsit: omnium ſuffragijs Numa rex eſt declaratus. Inſigni-
bus autẽ regni ad ſe allatis, expectare iuſsit: ſibi enim à Deo quoq; priùs
regnum confirmari oportere. Tum acceptis ſecum augurib. & ſacerdo-
tibus, in Capitolium (quod tum Romani Tarpeiũ collẽ nominabãt) ad-
ſcendit. Ibi qui inter augures primũ locũ obtinebat, Numã ad meridiẽ cõ
uerſum, capite eius uelato, collocauit: ipſe à tergo adſiſtens, dextraq; ca-
put eius tangẽs, Deos cõprecatus, oculos in omnes partes obuertit, ob-
ſeruans auguria ſignáue, quę dij obtuliſſent. In tanta hominum quæ forũ
occupauerat multitudine, ſilentiũ fuit incredibile, ſuſpẽſis animis euentũ
expectantiũ: donec aues bonæ ac ſecundæ apparuerunt, regnumq; Nu-
mæ addixerunt. Ita demũ regijs ueſtib. indutus, ab arce ad populũ deſcẽ-
dit, acclamãtib. ciuib. pijſsimumq; & dijs chariſsimũ regẽ ſalutantib. Re-
gno accepto primùm turmã trecentorũ iuuenum, quib. aſsiduis ſui cor-
poris ſtipatorib. Celerum nomen Romulus fecerat, dimiſit: quòd neq; dif-
fidere ſibi credentibus, neq; rex diffidentium eſſe uolebat. deinde, flami-
nibus Iouis & Martis, tertiũ Romuli addidit, Quirinalemq; dixit. Flami-
nũ nomẽ etiã maiorib. natu tributũ tradũt, à pileis quib. capita operiebãt,
quaſi pilamines: quia eo tẽpore plura, quàm hodie, Græca uocabula fuerint

Inauguratio.

Celeres dimiſſi.

Flamen Quirinalis.

Latinis

Latinis intermixta: quemadmodum etiã lænas, regum uestem, Iuba chlænas (quæ est Græca uox) esse ait: ac puerum pubescentem, qui templi lo- A
8 uis est minister, Camillum dici solitum, sicut & Græcorum nonnulli Mer-
Camillus. curium à ministerio Camillum appellauerunt. His ita ad gratiam & beneuolentiam populi constitutis, Numa confestim aggressus est urbem tanquam ferream, ex rigida & bellicosa molliorem iustioremque efficere.
9 Qualem enim ciuitatem æstuantem Plato, seu efferuescentem appellat, talis tum Romæ erat: quæ initiò ex hominibus audacissimis bellicosissimisq; eò temerario impetu confluentibus coaluerat, ac deinde multis expeditionibus, continentibusq; bellis quasi enutrita potentiam auxerat, & (quemadmodum ea quæ materiæ alicui infixa sunt, si concutiantur, adhuc altiùs desidunt) corroborata periculis fuerat. Ita fluctuantẽ exasperatumq; populum tractare, & ad pacem traducere intelligens negociũ non parui, neq; uilis fore laboris, à religione auxilium petijt: ferocem, bellicq; cupidam multitudinẽ plerunq; sacrificijs, pompis, & choreis, quarum ipse dux autorq; esset, & quæ maiestati delectationem gratam, uoluptatemq; haberent adiunctam blandam, cicurauit atq; deliniuit: nonnunq; terrores à dijs oblatos, spectráque geniorum prodigiosa, & uoces parũ propicias renuncians, animos eorũ superstitione captos deiecit. Quæ B
Pythagoræ philosophia. res cumprimis effecit, ut sapientiam disciplinamq; suam Numa Pythagoræ consuetudine parasse uideretur: nam & huius philosophiæ, & illius ciuilis prudentiæ magna pars in congressu cum dijs, & studio religionis cõsumebatur. Iam splendorem etiam externum, habitumq; eodem quo Pythagoras consilio assumpsisse dicitur: qui aquilam cicuratam, cùm superuolaret, uocibus quibusdam sistere, atq; deducere solitus, & in Olympijs per cœtum populi transiens, femur aureum ostendisse, alijsq; portentosis machinationibus & actionibus usus fuisse perhibetur. propter quas etiam Timon Phliasius scripserit:

Pythagoram, ad magicas studio qui nominis artes
Transit, & impostor tumidis illudere suetus
10 *Verborum ampullis homines uenatur inanes.*

Numæ cum Egeria & Musis consuetudo. At Numa Deæ cuiusdam seu Nymphæ amorem, congressusq; secum occultos, ut demonstratum suprà, & cum Musis consuetudinem prætendebat. Pleraq; enim uaticinia Camœnis accepta referebat: docuitq; Romanos unam summo cultu uenerari, Taciteq; nomine: quod eò instituisse C
11 uideri potest, ut Pythagoricum silentiũ referret, atq; commendaret. Præterea leges de simulacris positæ, germanæ sunt Pythagoricis placitis. Pythagoras enim principium omnium rerum non sensile, aut motui obnoxiũ, sed inuisibile, interitus expers, soloq; intellectu perspici quod posset, esse statuit. Numa Romanis usũ effigiei alicuius diuûm, quæ hominis aut animalis cuiuscunq; formam haberet, interdixit. Neq; priscis illis temporibus fuit apud illos uel picta ulla imago Dei, uel ficta: sed primis cẽtum atq; septuaginta annis etsi templa ædificassent, atq; sacras casas struxissent, nullum tamen omnino simulacrum efformauere. nempe eò, quòd & nefas esset præstantiora deterioribus adsimilare, neq; Deum aliter quàm mente attingi posse censerent. Sacrificiorum quoq; ritus Pythagoricæ religioni proximè accedunt: fiebant enim sine sanguine, & plerunque farina, libo, rebusq; uilissimis constabant. Aliunde quoq; ductis coniecturis nituntur, qui horum uirorũ familiaritatẽ fuisse contẽdunt. Quarum una est, quòd suæ reipub. Romani Pythagoram adscripserint: ut Epicharmus Comicus poëta, uir antiquus, & à Pythagorica disciplina, in oratione qua-

A dam ad Antenorem narrat. Altera, quod è quatuor suis filijs unum Numa
Mamercum à filio Pythagoræ appellarit: ab eoq; Aemiliorum familiam, 12
quæ fuit inter patricias, dictam aiunt. innuente rege eius uiri in dicendo
suauitatem & leporem, quæ est Græcis æmilia. Ac nos ipsi etiam Romæ
multorū ex sermone accepimus, Romanos quondam, cùm oraculū acce
pissent, ut prudentissimi Grecorū, atq; fortissimi, in urbe statuas ponerēt,
æreas duas statuas in foro collocasse, unam Alcibiadis, alterā Pythagoræ.
Sed hæc quidem multis controuersijs implicata, tam agitare prolixiùs q̃
admittere pro ueris, puerilis est peruicaciæ. Porrò autem Numæ sacerdo
tum quoq; creationē adscribunt, ipsumq; unum, primumq; inter eòs fuis-
se affirmant. His autem Pontificibus nomen factum esse, siue quòd Deos
colunt, qui omnium sunt rerum potentes: siue, quod alijs placuit, exce-
ptionem id nomē significat: quòd legumlator iuberet ab ijs, ea quæ pos-
sent præstari, sacrificia peragi: neq; iniquus esset ipsis, si quod grauius im-
pedimētum intercessisset. Plurimi maximè ridiculam nominis rationem 13
probant: scilicet à ponte tantùm faciendo eos pontifices dictos, à sacrifi-
B cijs, quæ in ponte fiebant sanctissima omnium & uetustissima: huius au-
tem pontis conseruationem, ac procurationem, tanquam unā ex cæremo
nijs immobilibus atq; antiquis, ad sacrificos pertinere: & pontis Sublicij
dissolutionem apud Romanos pro re nefaria & detestabili habitam: fe-
runtq; pontem hunc totum ligneum, iussu oraculi cuiusdam absque om-
ni ferro compactum fuisse: nam lapideus longo pòst tempore, quæstore
Aemilio, est confectus. Attamen ligneum quoq; pontem post Numæ exi
tum à Marcio, filiæ eius filio, constructum inuenio. Pontifex autem maxi-
mus, interpretis Deūm, uatis, adeoq; sacrorum enarratoris doctorisq; 14
loco est, non modò publicorum sacrificiorum curam gerens, sed priuata
etiam inspiciens, ac ne quid præter legitima fiat prohibens, docensq; qui
bus cuiq; rebus ad honorandos, exorandósue Deos opus sit: sacrarum
quoque uirginum, quas Vestales appellant, magister erat. Nam harum
quoq; sacerdotij, totiusq; de igne perpetuo, quem eæ custodiunt, ritus
autorem Numam faciunt. siue is puram & incorruptam ignis naturam
sinceris atq; castis corporibus curandam dare uoluerit: siue rem fructu &
C fœtu carentem uirginitati accommodauerit. Quanquam in Græcia, ubi
ignis perennis conseruatur, ut Delphis & Athenis, non uirgines, sed mu-
lieres iam per ętatem ad coniugium ineptæ ei pręficiuntur. Qui si casu a-
liquo extinguatur (ueluti Athenis sacram lucernam aiunt sub Aristione 15
tyrannidem tenente extinctam fuisse, & Delphis incenso à Medis tem-
plo, belloq; Mithridatico, & ciuili etiam, simul & aram & ignem perijsse)
accendere eum ab alio igni non licere tradunt, sed renouandum esse,
flammamq; eliciendam à Solis radijs puram & sinceram. Eam ad rem in-
strumentis utuntur, quæ scaphīa nominant. sunt autem excauata in mo- 16
dum turbinis rectanguli: hæc si aduerso Soli opponantur, fit ut radij So-
lares in circumferentiam undiq; incidentes, ad centrum omnes concur-
rant, itaq; & aërem tenuem reddant, & materiam (quæ leuissima siccissi-
maq; instrumentis imponitur) statim inflamment: quia uidelicet splen-
dor Solis à corpore opposito sibi ita repercutitur, ut naturam ignis acci-
piat. Quidam à Vestalibus uirginibus nihil præter ignem illum perpe-
tuum adseruatum opinantur: quidam sacra quædam ab ijs occulta atti-
neri putant, quæ alijs aspicere non liceat: de quibus quantum & audire &
dicere fas est, in Camilli uita scripsimus. Primùm à Numa sacratas aiunt
Geganiam ac Vereniam: deinde Canuleiam & Tarpeiam: postmodò

Alcibiadis & Pythagoræ statuæ Romæ.

Pontifices à Numa instituti.

Sublicium pons.

De Vestalibus.

Ignis à Sole accenditur

duas à Seruio superadditas, numerum istum ad hæc usque tempora retentum. Præscripsit autem rex Vestalibus triginta annorum uirginitatem: primo decennio discunt ea quæ sint ipsarum officij, altero ea exercent, tertio alias ipsæ eadem docent. Secundum hoc tempus permissum est illis quæ uelint, deposito sacerdotio nubere, aut aliud uitæ genus deligere. fertur tamen, non multas hac licentia usas, ijsq; quæ eam amplexæ fuissent, aduersas res euenisse, pœnitentiáque & mœsticia reliquum uitæ tempus uexatas, reliquas in eam superstitionem adduxisse, ut ad senectutem, exitúmque uitæ uirginitatem perseruarent. Magnos honores his sacerdotibus tribuit Numa: è quorum numero est, quòd licebat uiuo adhuc patre testamentum condere, quòd sine tutore omnia agere poterant, haud secùs quàm ius trium liberorum adeptæ: cùm in publicum progrediuntur, lictores secum habent: ac si tum fortè ad capitale supplicium aliquis ducatur, is non necatur: iuramentum tamen ab ipsis exigitur, forte fortuna se, non data opera, interuenisse. Si quid deliquerit Vestalis, uerbera ei à summo Pontifice infliguntur, aliquando etiam nudæ, linteo prætenso in obscuro & umbroso loco. At quæ uirginitatem polluit, uiua defoditur iuxta portam Collinam. Est ibi intra urbem tumulus quidam terreus, in longum porrectus: in eo domus subterranea non magna, in quam ex superiori parte descensus sit, paratur: in eáque lectus constratus, lucerna ardens, paucáq; eorum quæ ad uitam fouendam necessaria sunt primitiæ reponuntur, ut panis, aqua, lac in uasculo, & oleum. tanquàm nefas putent fore, si corpus summmis consecratum sacrimonijs fame pereat. Tum illam, quæ supplicio est afficienda, lecticæ impositam extrà opertæ, lorisque reuinctæ, ita ut ne uox quidem exaudiri possit, per forum uehunt: ei omnes uia decedunt, comitantúrque cum silentio & ingenti mœsticia: neque est horribilius ullum spectaculum, aut dies quam urbs agat tristiorèm. Vbi ad locum, quem dixi, lectica peruenit, uincula lictores soluunt: at princeps sacrorum secretò quædam comprecatus, manibus ad Deos sublatis antè quàm necessitati supplicij satisfaciat, obuelatam educit, & in scalis deorsum in domum deferentibus constituit, ita ipse cum reliquis sacerdotibus reuertitur. postquàm damnata descendit, sursum gradus attrahunt, multáque supernè terra ingesta domus occulitur, complanatúrque. Eo modo supplicium de his, quæ sacrosanctam uirginitatem prodiderunt, sumitur. Prætereà traditur, Numam custodiæ causa perenni igni Vestæ templum circumdedisse: quod rotundum ab eo extructum est, non ut terræ (quasi ea Vesta esset) sed ut uniuersi figuram exprimeret, in cuius medio ignem collocatum Pythagorei censent, eúmque Vestam, & unitatem appellant. Iidem terram neque immobilem, neque in medio circumferentiæ sitam autumant, sed in orbem circum ignem ferri, ac neque de præstantissimis, neque de primis mundi partibus unam esse. Atque eadem Platonem quoque ætate prouectum de terra sensisse aiunt, non eam in medio uniuersi collocatam: sed centrum atque præcipuum situm nobiliori alicui naturæ deberi. Ea quoque quæ ad sepulturam pertinent, Pontifices poscentibus expediunt: docuitque Numa, nihil eius rei pro piaculo habendum, sed & Manes qui præcipuam nostri partem accipiunt, suis religionibus colendos, præsertim uerò Libitinam, quę Dea mortuorum iusta procuret, siue ea Proserpina est, siue Venus: quod doctissimi inter Romanos

Terræ situs & natura secundũ Pythagoreos.

Funerum & iustorũ ritus.

A Romanos iudicant, haud absurdè eiusdem numinis potestati ortus interitúsque nostri rationem imputantes. Luctui etiam habita ætatum & *Luctus.* temporum ratione modum præscripsit: nimirum pueros, ac minores triennio non lugendos: maiores natu, non plures menses lugere ijs quos uixissent annis permisit, usq; ad denarium numerum: neque ampliùs ulli ætati concessum. Itaque longissimum luctus tempus, decimo mense fuit terminatum: ac tandiu etiam mulieres à morte maritorum uiduæ per- *Viduitas.* manebant: quòd si quæ intra decimum mensem iterum nupsisset, eam leges Numæ uaccam prægnantem immolare iubebant. Enimuerò cùm alia multa sacerdotia instituerit Numa, duorum adhuc tantùm mentionem faciam, Saliorum nimirum, atque Fecialium, quæ maximè uiri huius pietatem ostendunt. Feciales pacis erant custodes, nomen (ut mea fert opinio) ab ipsa re habentes. uerbis enim ij lites soluebant, nec nisi omni priùs spe iuris obtinendi præcisa, bellum suscipi sinebant: pacem enim hoc Græcè uocant, cùm non ui, sed colloquio discordiæ componuntur. Feciales autem Romanorum sæpenumerò ad eos qui iniuri- *Feciales.*
B am intulissent, proficiscebantur, eósque ad iusticiam cohortabantur: quòd si ij in iniquitate perstarent, deos contestati, multáque mala sibi ipsis ac patriæ imprecati, nisi iustè iniuriam defenderent, ita demum bellum ijs indicebant. Fecialibus prohibentibus, iniussúue eorum, neque militi fas erat, neque regi Romanorum arma mouere: sed oportebat principem ab his belli initio tanquam iusti accepto, præterea considerare quid facto usus esset. Fama etiam tenet, Gallicam calamitatem Romæ accidisse Fecialium iure uiolato. Oppugnabant enim Clusinos barbari. ad eos in castra missus legatus Fabius Ambustus, ut pacificatione composita obsessos bello eximeret, cùm asperiùs ei responsum esset, ratus legatione se defunctum, temerario animi ausu pro Clusinis arma cepit, & ad certamen Gallorum uirtute potissimum prouocauit, pugnámque secundam fecit, & deiectum hostem spoliauit. At Galli re cognita, præcone Romã misso Fabium accusauere, quòd contra fœdera fidémque, bellum non denunciatum ipsis intulisset. Ibi cum senatui Feciales persuasissent, ut Fabium Gallis ad supplicium dederent, ad plebem is confugit: eiúsque studio usus, iudicio sese eripuit. Paulò post Galli Romam adductis copijs, totam excepto Capitolio urbem uastauere: qua de re in uita Camil-
C li accuratiùs dictum est. Saliorum constituendorum hanc ei fuisse occa- *Saliorum* sionem dicunt oblatam. Regnante eo annum iam octauum, pestilens *institutum.* morbus grassatus Italiam afflixit, urbémque Romam. Eius rei causa mœrente populo, ferunt peltam æream è cœlo delapsam, in Numæ manus incidisse. de ea Numam mirabilem orationem habuisse, cuius quidem Egeriam & Musas autores perhibuerit: eam peltam in salutem urbis missam, oporteréque eam asseruari, undecim alijs confectis, quæ figura, magnitudine, formáque eius essent adsimiles, ut propter eam similitudinem furibus eam quæ cœlo delapsa fuisset inuestigandi facultas adimeretur. Præterea locum istum & prata, ubi secum Musæ frequenter conuenirent atque communicarent, Deabus istis, & fontem, quo locus is rigatur, Vestalibus consecrandum, ut quotidie inde haurientes, aspergerent ea purgarentque fanum. Confirmatam porrò hanc eius orationem subito luis fine. Cùm peltam artificibus proposuisset, ut de similitudine ef- *Ancilia fa-* fingenda certarent, reliquis diffidentibus, Veturius Mamurius traditur, *cta.* qui inter summos eo tempore artifices erat, ita eam expressisse, adeóque

omnes inter se peltas conformes fabricatum fuisse, ut ipse etiam Numa A discernere nequiuerit. Harum peltarum custodes & ministros ille Salios sacerdotes constituit. Salij nominantur, non (ut fabulantur nonnulli) à Salio quodam Samothrace aut Mantinensi, qui saltationem armatam docuerit: sed ab ipsa potiùs chorea, quæ saltibus constat, quam per urbem circumeuntes ducunt, cùm mense Martio sacras peltas gestant, puniceas tunicas induti, mitrasq́ latis æreis cincti, & galeas æreas ferentes, pugionibusq́ arma pulsantes. Reliqua tripudij pars pedum officio constabat: mouebantur enim eleganter, celeriter atque confertim orbes implicantes euoluentesq́, multumq́ in eo roboris & agilitatis ostendentes. Ipsas peltas ancilia appellant à figura: non enim ea est rotunda, neq́ instar parmæ circulum explet, sed excisæ sunt in modum lineæ uolutæ, cuius apices curuitatem habent, ac quâ peltę crassissimæ sunt, in se conuertuntur, formamq́ curuam seu uncinatam exprimunt: siue à cubito, quo gestantur, quem anconem Græci dicunt. Hæc enim Iuba adfert, cupiens uocabulum græcæ linguæ uendicare. Ac potest etiam nomen inde deductum uideri, quod desuper (id anecathen Gręci dicunt) delatum sit ancile: aut B à remedio morbi, quod est illis acesis: aut à squaloris (hoc est, ut ipsi loquuntur, auchmû) solutione: aut denique à mali istius cessatione, quam anschesin ijdem efferunt: unde & Castor Polluxq́ gemini, anaces sunt ab Atheniensibus cognominati. siquidem omnino nomen ancilium Græco sermoni sit adserendum. At Mamurio mercedis nomine datum aiunt, ut cum Salij inter Pyrrhicam saltationem cantarent. alij Veturium Mamurium eum, qui caneretur, fuisse tradunt: alij ueterem memoriam. Numa sacerdotijs ordinatis, regiam ædificauit prope templum Vestæ: ibi ut plurimum degebat sacra peragens, aut docens sacerdotes, aut unà cum illis rerum diuinarum considerationi uacans. Aliam quoque domum habuit iuxta collem Quirinalem, cuius hodie adhuc locus mõstratur. Cùm uerò sacrorum pompæ ducerentur, præcones per urbem præcedebant, uacare, & ab opere desistere iubentes. Nam quemadmodum ferunt Pythagoricos noluisse ut obiter quisquam in transitu Dijs supplicaret, sed ut domo priùs animis ad hoc præparatus adoratum ueniret: ita Numa censuit debere ciues nihil rerum sacrarum uel uidere, uel audire obiter & C neglectim, sed uacãtes ab omnib. alijs rebus, cultui Deûm, tanq́ maximo negocio, animũ intendere, & tempore sacrificiorũ, uias sonituum, strepituũ, gemituũ, aliorumq́ id genus, quæ duros & illiberales labores sequũtur, uacuas exhibere. Cuius rei etiamnũ uestigium quoddã Romani seruãtes, principe circa auguria aut sacrificia occupato, clamant, Hoc age: quę uox eos qui intersunt, ad rem quæ agitur attentos reddit. Præcepta quoque Numæ multa Pythagoricis fuere germana. Nam ut ille iussit, supra chœnicem non sedere, ignem gladio non eruere, peregrè abeuntes non retrospicere, Dijs superis impari numero sacrificare, inferis pari: quorum omnium sensum clam uulgo habuit. ita & Numæ quędam instituta, rationem habent arcanam. Cuius generis sunt, Dijs non libandũ ex uite non putata, neq́ litandũ sine farina, adorantē in orbem sese circũagere, & sedere peractis precib. debere. Horũ priora duo uidenť docere, aliquã pietatis partē in morib. cicurandis quasi, & ad mansuetudinē componendis positã esse. Conuersio autem illa inter precandum, fertur ea quidem motum uniuersi exprimere: sed uero propius est, quoniam Deûm templa ad solem orientem spectant, eum qui precatur, inde se in orbem circumuertere, dum ad Deum redeat, eóque uoti sui perfectionem indicare,

Regia Numæ.

Religioni seriò uacandum, non obiter.

Hoc age.

Numæ de religione symbola, Pythagoricis haud absimilia.

A iudicare. nisi potiùs quod Aegyptiorum orbes obscurè repræsentant, idem hoc Numæ institutum declarat: uidelicet nihil in rebus humanis stabile, ideoq; conueniens esse, ut quocunque modo uitam nostram Deus torqueat atq; reuoluat, boni consulamus. Quòd autem precibus absolutis sedere iussit, augurij uim habere dicunt, q bonorum uota certa sint & firma futura: præterea quietem actionum esse interstitium: ideo quasi priori actione perfecta, Dijs asidere eos, ut ab ijs alterius initium sumant. & ab his non discrepat, si dicamus, uoluisse Numam nos adsuefacere, ut non alijs occupationibus distenti obiter atque festinantes cum Dijs agamus, sed cum ocium sit nobis ad eam rem, ac tempus. Hac religionis disciplina adeò urbs mansueta est reddita, adeoq; uim Numæ obstupuit, ut fabularum similes eius sermones admitteret, nihilq; absurdum esse, aut fieri non posse iudicaret, quod ille uoluisset. Traditum est, inuitatum ab eo quodam tempore haud paruum ciuium numerum, appositaq; illis uasa uilia, & cœnam tenuem plebeiamq;: initio autem cœnæ ab ipso sermonem illatum, Deam cum qua rem haberet, ad se uenturam: con-
B festimq; ipsum effecisse, ut domus poculis preciosis & mensæ obsonijs omnis generis, apparatuq; lauto replerentur. Sed quod de eius cū Ioue congressu narratur, id longè omnium absurdissimum est. Auentinus collis, cùm nondū esset urbi additus, neq; habitaretur adhuc, fontes habuit largos, saltusq; umbrosos: cò duos genios frequenter commeasse fingunt Picum & Faunum, ex Satyrorum, ut uideri potest, aut Titanum genere, sed qui eadem quæ apud Græcos ij profitebantur, qui Dactyli Idæi sunt cognominati, nimirum ueneficiorum, & magicæ artis diuinationisq; peritiam tractantes, Italiam peragrarent. Hos à Numa captos esse, qui fontem ex quo bibere consueuissent, uino & melle infecerit: deprænsosq; cum in uarias formas transijssent, oculisq; terribilia spectra obiecissent, arctiùs tamen constrictos se cognoscerent, quàm ut effugere possent, cùm alia multa futura uaticinatos fuisse, tum fulminum expiationem docuisse, quæ nunc quoq; cepis, capillis, & mænidibus pisciculis conficitur. Hanc alij non ab ipsis genijs demonstratam, sed Iouem eorum incantationibus cœlo detractum, indignatumq; Numæ præcepisse, ut eam pera-
C geret capitibus: Numamq; subdidisse, ceparum. tum Iouem, hominum dixisse, & Numam subiunxisse, capillis: deniq; Ioue, animatis addente, Numam apposuisse, mænidibus. Hæc Numam ita ab Egeria instructum intulisse, Iouemq; propicium factum discessisse: loco nomen inde Ilicium fuisse impositum, & expiationem eo modo fieri consueuisse. Hæc ut sunt 19 fabulosa, & ridicula, ita ostendunt, quam de Dijs opinionem consuetudo eius ætatis hominibus indiderit. Ipsi quidem Numæ tantum in Dijs fiduciæ fuisse memorant, ut cum ei aliquando renunciaretur hostes ingruere, subridens dixerit: At ego rem sacram facio. Primus Numa, ut memoriæ proditum est, Fidei, Terminiq; fana cōdidit, Fideiq; iuramentum Romanis maximum proposuit, quo adhuc utuntur. Termino publicè, & priuatim ad agrorum limites immolant, nostro quidem tempore animata, tum uerò citra sanguinem: Numæ enim sapientia ita ferebat, ut terminorum Deus, custos pacis, iusticiæq; testis, purus cædis esset. Agrorum quoquē per terminos descriptio tota ad Numam referenda est. Romulus enim noluit mensura eius quòd suum esset, fateri quantum alijs abstulisset: nam intelligebat siquidem à limitum usu sibi caueret, facturum hoc ad suam potentiam firmandam: sin ijs uteretur, iniusticiam suam patefactum iri. 20

Fabula de Iouis cum Numa congressu.

Picus & Faunus.

Fulminum expiandorum ritus.

Fidei & Termini sacra.

Et ſanè initiò non erat magnus ager Romanus, ſed plurimum eius Ro- A
mulus bello parauit. Eum omnem Numa inter inopes diuiſit ciues, pau-
pertate, quæ ad maleficia adigeret, ſublata, populum ad agriculturam
conuertens, ut ſimul cum tellure is miteſceret. Nullum enim eſt ſtudi-
Agricultu- um, quod tam acrem, tamq́ celerem pacis amorem hominibus ingene-
ræ laus. ret, quàm uictus agricultura quærendus: in quo audacia militaris, quæ
in defendendis proprijs rebus requiritur, permanet atque adeſt: quæ
uerò ad inuadenda aliorum bona cupiditati licentiam præbet, exciditur.
Quamobrem agriculturam ciuibus ſuis Numa, tanq́ ijs poculum amo-
ris miſceret, commendandam ratus, quam artem magis bonorum mo-
rum, quàm diuitiarum effectricem probabat, agros in partes diſtribuit,
Pagi. quos pagos dixit: ſingulis inſpectores præfecit. ipſe quandoque inſpe-
ctum uenit, coniecturaque morum ex operibus ciuium facta, alijs hono-
res & fidem habuit, alios ſocordiæ cauſa increpatos caſtigauit. Inter re-
Diſtributio liqua eius ſtatuta, diſtributio multitudinis ſecundum artificia in ſumma
multitudi- eſt admiratione. Cùm enim urbs ex duabus gentibus (ueluti oſtenſum
nis ſecundū eſt) conſtare uideretur, re autem ipſa diſsideret, ac in unum coaleſcere B
artificia. nullo modo uellet, neque diuerſitatem & differentiam liceret abolere,
ſed eſſent perpetuæ inter partes offenſæ atque contentiones: cum animo
ſuo reputans, ea corpora quæ ſuapte natura difficulter alijs ob duriciem
miſceri poſſent, cōfracta in particulas, propter harum exiguitatē inter ſe
demum coire, atq́ commiſceri poſſe: ſtatuit uniuerſam multitudinem in
plures portiones partiri, atque ita primum illud & magnum diſcrimen in
minora tributum è medio tollere. Diuiſit autem ſecundum artificia, ut
ſuum peculiare corpus haberent tibicines, ſuum aurifices, architecti, tin-
ctores, ſutores, coriarij, fabri ærarij, figuli: reliquas artes omnes in unum
corpus redegit. Porrò unicuique generi ſuos peculiares conuentus, &
religiones præſcribens, tum primum ita ex urbe ſuſtulit eam diuerſita-
tem, qua alij Romani, alij Sabini, hi Romuli, illi Tatij ciues cenſebantur:
ſuáque diuiſione id conſecutus eſt, ut omnibus cum omnibus conueni-
ret, ac commercia intercederent. Laudatur etiam legis correctio ab eo
21 facta, qua patri ius filiorum uendendorum conceditur: ei enim exemit
maritos, qui patrum uoluntate & iuſſu uxores duxiſſent: indignum ra-
tus mulierem quæ libero nupſiſſet cogi ut cum ſeruo uiueret. Cœleſti- C
um quoque motuum rationem Numa, ut non exactè tractauit, ita non
Menſium ineruditè tamen attigit. Sub Romulo menſium nulla ratio conſtabat, nul
correctio. lus ordo: ſed alij minoribus quàm uiginti, alij trigintaquinq́, alij plurib.
adhuc diebus cenſebantur: neq́ uarietatem curſuum ſolis & lunæ intelli-
gebant, ſed obſeruabant id ſolum, ut annus trecentis & ſexaginta diebus
conficeretur. Numa ſupputans undecim diebus annum lunarē à ſolari
differre, quòd ille diebus CCCLIIII hic CCCLXV conſtaret: dupli-
cauit illos dies undecim, ac alternis annis poſt Februarium inſeruit men
22 ſem intercalarem, qui Romanis Mercidinus dicitur, habetq́ dies XXII.
Sed futurum erat, ut hæc inæqualitatis correctio maiora alia remedia
Ordo men- requireret. Ordinem etiam menſium immutauit, Martio qui antè pri-
ſium. mus fuerat, tertium tribuens locum, Ianuario primum, Februario ſe-
cundum: quorum hic ultimus, ille undecimus Romuli temporibus
fuerat. Multi Ianuarium ac Februarium additos reliquis à Numa dicunt:
Anni uario Romanos enim initiò decem tantùm menſibus annum compoſuiſſe, ut
rū populo- quidam barbari tribus, Arcades quatuor, Acarnanes ſex, Aegyptij uni-
rum.

eo, ac

A eo, ac deinde quatuor, ut traditur: unde fit, ut hi quanquam terram nouissimam incolant, uetustissimi tamen putentur esse, ingentem annorum multitudinem in recensione generis afferentes: quippe qui menses in annorum numero ponant. Romanos porrò non duodecim, sed decem principiò menses anni unius constituisse, nomen postremi mensis declarat, qui in hunc usque diem December nominatur: itémque Martium primum fuisse in ordine, ex eo liquet, quòd quintum ab eo, Quintilem, sextum Sextilem, & sic porrò dixerunt. nam Ianuario & Februario ante Martium positis, usu ueniebat, ut Quintilem eum dicerent, qui septimus numeraretur. Alioquin etiã rationi est consentaneũ,
Martium mensem à Romulo primum nominatum fuisse, quippe Marti *Martius.*
consecratum: secundum Aprilem, qui nomen à Venere (quam Aphroditen Græci dicunt) traheret: sacra enim Deæ hoc mense fiunt, & Kalendis huius mensis mulieres myrto coronatæ lauantur. Alij non à Venere id nominis sumptum affirmant, sed ab eo, quod ipsum uocabulum significat: scilicet quòd uere augescente germina plantarum aperiat. *Aprilis.* *Maius.* *Iunius.*
B De sequentibus mensibus Maium à Maia nominauere, Mercurio enim sacer est: Iunium, à Iunone. Sunt qui hos duos ab ætatibus uocabula inuenisse putant, maiorum uidelicet, & iuniorum. Reliqui ab ordine nuncupantur Quintilis, Sextilis, September, October, Nouember, December. Postmodò Quintilis à Iulio Cæsare, qui Pompeium euertit, Iulius: Sextilis à secundo Imperatore Augusto, Augustus appellatus fuit. Septembrem & Octobrem Domitianus suis cognomentis insigniuit: sed non diu ita uocati sunt, statímque post cædem eius pristina nomina recuperarunt. Soli postremi duo semper suas appellationes obtinuerunt. Mensium à Numa siue additorum siue transpositorũ alter, Februarius quasi lustralis quidam dictus est: expiationem enim ferè februa significant, & tunc mortuis parentant, & Lupercalia perpetrant, purgationis sacrificio quàm simillima. At Ianuarius, primus mensis, à Iano nomen habet. Videtúrque mihi Numa Martium, quod à Marte diceretur, primo loco mouisse, ut ostenderet omnibus in rebus ciuilem uirtutem bellica potiorem esse. Nam Ianus inter antiquissimos siue Deos, siue reges unus fuisse perhibetur, ciuilis societatis, & cœtus hominum studiosus, qui uitæ rationem de belluina & fera, humanam redegerit. Ideo eum bifrontem fingunt, ut qui uitæ aliam quàm antè fuerit, formam induxerit. Templũ habet Romæ duabus ianuis clausum, quę belli portæ dicuntur. statutum est, ut quando bellum geritur, aperiatur id templum, pace reddita claudatur. Hoc autem difficile fuit, & rarò contigit: propterea quòd Romanum imperium nunquam non aliquo bello occupatum est, cùm propter amplitudinẽ suam à circumfusis in orbem barbaris identidẽ infestetur. Clausum est tamẽ sub Augusto Cæsare, cùm is Antonium debellasset: & prius etiam M. Atilio, T. Manlio Coss. mox tamen iterum exarsit bellum, propter quod apertum fuit. Cæterùm quandiu Numa regnauit, nullã omnino diẽ apertum est, totis quadraginta trib. annis continenter clausum: adeò is omnes ubique belli occasiones extirpauit. Neque enim Romanus tantùm populus iustitia & tranquillitate regis mansuefactus & placatus fuit: sed & ad circumiacentes urbes initium mutationis, tanquam ab aura quadam, uel spiritu salubri inde dilatum, peruenit: incessítque eorum animis desiderium legum & pacis, agriculturæque, & liberos in ocio educandi,

Margin notes: 23 · *Reliqui.* · *Februarius.* · 24 · *Ianuarius.* · *Ianus.* · C · *Belli portæ.* · 25 · *Quies sub Numa.*

Deosq́ colendi. Agebantur per uniuersam Italiam festi dies, tutóque A inuicem conuenientiũ hospitia & conuiuia: è sapientia Numæ tanquam fonte aliquo emanante in omnes studio rerum honestarum ac iusticiæ, tranquillitateq́ Romana inde ad omnes serpente. Itaque & poetarum nimiæ illæ alioquin, & ueritatem superantes amplificationes tum nimis parcæ uidebantur:

In ferreis hic compedibus ferox
Mauors tenetur: nunc & aranea
Secura comos hic mani
Implicat, & fera pila filo:
Rubigoq́; enses exedit hic scabros:
Terrent acuto nec litui sono:
Non iam tubæ dulcem canoræ
Excutiunt oculis soporem.

Neque enim narratur bellum ullum, aut seditio, aut nouandarum rerum studium in republica extitisse Numa regnante: neque aduersus ipsum inimicicia, aut inuidia, aut propter cupiditatem regni insidiæ con- B spiratióue oborta est: sed siue metus Deorum, quos uiri eius curam gerere opinarentur, siue reuerentia uirtutis, siue fortuna, uitam sub eo integram scelerum, purámque à malicia seruauit. In quibus omnibus euidens fuit exemplum, argumentúmque Platonici illius dicti, quod ille haud paruo pòst tempore ausus fuit de republica pronunciare: Hae nimirum unica ratione homines à malis liberari soluique posse, si diuino quodam fato in eodem homine animus philosophicus atque potentia

Felicitas reip. secundum Platonem.

26 regia concurrant, eáque uirtutem improbitate superiorem reddant. nam profectò & ipsum ea uirtute præditum regem, beatum fore: & omnes qui sermones ex eius ore exeuntes audiant. ac spem esse, non fore opus ui, aut minis ad regendam multitudinem: sed ipsos cùm in illustri atque splendido exemplari principis uirtutem propositam conspiciant, ultrò modestiæ operam daturos, ac se comparaturos ad id uitæ genus, in quo cum mutua amicicia & concordia iustè & moderatè, inculpati atque beati uiuere possint. quo in genere uitæ finis pulcerrimus totius reipublicæ constitutus est, isq́ uerè præ omnibus alijs regiæ naturæ homo, qui subditos eò perducere suos potest. Hæc quidem Nu- C. ma omnium maximè perspecta habuisse uidetur. Porrò autem de liberis eius, atque coniugijs, inter scriptores sunt controuersiæ. Quidam neque aliam post Tatiam ab eo uxorem ductam, neque præter filiam Pompiliam alios ei fuisse liberos affirmant. Alij præter hanc, quatuor ei filios adscribunt, Pomponem, Pinum, Calpum, ac Mamercum, ab ijsq́ singulis illustres familias propagatas fuisse tradunt: à Pompone Pompo-

De coniugibus & liberis Numæ.

27 niam, à Pino Pinariam, à Calpo Calpurniam, à Mamerco Mamerciam, cui quidem propter hanc ipsam causam Regum cognomen fuerit. Tertia opinio est eorum, qui repræhendentes hos, quod in gratiam earum gentium, earum originem falsò ad stirpem Numæ referant, ipsi Pompiliam non Tatia natam, sed Lucretia asserunt, quam rex iam factus Numa duxerit. Hoc apud omnes in confesso est, Pompiliam Marcio nupsisse. Is fuit filius Marcij eius, qui ad regnum suscipiendum Numam instigauit, cum eóque Romam commigrauit, & honoris causa in senatum adscitus, Numa mortuo, cum Hostilio de regno contendit, uictúsque uoluntaria morte obijt. Eius filius in matrimonio habuit Pompiliam, ex

eaq́

A eaq; genuit Ancum Marciũ, qui Tullo Hostilio in regno successit. Hunc
(ita enim traditur) quinquennem reliquit Numa moriens. Concessit
autem fato non repentè, sed paulatim senio & morbo non acri absum-
ptus, ut Piso narrat: uixit non diu ultra octogesimum ætatis annum.
Quanta fuerit in admiratione, ex sepultura eius patuit: ad eam populi
fœdere amicitiaq; Romanis iuncti cum donis publicè missis & coronis
conuenerunt: lectum patricij tulerunt, sacerdotes adfuere, eumq; secuti
sunt, itémque reliqua multitudo, mulieribus & liberis admixtis: neque
intererant, quasi regem senem si humarent, sed unusquilibet quasi suo-
rum charissimorum aliquem florente ætate mortuum terræ mandaret, *Sepultura.*
cum eiulatu & fletu funus ducebant. Corpus crematum non est, quòd
ipse (ut fertur) prohibuerit. duas autem lapideas arcas confecere, & sub
Ianiculo posuerunt: in quarum altera corpus eius condebatur, in altera
libri sacrorum. ipse enim eos (quemadmodum Græcorum legislatores
tabulas eas, quas Cyrbes uocant) composuerat, ac cùm uiuus adhuc
sacerdotes ea quæ in ijs scripserat docuisset, intelligentiámque & usum
B eorum tradidisset, secum sepeliri iusserat, existimans non rectè arcana
inanimatis literis committi. Eodem consilio adductos Pythagoricos *Pythagorei*
traditur nihil scriptis mandasse, sed suam doctrinam memoria & institu- *cur nihil*
tione ijs quos dignos iudicarent, absque literarum officio, tradidisse: *scripserint.*
doctrina & tractatione Geometrica obscura illa & arcana cuidam indi-
gno communicata, dixisse eos, portendi diuinitus scelus hoc & impie-
tatem magno & nouo aliquo malo uindicatum iri. ut huiusmodi inter
Pythagoram Numamq; similitudines, magnopere uideantur facere ad
eos excusandos, qui hos uiros congressos inter se fuisse adseuerant. Va-
lerius Antiás autor est, duodecim libros de cæremonijs, totidémque a-
lios Græco sermone de philosophia conscriptos, cum Numa terræ man-
datos fuisse: quadringentis autem ab eo tempore elapsis annis, P. Cor- 28
nelio, & M. Bæbio Coss. uehementibus imbribus effusis, tumulóque
eorum impetu aperto, arcas illas ui inundationis eiectas: deturbatisque
operculis alteram penitus uacuam, nullámque in ea particulam, nullas
reliquias corporis repertas: in altera libros inuentos, lectósque à Peti-
lio, tum præturã gerente. Eum rem statim ad senatum detulisse, quòd ne-
C fas putaret ea quæ ijs in libris continebantur, multitudini innotescere:
ita factum ut libri in Comitium allati, ac combusti sint. Equidem om-
nes iustos bonósque uiros maior post mortem sequitur laus, inui-
dia non multum post illos temporis superuiuente, nonnunquam eti-
am ante exitum eorum moriente. sed Numæ gloriam præterea quoque
regum succedentium fortuna illustriorem reddidit. Quinq; enim eum *Regum sub*
secuti sunt reges, quorum postremus regno eiectus in exilio consenuit: *secutorum*
reliquorum quatuor nullus mortem secundum naturæ leges obijt. Nam *exitus.*
tres per insidias sunt iugulati: Tullus Hostilius, qui Numæ regnum ex-
cepit, cùm pleraque eius instituta, præsertim uerò quæ ad religionem
facerent, risu & contemptu prosequeretur, quòd inde homines igna-
uos reddi, effeminarique putaret, ad bellum ciues suos conuertit. neque
tamen ipse in suo audaci instituto perrexit: sed morbo graui ac mul-
tiplici ad mutandam sententiam compulsus, superstitioni sese dedidit
à Numæ religione prorsus alienæ: confirmauitque eo magis istam de 29
se opinionem, siquidem traditur fulmine percussus conflagrasse.

LYCVRGI ET NVMAE COMPARATIO. A

Proinde quoniã Lycurgi & Numæ uitas exposuimus, difficultate rei nos absterreri non conuenit, quo minus quid inter illos fuerit discriminis, colligamus: nam quæ inter se cõmunia habuerint, ex ipsis eorum actionibus apparent, ut est moderatio, ut pietas, ut prudentia ciuilis, ut disciplinæ instituendæ peritia, & quòd uterque suarum legum condendarum principium à Deo sumpserit. Quibus uerò alter alteri antecelluit, ex eorum numero est primum, quòd alter regnũ accepit, alter dimisit: alter non petitum iniuit: alter cùm haberet in sua potestate tradidit: alterum dominum sibi alij, priuatum atque peregrinum quantumuis, delegerunt, alter ex rege seipsum priuatum fecit. Pulcrum quidem est, iusticia regnum adipisci: pulcrum etiam, regno iusticiam anteponere. nam uirtus alterum ita illustrem reddidit, ut regno dignus iudicaretur, alterum ita magnum, ut id contemneret. Deinde quasi lyram musicus oblatam alter, laxatam nimisque lasciuientem intendit Spartam: alter nimis intensam Romam remisit. Qua tamen in re maiorem Lycurgus difficultatem expertus est. Non enim ciuibus ut thoraces exuerent, gladiósque deponerent, suasit: sed ut aurum argentúmque, uestem stragulam mensasq; preciosas è domibus eijcerent: neque bello omisso dies festos agere eos, ac sacrificare iussit, sed conuiuijs potationibúsque relictis, in bello & palæstra elaborare & se exercere. Itaque Numa beneuolentia & autoritate in persuadendo adiutus omnia confecit: Lycurgus periculis uulneribúsque conflictatus ægrè propositum tenuit. Quocirca mansueta fuit, benignáque Numæ musica, qui ciues emollitos à nimia ferocia ad pacem & iusticiam traduxit. Iam si in seruos admissum facinus etiam Lycurgo est imputandum, crudelissimum quidem illud, & iniustissimum, utique Numam in legibus ferendis longè Græcorum ingenijs similiorem fuisse quàm Lycurgum fatebimur: cùm etiam ijs, qui manifestò erant serui, introducta consuetudine, ut Saturnalibus cum dominis epularentur, honoris qui libertati adest aliquem gustum præbuit. Hoc enim etiam ex Numæ institutis fuisse tradunt, qui ad annuas fruges perfruendas operarios aliquando adhibere uoluerit. Quidam hoc monumentum pristinæ illius, quæ sub Saturno fuerit, æqualitatis relictum ferunt, ubi nemo seruus, nemo liber, sed omnes eiusdem generis dignitatísque habiti sint. Omnino autem apparet hoc utrique curæ fuisse, ut populum suis contentum esse, temperantérque uiuere adsuefacerent. De reliquis uirtutibus Lycurgus fortitudinem, Numa iusticiam prætulit. Nisi ita sit statuendum, propter diuersam ciuitatum, quas sibi propositas habebant, naturam & consuetudinem, diuersa ipsos ratione opus habuisse. nam neque Numa timiditate adductus bella sustulit, sed tollendæ iniusticiæ causa: neque Lycurgus iniuriarum inferendarum, sed propulsandarum causa, bellicosos suos effecit. & uterque ut excessum eorum, quæ apud suos in usu erant, adimeret, defectúmque expleret, magnis mutationibus uti coacti sunt. Iam quod ad diuisionem multitudinis, ordinationémque attinet, nimis plebi grata Numæ fuit, atque popularis, qui ex aurifabris, tibicinibus, & sutoribus confusum admodum uariúmque populum composuit. Lycurgi austera fuit ratio, & grata optimatibus: qui sordidis artificijs secretis, famulorumq; & aduenarum manu relegata, ad scutum & hastam ciues

Lycurgi difficultates. B

Saturnalia. C

Diuisio populi.

A ues conduxit, eósque bellatores, & Martis ministros effecit, nihil aliud scientes, neque meditantes, quàm ut obedirent magistratibus, & hostes uincerent. Nam & quæstum pecuniarium facere liberis non permisit, ut omnino essent liberi: eam uerò rem seruis & bello captis mandauit, quemadmodum & cœnæ ciborúmque administrationem. Numa hæc non discreuit, sed sublata militari modò cupiditate, reliquo pecuniæ conficiendæ studio non interdixit, neque tantam æqualitatem parauit: sed & ad summas diuitias peruenire suos passus est, & magnam pauperiem in urbe insinuantem ac serpentem neglexit. Atqui expedit statim ab initio nullam magnam inæqualitatem admittere, sed uitæ rationibus omnium ad æqualitatem similitudinémque adductis, auariciæ, & ijs quæ ab eo uitio proficiscuntur malis, occurrere, atque præuertere: non leuibus illis, sed quæ omnibus quæ unquam euenerunt maximis incommodis semen & originem præbuerint. Agrorum diuisio neque facta Lycurgo, neque omissa Numæ uitio dari potest: alteri enim ipsa æqualitas fundamentum sui consilij exequendi dedit: al- *Aequalitas.* *Agrorũ diuisio.*
B teri, cùm recens essent agri diuisi, eáque distributio adhuc extaret, nihil erat necesse nouam moliri. Societas coniugiorum, & liberorum educationis, rectè & prudenter ita ab utroque est constituta, uti omnem coniugum sinistram mutuò suspicionem amputaret: non omnino tamen in eundem finem recidit. Nam apud Romanos maritus si liberorum satis sustulisset, persuasus ab alio prolem desiderante uxorem suam ei concedendi, inque matrimonium elocandi ius habebat. At Spartanus huic qui à se petijsset, usum propriæ uxoris ad suscipiendos liberos permittebat, manente ea secum domi suæ, ac coniugij iure pristino nihil labefactato: multi etiam (ut diximus) eos, quorum ex concubitu suas uxores formosam & bonam sobolem sperabant concepturas exoratos ad eas introducebant. Itaque ni fallor, rectè hanc differentiam harum consuetudinum censebimus, Lycurgi institutum afferre uehementem, atque immodicam omnis coniugalis erga uxorem affectionis priuationem: quæ multos aliàs perturbat animos uritque, ut in dolore & sinistris de fide coniugum suspicionibus uitam exigant. contrà in *Coniugiorũ comunitas.*
C Numæ lege locum esse uerecundæ & ab omni fastu remotæ humanitati, quæ pudoris uelandi causa desponsionem secum ducat, testetúrque societatem aliâs eam esse intolerabilem. Præterea in uirginum custodia euidentiùs etiam perspicitur, eam à Numa ad fœminei sexus naturam, decorumque esse applicatam. At Lycurgi nimium proterua, & muliebris uerecundiæ expers, poetis quoque uirgines Spartanas traducendi causam exhibuit: quas Ibycus phænomeridas, id est exertis femoribus ambulantes, alij insano cupidine uirorum elatas appellant, ut Euripides: cuius & hæc sunt: *Virginum disciplina.*

Inter adolescentes agunt extra domum
Lacerna aperta, nudatiq; femoribus.

Reuera enim tunicarum quas uirgines ferebant laciniæ in lateribus positæ, inferiori parte non erant consutæ, sed inter eundum apertæ, unà totum femur nudabant. quod his uersibus apertissimè extulit Sophocles:

Iuuenculæ Hermionæ tunica malè futilis
Foràs uidendum turpiter præbet femur.

Ideo illæ & ferociores, & aduersum ipsos quoque uiros uiriles extitisse dicũtur,

tur, quòd domi totum imperium obtinerent, & in publicis negocijs eti- A
Vxorum disciplina. am sententiam dicere, summaq; libertate uti ipsis liceret. At Numa uxoribus eo honore & dignitate, quam à uiris Romuli permissu habebant, propter raptum eis blandiente, integro relicto, uerecundiam magnam imposuit, curiositate interdixit, sobrietatem & silentium praecepit: ita quidem ut uino abstinerent prorsus, uerba aũt ne de necessarijs quidem rebus absente marito facerent. Memoraturq; quadam aliquando muliere pro se ipsa in foro dicente, missos fuisse à senatu, qui Deos cõsulerent, quid nam ea res urbi portenderet. Magno argumento earum obedientiae & modestiae est, quae exempla earum, quae secus fecissent, memoriae sunt prodita. Vt enim Graecorum historici recensent eos qui primi caedem intestinam perpetrauerint, aut fratres bello petierint, patrem matremue necauerint: sic Romani cõmemorant, primum Sp. Caruilium cum uxore diuortium fecisse, anno V. C. ducentesimo ac trigesimo: primamq; Pinarij uxorem Thalaeam nomine, altercatam cum socru sua Gegania, regnante Tarquinio Superbo. adeò pulcrè & decorè omnia coniugij iura erant à legislatore posita. In reliqua uirginum educatione, earumq; in matrimonium elocatione, constat Lycurgi maturas ac propter aetatem Veneris iam appe- B
tentes, nuptum dantis consilium fuisse, ut coitus natura iam postulante fieret, ac gratiae & amoris initium esset, non odij & timoris, (quod futurũ putabat, si aetate nondum ferente cogerentur nubere) utq; corpora earũ ad ferendum & edendũ partum satis roboris haberent. quippe coniugij nullum alium, quàm liberorum procreationem, finem putabat. Romani contrà duodecim annos, aut minus etiam natas, coniugio copulant, ita potissimùm & corpus intactũ, & mores castos incorruptosq; se sponso tradituros iudicantes. Et est in promptu, Lycurgũ liberorũ generãdorum causa ad naturã, hos propter consuetudinẽ uitae iucundiorẽ, ad morũ rationem
Puerorum disciplina. magis respexisse. Caeterùm in his quae ad pueros regendos, ad eorũ cõtubernia, cõuictum, exercitationum cõmunitatem, eorumq; iocos ludosq; animaduertẽdos corrigendosq; spectant, si Lycurgo conferatur Numa, euidens erit hunc nihil uulgari quocunq; legumlatore maius praestitisse: nimirum qui patribus pro sua uolũtate aut commodo filios educare permisit, siue eos uellent rusticos, siue nauium, siue aerarios fabros, siue tibici- C
nes facere. quasi uerò non ad unum finem ab initio statim omnium mores sint formandi dirigendiq;: sed perinde agendum, ac si multi homines in unam nauim, sua unusquiuis necessitate aut consilio, cõuenientes, tantùm periculo imminente sui quilibet timoris causa de communi salute rationes ineant, alioquin suas singuli res agentes. Quanquam plerique legumlatores eo minus sunt accusandi, quòd uel scientia, uel uires eos destituerunt: uiro autem sapienti, & qui regnum populi recens collecti, nihilq; quicquam reluctantis accepisset, in quàmnam aliam rem, primùm erat studium suum conferendum, quàm in puerorum educationem, adolescentumq; exercitationes? ne mores diuersos ij turbulentosq; addiscerent, sed à principio confestim ad communem quandam uirtutis speciem, qua inter se conuenirent, effingerentur, conformarenturq;. Quod sane
Lycurgi legum stabilitas unde. ipsum Lycurgo cùm ad alia conduxit, tum uerò, ut leges eius permanerent: nam iuramenti metus parum ualuisset, nisi disciplina atq; educatione hoc consecutus fuisset, ut mores puerorum legibus illis quasi imbuerentur, inq; studio ij institutae à se reipubl. enutrirentur. Itaque praecipuae ac potissimae eius constitutiones ultra annum quingentesimum durauerunt, tanquàm constanti & ad diluendum haud facili tinctura infectis ciuium

A uium animis. Contrà quod Numa in republica ordinanda spectauerat, ut in pace & amicicia esset Roma, id statim cũ eo intercidit: templumq; Iani quod ipse clausum tenuerat, in eoq; uidebat bellũ cicurare, eius utrumq; ostium apertũ statim, cædibusq; & sanguine repleta Italia fuit. Itane paululum quidem temporis pulcherrima ea atq; iustissima reipublicæ forma perdurauit, quippe disciplina, quæ copula est huius rei, carens. Quid ergo (inquiet aliquis) an non bellis Romana res profecit? quæ quidem quæstio prolixam solutionem requiret, si apud eos homines agitetur, qui magis in diuitijs, luxu, & principatu, quàm in salute, tranquillitate, uitaq; suis rebus contenta & iusta bonum collocatũ esse iudicant. At tamen hoc ipsum quoq; pro Lycurgo facere uidetur, quòd Romani Numæ institutis mutatis tãta incrementa fecerunt: Lacedæmonij autem simul atq; à Lycurgi sanctionibus desciuerunt, ex maximis abiectissimi facti sunt, amissoq; Græcorum imperio etiam in perdendæ patriæ periculum uenerunt. In Numa id magnum diuinumq; est, quòd peregrinus euocatus ad regnum est, omniaq; persuadendo mutauit, urbemq; in sua potestate habuit eam, cuius nondum inter se unanimes erãt facti ciues: quos nihil ipse armis indigens, aut ui (quemadmodum Lycurgus optimates in auxilium contra populum adduxit) sapientia modò iusticiaq; in unum corpus redegit atque composuit. *Romana res ut aucta* B

PLVTARCHI SOLON,

[redacted] AVgustano interprete.

D IDYMVS Grammaticus in libro de tabulis legũ Solonis (qui Axones dicuntur) quo Asclepiadi Philoclis F. respondit, Solonis patrem Euphorionem appellat, contra omnium aliorum sententiam qui Solonis mentionem fecerint. Vno enim ore ij omnes patrẽ eius Execestidã dicunt, qui inter ciues suos opibus & potentia medium locũ tenuerit, familia uerò inter præcipuas natus fuerit, à Codro genus deducẽs. Matrẽ Solonis cõ- *Pater Solonis.*

C sobrinã fuisse matris Pisistrati Heraclides Ponticus tradit: & inter Solonẽ ac Pisistratũ magnã fuisse amiciciã initiò, partim propter propinquitatẽ, partim propter ingenium & formam. Quin & à solone hunc adamatum nonnulli affirmant: unde factũ uidetur, ut cùm postea temporis de repub. dissentirent, nihil ob eam inimiciciam durius aut inhumanius alter in alterum statuerit, sed in animis eorum adhuc ius beneuolentiæ remanserit, seruaueritq; adhuc ueluti flammam uehementis ignis gliscentem, pristini amoris recordationem atque gratiam. Sanè aduersus formosos parum obfirmato animo Solonem, neq; fortiter fuisse amori reluctatum, cùm ex eius carminibus est intelligere, tum ex lege, quam posuitne quis seruus citra lotionem unguentis uteretur, néue pueros amaret: scilicet hæc in honestorum studiorum numero reponens, dignósque ad eam quodammodo prouocans, à quibus indignos repelleret. Pisistratum quoque Charmi amatorem fuisse tradunt, simulacrumq; Amoris in Academia dedicasse, ubi hi, qui cum sacra face decurrunt, ignem accendunt. Solon, cùm pater ipsius (ut Hermippus narrat) alijs gratificando ac benefaciendo rem familiarem imminuisset, etsi non deerant qui eum suis fortunis subleuare uel- *Amicicia cũ Pisistrato.* *Solonis amores.*

g lent,

Solon mercator.

lent, quia tamen puderet ipsum ab alijs accipere, natum ea familia, quæ alijs opitulari consueuisset, iuuenis admodum mercaturæ se dedit: tamen alij eum non lucri, sed multarum rerum experiendarum cognoscendarúmque causa peregrinationem suscepisse ferunt. Erat enim omnino Philosophiæ studiosus: ut qui etiam ætate prouectus dixerit, se A

Discentem aßiduè multa, senem fieri.

Iudicium eius de diuitijs.

Diuitias autem non magni fecit, ut ex his eius uersibus liquet:

Non magis argenti cui magna est copia, & auri,
Frugiferiq; metit iugera multa soli;
3 *Cuius equi & multi stant ad præsepia muli,*
Si uerum liceat dicere, diues erit:
Quàm cui contigerit solum istud munere diuûm,
Vt uentri, lateri, sit pedibusq; bene,
Coniuge cum, natisq;, & cui matura senectus
Discrimen uitæ uile prioris habet.

Idemq; alio loco:

Vt mihi sit, cupio, sed parta pecunia iustè: B
Nam cuiuis ultrix stat sua pœna malo.

Mercatura quale studium.

Nihil uerò obstat, quo minus bonus quilibet atque ciuilis uir neque nimias diuitias expetat, & rerum necessariarum atq; ad tolerandam uitam sufficientium curam non spernat. Sed præterea eo tempore labor (quod & apud Hesiodum est) uitio nemini dabatur, neque artes erant ignominię. At mercatura etiam gloriosa erat, cuius opera tum barbaris consuetudo, amicitiæ cum regibus coniungerentur, peritia multarum rerum pararetur: ac nonnulli mercatores ciuitatum magnarum conditores extiterunt, ut Massalias Massilię autor, à Gallis apud Rhodanum habitantibus
4 in honore habitus. Thaletem quoq;, & mathematicum Hippocratem mercaturam exercuisse aiunt, & Platoni pro uiatico fuisse olei in Aegypto uenditionem. Enimuerò lauticias in uictu, & molliciem, quodq; in carminibus suis licentiùs de uoluptatibus quàm philosophiæ conuenientiùs disseruerit, id ex mercatoria uita ei inoleuisse uitij putant: quæ cum multa & grauia subeat pericula, delectationes uicissim quasdam & uoluptates requirit. Quòd se in pauperum potiùs quàm diuitum numero ipse collocauerit, hæc eius uerba indicent. C

Solon uoluptatibus nimium tribuit.

Paupertas cum uirtute diuitijs præstat.

Multi quippe boni cùm paupertate premantur,
Crebrius est quicquam uix locuplete malo.
At nos uirtutem nunquam mutabimus horum
Diuitijs, neque sic pœnitet esse probos.
Virtutis semper stabilis poßeßio perstat:
Incertæ uaria sorte feruntur opes.

Poëseos usus.

Poësi uidetur initiò ad nullam rem seriam, sed animi tantùm, fallendiq; temporis causa usus fuisse: pòst aũt carminibus sententias inseruit philosophicas, implicauitq; præcepta ciuilis sapientiæ, non ut eam memoriæ traderet, sed ut actionum rationes ita redderet: ac nonnullis in locis Athenienses adhortabatur, monebat, increpabat. Sunt qui scribant, intendisse eum etiam leges suas uersibus edere, memorantq; hoc eius operis principium:

Principiò te rex Saturno nate precamur;
Fortunamq; bonam, formamq; his legibus adde.

Ex omnibus partib. philosophiæ moralis, eã maximè amplexus fuit, quę est de

A est de ciuitate instituenda: quod ei cum maiori parte sapientum erat com-
mune. In ea uerò quæ est de cognitione naturæ rudis admodum fuit, & *Physica rudis.*
simplex. quod hi uersus demonstrant:

Vis niuis ex nebula, nec non & grandinis extat,
Et tonitru à nitidi fulguris igne uenit.
At pelagus uenti perturbant: quod nisi quisquam
Commoueat, nihil hoc iustius orbis habet.

Atq; omnino uerisimile est, solam tunc Thaletis philosophiam ultra usum *Thales.*
sese ad contemplandū extulisse: reliquos sapientis nomen à ciuili uirtute
inuenisse. Porrò famosos illos sapiētes Delphis cōuenisse perhibent, rur-
susq; Corinthi, à Periandro ad conuiuiū coactos. Auxit eorū dignitatē, *Septē sapiē tum tripos.*
famamq; tripodis inter eos in orbē circuitus, beneuolè & studiosè uno al-
teri eū cōcedētē. Ferūt enim Cois nassam iaciētibus, eā capturā à Milesijs
hospitibus, cùm adhuc incerta eius esset fortuna, emptam fuisse: extra-
ctumq; reti tripodem aureum, quem eò Helena cùm à Troia nauigaret,
uetusto oraculo quodam admonita, deiecerit. Ibi principiò altercatos cū
B piscatoribus Milesios: post ciuitates eam controuersiam suam fecisse, de-
uentumq; ad bellum: tum utrisque Pythiam oraculo præcepisse, uti ho-
minum sapientissimo eum tripodem darent. Ita eum primò Miletum Tha
leti missum, ultrò donantibus uni uiro Cois eum, cuius causa cum uniuer-
sis bello contendissent. Thalete Bianti sapientiæ palmam deferente, ad
hunc peruenisse tripodem. Ab hoc ad alium, tanquam sapientiorem, in-
déque ab eo rursus alij transmissum, atque ita denuò ad Thaletem redijsse:
denique Mileto Thebas transportatum, atque Apollini Ismenio conse-
cratum fuisse. Theophrastus missum primò Bianti Prienam, ab hoc Mi-
letum Thaleti, inde per ordinem ad omnes, ac postremò ad Biantem rela-
tum, itáque ad extremum Delphos missum. Hęc à multis autoribus uulga
ta sunt: nisi quòd id donum quidam non tripodem fuisse, sed alij pateram
à Crœso missam, alij poculum à Bathycle relictum dicunt. Priuatim uerò
de Anacharsidis, itémque de Thaletis cum Solone congressu hæc tradun
tur. Anacharsim cùm Athenis ad Solonis domum uenisset, ianuam pul- *Anacharsidis cum Solone cōgressus.*
sasse, indicasséque, hospitem se adesse, cupere que cum ipso amiciciam &
C ius hospitij coniungere: Solonem uerò respondisse, domi potiùs amici-
cias parandas esse. tum illum subiecisse, Ergo tu, qui domi tuæ es, me ami-
cum tuum fac, & hospitem. Ita Solonem acumen ingenij in Anacharsi-
de miratum, comiter hominem accepisse, aliquandiúque secum detinuis-
se, cùm iam ipse rempublicam legésque componeret. Anacharsidem cùm
è Solone quam is rem ageret intellexisset, risisse hominis institutum, qui
se ciues suos ab iniusticia & cupiditatibus reuocare posse putaret scriptis *Leges araneæ telæ similes.*
legibus, quæ nihil ab aranearum telis differrent: sed perinde atque illæ te-
nerent, si quos infirmos & tenues cepissent, à potentibus autem perrum-
perentur. Ei ita à Solone responsum: Sicut pactis stent homines eo quòd
neutris horum, inter quos ea conuenissent, expediret ea uiolare: sic se le-
ges suas ciuibus ita concinnaturum, ut omnes iusticiam iniusticia utiliorē
perspiciant. Et tamen magis Anacharsidis opinioni, quàm Solonis spei
exitus respondit. Id quoque miratum ferunt Anacharsidem, cùm fortè
concioni interfuisset, quòd apud Græcos sapientium esset dicere, indo-
ctorum iudicare. Porrò cùm ad Thaletem Solon uenisset Miletum, mi- *Thaletis cū Solone disputatio.*
rum sibi uideri ostendit, quòd is uir omnino couiugij, procreationisq;
liberùm nullam rationem habuisset. Thales tum quidem tacuit: inter-
iectis paucis diebus peregrinum subornauit, qui se proximis decem

diebus ueniſſe Athenis ſimularet: ac ſimul quæ loqui eum uſus eſſet do- A
cuit. Is percontanti Soloni, ecquid nouæ rei Athenis eueniſſet, nihil aliud
reſpondit, quàm funus fuiſſe eo tempore adoleſcentis alicuius ductum
à ciuitate: eum enim adoleſcentem filium fuiſſe uiri illuſtris, ac uirtute in-
ter ciues primi, qui diu iam peregrè abeſſe diceretur. Quàm miſer, inquit
Solon ille: ſed quod ei nomen? ibi hoſpes: equidem audiui ex illis, ſed me
moria excidit: id unum memini de ſapientia eius atque iuſticia multum
fuiſſe ſermonem. His ſingulis reſponſionibus maiorem ad metum addu-
ctus Solon, iamq́ perturbatus planè, ipſe nomen hoſpiti ſubiecit, interro
gauitq́, Solonisne ille filius fuiſſet? affirmanteq́ illo, uerbera capiti ſuo
intentauit, ſtatimq́ ad ea prolapſus eſt dicenda & facienda, quæ ſolent,
qui graui aliquo dolore ſunt perculſi. At Thales eum inhibuit, ridénſque,
Hæc, inquit, ô Solon, nuptijs me & liberûm procreatione abſterrent, quę
te quoque, etiam firmiſsimi hominem animi, deijciunt. cæterùm huius
quidem ſermonis cauſa bono ſis animo: eſt enim confictus. Tota hæc nar
ratio eſt, ſi Hermippo credimus, Patæci, qui animum Aeſopi in ſe tran-
ſiiſſe dixit. Verùm enimuerò ineptus ſit, abiectiq́ ingenij homo, qui me- B
" tu amittendi à parandis rebus neceſſarijs abſtineat: ita enim neque diui-
" tias, neq́ gloriam, neque ſapientiam præſentem quiſpiam gratam habe-
" bit, quòd priuatum ea ſe iri timeat: quando ipſam etiam uirtutem, qua ni-
" hil neq́ maius, neque iucundius poſsidemus, morbis & medicamentis
" auferri uidemus. Neq́ uerò Thales eò ſe omnis metus ſecurum præſtitit,
quòd coniugiũ uitauit: niſi fortè & amicos & neceſſarios, & patriam om-
nino nullam habuit: quin etiã adoptaſſe ſibi filiũ ſororis Cybiſthum tra-
5 ditur. Quippe cùm in animo hominis inſit quiddam, quod ad diligen-
Storgæ naturales. dum nos incitet, utq́ uis ſentiendi, cogitandi, memorandiq́, ita etiam
amandi in eo ſit inſita: fit ut qui nihil proprium atq́ domeſticum habeant
quod ament, ijs aliquid externum ſe inſinuet, ſibiq́ eos deuinciat. Itaque
huiuſmodi animum, tanquam domum aut agrum legitimis hæredibus ca
rentem, alieni & nõ genuini ſubeunt demerendo, occupantq́ & efficiũt,
ut is ſimul cum amore, curam quoque ſolicitudinemq́ pro ipſis ſuſcipiat.
Eſtq́ adeò uidere homines, qui cùm obfirmato admodum animo de cõ-
iugio & ſuſcipienda prole diſſerant, mox uernarum liberis, aut pellicum C
ægrotantibus morientibúſue, deſiderio eorum ſuccumbant, uoceſq́ ſe
indignas emittant: quidam mortem canum aut equorum ita tulerunt, ut
turpiter in poſterum uixerint, uitam ipſam præ dolore acerbam ſibi ha-
bentes. Contrà intenti ſunt, qui amiſsis egregijs liberis, nihil turpe aut
indignum in ſe admiſerunt: ſed uitæ reliquum rectè & prudenter exege-
runt. Non enim beneuolentia, ſed animi imbecillitas mœrores ſine caren
tes, metusq́ incutit hominibus, ad ferendam ratione fortunam non exer-
citatis: quos futurorum timor tantis doloribus ac trepidationibus ſolici-
tudinibusq́ affligat, dum ſe ea quæ habent, amiſſuros metuunt, ut præ-
ſentibus ijs, quæ expetebant, nulla afficiantur delectatione. At uerò non
paupertate pecuniæ, non ſolitudine amicorum, non cœlibatu liberorum
amiſsio effugienda eſt: ſed contra hæc omnia conſilio animus obfirman-
dus. Verùm hęc quidem in præſentia plus ſatis. Athenienſes diuturno ac
Actio Solonis de Salamine insula graui bello de Salamine inſula contra Megarenſes confecti, legem ſanxe
rant, ut qui uel ſcripto uel dicto de ea inſula obtinenda retuliſſet, capite
plecteretur. Id patriæ dedecus grauiter ferens Solon, uidensq́ complu-
ribus iuuenibus tantum initio belli opus eſſe, quod ipſi metu legis facere
non

A non auderent: inſaniam ſimulauit, diuulgatusq; eſt per urbem rumor ex
ipſius domo, è poteſtate rationis Solonem exijſſe: interim ipſe elegia-
cos uerſus componebat, meditabaturq;, ita ut memoriter recitare poſ-
ſet. Ita paratus ſubitò in forum ſe proripuit pileatus: ac cùm magna homi 6
num turba eò aduolaſſet, lapidem præconis conſcendit, elegiamq; canta
uit, cuius initium hoc eſt:

Ipſe ego ab optata ueniens præco Salamine,
Carmina, non numeris dicta ſoluta, loquar.

Poëma id Salamis inſcriptum eſt, conſtatq; centum uerſibus eleganter
admodum compoſitis: idq; cùm eſſet recitatum, laudariq; ab amicis So-
lonis cepiſſet, Piſiſtrato præcipuè ciuibus inſtante adhortanteq; ut Solo-
nis monitis obtemperarent, abrogata lege Athenienſes, bellum inſtau-
rauerunt, Solone eius duce electo. Vulgaris fama tenet, Solonem adſcito
ſibi Piſiſtrato ſocio, ad Coliadem nauigaſſe, deprehenſisq; ibi omnibus 7
mulieribus, quæ Cereri ſacrum ritu à maioribus accepto faciebant, homi *Vt Salami-*
nem exploratæ fidei miſiſſe Salaminem, qui ſe perfugam ſimulans, iube- *na Solon re*
B ret Megarenſes ſtatim ſecum ad Coliadem nauigare, ut ibi præcipuas A- *cuperârit.*
thenienſium matronas caperent. Cui cùm fidem habentes Megarenſes,
uiros nauigio impoſitos eò miſiſſent: Solonem, cùm id uideret ab inſula
prouehi, remotis mulieribus, iuuenes imberbes earum ueſtibus, mitris,
atq; calceis induiſſe, occulteq; pugionibus armatos iuſsiſſe propter mare
per ludum ſaltare, donec hoſtibus in terram egreſsis, nauis in ſuam po-
teſtatem ueniret. Itáque rem eſſe confectam: Megarenſes aſpectu de-
ceptos, cum propiùs acceſsiſſent, certatim è naui tanquam ad rapien-
das mulieres exiluiſſe, eoq; ad unum omnes ibi interfectos fuiſſe: Athe-
nienſes ſtatim ad inſulam contendiſſe, eámque cepiſſe. Alij non hoc
modo captam Salaminem ſcribunt; ſed Delphis primò datum Soloni
oraculum:

Ductores patrios ſacris placare memento
Heroas, tumulo quos condit Aſopia tellus,
Solis ad occaſum qui ſpectant lumine caſsi:

itaque Solonem noctu traieciſſe Aeginam, hoſtias Periphemo & Cy-
C chreo heroibus mactaſſe. Secundum hæc, accepiſſe ſecum quingentos
Athenienſes, qui ſua ſponte ſe ei adiunxerant, quod decretū erat, ut inſu-
lam ſi cepiſſent, principes eſſent in republica. cū his eū auectū eſſe multis
lembis piſcatorijs, ſimul abducta naui una trigintiremi, Saláminiq; appu
liſſe iuxta promontorium quoddam Eubœę obuerſum. Qua de re cùm
Megarenſibus qui erant in Salamine, incertus rumor acciditſet, tumultu
facto eos ad arma concurriſſe, nauimq; emiſiſſe ſpeculatum. hanc appro-
pinquantem iam hoſtibus, à Solone captam: eumq; Megarenſibus in cu-
ſtodia poſitis, impoſuiſſe in eam fortiſsimos Athenienſium, mandato, ut
quàm maximè fieri poſſet ſeipſos abſcondentes ad urbem adueherentur.
Ipſum acceptis ſecum reliquis Athenienſibus, pedeſtri prœlio cum Me-
garenſibus conflixiſſe: & adhuc pendente uictoria, ab ijs qui naui adue-
cti iam in terram exierant, urbem occupatam fuiſſe. Huic narrationi e-
tiam ritus deinde uſurpati uidentur teſtimonium ferre. Primò enim na-
uis Athenienſium appellebat ſilentiò, deinde tumultuantibus ac cum
clamore irruentibus ipſis, uir unus armatus exiliebat, uociferansq; impe-
tum facientibus ad promontoriū Sciradium occurrebat. Ponè eſt tem-
plum Martis, à Solone conditum. Vicit enim pugna Megarenſes, cuius

 fortunam

fortunam qui effugerunt, conditionibus pacis acceptis dimissi sunt. Cæ- A
terùm Megarensibus in contentione perseuerantibus, Athenienses mul-
tis ultrò citroq; illatis acceptisq; cladibus, Lacedæmonios arbitros con-
trouersiæ sumpserunt. Hîc plerique Homeri existimationem Soloni opi-
tulatam dicunt: inseruisse enim eum carmen hoc nauium recensioni apud
Homerum, ac in iudicio recitasse:

Iudicium de Salamina.

8 *At cum bissenis Aiax Salamine profectus*
Nauibus Aeacides, illic sua castra locauit,
Signa ubi Cecropiæ statuebant Martia turmæ.

Ipsi autem Athenienses, nugas esse hæc putant: demonstrasseq; So-
lonem iudicibus affirmant, quòd Philæus & Eurysaces Aiacis filij,
cum ius ciuitatis Atheniensis accepissent, insulam ei ciuitati tradide-
rint: alterúmque Braurone, alterum Melitæ (uicus uterque est Atti-
cæ) habitasse: estq; Atheniensis tribus Philiadarum à Philæo dicta,
è qua fuit Pisistratus. Præterea quo magis Megarenses refelleret, con-
tendit cadauera non Megarensium, sed Atheniensi more humata esse:
ea enim in sepeliendo illi orienti obuertunt, hi occidenti. Id Hereas B
Megarensis impugnans, affirmat Megarenses non modò cadauera ita
terræ condere, ut ad occasum Solis spectent, sed etiam trina, aut qua-
terna in uno sepulcro: cum singulis Athenienses utantur. Pro Solone
etiam quædam Pythica oracula fecisse dicunt, inter quæ fuit, quòd Sala-
minem Deus Ioniam cognominauit. Arbitrium huius causæ obierunt
quinque Lacedæmonij uiri, Critolaidas, Amompharetus, Hypsechi-
das, Anaxilas, & Cleomenes. Hæc iam tum Soloni magnam glo-
riam parauerant: auxit tamen admirationem famámque eius apud
Græcos, quòd suasit non esse negligendam iniuriam quam Cirrhæi
Delphico oraculo inferrent, sed ei succurrendum, uimq; Cirrhæorum
prohibendam. Eius enim autoritate moti Amphictyones, bellum susce-
perunt: quod & alij testantur, & Aristoteles in enumeratione eorum, qui
Pythia uicerunt, Solonem autorem huius sententiæ facit. Non tamen
(quod Euanthem scripsisse Samium Hermippus ait) dux huic bello præ-
9 fectus est Solon: nam neque Aeschines orator id dicit, & in Delphicis
commentarijs Alcmæon dux belli scriptus est. Cæterùm tumultus in ur-
be propter Cylonium piaculum, iam olim motus, tunc quoque magnas
10 turbas dabat. Res ita habet. Megacles archon cõiuratis cum Cylone sup- C
plicibus Deæ factis persuasit, ut se iudicio sisterent: qui cùm filum textum
à templo extendissent, idq; tenẽtes à templo descenderent, forte fortuna
11 filum ruptum est, cùm ad fanum Furiarum uenissent: id ita calumniati Me
gacles cum collegis, quasi supplicationem eorum Dea non admitteret,
impetum in eos fecerũt, ac qui extra fores templi depræhensi fuerant, la-
pidibus obruerunt, qui ad aras confugerant, iugularunt: solis ijs dimissis,
qui ipsorum uxoribus supplicassent. Ab hoc facto dicti scelerati, ut qui
se piaculo obstrinxissent, odióque sunt habiti: & qui erant factionis
Cyloniæ, reparatis uiribus continenter aduersus Megaclis sectam se-
ditionem mouebant. Quæ cùm eo tempore iam inualuisset, populumq;
in duas partes distraxisset, Solon, qui iam autoritatem sibi apud ciues
peperisset, in medium cum optimatibus Atheniensium progressus, oran-
do docendoq; eò rem deduxit, ut qui scelerati appellabantur, rem iudi-
cio trecentorum, qui erant ex optimatibus delecti, ciuium permitterent:
12 damnatiq; sunt, accusante Myrone Phlyensi, & qui adhuc erant in uiuis,
solum

Sepultura Atheniensium.

Bellum pro Delphis cõtra Cirrhæos.

Cyloniũ piaculum.

A ſolum uertereue iuſſi: defunctorum cadauera effoſſa, & extra limites ciui-
tatis proiecta. Inter hos tumultus etiam à Megarenſibus impetiti Athe-
nienſes, amiſerunt Niſæam ac Salaminem: metuꝗ; propter oſtenta & ſu-
perſtitionem obiecto urbs terrebať, renunciaruntꝗ; uates, piacula luſtra-
tionis egentia ſacrificijs indicari. His de cauſis accitus uenit Athenas Epi-
menides Phæſtius, quem in numero ſapientum ſeptimum ponunt nõnul-
li eorum, qui Periandrum excludunt: iudicabať autem dijs charus homo,
& rerum diuinarum peritus, eáque ſapientia quæ afflatum numinis re-
quirit, & initiationibus conſiſtit, præditus. itaꝗ; eius temporis homines
filium eum nymphæ Baltes, & nouum Curetem uocabant. Is contra- 13
cta cum Solone amicicia, multis in rebus eum adiuuit, uiamꝗ; ei ad leges
ferendas ſtruxit. Contraxit enim ſplendorem cæremoniarum, luctumꝗ;
additis funeri ſacrificijs mitigauit, duro ac barbaro more, quo antè plerę-
que utebantur mulieres, ſublato: & (quod fuit potiſſimum) placationib.
deûm, expiationibus, dedicationibusꝗ; rerum ſacrarum urbem ita luſtra-
uit, ut eam iuſticiæ obtemperantiorem, facilioremꝗ; ad concordiam red-
B diderit. Fertur, cum Munychiam inſpexiſſet, diuꝗ; contemplatus fuiſſet,
dixiſſe adſtantibus, Quàm cæci ſunt homines in prouidendis rebus futu-
ris? ſi Athenienſes ſcirent, quanta hic locus mala eſt urbi daturus, denti-
bus profectò ſuis eum eroderent. Simile quiddam Thaletem coniectu-
ra præcepiſſe memorant, qui ſui defuncti corpus iuſſerit poni in abiecto
quodam & contempto loco agri Mileſij, addito, Ibi quondam forum Mi-
leſiorum fore. Epimenides cum ita in ſummam admirationem ſui homi-
nes adduxiſſet, magnam pecuniam offerentibus, honoresꝗ; Athenienſi-
bus, nihil præter ramum ſacræ oleæ popoſcit, eoꝗ; accepto abijt. At uerò
Athenienſes, ſedato tumultu Cylonio, pulſisꝗ; in exiliũ ſceleratis, rurſus
in antiquã ſeditionẽ de rep. prolapſi ſunt, diuulſa in tot partes urbe, quot
erant agri diuiſa genera. Diacrij enim popularem ſtatum, paucorũ princi- 14
patum Pediæi enixè efflagitabant, Parali medium quendã, & cõmixtum
reip. ſtatum cupiebant, reliquisꝗ; obſtantes, neutros præualere ſinebant.
ſed eò iã tũ inter pauperes ac diuites inęqualitas excreuerat, ut in ſummo
urbs eſſet periculo. neꝗ; aliter niſi tyrannide in ea cõſtituta, uidebať finis
turbarũ futurus. Totus enim populus ære alieno diuitib. erat obſtrictus:
C & aut colebãt agros, ſextantẽ fructuũ illis pendentes, inde ſua lingua He-
ctemorij, ac thetes (ꝗd eſt ſextã partẽ ſoluentes, & mercenarij) uocabanť:
aut corpora debito opponentes, nexi erant eius cauſa creditoribus: ab-
ducebanturꝗ; ut uel in patria ſeruirent eis, uel in alias terras diuenderenť.
multi ſuos liberos uẽdere, aut ob inhumanitatẽ fœneratorũ ab urbe pro-
fugere (nulla lege obſtante) cogebanť. At maxima pars, ac robuſtiſsimus
quiſꝗ;, facta coitione adhortabanť ſe mutuò ad capeſſendũ negocium, ac
duce aliquo ſibi præfecto, eos qui ultra legitimũ tempus poſſeſſiones te-
nuiſſent, agris detrudendũ, eosꝗ; in cõmune diuidendũ, omninoꝗ; remp.
immutandũ. Eo rerũ ſtatu prudentiſſimi Athenienſiũ, cernẽtes Solonem
unum ab utroꝗ; uitio eſſe intactũ, ac neꝗ; iniuriarũ diuitib. neꝗ; miſeriarũ
pauperib. ſociũ, orauere hominẽ, ut cõmunis utilitatis curã ſuſciperet, con-
trouerſiãꝗ; diſſolueret. Phanias quidẽ Lesbius narrat, utriſꝗ; eũ impoſuiſ-
ſe, ꝗ ſaluti publicæ cõſulere t: clanculũ pauperib. agrorũ diuiſionẽ, diuitib.
confirmationẽ contractuũ pollicendo. At ipſe ait ſe ægrè ininò remp. at-
tigiſſe, ꝗ & horũ cupiditatẽ, & illorũ ſuperbiã metueret. Electus eſt prin
ceps poſt Philombrotũ, ſimulꝗ; & arbiter, & legum cõditor, accipientib.

Epimenides Athenas uocatus.

Factiones Athenis.

Soloni magiſtratus defertur & tyrannus.

eum utrisque libẽter planè, diuitibus tanquam locupletem, egenis ut mitẽ. A Ferunt etiam dictum eius iam antè omnium in ore fuisse, Ab æqualitate nullum bellum oriri: ita quidem, ut & opulentis hoc & inopibus probatũ fuerit, alteris æqualitatem uirtute ac merito uniuscuiusuis, alteris mensura & numero eodem sperantibus æstimatum iri. Quare utrisque in magnam spem adductis, qui primas gerebant in populo, tyrannidem Soloni offerebant, instantes, suadentesque, ut omnibus rebus in suam potestatem acceptis, negocium eo maiori animo aggrederetur: complures etiam eorum qui medio loco erant in ciuitate, uidentes difficulter mutationem eam uerbis & legibus posse effici, haud inuiti ad unum iustißimum ac prudentißimum summam rerum deferri uidebant. Sunt qui hoc Soloni oraculum Pythiam cecinisse asserant:

In media residens agè nauim dirige clauo,
Multi Cecropidûm tua fidi cepta iuuabunt.

Præsertim uerò à familiaribus suis obiurgabatur, qui propter nomen à tyrannide abhorreret, quasi uerò non statim eã in regnum uirtus eius qui occepisset, mutare posset: quod antè Euboënsibus euenisset, cùm Tynnondæ, & nunc Mitylenæis, cùm Pittaco tyrannidem obtulissent. Nihil B horum suo à consilio deduxit Solonem: sed amicis fertur respondisse, Tyrannidem quidem locum esse pulchrum, exitum autem nullum habere. *Tyrannis.* Ad Phocum autem in carminibus suis ita scripsit:

15 *Quodq; patriæ peperci ego meæ, tyrannidem*
Respuens, inhumanamq; uitam nec uolui meam
Quòd contaminare laudem: non pudet, neq; pœnitet,
Nam præstabo sic, opinor, omnibus mortalibus.

Vnde satis liquet, etiam ante legum lationem magnum fuisse eius nomen. Quæ uerò de ipso tyrannidem detrectante multi deridentes dixerint, ita ipse perscripsit, introducens multitudinem peruersam hæc de ipso loquentem:

Non quidem est Solon cordatus, aut uir consilio ualens.
Nam bona largiente noluit tanta accipere is Deo:
Tam bona cùm incidisset præda, trahere retia noluit,
Impos mentis, & rationis expers, sensuumq; homo.
Ipse non recusem adeptus amplas diuitias prius,
Vnicumq; Athenis imperassem si prius diem, C
Vtris instar excoriari, & excindi meum genus.

Neque uerò quia tyrannidem à se reiecerat, ideò rem ipsam summa cum lenitate confecit, aut mollem se, subditisque obsequentem præbuit, aut accommodauit se in sanciendis legibus uoluntati eorum, qui eum principem elegissent: sed nullum remedium, nullam mutationem ijs adhibẽs, quæ intacta relinquere optimum uidebatur: (nimirum metuens ne si omnia confudisset, totúmque reipublicæ statum conturbasset, post ad eum denuò constituendum, inque optimam formam redigendum haud satis esset uirium habiturus) quibus in rebus ciues uel suadenti sibi, uel cogenti obtemperaturos existimabat, eas ita tractauit, ut (quod ipse ait)

Cum ure uim, cum uiq; ius coniungeret.

Itaque pòst interrogatus, optimásne leges Atheniensibus dedisset: de ijs quidẽ, inquit, rebus de quibus optimas ipsi admiserunt. Iam quod recentiores Græci aiunt, Atheniẽses rerũ ipsarum inuidiã urbanè inditis nominibus mollibus atque mitiorib. obtegere, & diminuere, ut cùm meretrices amicarũ, tributa collatæ in usum reip. pecuniç, urbium presidia custodiæ, *Nomina rebus mulsis molliora indita.*

carcerem

A carcerem domicilij uocabulo efferunt: id apparet primò arte à Solone esse excogitatum, qui nouis tabulis Seisachtię (hoc est onerum subleuationis) nomen imposuit. Hæc enim prima eius fuit in republica constitutio, quòd lege lata æs alienum omne remisit debitoribus, uetuitque ne quis in posterum corporis obligatione id contraheret. Quanquam nonnulli, quorum in numero est Androtion, pauperes non nouis tabulis, sed fœnoris diminutione subleuatos, contentos fuisse: idque statutum eius, ac quòd mensuram & precium numismatis simul mutauit, beneficium putasse, istâque appellatione insigniuisse aiunt. Minā enim cùm antè esset septuaginta trium drachmarum, ad centenarium earum numerum extendit: ut cum numerus idem, precium tamen minus persolueretur, & hi magnum commodum sentirent, qui soluebant, & qui accipiebant, nihil damni inde haberent. Plerique putant Seisachtia omnes simul obligationes abolitas fuisse, huicque sententiæ magis astipulari carmina Solonis. Gloriatur enim in ijs se multos

Aes alieni discussum.

Mina aucta.

B *Prioris agri sustulisse limites,*
Hinc inde fixos: nuncq; liberum solum
Id esse, quod seruiuerat domino prius.

Et quod ciuium æris alieni causa nexorum, alios adduxerit ab exteris regionibus, 16

Qui uocibus non uterentur Atticis,
Hinc inde tam uarijs uagati casibus,

alios autem, Athenis

Indigna quos tenuerat antè seruitus,
Exemeritq; feceritq; liberos.

Hoc in negocio traditum est accidisse Soloni rem longè omnium aduersissimam. Cùm enim statuisset æs alienum discutere, sermonemque ei proposito aptum, commodúmque initium circumspiceret, amicis suis, quibus & maximè fidebat & summoperè utebatur, Cononi, Cliniæ, & Hipponico indicauit, agros se intactos relicturum, nouas autem tabulas facturum. Huic rei anteuertendum illi rati, occuparunt magna pecuniæ ui à diuitibus mutuò sumpta, multos agros coëmere: pòst decreto publicato, cùm ipsi fructus ex agris perciperent, creditoribus autem debitum C non redderent, magnis criminibus calumnijsque Solonem obiecerunt, tanquam non ferendæ sed faciendæ, iniuriæ particeps ipse fuisset. Hanc tamen infamiam ipse statim diluit, quinque talentis (tot enim ei debebantur) secundum legem à se primo omnium condonatis: quidam, in quibus est Polyzelus Rhodius, quindecim talenta in nominibus habuisse Solonem scribūt. amici nihilominus eius semper Chreocopidæ, hoc est nouarum tabularum autores cognominati sunt. Interim Solon neutri factioni placebat: sed & diuites sublatis obligationibus offendebat, & pauperes, quòd ab ijs speratam agrariam legem non tulisset, neque eandem quam Lycurgus uitæ æqualitatem instituisset. Sed hic quidem undecimus ab Hercule cùm esset, multisque annis Lacedæmone regnasset, magnam autoritatem, amicos multos, ac potentiam quæ ijs quæ præclarè de republica statuisset exequendis suppeditaret, habuit: isque ui magis quàm persuadendo usus, ita ut oculum quoque amiserit in contentione, id confecit, quod ad salutem & concordiam ciuium faciebat maximè, ut nemo inter eos diues esset, nemo pauper. At Solon id quidem consecutus non est, de populo unus ac medij status homo: nihil tamen ea quam obtinebat potentia inferius egit, cùm quidem ei nulla præter consilium

Lycurgi & Solonis circumstantiæ.

silium & fidē apud ciues præsidia fuerint. Quòd incurrerit in plerorunq; A
offensiones, diuersa expectantium, ipse de eis ait:

Gaudium putabant antè me suum: infensi mihi
Nunc ut hostem obliquis intuentur oculis me suum.

itemq; affirmat:

Quòd si quis hanc nactus foret potentiam
Alius uirûm, non antea se populi graues
Turbas frementis imbibuisset, lacteam
Tumultuanti quàm auferens pinguedinem
Compescuisset grauibus afflictos malis.

Mox tamen ipsi suam utilitatem sentientes, omissis reprehensionibus, pu-
Soloni mera potestas delata. blicè sacrificârunt, quod sacrificium Seisachtiam dixerunt: Solonem au-
tem reipublicę correctorem, legûmque latorem declarauerunt, non alia
eius permittentes potestati, alia eximentes, sed liberè magistratus, concio
nes, iudicia, cōsilia: horū singulorū dignitatē, preciū, numerū, tempus, ut
eius arbitrio omnia uel abrogarent uel seruarentur, cōcesserunt. Primùm
Draconis leges. igitur omnes Draconis leges, præter eam quæ erat de cędibus, abrogauit B
propter duriciem & magnitudinem suppliciorum. Nam omnibus ferè
delictis capitalis pœna erat constituta, ita ut morte etiā mulctarentur qui
ocij damnati essent: & olus aut poma furati, non alio quàm sacrilegi & ho-
micidæ supplicio afficerentur. Itaque illud Demadis posteà laudem in-
uenit, Draconem non atramento, sed sanguine leges suas scripsisse dicen-
tis. Ipse autem Draco interrogatus cur plerisque peccatis mortem pœ-
nam constituisset, fertur respondisse eò id à se factum, quòd parua delicta
mortem mereri censeret, magnis autem quod maius irrogaret, nullum ha-
Census ciuium institutus. beret. Secūdo loco cùm statuisset Solon magistratus omnes diuitibus, pe
nes quos tum erant, relinquere, reliquam uerò partem reipublicæ etiam
pauperibus (exclusi enim erant) communem facere, censum ciuium insti-
tuit. Qui aridorum simul liquidorúmque medimnos quingentos in redi-
tibus habebāt, eos primos inter ciues statuit, uocauitque Quingenti me-
dimnos. Secundo loco eos, qui equum alere possent, aut perciperent me-
dimnos fructuum trecentos: hos equestris census homines appellauit.
Tertio censui Bigatorum nomen fecit, quòd binis census esset trecento-
rum medimnorum: reliqui omnes thetes, hoc est, mercenarij nuncupabā-
tur: his nullum magistratum gerere concessit, sed tantum ad conciones & C
iudicia admissi, in partem reipublicæ ueniebant. Quod etsi initiò nullius
momenti uidebatur, tamen permagnum esse posteriùs apparuit, quòd ple
ręq; controuersiæ ad iudices deferebantur. nam & quarum causarum iudi
cia magistratibus tribuit, earum concedebatur ijs qui uellent à magistra-
Legum obscuritate iudiciorū dignitas aucta. tibus ad iudices prouocatio. Traditur etiam eo uim iudiciorum auxisse,
quòd leges nonnihil obscuras, & in quibus multa in diuersas partes expo
ni possent, conscripserit: quippe cùm legibus dissoluere litem nequirent,
triu ueniebat ut semper iudicum operam requirerent, ad eosq; controuer
sias suas deferrent, qui legum domini quodammodò erant. Ipse hanc æ-
quationem his uersibus indicat:

Quas sat erat uires populo, non protinus auctio,
Sed neq; sublato prorsus honore, dedi.
Diuitibus quanquam potior concessa potestas,
His tamen indignum nil, neq; turpe licet.
Sic corpus ualida munivimus aspide utrumq;,
Ne uinci alterutrum, uincere néue queat.

Quo magis autē plebeiorum infirmitati opitularet, iniuriam alicui illatā,
unicuiq;

A uniciuque qui uoluisset persequendi potestatem fecit: itaque si cui plaga
imposita, aut damnum datum, aut uis facta esset, licebat ei qui poterat & *Ciuium mu-*
uolebat, eum qui iniuriam intulisset in ius trahere. Quare ciues suos egre- *tuus consen-*
giè adsuefecit, ut singuli cum singulis, tanquam unius corporis partes, do- *sus.*
lorem participarent. Memoratúrque dictum eius, quod huic legi conso-
nat. interrogatus enim quánam in ciuitate optimè uiueretur, In ea, inquit,
in qua eos qui iniuriam alicui fecerunt, non minus hi qui læsi non sunt,
ulciscuntur, quàm ij quibus uis est illata. Deinde cùm ex annuis magistra-
tibus senatum instituisset (qui Areopagitæ, quòd in uico Martis conue- *Areopa-*
nirent, dicebantur) quo in concilio ipse etiam, ut qui magistratum gere- *gitæ.*
ret, fuit: sentiens plebem nihilominus fremere, æris alieni abolitione in-
flatam, alterum senatorum concilium ordinauit, delectis ex singulis (erãt
autem quatuor) tribubus, uiris centum: qui senatores antequàm populus *Quadrin-*
suffragia de re quapiam iniret, autores fierent: neque in concione de re ul- *gentorũ se-*
la referri liceret, nisi autores ipsi facti fuissent. Areopagitarum uerò senat *natus.*
inspectorem omnium custodémque legum uoluit esse: existimans rem-
B publicam duobus senatibus, quasi duabus in anchoris stantem, minus
fluctuaturam, foréque populum eo quietiorem. Atque huius quidem de
Areopagitis sententiæ sunt plerique, nimirum Solonis esse id opus: qui-
bus maximo testimonio esse uidetur, quód in legibus suis Draco Areopa- 17
gitarum ne uerbo quidẽ usquã meminit, sed de cæde semper ad Ephetas *Areopagi-*
loquitur. At qui legis octauæ è decimotertio Solonis axe, hæc sunt uerba: *tas an Solõ*
Omnes qui ante Solonis magistratum ignominia fuêre notati, liberi igno *primus in-*
minia sunto: exceptis ijs, qui apud Areopagitas, aut Ephetas, aut in Pryta *stituerit.*
neo à regibus clandestinæ cædis, uel homicidij, uel affectatę tyrãnidis da-
mnati fuêre, cùm hæc lex lata est. Quibus uerbis ostenditur, antè quàm So
lon rempublicam gereret, legesq́ue ferret, iam tum Areopagitarum fuisse
senatum. Quî enim fuissent ante Solonem in Martio uico damnati, si ei se-
natui Solõ demum iudicandi facultatem dedisset? Nisi fortasis dicendũ
sit, legem eam obscurè, aut aliquibus uocabulis omissis scriptam fuisse: ut
intelligatur eos qui damnati eorũ criminum fuissent, de quibus hoc tem-
pore, quo lex ea lata est, Areopagitarũ erat uel Ephetarum uel Prytanium
cognitio, infames manere iuberi, cæteris ignominia liberatis. Sed hæc le-
C ctori consideranda relinquimus. Reliquarum Solonis legum, hæc pecu- *Lex in neu-*
liare aliquid habet, & communi opinioni contrarium, quæ infamia cũ no- *tri parti se*
tat, qui in seditione neutri se parti adiunxerit. Probabile tamen est uoluis- *adiungẽtes.*
se eum innuere, non debere ciuem non affici communis reipublicæ casi-
bus, cùm suas res in tuto collocauerit: neq; eo sibi gratulari, quod non unà cũ
patria malè habeat: sed statim his quorũ causa sit melior ac iustior, accede
re, unaq́ue cum his periculũ iuuandæ reipublicę gratia subire potiùs, quàm
extra discrimen expectare, quò uictoria sit inclinatura. Absurda autem & *Lex de do-*
ridicula in speciem est lex, qua orbę & dotatæ mulieri permittit, si maritus *tatis mulie-*
eius qui ei secundũ legẽ obtigit coire non posset, rẽ cũ eius propinquis ha *ribus.*
bere. At hãc quoq; rectè latã alij asserũt, cõtra eos nimirũ, qui ad rẽ uene- 18
reã inepti, tamẽ pecuniæ causa dotatas ducũt mulieres, & naturã lege op-
primere nituntur: qui cùm uideãt eas cũ quib. ipsę uelint coire, aut dissoluẽt
id matrimoniũ, aut in eo cũ dedecore permanebũt, auariciæ cupiditatisq́ue
pœnas dãtes. Bene autẽ pręceptũ est, ut nõ cũ quouis ea, sed cũ mariti pro-
pinquo, quem is delegerit, concumbat: ut liberi ita nati consanguinei ta-
men sint. Huc pertinet id quoq;, quod sponsam cum sponso includentes, ma- *Leges alia*
lum cydonium eos unà concedere iubent: quodq́ue maritus ter minimum *nuptiales.*
singulis

singulis mensibus cum dotata uxore congredi iubetur: nam eo modo, etsi A
liberi nulli nascantur, tamen is honor mulieri pudicæ exhibitus atque comi
tas, utrosque multis quæ in coniugio incidere solent molestijs liberat, neque
abalienari eorum prorsus à se inuicem propter dissidium animos patitur.
Reliquarum autem nuptiarum dotem Solon sustulit, neque nuptam ad spō
sum quicquam præter tres uestes, & supellectilem non magni precij ad-
ferre uoluit: non enim mercedis causa contrahi, uenalesque esse nuptias de-
bere, sed prolis suscipiendæ, gratiæque & amoris causa coniungi uirum cū
Dionysii muliere. Quemadmodum Dionysius matri petenti ut se alicui ciuiū uxo-
dictum. rem daret, respōdit, Leges quidem ciuitatis per tyrannidem destruxi, sed
non possum etiam naturæ legem uiolare, quantumuis præter ætatem ma-
trimonio te copulem. In ciuitatibus sanè nequaquam toleranda est ea con
fusio, ut connubia huiusmodi iungantur ætate à nuptijs aliena, & in qui-
bus neque gratia, neque actio, neque finis coniugij sit futurus. Itaque magistratū
aliquis gerens, aut legislator seni puellam ducenti rectè ita dixerit, ut ali-
cubi Philoctetа compellatur:

Euge ut tibi nuptiæ cedunt tuæ miser!

19 & iuuenem in uxoris uetulæ domo pinguem factum (ut ferunt perdici B
bus à coitu accidere) inueniens, transferet ad uirginem uiri indigentem.
Lex de mor Porrò autem Solonis ea etiam lex laudatur, qua uetuit mortuis maledicere.
tuis non ui- pietatis est enim, uita defunctos sacros existimare, abstinereque ab ijs qui
tuperandis. non sint: ciuile etiam est, perpetuitatem odijs adimere. prohibuit etiam ui
De conui- uis obtrectare in templis, iudicijs, & curia, & cùm spectacula ederentur:
cio. qui cōtrà fecisset, tres ei cui conuiciū dixisset drachmas, duas ærario solue-
re cogebatur. prauè enim educatorū & incontinentiū hominū est, nusquā
posse iræ moderari: ubique autem eam reprimere pauci possunt, quidam o-
Lex. mnino nequeūt. At qui legem sancit, id quod fieri potest respicere debet,
si quidem paucos utiliter, non multos absque emolumento punire uelit.
Etiam lex de testamentis lata, laudi ei fuit. antè enim testari licebat nemi-
Testamēta. ni, sed necesse erat pecuniam & domum in familia defuncti permanere.
At Solō permittens ut is qui liberis careret, sua cui uellet legaret, amicici-
am cōsanguinitate, gratiamque necessitate potiorē habuit, pecuniæque inte
gram possessionem dominis tribuit. Non tamen absque omni conditione
legandi plenam licentiam admisit: sed eius modò ratum esse testamentū
uoluit, qui non morbo, ueneficio, uinculis, aliáue necessitate coactus, aut C
uxoris suasionibus inductus, id condidisset. rectè admodum & conuen-
enter iudicās nihil interesse discriminis, persuadeatúrne alicui secus quàm
expediat, an uerò is cogatur: eodemque numero habens fraudem uolupta-
temque cum necessitate & morbo: quòd in peruertenda hominis ratione tā
tundem utraque ualerent. Legem etiam de exitu mulierum è domo, de lu-
ctibus, deque festis diebus posuit, qua id quod contra ordinem & pudici-
Lex de exi- ciam erat, amputabat. Exire autē eas iubebat, non plura tribus uestimenta
tu mulierū. secum ferentes, nec cibum potumque pluris quàm obolo constantem, neque
calathum cubito maiorem, neque noctu ire nisi curru, prælucente lucerna.
In funeribus corpus laniare, lamentationémque meditatam edere, alie-
De luctu. noque in funere eiulare prohibuit: bouem immolare, plura tribus uestimen
ta cum mortuo terræ condere, ire ad aliorum sepulcra, nisi cum funus du-
cerēt, prohibuit. quorum de plerisque etiam nostræ leges cauerunt, addi-
tumque est in nostris, ut qui hac in re deliquissent, ijs à mulierum censoribus
De discen- mulcta irrogaretur. quippe quòd effeminati essent, qui hæc in se crimina
dis artibus. admitterent. Præterea cùm uideret urbē hominū undique proposita impu-
nitate

A nitate in Atticam confluentium multitudine repleri, plerosque autem agros magna ex parte inutiles, tum qui mare exercebāt nihil solere importare, ad eos quibus nihil erat quod redderent: ciues ad artes discendas ut converteret, legem tulit, qua necessitate alendi parentes soluebat filium qui nullam artem didicisset. Lycurgo quidem urbem habenti peregrinę turbę purā, tantumq; agri possidēti, quantū, ut est apud Euripidē, esset

Multis satis, duploq; abundè pluribus.

ac(q̄d maximū fuit) magnam mancipiorū multitudinē, quam optimū erat nō ociari, sed circumfusam Lacedæmoni continentibus laborib. confici atq; deprimi: facile erat ciues ab omnibus laboriosis & illiberalibus occupationibus exemptos in armis continere, ad eamq; solam artem discendā & exercendam traducere. At Solon, qui non tam res legibus, quàm leges rebus accommodaret, cùm animaduerteret solum Atticum eius esse naturæ, ut uix agricolis uictum sufficeret, nedum ignauam ociosamq; turbam alere posset, artibus dignitatem addidit: mandauitq; Areopagitis, ut inspicerent qua quiuis ratione uictum suum exsarciret, ociantesq; pu-
B nirent. Hæc autem eius lex fuit adhuc seuerior, qua eos etiam, qui e scortis essent nati, necessitate alendi patres soluit, ut Heraclides Ponticus narrat. Qui enim in ducenda uxore honestatis nullam habet rationem, satis ostendit, non liberûm, sed libidinis causa id se facere: itaq; & mercedem suam habet, & ius innatos nullum sibi reliquum fecit, quibus ut natū esse sit opprobrio, effecit. Sed leges Solonis de mulieribus, omnium absurdissimæ uidentur. Ius enim adulteri occidendi deprehendenti concessit: quòd si quis liberam mulierē raperet & uim ei inferret, mulctam ei cētum denariûm constituit: sin prostituisset (exceptis ijs quę palàm uenduntur, hoc est meretricibus, quę precium danti obsequuntur) uiginti. Filias uendere, sororesq; prohibuit, nisi quæ uirginitatem prodidissent. Enimuerò rationi consentaneum non est, idem facinus modò acri & extremo supplicio plectere, modò leuiter, & quasi per iocum, quacunq; mulcta proposita. Nisi fortassis rara tum Athenis pecunia, mulctam difficultas nummi parandi magnam effecerit: nam & sacrificia oue æstimabantur, & pro medimno denarius: & qui Isthmia uicisset, ei centū denarios dari iussit So-
C lon: qui Olympia, quingentos: qui lupum attulisset, quinq;: qui catulum lupi, unum. quorum hoc ouis, illud bouis precium esse Demetrius Phalereus asserit. Quæ autem in decimosexto Axe sacrificiorum eximiorum precia ponit Solon, probabile est multis modis maiora fuisse: quanquam ad nostri temporis precia sint tenuia. Cæterùm antiquitus Athenienses lupis bellum factitabant, quòd eorum ager pascuis quàm cultui esset aptior. Porrò tribus sunt qui dicant non abs Ionis filijs, sed à generibus uitę in quæ principiò distincti erant, nomina habere: scilicet bellatores ab armis Hoplitas, operarios ab operis Ergades, reliquas duas alteram ab agricultura Georgos, alteram à pecoribus pascendis Aegicores dictos. Ac quoniam regio ista neq; fluuijs, neq; paludibus, neq; fontium uberib. scaturiginibus ita est prædita, ut aquæ satis suppeditet, ideoq; pleriq; puteis manu factis utebantur: legem perscripsit, ut ubi publicus esset puteus, eò aquatum intra spacium equestris cursus (is habetur passuum quingentorum, hoc est stadiorum quatuor) uenire liceret: qui uerò longiùs abessent, propriā sibi aquam quærerent. quod si acto ad decem ulnarum altitudinem puteo aquam non inuenissent, tum à uicino aquam peterēt, quotidie urnā sex choarū capacē bis implentes. nam penuriæ succurrendum, non ignauiæ fenestram aperiendam putabat. Plantationis quoq;

Lex de natis matre inhonesta.

Leges de adulterijs & scortationibus.

Precia rerum Athenis.

Quatuor tribus Athenis.

Aquatio.

mensuras peritissimè definiuit: ut qui aliud quàm oleam aut ficum plan- A
tarent in agro, quinque pedum spacio à uicino id remouerent: qui autem
oleam, uel ficum, nouem. nam hæ stirpes latiùs suas radices extendunt,
neque innoxia omnibus alijs plantis est earum uicinitas, quin & alimen-
Scrobes. Apiaria.
tum ijs subtrahant, & humorem illis infestum transmittant. Scrobes &
fossas ita iussit demitti, ut quanta earum esset altitudo, tantum ab alieno
distarent: qui alueos apium conderet, is ab eo qui antè instituisset idem,
Venditio frugum.
pedes trecentos discederet. é fructibus autem nihil præter oleum uendi
peregrinis permisit: cætera exportari uetuit, iussitque principem reipub.
in caput eius, qui aliò fruges auexisset, execrari, aut ærario pendere cen-
20 tum denarios. Hæc lex primo Axe continetur: ne iam fidem omnino
abrogandam quispiam putet illis, qui dicunt ficuum quoque antiquitus
auectionem prohibitam, indeque sycophantas primùm nominatos, qui fi-
cuum exportatores indicarent. nam syca ficus, & phænin indicare est
Græcis. Legem etiam de damno quod quadrupes dedisset, posuit: in
qua iubet canem qui momorderit, dedi, alligata ei numella quatuor cubi-
Lex de assumendis in ciuitatē.
torum: quod eius inuentum securitatis causa gratiosum est. Dubitatio- B
nem affert lex etiam de ijs qui in populum recipiendi essent posita: ne-
minem enim ciuem fieri patitur, nisi qui perpetuo exilio damnati à sua pa
tria abessent, aut cum tota familia artificij causa Athenas commigrassent.
Id autem fecisse traditur, non tam ut alios à sua ciuitate arceret, quàm ut
alliceret, cùm scirent constanter se ciuitatis eius participes futuros: simúl-
que ratus fidos fore illos, quòd necessitate coacti, hos quòd consilio ad-
De cōuictu publico.
ducti patrias suas amisissent. Peculiaris quoque eius lex fuit, de con-
uictu in publico, quam inde parasitesin ipse appellauit: uni sæpius con-
uiuium exhibere non concedens: eum uerò qui recusaret, cùm sors eum
posceret, plectens. quòd illum plus æquo sibi uindicare, hunc contem-
nere publicum munus existimaret. Legibus suis omnibus autoritatem
in centum esse annos uoluit: suntque inscriptæ ligneis axibus, qui quadran
Cyrbes & Axones.
gulis lignis inserti conuertuntur, eorumque etiamnum reliquiæ quædam
in Prytaneo adseruantur. Aristoteles Cyrbes cognominatos autor est: &
Cratinus Comicus in Draconem & Solonem dixit,

Torrent eorum cyrbibus nunc hordeum. C

Nonnulli seorsim cyrbes uocatas dicunt, quibus continebantur statuta
Iuratum in leges Solonis.
sacrorum & uictimarum. Vniuersus senatus simul iurauit, se leges Solonis
ratas habiturum: seorsim autem unusquilibet Thesmothetarum in foro
apud lapidem protestatus se, si quid contra leges has admisisset, auream
statuam æqualem sibi Delphis dedicaturum. Porrò autem Solon conspi-
catus mensis rationem malè constare, motumque lunæ neque cum oriente,
Mensis correctio.
neque cum occidente Sole concurrere, utque sæpe eadem die Luna Solem
& assequeretur, & præuerteret: eam ipsam diem enen kę nean uocauit,
(quasi ueterem & nouam lunam diceret) partē eius, quæ esset prior coi-
tu Solis & Lunæ, mensi iam desinenti, reliquam ineunti attribuens. Pri-
mus enim intellexisse uidetur Homeri hunc uersum,

21 *Iam cessante alio mense, atque alio incipiente.*

Sequētem diem, Nouilunium appellauit. post uigesimum diem numero
dierum nihil iam addidit, sed subinde detrahendo, quemadmodum &
de lumine lunæ uidebat diminutionem sensim fieri, usque ad trigesimum
diem numerauit. Cæterùm legibus ita fixis, quotidie nonnulli ad So-
lonē uentitabant, laudantes, aut repræhendētes, aut aliquid fortè repertū
ut adderet legibus consulentes: plurimi uerò erant, qui percontarentur

A eum, legesq́ examinarent, singulaq́ sibi exponi, & in quam sententiam ita statutũ esset ostendi peterent. Quæ cùm cerneret se neq; sine dedecore omittere, neq; agere sine inuidia posse, omninoq́ has difficultates declinare, offensasq́ ciuiũ & calũnias effugere cupiens (nam, ut ipse inquit, *Solonis peregrinatio.*

Vrbibus in magnis qui tanta negocia tractat
Non facile est cunctis posse placere uirum)

instituto suo administrationem rei naualis prætexens, ex Attica naui auectus est, impetrato in peregrinationem ab Atheniensibus decennio. Sperabat enim hoc temporis spacio ciues legibus adsueturos. Primùm igitur in Aegyptum uenit, ibiq́ commoratus est, ut ipse testatur:

Ostia apud Nili, prope littora clara Canopo.

Aliquandiu autem ibi apud Psenophim Heliopolitam, & Sonchin Saitam, doctissimos inter sacerdotes uiros, philosophiæ operam nauauit: ex iisq́ audiuit Atlanticum sermonem, ut Plato scribit, eumq́ aggressus est 22 carmine Græcis interpretari. Inde in Cyprum aduectus, à Philocypro uno ex insulæ eius regibus amantissimè est habitus. Vrbem is possidebat

B haud magnam, à Demophonte Thesei filio conditam, ad Clarium fluuium sitam in loco munito quidem, alioquin tamen difficili & incommodo, cui subiecta erat pulcra planicies. In hanc ut urbem transferret, amœnioremq́ & maiorem efficeret, regi autor fuit Solon: præsensq́ ipse eum in condenda urbe, adornandaq́, ut simul & amœna fieret, & tuta, adiuuit: quo factum est, ut multi habitatores Philocypro accederent, eumq́ alij reges imitarentur. Quamobrem ut honorem Soloni haberet, urbem Solos appellauit, cùm antè Aepia esset dicta. Ipse etiam Solon huius urbis conditæ mentionem facit in elegijs ad Philocyprũ ita scribens:

In Solios regnum multos, urbemq́; per annos
Sit tibi, & in gentem sceptra beata tuam.
At me cuncta caput uiolis Paphia alma, celebri
A Cypro, & nauim deuehat incolumem.
Deiq́; mihi ad patrios læto remeare penates:
Autori hæc urbis det sua dona Venus.

C Cõgressum eius cum Crœso nonnulli supputatione temporum cõmenticium ostẽdere nitunt. Atqui ego tam illustrem narrationẽ, totq́ testib. confirmatam, & (quod plus uirium habet) moribus Solonis congruentem, magnanimitateq́ & sapientia eius dignam, nequaquam puto propter annalium quasdam ratiocinationes proijciendam: quas cùm infiniti hactenus sint emendare conati, tamen cõtrouersias earum nunq́ potuerunt explicare. Proinde res ita tradita est. Solon precib. Crœsi adductus, Sardes uenit. Ibi ferè idem usu ei uenit, quod homini in terra semper uersato, cùm primùm ad mare iter facit. ut enim, is quoties fluuium aliquem conspicit, eũ mare esse putat: ita Solon, cùm per regiam transiens multos aulicos uideret sumptuosè exornatos, splendidè stipatos comitũ & satellitum caterua, unumquenq; eorum Crœsum esse putauit: donec tandem ad ipsum regem adductus est, circa quem omne id conspiciebatur quidquid in lapidibus preciosis, in uenustis uestium tincturis, in auro, omniq́ ornatu uel splendidũ, uel subtili artificio confectũ, uel admirabile existimari posset: nimirũ ut spectaculũ rex sese q̃ maxima dignitate & uarietate insigne præberet. Quarũ rerum aspectu postq̃ nihil cõmotus Solon adstitit, neq; eorum quæ Crœsus expectabat quicq̃ dixit, sed satis apertè ostendit sani iudicij hominib. contemni à se huiusmodi ineptias, usiliumq́ rerũ admirationẽ: ostendi ei thesauros iussit Crœsus, reli- *Solonis cũ Crœso congressus.*

23 quumq; apparatum ac luxum: nequaquam id postulanti, ut qui satis A
in ipso Crœso mores ingeniúmque eius contemplari sciret. Vt his omnibus inspectis redijt Solon, quæsiuit ex eo Crœsus, Ecquid ullum unquam se beatiorem uidisset hominem. respondit Solon, Visum à se Tellum suum ciuem: narrauitque eum cùm uir bonus fuisset, liberósque egregios post se reliquisset, & rem familiarem sufficientem, re præclarè gesta pro patria occubuisse. Ibi uerò cepit eum Crœsus hominem parùm compotem mentis, & rusticum putare, qui non argenti auriq; multitudine felicitatem ponderaret, sed plebeij ac priuati hominis uitam mortemq; tantis opibus regnoq; anteponeret: nihilominus tamen percontatus est, si quem alium prꝫter Tellum uidisset hominem feliciorem. Tum Cleobin & Bitonem Solon nominauit, uiros in matrem fratresq; eximia pietate. qui bobus moram facientibus, ipsi iugum currus subierint, matrémque eo ad fanum Iunonis adduxerint, lætantem, & à ciuibus beatam prædicatam: deinde sumpto cibo potúque, nunquam ab illo die surrexerint, sed tantam gloriam morte doloris mœrorísque secura clauserint. Nos uerò, inquit iam in iram prolapsus Crœsus, in numero beatorum hominum non habes? Ad quæ Solon, cùm neque adulari uellet, B
Felicitas quæ. neque ulterius iritare. Cùm de cæteris rebus, inquit, Deus Græcis, ô rex Persarum, mediocriter sentire dedit, tum sapientiæ nos cuiusdam fiducia impertijt, quæ mediocritatem respiciens, popularibus magis hominibus, quàm regio splendori sit commoda. Ea cùm uideat hominum uitam nunquam non uarijs casibus esse obnoxiam, non patitur quenquam præsentium bonorum cogitatione efferri, neq; admirari hominis alicuius felicitatem, quam immutare tempus possit: unicuique enim uariæ res futuræ, de quibus certi nihil constet, ingruunt. Cui uerò res secundas ad finem usque Deus prorogauit, hunc felicem esse statuimus: at uiuenti adhuc, & in discrimine uersanti felicitas quæ tribuitur, non magis certa atque rata est, quàm si uictoriam coronamq; alicui adhuc decertanti adscribamus. His dictis Solon abijt, non emendato, sed dolore affecto Crœso.

24 Erat tum Sardibus Aesopus fabularum conditor, accersitus à Crœso. Is habitus in honore, ægrè ferebat Solonem nullam regis esse expertum humanitatem, adhortansq; hominem: ô Solon, ait, cum regibus aut quàm C
minimè, aut quàm suauissimè colloquendum est. Nequaquam uerò, inquit Solon: sed uel minimè, uel rectissimè. Crœsus autem qui eo tempore Solonem contemptui habuisset, postquam cum Cyro pugna congressus, inferior fuit, uiuúsque in hostium uenit potestatem, ignique est addictus: rogo extructo impositus, iniectis uinculis, uniuersis Persis spectantibus, Cyro præsente, ter quanta potuit maxima uoce exclamauit, ô Solon. Id miratus Cyrus, misit qui interrogarent, quis'nam homo uel Deus ille Solon esset, quem unum rebus planè desperatis inuocauisset. Crœsus nihil dissimulans, respondit, fuisse unum è sapientum numero apud Græcos Solonem, eúmque se acciuisse, non audiendi discendiue eorum quæ ex usu fuissent, sed ostentandæ suæ felicitatis studio, eúmque eius testem dimittendi causa: in qua sanè felicitate amittenda plus fuerit mali, quàm in potiendo boni: ut quæ præsens opinionem tantùm ac nomen boni attulerit, eius uerò amissio in summos dolores, calamitatesq; extremas reipsa reciderit. Itaque eum uirum qui ex præsenti tum conditione futura coniecisset, mandasse sibi uti ad finem uitæ respiceret, neque incertis opinionibus superbiùs se efferret. Quæ uerba cum essent Cyro renunciata, ut erat uir Crœso sapien-

A fapientior, ueritatémque orationis in exemplo intuebatur, non tantùm ignouit Crœso, sed & quandiu uixit, honorificè habuit secum: iudicatúmque est ita de Solone, uno eum dicto è duobus regibus alterum seruasse, alterum erudiuisse. Interim per absentiam Solonis tota ciuitas in factiones discesserat. Pediæorum dux erat Lycurgus, Paralorum Megacles Alcmæonis F., Diacriorum Pisistratus, quibus se coniunxerat turba mercenariorum, maximè diuitibus infensa: & quanuis adhuc uterentur legibus, omnes tamen studium rerum nouandarum incesserat, cupiditásque status reipublicæ mutandi, quòd in ea immutatione non æquas modò, sed & potiores partes se habituros, omnínóque aduersarijs superiores futuros existimabant. Ea rerum forma Solon Athenas reuersus, reuerenter quidem & in honore ab omnibus habitus est, ad loquendū tamen & agendum publicè, sicut antea, minus promptum efficacémque eum senectus reddiderat: tantùm seorsim cum principibus factionum congressus, componere dissidia studebat: idq; eo magis, quòd Pisistratus animum ipsi aduertere uidebatur. Erat is uir in colloquio blandus,

Solon Athenas redit, seditionibus actas.

Pisistrati ingenium.

B iuuandorum pauperum studiosus, circa inimicicias moderatus: preterea uerò imitatione eorum, quæ natura ipsi non aderant, effecerat ut probitatis ac modestiæ opinione eos etiam, qui reuera tales erant, uinceret, putarctúrque æqualitatis amans, & iniquissimè præsentis rerum status mutationem, nouásque res laturus: hócque modo uulgus hominum decipiebat. At Solon ingenium hominis statim deprehendit, primúsque omnium insidias eius conspexit. neque odio eum prosecutus tamen est, sed emollire, ac ad sanam mentem reuocare intendit: dixítque cùm ipsi, tum alijs, non esse eo quenquam magis aptum natura ad uirtutem, neque meliorem ciuem, si modò studium principatus ex animo eius eximeretur, cupiditásque tyrannidis pelleretur. Eo tempore, cùm Thespis iam Tragœdiam proferret, cáque res nouitate sua animos ciuium alliceret, nondum tamen ad certamina peruenisset: Solon homo audiendi discendíque natura studiosus, quíque senectutem suam ocio & ludicris rebus, adeóque compotationibus iam & musica transigeret, spectauit Thespin, ipsum (qui mos antiquis fuit) personam agentem. Finito spectaculo compellauit eum, ac sciscitatus est, ecquid eum non

Iudiciū de dramatibus, Solonis.

C puderet coram tanta multitudine tantopere mentiri: qui cum respondisset, nihil mali esse, cùm hæc animi causa ita agerentur atque dicerentur, terram grauiter scipione percutiens Solon, Mox, inquit, fiet, ut cùm hunc ludum laudemus & honore afficiamus, eum in contractibus inueniamus. Vbi Pisistratus impositis sibijpsi uulneribus bigis in forum prouectus animos ciuium irritauit, tanquam reipublicæ causa ita ab hostibus per insidias acceptus: multis indignantibus ac uociferantibus, proximè ad eum accedens Solon, & asistens, Nō bene, inquit, ô fili Hippocratis, Homericum Vlissem agis: ut enim ille ad decipiendos hostes corpus suum malè mulctauit, ita tu idem facis ad inducendos in fraudem ciues. Cæterùm hoc facto Pisistratus id consecutus est, ut multitudo ad eum defendendum esset parata: populóque in concionem congregato cùm Aristo rogationem tulisset, ut Pisistrato custodiæ corporis causa quinquaginta clauigeri darentur, surrexit Solon, ac multis uerbis id impugnauit, in eam sententiam, quę in carminibus ipsius ita perscripta est:

Pisistrati techna à Solone deprahensa.

Linguæ, & blandiloquæ uerbis uos creditis oris,
Quæ fiunt nemo cùm notet interea. 25

Et, *Vestrûm quisq; malæ sequitur uestigia uulpis:* A

Vanus, & imprudens omnibus est animus.

Videns autem egenos ad gratificandum Pisistrato concitatos tumultuari, diuites uerò aufugere metu consternatos, discesit: id tantùm præfatus, alteris se sapientiorem esse, alteris fortiorem. sapientiorem ijs, qui quid ageretur non intelligerent: fortiorem ijs, qui cum sentirent, tyrannidi se opponere non auderent. Cæterùm populus cum legem iussisset, nihil ultra de numero clauigerorum inquisiuit, sed passus est Pisistratum quotquot uellet alere & conducere, donec is arcem occupauit. Eo facto, conturbatáque ciuitate, Megacles & reliqui Alcmæonidæ ex urbe fugerunt. At Solon, etsi iam admodum senex, & auxiliarijs destitutus, nihilominus in concionem progressus, uerba ad ciues fecit, partim eorum imprudentiam & molliciem increpans, partim iritans eõs, & adhortans, ne adhuc libertatem suam proditam uellent. Dixitq; tum id, quod in ore deinde hominum est habitum, Antè quidem faciliùs ipsis factu fuisse ut tyrannidem nascentem prohiberent: nunc præclarius esse splendidiusq;, constitutam iam & natam excindere. Sed cùm metus causa nemo ei animum aduerteret, domum suam abijt, armaq; sua ante ædes in angiportu posuit: Ego quidem, inquiens, patriæ legibusq; quantum in me fuit, opitulatus sum. Atque exinde quieti se dedit, ämicisquè ut fugeret hortantibus, non obtemperauit, sed carmina condens, in Athenienses inuectus est: B

Iam mala si uestra toleratis tristia culpâ,

Non accepta bonis illa referte Dijs.

Præsidio uestros munistis namq; tyrannos:

Vestra hinc seruicium nunc graue colla premit.

Horum carminum causa cùm multi eum monerent ut sibi caueret, ne à
26 tyranno interficeretur, quærerêntque qua re fretus ita confidenter nullum periculum horreret: senectute, inquit. At uerò Pisistratus rerum potitus, ita demereri Solonem perrexit, omnique honore & obseruantia colere, ut eum & consiliarium habuerit, & multarum suarum actionum laudatorem. Plerasque enim Solonis leges retinuit, ipse ijs stans, amicósque ut idem facerent cogens: adeòque homicidij causa in ius apud Areopagitas uocatus, cùm iam tyrannidem gereret, moderatè tamen ad dicendam causam adfuit: actor autem non respondit ad nomen. C

Pisistrati leges. Ipse etiam alias leges sanxit, quarum è numero est ea, qua ij qui in bello membrum aliquod amisissent, publicè ali iubentur. Heraclides hoc antè à Solone de Thersippo mutilato decretum, tum Pisistratum imitatum tradit. Legem quoque de ocio (si Theophrastum audimus) non Solon, sed Pisistratus posuit: qua & agrum coli diligentius, & urbem tranquilliorem fecit. Porrò autem Solon cum aggressus esset opus de
27 sermone Atlantico, quem à doctis apud Sain urbem Aegypti audiuerat,

Atlanticus sermo. idq; conducturum Atheniensibus speraret, defecit: non (ut Plato dixit) occupationibus, uerùm senectute impeditus, magnitudinemq; libri timens. Abundasse enim eum ocio, hæ eius uoces indicant,

Discenti semper multa, senecta subit.

Et, *Nunc Veneris mihi grata, & leti munera Bacchi,*

Musarumq;: uiris dant ea leticiam.

Platonis Atlanticum. Plato Atlantici sermonis propositionem, tanquam boni agri solum cultoris egens, excepit, cognationis causa ad ipsum quodammodò pertinens: idq; opus absoluere & exornare cùm intendisset, initio uestibula, moenia,

A moenia, atriáque magna posuit, qualia nulla unquam nec oratio, neque poesis habuerit: sed cùm seró incepisset, uitæ prius, quàm libri pensum absoluit, quanto maius gaudium ijs quæ perscripsit, tanto maiorem ijs quæ imperfecta reliquit tristiciam nobis adferens. Nam ut Athenis inter multa præclara opera, Iouis Olympij templum non absolutum: ita 21 in Platonis philosophia Atlanticus sermo imperfectus est. Proinde Solon occupata à Pisistrato tyrannide, uixit adhuc permultum temporis, *Mors Solonis.* ut quidem Heraclides Ponticus est autor. Nam Phanias Ephesius non totum biennnum affirmat eum uixisse: siquidem Pisistratum inuasisse tyrannidem in Comij magistratu, Solonem autem sub Hegestrato, qui in principatu Comio succesit, uita defunctum. Cremati Solonis cineres sparsos fuisse apud Salaminem insulam tantum habet absurdi, ut omnino fidem non mereri, sed commentum iudicari possit: tamen id factum scripsere cùm alij fide digni autores, tum Aristoteles etiam Philosophus.

B

PLVTARCHI POPLICOLA,

[redacted]

Aug[redacted]interprete.

CVM hoc Solone, Poplicolam comparabimus: cui quidem *Nomen & genus.* id cognomentum honoris ergò populus Romanus excogitauit, cùm antè P. Valerius uocaretur, crederetur& genus referre ad Valerium illum priscum, qui maximè in causa fuit, ut Romani & Sabini ex hostibus unus populus 1 fierent: quippe is fuit, qui præsertim regibus persuasit ut conuenirent, eósque inter se conciliauit. Ab hoc, ut fertur, ortus noster, cùm adhuc sub regibus esset Roma, eloquentia & diuitijs claruit: quorum altero rectè, & liberè semper pro iusticia defendenda utebatur, altero liberaliter & benignè, opem egentibus ferendo. ut satis iam tum perspicuum fuerit, eum, in republica, si summa eius ad populum aliquando C deferretur, principem fore. Proinde cùm populo iamdudum Tarquinium Superbum regem indignè grauiter& ferenti (quippe qui neque legitimè, sed per scelus & impiè regnum occupasset: neque ut regem decebat, sed libidinosè & crudeliter eo fungeretur) deficiendi occasionem casus Lucretiæ obtulisset, quæ propter uim pudiciciæ suæ factam manus sibi ipsa attulerat: L. Brutus rerum mutationem aggressus, Valerium primò adijt, summo& eius studio opera& in eijciendis regibus *Valerius Bruti in regno euertendo socius.* usus est. Ac quandiu uidebatur populus unum aliquem ducem in regis locum designaturus, continuit sese in ocio Valerius, meliori iure principatum Bruto deberi, qui popularis in republica status autor fuisset, sentiens. Cùm autem regni nomen populus exosum habens, faciliúsque existimans diuisum imperium se posse pati, duos ad summam rerum uocaret: sperans Valerius se cum Bruto delectum iri, & consulem futurum, repulsam tulit. Collega enim Bruto (inuito quamlibet) datus est loco Valerij Tarquinius Collatinus, Lucretiæ maritus: nihil quidem Valerium uirtute præstans. sed potentiores cùm metuerent adhuc reges multa foris tentantes, urbique blandientes, ducem habere uolebant eum, qui uehementissimè ijs inimicus, nihil con-

cederet. At Valerius iniquo animo ferens, si quòd nulla priuatim iniuria A
esset à regibus affectus, iccirco nō crederetur omnia patriæ causa agere,
senatu se abstinuit, patrocinia repudiauit, omninoq́ à reip. cura sese abdu
xit: quæ res sermonum multis, solicitudinisq́ causam præbuit, metuen-
tibus ne ira commotus, regibus se adiungeret, ciuitatemq́ nondum con-
firmatis planè rebus euerteret. Et Brutus, cùm alios quoque eodem no-
mine suspectos haberet, sacris factis statuit sacramento adigere senatum,
eiq́ rei diem dixit. Tum Valerius admodum hilari uultu in forum descen
dit, primusq́ omnium iurauit, nihil se concessurum Tarquinio, sed totis
uiribus pro libertate propugnaturum: quod eius factum & uoluptatem
senatui, & fiduciam magistratibus attulit: idq́ iuramentum mox re ipsa
Tarquinij legationes. est ab eo confirmatum. Venerunt enim à Tarquinio legati, literas feren-
tes, in quibus erant multa quæ ad pelliciendum populum facerent, di-
ctuq́ speciosa, quibus omnino corrumpi animos plebis posse rex puta-
bat: submisisse iam se animū, & æqua postulare præ se ferens. Hos cùm
ad multitudinem producendos censerent consules, prohibuit Valerius,
neque passus est hominibus pauperibus, & qui bellum tyrannide graui-
us putarent, initia & occasiones rerum nouandarum obijci. Post hos a- B
lij uenerunt legati, dicentes Tarquinium regno & bello desistere uelle,
repetere autem suas ac [illegible] atque bona, ut ex
illis in exilio uiuere possent. Fractis ea petitione mulrorum animis, præ-
sertim qui Collatinum etiam adstipulari ei uiderent, Brutus, ut erat uir im
perterritus, atque iracundus, in forum procurrit, collegam suum prodi-
torem uocitans, qui belli & tyrannidis occasiones ijs largiatur, quibus
exilij uiaticum decernere perniciosum utique fuerit. Conuenientibus
porrò ibi ciuibus, primus omniū C. Minucius, homo priuatus, in populo
uerba fecit, Brutumq́ & ciues cohortatus est, curarent, ut pecuniæ ipsis
in bello contra tyrannos potiùs, quàm his in oppugnanda ciuitate auxi-
lio essent. Veruntamen Romani libertatem, cuius causa bellum suscepe-
ant, adepti, statuerunt pacem pecuniæ causa non amittendā, sed hācunà
cum tyrannis urbe exterminandam esse. At uerò Tarquinijs de pecunia
res minimè agebatur, sed ea petitione & populi animus explorabatur, &
proditio adornabatur. Eam struxere legati, ac dum se bona partim uen
dere, partim seruare, partim mittere domum simulant, tantisper Romæ
cōmorati sunt, dum duas familias, quæ honestæ cum primis habebantur C
corrupere, Aquilliorum, & Vitelliorum, ex hac duobus, ex illa tribus
2 *Coniuratio aduersus remp.* consilij socijs sibi adscitis. Atque horum omnium auunculus erat Col-
latinus consul. Sed Vitellij alia priuatim etiam necessitudine Brutum
contingebant: sororem enim is eorum in matrimonio, ex eaq́ complu-
res liberos habebat. Ex his quoque duos illi adultos iam, ut sanguine &
quotidiana consuetudine iunctos, ad se pertraxerunt, persuaseruntq́ ut
in societatem proditionis uenirent, ac sese generi Tarquiniorum præcla-
ro, spesq́ regias habenti insererent, patrisq́ sui duriciē, & stulticiam mis-
sam facerent. Duriciæ enim uocabulo summam eius in malos seuerita-
tē appellabant: idemq́ stulticiæ, cuius simulatione se diu occultauerat, ut
à tyrannis tutus esset, cognomentum ne in posterū quidem effugit. Post-
quam assensere adolescentes, & cum Aquillijs collocuti sunt, communi
consilio statutum est, ut magno ac graui iuramento sese omnes inuicem
obstringerent, occisi hominis sanguine libato, ac uisceribus degustatis.
Eius rei gratia in domum Aquilliorū conuenerūt. quæ cùm deserta esset,
atque tenebricosa, seruus, Vindicius nomine, qui sanè non insidiandi
causa,

A causa, aut futuri prouidens eò uenerat: sed cùm forte fortuna intus esset, ueritus se ipsis subitò intrantibus in conspectum dare, post obiectam ante se arcam sese abdiderat.) & quæ agerentur uidit, & consilia eorum inaudiuit. Decreuere autem consules interficere, ac literas, quibus id indicaretur ad Tarquinium scriptas, legatis dedere: qui hospitio Aquilliorum tunc utebantur, & coniurationi intererant. His ita confectis cum discessissent, Vindicius clanculum inde se subduxit, incertus quidnam ageret: ut cui ea res forte oblata ancipitem cogitandi curam attulisset. nam uel apud Brutum patrem filios tanti piaculi accusare, uel apud auunculum eosdem Collatinum, existimabat (ut erat) rem esse atrocem: & priuatum, cui tutò res arcana tanti momenti posset aperiri, nouerat neminem: nihil uerò minus, quàm silentio eam inuoluere ualebat. Tandem conscientia rei actus instituit Valerio eam exponere: maximè uiri eius facilitate humanitateꝗ adductus, cui omnibus qui uellent, ad se aditus esset, cuiusque fores omnibus paterent, & qui nullius quantumuis abiectæ sortis hominis sermonem usumꝗ aspernaretur. Ad quem postquam Vin-

Vindicius coniurationis index.

B dicius adscendit, omniaꝗ ei recensuit, fratre Valerij Marco, & uxore præsentibus: perterritus Valerius quo cautius ageret, hominem à se non dimisit, sed in conclaui inclusit, custodiendumꝗ uxori suæ mandauit: fratrem misit, ut aula regis circundata, literas (si posset) acciperet, seruosꝗ obseruaret. Ipse cum clientibus & amicis, quos circa se plurimos semper habebat, famulorumꝗ magno numero, ad domum Aquilliorum perrexit. Qui cùm domi tum non essent, nemine id cogitante, per fores irrupit, literasꝗ eo loco, quo diuertebant legati, inuenit. Hoc eo agente, cursu domum sese Aquillij corripuerunt, ac apud ianuam in eum incidentes, literas eripere conati sunt: comites Valerij uim propulsauerunt, collaꝗ eorum uestimentis iniectis implicantes, ui & ægrè pulsantes pulsatiꝗ per angiportus in forum cum ijs sese proripuerũt. Idem apud aulam regiam accidit, ubi Marcus literis, quæ in uasis quibusdam portabantur, manũ iniecerat, & ex regijs ministris quotquot poterat secum in forum rapiebat. Postquam tumultus à consulibus sedatus est, iussu Valerij Vindicius in publicum productus est: accusationeꝗ peracta, recitatæ sunt literæ. Cùm nihil haberent rei quod contradicerent, reliquis omnib.

C tristicia perculsis, & tacentib. à nonnullis, qui rem Bruto gratam se facere putabant, exilij mentio illata est: & Collatinus etiã effusis lacrymis bonã spem reis ostendebat, quam Valerij silentiũ augebat. Sed Brutus utrunꝗ filiorum nominatim compellans: Age, dicebat, Tite, age Tiberi, cur ad obiectũ crimen nihil respondetis? Vbi tertiò interrogati nihil responderunt, ibi demũ conuersa ad lictores facie: Vestrum, inquit, iam est reliqua exequi. Hi statim correptos adolescentes, uestib. spoliauerunt, manus in terga retorserunt, corpora uirgis ceciderunt. Ferturꝗ reliquis id spectare non sustinentib. ipsum neꝗ oculos aliò auertisse, neꝗ miseratione quicꝗ de ira seueritateꝗ uultus eius diminuisse: sed filiorum supplicium iracundis oculis inspexisse, tantisper dum in terram prostrati, ac securi percussi fuerint: tum reliquis collegæ iudicio permissis, eum discessisse eo edito facinore, quod neꝗ laudare pro merito, neꝗ uituperare satis quisquam possit. Nam aut uirtutis excellentia animo omnes affectus exclusit: aut magnitudo affectus doloris penitus expertem eundem effecit: quorum neutrum paruum, aut humanæ naturæ est, sed diuinum alterum, alterum belluinum. & tamen æquius est in iudicando existimationem eius uiri sequi, quàm propter imbecillitatem eius, qui iudicet, uirtutem in du-

Bruti in filios seueritas.

bium

bium uocari. Sanè Romani maius opus existimant Bruti, quod rempub. A
recuperarit atque constituerit, quàm Romuli, quòd urbem condiderit.
Cæterùm digresso, ut diximus, Bruto, rei gestæ admiratione aliquandiu
omnes stupor, horror, silentiumq; tenuit. At Collatini mollicies & cun-
ctatio Aquilliis animũ reddidit, spaciumq; sui excusandi petierunt, utq;
ipsis Vindicius seruus ipsorũ redderetur, neque esset penes accusatores.
Quæ cum cõcedere iam uellet Collatinus, & concionẽ propterea solue-
ret, Valerius neq; dimittere hominẽ, suorum stipatorũ turbæ immixtum
uolebat, neq; sinebat populũ missis factis ꝓditorib. abire. Tandẽ manus
Aquilliis iniiciens, Brutũ inuocauit, clamitans, iniquè Collatinum agere,
qui cùm necandorũ filiorum necessitatẽ collegæ imposuisset, ipse mulie-
ribus proditores & hostes patriæ cõdonandos putet. Indignante ibi con
sule, Vindiciumq; abduci iubente, lictores turba discussa manus ei iniece
runt, eisq; qui eũ abducebant uerbera imposuerunt. Valerii amici pro eo
propugnauerunt: populus clamore Brutum in rem præsentẽ aduocauit.
Is igit̃ ut uenit, facto ad reditum eius silentio: De filiis, inquit, meis ipse sa
tis amplæ potestatis iudex fui: de reliquis suffragia liberis ciuib. permit- B
to: dicat qui uelit, & populo persuadeat. Tum uerò nihil oratione fuit o-
pus, sed misso in suffragiũ populo, omniũ sententiis damnati proditores,
securi percussi sunt. At Collatinus, qui iam antè propter necessitatẽ, quæ

Collatino abdicanti Poplicola suffectus.

cum regib. ipsi intercedebat, in suspicionẽ uenerat, cuiusq; etiam nomen
ciuibus Tarquiniũ abominantib. inuisum erat, his actis cùm planè offen-
disset populũ, ultrò magistratu se abdicauit, urbeq; excessit. Eam ob cau-
sam iterum comitiis habitis, Valerius cum magno honore consul est crea
tus, dignam sui in ciuitatem studii gratiam adeptus. Cuius ille existimãs
deberi fructum etiam Vindicio aliquem, decreuit ut is primus omnium
libertorũ ciuis Romanus esset, & in quam ipse uoluisset curiam adscitus
3 suffragium ferendi ius haberet. Reliquis libertis longo pòst tempore
Appius gratiam populi captans idem permisit. perfecta autem manu-
missio, in hunc usque diem uindicta dicitur, ab isto (ut aiunt) Vindicio.
His actis, bona regia diripienda ciuibus dederunt, domum solo æquaue-

Cãpus Martius.

runt, aulamq;: campi Martii partem, quam amœnissimã possederat Tar-
quinius, Deo consecrarunt. Erat tum fortè ibi seges demessa: iacenti-
busq; adhuc in agro manipulis, cùm uel triturari eam, uel ullos alios ad u- C
sus adhibere propter consecrationem religioni ducerent, concursu facto
manipulos in profluentem deportauerunt: arboresq; etiã excisas eodem
abiecerunt, solumq; Deo protinus uacuum & fructu carens dedicarũt.
Fluuius ea, ut erant confertim alia supra alia immissa, seq; impellebant,
non procul auexit, sed eò usque tantum, dum quę primò erant iniecta, so-
lidæ materiæ impacta substiterunt: ita cùm quæ subsequebantur exitum
non inuenirent, sed prioribus tenerentur implicarenturq;, congeriem e-

Insula in Tiberi.

am uis fluminis auxit, corroborauitq;, ingesto multo limo, qui & funda-
mentum moli præbuit, & eàm inter se conglutinauit: & quæ eò allide-
bantur, molem non labefactarunt, sed leuiter tantum materiam com-
presserunt atque compegerunt. hac magnitudine & cohęrentia effectum
est, ut maior moles accederet, fieretq; area, quæ pleraq; secundo flumi-
4 ne delata exciperet. Nunc ea moles, insula est sacra infra urbem, habetq;
templa Deorum, & porticus, & uocatur latina lingua, Media inter duos
pontes. Quidam accidisse hoc tradunt non tum, cùm campus Tarqui-
nii consecratus est, sed postea temporis, Tarquinia finitimum ei loco a-
grum concedente: fuisseq; eam Tarquiniam Vestalem, & adeptam hu-

A ius rei gratia magnos honores, quorum in numero fuerit, quòd soli mulierum ipsi licebat testimonium ferre, & nubere permissum erat, quam tamen licentiam ipsa repudiauit. Hæc sunt quæ illi de his fabulantur. At Tarquinium cùm spem proditione recuperandi regni dimisisset, Etrusci prompte receptum, reduxerunt cum magnis copijs. Contra eos Romani consules cum exercitu ciuium profecti, aciem in locis sacris instruxerunt, quorum alterius Vrsus lucus, alterius Aesuuium pratum nomen 5 fertur. Commisso prœlio Aruns Tarquinij filius, & Brutus Romanorum consul infestis equis concurrerunt, non fortuitò, sed odio iraque incitati, alter autorem sui exilij, alter tyrannum patriæ ulturus: magisque animi ardore, quàm ratione in congressu usi, neuter corporis sui tegendi habita cura, simul occiderunt. Initium certaminis tam dirum, nihilo mitior finis subsecutus est: æqualibus utrinque datis acceptisque cladibus, tempestas prœlium soluit. Hic incertus pugnæ euentus solicitum animi tenuit Valerium, cùm uideret suorum cædibus militum animos concidisse, hostiumque eosdem strage extolli: adeò occisorum multitudo dubiam æqualemque cladem reddiderat. & tamē utrosque sua damna, quę propius cernebant, certiores de sua clade, quàm de parta ex hostibus (quòd remotiora tantum coniectura assequebantur) uictoria faciebant. Nox ea quieta utrique exercitui fuit: ut par erat, tanto confecto prœlio. Tum perhibent concusso luco, magnam ex eo uocem excidisse, quæ indicauerit, uno plures de Etruscis quàm de Romanis cecidisse. Fuitque sanè ea uox diuina. confestim enim ea audita Romani clamorem ingentem audacter sustulerunt: Etrusci magno terrore percussi, è castris sese proripuere, ac maiori ex parte dispersi sunt: reliquos, quorum numerus erat paulo quinque millibus inferior, Romani superuenientes in suam potestatem redegerunt, castraque diripuerunt. Cadaueribus dinumeratis, undecim millia, ac trecentos hostium occubuisse inuentum est: Romanorum uno minus. Pugnatum tradunt pridie Kalend. Martias. Triumphauit de hoc bello Valerius, primus omnium consulum quadrigis inuectus in urbem: fuitque huius triumphi aspectus splendidus atque magnificus: non (quod quidā dixerunt) odiosus & spectatorib. molestus. non enim tāto studio eum posteri æmulati essent, idque per tam multos deinceps annos.

Bellum cōtra Tarquinium & Etruscos.

C Gratus fuit populo etiam honor, quem Valerius habuit collegæ in funere eius sepulturáque exornanda. Tam uerò accepta fuit funebris eiusdem oratio, tamque chara, ut inde tractum sit, ut omnes boni ac magni uiri, cùm fato concesserint, ab optimis laudentur. Affirmant etiam hanc Valerij funebrem orationem Græcis eiusdem generis antiquiorem fuisse: nisi hoc quoque Solonis est inuentum, ut Anaximenes rhetor narrat. Enimuerò id contrà maius Valerio odium offensionémque parabat, quòd Brutus (quem libertatis parentem populus censebat) solus imperare noluerat, sed iterum collegam sibi assumpserat: hic uerò (dicebant) omnia ad se unum referens, non Bruti consulatum, nihil ad se pertinentem, sed Tarquinij regnum excepit. Quid autem attinebat oratione laudare Brutum, re ipsa Tarquinium imitari, solúmque cum omnibus fascibus ac securibus progredi è tam magna domo, quanta ne regis quidem fuit? Nam profectò Valerius domum nimis insolenter ædificatam habitabat sub Velia, imminentem foro, & de qua propter altitudinem prospectus usquequaque pateret, ad quam difficulter posset accedi extrinsecus: itaque cū descenderet, sublimis eius erat cōspectus, fastusque in incessu & comitatu regius. Hac in re manifestum reddidit ille,

Laudationes funebres.

quantum

quantũ expediat homini in imperio & magnis rebus administrãdis con- A
stituto, aures habere, quæ non adulationem, sed eius loco liberam & ue-
Poplicola domum suam demolitur.
ram orationem admittant. Narrantibus enim ei amicis, quod plerisque
uideretur præter officium suum agere, non contendit cum ijs, neque sto-
machatus est: sed euestigiò eadem ipsa nocte cõductis multis fabris, de-
molitus est domum suam, & solo protinus æquauit. Itaque facto die Ro-
mani cùm id uidissent, ac eò conuenissent, charam habuere, & mirati sunt
uiri eius magnanimitatem: ædium interim molem & pulchritudinẽ de-
siderantes, ob inuidiam (quod hominibus etiam usu uenit interdum) im-
meritò deiectarum. Consul autem apud alios, tanquam proprio lare ca-
rens, habitabat: accipiebant enim amici Valeriũ, donec populus locum
ei dedit, domumque priore minus splendidam ædificauit: quo loco nunc
templum est, & Vicus publicus dicitur. Porrò autem uolens non modò
seipsum, sed & magistratum de terribili mansuetũ & gratum populo red-
Fasces demissi.
dere, secures à fascibus sustulit: ipsosque fasces si quando in concionem
prodiret, populo submisit, atque inclinauit: eo indicãs, omne in populi ma-
nu esse imperiũ. eumque morem adhuc tenent ij qui magistratus gerunt. B
Neque animaduertit uulgus, non eum deprimere seipsum, sed hac mode-
ratione inuidiam amoliri, & quantum uideretur sibi licentiæ ipse auferre,
tantum potentiæ eo sibi adijcere: quippe populus cum uoluptate se ei
Poplicolæ unde.
submittebat, eumque ferebat, adeò ut & Poplicolæ nomen ei fecerit, quo
cognomento studiosus & cultor populi significatur: idque nomen priscis
eius nominibus quia præualuit deinde, nos quoque eo in uita eius uiri nar-
randa deinceps utemur. Proinde Poplicola facultatem dedit ambiendi
consulatus liberam ijs qui uellent: ante tamen, quàm collega ei daretur,
incertus futuri, metuensque ne is uel ob inuidiam uel per inscitiam sibi re-
fragaretur, ad constitutiones optimas præclarissimasque suam unius pote-
statem adhibuit. Primò senatum suppleuit, paucitate hominum labo-
rantẽ: nam partim sub Tarquinio, partim in pugna proxima multi obie-
rant. dicunt autem adscriptos in eum ordinem ab ipso fuisse CLXIIII.
Leges Valeriæ.
Deinde leges condidit. ex quibus ea maximam uim multitudini adiecit,
qua reo à consulibus ad populum prouocationem concessit. Altera, quæ
eos qui iniussu populi magistratum occepissent, morte mulctari iubebat.
Tertia, qua opitulatus est pauperibus, uectigalibus ciuium sublatis, effe- C
citque ut promptiores omnes ad conductiones publicas accederent. Lex
autem lata contra eos, qui consulibus dicto audientes non fuissent, ipsa
quoque popularis, & nõ minus in rem populi, quàm potentium scripta uide-
batur. mulctam autem ea inobedientiæ statuit, precium quinque boum, &
duarum ouium: eratque precium ouis, oboli decem, bouis centum. Non-
dum enim eo tempore in frequenti usu apud Romanos erat pecunia, sed
pecoris & iumenti copia diuites censebantur. Itaque adhuc facultates pe-
culia nominantur: & antiquissimo nomismati bos erat insculptus, aut
ouis, aut sus: nomina quoque suis filijs inde imposuerunt Suillorum, Bu-
bulcorum, Caprariorum, Porciorum. Cùm autem ad hunc modum po-
pularis fuisset, & in re modica moderatus, in alijs supplicium grauius sta-
tuit. lege enim sanxit, ut qui tyrannidem affectaret, eum cuilibet indicta
causa liceret occidere: occisorem autem cædis absoluebat, si demõstras-
set occisi delictum. Quoniam enim fieri non potest ut qui tantam rem
molitur, omnes lateat: & tamen fieri potest, ut deprehensus iudicio seui
eripiat: quod iudicium ui aliquãdo impediri posset, eius loco cuiuis uo-
lenti sontem puniendi potestatem dedit. Laudatus est etiam quæstoriæ
legis

A legis gratia. Cùm enim necessariò ciues ad bellum gerendum pecunias
de suis facultatibus conferrent, neque ipse eas administrare, neque amicis id
munus dare uoluit, noluitque omnino pecunias publicas in priuati domũ
deferri: itaque Saturni templum ærarium fecit (& adhuc is est eius usus)
duosque iuuenes quæstores creare populum iussit. Primi quæstores facti *Primi quæstores.*
sunt P. Veturius, M. Minucius. Magna uis pecuniæ tum in ærarium illata
est. Censa enim sunt hominum millia CXXX. uiduis & orbis parentum
liberis remissa pensione. Secundum hæc, collegam sibi adsumpsit Lucre-
tiæ patrem Lucretium, eique ut seniori, prioribus partibus cedens, fasces
concessit: mansitque is honor maioribus natu ab eo usque ad hæc tempora.
Paucis pòst diebus Lucretio uita functo, iterum habitis comitijs, consul
creatus est M. Horatius: isque reliquo anni tempore Poplicolę collega fuit.
Tarquinio autem alterum in Etruria contra Romanos bellum mouen-
te, magnum ostentum factum traditur. Cùm regnaret adhuc Romæ Tar-
quinius, templumque Iouis Capitolini iam ferè absoluisset, quadrigas ficti-
les, quas in culmine eius ponere siue augurio aliquo, siue consilio suo ad-
B ductus statuisset, Veientibus (sunt autem hi in Etruria) fabris faciendos
locauerat: paulò pòst ipse regno excidit. Fabri quadrigas cùm effinxis-
sent, & in fornacem posuissent, non id accidit, quod solet luto, ut in igne
positum humore absumpto densetur atque in se coëat: sed intumuerunt
seque extulerunt, & cum robore ac duricie tantam molem adeptæ sunt, ut
ęgrè, ablato fornaci culmine, & destructis parietibus, eximi inde potue-
rint. Quod signũ cùm essent interpretati aruspices felicitatẽ, potentiám-
que ijs portendere, apud quos esset: reposcentibus eas Romanis Veien-
tes decreuere non reddere, responderuntque Tarquinij eas esse, nõ eorum
qui Tarquinium expulissent. Paucis interiectis diebus, equorum certa-
mina Veijs sunt edita. Et cętera quidem solito studio spectata sunt. Ve-
rùm is, qui quadrigis uicerat, currum uictorem coronatus ipse paulatim
è circo agebat: equi autem consternati, nulla eius rei apparente causa, siue
diuinitus acti, siue id fortuitò accidit, auriga abrepto summa celeritate
Romam uersus contenderunt: qui cùm nihil neque contendendo habe-
nas, neque adhortando equos proficeret, impetui eorum concedens, us-
C que ad Capitolium ab illis est raptatus: ibique abiectus apud portam, cui
nunc Ratumenæ nomen est. Huius rei miraculo metuque compulsi Veien- 6
tes, fabris ut quadrigas traderent Romanis, mandauerunt. Cæterùm Ca- *De Capito-*
pitolium Ioui Tarquinius Priscus uouit in bello aduersus Sabinos: ædifi- *lio.*
cauit autem Tarquinius Superbus, siue filius, siue nepos eius qui uoue- 7
rat: neque tamen dedicauit, sed parum adhuc à perfectione id tum aberat
cùm ipse Roma excidit. Posteaque absolutum planè, & ut debuerat exorna
tum fuit, cupiditas eius dedicandi Poplicolam incessit. Sed plerique opti-
matum id ab eo fieri, indignum putabant: & ut eos honores quos erat
leges ferendo, magistratusque gerendo adeptus, tanquam debitos &
proprios minùs ei inuidebant, ita hunc alienum non putabant debere
addi. Quare autores fuerunt Horatio, ut dedicationem ipse sibi uendica-
ret: & cùm necessitas in militiam proficisci coëgisset Poplicolam, huic de-
creto dedicationem iniungẽtes, in Capitolium eum adduxerunt: quippe
qui intelligerent, se Poplicola præsente potiores non fuisse futuros. Qui-
dam dicunt sortitis inter se consulibus, Poplicolę inuito militiam, huic de
dicationem obtigisse. Quomodo res ea habuerit, licet etiam ex his conie
ctari, quę inter dedicandum acta sunt. Idibus Septembris (quæ dies inci-
dit in plenilunium mensis eius, quem Metagetniontem Græci uocant)

dedicationis causa cum frequentes in Capitolium omnes conuenissent, A
Horatius facto silentio, peractis pro more omnibus, fores tangens, uerba dedicationis solennia dixit. Ibi frater Poplicolæ Marcus, iamdudum foribus adstans, & occasionem captans: Filius ô consul, inquit, tuus in castris ex morbo decessit. Omnibus hoc auditu graue fuit. At Horatius nihil perturbatus, hoc tantùm dicto, Proijcitote ergo quò uolueritis mortuũ, ego enim luctum non admitto. cætera peregit. Neque erat uerum id quod nunciabatur: sed Marcus finxerat, quò à dedicatione Horatium deterreret. Admiratione igitur digna uiri constantia est, siue imposturam tanta celeritate sensit, siue fidem dicto habens, non cõmotus tamen est. Eadem fortuna dedicationis etiam secũdo fuit Capitolini Iouis templo. Primum enim à Tarquinio (uti demonstrauimus) ædificatum, ab Horatio dedicatum, ignis bellis ciuilibus absumpsit. Secundum Sylla refecit, eoq; ante dedicationem mortuo, Catuli nomen templo inscriptum est. Hoc etiam cùm Vitelliana seditione perijsset, Vespasianus, eo quoque ad reliquam suam felicitatem addito, tertium denuò extruxit, perfectumq; uidit: non autem uidit idem haud diu pòst perire: sed in eo fuit quàm Sylla fortunatior, quòd is ante dedicationem, Vespasianus ante interitum sui templi uita excesit. statim enim sub mortem eius, Capitolium incendio conflagrauit. Quartum, quod nostro extat tempore, est à Domitiano & ædificatum, & dedicatum. Ferunt Tarquinium impendisse in fundamenta templi, librarum argenti quadraginta millia. Ast ad rependendum inaurationis precium, templi eius, quod nostro tempore est extructum, non sufficerent ditissimi hominis priuati opes: ea enim duodenis talento- B

8 rum millibus, eoq; amplius, æstimatur. Columnæ excisæ sunt ex Pentelico lapide, quas ipsi Athenis uidimus longitudine pulcerrimè quadrante ad crassiciem: sed Romę iterum dolatæ non tantum adeptæ sunt splendoris, quantum amisere concinnitatis, pulchritudinisq;, penitusq; ad gracilitatem redactæ. Huius Capitolij magnificentiam qui miratur, idem si in ædibus Domitiani unicam porticum, aut basilicam, aut balneum, aut conclaue pellicum uidisset: id quod est dictum Epicharmi in prodigum,

Non tu humanus es, uitio laboras, nanq; dare gaudes:

in Domitianũ utiq; deflecteret, ac diceret, Nõ tu es pius, neq; liberalis: ha C
bes uitium, q̃ nimiũ ędificandi luxu gaudes, uisq; Midæ instar omnia tua esse aurea ac lapidea. Sed de his hactenus. Tarquinius porrò pòst magnũ illud prœlium, in quo filium singulari certamine cum Bruto congressum amiserat, Clusium confugit, opemq; implorauit Lartis Porsenæ, cuius & potentia inter reges Italiæ maxima, & bonitatis liberalitatisq; magna erat opinio. Is promisso auxilio, primùm Romam legatis missis recipi Tarquinium iussit: pòst cùm Romani non obtemperarent, bellum ijs indixit, tempusq; & locum in quẽ esset cum exercitu inuasurus, constituit, eòque uenit cum magnis copijs. Erant tum consules creati, Poplicola II. & T. Lucretius. Poplicola Romam reuersus, primò statuit magnanimitate

Porsena Tarquinium recipit & iuuat.

9 Porsenam superare: eoq; iam appropinquante, Sigliuriam urbem condidit, magnisq; impensis muniuit, & septingentos eò colonos misit, tanquam qui bellum facilè & intrepidè sustineret. Sed Porsena acriter oppugnatis muris, custodes repulit: ijq; fugientes secum hostes in urbem attraxissent, nisi ante portas Poplicola auxilium suis ferre occupasset. Ibi iuxta fluuium commisso prœlio, hostes numero urgentes sustinuit, tantisper dum audacius pugnans, acceptis aliquot uulneribus, è prœlio elatus est. Quod idem cum Lucretio collegæ accidisset, Romani animis

collapsi,

A collapsi, fuga in urbem saluti suæ consuluerunt. Ruentibus autē cum impetu per pontem Sublicium hostibus, parum sanè abfuit quin Roma caperetur. Primus Horatius Cocles, ac cum eo duo uiri præclarissimi, Herminius & Lartius, hostibus se in ponte aduersos opposuerunt. Coclitis cognomentum Horatio oculorum alter in bello amissus præbuit: alij ita appellatum censent, quòd compressum nasum ita habuerit, ut nullū inter oculos discrimen apparuerit, superciliaq́ inter se coierint: & cùm eum uulgò uellēt Cyclopem uocare, errore linguę Coclium dixisse, idq́ deinde obtinuisse. Is Cocles ante pontem stans, hostes tandiu repulit, dum sui à tergo pontem rescinderent: tum se, ut erat armatus, in fluuium abiecit, enatauitq́ ad ulteriorem ripam, hasta Etrusca natem sauciatus. Cuius uirtutem admiratus Poplicola, statim decreuit ut uniuersi Romani uictum ei, quanto singulis in unum diem usus erat, conferrent: deinde tantū agri donauit, quantum circumarare uno die posset: adhęc statuam ex ære ei in templo Vulcani posuerūt, claudicationem uiri, quę ex uulnere ei accidit, honore compensantes. Interim & Porsena urbem urgebat, & fames inuadebat, & alius Etruscorum exercitus sua sponte in agrum impressionem

Horatius Cocles.

B faciebat. Tertium tum consulatum gerebat Poplicola. Is Porsenæ custodia urbis & quiete resistendum censens, contra Etruscos eduxit, pugnaq́ commissa eos fudit, cæsis hostium quinque millibus. Mucij quoq́ facinus quia à multis uariè narratur, exponam eo modo, quo maximè perpetratum credo. Erat Mucius uir omni genere uirtutis prædictus, belloq́ optimus. Is cum statuisset Porsenam per insidias interficere, Etrusco habitu sermoneq́ in castra eius peruenit: circumiensq́ regis solium, ut tum consederat cum suis, non satis ipsum cognoscens, & percontari ueritus, eum quem regem esse inter assidentes regi putabat, stricto gladio occidit. Deprehensus in eo facinore, cum de eo quæreretur, dextram foco ardenti, qui Porsenæ sacrificaturo tum erat extructus, superposuit: dumq́ caro ureretur, ipse truci & impauido uultu Porsenam eo usq́ intuitus est, dum admiratione adductus, missum eum fecit, gladiumq́ de solio suo porrigens reddidit. Eum sinistra manu accepit Mucius (atq́ inde Scæuolæ cognomen, quo læua manu utens intelligitur, ei factū aiunt) seq́ respondit

Mucij facinus.

C superatum uirtute Porsenæ, cuius minas uicisset, gratificandi causa ea indicaturum, quæ ut renunciaret, nulla potuisset ui adigi. trecentos Romanos eodem consilio in castris Porsenæ oberrare, occasionemq́ operiri: se uerò, quem ut primò rem tentaret, sors destinauerit, non iniquo animo ferre, quòd ab eius cæde aberrauerit, uiri boni, Romanorumq́ amicicia quàm bello dignioris. Hæc audita & credidit Porsena, & ad pacificationem inclinare cepit: non tam (opinor) metu trecentorum istorum, quàm admiratione spirituum ac uirtutis Romanæ. Hunc uirum omnibus uno ore Mucium, & Scæuolam appellantibus, Athenodorus Sando in opere quod ad Octauiam Cæsaris sororem scripsit, Posthumum quoque nominatum autumat. Equidem Poplicola non tam grauem hostem Porsenam existimans, quàm uirum cuius amicicia & societas magni facienda esset Romanis, non detrectauit eo iudice cum Tarquinio causam disceptare: sępenumeroq́ fretus uirtute Porsenę eum prouocauit, demonstraturum se promittens pessimum eum hominem, iustè regno spoliatum fuisse. Ad quod cum responderet asperiùs Tarquinius, nullum se rei arbitrum admittere, omnium minimè Porsenam, siquidem is auxilium pollicitus nunc fidem mutaret: indignatus Porsena, causamq́ Tarquinij damnans, enixè insuper filio Arunte pro Romanis intercedente, bellum soluit ea

i 2 condi-

conditione, ut Romani terra Etrusca, quam ceperant, decederent, & ca- A
ptiuos redderent, ipsi perfugas reciperent. Huius pacis stabiliendæ gra-
tia, Romani dederunt obsides prætextatos patricios decem, totidemq;
uirgines, in quibus fuit etiã Poplicolę filia Valeria. Iam fide eo modo in-
terposita, ab omni belli apparatu Porsena destiterat, cùm uirgines, quas à
Romanis obsides datas esse diximus, lauandi causa ad aquam descende-
runt eo loco, quo in lunæ formam curuatum littus, maximè placidum ac
tranquillum fluuium præbebat. Hîc cum nullam circum se custodiam, ne
minem adesse, aut nauigio ibi uehi animaduerterent, per fluuium quan-
tumuis magnum, & uortices profundos enatandi ardor eas inuasit. Qui-
Clœliæ & uirginũ obsidum facinus.
dam unã ex ipsis Clœliam dicunt equo traiecisse, reliquasq; natantes co-
hortatam fuisse. Postquàm saluæ ad Poplicolam redierunt, equidem neq;
admiratus est earum facinus, neque probauit, fidem suam quàm Porse-
næ minorem, facinusq; istud uirginum fraude perfidiáque Romano-
rum perpetratum esse creditum iri dolens. itaque omnes compræhen-
sas, ad Porsenam remisit. Quod ita futurum cum præsensisset Tar-
quinius, collocatis aduersum eos, qui uirgines ducebant, insidijs, in tra- B
iectu pauciores maiori numero est adortus: ijsq; se defendentibus, Va-
leria Publicolæ filia per medios pugnantes se proripuit, & à tribus seruis
unà elapsis seruata est: reliquę nõ sine periculo pugnãtibus permixtæ fue
runt. At Porsenę filius Aruns eo cognito, celeriter auxilium Romanis tu-
lit, eosq; pulsis hostibus conseruauit. Porsena cùm adductas ad se uirgi-
nes uidit, quænam tanti facinoris autor reliquis fuisset, quæsiuit: audítoq;
Clœliæ nomine, placido eam ac hilari uultu intuitus, equo, quem adduci
iusserat unũ de regijs pulcrè exornatũ, donauit. Hoc testimonij loco ad-
ducitur ab ijs, qui solam Clœliam ęquo flumen transiisse asserunt: alij ne-
gant, tantumq; in honorẽ uirilis eius fortitudinis id ab Etrusco factũ uo-
lunt. Statua equestris Clœliæ posita est eo loco, quà Sacra uia itur ad Pala
tium. Præterea autem Porsena ut cum Romanis in gratiã redijt, cùm alijs
in rebus suam ciuitati magnificẽtiam demonstrauit, tum suis præcepit, ut
nulla alia re quàm armis acceptis secum, castris excederẽt: eaq; cibarijs &
omnis generis bonis repleta Romanis tradidit. Itaq; etiã hodie cùm bo-
na publica uendũtur, primò omniũ Porsenæ bona proclamanẽ, ad perpe
tuam conseruandã memoriã eius uiri beneficiorũ. Posita quoq; fuit iuxta
Curiã statua eius, simpliciter & antiquo modo facta. Secundũ hæc Sabi- C
M. Valerij de Sabinis triumphi et honores.
nis in agrũ Romanũ irrumpentibus, M. Valerius, Poplicolę frater, consul
est creatus, collega Posthumio Tuberto: ibi maximis reb. gestis præsentia
& consilio Poplicolæ, Marcus duobus prœlijs Sabinos superauit, in quo
rũ posteriori nullo Romano amisso, tredecim hostiũ millia cecidit. Quare
præter triumphos, hoc ei honoris tributũ est, ut in Palatio ei domus publi
cis ędificaretur sumptibus. Præterea cùm eo tẽpore ædiũ fores omnes in-
trorsum ductę aperirenẽ, fecerunt ut huius solius foràs ianua propelleret:
nimirũ q; is (ut erat eius honoris dono indicatũ) semper reipub. curã gere
ret. Gręcorũ ianuas omnes olim foràs solitas reijci tradũt, testimonio à co
mœdijs sumpto: ibi enĩ foras prodituri, intus ostiũ pulsant, ut q ad domũ
accedũt aut adstant, strepitu exaudito caueant sibi, ne lædantur à foribus
in uicũ deiectis. Sequens annus Poplicolã quartùm consulẽ habuit: expe
ctabaturq; bellũ à Sabinis & Latinis, qui societatẽ coiuerant. Sed & reli-
gio animos populi incesserat, quòd omnes tũ grauidæ mulieres, mutilos
partus abortu edebãt, neq; quicq; perfectũ pariebaẽ. Quamobrẽ Popli-
cola cùm ex præscripto Sibyllinorũ librorũ Ditem placasset, & edidisset
quædam

A quędam iussu Pythię spectacula, urbe in meliorem de Dijs spem reducta, etiam terrorum ab hominibus oblatorum curam habuit: uidebatur enim magnus hostium apparatus, magnaq; coitio esse. Erat apud Sabinos Appius Clausus, uir & diuitijs potens, & robore corporis fortitudineq; 12 insignis, præsertim uerò uirtutis fama, eloquentiaq; primas gerens: sed & is inuidiam (quæ omnibus uiris magnis infesta est) non effugit, cuius cau sam arripiebant æmuli, quòd bellum dissuaderet, idq; interpretabantur ab eo fieri rei Romanæ augendæ, patriæq; in seruitutem & sub tyrannidem redigēdæ studio. Quos ille sermones cùm gratos esse in uulgus, seq; inuisum esse belli turbatoribus militiæq; cupidis sentiret, iudicio rem cōmittere ueritus, ac societate & potentia amicorum ac necessariorum fretus, eorum auxilio seditionem mouit: atq; ea res moram belli Sabinis iniecit. Poplicola autem non cognita modò hęc habere operę esse ducens, sed & seditionem istam excitare & incitare uiros, idoneos subornauit, qui Clauso hæc dicerent. Poplicola tibi, quem uirum bonum & iustum iudicat, nullo malo ulciscendos ciues tuos censet, quantumuis ini-

Appius Clausus, à Sabinis ad Romanos transit.

B qua passo: quòd si tuæ salutis causa uelis homines tibi infensos fugere, & Romam migrare, ita te publicè priuatimq; accipiet, ut tua uirtute, & splendore Romano dignum est. Hoc Clauso sæpiùs secum expendenti maximè opus factu creditum est. Itaque cohortatus amicos, ijs quoq; multos in eandem sententiam adducentibus, ad transitionem concitatis familiarum (quæ apud Sabinos præ reliquis à tumultibus alienæ, & uitæ tranquillę deditę erant) quinq; millibus, cum his, liberisq; & uxoribus, Romam profectus est, cum Poplicola re antè communicata: ab eoq; beneuolè & promptè ei hospitium, & omnia ut ęquum erat sunt exhibita. Nam & familias statim ciuitate donauit, & unicuiq; homini duo agri iugera dedit iuxta Anienem fluuium: Clauso autem iugera uigintiquinq; largitus est, ipsumq; inter Senatores adscripsit: quod reipub. gerendę initium ille adeptus, ita prudenter usurpauit, ut summam ad dignitatem potentiamq; peruenerit, gentemq; Clausiàm nulla inter Romanos obscuriorem à se reliquerit. Ad hunc modum migratione Clausię factionis seditione sublata, homines turbulenti, popularemq; auram captantes

C non passi sunt rem in ocio & pace consistere, quiritantes indignum, si Clausus quod pręsens nō obtinuisset suadendo, nūc exul factus, hostisq; consequeretur ut ne darent Romani iniuriarum pœnam. Itaque magno 13 cum exercitu profecti, apud Fidenas cōsederunt: positisq; ante Romam in insidijs duobus peditum grauis armaturę millibus, quos locis umbrosis & cauis abdiderant, decreuerunt ubi primùm illuxisset paucos equites emittere, qui apertè prędas agerent: his imperatum erat, ut cùm urbi appropinquasset, fugam simulantes hostes in insidias adducerēt. Quę eo dem omnia die cùm è transfugis Poplicola cognouisset, celeriter ad omnia se parauit: copiasq; ita partitus est, ut Posthumius Albus gener eius 14 cum armatorum peditum tribus millibus eadē uespera exiret, tumulisq;, sub quibus in insidijs positi erāt Sabini, occupatis, eos obseruaret: Lucretius autem collega cum ciuium expeditissimis animosissimisq; equites prędatum missos inuaderet. Ipse reliquas copias ita duxit, ut hostes circumdaret. Fortè fortuna densa nebula aërem obscurauerat: ita sub aurorā Posthumius cum clamore in eos qui in insidijs latebāt, ab edito loco tela cōiecit, equitibus hostium prouectis Lucretius suos immisit, Poplicola hostium castra adortus est. Quo effectū est, ut omnibus locis Sabini affli-

Poplicolæ de Sabinis uictoria.

 gerentur

gerentur atq; interirent. & qui suo in loco non pugnam capessebant, sed fugæ se credebant, eos statim Romani interficiebant. Spesq; ipsis fugæ fuit perniciosissima, q; alij alios incolumes putantes, locum suum tuendi pugnandiq; cura neglecta, pars è castris ad insidiatores, pars ab his ad castra currentes, contraria fuga in eos quos fugiebant, incidere, aut in auxilij indigentes eos, quos sibi opem laturos putarant. Ne occidione occiderētur Sabini, Fidenarum propinquitas effecit, ijs maximè salutaris, qui è castris, dum ea capiebantur, elapsi erant: qui Fidenas non peruenerunt, omnes aut cæsi sunt, aut capti. Hanc uictoriam Romani, soliti alioquin omnes magnas actiones Deo alicui adscribere, soli duci acceptam tulerunt: eratq; audire eos qui pugnauerant dicētes, Poplicolam claudos cæcosq;, & tantum non captos hostes sibi tradidisse, ut gladijs eos conficerent. Ex spolijs etiam, captiuisq; pecunia facta populi uires auctæ sunt. Poplicola autem acto triumpho, consulibusq; designatis reipub. cura tradita, statim diem suum obijt: uitam, quantum eius maximè homini contingere potest, ijs quæ honesta bonaq; habentur, finiens atque claudens. Populus, tanquam uiuo nihil eorum quæ meritus fuerat persoluisset, sed omnem adhuc deberet gratiam, decreuit, ut corpus eius publica sepultura afficeretur, quadrantemq; unusquisq; honoris ergò ad eam rem contulit. Mulieres quoq; communi sententia seorsim inita, totum annum eum luxerunt: quę res magno ei honori atq; decori fuit. Sepultus est ipse quoque, ciuibus ita decernentibus, intra urbem apud Veliam: isq; sepulturæ honor toti eius genti concessus est. Sed nunc eorum quidem nemo ibi humatur: funus tantùm eò ducitur, feretróque deposito ibi, facem aliquis accensam accipiens, ut primùm subiecit, mox aufert: ostendens, licere quidem hoc in loco eum terræ mandari, se tamen eum honorem ultrò dimittere: eoq; facto mortuus inde aufertur.

Mors & funus Poplicolæ.

A

B

SOLONIS ET POPLICOLAE
comparatio.

Nónne igitur in horum comparatione uirorū peculiare quippiam, & quod in nulla superiorum acciderit, contingit? nimirum q; alter alterius imitator, alterq; alterius testis fuisse inuenitur. Intuenti em̄ tibi in Solonis de felicitate sententiam ad Crœsum dictā, facilè constabit eam Poplicolæ magis q̄ Tello conuenire. Hunc enim cùm propter honestū obitū, uirtutem & felicē prolem beatissimū fuisse asserit: tamen neq; ipse in suis carminibus eius tanquam boni uiri ullam mentionē fecit, neq; filij eius, aut magistratus ullus celebratur. At Poplicola & uiuens uirtutis causa inter Romanos potētia gloriaq; primas obtinuit: & mortuo eo, præclarissimæ adhuc prosapiæ Poplicolarum, Messalarum, aliorumq; Valeriorum, à sexcentis usque annis nobilitatis suæ splendorem ab ipso repetunt. Ac Tellus quidem ab hostibus, locum suum seruās & pugnans, quod est uiri boni officium, occisus fuit: Poplicola cæsis hostibus (id quod maioris est, quàm perire, felicitatis) uidens suo ductu, suisq; auspicijs patriam uictricem, honoresq; adeptus, actis triumphis eum uitæ finem habuit, quem optandum & beatum Solon prædicat. Iam id Solonis, quod de his quæ aduersus Mimnermum de uitæ longitudine disputantur, acclamationis loco addidit:

C

Poplicolæ felicitas.

Mors mea ne careat lacrymis: linquemus amicis
Mœrorem, ut celebrent funera cum gemitu,

id Po-

A id Poplicolam beatum pronunciat. Is enim moriens non amicis tantùm aut necessarijs, sed toti ciuitati, multis millibus hominum, fletum, desiderium sui, mœsticiamque reliquit. Romanorum enim mulieres eum haud aliter luxerunt, quam si filium, fratrem, patremue omnes communem amisissent. Solonis sunt hæc quoque:

Vt mihi sit, cupio, sed parta pecunia iustè:
Nam cuiuis ultrix stat sua pœna malo:

Poplicolæ autem contigit, non modò ut diues citra noxam esset, sed & ut diuitijs pulchrè in egenis iuuandis uteret. Quamobrem si Solō omnium sapiētissimus, Poplicola etiam beatissimus omniū habēdus est: quæ enim bona ille optauit, tanquā maxima & pulcerrima, ea hic & adeptus, & ijs usque ad exitū uitæ usus est. Hæc sunt quibus Poplicolam exornauit Solō. Vicissim Poplicola Solonis gloriā illustrauit, cùm quod Solō de rep. præcepit, eius ipse exemplū in republicæ populari forma constituenda optimū proposuit. Nam & magistratus fastū amputauit, utque is gratus omnibus, molestus esset nemini, effecit: & legibus Solonis usus est multis. Cu- *Poplicola Solonis de rep. sententiā expressit.*
B ius generis sunt, quòd populo ius creandorum magistratuum tribuit: quòd reis prouocationem ad populum, ut Solon ad iudices, concessit: & quanquam nullum alium præterea senatum constituit (id quod Solon fecerat) tamen eum qui erat, senatum auxit, ac ferè duplicauit. Ab eodem etiam quæstorum institutum manauit: uidelicet ne is qui summæ rerum præesset, uel si bonus esset, pecuniæ tractandæ occupatione à maioribus negocijs expediendis detineretur: uel si malus, occasionem peccandi faciliorem haberet, simul & res ipsas, & pecuniam in sua potestate tenens. Odium tyrannorum in Poplicola acrius fuit. Solon enim deprǽhensum in ius trahere iubet, noster etiam indicta causa necari concedit. Et cùm rectè glorietur Solon, se oblatam sibi ab ipso rerum statu tyrannidem, cùm potuisset non inuitis etiam ciuibus suscipere, respuisse: non minus egregium est Poplicolæ factum, qui magistratum tyrannicum cum occepisset, popularem reddidit, eoque etiam intra modum usus est. Videturque id prior Solon intellexisse,

Pareat ut populus ductibus, sic deniq; fiet,
Si nimium haud laxes fræna, nimisuè premas.

C Hoc Solonis proprium est, quòd nouis tabulis maximè libertatem ciuibus confirmauit: nihil enim proderat legibus æqualitatem statui, qua æs alienum pauperes excluderet: & ubi maximè libertate frui uiderentur, ibi diuitibus potissimùm seruirent, in iudicijs, magistratibus, & orationibus eorum mandata tanquam famuli exequentes. Id uerò maius, quod, cùm semper nouas tabulas seditio comitetur, Solon tamen ea reloco remedij, extremi quidem eius, sed tamen opportunè & cum fructu usus, etiam eos qui erant, tumultus sedauit, uirtute sua & autoritate rei infamiam ac calumniam superans. Quod ad totam reipublicæ administrationem pertinet, splendidior quidem fuit Solonis potestas: dux enim fuit, non alios secutus est, & pleraque suo arbitrio ipse, non cum alijs communicatis rationibus egit: alter uero finem felicem, & optandū consecutus est. Nam suam ipse Solon reip. constitutionem inspexit euerti: Poplicolæ autē, urbem bono in statu usque ad ciuilia bella conseruauit. Et Solon leges suas in ligno incisas & perscriptas, protectorisque indigētes relinquēs, simul atque eas condidisset, Athenis discessit: alter Romę manēs, magistratum gerēs, remque pub. administrās, fundauit eam, & in tuto collocauit. Prętereà Solō *Debitorū amputatio.*

cùm quæ futura essent præuidens, Pisistratum impedire uellet, tamen ei ab hoc non est cōcessum, sed nascenti tyrannidi succubuit. Poplicola regnum quod uires diuturnitate temporis sumpserat, excidit & demolitus est: præter uirtutem & uoluntatem, qua Solonis propositum adæquabat, successu etiam & ui ad perficiendam rem adiutus. In rebus porro bellicis, quæ nos de Solonis in bello Megarico actis suprà retulimus, est qui neget Daimachus Platæensis: Poplicola maximas uictorias pugnans ducénsque exercitum retulit. Ad ciuiles actiones Solon quasi ludens accessit, insaniam prætexens cùm esset de Salamine dicturus: alter summum ultrò in periculum se dedit, contra Tarquinium insurgens, ac proditionem deprehendens: autórque præ cæteris ut de improbis supplicium sumeretur, neque elaberentur iudicio, non ipsos modò tyrannos urbe expulit, sed & spes eorum excidit. Cúmque ad hunc modum in rebus quæ certamen, animi feruorem, & in resistendo uim requirebant, fortiter se acritérque aduersarijs opposuisset, meliùs adhuc ea confecit, quæ pacato colloquio, & obsequio ad persuadendum indigebant: quod ostendit, cùm Porsenam, uirum inexpugnabilem & formidandū prudenter ad amiciciam perduxit. Atqui Solon (inquies) amissam Salaminem Atheniensibus recuperauit, Poplicola terra quam Romani antè ceperant, excessit. Enimuerò ratione habita temporis actiones expendendæ sunt. Oportet autem eum, qui rempublicam gerit, uaria consilia agitare, ac perspicere, qua potissimum ratione unaquælibet res facilimè possit expediri: itaque sæpe ille parte aliqua dimissa, totam rei summam conseruat, paruóque cedens, maiora consequitur. id quod tum Poplicolæ usu uenit. Nam agrum alienum concedens, patriam tutò cōseruauit: & quibus magnum erat urbem posse tueri, in eorum potestatem castra ipsa obsidentium hostium redegit: iudicióque controuersiæ hosti commisso, præter uictoriam ea etiam accepit, quibus redimere uictoriam operæprecium fuerat. Nam uirtutis ac probitatis suæ opinione, in quam de toto populo adduxerat Porsenam, Poplicola effecit, ut & is & pacem cum Romanis iungeret, & omnem belli apparatum tolleret.

Gloria bellica, & ciuilis.

PLVTARCHI THEMISTOCLES, [redacted] *Augustano interprete.*

Genus.

THEMISTOCLI genus obscurius fuit, quàm quod ad gloriam conferre aliquid posset. patrem enim habuit inter Athenienses non admodum illustrē, nomine Neoclem, de curia Phreariorum, & tribu Leontide. Matre autem non legitima natum tradunt: estque in eam sentemtiam id carmen,

1 *Abrotonum Threissa fui genus: at peperisse*
Me magnum Græcis dico Themistoclea.

Phanias quidem matri Themistoclis non Thraciam, sed Cariam patriam, neque Abrotono, sed Euterpæ nomen fuisse asserit: Neanthes etiam urbem Cariæ, ubi nata fuerit, Halicarnassum nominat. Ideóque cùm spurij in Cynosarges, quod est extra urbem gymnasium Herculis, (nam is quoque inter Deos non legitimus habetur, ut qui mortali matre sit natus) conuenire consuesissent, quibusdā ingenuis adolescenti-

A lescentibus Themistocles persuasit, ut secum ad Cynosarges descende-
rent, ibique ungerentur: quo facto uidetur callidè discrimen spuriorum
& legitimorum sustulisse. Lycomedarum genti ipsum cognatum fuisse,
in promptu est. Nam Lycomedarum sacellum initiationi destinatũ, quod
erat apud Phlyenses, ipse à barbaris incensum instaurauit, ac picturis or-
nauit, ut Simonides tradit. In confesso est, adhuc puerum, magnos ani- *Pueritia.*
mi impetus habuisse, naturáque intelligentem, & magnarum rerum ci-
uiliumq; studiosum fuisse: ubi à discẽdo uacaret, non ut reliqui pueri ludi-
cris aut ocio sese oblectare, sed orationes secum aliquas meditari & com-
ponere deprehendebatur. Erant autem eæ orationes uel accusatio, uel
defensio alicuius puerorum. Itaque dicere solebat præceptor, nihil eum
puerum mediocre, sed magnum omnino uel bonum uel malum futurum.
Nam disciplinas quoque eas, quæ uel formandorum morum, uel uolu- *Studia.*
ptatis & elegantiæ causa discuntur, ægrè & nulla cum alacritate perci-
piebat: quæ uerò ad prudentiam & actiones spectabant, eas satis apertè
etiam præter ætatem colebat: nimirum natura sua fretus, eique obsequẽs.
B Itaque posteà temporis in liberalibus (quas uocant) & urbanis conuer-
sationibus, subsannatus ab ijs qui se eruditiores ferebant, coactus est inso
lentiori aliquantùm dicto se tueri: lyræ quidem inquiens se concinnãdæ
aut psalterij tractandi nescium, urbem contrà exiguam & ingloriam quã
accepisset, gloriosam & magnam efficere callere. Stesimbrotus Themi-
stoclem auditorem Anaxagoræ fuisse, Melissoq; physico operam dedisse
ait: sed temporis rationem non obseruauit. Nam contra Periclem, qui
multis post Themistoclem annis natus est, Samios oppugnantem dux
fuit Melissus: eidémque Pericli Anaxagoras fuit familiaris. Mnesiphilo
itaque potiùs accedendum, qui Themistoclem Phrearij imitatorem fuis-
se perhibet: hunc autem neque rhetoricam neque naturalem philosophi-
am professum, sed sapientiæ quam uocant (quæ est peritia in republica
uersandi, & prudentia ad actiones accommodata) operam dedisse, ac tan
quam sectam aliquam à Solone propagatam, conseruasse: quam qui de-
inde iudicialibus causis adhibuerunt, & ab actionibus ad dicendum id
studium traduxerunt, Sophistæ sunt appellati. Huic quidem Themisto-
cles, cùm iam ad rempublicam accederet, se adiunxit. Sed primis iuuen-
C tutis suæ conatibus, uarius fuit, atque inconstans, soli naturæ obsequens:
quæ doctrina & institutione destituta, magnas in utranque partem stu-
diorum mutationes effecit, sepiusq; ad deteriora deflexit. Neq; id dissi-
mulauit, ipse posteà è ferocissimis pullis optimos fieri equos dicẽs, si qua
opus est disciplina formenẽ. Quæ his annectunẽ à nõnullis narrationes,
abdicatũ fuisse eum à patre, matremq; præ dolore ignominiæ filio illatæ
uoluntaria morte uitã finiuisse, mendacia uidentur: ac sunt contrà qui di-
cãt, patrẽ, quò eũ à repub. curãda dehortareẽ, apud mare ei triremes anti-
quas ostẽdisse, proiectas iã & neglectas: innuẽtẽ eundẽ esse populi animũ
in oratores, ubi inutiles ij esse cepissent. Cæterùm uideẽ studiũ in repub. 3
uersandi celeriter admodum iuuenili ardore elatus Themistocles suscepis-
se: cupiditasq; gloriæ uehemẽter apud eũ inualuisse, ob quã initiò statim
primas affectans, odia potentũ & primorũ in ciuitate satis proteruè in se *Vt ad rempublicam accesserit.*
cõcitauit: maximè autẽ omniũ Aristidis Lysimachi F., quẽ in omnibus cõ
trariũ habuit. Quanquã creditũ est hãc eorũ inimiciciã oppidò pucrile ha
buisse initiũ, quòd uterq; formosum Stasilaũ Teiũ amarẽt (ut Aristo philoso- 4
phus refert) eamq; æmulationẽ etiam ad reipub. administrationẽ adfer-
rent. Enimuerò uitæ & morũ dissimilitudo, auxisse eam uideẽ. Aristides
enim

enim placidus natura, optimatúmque studiosus, quique in republica A
gerenda non gratiam, non gloriam, sed quod optimum, tutissimum, iu-
stissimumque esset, spectabat, sæpenumerò coactus fuit Themistocli po-
pulum ad multa concitanti, magnásque rerum nouationes molienti ad-
uersari, eiúsque incrementis impedimento esse. Tanto enim gloriæ ardo-
re abripi solitum Themistoclem tradunt, tantáque æmulatione rerum
pręclarè gestarum flagrasse, ut iuuenis adhuc, cùm pugna Marathonia cõ
tra barbaros facta, Miltiadisque ducis gloria omnium in ore esset, cogi-
tabundus plerunque uisus sit, noctésque insomnes egerit, consuetis com-
potationibus abstinuerit: mutationemque uitæ admirantibus, & causam
quærentibus respõdisse, Miltiadis trophæum sibi somnum adimere. Re-
liqui enim cladem barbarorum Marathoniam, belli finem esse censebãt:
at Themistocles eam initium maiorum certaminum putabat, ad quæ se
pro tota Græcia assiduò pręparabat & urbem exercebat, quid futurum
esset multo antè præuidens. Ac primo omnium, cùm mos esset Atheni-
5 ensibus prouentus secturarum argentariarum, quæ erant in Laurio, inter
se diuidere: solus ipse ad populum progressus, ausus est dicere, esse omis-
sa diuisione ex ista pecunia triremes parandas ad bellum Aegineticum. B

Bellum Aegineticum.

Id bellũ tum in Græcia maximè urgebat, & multitudine nauium Aegine-
tæ mare tenebant: quo faciliùs assensum est Themistocli, non Darij, non
Persarum metum obtendenti (procul enim hi aberant, neque magnum sui
aduentus metum offerebant) sed ira & contentione ciuium aduersus
Aeginetas opportunè ad eum apparatum abutenti. Suntque hac pecunia
confectę centum triremes, quarum in nauali contra Xerxem prœlio usus

Classis Atheniensiũ.

fuit. Exinde sensim ciuitatem ad mare exercendum deduxit, quos terre-
stri bello ne aduersus sui quidem similes satis roboris habere, nauium ue-
rò præsidio & barbaros propulsare, & Græciæ imperium adipisci posse
6 intelligebat: itaque ciues ex militibus in acie stare solitis, nautas (ut ait Pla-
to) & maritimos effecit: incurritque in calumnias eius facti causa, quòd ci-
ues hasta & clypeo spoliatos, ad transtra & remos detrusisset. Hæc autem
confecit Themistocles, Miltiade, qui contradixerat, superato, si Stesim-
broto credimus. Puritatémne & integritatem ciuitatis eo facto læserit, an
uerò secùs, ijs qui altiùs huiusmodi res considerant, dijudicandum relin-
quo: certè salutem Græciæ partam mari, Athenásque iam labefactatas o- C
pera illarum triremium stabilitas fuisse, cum reliquis testimonijs ipse Xer
xes affirmauit. Naumachia enim uictus, integris adhuc quas in terra ha-
bebat copijs statim fugæ se commisit, ut ad bellum gerendum impar: re-
liquitque post se Mardonium, magis (ut mea fert sententia) detinendorũ à
persequẽdo Græcorum, quàm in seruitutem redigendorum causa. Quæ-
rendæ pecuniæ studium eius intentius, nonnulli liberalitatis nomine ex-
cusant: quippe uirum sacra frequenter facientem, splendidúmque in acci-
piendis hospitibus, magnis opus habuisse opibus. Quidam contrà sordi-

Circa pecuniam qualis Themistocles.

um eum magnæque tenacitatis incusant, qui cibos etiam sibi missos uen-
diderit. Et cum Philides, qui alendis equis rem faciebat, pullum petenti
denegasset, minatus ei fertur, se domum eius mox equum Troianum fa-
cturũ: obscurè innuens, concitaturum se aduersus eum lites propinquo-

Ambitio eius.

rum & familiarium eius. Cæterùm ambitione omnes æquales adeò ante-
uertit, ut iuuenis etiamnũ, & obscurus ab Epicle citharœdo Hermionẽsi,
qui Athenis in precio erat, summis precibus cõtenderit, ut is apud se can-
taret: id ambiens, ut multi domũ suã uenirent. Olympiã profectus, cũ Ci-
mone de cœnarũ, tabernaculorũ, reliquique apparatus splẽdore cõtendẽs,

A Græcos offendit. Cimoni enim adolescenti, & illustri domo nato concedendam de his rebus palmam esse iudicabant. Et Themistocles nondũ cognitus, quique facultatibus non sufficientibus hæc existimaret ultrà quàm conueniret conari, arrogantię crimen incurrebat. Vicit tamen Tragœdis sumptus suppeditãs, cum iam tum id certamen magno studio atque æmulatione agerẽt: tabulamq́ uictoriæ cum hac inscriptione posuit: Themistoclis Phrearij sumptibus, Phrynichus edidit, Adimantus pręfuit. Interea uerò se multitudini probabat, quà singulorum ciuium nomina memoria recitans, quà in contractuum controuersijs fidum se iudicem præbẽs. *Iusticia eius.* Ferturq́ cùm esset prætor Simonidi, Ceo petenti aliquid iniquuũ respondisse: Neq; uerò aut tu bonus poëta, si præter carmen caneres, aut ipse ciuilis prætor essem, si præterquam quod leges permittunt tibi gratificarer. Eundemq́ Simonidem rursus facetè mordens, Nõ est, inquit, tibi cor, qui Corinthijs, magnæ urbis ciuibus, conuicia faciens, tibi ipsi imagines facis, homo adeò deformis. Magnus iam factus, & multitudini gratus, tandem Aristidem sua factione uicit, eumq́ ostracismo extorrem egit. Iam

B Medis expeditionem in Græciam facere incipientibus, Atheniensibusq́ de duce deliberantibus, memorãt reliquos omnes periculi grauitate perterritos, sua sponte imperij petitione abstinuisse: Epicydem autem Euphemidæ F. hominẽ in concionibus frequenter uersatum, & disertum quidẽ, cæterùm mollẽ animo, & pecunia superabilem, eam dignitatẽ affectasse, iamq́ creditum fuisse, fore ut communi suffragio imperium ei deferretur. Ibi Themistoclem ueritum, ne ea res pernicie communi staret, Epicydem data pecunia de ambitione ista retraxisse. Laudatur etiam id, quod egit cum interprete misso inter regios nuncios, ad petendam terram & aquam legatos. hunc enim ex decreto comprehendit, ac necauit, quòd ausus esset Græcam linguam barbaricis mandatis utendam dare. itẽ quòd Arthmius Zelites eo referente cum liberis & toto genere ignominia notatus est, quia aurum Medicum Gręcię intulisset. Sed maximum est, quòd intestina Græciæ bella sustulit, ciuitatésque ad concordiam mutuam reduxit, persuadens eis, ut belli imminentis causa inimicitias in aliud tempus rejicerent: qua in re magnoperè usum Chilei Arcadis auxilio traditur. Factus imperator, statim intendit ciues triremibus impõnere, suasitq́ ut ur-

C be relicta, quàm longissimè à Græcia in mari barbaris occurrerent. Multis autem repugnantibus, cum magno exercitu & Lacedæmonijs ad Tẽpe profectus est, propugnaturus ibi pro Thessalia, quæ nondum ad Medos inclinare putabatur. Cęterùm Thessali cum se regi adiunxissent, & ad Bœotiam usq; omnia Medo fauerẽt, infecta re inde reuerti coactus est. *Belli Medici adminiſtratio.* Id mouit Athenienses, ut Themistoclis cõsilio de re mari gerẽda magis adsentirentur: miseruntq́ eum cum nauibus ad Artemisium, ut fauces custodiret. Ibi cùm Græci imperium Lacedæmonijs & Eurybiadi deferrent, Athenienses autem, quia numero nauium reliquos simul omnes superabant, aliorum ductu bellare recusarent: Themistocles conspicatus quod ea ex dissensione periculum impenderet, cùm ipse Eurybiadi imperium concesit, tum Athenienses placauit oratione, promittẽs fore, ut si se uiros strenuos in bello præstarent, posthac ultrò Græci ipsorum dicto audientes se præberent. Quamobrem existimatũ est, Græciæ salutis istum unicã causam fuisse, & qui presertim hãc famã Atheniẽsibus cõciliarit, fortitudine ab ijs hostes, animi moderatione socios uictos fuisse. Postquã aũt barbarorũ classe ad eũ locũ, cui Aphetę nomẽ est delata, Eurybiades, multitudine nauiũ quę in frõte apparebãt perterritus, insuper audito ducẽtas alias supra

supra Sciathum cursum flectere, id consilium cepit, ut quàm celerrimè intra Græciam reuersus, Peloponnesum adiret, ac terrestres copias nauibus circumijceret: posse copijs regijs mari resisti nullo modo putans. Hîc Euboënses ueriti ne à Græcis destituerentur, clandestinum cum Themistocle colloquium habuerunt, misso cum magna pecunia ad eum Pelagonte: quam Themistocles acceptã Eurybiadi tradidit, ut Herodotus autor est. Repugnabat autem Themistocli Architeles unus ex ciuibus eius, præfectus sacræ triremi: qui cum non haberet pecuniam unde nautas sustentaret, discessum agitabat. Contra hunc irritatos iã antè animos ciuiũ, Themistocles magis adhuc concitauit, ita ut ei concursu facto cœnam diriperent. indignè id ferenti, in cista misit panem & carnes ad cœnam, subiecto illis argenti talento, mandatoq́, ut ipse cœnaret, & postridie sociorum naualium curam haberet: ni faceret, traductur ũ se eum apud ciues, quasi pecuniam eam ab hostibus accepisset. Hæc narratio Phaniæ est Lesbij. Quæ eo tempore cum nauibus barbarorum apud fauces cõmissæ sunt pugnæ, non eæ quidem ad totam uictoriam magnum admodum momentum attulere, experientia tamẽ maximè Græcis profuerunt, inter pugnam reipsa comperientibus neq; numerosam classem, neq; signorum ornamenta & splendorem, neq; clamores minaces neq; barbaricos pæanes quicquam habere, quod terrorem afferre debeat uiris manum conferere scientibus, & pugnam audentibus: sed esse his contemptis ipsa hostium corpora inuadenda, & in hæc comminus depugnandum. Quod non malè intellexisse uidetur Pindarus, de pugna ad Artemisium dicens, Athenienses ibi splendida fundamenta suæ posuisse libertatis: audere enim est re uera principium uictoriæ. Est autem Artemisium littus Eubœæ supra Hestiæam ad Boream spectans: cui e regionè ferè opponitur Olizon in ea terra posita, cuius dominus fuit quondam Philoctetes: habetq; templũ exiguum Dianæ Orientalis: circa id arbores extiterunt, & columnæ ex albo lapide fixæ sunt, qui lapis si manibus teratur, colorem odoremq; croceum emittit. Fuit autem in una istarum columnarum hoc inscriptum carmen:

Pugnæ ad Artemisiũ.

Cecropia hoc quondam in pelago cùm classe iuuentus
Vicisset populos omnigenos Asiæ,
Medorum perijtq; exercitus, ista trophæa
Fixerunt memores uirgo Diana tibi.

Monstratur etiam in littore locus inter multos arenæ tumulos, puluerẽ ab alto cinericium nigrumq; eructans, tanquàm igne ustum: ubi uidentur nauium fragmenta & cadauera cremasse. Sed cùm de re ad Thermopylas gesta cognouissent, uidelicet Leonidam occubuisse, Xerxemq; eos qui terra essent aditus tenere, intra Græciam reuersi sunt, Atheniẽsibus summæ rei præfectis, ac propter uirtutem & rem egregiè gestam exultantibus. Cùm oram continentis legeret Themistocles, quibus in locis portus, & perfugia hostibus necessariò adeunda uidebat, in lapides (qui partim tum fortè aderant, partim ab ipso in stationibus nauium, & aquationibus positi sunt) literis conspicuis inscriptis Iones hortatus est, ut, siquidem fieri posset ad Græcos transitionem facerent, à quibus originem traherent, & qui pro ipsorum libertate propugnarent: sin minus, at saltem in pugna barbaros læderent & conturbarent. Hoc consilio sperabat se effecturum, ut uel deficerent Iones, uel ijs in suspicionem sinistram apud barbaros adductis, seditio hostiũ existeret. Porrò cùm Xerxes supernè per Doridem in Phocidem irrumperet, urbesq; incenderet, Græci auxilium non tulerunt regioni, quantumuis Atheniensibus petentibus, ut defendendæ

Iones ad defectionẽ sollicitat Themistocles.

A Atticę cauſa in Bœotiam proficiſcerentur, ſicut ipſi mari ad Artemiſium hoſti occurrerant. Quorum petitioni cùm nemo Græcorum ſatisfaceret, ſed omnes Peloponneſo intenti in eo eſſent, ut omnes copias intra Iſthmum conducerent, Iſthmumq́; iam ab uno mari ad alterum muro munirẽt: Athenienſes ſimul & ira, quòd proditi, & metus atq; mœſticia deſertos inceſsit. Neq; enim pugnam inire aduerſus tot millia hoſtium conſilium uidebatur: & quod in præſentia unicũ facto opus erat, ut urbe relicta nauibus ſe crederent, id pleriſq; auditu etiã graue erat, ut qui ſi Deorum templa, maiorumq́; ſepulcra prodidiſſent, neq; uictoria, neq; ſalute quicquam ſibi opus eſſe putarent. Eo rerum ſtatu Themiſtocles, cûm humanis rationibus ſe permouere poſſe populum diffideret, tanq; in Tragœdia machinam aliquam attollens, ſigna diuinitus miſſa, & oracula ſuis obiecit. In oſtentum rapuit draconem, qui illis diebus ferebatur ex templo abijſſe: ſacerdotesq́; cùm inuenirent liba, quæ ei apponebantur quotidie, intacta eſſe, in populum ea de re rumorem ſparſerunt, ita interpretante Themiſtocle, Deam urbe exceſsiſſe, uiæq́; ad mare ducem ipſis

Athenieñſes à ſocijs proditi.

Athenæ ſuis Themiſtoclis deſertæ.

B factam. Oraculum etiam ad perducendum in ſuam ſententiam populum 9 interpretatus eſt: nihil aliud ligneo muro, quàm naues intelligi: ideoq́; Salaminem etiam diuinam, non triſtem aut miſeram à Deo uocari, ſcilicet quòd à magna Græcorum aliqua fortuna in poſterum ſit nomen habitura. Itaq; cùm rem tenuiſſet, decretum fecit, quo urbem Mineruæ tutelari Deæ commendandam, omnes qui eſſent ualida ętate, triremes conſcendere, unumquenq; ſuos liberos, uxorem, mancipia quo maximè poſſet modo ſeruare iubebat. Confirmato decreto, pleriq; ſuos parentes & mulieres Trœzenem tranſtulerunt, humaniter ciuibus eos accipiẽtibus: fecerat enim Nicagoras apud eos decretũ, ut hoſpites in ſingula eorum capita tributis duobus obolis, publicè alerentur, ut fruges pueris undecunq; uellent, liceret decerpere, ut magiſtris merces doctrinæ pro ipſis ſolueretur. Cùm autem publica pecunia nõ eſſet Athenienſibus, Ariſtoteles ait per Areopagitas effectum, ut triremes implerentur, qui ſingulis militibus octo drachmas dederint. Clidemus etiã hoc Themiſtoclis calliditate confectũ tradit. nimirum deſcendentibus in Peiræeum Athenien-

C ſibus, amiſſam fuiſſe à ſtatua Mineruæ ægidem: ibi Themiſtoclem cùm 10 ſe ſimularet quęrere, eamq́; perluſtraret, magnam uim pecunię inueniſſe, inter impedimenta reconditam, eaq́; in medium prolata, ſuffeciſſe uiatica claſsiarijs. Enauigantium ſpectaculum alijs miſericordiam mouit, alijs fortitudinis admirationem, quòd hi parentibus aliò dimiſsis, nihil ad eorum luctus, fletus, amplexusq́; inflexis animis inſulam peterent. Et ſanè multi ciues ſenectutis cauſa relicti miſerationem ciebant: etiam cicurium ac enutritorum animalium geſtus dulcem in animis affectũ excitabant, cum ululatu & deſiderio eos à quibus alita eſſent comitantium. Inter quę narratur canis Xanthippi, eius qui Periclem genuit, non patiens ſe à domino deſeri, in mare inſiluiſſe, iuxtaq; triremem natando Salaminam perueniſſe, ibiq́; ſtatim ab anima deſertũ expiraſſe, humatumq́; eo loco, qui adhuc Cynoſſema, id eſt canis ſepulcrum dictus oſtenditur. Magna hæc Themiſtoclis facta. Neq; minus id, quòd cùm à ciuibus deſiderari Ariſtidem (quem ipſe ante bellum factione ſuperatum, oſtraciſmo in exilium egerat) ſentiret, eosq́; uereri, ne propter iram barbaro ſe adiũgeret, resq́; Græcas euerteret, decreto ijs qui ad tempus relegati eſſent, facultatẽ dedit reuertendi, ac cum reliquis ciuibus ſalutem Græciæ procurandi. Eurybiadi porrò qui claſsis præfectus erat propter Spartæ dignitatem, tre-

Ariſtides ab exilio reuocatus.

 pidanti

pidanti periculum adire, statuētiq́; ad Isthmum nauigare, quo loco etiam A
terrestres Peloponnesi copiæ erant congregatę, Themistocles contradi-
xit. Quo in certamine celebria ista eius dicta ab eo prolata memorant,
cùm Eurybiadi ad se dicenti, in certaminibus qui ante signum datū pro-
dijssent, eos uerberibus plecti: respondit, uerum id esse: sed & eos qui se-
rius ueniant, non coronari. tollentiq́; baculū, & plagam minanti, Percu-
te sanè, inquit, modò audi. tum Eurybiades mite ingenium admiratus,
dicere eum iussit. Ibi cùm ad institutum de pugna ad Salaminam facien-
da sermonem reuertisset, quidam hominem urbe carentem, non rectè ijs
qui patriam haberent, eius deserendæ autorem fieri dixit. Ad eum con-
uersa oratione Themistocles: Nos quidem, inquit, homo improbe, do-
mos & muros reliquimus, rerum inanimatarum causa seruitutem subire
nolentes. Vrbs aūt nobis est, qua nulla sit in Gręcia maior: nimirū ducen
tæ triremes, quæ nunc adsunt uobis auxilio, saluos uos, si quidem uelitis,
seruaturæ: sin iterum disceditis nobis proditis, statim audiēt Græci Athe
nienses & urbem liberā, & agrum eo quem dimiserint, nihilo deteriorem
adeptos. Hæc eo locuto, in eam cogitationem uenit Eurybiades, ut me- B
tueret, ne Athenienses ipsis destitutis discederent. Eretriensi quoq́; cuidā
contradicere conanti Themistocles, Num nam, inquit, etiam uos de bel-
31 lo uerba facitis? qui instar teuthidum piscium, gladium quidem habetis,
corde aūt caretis. Sunt qui referant, Themistoclē in tabulato nauis stan-
tem, desuper de pugna apud Salaminā committenda perorasse: uisamq́;
tum noctuā, quæ ad dextram nauium partem transuolarit, & in summita-
te mali consederit: eoq́; maximè effectum, ut sententia ipsius approbata,
ad naualē pugnam Græci se parauerint. Sed posteaq́; classis hostiū iuxta
Phalerum Atticæ accessit, & uicina circum littora nauib. texit, ac rex ipse
cum terrestri exercitu ad mare descendens, cōiunctis copijs ingentē mul
titudinē suorum ostentauit: ibi uerò Themistoclis oratio ex animis Grę-
corū effluxit, rursusq́; ad Isthmū oculos coniecerāt, ægrè ferētes si quicq́;
aliud à quoq́; diceret. decreuerūt aūt noctu soluere, & erat hoc nautis in-
dicatū. Hîc Themistocles, cui dolebat Græcos id agere, ut auxilio loci &
angustiarū dimisso, à se inuicem diuulsi in urbes suas quilibet discederēt,
consiliū inijt, negociumq́;, cuius Sicinū habuit administrū, tale cōposuit.
Erat Sicinus de Persis captus, Themistoclis studiosus, liberorumq́; eius C
pædagogus: hunc ad regē Persarum furtim mittit, iubetq́; ei dicere, The-
mistoclē Atheniensiū ducem, regiā causam Græcorū rebus præferre: eū
regi nunciare, Græcos fugā parare, hortari eum, ne eius ipsis facultatē fa-
ciat, sed turbatos, & ab exercitu terrestri seiunctos adoriatur, atq́; classem
eorū perdat. Delectatus est eo nūcio rex, beneuolētiaq́; Themistoclis al-
latū credidit. itaq́; statim re cum nauiū pręfectis cōmunicata, dū milites in
reliquas imponi possent cōmodè, ducentis nauib. eos ire, angustiasq́; to
tas, & insulas circumdare iussit, ne cui hostiū fuga pateret. Quę cùm ita a-
gi primus omniū Aristides sensisset, ad tērorīū Themistoclis accessit (nō
ille quidē amicus ei, quippe à quo ciuitate olim pulsum fuisse suprà demō
strauimus), ꝑgressoq́; indicauit cingi à barbaris fauces & insulas nauibus.
Cuius cū ꝓbitatē iā antè cognitā haberet Themistocles, hūc quoq́; ipsius
tū aduentū admiratus, quę cū Sicino egisset, ei exponit, hortarq́; ut, q̃niā
fide & autoritate plus se posset apud Gręcos, cōiūcto secū studio in id in-
cūberet, ut eos ad cōferendā in angustijs naualē pugnā adduceret. Aristi-
des collaudato Themistocle, reliqs duces ac triremiū præfectos adijt, et
ad pugnā incitauit. Adhuc dubitantib. una Tenedia triremis, cui præerat
Panætius,

Stratagema, quo Salaminam pugnā fieri obtinuit Themistocles.

Aristidis et Themistoclis cōgressus.

A Panætius, ab hostibus transfugiens eadem narrat de circumiectis undiq; barbaris: itaq; simul & animus Græcos & necessitas ad subeundam naumachiæ aleã perpulit. Vt primùm illuxit, Xerxes spectãdæ classis & pugnæ causa edito loco consedit, supra Herculis fanũ, ut ait Phanodemus, quà angustũ fretum Euboeã ab Attica diuidit: Acestodorus consedisse in cõfinio Megaricæ scribit, super eum locũ, quę Cornua dicuntur, aureo solio posito, multisq; iuxtà scribis, quibus ut describerent quæ in pugna gererentur, negocium erat datum. Ad Themistoclem autem iuxta prætoriam triremem sacris operantem, tres adducti sunt captiui, forma uenustissima, uestium & auri ornatu splẽdidissimo: ferebanturq; nati Sandauca regis sorore, & Autarcto. Quos ut uidit Euphrantidas aruspex, simulq; magnus & clarus ignis è sacris eluxit, & sternutatio à dextra signũ dedit: dextra Themistocli iniecta, iussit eum factis Baccho Omestæ (quo cognomento crudiuorus significatur) uotis, iuuenes istos immolare: ita enim & uictoriam Græcis, & salutem constituram. Attonito Themistocle ac graue id uaticinium & immane existimãte, Græci (ut ferè in summis
B certaminibus ac rebus aduersis salutem magis ab inopinato aliquo casu, quàm certo consilio sperare homines solent) uno omnes ore Deum inuocauerunt, adductisq; ad aram captiuis, coegerunt sacra ita uti uates iusserat, perpetrari. Hæc de Phaniæ Lesbij, uiri in philosophia & historijs minime rudis, monumentis transcripsimus. De numero nauiũ barbaricarum, Aeschylus, ut re sibi cõperta, in tragoedia cui Persę titulus est, ita affirmat:

Naues fuisse mille Xerxi, cognitum est
Mihi: quæ celeritate sed anteirent cæteras,
Numero fuisse bis centum, & septem scio. — Nauium numerus.

Atticæ naues fuerunt centum & octoginta: harum unaquæuis classiarios milites habebat decem & octo, ex his sagittarios quatuor, reliquos armatos. Videtur aũt Themistocles non minus temporis quàm loci opportunitatẽ captasse, & expectasse: non enim antè rostra suarũ nauium hostili classi obuertit, quàm hora ea aduenit, quæ semper solebat per fauces uentum ualidũ, & fluctũ immittere. quæ res Grecis nauib. scilicet humiliorib. nihil damni adferebat: barbaricas aũt, quarum & puppes erant altæ, & — Pugna Salamina.
C tabulata sublimia, ipsæq; magnæ molis, idem uentus & fluctus incumbentes impediebãt, obliquasq; Græcis obijciebãt. Hi uerò celeriter hostiles naues adoriebantur, Themistoclem (quem potissimùm intelligere quid facto usus esset cogitabant) sequentes: eoq; id magis, quòd hunc Ariamenes classis regiæ præfectus, uir strenuus, & inter fratres regis lõgè pręstantissimus iustissimusq; impetebat, de ingenti naui tanq; à muro sagittas iaculaq; torquens. Hunc Ariamenem Ameinias Deceleus, & Sosicles Pedieus, qui erant in eadẽ triremi, cùm prora huius cũ prora ipsius concurrissent, rostrisq; eę æratis cohæsissent, in ipsorũ triremem trãsire conatum, hastis excepere, & in mare deiecere: corpusq; eius inter alia nauium frusta salo iactatum Artemisia cognouit, & ad Xerxem attulit. Dum hoc modo certaretur, clarum lumen ab Eleusine refulsisse tradunt: campum etiam Thriasium clamore & sonitu fuisse repletum, usque ad mare, perinde ac si multi simul homines orgia celebrarent: & à multitudine uociferantium nubem paulatim à terra sursum ferri, deinde reuerti & triremib. incumbere uisum. Alij spectra se imaginati sunt uidere, & simulacra armatorum uirorũ, qui ab Aegina manus Græcorum triremib. prætenderent: quos Aeacidas esse coniectati sunt, uotis ad auxilium ferendum

ante pugnã uocatos. Primus omnium Lycomedes Atheniensis triremis A
præfectus, nauem cepit: cuius insignia amputata, Apollini laurigero su-
spendit. Reliqui barbaris pari multitudine occurrerũt, & in angustijs sin-
gulatim obuiam factos, mutuoq́ sese impedientes adorti, resistentes usq;
ad uesperam tandem pulerũt, pulcramq́ illam & celebrẽ (ut Simonides
ait) uictoriã obtinuerũt: qua nulla alia pręclarior res neq; à Græcis, neq;
à barbaris mari gesta est. Ea uictoria parta est cõmuni quidẽ omniũ Græ-
corũ qui depugnauére fortitudine, consilio tamen & solertia unius The-
mistoclis. Secundũ hanc naualẽ pugnã Xerxes incõmodi accepti ira ad
bellum redintegrandũ instigatus, conatus est iacto aggere, obthuratoq́
medio freto, copias terrestres Salaminã contra Græcos traducere. Tum

Aristidis consilium de Xerxe fugando.

Themistocles ut animũ Aristidis exploraret, simulauit se statuisse in Hel-
lespontũ nauigare, & pontẽ ibi factũ à Xerxe demoliri, itaq; Asiã in Euro
pa capere. Id improbatũ grauiter Aristidi, dicenti, nunc quidẽ pugnatum
„ esse cũ rege luxu soluto: quẽ si incluserimus (inquit) in Græciã, ac uirũ tã-
„ tas sub se copias habentẽ in metum & necessitatẽ extremã cõpulerimus,
„ non is præterea ociosus subter aureo umbraculo pugnã spectabit: sed pe B
„ riculo motus omnia tẽtabit, omnibusq́ reb. aderit, ut ea quæ neglexit re-
„ sarciat: & de tota re meliora consilia inibit. Quapropter nõ is qui nũc est
„ põs, deijciẽdus nobis ô Themistocles, sed (si fieri possit) alio insuper con
„ structo, barbarus quàm primùm Europa nobis expellẽdus est. Si hæc, re-
„ spõdit Themistocles, ita ꝓfutura uidenť, agedum rationem oẽs ineamus,
„ idq; machinemur, ut cõtestim Græcia is excedat. Probata hac sententia
Arnacẽ, unũ ex eunuchis reg inter captiuos repertũ, ad Xerxẽ mittit,
eũq; regi indicare iubet: Statu le Gręcos nauali prœlio uictores, in Hel-
lespontũ nauigare, & pontẽ deitr ere: Themistoclẽ aũt, cui regis res ma-
gnę sint curæ, suadere, ut ꝑperé suũ mare repetat, traijciatq́ in Asiã, dum
ipse morã socijs inijciendo, à persequẽdo eos detineat. His auditis barba-
rus in summũ adductus metũ, celeriter discessit. Quàm prudẽter hoc The
mistocles & Aristides egerint, pugna Plataica contra Mardoniũ euidens
factũ est: ibi enim de sumã rerum periclitatũ fuit, cùm tamẽ aduersus exi-
guã copiarum Xerxis partẽ dimicaretur. Virtutis palmã eo prœlio inter
ciuitates Aeginetas meruisse Herodotus autor est: Themistocli aũt, quan
quã id inuidię causa inuiti nõnulli facerent, oẽs primã rei bene gestę glo- C
12 riã attribuerunt. Nam cùm digressi ad Isthmũ, suffragia de ea re ad arã iu-
rati ferrent duces, unusquisq; eorũ seipsum uirtute primum, ꝓximum sibi

Themistoclis gloria.

Themistoclẽ fuisse ꝓnunciauit. Lacedæmonij uerò Spartã eũ abduxére,
ibiq́ Eurybiadi fortitudinis, ipsi sapientiæ pręmium dederunt, coronam
oliuæ frondib. contextã, currumq́ publicorũ omnium præstantissimũ ei
dono dederunt, iuuenesq́ trecentos miserunt, qui eũ usq; ad fines regio-
nis comitarenť. Proximis ab eo Olympicis ludis, cùm ipse in stadium ue-
nisset, ferũt omnes qui tum aderant, athletarũ nulla ratione habita, in ipso
spectando, hospitibusq́ demonstrando & applaudendo totã diem con-
sumpsisse, adeò ut ipse quoq; delectatus ea re, amicis confessus sit, se fru-
ctum laborum suorum quos pro Gręcia pertulisset, percepisse. Erat enim
natura honoris cupidissimus, quod cõijcere est ex ijs quæ de ipso ferunť.
Nã cùm esset rei nauali à ciuitate pręfectus, nihil neq; de priuatis, neq; ad
remp. pertinentibus negocijs cuiq; respondit, sed omnia in eũ diẽ reiecit,
quo erat abnauigaturus: ut multa simul negocia expediens, omnisq́ ge-
neris hominibus colloquens, magnificus esse & plurimũ posse iudicare-
tur. Cumq́ inspiceret cadauera apud mare, quæ fluctus in littus eiece-

A rat, conspicatus quibusdam aurea monilia & torques adesse, ipse præteri-
ens, amico comitanti ea ostendit, dixitq;: Tu tibi ea accipe: non es enim
Themistocles. Antiphati cuidam, qui formosus, antè durum & insolẽtem
se ipsi exhibuerat, tunc autẽ gloria hominis adductus colebat: Heus, in-
quit, adolescens, serò quidẽ, sed tamen simul uterq; sapuimus. Dicebat se
ab Atheniensibus neq; honore affici, neq; admirationi ipsis esse: sed eos
periculis ingruentibus ad ipsum confugere, quemadmodũ sub platanum
solent homines tempestate orta, quam facta serenitate carpant, atq; uelli-
cent. Seriphio quodam ei obijciente, Non ipsum sua, sed ciuitatis gloria 13
illustrem: Vera, inquit, dicis. nam neq; ego, si Seriphius fuissem, unquam
clarus euasissem, neq; tu, si Atheniensis. Cùm quidam dux belli alius eò
quòd rem ciuitati utilem confecisse uideretur, Themistocli se audacter
opponeret, ac suas res cum ipsius actionibus compararet, Olim, inquit
Themistocles, is dies qui festum excipit, cum festo contendit, eum diem
occupationum & molestiarum plenum autumans, se autem orto, omnes
per ocium ijs quæ priùs essent parata, perfrui bonis. ad hæc festus dies re-
B spondit: Est quidem ita ut dicis: ueruntamen nunquam tu extitisses, nisi
ego præcessissem. Ego quoq;, inquit Themistocles, nisi quondam fuis-
sem, ubi uos nunc essetis? Iocãs in filium, insolentiùs matre atque exinde
se quoque patre utentem, plurimum eum inter omnes Græcos potentiæ
habere inquit: reliquis enim Atheniensibus Græcos imperare, Athenien
sibus se, sibi uxorem, huic filium. Omnino autem omnibus in rebus ali-
quid peculiare affectabat. Ideò prædium uendens, præconem iussit indi-
care, bonum esse eius uicinum. De procis filiæ suæ probum diuiti prætu-
lit, Malle se, inquiens, uirum pecunia egentem, quàm pecuniam uiro. Hu-
iusmodi fuere dicta Themistoclis. Cęterùm ijs, quas dixi, rebus cõfectis,
statim urbem instaurare, atque muro cingere aggressus est, ephoris pe-
cunia corruptis, ne id impugnarent institutum: ut quidem Theopom-
pus autor est. nam plerique eos dolo ab ipso circumuentos tradunt. Ve-
nisse enim ipsum Lacedæmonem, legationis specie prætexta: ibi cum
Spartani urbis munitionem ei obijcerent, missusq; consultò ab Aegina
urbis præfectus eũ accusaret, inficias iuit, mittiq; iussit Athenas, qui rem 14
præsentem inspicerent: ita simul hac interiecta mora tempus muro faci-
C endo prorogans, & hoc agens, ut hi Atheniensibus pro se obsidum lo-
co essent. Neque eum consilium fefellit. Veritate enim rei cognita Lace-
dæmonij, nulla affectum iniuria dimiserunt, obscurè modò indignantes.
Secundum hæc Piræeum ædificauit, portuum opportunitatem conspi-
catus, totamq; urbem ad mare accommodans, ac quodammodo contra
institutum priscorum Atheniensium regum contendens. Hi enim ut à
mari ciues retraherent, & ad uictum omissa nauigatione parandum agri-
culturæ adsuefacerent, ferunt fabulam de Minerua sparsisse: quòd in con
tentione de solo terræ ea contra Neptunum iudicibus olea demonstra-
ta uicerit. Themistocles autem nõ, ut Aristophanes Comicus perhibuit, 15
Peiræeum urbi addidit: sed totã urbem ad Peiræeum, terramq; mari ad-
aptauit. Ea res populo uires contra optimates, audaciamq; addidit, po-
tentia ad nautas, remigum magistros, rectoresq; nauium translata. Itaque
tribunal quod in Pnyce positum mare spectabat, inferiori tempestate tri
ginta tyranni ad terram obuerterunt: rati maritimo imperio summam re-
rum ad populum deferri, paucorum uerò principatum agricolis minus
esse molestum. Sed Themistocles de potentia in mari obtinenda etiam
maius adhuc aliud excogitauit consilium. Cùm enim à discessu Xerxis,

Quo modo urbem deceptis Spartanis muniuerit.

Græcorum classis Pagasas subducta esset in hyberna, in concione ad Athenienses dixit, habere se consilium utile quidem & salutare ipsis, sed id sciri uulgò, opus non esse: iussusq; ab ipsis, ut cum Aristide id communicaret, ac siquidem is approbasset, exequeretur rem: indicauit ei, se induxisse in animum incendere nauale Græcorum. Aristides ad populū progressus, consilio Themistoclis non esse neq; utilius aliud ullum, neq; iniustius dixit: quo sermone moti Athenienses, deponere id Themistoclem iusserunt. In concilio Amphictyonum, cùm Lacedæmonij retulissent de excludendis eo consessu urbibus quę in belli contra Medos societate nō fuissent: ueritus Themistocles, ne Thessalis, Argiuis, Thebanisq; eo senatu eiectis, deinde omnino suffragijs Spartani pręualerent, eorumq; uoluntati esset standum, patrocinatus est istis ciuitatibus, sententiamq; Amphictyones ut mutarent effecit: cùm ostendisset, triginta tantùm & unā ciuitatem belli participes fuisse, earumq; plerasq; admodum exiguas: fore itaq; rem indignam, si omni Gręcia à fœdere cōmuni exclusa, duæ modò aut tres maximæ ciuitates concilium hoc sua in potestate haberent. Hoc præsertim facto Lacedæmonios offendit: ideoq; Cimon ab ijs ad honores euectus est, & aduersarius in republica ei constitutus. Confœderatis etiam grauis erat, circum insulas nauigans, pecuniasq; exigens: quod intelligi ex his potest, quę eum in poscendo ab Andrijs argento dixisse, & audiuisse Herodotus scribit. Dicenti enim se duos secum Deos adducere, Suadelam, & Vim, responderunt, apud se quoq; esse duo magna numina, à quibus pecuniam dare prohibeātur, Paupertatem & Inopiam. Timocreon etiam Rhodius Lyricus poeta, quodam in carmine acerbiùs in Themistoclem inuehitur: quod is cùm accepta pecunia alijs exulibus reditum in patriam cōfecerit, ipsum hospitem suum amicumq; propter pecuniam proiecerit. Versuum ipsius hic est sensus: A B

Timocreontis in Themistoclem carmina.

16 *Seu te celebrem Pausaniam iuuat*
Cantare, seu nunc Leutychidam tibi
Acrémue Xanthippum decoris
Tollere laudibus est uoluntas.
Profectum Athenis me iuuat à sacris
Virorum Aristidem canere optimum,
Præconijs summisq; dignum
Carmine concelebrare nomen.
Odit malum Latona Themistoclem
Mendacijs notum Dea turpibus,
Iniurijs famosum iniquis,
Labeq; proditionis atra.
Timocreontem qui improbus hospitem
Corruptus argento haud uoluit leui
Reducere Ialyssum, auitos
Ad patriæq; lares suauis.
Argenti at idem cùm tria muneri
Cepit talenta, in perniciem ruens,
Multis per iniustè fauendo
Exulibus reditum parauit:
Multos coegit cedere patria:
Vitaq; multos protinus exuit:
Pecuniæ ingentes aceruos
Hac ratione sibiq; adeptus:
Carnes, in Isthmo post epulum exhibens
Commune cunctis, ponere frigidas C

A *Est ausus: omnes imprecati*
Numina sunt inimica edentes.

Idem multò lasciuiore ac solutiore usus est in Themistoclem linguæ pe-
tulantia, cùm is damnatus in exiliũ abijsset: composito carmine eius rei
gratia, cuius initium:

Huic age carminis mihi Musa gloriam
(Nam peto iusta & æqua) apud Græcos para.

Ferunt autem Timocreontem ob suspicionẽ inclinãtis ad Medos volun-
tatis extorrem actum, sententia etiam Themistoclis damnatum. Itaq; in
Themistoclem, ut is eiusdem criminis insimulatus est, hæc ille scripsit:

Ergo Timocreon non iam (uelut antè ferebant)
Cum Medis solus iungit amicitiam:
Non mihi iam soli mutilanda est cauda misellæ:
Debetur pœna & uulpibus hæc alijs.

Iam inuidia correpti ciues etiã libenter calumnias contra ipsum admitte-
bant: cogebat itaq; crebra suarum actionũ apud populũ cõmemoratio-
ne molestus uulgo esse: indigneq; ferentib. Quid, aiebat, indignè fertis
B eos, quorũ sæpe beneficia estis experti? Animos plebis contra se iritaue-
rat etiã Dianæ tẽplo extructo, quã Aristobulen cognominauerat, quòd
ipse optimè patriæ & Græcis cõsuluisset: id aũt templũ in Melita posuerat 17
prope suam domum, quo loco nostrò tempore cadauera supplicio affe-
ctorũ carnifices proijciunt, uestesq; & laqueos, quib. eos exanimauerũt,
eò efferunt. Fuit & imaguncula Themistoclis in eo tẽplo dedicata, man-
sitq; usq; ad nostrã ætatem: ex qua apparet eum uirum non animo tãtùm *Exilium*
heroico fuisse, sed & uultu eũ indicasse. Quapropter exostracismo facto, *Themisto-*
dignitatem eius & excellentiã Athenienses diminuerũt: quemadmodũ *clis.*
solebãt agere cũ omnib. ijs, quos potentia nimia graues, & ad æqualitatẽ
popularem non satis cõpositos esse iudicabãt. Neq; enim supplicij genus
fuit exostracismus, sed inuidiæ aduersariorum quodãmodo satisfaciebat,
eamq; mitigabat, cùm excellentes deprimendo uoluptas æmulis adfer-
retur, odiumq; per hanc ignominiam illatam quasi exhalaret. Themisto-
cle urbe eiecto, & Argis commorante, Pausaniæ casus inimicis ipsum ca-
lumniandi occasionem præbuit: accusatusq; est proditionis à Leobote
Alcmæonis F. Agraulææ tribus, adstipulantibus huic Spartanis. Ete-
C nim Pausanias cùm proditionem istam moliretur, initiò clam Themisto- *Pausaniæ*
cle, quantumuis amico, id consiliũ habuerat: cùm aũt eum ciuitate exci- *proditio.*
disse, idq; grauiter ferre uideret, ausus fuerat eum ad societatem sui insti-
tuti ineundã adhortari, literis eum regis ostensis instigans cõtra Græcos,
improbam & ingratam gentem. At Themistocles & totam Pausaniæ pe-
titionem repudiauit, & omne commerciũ ei denegauit: rem tamẽ ipsam
neq; apud quenq; euulgauit, neq; indicium eius detulit: siue destiturum
eũ ab incepto ratus, siue alioquin deprehensum iri, ut qui res absurdas et
periculosas nulla cũ ratione tẽtaret. Cęterùm Pausania propterea capita-
li supplicio affecto, repertæ quædã epistolæ literæq; ea de re, in suspicio-
nem adduxerunt Themistoclem: & cùm Lacedæmoniorum clamoribus
impetitus, tum absens ab inuidis ciuibus accusatus est. Ipse primas ca-
lumnias ferè literis amoliri conatus scripserat ad suos ciues, se, qui im-
perare quidem cuperet, ad parendum autem neque natura esset, ne-
que uoluntate procliuis, nunquam profectò seipsum ac Græciam bar-
baro in seruitutẽ fuisse traditurũ. Nihilominus accusatores persuaserunt
populo, ut uiros mitteret, qui eũ cõprehenderẽt, & in iudiciũ ad Gręcos
attraherent. Quod ipse præsentiẽs, Corcyram traiecit, quam suo iam antẽ

beneficio obstrictam sibi habebat. Iudex enim controuersiæ eorum con- A
tra Corinthios sumptus, ita eam dijudicauerat, ut Corinthios pendere
Corcyrensib. uiginti talenta, fructusq́; è Leucade, quæ utrorumq; erat co
lonia, cōmunes ambabus ciuitatib. esse iusserit. Inde in Epirū fugit: perse-
quentibusq́; Atheniensib. & Lacedęmonijs, ad Molossorū regē Adme-
tū confugit. Quo quidē tēpore in graue se & anceps discrimē dedit. Ad-
metus enim quondā ab Atheniensib. quādam rem petens, Themistoclis
tum in rep. florentis opera cō tumeliosam repulsam passus fuerat: ideoq́;
semper ei iratus rex, haud dubiè uidebat acceptam iniuriā uindicaturus,
siquidem eum cōpræhendisset. Verùm in hac sua fuga Themistocles suo-
rum recentem inuidiam magis metuens, quàm regis antiquā iram, statuit
supplicare Admeto, noua quidē & inusitata ratione. filiū enim regis pue-
15 rum amplexus, ad focum eius se proiecit: quem Molossi efficacissimum
supplicandi modum existimant, & ferè solum repulsæ securum. Quidam
ita edoctum Themistoclem à Phthia uxore Admeti ferunt, quæ filium
suum ei ad focum apposuerit: alij ita instructum ab Admeto, qui suppli-
cationem ita grauem fieri uoluerit, ut cur non dederet hominem perse- B
quentibus, necessitatem in excusando adducere posset. Eódem Themi-
stocli Epicrates Acharnensis uxorem & liberos eius misit, quos furtim
Athenis abduxerat: eiúsque facti causa pòst à Cimone in iudicium per-
tractum hunc, & morte affectum, Stesimbrotus scribit. Idem nescio quo
pacto horum oblitus, aut oblitum fuisse Themistoclem iudicans, postea
scribit, eum inde in Siciliam nauigasse, pollicitumq́; Hieroni tyranno, si
filiam suam matrimonio sibi iungeret, uelle se ei Græcos subiugare: re-
cusanteq́; Hierone, in Asiam abijsse. Hæc ita acta fuisse, non est uerisi-
mile. Nam Theophrastus in opere de regno scribit, missos ab Hierone
ad ludos Olympicos fuisse equos qui certarēt, tabernaculūq́; preciosum
extructum: ibi Themistoclem Græcis oratione habita ostendisse, taber-
naculum id tyranni dejciendum, equosq́; certamine prohibendos esse.
Thucydides narrat, eum ad alterum mare profectum, à Pydna soluisse:
ac tandiu quis esset, omnes, qui unà in naui essent celasse, dum nauigium
ui uenti ad Naxum insulam (quæ tum ab Atheniensibus oppugnaba-
tur) detruderetur: ibi demum timore adductum se nauclero ac guber-
natori patefecisse: partimq́; orando, partim minando se coram Atheni- C
ensibus falsis criminibus periculum ipsis creaturum, quasi non ignotum
initio, sed muneribus corrupti in nauim accepissent, eò compulisse, ut
Opes Themistoclis. præteruecti Naxum, Asiam peterent. Magna uis pecuniæ furtim ex bo-
nis eius ab amicis est erepta, eamq́; is secum in Asiam abduxit. Cæterùm
istius, quæ inuenta post eius abitum, & in ærarium redacta est, summam
Theopompus indicat centum talenta, Theophrastus octoginta: cùm
quidem antequam remp. attigisset, bona eius ne trium quidē talentorum
In Asia profugus Themistocles. precio æstimata fuissent. Cùm Cumā appulisset, ac multos animaduerte-
ret eorū quibus res maritima erat cōmendata, sibi capiendo intētos, præ-
sertim uerò Ergotelem ac Pythodorū: (quippe cùm rex ducenta talenta
precium ei edixisset, qui eum ad se adduceret, ijs qui lucrū quaecunq; ex re
expetunt, admodum cōmodum uidebatur hominē inuestigare) Aegas,
quod est Aeolię oppidulū, confugit, omnib. ignotus, pręterquā Nicoge-
ni hospiti suo, uiro Aeolū ditissimo, & cui cum superioris Asiæ procerib.
noticia intercederet. Apud hunc aliquot dies delituit: quib. exactis, se-
cundum cœnam Olbius filiorū Nicogenis pædagogus, sacris quibusdā
peractis furore diuinitus concitus, hunc uersum contenta uoce protulit:

A *Nocti uocem, eidem consilia, uictoriamq́; adscribe.*

Post hoc uaticinium Themistocles cum se quieti dedisset, uidit in somnis draconem uentrem suum circũplicare, sursumq́ ad collum serpere, & ubi faciẽ ipsius attigisset, in aquilã mutari, alisq́ circumdatis ipsum sublimem auferre: tum aureum caduceum apparere, seq́ supra eo firmiter constitui, ingenti terrore ac perturbatione liberatum. Proinde Nicogenes ut eum ad regem tutò mitteret, huiusmodi dolum comminiscitur. Cùm plerique barbari, tum uerò præcipuè Persæ grauiter eo à natura insito uitio laborant, quòd de mulierum pudicicia in sinistras ac grauissimas suspiciones facilè prolabuntur. itaque non modò coniuges suas, sed & empticias concubinas, & pellices accurata obseruant custodia, ita ut à nemine alio conspiciantur, sed domi inclusæ uitam exigant: in itinere autem faciendo eædem sub tentorijs circumcirca obseptis supra curribus uehuntur. Huiusmodi rheda confecta Themistocli, in eáque uectus est: comites autem interrogati ab obuijs, quid ueherent, responderunt Græcam se mulierculam ex Ionia cuidam regis cubiculario adducere. Thu-
B cydides & Charon Lampsacenus narrant, Xerxe iam antè defuncto, ad filium eius uenisse Themistoclem: Ephorus, Deino, Cleitarchus, Hera- 19
clides, alijq́ complures ad ipsum Xerxem delatum scribunt. Videtur autem Thucydides annales potissimùm secutus, quanquam & hi ipsi non satis commodè sunt editi. Themistocles cùm iam in præsens discrimen uenisset, primo omnium conuenit Artaban militum præfectũ, eiq́ exponit, Græcũ se esse: cupere aũt cũ rege de maximis rebus, & in quib. ille plurimũ studij poneret, colloqui. Cui Artabanus: Leges (inquit) ô hospes, aliæ sunt apud alios homines, diuersaq́ apud diuersos honesta iudicant: omnibus tamen ex æquo pulcrũ uidetˀ suas ornare & conseruare leges. Vos audio præ omnib. alijs rebus libertatẽ æqualitatemq́ admirari: apud nos aũt cum multæ sint, ac pulcræ leges, ea omnium præstantissima est, quæ honorare regem, adorareq́ eum, tanq̃ Dei omnia conseruantis effigiem, iubet. Quare si nostros mores probas, & genua flectere coram rege uis, uidendi tibi compellandiq́ eius facultas erit: sin aliter sentis, internuncijs ad eum utendum tibi est. regi enim leges patriæ non permittunt, ut homini qui ipsi non supplicauerit, aures accõmodet. Ad hæc The-
C mistocles: Ego uerò, Artabane, regis uestri gloriã atq́ potentiã augendi causa ueni: itaq́ & ipse parebo uestris legib. quando ita uisum Deo qui Persas extollit: & propter me plures, quàm nunc sint, erunt qui regẽ adorent. quare nihil obstat, quo minus cũ rege colloquar. Quod aũt, inquit Artabanus, nomẽ tibi esse regi indicabo? animo enim quàm priuatus homo altiori mihi uideris esse. Tum Themistocles: Nomẽ, Artabane, meum nemo quisquam rege prior audiet. Hæc narratio est Phaniæ. Eratosthenes in opere de Diuitijs, narrationi id præmisit, fuisse Themistocli aditum ad Artabanum, gratiamq́ paratam ab huius muliere, quæ natione fuerit Eretrica. Vt ad regem introductus est, eoq́ adorato tacitus constitit, interpres iussu regis eum quis esset interrogauit. Themistocles in hæc uerba respondit: Venio ad te, ô rex, Themistocles ego ille Atheniensis, in exilium pulsus à Græcis. Multa quidem mihi mala accepta habent ferenda Persæ: plura tamen ijs bona, quòd reb. Greciæ iam extra periculum constitutis, occasionem salua patria uobis gratificandi non neglexi, sed meos à persequẽdis uobis prohibui. Ego quidẽ ita me planè cõposui, ut cõueniens est fortunæ meæ: paratus enim adsum & ad beneficia à te accipienda, si benignè reconciliatus mihi iam antè sis: & si adhuc irascaris

ob

» ob accepta damna, ad deprecādum. Tu autem cum ipsos meos inimicos A
» meorum in uos meritorum testes habeas, utere fortuna mea potiùs ad uir
» tutis tuæ testificationē, quàm ad iræ expletionē. illud enim si feceris, sup-
» plicem tuū seruabis: sin hoc, Græcorū hostem perdes. Ad hæc uerba, quo
diuinitatis etiam aliquo testimonio autoritatem ijs pararet, insomnij in
Nicogenis domo uisi narrationem adiecit: recitauitq́ oraculum à Ioue
Dodonæo sibi datum. nimirum se iussum ad cognominem Deo ei profi-
cisci, intellexisse ad regem se mitti: nam huic cum Ioue magni regis no-
men esse commune. Hæc cùm audiuisset Persa, etsi admiratus animi ma-
gnitudinem in eo uiro, audaciamq́, nihil tamen respondit: seipsum uerò
apud amicos cùm beatum prædicasset, tanquam maximo sibi fortunæ be
neficio oblato, comprecatus Arimanium, ut semper eum hostibus animū
daret, quò optimos suorum eijcerent, fertur sacrificasse Dijs, & inde sta-
tim ad pocula se contulisse: noctuq́ in medio somno præ lætitia ter
exclamasse, Habeo Themistoclem Atheniensem. Prima luce conuocatis
amicis, Themistoclem ad eos introduxit, nihil quidem boni sperantem,
quòd uideret aulicos nomine sui præsentis audito indignari, & maledi- B
cere: præterea Roxanes tribunus militum, cùm apud se transiret Themi-
stocles, sedente rege, alijsq́ silentibus, tacitè cum gemitu dixerat, Græce
serpēs uarie, malus te genius regis huc adduxit. Sed cum rex, cùm in con
spectum sibi uenisset, iterumq́ in genua procubuisset, comiter salutauit:
dixitq́ cum iam quidem sibi ipsi ducenta talenta meruisse: cùm enim ipse
uenerit, par esse, ut id pręmium quod fuisset ei qui adduceret promissum,
accipiat. multa autem præterea alia se daturum promisit, bonoq́ animo
esse iussit, libereq́ de rebus Græcis quæ uellet dicere. Ad ea Themisto-
» cles respondit, Hominis sermonem similem esse aulæorum. Quemadmo-
» dum enim ea si extendantur, figuras ostendāt intextas: sin contrahantur
» & arctentur, easdem occultent ac corrūpant: perinde & orationi usu ue-
» nire: petere itaq́ se dilationem dicendi. Quam cùm rex ea comparatione
delectatus ipsi concessisset, annuum sibi spacium impetrauit: eoq́ tem-
pore cùm Persicam linguam perdidicisset, ipse deinde cum rege suis uer-
bis collocutus est. Etsi autem ij qui erant extra aulam crederent eum de
rebus Græcis cum rege cōmunicare: interim tamen, quia multa in aula,
& de amicis regijs eo tempore noua statuebantur, inuidia potentium la- C
borare cepit, suspicantiū eum de ipsis quoque liberé quædam regi dicere
ausum fuisse.

Honores Themistocli abs rege habiti.

Eam augebant honores longè quàm alijs hospitibus am-
pliores ipsi à rege habiti. Nam & in uenationibus aderat, & domi conuer
sabatur, adeoq́ matri etiam regis uisus, familiarisq́ ei factus erat: magi-
cos etiam sermones iussu regis audiebat. Aliud argumentum eius apud
regem potentię, hoc est. Demaratus Spartanus iussus à rege aliquid mu-
neris petere, postularat ut liceret sibi imposito capiti diademate regio
Sardes equo intrare: rum Mithropaustes regis consanguineus, manu
Demarati appręhensa, Hæc quidem, inquit, tiara aliud caput quod uelet
habet nullum: neque tu sanè accepto fulmine, ideo Iupiter eris. et cùm
rex petitione hac ad iram concitatus, Demaratum à se repulisset, uidere-
turq́ nullo modo ei reconciliari posse, Themistocles precibus suis eum
homini placauit. Ferunt etiam posteriores reges, sub quibus maius
rerum Persicarum cum Gręcis factū est commercium, cùm aliquid à Gre
co homine peterent, in usu habuisse, ut ei per literas pollicerentur, maio-
rem eum Themistocle apud se futurum. Ipsum Themistoclem memo-
rant cùm iam multum ualeret, & à multis coleretur, splendido apposito
quondam

A quondam cœnæ apparatu, ad pueros dixisse: Equidē perieramus ô pueri, nisi perijssemus. Plerique autores tradunt, datas ei fuisse tres ciuitates, quarum è reditibus panem, uinum, et opsonia pararet, Magnesiam, Lampsacum, & Myuntem: duas addunt ad uestem stragulam & amictum ei concessas Neanthes Cyzicenus, & Phanias, nimirum Percoten & Palæscepsin. Cùm rerum Græcarū causa ad mare descenderet, Epixyes ei Persa, satrapa superioris Phrygię, insidiatus est, subornatis iampridem Pisidis, qui eum interficerent, si Leontocephalis (urbis est nomen, quasi caput leonis dicas) pernoctaret. At ei meridianti perhibent per somnum apparuisse matrem Deûm, ac dixisse: O Themistocles, caue tibi à capite leonum, ne in leonem incidas: ego autem pro hoc beneficio tuam Mnesiptolemam mihi famulam dari postulo. Themistocles perturbatus, factis Deæ uotis, uia communi relicta, aliaq; profectus, nocte iam facta, tentorio posito quieti se dedit. Ibi cùm forte unum ex iumentis, quæ tabernaculi tapetas portabant, in fluuium decidisset, famuli Themistoclis aulæa madefacta extendére, ac resiccarunt. Interim Pisidæ cum gladijs accurre-
B runt: cumq; aulæa ad siccandum suspensa non satis recte uiderent, putantes tentorium esse Themistoclis, atque in eo se ipsum dormientem reperturos, facto impetu ea reuellere ceperunt, in eoq; à custodibus Themistoclis depræhensi & capti sunt. Is hoc periculo euitato, uisionem Deæ admiratus, templum Dindymenes condidit Magnesiæ, eiq; filiam suam Mnesiptolemam sacerdotem constituit. Postquam Sardes uenit, degens in ocio, templorum instrumenta, & donariorum multitudinem contēplatus est. Ibi in Magnæ matris fano conspexit uirginē ex ęre aquiferam, magnitudine bicubitalem, quam ipse quondam Athenis aquæ præfectus cōsectam ex ea pecunia, qua eos mulctauisset qui aquam subtraxissent, alióue deriuassent, dedicauerat. Ea uisa, siue eius donarij captitatem dolēns, siue ut ostenderet Atheniensibus quantum honoris & potentiæ apud regem sibi esset, Lydiæ præfectum compellauit, ab eóque flagitauit, ut ea statua Athenas remitteretur. Barbaro exasperato, seq; regem de hac eius petitione certiorem per epistolam facturum minante, territus in gynæceum confugit, demeritisque argento dato pellicibus, iram præfecti deliniuit: ipse in reliquis rebus eò cautior fuit, quòd iam
C etiam barbarorum metueret inuidiam. Non enim per Asiam uagatus est, quod ait Theopompus: sed Magnesiæ habitans, maximorumq; donorum fructum percipiens, & non in minore honore quàm Persarum præstātissimi quiq; habitus, multū temporis securus ab omni metu transegit: rege ita superioris Asiæ negocijs detento, ut non magnā Gręcarum rerum curam gereret. Cuius animum postq; Aegyptiorū defectio, quam auxilio Atheniensium fecerāt, triremesq; Gręcę usq; ad Cyprū & Ciliciam nauigantes, Cimonq; maris imperium obtinens, ad Græcos uicissim inuadendos, ac aduersus ipsum crescentiū phibenda incremēta, cōuerterunt: ibi tandem & exercitus contrahi, & duces hinc inde dimitti ceperunt: ac per nuncios Magnesiā ablegatos Themistocli rex mandauit, ut promissis satisfaceret. Quo allato nuncio Themistoclem neque ira aduersus ciues ad id bellum potuit accendere, neque tantus honor & potentia ad id capessendum impellere. Sed siue id confici à se posse diffidens, præsertim tot tum præclaris ducibus rem Græcam administrantibus, & Cimoni supra modum prosperè rebus succedentibus: siue (quod uerius puto) uerecundia gloriæ rerum à se gestarum commotus, trophæorumque suorum: rectissimè quidem statuit uitæ suæ con- *Mors Themistoclis.*

uenientem

ueniente finem imponere. Itaque cùm Deos sacrificijs ueneratus esset, con A
ductis in unum locum amicis suis, ijsque consalutatis, hausto (ut omnis fert
fama) tauri sanguine, aut (ut alij perhibent) præsenti ueneno, mortem
obijt Magnesiæ: cùm uixisset annos L X V, eorúmque maiorem par-
tem in administratione ciuitatis ac rei bellicæ exegisset. Memoriæ prodi-
tum est, regem audita morte, causaque eius, etiam addidisse aliquid ad uiri
eius admirationem, amicosque eius & necessarios constanti & perpetua
Liberi Themistoclis. humanitate prosecutũ esse. Reliquit Themistocles liberos ex Archippa,
Lysandri Alopecensis filia, Archeptolin, Polyeuctum, & Cleophãtum:
20 cuius tanquam equitis optimi, alioquin ad nullam rem utilis, Plato philo-
sophus mentionem facit. De maximis natu eius liberis: Neocles puer ad-
huc morsus ab equo perijt: Dioclem Lysander auus adoptauit. Filias
habuit complures: quarum Mnesiptolemam è posteriori uxore natam
Archeptolis frater eius, sed matre alia natus, uxorem duxit, Italiam Pan-
thides Chius, Sybarin Nicomedes Atheniensis, Nicomacham Phrasi-
cles fratris Themistoclis F. mortuo iam eo Magnesiam naui profectus, à
fratribus eius in matrimonium accepit, & minimam natu inter omnes pa B
trui liberos Asiam educauit. Sepulcrum Themistoclis splendidum Ma-
gnesiæ in foro extat. De reliquijs eius fides Andocidæ habenda non est,
qui in oratione ad socios scribit, Athenienses eas furto surreptas disiecisse:
mentitur autem studio eos qui penes paucos imperium esse uolunt ad-
uersum populum concitandi. Ne Phylarcho quidem credendum, qui hi-
storiam in Tragœdiam mutans, tantum non machinam aliquam attollit,
producensque Neoclem quendam & Demopolin filios Themistoclis, mo
uendorum affectuum causa ea fingit, quæ ficta esse quiuis statim intelli-
gat. Diodorus Periegetes in opere de monimentis scribit (ita tamen ut
coniectari se magis, quàm certò scire non diffiteatur) iuxta portũ Piræei,
21 à promontorio quod est ponè Alcimum, porrigi quendam ueluti cubi-
tum, secundum quem si intrò flectat quis cursum, quo loco mare tranquil
lum est, ibi iustæ magnitudinis extare crepidinem, atque iuxtà saxum aræ
formam habens, quod uideatur Themistoclis esse ara: censetque sibi etiam
Platonem Comicum suffragari his uersibus:

Quà tumulus est apto editus tibi in loco:
Negociatores salutabunt eum
Semper: uidebit aduehi, & discedere C
Eos: uidebit nauium certamina.

Posteritati Themistoclis ad nostram usque ætatem certi quidam honores
Magnesiæ habiti perdurant: quos percepit etiam Themistocles Athe-
niensis familiaris amicusque noster, cùm degeret apud Ammonium phi-
losophum.

PLVTARCHI CAMILLVS,

[illegible]

Augustano interprete.

CVM multa atque præclara de Furio Camillo memorentur,
tum hoc præ reliquis mirum & peculiare eius uiri uidetur,
quòd ne semel quidem consul fuit: cùm tamen magistratus
gerens plerasque etiã summas res cõfecerit, quinquies dicta-
turam obiuerit, triumphos quatuor duxerit, alter Romæ con
ditor scriptus fuerit. Verùm in causa fuit status reipub. eius temporis. Po
pulus enim cum senatu contendens, consules creari noluit, sed tribunos
militum

A militum, penes quos summa rerum esset, cōstituit: qui etiamsi omnia pro consulari potestate agebant, tamen numeri causa is magistratus minùs erat uulgo molestus. quippe quòd sex, non duo tantùm uiri supremam potestatem obtinerent, id horum etiam, qui paucorum principatum grauiter ferebant, animos quodāmodo placabat. Quo tempore Camillus cùm gloria rerum gestarum maximè uigeret, consul inuito populo fieri noluit, quanquam interim non semel comitia consularia essent habita. In reliquis autē magistratibus, quos uarios & multos gessit, eum sese exhibuit, ut & potētiam cum omnibus communicaret, quanquam ipse solus rebus praeesset: & gloriam ipse sibi cum nemine communem, etsi cum collegis imperās, haberet. quorum alterum eo effecit, quòd moderatè, ac citra inuidiam præfuit: alterū prudētia cōsecutus est, propter quā primas eum tenuisse in confesso est. Cùm autem ea tempestate nondum illustris admodum familia Furiorum esset, ipse primus in magna illa contra Aequos Volscosq; pugna nomen sibi parauit, sub dictatore Posthumio Tuberto stipendia merens. Equo enim ante aciem prouectus, uulnere in femur accepto nihil remisit: sed extracto uulneri iaculo, congressus cum hostiū fortissimis, in fugam eos coniecit. Ab hoc facto & alijs honoribus ornatus, & censor creatus est, cùm is magistratus eo tēpore in magna esset existimatione. Censuræ eius egregium hoc opus commemoratur, quòd cœlibes & oratione, & mina mulctæ eò compulit, uti uiduas (quæ tum propter bella erant multæ) matrimonio ducerent: necessarium uerò, quòd orbos parentum liberos pensionē, à qua priùs fuerant immunes, soluere ærario iussit. Ad quod eum institutum adegerunt continentia bella, magnos sumptus requirentia: maximè autem Veiorum obsidio. Veij urbs fuit Etruriæ longè prima, cuius ciues Veientes dicunt. Hi armorum & militum copia Romæ nihil concedebant: cumq; diuitijs, uita delicata luxuq; exultarent, prioribus temporibus de gloria & potentia aduersus Romanos multis ac præclaris certaminibus dimicauerant: tum uerò attriti magnis prœlijs, contentione quidem pugnandi destiterant, arduis tamen ac ualidis muris extructis, urbeq; armis, iaculis, omnisq; generis apparatu repleta, obsidionem securo animo tolerabant: longam sanè, sed obsidentibus non minus operosam ac difficilem. Romani enim cùm consueC uissent tantùm per æstatem, quod est non longum adeò tempus, militiæ esse, & domi suæ hyemare, tunc primùm coacti sunt iussu tribb. militum, castellis ædificatis, castrisq; munitis, in hostico hyemem cum æstate continuare. Iamq; annus septimus eius belli erat in exitu: & malè audiebant duces, tanquam segniter oppugnantes: ideoq; ijs magistratu depositis, alij tribb. militū constituebant. Fuit inter eos Camillus, eum magistratū iterū tunc gerēs: neq; eo tēpore in obsidendis Veijs quicquā egit. bellum enim sorte ei obtigit contra Falerieses & Capenates, qui Romanis Veienti obsidione occupatis crebrò in agrum Romanū incursiones fecerāt, totoq; Etrusco bello interturbārant. Hi multis suorum amissis intra muros à Camillo compulsi sunt. Accidit deinde Albani lacus miraculum, maximè flagrante bello, quòd nulli eorum quæ incredibilia auditu putantur, secundum, animos hominum ignoratione causæ, & rationis de naturæ rerum scientia depromptæ, terruit. Appetebat iam autumnus finita æstate, quā neq; pluuijs, neq; australibus uentis nimiam fuisse constabat. Qui autem sunt in Italia permulti lacus ac fontes, ij partim exaruerant protinus, partim ægrè aliquid humoris retinuerant: flumina, ut semper secundum æstatem solent, cauis & demissis alueis fluebant. At lacus Albanus, qui mon-

Tribuni cō sulari potestate.

Primū Camilli facinus.

1

B

Censura eius.

2

Veiorū obsidio.

Tribunus militum Camillus.

Albani lacus miraculum.

tibus terrenis ſeptus in ſe initium exitúmque ſuum continet, nulla cui- A
3 denti cauſa, ſed nimirum diuinitus auctus intumuit, ac montes attigit, ita quidem ut eorum cacumina adæquaret, nullo cum æſtu aut fluctu in ſublime elatus. Id primò paſtoribus mirum uideri. Poſteaquam uerò abrupto obijce, qui iſthmi inſtar à terra infrà iacente lacum arcebat, ingens ob multitudinem & grauitatem ſeſe fluctus deiecit, ac per agros & hortos ad mare proruit: non Romanis modò id terrori eſſe, ſed ab omnibus Italiæ incolis pro maximo oſtento haberi: plurimus uerò de eo exiſtere ſermo in caſtris eorum qui Veios obſidebant, adeóque ad obſeſſos etiam fama de ea re peruenire. Contraxerat forte (ut ſolent in diuturnis obſidionibus multa cum hoſtibus commercia & colloquia accidere) Romanus miles conſuetudinem cum Veiente, homine antiquæ diſciplinæ perito, & qui ob diuinationis ſcientiam cæteris ſapientia præſtare crederetur. Hunc cùm uideret Romanus, audito lacus incremento lætitia ingenti perfuſum, obſidionem deridere, Non hæc modò inquit hoc tempore miracula euenìſſe, ſed & alia his terribiliora Romanis ſigna oblata eſſe, ac uelle ſe ea cum ipſo communicare, ſi qua ratione, quandoquidem reſpublica malè B habeat, priuatim ſuis rebus conſulere poſſet. Veientem hunc ſermonem libenter admittentem, ac ſpe audiendorum arcanorum in colloquium uenientem, miles Romanus paulatim dicendo ab urbe deductum, cùm procul iam à portis receſsiſſent, arripuit (ut erat robuſtior) ſublimem, pluribúsque ad hoc è caſtris concurrentibus, ui captum tribunis militum tradidit. In hanc neceſsitatem conſtitutus ille, animaduerténſque id quod eſſet in fatis, nulla poſſe ratione euitari, oracula de ſua patria, antehac inaudita, protulit: non ante capi poſſe Veios oſtendens, quàm lacu exundante Albano, hoſtes aquam eius aliò diuerterent, nec paterentur mari miſceri. Hæc ſenatus cùm audiuiſſet, ac conſilij incertus eſſet, placuit Delphos ſciſcitatum ſententiam Dei mittere. Legati fuère uiri illuſtres, Coſſus Licinius, Valerius Potitus, & Fabius Ambuſtus. Hi Delphos nauigarunt, reſponſóque à Deo impetrato redierunt Romam. oraculum autem Romanis neglectum quorundam rituum in ſacris Latinis à maioribus acceptorum obijciebat: iubebátque aquam Albano è lacu effuſam, C quantum eius effici poſſet, rurſus ad ſuum locum retorqueri: ſin id fieri nequiret, at foſsis ac puteis in terram demiſsis, eò eam deriuare, atque ita conſumere. Proinde curanda ſacra pontifices ſuſceperunt: populus ad opus perficiendum profectus, aquam auertit. Senatus autem magiſtratibus ſublatis, ad decimum belli annum dictatorem fecit Camillum. Is magiſtro equitum dicto Cornelio Scipione, initio magiſtratus uouit bello feliciter confecto ludos ſe magnos facturum, & templum Matris Matutæ dedicaturum. Hanc deam Græcis eſſe Leucotheam, maximè ex ritu ſacrorum eius conijcio. introducunt enim in fanum ancillam, eámque uerberibus acceptam expellunt, ſororum liberos pro ſuis in ulnas accipiunt: denique ea agunt, quæ Bacchi nutricibus, & caſui in quem Ino propter pellicem uenit, conueniant. Conceptis, ſicut dixi, uotis, Camillus in Faliſcos profectus, hos & Capenates auxilio eis uenientes magno prœlio ſuperauit. Deinde Veios aggreſſus, cùm uideret eam urbem oppugnando difficulter capi poſſe, cuniculos agere inſtituit: ſolo circum urbem ad fodiendum commodo, & ad tantam altitudinem demitti

Camillus dictator. Veios capit.

4 (margin, beside "gunt, quæ Bacchi nutricibus")

A mitti opera finente, ut hostium cõspectum fallerent. Quapropter successu spei respondente, ipse foris urbem aggressus, hostem in muros elicuit: interim alij per cuniculos imprudentibus rei hostibus in arcem euaserũt, iuxta templum Iunonis, quod maximum ac religione summa cultum ea in urbe fuit. Memorant fortè eo ipso tempore ibi principem Veientium sacrificijs interfuisse: aruspicemque inspectis extis magna uoce pronunciasse, uictoriam à Deo dari ei, qui sacra ista perficeret. Eam uocem Romanos in cuniculo latentes audiuisse, ac confestim terra effossa cum clamore & strepitu armatos erupisse, hostibusque perterritis ac fuga dilapsis, rapta exta ad Camillum attulisse. Verùm hæc quidem fabulam aliquis esse putet. Vrbe ui capta, Romanis immensas diuitias diripientibus, Camillus ab arce quæ agerentur uidens, primùm fleuit: deinde cùm beatus ab adstantibus prædicaretur, manus ad Deos tetendit, itaque est precatus: Te Iupiter maxime, uosque dij bonorum malorumque factorũ inspectores testor, Romanos non iniustè, sed iniuriæ defendendæ causa, uindictam de hostibus, & urbe iuris uiolatrice expetijsse. quod si tamen hæc quoque nostra felicitas aliquo incommodo sit compensanda, precor ut hæc inuidia pro ciuitate exercituque Romano, quàm minimo meo damno placetur. Hæc 5

Votum uictoris Camilli pium.

B locutus, cùm (ut est moris Romani) se ad dextram circumageret, concidit: omnibusque eo casu perturbatis, ipse cùm se collegisset, uoti se compotem factũ dixit, minimoque casu summam fortunam compensatam. Diruta urbe, simulacrum Iunonis transferre Romam, uti uouerat, statuit: eamque ad rem conductis fabris, ipse sacra deæ fecit, precatusque est, ut studium suum probaret, Romanisque propicia eum alijs ibi habitantibus dijs esse uellet. Simulacrum uerò Deę aiunt uelle se, atque assentiri, respondisse. Liuius narrat, Camillo Deam oranti, quosdam ex adstantibus respondisse, uelle Deam, & assentiri, ac libenter Romam sequi. Sed qui id miraculum ita (ut retuli) accidisse contendunt, magno argumento habent fortunam Vrbis: quæ à paruo & uili initio ad tantam gloriam ac potentiam sine numinis præsentia sæpe, & cum miraculo sese ostendentis peruenire nullo modo potuerit. Porrò autem adducunt alia quoque eid genus prodigia, ut sudores simulacrorum sæpenumerò effusos, gemitus exauditos, auertisse se, & uultum terræ defixisse imagines: qualia & superiorum temporum homines multi memoriæ prodiderunt, & nos multa è nostræ ętatis hominibus audiuimus mira commemoratu, ac quæ non sint temerè contemnenda à 6

De miraculis disputatio.

C quoquam. Verùm in his rebus nimiam & credulitatem & incredulitatem periculosam efficit humana imbecillitas, cùm ea non intra certos terminos se continet, sed effertur uel ad superstitionem, inflatiusque de ijs sentiendum, uel ad contemptum religionis. Optimum est cautionem adhibere, ac NE QVID NIMIS. Porrò Camillus siue rei gestæ magnitudine, quòd urbem Romæ æmulam decimo obsidionis anno expugnauisset, siue ab ijs, qui fortunas ipsius laudabãt, ad insolentiã euectus, fastumque maiorem, quàm qui in homine magistratum ciuilem ac legitimum gerente ferri posset: cùm aliàs superbum egit triumphum, tum currum albis quatuor equis iunctis tractum conscendit, ac eo per urbem inuectus est. Nemo id dux neque ante, neque post Camillum fecit: quippe tale uehiculum sacrum censetur regi ac patri Deorum. Itaque ergo in calumnijs apud ciues fuit, non adsuetos insolentiam suorum perferre. Alterum crimen ei exortum est, cùm legi latæ de diuidendis ciuibus se opposuit. Rogationem enim tulerant tribuni plebis, de distribuendis in duas partes senatu populoque Romano: quarum altera Romæ maneret, altera, cui id sorte

Superstitio & contemptus caueri debent.

Triumphus Camilli.

Lex de diuidendis ciuibus, & migratione Veios.

obtigisset, Veios transiret: quasi duabus magnis pulcrisque urbibus agrum A
& reliqua sua bona seruantes, ditiores essent futuri. Ac populus quidem,
multitudine iam & pecunia auctus, eam rogationem probabat, fre-
quénsque apud tribunal tumultuabatur, perferri legem eam poscens: se-
natus, reliquorúmque ciuium optimus quisque, non diuisionem, sed euer-
sionem Romæ moliri tribunos rati, indignéque id ferentes, ad Camil-
lum confugiebant. Isque contentionem formidans, alijs prætextibus, oc-
cupationibúsque populo iniectis rem extraxit. Hæc cùm iam animos
multitudinis à Camillo abalienassent, apertißimam ac maximam odio-
rum in ipsum causam actio de prædæ decima parte consecranda popu-
lo præbuit: nactique sunt si non omnino iustam, at probabilem saltem
occasionem. Vouerat Camillus, cùm iret ad oppugnandos Veios, si qui-
dem eam urbem cepisset, decimam prædæ partem Apollini. Capta urbe
ac direpta incertum ciuibúsne molestiam exhibere ueritus, an uerò ob-
litus propter instantia negocia, uoti religione eos obstrictos reliquerat.
Pòst cum dictatura abijsset, retulit ea de re ad senatum: ac uates etiam re-
nunciauere, sacrificijs iram Deûm indicari, quæ expiari ac placari de- B
beat. Cum senatus decreuisset, ut quoniam præda semel diuisa, denuò
distribui non posset, at singuli tamen iuramento adacti decimam eius
quod accepissent, in medium conferrent: multa molesta & uiolenta mi-
litibus acciderunt, quòd homines paupertate & laboribus attriti coge-
bantur tantam eorum quæ adepti in suos usus iam insumpserant, partem
péndere. Camillus uerò tumultibus eorum agitatus, excusationis melio-
ris inopia confugit ad eam, quæ omnium erat absurdißima, oblitum se
uoti prætendens. At uerò illi indignum dicere, si ciues decimas suorum
bonorum conferre cogerentur, cùm ipse hostium de facultatibus eas uo-
uisset. ueruntamen facta à singulis collatione, uti debebatur, uisum est au-
ream crateram facere, eámque Delphos mittere. Cæterùm auri erat in ur-
be defectus. Ibi magistratibus deliberantibus, qua id ratione posset con-
fici, mulieres habito scorsim consilio, mundum omnem suum aureum

Decima prædæ consecratur.

Matronarũ liberalitas.

contulerunt ad donarium faciendum: fuitque auri pondus talenta octo.
Quas senatus honore merito remunerandas arbitratus, statuit ut defun-
ctæ, perinde atque uiri, in funere laudarentur: antè enim mulierem publi-
cè laudari mortuam, receptum usu non fuit. delecti ex optimatibus tres, C
qui donum Delphos ferrent, mißique eò naui longa, claßiarijs opti-
mis, & ornatu splendidißimo instructa. Hyems tum erat, & mare tranquil-
lum. Sed tamen accidit, ut ij & in extremum periculum deuenirent, &
præter spem inde eriperentur. Nam apud Aeoli insulas, uento deficiente,
Liparenses cum triremibus contra ipsos tanquam prædones maritimos
impetum fecerunt: deprecantibúsque Romanis, & manus protenden-
tibus, nauem quidem rostris impetere supersederunt, religatam tamen ad
littus secum pertraxerunt, ibique & bona & corpora Romanorum, quos
piratas iudicabant esse, hastæ subiecerunt. Vnus Timasitheus, qui tum
summum apud Liparenses gerebat magistratum, uirtute sua, potentiaque
ægrè obtinuit, ut eos missos facerent, ipséque priuatim suis nauibus de-
ductis eos Delphos usque comitatus est, dedicationique crateræ inter-
fuit: propterea ei honores meriti Romæ habiti. Cæterùm tribunis plebis
iterum de deducendis in duas urbes ciuibus legem referentibus, com-
modè bellum Faliscum incidit: idque effecit, ut suo optimates arbitrio ma-
gistratus creare possent. Itaque Camillus cum quinque alijs tribunus mi-
litum creatus est, quòd res uiderentur ducem requirere, cui præter pe-
ritiam

Laudatio funebris.

A ticiam autoritas etiam ac gloria adessent. Accepto populi suffragijs impe
rio Camillus, cum copijs in Faliscos profectus est, ac Falerios obsedit, ur-
bem omnibus modis ad bellicas res instructam. Quam etsi capi sine ma-
gno labore, multóque temporis spacio non posse intelligebat, uolebat ta
men ciues suos detinere in eo negocio, ne domi per ocium desidentes o-
rationibus turbulentorum hominum ad seditiones concitarent. Hoc e- "
nim remedio aptè usi sunt semper Romani, imitatione medicorum, qui "
ea quæ tumultibus in corpore mouendis faciunt, foras auertunt. Adeò ni "
hili faciebant obsidionem oppidani, munitionibus undique circundatis
fidentes, ut præter eos qui muros custodiebant, reliqui omnes in urbe tu
nicati oberrârint: pueri autem eorum in literariū ludum commeauerint,
& circum muros deambulandi exercendiq; corporis gratia ducti à præ-
ceptore sint. Nam exemplo Grecorum, communē puerorum magistrum
habebāt, ut ij statim ab initio unà educarentur. Is igitur magister capta ex
officio suo occasione ciuibus insidias struens, pueros quotidie extra por-
tas urbis eduxit, principiò non procul, inde reducens intrò ad exercita-
tiones: deinde paulatim ulterius cum ipsis progressus eò adsuefecit, ut

Egregium in proditorem Faleriensem Camilli factū.

B crederent omnia esse tuta: tandem cum uniuersis ad excubias Romano-
rum accessit, seq; & ipsos tradidit, ducique ad Camillum iussit. Addu-
ctus, & in medio constitutus, puerorum se horum magistrum esse dixit,
studium tamen gratificandi Camillo, officio suo antiquius habuisse, ideó-
que uenire, & Falerios per hos pueros ei in manum tradere. Indignum
hoc uisum facinus Camillo, conuersusq; ad eos qui aderant: Grauis est, "
inquit, res bellum, ut quæ multis iniustis, multisque uiolentis factis con- "
ficiatur: & tamen apud bonos uiros habentur etiam belli quædam leges: "
neque tantoperè uictoria expetenda est, ut non fugienda sint officia, quæ "
per scelus ac maliciam offeruntur. Magnum enim imperatorem suæ uirtu "
tis, non alienæ improbitatis fiducia conuenit bellum gerere. Hæc post- "
quam dixit, lictoribus mandauit, ut proditori uestes deriperent, manús-
que in tergum reuincirent: pueris autem uirgas flagelláque darent, qui-
bus eum ferientes in urbem compellerent. Iam uerò oppidanos, ut pri-
mùm proditos se à magistro puerorum senserunt, ingens, & quantum co
mitari tantæ calamitati par est, luctus occupauerat, uirique illustres, & mu
C lieres ad muros & portas temerè discurrebant: cùm pueri magistrum ad-
ducentes nudum uinctúmque, & uerberibus afficientes adfuere, Camil-
lum seruatorem suum, Deúmque & parentem inuocantes. Itaque non pa
rentibus modò puerorum, sed & reliquis ciuibus hoc uidentibus subijt
admirari, atque amore prosequi iusticiam Camilli: concurrentésque in
concionem, legatis ad eum missis deditionem fecerunt. Qui ut iussu
Camilli Romam profecti coram senatu constiterunt, à Romanis uicto-
riæ iusticiam præferentibus edoctos sese dixerunt esse, uti deditionem li-
bertati anteponerent, confessi non tam uiribus inferiores se, quàm uirtu-
te à Romanis uictos esse. Cum senatus eos ad Camillum remisisset, iudi-
ciúmque eius rei ipsi mandasset, accepta à Falerijs pecunia, pacéque cum
tota Faliscorum ciuitate iuncta, exercitum abduxit. Milites autem, qui
prædæ sibi bona Faleriorum cessura sperauerant, postquam Romam ua-
cuis manibus est reditum, Camillum apud reliquos ciues traduxerunt,
tanquam populo infensum, & qui pauperes rem facere malignè prohi-
beret. Vt uerò tribuni plebis iterum de distribuendis in duas urbes ciui-
bus rogationem proposuerunt, populúmque ad ferenda suffragia uocâ-

Deditio Faliscorum.

Odia in Camillum recrudescūt.

runt: Camillus neque odiorum rationem habuit, neque in libere dicendo A quicquam sibi reliquum fecit, aperteque tantum sua contentione contra plebem ualuit, ut legem istam quantumuis inuiti antiquaret. Quo facto tantam in se populi iram ille concitauit, ut neque domestica calamitas ipsius (filiorum enim alterum uis morbi tum ei abstulit) eam lenire potuerit. & sane casum, ut erat homo ingenij mansueti ac benigni, haud mediocriter ipse tulit: uocatúsque in ius, domi cum mulieribus inclusus delituit. Postulatus est à L. Apuleio, quod Etruscam prædam peculatus esset: & feruntur apud eum uisæ ianuæ æreæ quæ bello captæ fuerint. Populi animi contra ipsum erant exasperati, ac palàm præ se ferebant, quacunque oblata occasione suffragia contra eum laturos. Ergo conuocatis amicis, militiæque collegis ac socijs, quorum erat non exiguus numerus, orauit, ne ipsum iniuste falsis criminibus circumueniri, inimicisque ludibrio proponi paterentur. Qui ut inter se deliberata re, non posse se ei quo minus damnaretur prodesse, mulctam uerò pro ipso soluere uelle, responderūt: indignitate rei uictus, irato animo statuit in exilium proficisci. salutatis igitur uxore & filio, tacitus à domo sua ad portas urbis abijt: ibi B constitit, conuersusque retrò, sublatis uersus Capitolium manibus, comprecatus est deos, ut si iniustè, libidine populi inuidiáque circumscriptus patria excideret, celeriter Romanos pœnitentia eius facti corriperet, omnibusque hominibus innotesceret, opus eos habere Camillo, eumque desiderare. Ita Camillus imprecationibus contra suos ciues Achillis exemplo conceptis, patria abijt: damnatusque est absens quindecim millibus æris: quę summa in argento efficit denarios mille ac quingentos. As enim tunc pro pecunia usurpabatur: & denarius inde nomen habet, quòd decem asses æris ualeret. Neque uerò quisquam Romanorum est qui non ita iudicet, uota Camilli continuò rata Iustitiam fecisse, uindictámque iniuriæ acceptæ eum expertum, non gratam quidem, sed ut molestam, ita illustrem tamen & memorabilem: ita statim ultio Romam diuinitus corripuit, tantúmque eo tempore cladium, periculorum, ac turpitudinis incidit, siue id fortuito casu euenit: siue quoddam numen est, quod uirtutis malam gratiam expertæ curam gerat. In primum magni mali signum rapta est mors censoris, qui appetente Iulio mense uitam clausit: maximè enim Romani uenerantur, ac diuinam putant censuram. Deinde M. Cedicius, C homo non magni nominis, neque senatorij ordinis, probus tamen ac bonus habitus, antè quàm in exilium abiret Camillus, rem tribunis militum dignam cura renunciauit. Preterita nocte se transeuntem uia Noua, uocatum ab aliquo: cum se conuertisset, uidisse neminem, uocem uerò humana maiorem audiuisse, ita dicentem: Age M. Cedici, indica magistratibus ut breui Gallos expectent. Hec audita tribuni risum iocumque putauerunt: pauloque pòst Camillus patria excidit. Gallos tradunt Celtici generis fuisse: quibus cum propter multitudinem hominum patriæ solum alendis non sufficeret, quæsitum nouam habitationem profectos: fuisse autem permulta millia uirorum ualidæ ætatis, & bello utilis, plura adhuc eos millia liberorum & mulierum secum traxisse. Horum alios superato qui est ad Septentrionem Oceano, ad Riphæos montes peruenisse, & in extremis Europæ finibus consedisse: alios inter Pyrenæos montes atque Alpes, prope Senones & Celtorios diu sedes suas habuisse. Hos multo pòst tempore cùm uinum gustassent, tunc primum ex Italia ad ipsos allatum, adeò omnes eius potus miraculo, incognitáque prius uolu-

Camillus suos execratus exulatū abit.

Prodigia.

Galli in Italiam ut uenerint.

A uoluptate ad furorem compulsos, ut sublatis armis, acceptisq; secum pa-
rentibus, ad Alpes contenderint: terrámque illam, omnibus alijs pro steri
libus & incultis habitis, quæsiuerint, quæ eum fructum proferret. Id quo-
que traditum est, ab Arunte Etrusco primùm ad eos allatum uinum, ab
eóque presertim ad inuadendam Italiam concitatos eos esse, uiro nobili,
& ingenij neutiquam mali: cúmque ad hoc factum hic casus, ut aiunt, im-
pulit. Tutelam gesserat Lucumonis pueri parentibus orbi, diuitijs inter
ciues facilè primi, ac formæ præcipuæ. Hic ab Arunte educatus, cùm ado
lescentiam attigisset, ad domum eius uentitare non omisit, simulans tu-
toris sui consuetudine se delectari: interim uxorem eius corrumpebat,
cúmque uicissim ipsa deperibat. Diu admodum amor eorum clàm fuit,
donec eò usque adoleuit, ut cùm iam neque deponere eum, neque occul-
tare possent, Lucumo apertè conatus sit eam à uiro abstractam secum ha-
bere. Aruns re ad iudices delata, amicorum numero, pecuniæq; largitio-
ne, & sumptibus à Lucumone uictus, patria excessit: cúmque de Gallo-
rum rebus auditu accepisset, ad eos se contulit, expeditioníque in Ita-
liam dux eis fuit. Galli facta irruptione, statim omnem eam regionem
B occupauerunt, quæ quondam Etruscorum fuit, quæ nimirum ab Alpi-
bus ad utrumque mare pertinet. Quam Etruscos obtinuisse, nomen eti-
am testatur: mare enim quod ad septentriones uergit, Adriaticum ab ur-
be Etrusca Adria dicitur: alterum quod est meridici oppositũ, apertè Tyr
rhenum (sunt autem Tyrrheni ijdem qui Etrusci) appellatur. Omnis ea re
gio arborifera est, & pecori pascendo apta, fluuijsq; rigatur multis: fue-
rúntque in ea urbes octodecim magnæ ac pulcræ, ædificatæ ita ut & ad
pecuniam parandam commodè, & ad uiuendum splendidè haberent.
quas omnes Galli Etruscis pulsis obtinuerunt. Verùm hæc quidem lon-
gè superioribus temporibus acta sunt. Tunc autem urbem Etruriæ Clu- *Clusiũ Galli oppugnant.*
sium oppugnabant: cuius ciues Romanorum fidem implorantes, lega-
tos ab ijs & literas ad barbaros petierunt. Missi sunt tres de Fabiorum ge
nere uiri illustres, magnísque honoribus functi. eos barbari propter no-
men Romæ humaniter exceperunt: intermissáque oppugnatione, in col
loquium uenerunt. Ibi percontantibus causam belli Clusinis illati Ro-
manis, Brennus rex Gallorum ridens: Iniuria, inquit, Clusini nos affici- «
C unt, qui cùm agri parum colere possint, possidere plurimum uolunt, no- «
bísque peregrinis & pauperibus nihil eius concedunt. Eadem uos Ro- «
manos iniuria affecerunt olim Albani, Fidenates, Ardeates, nuper Ve- «
ientes, Capenates, ac plerique Faliscorum Volscorúmque: quos qui- «
dem uos, nisi suorum bonorum uobis copiam faciant, bello petitis, «
in seruitutem redigitis, deprædamini, urbésque eorum euertitis: non «
iniustè id quidem, sed antiquissimam omnium legem secuti, quæ bo- «
na inferiorum præstantioribus tribuit, atque à Deo incipiens, usque «
ad belluas se extendit, quibus ipsis quoque à natura inest, ut ualidio- «
res inter eas plus habere infirmioribus uelint. Proinde Clusinos in ob- «
sidione habitos desinite misericordia prosequi, ne Gallos doceatis hu- «
manitate sua opitulari ijs, quibus à Romanis est uis facta. Hoc ex ser- «
mone satis intellexerunt legati, Brennum à pacificatione esse alienum:
in oppidúmque digressi autores Clusinis fuerunt, ut contra barba-
ros in aciem exirent: incertum illorúmne fortitudinis periclitandæ, aut
suæ ostentandæ causa id fecerint. Excursione à Clusinis facta, & pu-
gna prope murum commissa, unus ex Fabijs Q. Ambustus nomine,

Fabius Ambustus ius gentium uiolat.

ut equo insederat, Gallo cuidam forma & mole corporis conspicuo multum ante alios prouecto, obuiam se dedit. Ac primò quidem quis esset ignoratus est, feruente prœlio, aspectúmque fulgore armorum circà eripiente: ut uerò uictor Gallum deiectum spoliauit, Brennus eum agnouit: Deósque testatus, contra ius omnium hominum commune eum, legatus cùm uenisset, hostis uicem obiuisse, statim receptui cecinit. Inde omissis Clusinis exercitum Romam uersus duxit: ac ne belli cupidus iniuriam sibi illatam gratam ueluti occasionem eius arripuisse uideretur, misit Romam, qui Fabium sibi ad supplicium dedi poscerent: ipse paulatim progressus est cum suis. Romæ in senatu cùm alij Fabium accusarunt, tum maximè Feciales, religionem prætendentes, senatuíque suadentes, ut piaculum perpetrati sceleris in unum autorem ab omnibus ciuibus auerterēt. Feciales istos Pompilius Numa regum placidissimus ac iustissimus instituerat, qui & pacis custodes essent, & de causis propter quas iure bellum posset suscipi, cognoscerent ac statuerent. Cùm senatus iudicium causæ ad populum reiecisset, ac Feciales itidem reos accusarēt, adeò multitudini religio contemptui ac deridiculo fuit, ut Fabium cum fratribus prætereà tribunos militum crearent. Galli eo comperto iritati, nihil prius celeritate consilij exequendi habuerunt. Itaq; summa cum properatione profecti, cùm essent omnium per quorum regionem iter faciebant, animi multitudine, splendore apparatus, ui ac ferocia eorum consternati, actúmque iam de agris suis esse, interitum urbibus imminere putarent: præter omnium spem nihil hostiliter egerunt, nihil ex agris abstulerunt, urbésque prætereuntes, Romam se petere clamauerunt, solisque Romanis bellum facere, cæteros amicorum numero habere. Tanto impetu barbaris ruentibus, tribuni militum suos quoque in bellum eduxerunt, numero quidem non inferiores, (erant enim non minores quadraginta millibus armati) plerosque tamen rei bellicæ imperitos, ac qui tum primùm arma contrectarent. Præterea religiones quoque neglexerant, neque aut litauerant, aut de ijs, quæ ante pugnam opus est, aruspices consuluerant. Multitudo quoq; imperatorum ita rei bene gerendæ obfuit, ut quod maximè: cùm antè quidem sæpe ad leuiora bella dictatorem creassent, haud ignari quantum periculoso tempore conduceret omnia secundum arbitrium unius hominis agi, qui in suis manibus ius omne haberet, magistratúmque nulli iudicio obnoxium gereret. Neque parum damni rebus attulit iniuria Camillo facta, cùm iam in imperio subditis nō uelle gratificari, neq; adulari, periculosum esset. Progressi ab urbe Romani nonaginta

Feciales. *Galli Romam bello petunt.*

8 stadia, apud Aliam fluuium consederunt, qui haud procul à castrorum loco in Tiberim influit. Ibi barbaris obuiam factis, malè instructa acie cōgressi turpiter pugnauerunt, ac fusi sunt. Læuum cornu statim à Gallis in flumen compulsum & deletum est: qui in dextro steterant, cedentes impetui hostium à planicie ad tumulos se subduxerunt, ac minus incommodum passi sunt, & pleriq; ipsorum Romam inde perfugerunt: reliqui defatigatis cædendo hostibus superstites, noctu Veios fuga petierunt, Roma iam deplorata, quam cum omnibus qui ibi essent interijsse putarent. Pugnatum est post solstitium æstiuum, ac plenilunium, qua die antè etiā Fabiorum clades accidit, qui trecenti eiusdem generis ab Etruscis occisi fuerunt. Obtinuit deinceps, ut ob posteriorem hanc cladem ille dies à flu

Aliēsis Romanorū clades.

9 uio Aliensis diceretur. Sintne dies alioqui nefasti statuendi, atque utrum iniuria Hesiodum reprehenderit Heracletus, alios bonos, alios malos dies

A

B

C

A dies facientem, uelut ignorantem unam omnium esse naturam, alibi à nobis disputatum est: hoc autem loco uideor non inconuenienter aliquot exempla huius rei subiecturus. Bœoti quinto die eius mensis, qui ipsis Hippodromius, Hecatombæon Atheniensibus est, duas præclarissimas uictorias parauerunt, quibus libertatem Græcis attulerunt: unam in Leuctris, alteram apud Geræstum (amplius centum ante annis) deuictis cum Lattamya Thessalis. Rursus Persæ mensis Boëdromionis die sexto in Marathone, tertio apud Platæas simul & Mycalen uicti sunt à Græcis, uigesimoquinto in Arbelis. Athenienses nauali apud Naxum prœlio, duce Chabria, uicerunt circa plenilunium eiusdem mensis: in Salamine, circiter uigesimum diem, ueluti in libro de diebus demonstrauimus. Etiam Thargelion mensis apertè infelix barbaris fuit: eo enim mense Alexander ad Granicum regis duces superauit: eiusque mensis uigesimo septimo Carthaginenses à Timoleonte apud Siciliam uicti sunt: circa eundemque diem Troia capta censetur, ut est ab Ephoro, Callisthene, Damaste, & Phylarcho proditum. Contrà Metagitnion, quem Panemum Bœoti dicunt, Græcis inauspicatus fuit. Huius enim die septimo
B pugna ab Antipatro uicti in Cranone, protinus perierunt: priusque in Chæronea infeliciter cum Philippo conflixerunt. Eodem die, eodemque anno Archidamus in Italiam cum traiecisset, à barbaris ibi occisus est. Carthaginenses uigesimumnonum cauent, ut qui semper ijs plurima ac maxima damna attulerit. Neque sum nescius circa tempus id, quo Mysteria Athenis celebrantur, Thebas ab Alexandro dirutas: & Athenienses præsidium Macedonum accepisse circiter uigesimum Boëdromionis diem, quo sacra pompa in honorem Bacchi ducitur. Eodem die Romani duce Cepione castris sunt à Cimbris exuti: & deinde Luculli ductu T. granem & Armenios uicerunt. Rex Attalus, & Pompeius Magnus, suo uterque natali mortuus est: omninoque potest ostendi, multos ijsdem diebus utranque fortunam expertos. Cæterùm is dies apud Romanos unus inter nefastos habetur, aliæque duæ singulis mensibus, metu & religione propter id quod tum accidit latiùs, ut fieri solet, propagato. Sed de his rebus disputatum est à nobis accuratiùs in libro Quæstionum Romanarum. Secundum Aliensem pugnam, si statim fugientes subsecuti Galli fuissent, nihil obstitisset, quo minus Roma cum
C omnibus qui in ea erant funditus perijsset: tantum terrorem ij qui fuga elapsi erant, ijs qui in urbe manserunt iniecere, tantaque uicissim perturbatione & insania repleti sunt. Nunc barbari incredibili uictoriæ magnitudine attoniti, & ex nimio gaudio in stuporem prolapsi, dum se ad diuisionem bonorum in castris repertorum conuertunt, spacium effugiendi uictis, & ijs qui in urbe manserant, sperandi ac sese parandi locum dederunt. Hi igitur relicta urbe, Capitolium telis ac munitionibus firmauerunt, ac in primis sacra pleraque eòdem transtulerunt: Vestales autem uirgines, rapto secum igne & reliquis sacris aufugerunt. Quanquam non desunt, qui præter ignem perennem nihil ab ijs custodiri tradant: Numámque regem instituisse, ut is, tanquam omnium rerum principium, coleretur. Nam in tota rerum natura nihil maiorem uim mouendi igne possidet: omnium autem rerum ortus aut motus est, aut motu constat: reliquæ uerò materiæ partes calore deficiente, ociosæ iacēt ac ueluti mortuæ, ignisque uim tanquam animã, desiderant, atque ea quocunque modo accedente, ad agendum ipsæ & patiendum aptæ fiunt. Itaque Numã, ut uirũ solertem, ac qui propter sapientiam cum Camœnis commer-

De Vestalium sacris.

cium

cium habere creditus sit, ignem consecrasse, & perpetuum custodijsse, A tanquam imaginem uirtutis æternæ quæ omnia administrat. Alij ignem, ut & apud Græcos, in uestibulo templi ardere lustrationis causa censent, reliqua sacra intus abscondi, neq; à quoquã præter Vestales uirgines cõspici ea fas esse: in ijs autem arcanis esse Troianum illud Palladium, ab Aenea in Italiam allatum, multorum sermonibus est traditum. Alij fabulam addunt, Dardanum è Samothracia suffuratum Palladium, cùm Troiam condidisset, in ea urbe consecrasse: Aeneam id quo tempore Troia capta est, clàm sustulisse, ac usq; ad migrationem in Italiã adseruasse. Qui sibi maiorem harum rerum noticiam arrogant, duo dicunt dolia haud ita magna esse ibi reposita: alterum apertum & inane, alterum plenum & obsignatum: solis autem sacris istis uirginibus licitũ ea uidere. Alij hos errare putant, eo deceptos, quòd tum Vestales pleraq; sacra in duo dolia

12 coniecta, terra obruerint sub templum Quirini: cui loco etiamnum à dolijs sit nomen. Porrò ipsę ijs sacris, quę potissima habentur & maxima, secum acceptis, præter fluuium fugerunt. Ibi L. Albinus uir de plebe, qui inter fugientes unus infantes uxoremq; suam cum rebus necessarijs plaustro uehebat, cùm conspexisset uirgines Vestales sacra Deûm in sinubus B gestantes absq; famulis incedere, ac malè habere, statim uxore & liberis de plaustro depositis, ipsas imposuit, & effugiẽdi in aliquã Gręcarũ urbiũ occasionem præbuit. Eam Albini in Deos pietatem aduersissimo tẽpore demonstratam, non erat dignũ silentio præterire. Reliqui sacerdotes senesq; consulares & triumphales, cùm urbem relinquere non sustinerent, sacris & splendidis induti uestibus, præeunte carmen Fabio pontifice maximo, seipsos pro patria dijs deuouerũt, utq; erãt ornati, in foro eburneis sellis euentum expectantes consederunt. Tertio post prœlium die Brennus ad urbem cum exercitu uenit: cumq; & portas apertas, & muros præsidio uacuos inuenisset, primò quia non credebat adeò penitus de suis rebus Romanos desperasse, insidias & dolũ metuit: pòst rei ueritate cognita, porta Collina ingressus, Romam cepit, paucos ab ortu ultra trecentos ac sexagesimum annos habentem: si modò credibile uidetur, certam aliquam temporis rationem superstitem fuisse, cùm quæ eo tempore incidit confusio, etiam de rebus posteà gestis controuersias præbuerit. Videtur sanè calamitatis istius Romanæ obscura quædam statim in Græciam peruenisse fama. Heraclides enim Ponticus, qui non diu post illa tempora uixit, in libro de anima scribit, rumorem ab occiduis mundi partibus allatũ, C quòd exercitus ab Hyperboreis aduenerit, urbemq; Græcam, Romã nomine, positam ibi quodam loco ad magnum mare, ceperit. Itaq; Heraclidem fabulas & figmenta scripsisse non miror iam, qui uero de capta urbe sermoni rei exagerãdæ causa Hyperboreos & magnum mare adiecerit. Aristoteles philosophus satis testatum fecit, auditu se de Roma à Gallis capta percepisse, eamq; à Lucio recuperatã scribit. fuit autem seruata nõ à Lucio, sed M. Camillo. sed hæ sunt coniecturæ. Brennus Roma occupata, Capitolium custodia cinxit, ipse per forum descendens, miratus est uiros ibi cum ornatu suo tacitos sedere. Vt uisi sunt neque assurgere hostibus uenientibus, neque uultum aut colorem mutare, sed ociosè ac sine metu in grabbatis quæ ibi posuerant reclinatos mutuò sese intueri: miraculo fuit hęc rei nouitas barbaris, diúque maiestate uirorum moti accedere & tãgere eos ueriti sunt. Tandem unus ausus est ad M. Papirium adire, manuq; leuiter admota, barbam eius contrectauit, ut erat promissa, ac demulsit. ei Papirius scipione grauiter incusso caput comminuit: barbarus stricto

L. Albini religio.

Roma à Gallis capitur.

A stricto ense eum interfecit, idq́ factum reliquorum etiam cùm senum, tum obuiorum quorunque cædes secuta est. Multi deinde dies in diripienda urbe sunt consumpti: post eam incenderunt, irati ijs qui Capitolium tenebant, quòd & uocantibus non paruissent, & impetum facientes de munitionibus iaculati sauciassent: igitur & urbem perdiderunt, & captos cuiuscunque uel ætatis uel sexus trucidarunt. Cùm autem obsidio Capitolij longior esset, Galli rei frumentariæ causa, relictis cum rege qui Capitolium obsiderent, regionem circùm depopulari, pagósque uastare, non simul omnes irruentes, sed (ut successu animi ipsis creuerant, neque timebant quicquam) alij aliò sub ducibus certis & cohortibus dispersi instituerunt. Maximum, & compositissimum eorum agmen Ardeam petijt: qua in urbe Camillus ociosam & priuatam uitam exul degebat, idq́ modò optabat ac cogitabat, non quomodo hostes falleret atque effugeret, sed qua ratione capto tempore eos ulcisceretur. Quare cum uideret Ardeates multitudine hostibus pares, nihil tamen audere, propter imperitiam ducum atque molliciem, primò iunioribus ostendit, non B debere eos Romanorum infelicitatem, fortitudinem Gallorum putare: neque ea quæ imprudentia sua illi passi essent, horum opus, qui nihil ad uictoriam contulerint, sed fortunæ sese ostentantis specimen interpretandum. Equidem præclarum esse, etiam cum periculo profligare bellum alienæ, & barbaræ gentis, quæ eum uictoriæ finem statuat, ut uictos flammæ instar aboleat: se autem ipsis, siquidem audere, alacrésque esse uelint, per occasionem uictoriæ nullo cum discrimine parandæ facultatem præbiturum. Hanc orationem eius cum iuuentus Ardeâs approbasset, ad magistratus & consules urbis se contulit: his etiam assentientibus, armauit omnes, quorum ætas erat militiæ apta, atque intra muros continuit, ut hostes, qui propè iam aderant, lateret. Qui postquam per agrum equis transuecti, prædáque ingenti onusti, in campo castra securè, neque ulla custodia munita posuerunt, nóxque ebrios, & silentium oppressit: Camillus de his ab exploratoribus certior factus, Ardeates eduxit, locúmque qui intra urbem ac castra erat, silentio transgressus, media nocte ad castra uenit, magno clamore, tubarúmque ab omni parte concentu perturbans homines ægrè C à crapula & somno ad tumultum excitatos. Perpauci metu excussa crapula, armis sumptis Camillo se obiecerunt, ac pugnantes ceciderunt: plerique uino adhuc & somno grauati inermésque occisi sunt: pauci è castris noctu fuga elapsi, palati per agros interdiu ab equitibus immissis oppressi sunt. Hoc facinus celeriter fama circum urbes annunciauit, animósque multorum ualida ætate militum qui post Romanam cladem confluxerant, excitauit, maximè Romanorum, qui ab Aliensi strage fuga seruati, Veios se contulerant. Hi secum lamentabantur, fortunam, tanto duce Romanis adempto, eius præclaris factis Ardeam exornasse, urbe, quæ eum uirum genuisset atque educasset, pessundata. Nos uerò, dicebant, imperatoris inopia, alienis muris nos tuemur, ac Italiam prodimus. agè mittamus Ardeam, & nostrum imperatorem poscamus, aut ipsi sublatis armis ad eum proficiscamur: non enim neque is iam exul, neque nos ciues sumus, patria amissa atque ab hostibus occupata. His ita constitutis, misserunt ad Camillum, qui eum orarent, uti imperium susciperet. At Camillus non antè id se facturum respondit, quàm ciues qui in Capitolio erant, approbassent: ita enim & leges requirere, & se eos adhuc

Camillus Ardeæ Gallis insidiatur.

Camillo imperiũ à Romanis oblatum.

adhuc superstites, patriæ loco ducere, eorum se iussis obtemperaturum A prompte, iniussu nihil acturum. Mirati sunt omnes prudentiam probitatemq́ uiri. Sed qui nuncium in Capitolium perferret, nemo erat: imò uerò fieri omnino non posse putabant, ut cùm urbem hostes tenerent, nuncius in Capitolium ueniret. *Pontij Cominij audax factū.* Erat inter iuuenes Romanos Pontius Cominius, medio loco natus, gloriæ & honorum studiosus: is ultrò id negociū suscepit. Ac literas quidem nullas accepit, ne deprehenso ipso, de consilio Camilli hostes certiores fierent: abiecto autem uestitu sumpto & suberibus sub eo occultatis, interdiu propè ad urbem usq; citra periculum àccessit: iam noctis tenebris se intendentibus cum ad urbem uenisset, neq; liceret per pōtem transire, quòd is præsidio à Gallis tenebatur: uestes (& erāt neque multæ neq; graues) capiti circumuoluit, corporiq́ suberibus subiectis, Tiberim tranauit, & ad urbem uenit: obseruatisq́ luminum & strepitus indicio uigilantibus, ijs præteritis, quà altissimum erat silentium, ad Carmentalem portam uenit. Eo loco maximè præruptus Capitolij collis est, & saxo circùm arduo atq; aspero circundatus: per id, qua erat parte accliuius, ægrè omnibus inscientibus adscendit, custodibusq́ munitionū cùm se quis esset indicasset, ad magistratus est ductus. Conuocato statim B senatu, introductus, Camilli uictoriam, de qua nihil resciuerant, edidit, cōsilium exercitus exposuit, utq; Camillo imperium confirmarent hortatus est: nemini enim alij eos qui foris essent ciues dicto audientes fore. Re audita senatus, captoq; consilio, Camillum dictatorem dicit, Cominiumq; eadem uia remittit, isq; feliciter, sicut antè, inscijs hostibus reuersus ad suos, quæ decreuisset senatus, renunciauit. Ita Camillus dictator iterum factus; omnium summa cum expectatione Veios uenit, inuenitq; in armis uiginti millia hominum: ad hæc contraxit auxilia insuper à foeijs alia, & se ad inuadendum hostes comparauit. Interim Romæ quidam de barbaris *Insidiantes Capitolio Galli repelluntur.* fortè eà transeuntes, quà Pontium in Capitolium euasisse demonstrauimus, cùm deprehendissent multa manuum pedumq; uestigia, ut innixus ille saxis fuerat, aut ea manibus comprehenderat, etiam terram quæ præcipitijs adhæsisset, multis in locis detritam atq; delapsam: ad regem eius rei iudicium deferunt. Isq; cum accessisset, & inspexisset, consiliū suū usq; ad uesperam tacitum habuit: uespera facta, conductis in unum leuissimis quibusq; & ad scandendos montes aptis Gallorum, ita infit. Viam quidē C » qua hostes aggrederemur, ipsi nobis ostendunt ignorantibus, docentq; » eam non esse inuiam, neque insuperabilem. Turpe uerò nobis est initio » confecto, finem non addere, sed eum locum quasi inexpugnabilem relin» quere, quem ipsi qua ratione capi posset, nobis demonstrant. Quà enim » facile fuit uni adscendere, eàdem ne multis quidem uni post alium euade» re difficile erit: imò multis simul id conantibus, & robur & auxilium ade» rit. Porrò autem unicuilibet dona & honores sua uirtute meriti dabunt. His regis dictis permoti promptè suam operam Galli polliciti sunt. Circa mediam noctem multi simul ad saxum se contulerunt, ac sursum per loca ardua & aspera enixi sunt, magno cum silentio: magisq; quàm sperassent, conatu succedente, eò usq; euaserunt, ut primi iam in summo constituti, ad ipsas munitiones inuadendum, excubitoresq; somno captos adoriendū se pararent. Neq; enim homo quisquā, neq; canis aduentum eorū *Anserū indicium.* sensit. Sed anseres sacri Iunoni, qui ibi in tēplo erāt, aliàs largo cibo nutriti, tum uerò propter frumenti penuriā neglecti, & malè habiti, cùm id animal natura etiam sensus celeres habeat, & omni strepitu terreatur, tum fame etiam insomnes irrequietiq; redditi, confestim introitum Gallorum senserunt:

A senserunt: & contra eos cum cursu & clangore lati, Romanos somno excitauerunt: iam barbaris etiam cum non fallere se intelligerent, minus strepitu abstinentibus, & maiore ui irruentibus. Expergefacti ergò Romani, raptis, quod cuique telum fortè in promptu erat, obuiam hosti currunt. Primus omnium Manlius uir consularis, robore corporis & uiribus animi præstans, duobus simul hostibus occurrens, alterius securim attollentis dextram gladio amputauit, alterum in faciem percussum scuto de saxo proturbauit: tum in muro consistens cum his qui ad eum confluxerant, reliquos hostes repulit, qui neque numero multi ad arcem euaserant, neque quicquam tanto conatu dignum effecerunt. Ad hunc modũ euitato periculo, prima luce præfectum excubiarum ad hostes de saxo præcipitem dederunt: Manlio autem præmia uictoriæ eius uirtute partæ tribuerunt, magno honori magis quàm usui futura: uniuersi enim quantum ad quotidianum uictum sumerent, ei contulerũt, frumenti selibram farris singuli, & uini quartarium. Exinde barbarorum res minus esse secundæ ceperunt. Nam & inopia commeatuum laborabant, frumentatũ ire metu Camilli non ausi: & ex multitudine cadauerum hinc inde abiectorum per urbem, ipsos in ruderibus habitantes pestis intestina urgebat: aërque inspiratus corporibus exitio erat, quem siccitate & acrimonia perniciosum cinis combustæ urbis profundus æstu & uentis exagitatus exhalabat. Maximè autem oberat ipsis mutatio consuetæ habitationis, qui ex opacis locis, & æstate tuta refugia habentibus in regionem humilem, & autumnali tempore aëris temperiem incommodam ipsis habentem transiuerant. Ad hæc diuturna obsidio Capitolij molesta erat, in qua septimum tum mensem agebant: neque iam præ multitudine humare cadauera poterant, tanta in ipsorum castris lues grassabatur. Neque uerò cum obsessis melius agebatur, apud quos & fames ingrauescebat, & ignoratio eorum quæ Camillus ageret, mœrorem excitabat: barbaris enim accuratè urbem custodientibus, nemo ab eo Romam commeabat. Quamobrem utrisque ita laborantibus, mentio de pactione primò inter excubitores facta est: deinde cùm ita optimatibus placuisset, Sulpicius tribunus militũ cum Brenno in colloquium uenit: transactumque est ut Galli, acceptis auri pondo mille, statim ex urbe & regione Romana decederent: iureiurandóque ea pactio confirmata est. Auro illato, in ponderando primùm occultè, pòst etiam apertè mala fide actum est à Gallis, aurum auferentibus, & momentum libræ in diuersam partem impellentibus: cumque Romani de eo quererentur, Brennus tanquam insultans, & deridens eos, gladium simul & baltheum suum detractum in lancem ad pondera addidit: Sulpicioque percontanti, quid hoc rei esset? Quid, inquit, nisi uictis dolor? quod dictum deinde in prouerbium abijt. At Romanorũ alij indignari, ac suadere ut auro recepto discederetur, & obsidio perferretur: alij mediocrem iniuriam tolerandam dicere, neque id turpe putandum, quòd ampliùs darent, quando ipsum hoc aurum turpiter quidem, necessitate tamen compulsi penderent. De quibus cùm & inter se, & cum Gallis altercarentur, iam cum exercitu ad portas urbis Camillus aderat: auditoque quid ageretur, iussis reliquis cõposito agmine paulatim sequi, ipse cum proceribus properè ad Romanos contendit. Ibi omnibus locũ ei tacitè honorificeque dantibus, ac suscipientibus uelut par erat dictatorem, aurum de libra sublatum lictoribus dedit, Gallos autem accepta secum libra & ponderibus discedere iussit: addito, Romani moris esse non auro, sed ferro patriam liberare. Indignanti autem Brenno, ac pactionẽ rescindi querenti, respondit,

Manlij fortitudo. 14

B

Pactio inter Romanos & Gallos.

C

Camillus Romam recuperat.

dit, Non eſſe iuſtam eam, neq; ratam, quam ſuiſſe dictatore iam antè creato, nulloq; alio magiſtratu ualente, iniuſtè pepigiſſent: nunc ergo apud ſe dicerent, ſi quid uellent. ſe enim cum iuſto imperio adeſſe, ac ſontibus ueniam, ſi eam peterent, daturum: ſin minùs, pœnas de eis ſumpturum. Hic cum tumultuaretur Brennus, ac iam res ad manus peruentura uideretur, ſtrictiq; utrinq; gladij eſſent, & (quod fieri neceſſe erat inter domorum rudera & uicos uerſantibus, ijsq; locis, ubi inſtruendæ aciei ſpacium non eſſet) alteri alteros hinc inde truderent: barbarus celeriter quid agendum eſſet cognito, paucis amiſsis ſuos in caſtra reduxit: noctu cum exercitu A

15 urbe diſceſsit, ac ſexaginta ſtadia progreſſus, ad Gabinam uiam caſtra poſuit. Orto die Camillus præſtò fuit cum Romanis ſplendidè armatis, animoq; confirmatis. Pugnatum eſt acriter, idq; diu: tandem barbari fuſi, caſtra eorum capta ſunt: eorum quos cædi fuga eripuerat, alij in ipſa deinde fuga trucidati ab inſequentibus, plerique ab incolis circùm iacentium pagorum & urbium excurſione facta necati ſunt. Ita Roma de improuiſo capta, magis adhuc contra omnium opinionem liberata eſt. Barbari eam ſeptem omnino menſibus obtinuerunt: occupauerunt enim paucis pòſt B

Galli cæſi.

16 idus Quintiles diebus, circiter idus Februarias eiecti ſunt. At Camillus triumphum egit, ut dignum erat eo, qui patriæ ſalutem attuliſſet, ipſamq; ſibi ciuitatem reſtituiſſet: nam & qui fugerãt, cum liberis & uxoribus ſuis reuerſi Romam ſunt, & qui obſeſsi in Capitolio propemodùm enecti fame fuerant, occurrerunt ijs, ac uoluptatis præſentis incredibilis nouitas lacrymas utriſq; expreſsit. Sacerdotes etiam quicunque ſacra aut occultauerant, aut ſecum abſtulerant, recuperata attulerunt, ciuibusq; oſtenderunt, gratiſsimum ſpectaculum magno cum gaudio intuentibus, ipſoſq; Deos unà ſecum Romam reuerti exiſtimantibus. Sacrificijs in honorem Deûm peractis, urbeq; ſecundum uatum præcepta luſtrata, templa Deorum reſtituit Camillus, ædemq; Aio Locuto poſuit, reperto eo loco, ubi nocturna uox diuinitus M. Cedicium de aduentu barbarorũ monuerat. Difficulter ſanè, ægreq; areæ templorum repertæ ſunt, magno ſtudio Camilli, ac ſacerdotũ labore. Vt uerò urbẽ dirutam penitus inſtaurari oportuit, ad id opus pleriſq; parum animi fuit, cunctatiq; ſunt: quippe qui omnibus rebus ſpoliati, & pecunia corporiſq; uiribus deſtituti, in præſentia magis leuatione aliqua poſt tanta mala, & quiete ſe recreare, quàm laboribus conficere opus habebant. Itaq; paulatim ad Veios, urbem omnibus rebus inſtructam incolumemq; animis uulgò inclinatum eſt, tribuniſq; plebis in concione ea dicendi, quæ populo grata eſſent, occaſiones datæ. Iamq; audiebantur ſermones qui plebem contra Camillum concitarent: eum ſcilicet ambitione, gloriæq; priuatæ cupiditate adductum, ciues urbe iam adornata priuare, cogereq; habitare eos in parietinis, tantiq; incẽdij reliquias de nouo ædificare: nimirum ut non modò dux Romæ, imperatorq;, ſed conditor etiam, Romulo ea laude detruſo, dici poſſet. Ergo metuens tumultum ſenatus, Camillum niſi circumacto eo anno deponere dictaturam non eſt paſſus: cùm nullus alius dictator ultra ſextum menſem eum magiſtratum geſſerit. Ipſi dictis lenire ac conſolari populum, oſtendereq; maiorum ſacella & ſepulcra, locorum ſacrorũ, & templorum memoriam eis renouare, quæ Romulus, quæ Numa, aliúsue regum conſecraſſet: inter ſacra autem in primis caput hominis recens occiſi, cùm Capitolij fundamenta ponerentur, inuentum cõmemorare. nimirùm ei loco fatis portentum fore ibi caput Italiæ. ignem etiam Veſtæ obijcere, quòd hunc finito bello à Veſtalibus iterum accenſum, ipſi extinguere rurſus uellent, C

De migratione Veios facienda contentio.

A uellent, urbē deserendo, opprobrio ipsis futurā, siue eam ab alijs habitari aduenis & exteris, siue uastā iacere, ouesq; eo loco pasci cōtingeret. Hæc apud singulos priuatim, & in cōcione crebrò deplorantes, rursus infringebant multitudinis querelis, præsentē lamentātis penuriā, obtestātisq;, ne se cogerent, qui tanq; è naufragio nudi, & omniū rerū egeni conuenissent, reliquias potiùs urbis exitiū passæ compingere, q; alia urbe integra & parata, quam præ manibus haberēt, uti. Visum itaq; est Camillo in concionem aduocato populo, de ea re deliberationē proponere. Ibi cùm ipse multis ciues ad manendum in patria cohortatus esset, multi etiā alij, quibus erat uolentibus, in eandem partem uerba fecissent, tandem L. Lucretiū, cui primo loco dicenda pro more erat sentētia, surgere iussit, ac, quid statueret ipse pronūciare: tum reliquos post illum ordine. Facto silentio, ac iam orationem inchoaturo Lucretio, forte fortuna centurio foris adducens cohortem quæ diurnas egerat custodias, cùm per forum transirent, clara uoce signiferum iussit eo loco cōsistere ac signum statuere: ibi enim optimè mansuros. Hæc uox cū opportunè eo ipso esset pronunciata tem

B pore, quo ad incertum rei de qua consultabatur exitum omnium cogitationes erant suspensæ: Lucretius adorato qui id omen obtulisset Deo, assentiri se ei dixit: singuliq; eius sententiam sunt secuti. Mirabilis quoq; animorum mutatio apud plebem extitit, mutuò se ad opus cohortantibus ciuibus. Areæ ædificiorum non diuisione, nec ordine certo distributæ sunt: unusquisq; pro suo arbitrio & ad ædificandum facultatibus sibi occupauit. itaq; festinatio in causa fuit, ut uicis non directis, sed domibus inter se promiscuè concurrentibus urbs extrueretur: & intra annum tota nouis muris, priuatisq; ædificijs absoluta fuit. Quos Camillus ad sacra loca reficienda & terminanda adhibuit, hi omnibus confusis cùm Palatium circumeuntes ad Martis peruenissent tugurium, id quidem sicut & reliqua, 17 incendio barbarico absumptum inuenerunt: loco tamen purgato amotis ruderibus, in lituum Romuli inciderunt inter cineris aceruos delitescentem. Lituus est baculus utrinq; curuus, quo utuntur ad cœli regiones de 18 scribendas, cùm augurij capiendi causa consederunt: eoq; usus erat Romulus, ut auguriorum obseruantissimus. eo mortuo aruspices tanquam rem sacram inter ea quæ tangi nefas esset reposuerant, ac tum superstitem

C ut inuenēre, reliquis incendio perditis, in bonam spem de Roma adducti sunt, eo signo Romæ perpetuam incolumitatem portendi existimantes. Nondū planè hoc negocio cōfecto, bellū incidit, Aequis simul, Volscisq; & Latinis in agrum Romanum impressionem facientibus, Etruscisq; Sutrium, sociam populi Romani urbem obsidentibus. Quo in bello cum tribuni militum, qui rei summę prę erant, castris ad Marcium montē positis, 19 à Latinis in obsidione haberentur, metuq; amittendi exercitus Romam auxilium postulatum misissent: Camillus tertiùm dictator creatus est. De hoc bello duę referuntur narrationes: quarū eam, quæ fabulosa est, priori loco exponam. Latini (ut aiūt) Romam missis legatis, filias eorū uirgines in matrimonium suis postulauerunt, incertum studióne gētes, ut fuerant antiquitus, denuò inter se coniungendi, an ut belli occasionē arriperent. Quę petitio cùm anxios, consilijq; incertos Romanos teneret: (nā & bellū metuebant, quia nondum à Gallica clade uires recepissent: & peti non mulieres, sed obsides, reiq; nomē affinitatis pretendi suspicabātur) ancilla nomine Tutula, siue, (ut alij uolunt) Philotis consilium magistratibus dedit, ut secum iuuenculas alias ancillas, ac forma liberali præditas, sponsarum nobiliū modo exornatas ad Latinos mitterent, reliqua sibi curę fore.

Roma instauratur.

Bellum Romæ ab Aequis, Volscis, Latinis, & Tuscis illatū.

Camillus III. dictator.

Ancilla Romam bello liberat.

Senatus ei consilio paruit, delectasque quę ad eam rem Philotidi probarentur ancillas, ueste & auro ornatas ad Latinos misit, non procul ab urbe castra habentes. Noctu reliquæ quidem gladios Latinis subtraxere: at Tutula (siue ea Philotis est) caprificum altam conscendit, & obtenta retrò ueste, Romanis face accensa signum dedit: ita enim rem cum primoribus composuerat, nemine ciuium conscio. Quare & milites iussi à magistratu exire, tumultuati, uixque tandem mutuò se nominatim inuocantes signa secuti sunt. Venere autem ad castra, inopinantibus & sopore pressis hostibus: maiorique eorum parte occisa, castris potiti sunt. Factum est hoc Nonis Quintilib. quæ nunc Iuliæ sunt: in memoriamque facinoris solenne illud festum agitur. Primò enim confertim urbe exeuntes, multa communium ac tritorum apud Romanos nominum, ut sunt Caij, Marci, Lucij, & alia id genus, inclamant: imitantes eam quę tum mutua inter properandum fuit inuocatio. Deinde ancillę eleganti habitu circumeunt, iocisque obuios impetunt: est & pugna inter ipsas, quo indicatur, tum quoque ipsas contra Latinos suis auxilio fuisse. Cùm epulantur, sedent sub umbraculis ex ficulnis frondibus contextis: & diem Nonas Capratinas nuncupant: nimirum à caprifico, à qua facem illa ardentem sustulerat. Alij pleraque hæc propter Romulum instituta ferunt: is enim concionem habens ad Capræ paludem extra urbem (ut in uita eius narrauimus) subitò caligine & turbine uenti coorto, aut, ut alij putant, solis defectu accidente, è conspectu hominum sublatus est ea ipse die: ideo Capratinis Nonis à Capræ palude nomen esse putant. Altera, de qua mentionem feci, narratio, & quam plerique auctores probant, talis est. Camillus tertium dictator factus, cum accepisset exercitum cum tribunis militum à Latinis & Volscis obsideri, coactus est etiam eos, qui ætate grandiores essent, armare. Longo autem itinere circuijt Marcium montem, ignaris hostibus, ac à tergo eorum cum exercitu consedit, multisque ignibus accensis præsentiam suam suis indicauit. Itaque obsessi animo recepto, hostes adoriri, ac prœlium committere statuerunt. At Latini & Volsci ab hostibus circumdati, consilio alias copias domo aduentantes operiendi, simul & Etruscorum auxilium expectantes, castris sese continuerunt, uallumque multis lignis undique sæpierunt atque obstruxerunt. Quod sentiens Camillus, ueritusque ne idem sibi casus accideret, in quem hostes adduxerat, antecapere tempus decreuit. Itaque multis ignibus ad hoc præparatis, cùm uentus uehemens à montibus incubuisset, summo mane copias eduxit: reliquisque militibus mandato ut ab omni parte iacula immitterent, & cum magno clamore irruerent, ipse cum ijs, quos ad incendendam sepem hostium ligneam instruxerat, ea parte, qua potissimum uentus castris hostium accidebat, tempus commodum expectauit. Commisso prœlio, cum & Sol ortus esset, & uentus uehementius flaret, dato impetus signo, sepem iaculis ignem ferentibus compleuit: flamma à materia copiosa, ligneisque munitionibus nutrita, in orbem omnia corripuit atque hausit. Latini, quibus nihil erat in promptu, quo ignem restinguerent, castris iam totis incēdio occupatis in arctum compulsi, coacti sunt se inde in armatos ac pro castris in acie stantes hostes immittere: itaque eorum pauci effugêre cædem, qui in castris manserant, incendio perierunt: tandem Romani igne extincto, opes hostium diripuerunt. His actis, relicto in castris filio Lucio, qui captiuos & prędam custodiret, ipse in fines hostium irrupit: Aequorumque urbe capta, & Volscis deditione acceptis, rectà ad Sutrium copias rapuit, ut id obsidione Etrusca liberaret: neque enim de ijs quæ ibi acta fuissent, cognouerat. At Sutrini, qui deditionem iam hostibus

Nonæ Capratinæ.

Camilli uictoria de Latinis.

A stibus fecerant, omnibusq; bonis spoliati, singulis tantum cũ uestimentis dimissi erant, in itinere cum coniugibus & liberis Camillo occurrerunt, suamq; apud eum fortunã lamentati sunt. Horum miserabili aspectu Camillus ad misericordiam commotus, cùm Romanos quoq; Sutrinis eos inuocantibus lacrymas effundere, & casum eorum indignè ferre uideret, statuit nulla interposita mora statim calamitatem Sutrinorum ulcisci, eademq; die Sutrium accedere: cogitans fore, ut in hostes qui urbem diuitem, omnibusq; bonis abundantem recens cepissent, ac neq; in ea quenquam hostem reliquissent, neq; aliunde expectarent aduenturum, omnino dissolutos & sine omni custodia securos incideret. idq; eius consilium euentus cõprobauit. Non enim proficiscens modò Sutriũ hostes fefellit, sed etiã ad portas peruenit, murosq; occupauit nemine eorũ animaduertente: nullas eñ stationes habebãt, sed per domos dispersi uino & conuiuijs indulgebant. Itaq; cùm iam occupatam à Romanis urbem intelligerent, adeò pleriq; crapula torpebãt, ut ne fugam quidem capere possent, sed turpissima morte intra domos depræhensi perirent, aut sese hostibus

B dederent. Ita Sutrium eadẽ die bis captum, his qui cepissent ademptum, & ijs qui amiserant, opera Camilli redditum est. Triumphus, quem de his bellis duxit, non minorem ei gratiam ac decus, quàm duo priores, conciliauit: nam qui summa eius uiri inuidia flagrabant ciues, solitiq; erant omnes eius uictorias fortunę magis quàm uirtuti adscribere, tunc rebus ipsis gestis coacti sunt gloriã hanc prudẽtiæ ac industriæ eius acceptam ferre. Inter eos, qui Camillo inuidebant atq; aduersabantur, præcipuus fuit M. Manlius, cui Capitolini cognomen inditum erat, quòd Gallos noctu arcem inuadentes primus omniũ repulisset. Is cùm uirtute gloriam Camilli superiorẽ parare non posset: alia uia, qui multi ante ipsum institerant, potentiam omnẽ in repub. ad se unum transferre tentans, popularis esse cepit, maximeq; debitoribus opitulari, aliorum contra creditores suos causas defendendo, alios nexos abduci secundum legem, prohibendo. quo effecit, ut continuò egenorum magnam circa se manum haberet, qui tumultuando, ac in foro turbas mouendo optimatib. magnum metũ injcerent. Dictator huius rei causa dictus Quintius Capitolinus, Manlium in carcerẽ coniecit: plebe autem ueste mutante (id quòd fieri consueuit magna publicaq; calamitate) Senatus tumultum metuens, uinculis eum libe

C rari iussit. Neq; is dimissus meliorẽ se prębuit: sed uehementiùs populum suum facere, urbemq; seditionibus agitare intendit. Rursus tribunus militum creatur Camillus. At Manlio in ius uocato, accusatorib. eius magno impedimento fuit conspectus Capitolij, cum de foro is locus cerneretur, ubi ille nocturno certamine Gallos propulsauerat: ipseq; reus manus eò protendens, ac cum lacrymis memoriam suæ pugnæ renouans, cõmiserationem intuentibus moueret: adeò ut iudices quid agerẽt incerti, sæpius iudiciũ differrent, cùm neq; apertè conuictũ criminis dimittere uellent, neq; legibus uti contra reum possent, re ab eo gesta oculis omnium eo in loco obuersante. Quod cùm animaduertisset Camillus, iudices extra portam in lucum Petelinum conduxit, unde Capitolium uideri non poterat: ibi & accusator reum Manlium peregit, & memoria factorũ cõspectu Capitolij adempto debilitata iudicibus concessit, ut pręsens flagitiũ iusta ira prosequerētur. Damnatus igitur Manlius, inq; Capitolium adductus, de saxo deiectus est: locusq; unus eidem homini & eximiæ gloriæ momentum, & pœnæ ultimæ fuit. Romani ædibus eius solo æquatis, templum in ea area Iunonis Monetę posuerũt: in posterumq; ne quis patricius in arce habita-

Sutrium Camillus recepit.

M. Manlius tyrãnidem affectans, necatur.

Iuno Moneta.

habitaret, publico decreto cauerunt. Exinde Camillus tribunatū militum A
sextum sibi oblatū recusauit, ętate iam admodum prouectus, inuidiamq;,
& quæ tantam gloriam, totq; prosperos successus sequitur, mutationem
Camillus VI. trib. militum.
fortunæ metuens: adhæc morbo per eosdē dies afflictus, quam excusatio
nem euidentissimam habebat. Neq; uerò populus missum eum fecit, sed
clamans, neq; equitē se eum, neq; pedestri acie pugnantē, sed cōsiliarium
modò & ducem desiderare, coëgit ut imperiū susciperet, & cum uno col-
legarum L. Furio statim exercitum aduersus hostes duceret. Ii erant Præ-
nestini & Volsci, sociorū populi Romani agrum magnis copijs depopu-
lantes. Camillus cùm castra hostibus opposuisset, trahendum bellum cen
suit, ac se confirmato corpore ubi tēpus pugnæ incidisset adfuturū dixit.
L. Furij temeritas.
L. autem Furio gloriæ cupiditate ad prœliū committendū ita inflāmato,
ut ab ea sententia deduci nullo modo posset, eoq; etiam centuriones insti
gante: ueritus ne iuuenes inuidia adductus à re bene gerenda detinuisse
iudicaretur, inuitus quidem ei ut in aciē educeret, permisit: ipse propter
ualetudinem cum paucis in castris remansit. Cęterùm cùm Lucius pugna
temerè commissa pulsus esset, fugam Romanorū sentiens Camillus, nō se B
cōtinuit, quin lecto exiliens cum suis comitib. ad portas castrorū fugien-
Prænestinos & Volscos uincit Camillus.
tibus obuiā rueret, ac per eos ad insequentē usq; hostē prorumperet: itaq;
& qui castris iam appropinquabant, statim pedem referentes, ducē secuti
sunt, & priores firmato gressu ante eum in orbē coierūt, mutuò sibi fidem
dantes, non defuturos sese imperatori. ita hostes à persequendo desistere
coacti sunt. Postridie Camillus eduxit in aciē, & hostes prœlio fudit: fugi-
entibusq; instans, eodem impetu castra cepit. Secundum hoc factū allato
20 nuncio, Satricum coloniam Romanorum ab Etruscis captam, colonosq;
Satricū receptum.
omnes occisos esse: maiorē ac grauiorem copiarū partem Romam misit,
ipse cùm ijs qui & ętate & animo maximè uigebant, Etruscos urbē haben
tes adortus uicit, & partim cecidit, partim expulit. Reuersus inde Romā
cum ingenti præda, ostendit eos omnium prudentissimos esse, qui imbe-
cillitati & senectuti imperatoris peritia fortitudineq; præditi non diffi-
derent, sed eum potiùs recusantem languentemq; sibi præficerent, quàm
iuuenem imperiū affectantē. Itaq; cum de Tusculanorū defectione esset
Tusculanorū defectio & deditio. Aequanimitas Camilli.
renunciatum, missus est ad eos recipiēdos Camillus: eiq; unus de quinq;
collegis additus, quem ipse uoluisset. Delegit autē præter omniū opinio- C
nem reliquis pręteritis L. Furium, eum qui inuito nuper ipso cum hostib.
congressus, rem malè gesserat. Videtur autē id eo cōsilio fecisse, ut & eum
casum occultaret, & uirum hunc ignominiæ eximeret. Porrò Tusculani
callidè peccatum suum correxerunt. Nam & agros cultoribus haud aliter
q; in pace frequētibus repleuerant: & apertis urbis portis, pueri in scholis
discebant, artifices in tabernis suo quisq; operi incumbebant, multitudo
urbana in foro togati obambulabant, magistratus diuersoria Romanis se
dulò parabant: perinde ac si neq; cōmisissent quicquam mali, neq; expe-
ctarēt. Camillus rebellionem quidē ab ijs factam nihilo minus credebat,
pœnitentiam tamen eorum miseratus, iussit ut Romam irent, ac Senatus
iram deprecarētur: ipseq; pro eis deprecator ibi factus, impetrauit ut nō
modò delicti gratia ipsis fieret, sed & ciuitas daretur. Hæc sunt sexto tri-
bunatu militū eius præclarissima facta. Posteà cū Licinius Stolo in urbe
magnam seditionem concitasset, qua plebs contra patres insurgens con-
tendebat, ut duo consules crearentur, quorum alter ex plebe esset, non
uterque patricius: creatis tribunis plebis, comitia consularia ne fierent,
multitudo impedijt. Quare cùm non constitutis magistratibus, maiores
impen-

A impenderent turbæ, Camillus IIII. dictator à Senatu dictus est, inuita plebe. Et ipse quoque haud libenter accepit eum magistratum, quòd nollet contentionem suscipere contra homines, quos tam multis atque arduis in bellis libertatem quandam resistendi parasse intelligebat: plura enim ipse eorum opera militiæ, quàm patriciorum domi effecerat, à quibus tunc inuidiose dictatorem se dictum sentiebat, ut aut populi potentiam ipse infringeret, aut, si non obtinuisset, suam maiestatem abijceret. Veruntamen conatus præsentibus malis mederi, cognito die, quo legem perferre suam tribuni plebis in animo habebant, delectum militum eo die præscripsit, uocauitque populum à foro in Campum, magnam mulctam minatus ijs, qui non obtemperassent. Reluctantibus tribb. plebis, & contrà iuramento addito minitantibus ei mulctam se quingentûm millium æris irrogaturū, nisi cessaret populum à suffragijs ferēdis prohibere: siue aliam damnationē & exiliū metuens, turpe sibi post tot præclara facinora, exactaque ætate futurū, siue plebis uim insuperabilem, pertinaciamque inuictā cernēs, domū abijt: ac posterioribus diebus morbi specie usus, ma- *Camillus IIII. dictator.*

B gistratu se abdicauit. Senatus aliū dictatorē dixit, isque magistro equitū dicto ipso huius seditionis autore Licinio Stolone, passus est legē maximè patricijs molestam perferri, qua statuebatur, ne quis amplius quingentis iugeribus agri possideret. Atque is quidem Licinius cùm sibi magnum nomen ea lege perlata parauisset, paulo pòst ipse depræhensus tantum agri possidere, quanto alijs interdixisset, sua ipsius lege damnatus pœnas dedit. Restabat adhuc contentio de consulatu, quod erat caput totius seditionis, ac maximam Senatui molestiam afferebat: cùm certis indicijs renunciatum est, Gallos iterum ab Adriatico mari cum multis hominum millibus aduersus Romam proficisci: eumque nuncium statim belli effectus comitabatur, uastato agro, hominibus qui Romam perfugere non potuissent, in montes fuga dilatis. Is terror seditionem composuit: collectique in unum optimates cum plebe, communi sententia Camillum dictatorem quintùm dixerunt. Qui etsi erat admodum magno natu, parumque aberat ab octogesimo ætatis anno, tamen periculum & incumbentem patriæ necessitatem reputans, nulla adducta excusatione, nullo prætextu usus, statim imperio accepto delectum militum habuit. Cùm autem perspexisset barbarorum uim maximam in usu gladiorum esse, *Licinius Stolo lege sua damnatus.* *Camillus V. dictator Gallos uincit.*

C quibus ictum barbaro more & nulla arte inferentes, per capita præsertim & humeros hostium exigebant: plerisque suorum militum ferreas galeas, easque læues dedit, ut ijs illisi gladij aut delaberentur, aut frangerentur: scutorum uerò orbes laminis æreis inclusit, cùm alioquin lignum ictibus cederet: docuitque milites, ut pila manu porrecta gladijs hostium subijcerent, ictusque ita exciperent. Barbaris iam prope urbem ad fluuium Anienem castra metatis, ingenti præda referta, copias suas eduxit, ac in saltu herbido, multisque conuallibus intercepto eos collocauit: quo factum est, ut plerique ab hoste uideri non possent, qui uerò uiderentur, præ timore crederentur se in loca accliuia subduxisse. Augendæque huius opinionis gratia, ante oculos suos uastari agros passus est, neque opem tulit, sed castris munitis conquieuit: donec alios hostium prædatum sparsim isse uidit, alios gulæ ac crapulæ indulgere. Tum noctu leuis armaturæ militibus præmissis, qui barbaros instruere ordines non sinerent, egressosque in aciem statim conturbarent: ipse orta luce suos in planiciem deduxit, instruxitque: non, quòd Galli putârant, paucos & timidos, sed multos atque alacres. Id primùm animos Gallorum con-

sternauit, inuadi se ab hoste indignum putantium. Deinde expediti mi- A
lites irruentes, eos antequàm ordines instruerent, & se in manipulos di-
uiderent, coëgerunt promiscuè aduersus oblatos pugnare: postremò Ca-
millus cum grauis armaturę militibus eos aggressus est. Hic cum Galli stri
ctis & altè sublatis gladijs accurrerēt, Romani pila & ferro tecta membra
ictibus obijcientes, gladios eorū hebetārunt, factos nimirum è ferro mol
li, & ad tenuitatem perducto, ita ut facilè flecterentur atq; retunderētur:
scuta quoq; barbarorum pilis confixa, grauabantur. Itaq; omissis suis, Ro
manorum pila manibus auertere conati sunt. quos ubi Romani nudatos
uiderunt, gladijs adorti, magnam eorum qui primo loco in acie stetissent
stragem ediderunt: reliqui per planiciem diffugerunt: cùm & Camillus
tumulos locaq; edita occupasset, & ipsi satis scirent, castra sua, quæ au-
dacia sua freti non muniuerant, facilè captum iri. Pugnatum esse tra-
21 ditur anno post captam Romam uigesimotertio: atque ex hac pugna
demum Romanos fiduciam stabilem cōtra Gallos cepisse, quos ante ue-
hementer metuerant, & quo minus antè occidione ab ijs deleti essent,
morborum ui & insperata fortuna effectum crediderant. Tantus autem B
is metus fuerat, ut lege quoq; sacerdotibus militiæ immunitas, præter-
quàm si Gallicum bellum incidisset, data fuerit. Hoc ultimum facinus mi-
litare Camilli est. nam Velitras citra pugnā se dedētes obiter hoc in bello
cepit. Cæterùm supererat certamen domi, priorib. longè maius atq; diffi-
cilius, contra populum, qui uictoria bellica uires suas auxerat, ac contra
legem & Senatus uoluntatem contendebat, ut alter consulum plebeius
crearetur. Itaq; Senatus noluit Camillum dictatura abire: ut si hunc cum
summa & ualida potētia auxilio haberet, eo melius propugnare pro opti
matum in repub. imperio posset. Cùm Camillus in foro sederet, ac respon
sa daret, missus est uiator ad eū à tribunis plebis, sequi se iubēs, injciensq;
manum, tanquam ui tracturus. Clamore autem ingenti tumultuq;, quan-
tus nunquam antè alius fuerat, exorto in foro, Camilli comitib. lictorem
de tribunali proturbātibus, plebe detrahi eum debere inferiùs uociferan-
te: Camillus incertus quid ageret, magistratu quidem se nō abdicauit, sed
ijs qui consilio aderant secū acceptis ad Senatum perrexit: ac priusquàm
in curiam intraret, obuersus ad Capitolium, deos precatus est, ut quàm
optimum finem huic rei imponerent, uouitq; sedata seditione templum C
se Concordiæ dedicaturum. In Senatu cum res magna sententiarū diuer-
sitate, grauiq; certamine ageretur, uicit tandem mollior, quæ plebi con-
cessit ut Comitijs consularibus alter consulum ex plebe crearetur. Hanc
Senatus sententiam Camillus populo annunciauit: tum confestim plebs
delectata quòd rem tenuisset, cum patribus in gratiā redijt, dictatoremq;
cum applausu & lætis acclamationibus domū deduxit. Postridie concio-
ne habita scitum est, ut templum Concordiæ in rei memoriam, ad forum
& Comitium spectans ædificaretur: & ad Latinarum feriarum triduū eo-
dem edicto quartus adiectus dies: statimq; dijs omnes Romani coronati
sacram rem facerent. Comitijs præfuit Camillus, factiq; cōsules Aemilius
22 Mamercinus de patricijs, L. Sextius omniū ex plebejs primus. Hic fuit
actionum Camilli finis. Nam anno insequenti grauis pestilentia Romam
inuasit, quæ cùm innumerabilem hominum multitudinem, tum eorū qui
magistratus gerebāt plerosq; absumpsit. Camillus quoq; tum uitæ finem
fecit, ætatis ratione sanè ut quisquam potuit homo, morti maturus: sed
cuius mors maiorem Romanis, quàm reliquorum qui tum perierunt om
nium, dolorem attulerit.

Velitræ receptæ.

Contentio de consule plebeio.

Latinæ auctæ.

Mors Camilli.

A # PLVTARCHI PERICLES,

[redacted] [redacted]

Augustano interprete.

VM peregrinos quosdam diuites Romæ fortè uidisset Cęsar canum & simiarum catulos in gremijs circumferre, ijsq; sese oblectare, percontatus est, Ecquid apud ipsos mulieres liberos nō pårerent. C Digna mehercle principe uox, qua erroris admonuit eos, qui à natura inditos nobis affectus, quibus ad amorem hominū incitamur, in bestias absumerent. Verùm animo nostro non tantùm discendi, spectandiq; aliquid innata est quædam cupiditas, (quam in canū etiam, simiarumq; catulis animaduertimus) sed pręterea ratio etiam, quæ eos repræhendat, qui ista cupiditate ad audiēdas spectandasq; res nullius precij abutant̄, ijs neglectis quæ pulcræ sunt, & con

In eos qui rerum indignarum studio tenentur.

B ducibiles. Sensui quidē, cùm ab obiecto quocunq; afficiatur atq; moueatur, forsitan necesse sit omne id quod oculis offertur siue inutile id sit, siue utile, appræhendere: intellectus autem ea est natura, ut quæ uelit, posit contēplari, & ab ijs quę non probat, sese nullo negocio auertere. Ergò ad contemplandū ea sunt deligēda, quorum cōsideratione mens ipsa quoq; alatur. Vt enim oculis cōmodus est color floridus & elegās, qui dū uidetur, simul ipsum etiam uisum exuscitat, atq; alit: ita intelligentia ijs rebus cōsiderandis adhibenda est, quæ cū delectatione simul ipsam etiā ad suū bonum appetendū prouocent. nimirū ad uirtutis actiones, quæ dum cognoscunt̄, unà æmulationē quandā, ac studiū imitādi in animis excitant. In cæteris sanè reb. nō semper admirationē eius q̄d factū est, cupiditas idē efficiendi comitat̄: & quidē plerunq; contrà fit, ut cùm opus laudemus, opificē cōtemnamus. Verbi gratia, unguentis & purpura, delectamur ijs quidē: at unguētarios & tinctores pro illiberalibus ac sordidis hominib. ducimus. Quapropter rectè Antisthenes cum Ismeniā egregiū tibicinem àudiret prędicari, Atqui homo, inquit, est prauus: alioquin em̄ tantum in hac arte nō pręstaret. Philippus filio suo, q; suauiter & artificiose quodā in

C loco cecinisset fidibus, Nō te, inquit, pudet, tā bellè citharā pulsare? Regi em̄ satis est tantū ocij sibi sumere ut alios canentes audiat: multūq; tribuit Musis, si spectatorē alijs sehorū certaminū prębeat. Qui uerò ipsi in rebus uilib. elaborāt, eo ipso testatū faciūt, se nō magnā præclararū rerū curā gerere. Neq; uerò quisq; bonæ indolis adolescens, uiso Olympiæ Ioue, Phidias fieri cupijt, neq; uisa ea q̄ est Argis Iunone, Polycletus: neq; uel Anacreon, uel Philemon, uel Archilochus esse optauit, delectatus eorū carminibus. Nō em̄ necesse est cū opus sit elegās, aut uoluptatē afferat, ideò artificē magni precij esse hominē. Quare hæc spectatori nihil prosunt, q̄ non ardorē quendā imitandi, studiūq; idē efficiēdi ingenerāt. Verùm uirtutis actiones eo modo afficiūt contemplantē, ut cōfestim & miret̄ eas, & autorē imitari cupiat. Quippe bonorū quæ fortuna nobis tribuit, possesionē ac perceptionē fructuū, uirtutis uerò actiones diligimus: & ut ista nobis ab alijs pręberi, ita his alios impertire uolumus. Ipsa em̄ honestas ad se allicit, cupiditatēq; agendi continuò inijcit, spectatorisq; animū non imitationi, sed cognitioni ipsius facti intentum, uirtutis studio informat. Hęc nobis causa fuit, ut in eo opere, quo uitas illustrium uirorum describimus, perseuerandū duceremus. Hoc igit̄ decimo libro, Periclis uitam & Fabij Maximi,

Virtutis contemplatio.

Maximi, eius qui contra Annibalem bellum gessit, complexi sumus: uiro- A
rum cùm reliquarum uirtutū respectu similium, tum mansuetudine in pri-
mis, ac iustitia, & eo, quod ferendis populi collegarumq́ iniurijs, patriæ
plurimum utilitatis attulerunt. Quod an rectè ita putauerimus, ex histo-
Periclis genus. rijs, quas modò perscribemus, iudicare lector poterit. PERICLES è tri-
bu Acamantide, curia Cholargensis fuit, familia & genere claro ortus,
quantum ad utrunq; parentem attinet. Xanthippus enim, qui regios du-
2 ces apud Mycalem deuicit, Agaristam uxorem habuit, Clisthenis cogna-
tam, eius qui Pisistrati successoribus urbe eiectis, tyrannidem præclarè de
molitus est, leges condidit, ciuitatemq́ ad concordiam reductam in salu-
berrimo statu collocauit. Hæc in somnis cùm uisa sibi esset leonem pá-
rere, paucis pòst diebus Periclem edidit, forma reliqui corporis ea, in qua
culpari posset nihil, capite tantùm oblongo, & inconcinno. Itaque statuę
eius ferè omnes galeatæ conspiciuntur, quòd artifices id ei uitium expro-
brare noluerint. Attici uerò poëtæ, schinocephalum, quasi caput scillæ si-
mile habentem, uocauerunt. Et è Comicis, Cratinus hæc in fabula, cui
Chirones nomen: B

Discordiæ, atq; temporis connubio
Prisci, tyrannus est satus ille maximus,
3 *Cephalageretes qui dicitur cœlestibus.*

Idemq́ in Nemesi:

Veni hospitalis, ac beate Iuppiter.

Teleclides ait aliquando quid statueret de negocijs incumbentib. anxiū,

Sedisse in urbe, grauem caput uertigine:
aliquando solum
4 *E capite immensas sinuoso emittere turbas.*

5 Eupolis in Populis, percontans de uno quolibet oratorum, quos adduci
ab inferis finxit, cùm Pericles postremo loco esset nominatus, inquit:

Qgod hoc ab orco nunc caput producitur?

Præceptores. In Musicis plerique præceptorem fuisse Pericli Damonem (breui priore
huius nominis syllaba) tradunt, Aristoteles Pythoclidem. Hic Damon, ut
uidetur, cum esset summus rhetor, ut suam eloquentiam populum cela-
ret, Musicæ professione eam texit: Pericli autem, qui se ad certamina ci-
uilia accingebat, aliptæ loco, & magistri adfuit. Neq; fefellit Damon lyræ
prętextu utens: sed ut homo magnas res moliens, tyrannidisq́ studiosus, C
ostracismo Athenis eiectus, cauillandi materiam Comicis præbuit. Plato
quidem, fingit eum à quodam ita interrogari:

Non tu (precor primum hoc mihi respondeas)
Periclem, uelut Chiron Achillem, eduxeras?

6 Auditor fuit Pericles etiam Zenonis Eleatæ, naturæ obscuritatem (quod
idem profitebatur Parmenides) explicantis eo doctrinæ genere, quod in
redarguendo uersabatur, aduersariumq́ contrariorum enunciatorum cō
fessione premebat. de quo est illud Timonis Phliasij:

Magnaq; & haud fallax uis partem in utranq; diserti
Zenonis, cunctos soliti reprehendere. ——

Verùm qui maximā cum Pericle cōsuetudinē habuit, maximeq́ fastum,
Anaxagoras. & spiritus maiores q̃ qui popularē oratorē decerent, in eo excitauit, om-
ninoq́ ingenij eius grauitatē ad altum euexit, Anaxagoras fuit Clazome
nius. Hunc eius ętatis homines Mentis cognomine affecerunt, siue admi
ratione eius in rerū natura indagādā magnæ exactęq́ perspicaciæ: siue q
is primus uniuersi dispositionē, ordinemq́ non ad fortunā, aut necessita-
tem retulit, sed mentem puram atq; simplicem eius principiū constituit,

quæ

A quæ confusis omnibus inter se rebus, similares partes secreuerit. Hunc
uirum summoperè admiratus Pericles, ab eoq; sublimi illo de magnis &
arduis rebus dicendi genere impletus, non animum modò elatum, ora- *Mores.*
tionemq; sublimem, neque infectam plebeia & impostoria scurrilitate
habuit: sed & in uultu grauitas ei aderat, in incessu lenitas, in uestitu mun-
dicies: in oratione nihil propter ullum affectum perturbabatur: uox com
posita, ac placida: deniq; id genus multa alia, quibus mirificam sui apud
omnes admirationem excitabat. Aliquando etiam in foro conuicijs &
opprobrijs impetitus à quodã impuro atq; impudico homine, totũ diem
tacitus eum sustinuit, interim quod habebat negocij conficiens. Vesperi
domum modestè abijt, illo comitante, & maledicẽtiæ nihil sibi reliquum
faciente: & tamen Pericles, cùm iã se tenebræ noctis primæ intendissent,
famulo suo mandauit, ut ei domum suam præluceret. Cæterùm Ion poëta
Periclem in consuetudine superbum fuisse arrogantemq; ait, ipsiusq; ia-
ctantiam multo aliorum contemptu ac superbia permixtam: contrà Ci-
monis in conuictu suauitatẽ, gratiosamq; comitatem laudat. Sed Ionem
B nos missum facimus, qui in uirtute tragicam aliquam & satyricam, hoc est
inhumanam prorsus & rigidam disciplinam requisiuerit. Eos autem qui
Periclis grauitatem arrogantiæ & fastus nomine notabant, Zenon horta
batur, ut ipsi quoq; eiusmodi arrogãtiam sibi sumerent: scilicet eam simu-
lationem occultè studium quoddam atq; consuetudinem honestatis in-
generaturam. Non hos modò fructus suæ cum Anaxagora familiaritatis
Pericles tulit, sed hunc etiã, ꝙ liber ab ea superstitione euasit, qua homi-
nũ causas ignorantiũ, naturæq; rerum imperitorũ animos ea quæ in aëre
fiunt miracula, terrent, perturbantq;, & sinistris de Dijs opinionibus im- *Philoso-*
plicãt. Hanc naturaliũ cognitio causarum pellit, locoq; eius securam pie- *phiæ natu-*
tatem, & spes bonas de numinibus creat. Ferunt aliquando allatum ex *ralis utili-*
agro ad Periclem fuisse caput arietis cũ unico cornu nati: & Lamponem *tas.*
quidem diuinum, cùm id cornu solidum atq; ualidum uidisset media de
fronte enatum, dixisse, futurum, ut cùm eo tempore duo in urbe principa.
tum obtineant, Thucydides nimirum, atq; Pericles, ad eum, apud quem
id signum sit, unum summa rerum deuolueretur. Anaxagoram uerò disse
C cta caluaria ostendisse, non totam eam cerebro repletam fuisse, sed id acu
tum oui instar ex toto eo uase ad eam partem confluxisse, qua radices cor
nu habebant initium. Ac tum quidem in admiratione habitum Anaxago
ram: paulo autem posteà Lamponem etiam, cùm Thucydide fracto, om-
nes res populi in potestatem Periclis uenerunt. Ego ita iudico, nihil ob-
stitisse, quo minus & philosophus, & uates scopũ attingerẽt, alter causam,
alter finem rectè prospiciens. nam alteri quidem propositum erat specula
ri, quibus ex causis, & quomodo id factum esset: alteri prædicere propter
quid ita extitisset, ac quid portendisset. Qui uerò causa rei inuenta putant
effici, ut nihil illa designet, non intelligunt ij se unà cum diuinis istis signis
etiam artificiosa signa tollere: sonitus inquam discorũ, ignium editorũ ful 7
gores, & gnomonum umbras, quę omnia cùm causa quadã constent atq;
parentur, tamẽ certi aliquid indicant. Verùm hæc disputatio nõ est huius
loci. Pericles porrò adolescens dum esset, admodũ metuit populũ. Vide- *Vt ad rem-*
batur enĩ forma Pisistratum tyrannũ repræsentare, suauemq; eius uocem, *pub. acces-*
linguæq; in disserendo uolubilitatem & celeritatẽ similitudinis cum Pisi- *serit Peri-*
strato causa ij qui magno iam admodũ natu erant, suspiciebant: ad hęc di- *cles.*
uitijs præditus, genere illustri ortus, amicos potentissimos habebat. Itaq;
ostracismum timens, rempub. ne attingebat quidẽ: militiæ strenuum se,
&in

& in adeundis periculis fortem præbebat. Sed postquàm Aristides uita A
decesſit, Themiſtocles exulatum abijt, Cimonem bella plerunque extra
Græciam detinuerunt: ibi demum populo ſe Pericles dedit, paucorumq;
diuitum cauſæ, multitudinis & pauperum res prætulit: cum quidem eſſet
natura minimè popularis. Enimuerò metuens interim ne in ſuſpicionem
affectatę tyrannidis incurreret, uidensq; Cimonem optimatum partibus
ſtudere, ac ſummoperè ab ijs diligi: multitudinem demereri ſtatuit, ſecu-
ritatis ſibi, ac potentiæ aduerſus illum parandæ cauſa. Confeſtim etiam di
uerſam uitæ rationem inſtituit. Vnica enim uia in urbe deinceps uteba-
tur ea, quæ ad forum & curiam ducebat: conuiuia & omnem id genus co
mitatem atq; conuictum planè uitabat, adeò ut toto eo tempore quo in
repub. uerſatus eſt (quòd fuit ſanè longum) ad nullius amicorum cœnam
uenerit: quin & ad nuptias Euryptolemi conſobrini cum iuiſſet, ſtatim li-
8 batione perfecta diſceſsit. Etenim ea uis eſt conſuetudinis cum amicis
atq; conuictus, uti omnem maieſtatem deprimere ualeat: & in familiari-
tatibus retineri grauitas, quæ ad gloriam requiritur, uix poteſt. At in eo
qui uera ſit uirtute præditus ea pulcerrima uidentur, quæ maximè appa- B
rent: neq; quicquam in uiro bono tantoperè exteri mirãtur, quantùm do-
meſtici quotidianam uitæ rationem. Quinetiam ueritus, ne continua præ
ſentia ſua ſatietatem ſui apud populum efficeret, quaſi per interualla in
concionem uenit, non quacunq; re oblata orationem habens, neq; ſem-
per ad multitudinem progrediens: ſed tum demum ſui copiam faciens,
cum magna aliqua res operam ipſius requireret (id quod de Salaminia
9 triremi Critolaus narrat) reliqua amicis, & ſocijs oratoribus ſubmiſsis ex
pediebat. Horum è numero fuiſſe memorant Ephialten, qui poteſtate Se-
10 natus Areopagitici abolita, ciuibus (ut eſt apud Platonem) nimiam atq;
meram libertatem propinauit: cuius quaſi ebrietate quadam populum
luxuriaſſe Comici ſcribunt, ac noluiſſe prætereà obedire magiſtratibus,
ſed equi inſtar frænum excutientis, Eubœam mordicus impetijſſe, & in-
ſulis inſultaſſe. Prætereà Pericles orationem inſtituto uitæ ſuæ, animiq;
magnitudini conſentaneam, inſtrumenti loco ſibi parauit, in qua ſæpius
Anaxagoreum aliquid admiſcuit, philoſophiam eius oratoria arte quaſi
11 tingens. Nam, ut diuinus Plato dicit, ad bonitatem naturę, ſapientiam
quoq; ſublimẽ, uimq; propoſiti obtinendi è philoſophia addidit: quodq;
in ea erat utile, tranſtulit ad artem dicendi. qua re effectum eſt, ut longè C
omnibus alijs præſtaret. Vnde & Olympij cognomentum inuenit: quan-
quam id alij ab ornamentis quibus urbem decorauit, alij à ui eius domi
militiæq;, tractum cenſeant: neq; quicquam impedit, quin eam exiſtima-
tionem ei propter uarias ſuas uirtutes obtigiſſe dicamus. Ex comœdijs,
quas qui docuerunt eo tempore, multa ſerio, multa per iocum de eo dixe
runt, apparet propter orationem potiſsimùm id ei cognomentum factũ.
Hæc enim de eo habent, in concionibus eum tonare ac fulgurare, horri-
12 bile fulmen in lingua ferre. Memoratur etiam Thucydidis Mileſij F. di-
ctum de ui dicendi Periclis iocoſum. Fuit is Thucydides ex optimatibus,
ac diu admodum Pericli in repub. reſtitit. Is interroganti Archidamo La-
cedæmoniorum regi, uter ipſorum lucta præſtaret, Periclésne an Thucy-
dides: Ego, inquit, cùm Periclem luctando deijcio, ille contrà ſe non ceci
diſſe dicens, uincit, ijsq; qui uiderunt, ita, ut ipſe dicit, rem habere perſua-
det. Enimuerò Pericles ipſe in dicendo cautus fuit, ac quoties ad tribunal
dicendi cauſa accederet, comprecatus eſt Deos, ne quod ſibi pręter ſuam
uoluntatem uerbum excideret, quod ad rem propoſitam non faceret.

Nimia familiaritate cõtemptũ parari.

Facundia Periclis.

Olympij cognomen.

Dicta aliquot Periclis.

A Scriptum nihil reliquit, exceptis decretis. Memoria feruntur pauca quę-
dam eius dicta, quale est, cùm iussit Aeginam tanquam oculis Peiręei of- 13
ficientem auferri: & bellum se uidere dixit à Peloponneso occurrere. So-
phodi in prætura collegæ suo, cùm quodam tempore simul nauigarent, "
puerum pulcrum laudanti: ô Sophocle, inquit, non manus modò, sed & "
oculos prætoris abstinentes esse decet. Stesimbrotus refert, eum cùm in "
Samo mortuos pro tribunali laudaret, dixisse, Immortales eos esse fa- "
ctos, ac Deorum similes: ut enim hos non uideant homines, sed ex hono "
ribus tantùm ac bonis eorum, esse iudicent immortales: ita his quoque eue
nisse, qui pro patria occubuerint. Cæterùm quoniam quidem Thucy- 14
dides historicus reip. formam à Pericle institutam talem describit, in qua
penes optimates sit summa rerum, & ubi uerbo quidem poqulare, reipsa *Institutio*
unius principis uiri sit imperium: ac quando sunt, qui asserant primum *reip. eius.*
sub Pericle populum, cùm antè temperanter uixisset, ac suis quisque labo-
ribus terram coluissent, ad diuisionem agrorũ, ac pecuniæ publicæ (quæ
à spectaculis, quibus impendebantur, theorica dicũtur) distributionem, 15
B & ad luxum intemperantiamque traductum fuisse: operæprecium fuerit
causam huius mutationis ex ipsis rebus perspicere. Pericles, uti exposui-
mus, initiò gloriæ Cimonis aduersariũ se obijciens, demeritus fuerat po-
pulum. Cæterùm uictus Cimonis diuitijs atque pecunijs, quibus ille ad o-
pem pauperibus ferendam utebatur, cœnam Atheniensium unicuilibet
qui uellet quotidie præbens, seniores uestiens, agrorum etiam sepes de-
struens, ut omnibus poma carpendi libera pateret facultas: his in po-
pulum gratis eius institutis superatus Pericles, ad publicorum bonorum
diuisionem animum adiecit, usus (ut Aristoteles autor est) consilio Da- 16
monidis Iensis. Itaque celeriter capturis ex ærario, præmijs iudiciorum, a-
lijsque mercedibus & emolumentis multitudine corrupta, & ad suam cau-
sam adiuncta, usus est eius opera contra senatum Areopagiticum: in quo
ipse non erat, quòd neque archon, neque thesmotheta, neque rex sacrorũ, neque 17
polemarchus sorte erat lectus. nam hi magistratus sorte antiquitus obue
niebant: ac qui se in ijs obeundis rectè gessissent, ij in senatum Areopagi-
ticum cooptabantur. Cæterùm populi auxilio Pericles senatum factio- *Areopagi*
ne sua uicit, effecitque opera Ephialtis, ut senatui maior pars iudiciorũ adi- *autoritas*
C meretur: Cimonque tanquam Lacedæmoniorum fautor, & infensus popu *imminuta.*
lo, ostracismo urbe exigeretur: qui & diuitijs & genere nemini secũdus, *Cimonis*
uictorias de barbaris pulcerrimas reportauerat, urbemque magna pecunię *exilium.*
& spoliorum copia repleuerat, ut in eius uita scripsimus. Tantum fauore
populi poterat Pericles. Porrò in exilium ostracismo pulsis, decennij spa
cio exiliũ terminatur. Interea uerò temporis cùm Lacedæmonij magno
cum exercitu in Tanagræorum regiõem irrupissent, Atheniẽsesque statim
obuiam ijs tenderent, Cimon ab exilio ueniens, inter tribules suos in acie 18
stare uoluit, ac reipsa suspicionem inclinatæ ad Spartanos uolũtatis abo- *Pugna ad*
lere: sed amici Periclis facta coitione, eum, ut exulem, repulerunt. In eo *Tanagrã.*
itaque prœlio acerrimè dimicauit Pericles, coramque omnib. suam in sube-
undis periculis fortitudinem demonstrauit: occubuerunt autem omnes
amici Cimonis, quibus idem à Pericle erat intentatum crimen. Atheni-
enses uerò grauis pœnitentia, desideriumque Cimonis incessit, uictos in i-
psis Atticæ limitibus, graueque ad proximam æstatem bellum expectan-
tes. Quod ut sensit Pericles, haud cunctãter in gratiam populi decretum
fecit, eoque Cimonem ab exilio reuocauit: isque reuersus pacem inter Athe *Cimonis re*
nienses atque Lacedęmonios composuit, quos sui studiosos, Pericli, alijsque *ditus.*

populiaris aurę captatoribus infensos habebat. Sunt qui scribant, non antè reditum Cimonis à Pericle decretum, quàm opera Elpinicæ sororis Cimonis, inter eos fuissent arcana pacta inita, in hanc sententiam, ut Cimon acceptis nauibus ducentis abiret, ac foris rem gereret, ditionemq́ regis subigeret: Pericles autē rebus urbanis præesset. Creditum est antè quoque Periclem Cimoni, cum is rei capitalis postularetur, mitiorem redditum precibus Elpinicæ, cùm quidem ipse inter alios eum accusare esset à populo iussus: uenientiq́ ad se Elpinicæ ac deprecanti, respondisse ferūt, ô Elpinice, maior natu es, quàm ut tantam rem possis perficere. ueruntamen eum semel tantum, ut mandato populi satisfaceret, ad uerba contra Cimonem facienda surrexisse, atq́ ita discessisse, ut minimè omniū accusatorū Cimonem ipse lęserit. Qui ergo fidē mereatur Idomeneus, Periclē culpans, quòd is Ephialtē amicū suum, atq́ eiusdē in rep. factionis, ęmulatione inuidiaq́ gloriæ adductus per fraudē necauerit. Hæc enim ita uirulenta nescio unde collecta, ei uiro obijcit: qui ut fortasse nō fuit extra omnem repræhensionē positus, ingenua tamen animi eius altitudo, ingeniumq́ liberale nihil tam crudele ac ferum potuit admittere. Verùm Aristoteles autor est, Ephialti, quòd esset ijs qui paucorum in rep. principatui studebant, formidabilis, inq́ eorum qui plebem lęsissent criminib. deferēdis, accusandisq́ nimis rigidus, inimicos insidias struxisse, opera Aristodici Tanagræi, ac clàm occidisse. Preterea cùm Cimon bellū gerens in Cypro diem suum obijsset, optimates iam antè Periclem ciuium potentissimum factum uidentes, cupientes tamen aliquem ei opponere, uimq́ in repub. eius quodammodò debilitare, ne palàm penes unū omnis rerum esset potestas, aduersarium ei constituerunt Thucydidem Alopecensem. erat is uir moderatus, atq́ affinis Cimonis, minus quidē bello utilis, sed in foro ac repub. uersatus: isq́ se in urbe cōtinens, apud tribunal cum Pericle contendebat, statimque factionem ei in republica contrariam excitabat. Non enim passus est optimates plebi admixtos, interq́ uulgus hominum dispersos esse, sicut tum erant, eoq́ suā amiserant dignitatem: sed segregauit eos à plebe, ac in unū corpus seorsim cōpegit, ut iā coniuncta eorū potentia quasi in libra contra popularē posita momentū efficeret. Etenim antiquæ illæ simultates horum ordinū, indicium modò (ueluti in ferro ruptura imminēte notæ obscuræ diuulsionē antecedunt) diuersarum sectarum, quarum altera popularē, altera optimatū potētiam præferret, ostendebant: sed horum duorū contentio uirorum, penitus ciuitatem in duas partes dissecuit, quarum altera populus, altera pauci diceretur. Ideò tum maximè fræna populo laxauit Pericles, & gratiam eius captauit in actiōibus suis, subinde spectaculū aliquod solenne, aut epulum, aut pompam in urbe instituens, & non inelegantibus uoluptatibus ciues demulcens. Sexaginta quoq́ triremes quotannis emisit, in quib. nauigabat magnus numerus ciuiū octo minarū mercede conductorum: hiq́ simul & exercebant rē nauticā, & discebant. Præterea colonos emisit mille in Chersonesum, quingentos in Naxū, ducentos ac quinquaginta in Andrū, in Thraciā alios mille, qui cū Bisaltis habitarēt, alios in Italiā ad inhabitandā Sybarim, quam Thurios nominārunt. Hæc agebat, ut ociosa, ob idq́ inquieta turba urbē leuaret, inopiæ populi succurreret, socios in custodia metuq́ ne quid noui molirent additis colonis retineret. Cæterùm apparatus donariorū, quib. Athenas exornauit, tale fuit factū, q̃ & summæ uoluptati decoriq́ esset urbi, & maximam apud alios admirationem excitaret, uniceq́ testificaretur, non esse ea confìcta, quę de potentia eius pristi-

Marginal letters: A (beside "populiaris aurę captatoribus…"), B (beside "niumq́ liberale…"), C (beside "(ueluti in ferro…").

Marginal numbers: 19 (beside "rum esset potestas…"), 20 (beside "bat magnus numerus…"), 21 (beside "bitandā Sybarim…").

Marginal notes: *Ephialtis interitus.* — *Thucydides Pericli oppositus.* — *Coloniæ Atheniensiū.* — *Ornamēta Athenis à Pericle constructa.*

A pristinisq; diuitijs referuntur. Huic aũt eius facto maximè inuiderunt ad-
uersarij, idq; traduxerunt in concionibus, clamantes, populum Athenien
sem infamia laborare, ac malè audire, quòd cõmunes Græciȩ opes Athe-
nas è Delo transtulisset, cùm quidem Pericles eam excusationem rei, quȩ
uidereť in speciẽ honestissima (scilicet metuentẽ se, ne à barbaris inde au-
ferrentur, cõmunia bona uoluisse loco munito custodire) ipse exclusisset.
Ac profectò (dicebant) uidetur Græcis ingens contumelia illata, ijsq; pa- 22
làm tyrannide à nobis premi, cum quæ illi necessitate impulsi ad bellum
gerendũ conferunt stipendia, his cernãt nos abuti ad exornandã, atq; in-
aurandã nostram urbẽ: cui tanq; impudicæ mulieri, appẽdimus lapides
preciosos, addimus simulacra, & templa multis talentorũ millibus con-
stantia. Contra hæc Pericles docuit populũ, non debere Athenienses ra-
tionẽ pecuniæ acceptæ à confœderatis reddere, pro quib. ipsi bellũ gere-
rent, barbarosq; arcerent, ijs non equos, non naues, non milites, pecuniã
modò conferentibus: q̃ utiq; non dantis sint, sed accipientis, siquidẽ is il-
lud, cuius gratia datur, præstet. Porrò aũt urbe iam ad bellum satis muni-
B ta, rebusq; necessarijs instructa, diuitias in eam esse impendẽdas rem, quȩ
& urbi gloriam sit allatura perpetuã, & effici cum sum̃o ciuium bono fa-
cile possit. Scilicet ad eam absoluendã, usum fore omnis generis artiũ at-
que operarũ: quo fore, ut & omnes artes exciteñ, & omniũ manus labo-
re occupeñ, totaq; propemodũ ciuitas mercedẽ inde accipiat, ijsdemq;
rebus simul & exornetur, & alatur. Etenim eo tempore ij, quorum erat ua
lida ætas, integræq; uires, militiæ publicis stipendijs alebãtur. Reliquam
incompositam, studijsq; illiberalibus deditam turbam Pericles cùm neq;
expertem lucri esse, neq; ei mercedem ocianti dare uellet, in urbe instituit
magna opera, ad quȩ absoluẽda cùm omnis generis artifices, tũ longum
tempus requireretur: ut iam ijs qui in urbe manerent, non minor occasio
esset ex publica pecunia partem capiendi, quàm ijs qui nauigabãt, in prȩ-
sidijs erant, aut militabant. Nimirum materia eorum operum require-
batur, lapis, æs, ebur, aurum, ebenus, cupressus: deinde artifices qui in ea
elaborarent materia, ac opus conficerent, fabri, figuli, ærarij, lapicidæ, in-
fectores, aurifabri, sculptores eboris, pictores, phrygiones, tornatores:
item qui materiam aduehérent, in mari mercatores, nautȩ, gubernatores:
C in terra fabri carpentarij, ij qui equos ad currus trahendos alunt, aurigæ,
laquearij, textores, sutores, uiarum paratores, metallorum fossores: sub 23
unaqualibet artium, tanq; sub duce, erat exercitus suus hominũ priuato-
rũ, ac mercedis causa operas locantiũ, tanq; instrumentũ & corpus, quo
ars suũ opus perficeret. Ita hæ operæ, ad omnem ferè ætatem ac sexũ dif-
ferebant atq; dispergebant capturas. Progredientibus operib. mole qui-
dem superbis, forma aũt & elegantia imitationem omnem superantibus,
cum ipsi opifices certatim hoc agerent, ut artificio alter alterum uinceret:
tamen celeritas maximè miraculo fuit: quæ enim singuli putabant uix
multis ætatibus absolutum iri, ea omnia eo tempore, quo Pericles in re-
publica principatum tenuit, ad finem perducta sunt. Ferunt quidem eo
tempore Agatharcho pictori iactanti se, quòd facilè & celeriter sua ani-
malia pingeret, Zeuxin dixisse, sua se multo tempore elaborare. facilitas
enim & celeritas in efficiendo, neq; diuturnitatem, neque perfectam pul
chritudinem affert: at tempus unà cum labore in opus impensum, uim su
am eo ostendit, quod id diu permanet. Quo maiorem Periclis opera ad-
mirationem merentur, quæ paruo temporis spacio effecta, diutissimè du
rarunt: nam propter elegantiam formæ, unumquodlibet eorum iam

tum antiquũ uidebatur: uigor autẽ is inerat, ut hodie quoq; singula noua A
recensq; facta uideantur. adeò floret in ijs operibus nouitas quędã, cuius
formæ nulla ætas officere posit, atq; inest quasi perpetuò uirens quædã
& senectæ expers anima. Omnibus his operibus præfuit Phidias: quan-
Parthenon. quam singula sunt à præstantissimis artificibus elaborata. Parthenonem
24 Hecatompedum (Virginis templũ, centum pedes undique patens Lati-
nè dixeris) Callicrates & Ictinus ædificarunt. Templum Eleusine, cui à
sacris Telesterium nomen, Corœbus inchoauit, columnasq; inferiores
25 erexit, & epistylijs iunxit: mortuo eo, Metagenes Xypetius septum, &
columnas superiores addidit: fastigium fenestræ adyti Xenocles Cholar
geus adiecit. Longum murum, de quo Socrates se ait audiuisse ad popu-
lum referentem Periclem, Callicrates faciendum conduxit. Cratinus id
opus, ut tardè perfectum, in comœdia subsannat, his uerbis:

Diu Pericles illud iam uerbis mouet,
Sed ipsa re nil promouet.

26 Odeum intus multis sedilibus ac columnis distinctum, tecto autem de-
Odeum. cliui, & uno fastigio clauso contentum, dicunt effigiem esse & exemplum B
regij tabernaculi, ipsum quoq; autore Pericle conditum, Itaq; alius Cra-
tini in eum iocus est in Threisis:

Scyllæ caput similis Pericles huc adest,
Odeum habens in capite, uitato ostraco.

Musica certamina. Tum quoq; primùm Pericles magnificentiæ ostentandæ causa, Musica
certamina Panathæo festo haberi iussit: ipseq; ijs præfectus demonstra-
uit, quomodo qui certarent, tibia, uoce, uel fidibus canere deberent. Spe-
27 ctata sunt & tum temporis & aliàs ea certamina in Odeo. Vestibulum ar-
Propylea. cis quinquennio extruxit Mnesicles. Mirus autem casus euenit inter æ-
dificandum, qui indicauit Deam non abhorrere ab eo opere, sed id quo
melius perficeretur auxilio esse. Qui enim inter omnes fabros diligentis-
simus atque laboriosissimus habebatur, is de sublimi loco decidit, graui-
terq; eo casu afflictus, & à medicis pro deplorato relictus est. Pericli au-
28 tem propterea mœsto, Minerua in somnis apparuit, medicinamq; edo-
cuit, qua usus, celeriter & non magno labore hominem sanitati restituit.
Atque iccirco Hygiæ (hoc est salutaris) Mineruæ simulacrũ æreum sta-
tuit in arce ad aram, quæ erat (ut perhibent) iam antè posita. Diuæ au- C
29 reum signum fabricatus est Phidias, inq; columna se eius autorem inscri-
Calumniæ de Phidia, & Pericle. psit: omnia autem in ipso posita erant, & (quemadmodum retuli) omni-
bus præerat artificibus, propter amicitiam Periclis. Atq; hæc res alterũ
inuidiæ, alterũ calũnijs obiecit: ferebaturq; Phidias excipere liberas mu-
lieres quæ ad opus faciendũ uentitabãt, quib. Pericles deinde abuteret.
Arripuerunt eum sermonẽ Comici, multisq; conuicijs Periclẽ insectati
sunt, qui cum Menippi amici sui ac legati uxore rem haberet: & Pyrilam-
pem propter auiũ nutritionẽ exagitarunt, quòd is amicus Periclis, mulie-
ribus, quib. cum hic cõsuetudinem stupri habebat, pauones submitteret.
Quanq; quid attinet admirari homines instituto uitæ Satyricos, quiq; ob
trectationes potentiũ inuidiæ uulgi, tanq; malo alicui genio, consecrare
solerent: quãdo Stesimbrotus etiã Thasius incestũ Periclis cum filij uxo-
re ausus fuit comminisci. Adeò difficilis inuestigatu res est historia uera,
cùm posteriorib. prętéritũ tẽpus cognitionẽ rerũ prępiat: q uerò æqua-
les sunt eius, cuius uitam aut acta describũt, ij partim inuidia odioq;, par
tim gratificãdi studio & adulatione corrupti, ueritati officiant. Cùm ora-
tores, qui Thucydidis sectæ erãt, frequẽter cõtra Periclẽ clamitarẽt, pro-
fundi

A fundi ab eo pecunias, & accidi reditus publicos, percõtatus est populum in concione, an magnos sumptus factos putarent: affirmantib. ingentes factos, Non igit, inquit, uestra sint hęc impendia, sed mea, atq; ego donarijs meum nomen inscribã. Quod cùm dixisset, populus siue magnificentiam eius admiratus, siue ambitione ductus, sublato clamore iussit, ut de publico impenderet, neq; ulli rei parceret. Ad extremum in certamen de ostracismo descendens contra Thucydidem, uicit, eoq; eiecto, aduersam factionem euertit. Proinde omni rixa sublata, ciuitateq; ad concordiam reducta, cùm planè in suam redegisset potestatem Athenas, resq; ab illis pendẽtes, nimirum reditus, exercitus, triremes, insulas, mare, magnamq; potentiam & principatum partim Græcorum, partim barbarorum, subditisq; gentibus, amicicijs regum, ac fœderibus regulorum munitum: cepit minus iam se populo obsequentem præbere, neque ita (ut antè) facilè quauis aura populari impelli: sed laxam illam atq; nonnihil lasciuam popularem rationem, tanq; mollem atq; floridam harmoniam intendere, ut principatum in repub. optimatium, & regni quiddam simile efficeret.

Thucydides urbe eijcitur.

Mutat Pericles suum institutum.

B Se quidẽ ipsum ad optimam reip. formam rectum inculpatumq; accomodauit: populum aũt plerunq; persuadendo docendoq;, nonnunq; etiam inuitum eò adegit, ut communi utilitati obtemperaret. Eaq; mihi in re medicos uidet imitatus, qui in morbo uario ac diuturno curando, quandoq; moderatam uoluptatem afferentia, quandoq; mordicantia & uiolenta remedia adhibent. Nam Pericles quidem, homo unicè natus ad tractanda ea uitia, quæ omnis generis existere in hominum multitudine tantam dominationem possidente consentaneum est, præsertim ferociã, spe & metu subinde iniecto tanquam gubernaculis temperans, mœsticiam mulcens laxando, atq; consolans, ostendit oratoriam artem esse (ut est à Platone nominata) facultatem animos hominum perducendi, maximamq; eius partem uersari in ratione ac uia affectus humanos cùm quietiores, tum incitatiores regendi: qui cùm sint tanq; nerui ac soni quidam animi, concinnè admodũ pulsari tractariq; uolunt. Atq; ut hoc posset Pericles, non uis nuda dicendi pręstitit, sed (quod testatur Thucydides) gloria uitæ, autoritasq; huius uiri, quem constabat nulla dona accipere, nulla pecunia corrumpi posse: qui cum urbem magnam antè, ad summum

C fastigium, maximasq; diuitias euexisset, potentiaq; multis regibus tyrannisq; præstaret, opes tamen (quod quidam filiorũ causa faciunt) ne denario ampliores reliquit, quàm à patre acceperat. Ac potentia quidem eius quanta fuerit, à Thucydide est perspicuè traditum. Comici autẽ malignè eam notant, socijs eius Pisistratidarum nouorum nomen facientes: & ipsum iuramento adactum, ne tyrannidem gereret unquam, fingunt: quod excellentia eius grauior esset, quàm cui cum populari imperio conuenire posset. Teleclides potestati eius scribit ab Atheniensib. permissos reditus, permissum quoq; ut urbes suo arbitrio aut conderet aut demoliret, mœnia lapidea ædificaret, uel destrueret: in manu eius posita fuisse fœdera, potentiã, uires, pacẽ, felicitatemq;. Neq; uerò ad tempus hęc ei, aut feruore uoluntatis, studioue gratificãdi tributa sunt, uigente tum maximè repub. Nam quadraginta totos annos primas partes obtinuit, cùm essent in eadẽ ciuitate Ephialtes, Leocrates, Myronides, Cimon, Tolmidas, Thucydides: expulso Thucydide, non pauciores quindecim annos rem tenuit. Idem cùm magistratũ annuum adeptus esset, inuictũ se à pecunia præstitit: alioquin non negligẽs omnino rei faciendæ. Nã bona paterna, quæ iusto titulo possidebat, cùm neq; incuria dilabi pateret, neq;

Diuturnitas potẽtiæ Periclis.

ijs tractādis multū ſibi negocij moleſtiæq; eſſe uellet, eam domeſticæ rei A
rationem inijt, quam & expeditiſsimā eſſe, & certiſsimā putabat: ita ut omnes annuos fructus uenderet ſimul quotannis, quæ aūt ad uictū & rē familiarē erāt neceſſaria, ſingula in foro quouis tēpore emeret. Ea ratio neque pubeſcentib. filijs grata erat, neq; largū prębitorē eum mulieres habebant: repræhendebantq; iſtā impenſarū rationē in dies, & accurato calculo cōputatam, cùm in magna familia, & opib. ſplēdidis nihil abūdaret, ſed oēs ſumptus, omnes reditus ad certū numerū mēſuramq; reuocarent. Totā aūt rem familiarē accuratiſsimè adminiſtrabat Euangelus famulus, ſiue natura, ſiue inſtitutione Periclis ad id negociū ita egregiè paratus, ut

Res familiaris.

31 nemo quiſq;. Hæc omnia erāt ab Anaxagorę philoſophia aliena: ſi tamen uerū eſt, eum domo ſua abijſſe, agrumq; ocioſum pecorib. paſcendū reliquiſſe, furore quodā animi diuino, ac elatiōe impulſum. Quanq; mea ſententia non eadē ratio eſt uitæ eius qui in contēplando ſolum, & eius qui in rep. uerſat̃. Alter enim mentis agitationē nullius inſtrumenti rerumq; extra ſe poſitarū adminiculo indigentem, pulcris reb. adhibet: ei aūt qui uirtutē uſibus hominū applicat, non in reb. modò neceſſarijs, ſed etiā bo- B
nis diuitiæ quandoq; ſunt habendæ. & ita res habebat in Pericle, qui multis pauperib. opem ferebat. Sanè hoc quoq; memoriæ proditū eſt, Anaxagorā à Pericle occupationib. diſtracto neglectū, magno iam natu, corpore obuelato iacuiſſe, ac decreuiſſe uitā inedia finire: Periclē, ut ei rumor hac de re acciderit, territū accurriſſe ad hominē, ſummiſq; ab eo precibus contendiſſe, uti ſententiā deponeret, miſereretur q; ſi non ſui ipſius, at Pe-

Anaxagoras à Pericle neglectus.

23 riclis, cui tantū conſiliarium adimeret: tum Anaxagorā reducta ueſte dixiſſe, ô Pericles, qui lucerna opus habent, oleū ei affundunt. Cùm iam Lacedæmonij inciperent auctus Athenienſium iniquo animo ferre, populum Pericles excitauit, autorq; fuit, ut magnos ſibi ſpiritus ſumerēt, ac magnas ſibi res arrogarent. Itaq; decretum fecit, quo mandabat, ut omnes Græci ubicūq; ij locorū in Europa, Aſiáue habitarent, oēs urbes cùm magnę tum paruę, Athenas mitterēt legatos: deliberandū eſſe de tēplis Gręciæ barbarico incendio abolitis, de ſacrificijs, quæ dijs pro ſalute Græciæ uota in prœlio cōtra barbaros, nondū erant ſoluta. de mari, quomodo id ab omnib. nauigari tutò ac pax conſtare poſſet. Huius rei exequendæ cauſa, miſsi ſunt uiri XX. ex his qui ætatis annū quinquageſimū exceſſerant: C
quinq;, ut hortarent̃ ad hoc Ionas ac Dorienſes eos, qui in Aſia habitarēt, inſularumq; ad Lesbū uſq; & Rhodū incolas: totidē qui per Helleſpontum Thraciamq; Byzantiū uſq; mandatū deferrent: quinq; in Bœotiam, Phocidē, Peloponneſum, inde per Locros, continentēq; finitimā uſq; ad Acarnaniā & Ambraciā: totidē dimiſsi per Eubœam, ad Oetæ accolas, ſinū Maliacū, Phtiotas, Achiuos, & Theſſalos, qui perſuaderent ijs, ut uenirent ad conſiliū de pace ac ſocietate uniuerſæ Gręcię capiendū. Perfectū tamen eſt nihil, Lacedæmonijs (ut fert̃) repugnantibus: primūq; in Peloponneſo quid ſibi hic conatus uellet depræhenſo. Adducta aūt hæc ſunt à me, ut magnitudinē animi eius uiri demonſtrarē. In militarib. imperijs eo potiſsimū nomine laudatus eſt, quòd ſecuritati ſtuderet, ac neque pugnā conſereret incerto euentu, & periculis multis ꝓpoſitis: neq; imitaret̃ eos duces, qui cùm temerè in diſcrimen pugnæ rem adduxiſſent, ꝓſpero uſi ſucceſſu, magni habebant̃. ſolitus etiā crebrò ad ciues ſuos dicere, quantum in ſe poſitū eſſet, ipſos nunq; morituros. Cùm aūt uideret

Periclis decretum de concilio.

Ratio eius in bellis gerendis.

33 Tolmidā Tolmæi F. elatū gloria prioris fortunæ, ac honore, qui ob rem bellicā ei eximius habebat̃, alieno tēpore in Bœotiā moliri expeditionē, ac perſuaſiſſe optimo cuiuis atq; laudis cupidiſsimo eorū qui militari e-

A rant ętate, ut uoluntariam militiā subirent: eaq; ratione mille uiros, prȩter reliquum exercitū, iam conciuisse: conatus est eum retinere, monuitq; apud populū eo dicto, quod uulgatū deinde est: eū, si omnino Pericli obtemperare nollet, tamen nō male factutū, si tēpus, qui omniū consiliariorum est optimus, præstolet. Id quidē dictum mediocri cum applausu acceptū fuit. Sed paucis pòst diebus, annunciato Tolmidam prœlio apud Coroneā uictum occubuisse, cecidisse etiam multos atq; egregios ciues, Pericli magnā id gloriam beneuolentiamq; conciliauit, ut uiro prudenti, ac ciuium amanti. Inter res eius bello gestas, Cherronesiaca fuit grata, quòd eo facto Græcis apud Cherronesum habitantib. salutē attulit. Non enim tantum mille Atheniensib. eò in colonias deductis, bonis uiris urbes roborauit: sed etiam Isthmum ab uno mari ad alterū munitionib. ac propugnaculis sepijt, atq; ita Thracū Cherroneso circumfusorū incursiones arcuit, bellumq; continens & graue exclusit, quo ea regio nunq; non urgebat, latrocinijs propinquorū ac finitimorum barbarorū uexata. Admirationi fuit apud exteros, & omni sermone celebratū, quòd centum tri-

B remibus auectus Pagis (quæ est urbs Megarica) Peloponnesūm circumnauigauit. Non enim solum maritimas urbes (ut ante eum Tolmidas) uexauit, sed & longè prouectus mari suis clasiarijs militibus fretus, ad quos accederet omnes suo aduentu perterrefecit, atq; intra muros compulit: Nemeæ aūt Sicyonios congredi ausos fudit, ac trophæum erexit. Inde ex Achaia, quę erat cōfœderata, militib. in triremes assumptis, classe oppositā cōtinentē petijt, præteruectusq; Acheloū, in Acarnaniā incursiōes fecit: Oeniadisq; habitatorib. intra muros cōpulsis uastato agro, domū uersus cursum instituit: cùm & hostib. terrorē iniecisset, & ciues re bene gesta incolumes reduceret, ne fortuito quidē ullo malo afflictos. Pòst cum magna splēdideq; ornata classe in Pontū uectus, Grecis urbib. ea quæ petierant, cōfecit, humaniterq; cum eis egit: uicinis aūt circum barbaris populis, eorūq; regib. & principib. ostendit magnitudinē suarum uiriū, ac securitatē, cùm audacter quocunq; libitū esset nauigaret, & totum mare in sua potestate haberet. Sinopensib. ad oppugnandū tyrannum Timesilaū tredecim naues, præfectūq; earum Lamachū reliquit: cumq; is cū sua factione urbe excidisset, decretum fecit, ut Athenienses sexcenti, quib. ultro

C ita placuisset, Sinopem nauigarēt, ibiq; habitarent, diuisis inter se domib. & agro, quē tyranni prius possederāt. Reliquis in reb. nequaq; obsecutus est cupiditati ciuiū, neq; eorū se impetui comitē præbuit, cùm iam robore suo atq; fortuna adeò animos efferrēt, ut de Aegypto iterū tentāda, inuadēdisq; maritimis regis urbib. cogitarēt. Multos quoq; iam tū infelix illa Siciliæ cupido incesserat, quam postea tēporis Alcibiades cū suæ factionis oratorib. inflamauit. Somniabāt etiam Etruriā nonnulli & Carthaginē: & ut sperarent aliquid, potētiæ prȩsentis moles, successusq; rerū secundus faciebat. At uerò Pericles eum ardorē repressit, nimiamq; cupiditatē inhibuit, & maiorē potentiæ partē ad custodienda ea tutò, quæ tū adepti essent, conuertit: quippe cui magnum uidebaf, coerceri posse Spartanos. His eīn protinus sese aduersariū prȩbuit, q; cum aliàs, tum bello sacro demōstrauit. Cū eīn Lacedęmonij ducto ad Delphos exercitu, tēplū Phocensibus qui tum tenebāt, adeptum Delphis reddidissent, statim pòst eorum discessum Pericles eodem cum copijs profectus, Phocenses restituit. Cumq; Lacedæmonij oraculum ipsis à Delphis datum in æreì lupi frontem incidissent, ipse quoq; oraculum Atheniensibus petitum, in dextrum eiusdem lupi latus insculpsit. Enimuerò rectè ab eo factum fuisse,

Tempus.

Res gestæ Periclis bellicæ.

Cupiditatē populi inhibet.

Bellū Delphicum: & cōtra Spartanos actā à Pericle.

quòd uires Atheniensium in Græcia continuit, testatum fecerunt ea quæ A
deinde acciderũt. Primùm enim Eubœenses defecerũt, & eos ipse bello
34 petijt. Statim deinde annunciatũ est Megarẽses defecisse, exercitũ hostiũ
esse in finib. Atticæ, duce Plistonacte rege Lacedæmoniorũ. Igiť Pericles
celeriter ad hoc bellũ ex Eubœa reuersus, conserere manũ non ausus est,
à multis atq; egregijs militib. prouocatus. Videns aũt Plistonactẽ admodum adhuc iuuenẽ, Cleandridæ consilio pleraq; agere, quem ephori ętatis causa regi custodis loco atq; cõsiliarij adiunxerãt: hũc clàm aggressus
pecũnijs statim corrupit, ut ex Attica Peloponnesios abduceret. Exercitu digresso & in urbes disperso, ægrè id factũ ferentes Lacedæmonij, mulctam pecuniariã regi irrogauere: cui cùm nõ esset soluendo, Lacedęmone excessit. Cleandridã aũt, cùm is aufugisset, morte dãnauerunt. Fuit hic
pater Gylippi eius, qui in Sicilia Athenienses debellauit: ac uideť auariciam huic quoq; natura, tanq; cognatum uitiũ, indidisse, propter quam
turpiter perpetrato scelere dãnatus, Sparta excidit: quam rem in uita Lysandri exposuimus. Porrò cùm Pericles ratiões gesti imperij reddẽs, decem talenta se in usus necessarios insumpsisse diceret, probauit hoc popu B
lus, nihil curiosè in arcanũ eius factũ inquirẽs, neq; id detegens. Autores
habeo, interq; eos Theophrastũ philosophum, quotannis missa Spartam
à Pericle decẽ talenta, quib. proceres reipub. demulcens, bellũ auerteret,
non quidẽ ut pacẽ redimeret, sed tẽpus, dum se ad bellũ rectiùs aliquando gerendũ per ocium cõpararet. Secundũ hæc continuò in eos qui de-
fecerant conuersus, in Eubœã traiecit quinquaginta naues, armatorumq; *Eubœa sub*
millia quinq;, & urbes subegit: Chalcide Hippobotas, diuitijs ac gloria *acta.*
pręcipuos, eiecit, Hestiæos omnes regione expulit, solisq; eã Atheniensibus habitandã dedit. Cur in hos extrema statueret, causa fuit, quòd ij naui Atheniensi capta, uiros occiderant. Postea inducijs inter Athenienses
& Lacedæmonios in triginta annos cõpositis, Samũ cum classe decreuit
petendã, eo obtẽto, quod iussi bellũ contra Milesios interposita pactio-
ne deponere, nõ paruissent. Ac quoniã bellũ cõtra Samios censeť in gra- *De Aspa-*
tiã Aspasiæ Pericles suscepisse, locus hic requirere uideť, ut de ea muliere *sia.*
disquiramus, quánam tanta arte aut facultate prædita cùm primos in rep.
uiros sibi subiecerit, tum philosophis de se neq; uilẽ, neq; exiguã loquendi materiã prębuerit. Id quidẽ in confesso est, Miletũ ei patriam, Axiochũ C
patrẽ fuisse. Fertur aũt eam imitatione Thargeliæ cuiusdã quæ fuit inter
priscas Ionię feminas, potentissimos uiros adortã esse. Thargelia enim cũ
& forma esset egregia, & gratiosa atq; facunda, cũ multis Græcis rem habuit, eorumq; omniũ regi Medorũ conciliauit uoluntates, atq; ita effecit
per eos (quippe cùm essent primi ac potẽtissimi) ut ciuitates ad Medũ inclinarent. Aspasiã alij prudentiæ, ac rerum ciuiliũ peritiæ gratia cultã à Pe-
35 ricle asserũt: nã & Socrates cum familiarib. quãdoq; eam accessit, & mulieres ad eam audiendã mittere solebant propinqui aut parentes: quanq;
parũ decoro se sustentaret artificio, sed puellas corpore quęstũ faciẽtes alectet. Aeschines ait Lysiclẽ, ouium mercatorẽ obscuris & sordidis parentibus natum, principẽ inter Athenienses locũ eo consecutũ fuisse, q post
mortẽ Periclis cũ Aspasia rẽ habuisset. In Menexeno Platonis, quanq; animi causa prima scripta sunt, tantũ tamen ueræ narrationis inest, feminã illã artis oratoriæ causa cum multis Atheniensib. conuersatã. ueruntamen
magis amatoria causa uideť fuisse, propter quã Pericles eã dilexerit. Cùm
eñ haberet uxorẽ etiã generis necessitate sibi propinquã (quæ matrimonio priùs iuncta Hipponico fuerat, & ei Calliam diuitẽ pepererat) atq; ex

A nuptum tradidit: ipse Aspasiam duxit, summopereq; amauit. Etenim (ut fertur) quotidiè exiens ac rediens à foro, salutauit eã osculo. In Comœdijs quidem Omphale noua, & Deianira, Iunoq; ea dicebatur. Cratinus uerò palàm pellicem nominat his uerbis:

Iunonem ei parit Aspasiam, atq; pellicem
Proteruam, & obscœnam. ——

Videtur & spurium ex hac sustulisse: de quo eum Eupolis in Populis, ita 36
quærentem fingit:

Spuriúsne uiuit meus? ——

ac respondet Myronides,

—— & esset uir quoq;
Pridem, meretricis timeret ni malum.

Tam porrò illustre fuisse nomen Aspasiæ ferunt, ut Cyrus, qui contra regẽ de Persiæ principatu belligerauit, quam ex pellicib. suis charissimã habebat, Miltô antè uocatã, Aspasiam appellauerit: fuit hæc Phocæa oriunda, Hermotimi filia: & Cyro in pugna interempto, adducta ad regem, plu- *Aspasia Cyri.*

B rimum apud eũ ualuit. Hæc inter scribendũ cùm ita memoria nobis sugẽ gessisset, uidebamur non sine crimine inhumanitatis potuisse reijcere, ac præterire. Cæterùm bellũ contra Samios maximè precib. Aspasiæ motus Pericles decreuisse tradit. Bellũ ẽm inter urbes fuerat de Priena: Samijq; cùm præualerent, iussi ab Atheniensibus cessare à bello, ac apud se causam disceptare, non paruerãt. Pericles itaq; eò uectus, paucorũ principatum, quo tum Samus gubernabat, euertit: acceptosq; obsidũ loco quinquaginta urbis pceres, totidẽq; pueros, in Lemnũ amãdauit. Traditũ est sane, uoluisse unũquemuis obsidum se talento redimere, ac multa alia pollicitos eos, qui nolebant populare in Samo imperiũ constitui. Pissuthnes quoq; Persa, cùm Samijs cuperet, per literas p eis deprecatus est, aureorũ decẽ millia pmittens. quorum nihil accepit Pericles, sed cùm Samijs ita ut decreuerat egit, cõstitutaq; populari reip. formarũ Athenas rediję. Samij statim defecerunt, cùm Pissuthnes obsides suffuratus ijs restituisset: & cùm Pericles aduersum eos cũ classe cõtenderet, nequaq; ociosi aut perterriti, mari se credere ausi sunt. Cõmisso acri nauali prœlio apud insulam quam Tragias nominãt, Pericles quadragintaquatuor nauib. suis, hostiũ *Bellum Periclis cõtra Samios gestum.*

C naues septuaginta, inter quas militib. uehendis paratæ uiginti, superauit, ac egregiã uictoriam obtinuit. Victor hostes insecutus, simul & portũ occupauit, & Samios obsedit, adhuc nõnihil audẽtes exire, & pro muro pugnare. Sed postq; alia classis maior Athenis uenit, undiq; iã septis Samijs, cũ triremib. sexaginta mare exterius petijt, ut Phœnicũ nauibus (hæc ẽm est maioris partis autorũ sententia) auxilio Samijs uenientib. occurreret, ac quàm longissimè ab insula depugnaret. Stesimbrotus in Cyprũ eum nauigare uoluisse ait, quod non uidet uerisimile. utut res habuit, constat in eo peccasse ipsum. Auecto enim Pericle, Melissus Ithagenis F. philosophus, tunc Samiorum prætor, siue ob nauium paucitatem, siue ob ducum imperitiam contemptis hostibus, suis persuasit, ut Athenienses adorirentur: factoq; prœlio, Samij uictoria potiti sunt, multis hostium captis, multis nauibus perditis: & deinde mare tenentes, ea quæ ipsis ad tolerandum bellum opus erant in urbem aduexerunt. Ipsum quoq; Periclem antè prœlio nauali uictum à Melisso fuisse, Aristoteles scribit. Porrò Samij, ut ignominiam acceptã Atheniensib. reponerent, captiuis in frontẽ inussere noctuã, sicut Athenienses ipsos prius Samena inusta notauerãt. Samena nauigij est genus, ita quidẽ incuruatũ, ut prõra habeat depressiorẽ, et cõ- *Samena.*

cauior, atq;

cauior, ita uentricosa sit, ut & maria traiicere possit, & agi celeriter: sic A dicta, quòd in Samo primùm uisa sit, à Polycrate tyranno parata. Eas notas ferunt & Aristophanem per ambages indicasse hoc uersu:

Quàm literis Sami incolæ sunt præditi?

Pericles audito exercitus casu, celeriter auxilio suis uenit, Melissumq; acie occurrentem uicit fuditq;, hostes statim muro circumiecto inclusit, urbem potiùs sumptu & tempore, quàm uulneribus & periculis ciuiũ expugnare cupiens. Qui cùm moræ impatientes pugnam poscerent, ac difficulter cõtineri possent, diuiso in octo partes exercitu, sortitus est, ut pars, cui alba faba obtigisset, reliquis pugnantibus ocio & conuiuijs indulgeret. Hinc ferunt ab ijs, qui uoluptate aliqua perfruuntur, diem istum album dici, ad albam fabam alludentibus. Ephorus præterea machinis etiã

Artemon.

usum scribit Periclẽ, nouitatis miraculo adductũ, præsente Artemone earum fabro, qui cùm esset claudus, ac lectica ad munia sua obeunda ferret, inde periphoreti, quasi dictas circũgestati, nomen inuenerit. Hoc Anacreontis testimonio redarguit Heraclides Ponticus, qui in suis carminibus periphoretum Artemonem nominauerit, multis ante hoc bellum B ætatibus. Artemonem porrò fuisse hominem mollis uitę, ac pauidum qui plerunq; domi desederit, supra caput eius æream parmam duobus famulis tenentibus, ne quid desuper incideret: quòd si cogeretur prodire aliquò, lectica pensili prope terram gestari solitum, indeq; nomen Periphoreti adeptum.

Samiorum deditio.

Nono mense Samijs deditionem facientibus, muros deiecit Pericles, naues ademit, magnaq; pecunia eos mulctauit, quarum partem statim depẽderunt, reliquum persoluturos intra certum tempus polliciti, obsides dederunt. Hîc Duris Samius tanquam tragœdiam si scriberet, inflatius quædam refert, magnæq; Periclem & Athenienses crudelitatis insimulat: de qua neque Thucydides mentionem facit, neq; Ephorus, neque Aristoteles, & quæ conficta uidetur. nimirum à Pericle triremium præfectos, classiariosq; Samios in forum Mileti adductos, decémque dies ibi alligatos tabulis relictos, inde iam moribundos iussu eius illisis in capita ipsorum lignis necatos, corpora sepulturæ honore priuata & proiecta fuisse. Qui sanè cùm aliâs quoq;, ubi nihil est in re quod ipsum attingat, non soleat narrationi ita moderari, ut ne à uerò discrepit: hoc loco etiam amplius uidetur calumnia petendorum Atheniensium causa patriæ suæ calamitatem exaggerasse. C Pericles subacta Samo Athenas reuersus, sepulcra eorum qui in bello mortui erant honorifica extruxit, habitaq; pro more funebri oratione admirationem sui mouit. Descendentem a suggesto mulieres dextris datis exceperunt, coronisq; & fascijs tanquam athletam uictoria potitũ exornarunt.

Elpinice Periclem mordet.

At Elpinice adsistens, Nimirum uerò ô Pericles, inquit, hæc admiranda, & coronis digna, quòd nobis multos ac bonos ciues perdidisti, non cõtra Phœnices Medósue bellum gerens, ut Cimon frater meus, sed urbem sociam cognatamq; nobis debellans. Ad hæc Pericles subridens, submissa uoce ei Archilochio uersu hoc respondisse dicitur:

37 *Ne corpus unguentis anus tuum linas.*

Ion ob debellatos Samios mirificè eum animo elatum fuisse refert, quòd cùm Agamemnon decimo tandem anno barbaram urbem, ipse nono mense Ionum primam ac potentissimam cepisset. neque uerò iniuria gloriabatur, cùm eius belli adeò dubius exitus, ac tantum in eo periculi fuerit. siquidem ut Thucydides refert, minimum abfuit, quin Samij Atheniensibus maritimam potentiam ademissent. Postea gliscente iam Pelo-

ponnesi-

A ponnesiaco bello, Corcyrensibus à Corinthijs oppugnatis ut auxilium mitterent, populo persuasit, utque insulam re nauali potentem sibi adiungerent: haud dubiè bello ipsis a Peloponnesi incolis imminente. Cùm auxilium populus decreuisset, decem solùm naues misit, ijsque Lacedæmonium Cimonis filium quasi per ignominiam præfecit. Quia enim Cimonis domus magna sibi beneuolentia & amicicia obstrictos habebat Lacedæmonios, paucos ei Pericles naues tribuit, inuitumque emisit, ut is nulla præclara re gesta, eo magis uideretur Lacedæmoniorũ partes prætulisse. Omnino autem impedimento esse filijs Cimonis consueuerat, ut qui ne nomina quidem gentilicia, sed aliena atque peregrina ferrent, Lacedæmonij, Thessali, Eleique, omnesque Arcadicam matrem habuisse crederentur. Cæterùm male audiens ob paucitatem nauium missarum, quibus parum auxilij indigentibus, magnam reprehendendi occasionẽ maleuolis attulisset, plures his deinde Corcyrã misit, quæ post pugnã demũ eò peruenerunt. Corinthijs uerò rem indignã censentibus, Spartæque Athenienses accusantibus, accesserunt Megarenses, cõquerentes omnib. foris, omnib. portub. qui essent in Atheniensiũ potestate, sese contra ius gentiũ, iuramentumque Græcorũ arceri: Æginetæ etiã tum sibi illatã existimãtes, cùm palàm accusare Athenienses nõ auderet, clàm apud Lacedæmonios iniurias suas deplorabãt. Interim Potidæa urbs Atheniensib. subdita, Corinthiorũ colonia, ob defectionẽ factã oppugnata, bellũ accelerauit. Veruntamen missis Athenas legationib. regeque Spartanorũ Archidamo plerasque controuersias ad cõpositionẽ reuocante, sociorũque animos placante, uidebant̃ bellũ uitare posse Athenienses, si contra Megarenses factum decretũ abolere, cumque ijs gratiã recõciliare uoluissent. ideoque Pericles cùm ut ne id fieret maximè anniteret̃, ac in contentione contra Megarenses perseuerans populi animos exasperaret, solus eius belli autor habitus est. Ac fert̃ missis Lacedæmone Athenas legatis, cùm Pericles citaret legem quandã, qua interdicebat̃, ne quis tabulã decreti Megarici tolleret, Polyarcẽ unum ex legatis ei dixisse, Ne tu eam igit̃ de medio abstuleris: tantùm introrsum conuerte, quod nulla lege prohiberis: idque dictum utcunque scitũ, nihil tamẽ Periclis animũ inflexisse. Videt̃ sanè Periclĩ fuisse priuatũ quoddam in Megarenses odium: publicã, apertamque inimiciciarum causam ipse prætendens, quòd Megarenses sacrũ lucum cecidissent, decretũ fecit, quo mitti ad eos præconẽ, eũdemque deinde Spartã ut eosdẽ accusaret, iubebat: quod quidẽ decretũ ad æquã & benignã causæ disceptationẽ spectabat. Sed cùm is qui præco erat ablegatus Anthemocritus, uideret̃ Megarensiũ fraude interfectus, Charinus decretũ cõtra eos composuit, inimicicia perenni eos persequendos, capitaleque esse debere Megarensibus, si quis eorum in Attica uestigiũ posuisset. Duces quoque cùm se sacramento à maioribus accepto obstringunt, iurare iussit, bis quotannis se in Megarensem agrũ facturos impetum: Anthemocritũ humandũ apud portã Thriasiam, quæ nunc dipylos, hoc est biforis, dicitur. At Megarenses Anthemocriti mortis culpam à se in Aspasiam & Periclem rejciunt, tritorũ ex Acharnensib. Aristophanis uersuũ testimonio utentes:

Cimonis filij.

Peloponnesiaci belli causæ.

B

C

Megaram petentes Smætham meretriculam
Furto abstulerunt adolescentes ebrij:
Inde Megarenses ira turgentes graui
Aspasiæ duo scorta, rapuère clanculum.
Hoc principio bellum exarsit uidelicet.

Enimuerò non satis constat, quod edicti contra Megarenses initiũ fuerit

Periclem

Periclem in cauſa fuiſſe, quo minus id reſcinderetur, uno omnes ore af- A
firmant. Sed ne hîc quidem de cauſa conuenit inter autores. Alij eam eius
in retinendo perſeuerantiam, ab alto animo, optimoq́ profectam conſi-
lio iudicant, ea petitione conſtantiam ſuorum tentari, ac ſi cõceſſum fuiſ-
ſet, id pro imbecillitate acceptum iri cenſentis: alij pertinacia potiùs ac
ſtudio contendendi aduerſus glorioſam potentiam adductum, Lacedę-
moniorum iuſſa detrectaſſe putant. Cæterùm quæ eius rei cauſa & tur-
piſsima eſt, & plurimis teſtibus confirmatur, ita habet. Phidias Deæ ſimu

Phidiæ interitus.

lacrum faciendum conduxerat, uti diximus: idemq́ propter amicitiã fa-
uoremq́ Periclis multos habebat ſibi infenſos. Hi ut in eo periculum fa-
cerent, quale populus de ipſo Pericle eſſet iudicium laturus, Menoni cui-
dam operarum Phidiæ ſocio perſuadent, ut ſupplex in foro ſedens fidem
publicam imploraret, indiciũ ac crimen de Phidia delaturus. Approbãte
id populo, ac in concione iubente eum Phidię accuſationẽ proſequi, fur-
tum quidem ei nullũ obijcere potuit: (nam initio ſtatim monitus à Peri-
cle Phidias ita aurum fabricatus fuerat, ac imagini circumpoſuerat, ut o-
mne detrahi, ac in trutina examinari poſſet: idq́ actores tunc Pericles ita B
facere iuſsit) gloria tamen operum inuidia Phidiam premebat, maximè
quòd pugnam Amazonicam in ſcuto inſculpens, ſui ipſius imaginem ef-
finxiſſet, ſenis calui, qui ſaxum utraq́ manu efferret: quodq́ Periclis effi-
giem oppidò elegantem expreſsiſſet, pugnantis contra Amazonas, arti-
ficioſeq́ manum qua is haſtam intentabat, obiecerat faciei, quaſi ſimili-
tudinis quæ ab utroq́ manus latere apparebat, obtegendæ gratia. Proin-
de Phidias in carcerem abductus, morbo deceſsit: alij ueneno ab inimi-
cis circumueniendi calumnia Periclis cauſa parato extinctum perhibẽt.
Menoni autem indici decreto Glyconis immunitatem populus tribuit,
prætoribusq́ negocium dedit, ut eum tutum præſtarent. Per idem tem-

Aſpaſia rea facta.

39 pus Aſpaſia uiolatę religionis poſtulata eſt ab Hermippo Comico: adie-
ctumq́ aliud crimen, excipi ab ea liberas mulieres hoſpitio, quibus abute-
retur Pericles. Lex quoq́ à Diopithe promulgata eſt, ut dies diceref his
qui de Dijs malè ſentirent, aut de rebus cœleſtibus diſputarent: qua Pe-
ricles propter Anaxagoram notabatur. Admittente has calumnias popu-
lo, tandem etiam lex Dracontidæ rata eſſe iubetur, qua imperabatur Pe-
40 ricli, ut rationes tractatæ pecuniæ publicæ apud Prytanes ederet, iudi- C
ces ſuffragia ab ara ferentes in urbe iudicarent. Eam partem detraxit A-
gnon, iudices tamen eſſe uoluit mille ac quingentos, qui de cauſa cogno
ſcerent, ſiue repetundarum, ſiue donorum captorum, ſiue iniuſtè facti a-
ctio intenderetur. Pericles iudicio Aſpaſiam exemit, ut tradit Aeſchines,

Anaxagoras Athenis periclitatur.

multis pro ea effuſis lacrymis, multisq́ iudices deprecatus: Anaxagoræ
autem metuens, emiſit eum ex ciuitate, additis qui tutò deducerent. Sed
cùm in Phidiæ cauſa populum offendiſſet, iudicium metuens, bellũ quod
differebatur & gliſcebat adhuc, inflammauit: ſperans ſe accuſationes eo
pacto diſsipaturum, inuidiamq́ imminuturum, cùm urbs ipſius autori-
tati ac potentię unius in arduis rebus atq́ periculoſis inniteretur. Atque
hæ quidem ſunt quæ traduntur cauſæ, quibus impulſus, non ſit paſſus po
pulum Lacedæmonijs concedere: ueritas in obſcuro eſt. At uerò Lace-
dæmonij intelligentes ſe deiecto Pericle, habituros ad omnia obſequen-
41 tiores Athenienſes, urbem eos iuſſerunt piaculo liberare, quo maternum
Periclis genus obſtrictum fuiſſe Thucydides tradit. Verùm hæc legatio
in contrarium Spartanis uertit. non enim ſuſpiciones ea de Pericle ſi-
niſtras excitauit, ſed autoritatem eius honoremq́ apud ciues auxit, ho-

A stibus odio & metui eum esse sentientes. Sanè etiam antè quàm Archidamus cum Peloponnesijs in Atticam intraret, prædixit ciuibus, si Archidamus cæteris uastatis, à suo agro maleficium abstinuisset, siue hospitij gratia, siue ut obtrectationibus inimicorum contra se materiam præberet, se urbe agrum suum atque prædia iam nunc donare. Porrò Lacedæmonij cum auxiliarijs in Atticam magnas copias adduxerũt, duce Archidamo: depopulatisq; agris Acharnas peruenere, ibiq; castra fecerũt, quòd putarent hostem sibi non temperaturum, quin & regionis tutandæ, & gloriæ asserendæ causa prœlio decerneret. At Pericli contra sexaginta millia armatorũ Peloponnesiorum ac Bœotorum (tot enim aderant) dimicandũ nullo modo uideri, etiãsi de ipsis Athenis ea dimicatio fuisset futura: ideò pugnam poscentes, indigneq; hostium populationes ferentes, uerbis mitigare, docendo: arboribus quidem excisis, facilè alias enasci, hominum iacturam reparatu haud ita procliuẽ esse. Præterea populum in concionẽ nequaquam aduocare, ne aliquid præter animi sui sententiam agere cogeretur. Ac quemadmodum nauis rector uento mari incumbente omnibus rectè curatis, instructisq; armamentis arte sua utitur, ualere iussis eo-

B rum qui naui uehuntur, periculumq; & nauseã non ferunt, lacrymis, precibusq;: ita Pericles urbe tum clausa, omnibusq; locis præsidio firmatis, sua consilia secutus est, parui faciens obtrectationem, indignationesq; ciuium. Enimuerò & ex amicis multi precibus eum urgebant, & inimici minis ac criminationibus territabant, & multi cantilenis ac dicterijs imperium eius exagitabant, molliciem & proditionem obijcientes: iamq; Cleon etiam indignationem populi in suam rem uertens, adoriebatur ipsum, ut multitudinis animos sibi conciliaret. de qua re extant anapæstici uersus Hermippi:

Spartani in Atticam irrumpunt.

Cleon. Calumniæ in Periclé. 42

O rex Satyrorum cur gerere hastam detrectas:
Sed grandia uerba tumidè de bello usq; crepans
Animum ipse Teletis geris. At pugionis mucro
Vehementer acutus, rigidusq;, bipennibusq; ferox
Sermonis, ab ardente Cleone fremit morsus.

Verùm his omnibus nihil motus Pericles, æquo animo & tacitus ignominiam odiaq; tolerauit: missaq; in Pelopõnesum classe centum nauiũ, ipse in urbe remansit, resq; domi administrauit, tantisper dum hostes discesse-

C runt. Ibi multitudinem ob accepta bello incommoda indigentem, pecunia, & colonijs deduceẽdis recreauit. Aeginetis enim insula pulsis, eam sorte ductis Atheniensibus diuisit. Quinetiam mala hostes eo bello passi sunt, quæ consolarentur animos Atheniensiũ: cùm & horum classis oram Peloponnesi circunuecta, multum agri, multos pagos, oppidaq; depopulata esset: & Pericles ipse terrestri manu in Megaricam impresione facta, uniuersam uastasset. Quare futurum erat, ut hostes cùm intulissent multa Atheniensibus dãna, ipsiq; mari haud pauciora accepissent, primo quoq; tempore bellum deponerent: (quod ita fore initiò Pericles prædixerat) nisi fatum quoddã consilijs humanis aduersatum fuisset. Primò enim pestilentia coorta est, quę iuuentute Atheniensi absumpta uires tum uigentes attriuit. Qua in peste cum corpora malè afficerẽtur, animis iuxtà protinus in Periclem exacerbati efferatiq;, & uim ei facere aggressi sunt, eorũ more, qui morbi uiolentia contra patrẽ quoq; aut medicum furunt. Quippe inimici Periclis populum in eam sententiã adduxerant, multitudinis agrestis in urbem conuentu luem excitatã: ubi cõplures æstiuo tempore confertim in ædificijs angustis, tabernaculisq; aëri imperuijs cogerentur,

Aeginetæ ab Atheniensibus occupata.

Pestis Atheniensiũ.

omissa pura & sub dio acta uita, ociosi intra domicilia delitescere: causam A autem mali penes istũ esse, qui bello excitato turbam hominum ex agris intra muros conduxerit, neq; tantum hominum numerum ulli rei agendę adhibuerit, sed passus sit pecorum instar inclusos cõtagione luis repleri, neq; ullam mutationem ijs uictus, respirationemue concesserit. Huic ergo rei ut adhiberet remedium Pericles, simulq; hostibus incommodaret, optimis peditibus atq; equitibus naues centum & quinquaginta impleuit: eoq; robore in magnam spem suos, nec minorem hostes in metum adduxit. Iam instructa classe, cùm suam ipse triremem intraret, solis deliquium accidit, tenebræq; obortæ in prodigium magnum tractæ omniũ animos consternauerunt. Ibi Pericles cùm uideret gubernatorem ingenti timore captũ, anxiumq; animi, oculis eius chlamydem prætendit, percontatusq; est, an horribile aliquid effectũ, aut portentum eo facto putaret: neganti, At quid interest, ait, inter istas & has tenebras? nisi quòd maius est id, à quo illæ sunt inductę. Verùm hæc in philosophorum scholis iactātur. Pericles autem cum classe profectus, nihil uidetur tanto apparatu dignum egisse: quin etiã cùm sacram Epidaurum obsedisset, spesq; iam esset captum iri, ad irritum ea cecidit, ingruente morbo, qui non Athenienses modò, sed omnes qui quocunq; pacto ad exercitũ accessissent, perdidit. Atq; eius rei causa iratos sibi Athenienses, frustra conatus est placare, B animosq; eorum noua spe confirmare: neq; finis ante indignationis contra eum fuit, quàm suffragijs latis eum condemnarunt, ademptoq; imperio talẽtis quindecim (hunc enim numerũ referunt ij qui minimum: quinquaginta, qui maximũ) mulctauerunt. Accusauit eum Cleon, si Idomeneum autorem sequimur: sin Theophrastum, Simmias: Heraclides Ponticus Lacratidam nuncupat. Et tamen publicè accepti mali erat quàm primùm finis futurus, quòd populus iram quasi aculeum in eo ictu reliquerat: domesticis premebatur infortunijs, cùm & multos suorum peste amisisset, & seditione familia eminus conturbaretur. Legitimorum enim ipsius filiorum natu maximus Xanthippus, ingenio prauo, maritus prætereà iuuenis ac prodigæ uxoris (erat hæc filia Isandri, neptis Epilyci) patris parsimoniam ægre ferens, tenuiter ei sumptus & non confertim suppeditantis, misit qui ab amico quodam pecuniã quasi iussu Periclis peteret. Cum eo deinde datã pecuniam reposcente, Pericles in iudicio contendit. Hoc C Xanthippus indignè ferens, patrem conuicijs insectatus est, primò per risum euulgãs eius studia domestica, sermonesq; cum rhetoribus habitos: nempe cum quidam quinquertio Epitimij Pharsalij equum iaculo imprudens confixisset, Periclem cum Protagora totum diem absumpsisse disceptando, iaculúmne, an qui id fecisset, an uerò pręfecti ludorum rectiùs dicerentur causam ei casui præbuisse. Præterea calumniam de uxore sua in uulgus sparsam à Xanthippo Stesimbrotus inquit, omninoq; implacabilem discordiam usq; ad mortem ei cum patre permansisse: peste enim perijt Xanthippus, quo tempore sororẽ etiam Pericles, necessariorumq; & amicorum plurimos, eósque ad rempublicam gerendam præcipuè utiles amisit. Neq; tamen animum despondit, neq; calamitatibus uictus magnitudinem animi prodidit, neq; flens, aut in funere, ad sepulcrúmue ullius necessariorum inuentus est, ante mortem Parali, quem unum ex legitimis liberis superstitem habebat. Huius demum obitu constantiam inflexit: & quanquã conaretur perseuerare in consueta patientia, animiq; altitudine, tamen mortuo coronã imponens, aspectu calamitatis ita fractus est, ut & eiulatum emiserit, & uim lacrymarum effuderit. quod nunquã ab eo antè

Classis apparatus ingens.

Pericles imperio priuatur, & mulctatur.

Domesticæ Periclis calamitates.

A eo antè erat factum. Poſtmodò cùm urbs periculo de cæteris belli ducib.
oratoribusꝗ facto neminem ipſorum neꝗ uiribus neꝗ autoritate tanto
imperio parẽ inueniſſet, ipſumꝗ deſideraret, & ad tribunal, ſummamꝗ
rei uocaret, æger animo, ac propter luctũ domi reſidens, Alcibiadis alio- *Imperium*
rumꝗ amicorum hortatu progreſſus eſt in publicũ: cumꝗ populus ſuam *recipit.*
in ipſum ingratitudinẽ excuſaſſet, rurſus ad res gerẽdas ſe cõuertit, duxꝗ
creatus eſt. Statim ex eo aboleuit legem de ſpurijs (quam ipſe antea tule- *Lex de ſpu*
rat) ne omnino ſucceſſorũ penuria familiæ ſuæ nomen & genus interiret. *rijs.*
Quod ad legem iſtam attinet, tale fuit. Multo antè tempore, cùm floreret
in republica, liberosꝗ ex iuſto haberet cõiugio, quẽadmodũ retulimus,
legem promulgârat, ut ij ſoli Athenięſes haberentur qui ex duobus Athe
nienſibus eſſent nati. pòſt cùm rex Aegypti quadragies mille medimnos
frumẽti dono Athenienſib. miſiſſet, eſſentꝗ hi inter ciues diſtribuẽdi, mul
tæ ex ea lege lites ſunt ſpurijs intẽtatæ, quæ hactenus neglectę fuerãt, mul
ti quoꝗ calũnijs circumuẽti ſunt: itaꝗ haud multo pauciores quinꝗ mil
libus conuicti uenditi ſunt: at ciuium numerus, eorũ qui Athenienſes ha- 43
B berent, inuentus fuit quatuordecim millia & quadraginta. Cùm uerò ini-
quum uideret, legẽ cuius uis tanta fuiſſet, ab eo ipſo abrogari, qui ea ſan-
xiſſet, domeſticũ infortuniũ Periclis Athenienſium animos mouit: ratiꝗ
eum pœnas faſtus ſui dediſſe, expertumꝗ uindictã numinis æquum pete
re, paſsi ſunt filiũ eius illegitimum aſſumpto patris nomine inter curiales
referri. Hunc pòſt nauali uictoria cõtra Pelopõneſios apud Arginuſas po
titũ, unà cum cęteris ducibus populus necauit. Tunc autẽ Periclem uulga
ris lues non acuto, neꝗ uehementi, ſed imbecilli (ut uidet) lentoꝗ mor- *Morbus,*
bo implicauit, qui inter uarias mutationes paulatim corpus cõfecerit, ani *& mors Pe*
miꝗ altitudinẽ ſubruerit. Nam Theophraſtus quidẽ in Moralibus, diſpu- *riclis.*
tans moresne fortunæ mutationẽ ſequant, ac corporis affectionib. moti
à uirtute recedant, refert Periclẽ ægrotantẽ, inuiſenti cuidã amico oſtẽdiſ
ſe amuletũ collo circumligatũ ſibi à mulieribus: nimirũ peſsimè affectũ,
qui hanc etiã ſtulticiã in ſe admiſerit. Cùm iam uitæ exitus ei immineret,
ciuiũ pręſtantiſsimi & ex amicis qui adhuc erãt in uiuis, circum adſidẽtes
de uirtutis, potentięꝗ ipſius magnitudine collocuti ſunt, resꝗ geſtas ex-
C penderunt, & multitudinẽ trophæorũ: nouẽ enim ipſe dux & uictor pro
patria ſtatuerat. Hæc illis ita loquẽtibus, tanꝗ ipſo nõ intelligente, iamꝗ
omni ſenſu priuato, Pericles qui omnibus eorũ dictis animũ attenderat,
uniuerſos compellauit, mirariꝗ ſe dixit, commemorare eos hæc & lauda
re, quæ & cõmunia ipſi cum multis fortuna faceret, & multis iam ducibus
contigiſſent: eius uerò quod eſſet maximũ ac pręclariſsimũ, nullã mentio
nem facerent. nemo enim, inquit, Athenienſiũ propter me atrã ueſtẽ in-
duit. Admiratione profectò dignus uir, non æquitatis tantùm & manſue-
tudinis nomine, quam in tot actionibus, tantasꝗ inter inimicicias conſer
uauit: ſed & propter animi altitudinẽ iſtã, qui inter ſua bona hoc primum
duxerit, in tanta potentia ſe nihil neꝗ inuidiæ, neꝗ iræ indulſiſſe, neꝗ ul-
li aduerſario implacabilẽ fuiſſe. Ac mihi quidẽ uidet iuuenilis arrogantiæ
illud ſuperbumꝗ Olympij cognomentũ hac una ratione ab inuidia tutũ, *Olympij co*
decoriꝗ ei fuiſſe, quòd moribus fuerit placidis, uitamꝗ in tanta poten- *gnomentũ.*
tia puram & immaculatã egerit. Ita enim Deos quoꝗ cenſemus bonorũ *Poëtarũ de*
nobis, malorũ autẽ nequaꝗ autores, regnũ in uniuerſum obtinere. Neꝗ *dijs ſenten-*
audiendi ſunt poëtæ, qui nos indoctiſsimis opinionibus conturbantes, *tiã refutat.*
ipſi ſe ſuis carminibus redarguunt. Cœlũ enim cùm dicant eſſe ſedẽ deo- 44
rum inconcuſſam atꝗ immobilẽ, ut quę neꝗ uentis neꝗ nubibus agitet,

fed ubi fit mollis ferenitas, & quæ puro femper lumine undiquaq; illuftre A
tur. (huiufmodi enim uitæ degendæ ratione beato & immortali generi
cõuenire) ipfos interim Deos perturbationũ, inimiciciarum, irarum, alio-
rumq; affectuum, qui ne hominẽ quidem fanæ mentis cõpotem deceant,
plenos pronunciãt. Sed hæc non eft huius fortafsis loci difputatio. Porrò
ipfæ res ftatim effecerunt, ut Pericles quis uir fuiffet manifefto cum defi-
derio Athenienfes fentirent. Cuius enim uiuentis potẽtiam tanquam fuis
luminibus officientem grauiter tulerant, ftatim eo fublato alios oratores
experti, confefsi funt neminem potuiffe in tanto faftigio fe moderatiorẽ,
neq; in ea manfuetudine grauiorem præftare: atq; odiofam illam poten-
tiam, quæ prius tyrannidis nomine erat affecta, falutare præfidium fuiffe
reipublicæ, tunc apparuit. tanta poft eum prauitas, molesq; maliciæ in o-
mnes res inuafit: quam ille debilitans atq; deprimens, hoc effecit obruen-
do & inhibendo, ne licentiam nacta omni remedio fuperior euaderet.

Defideriũ mortui Periclis.

PLVTARCHI FABIVS MAXIMVS, [redacted] Augustano interprete.

B

EXPOSITIS ijs, quę de Pericle digna commemoratu tradita
inuenimus, ad Fabij iam nunc hiftoriam nos conuertemus.
1 Ferunt cum Nympha quadam, (alij mulierẽ eius loci incolã
fuiffe fcribunt) Herculem apud Tiberim fluuium coiuiffe,
atq; inde natum Fabium, qui Fabiorum magnã illuftremq;
Romę gentem propagauerit. Alij perhibent primos huius generis uiros,
2 eò quod in uenatione fofsis uterenẽ, Fodios antiquitus nominatos: tem-
pore duas literas mutatas, atq; ita Fabiorum nomen extitiffe. Hæc familia
3 cùm multos tulerit magnos uiros, à Fabio Rullo, qui Maximus à Roma-
nis cognominatus eft, quartus fuit Fabius hic de quo fcribimus. Cogno-
mentum ei fuit Verrucofus, tractũ à corporis habitu. habuit enim uerrucã
paruã fupra labiũ enatam. Ouiculę uerò cognomen propter placidũ inge
niũ cõftantiamq; morum ei adhuc puero impofitum eft. nam quieta in eo
natura, atq; taciturna, & in puerilib. uoluptatib. fruendis cautio, ad hæc in
percipiendis difciplinis tarditas & difficultas, facilitas uerò apud familia-
res & obedientia, fufpicionẽ exteris ftoliditatis alicuius, & ignauiæ de eo
præbebant. Pauci indolẽ in eo grauẽ atq; immobilẽ leoninamq; magna- C
4 nimitatẽ perfpiciebãt. Ipfe mox reb. ipfis excitatus, non focordẽ fe, uerùm
affectib. uacuũ, nõ timidũ, fed cautũ, non tardũ & in quacunq; re fufcipiẽ
da fegnem, fed grauem effe atq; conftantem demonftrauit. Itaq; cùm ma-
gnitudinẽ reip. bellorumq; multitudinẽ uideret, corpus (quæ fibi ad eam
rem à natura data effe arma cenfebat) ad res bellicas adfuefaciebat, ora-
tionem, quo ad perfuadendũ populũ inftrumẽto uteretur, q̃ maximẽ fuæ
uitæ conuenientem informabat. neq; enim in ea inerat ornatus, neq; ina-
nis illa & forẽfis gratia, fed peculiaris quædã forma fentẽtiarũ, grauiumq;
dictorum, maximẽ Thucydidis (ut aiunt) fententijs fimiliũ. Extat enim
5 oratio eius, quam in funere filij gefto confulatu mortui dixit. Fabius Ma-
ximus quinq; gefsit confulatus: quorum primo de Liguribus triumpha-
uit, quos prœlio fufos, ac magna ftrage affectos, in Alpes repulit, finemq;
populationibus finitimarum Italiæ partiũ impofuit. Aliquanto pòft tem-
pore Annibal in Italiam irrupit, uictorque prima apud Trebiam pugna,
per Etruriam obuia quæq; uaftando progreffus, ingentem Romanis ter-
rorem iniecit. Accidere tum figna ijs, partim confueta, ut tactis de cœlo
rebus:

Fabiorum genus.

Verrucofi cognomentum, & Ouiculæ. Indoles Fabij.

Ligures à Fabio uicti.

Annibal in Italiam irrumpit.

A rebus: partim noua prorsus, tetraq;. Renunciabatur enim, scuta ultrò sanguine manasse, apud Antium spicas sanguinolentas demessas, lapides cadentes & ardentes ex aëre decidisse, cœlũ supra Falerios findi uisum, delapsasq; eo ex hiatu et disiectas multas tabellas, inq; earũ una scripta hæc uerba, Mars sua concutit arma. Nihil hęc ferociam C. Flaminij cõsulis represserunt, hominis natura ferocis ac arrogantis, elatiq; magnis successibus, quòd rem præter omnium opinionem bene gessisset, Gallosq; prœlio congressus senatu prohibente, inuitoq; collega uicisset. At Fabiũ prodigia quidem propter nouitatem minùs terrebãt, quanq; animos ea multorũ perculerãt: sed percepta hostiũ paucitate & penuria, Romanos hortabatur ut se continerent, neq; confligerent cum hoste, qui tot iam dimicationibus ad pugnam suos exercuisset: socijs potiùs auxilia mitterent, urbes præsidijs munirent, Annibalisq; uigorẽ ipsum per se paterentur elanguescere, qui tanq; flamma à parua & imbecilli potẽtia eluceret. Neq; mouit ea oratione animũ Flaminij, quin is pręfatus nõ se passurũ, ut hostis ad urbem accederet, neq; ut quondã Camillus, de urbe in ipsa urbe decertaturũ, tribunis ut exercitũ educerent, mandaret. Ipse cùm in equum insiluisset, consternato nulla ex euidenti causa equo, in caput decidit: nihilq; ne sic quidem à sententia occurrendi Annibali deductus, aciem apud Trasymenum lacum Etruriæ instruxit. Cùm manus copiæ confererent, ipso cõflictus tẽpore terræ motus accidit, qui & urbes prostrauit, & fluuios à suis alueis auertit, montiumq; radices proruit: & tam uiolentã concussionem nemo tamen quisq; pugnantiũ sensit. Eo in prœlio Flaminius cùm & audaciã suam, & robur præclarè ostendisset, ipse ac circum eum optimi ceciderunt: cæteri fusi, & ingenti strage affecti, cæsi quindecim milia, totidemq; capti. Flaminij corpus Annibal propter uiri eius uirtutẽ honestæ sepulturæ causa magna cum cura quæsitũ inuenire inter cadauera nequiuit: neq; omnino sciri potuit, quo modo è medio sublatum fuerit. Superiorem cladẽ, quæ erat ad Trebiã accepta, neq; consul per literas, neq; nuncius missus apertè annunciauerant, sed dubia uictoria discessum fuisse dixerant. De hac autẽ ut primùm resciuit prætor Pomponius, aduocato in concionem populo, omissis ambagibus, progressus: Magna, inquit, pugna uicti sumus Quirites, cæsusq; est exercitus, & Flaminius consul perijt: proinde uestra de salute consilium capite. Hac ille oratione in populũ tanq; uento in mare immisso, totam urbem conturbauit, neq; in tanto terrore constare hominum cogitationes potuere: omnes in eam sententiam uenerũt, res dictaturã exposcere, uirumq;, qui eum magistratũ impauidè gereret. neq; uerò esse alium excepto Fabio: huius & animi excellẽtia, morumq; grauitate maiestatẽ dictaturæ adæquari, eaq; esse ætate, qua adhuc consilijs animi robur corporis respõdet, ac prudentia est audaciæ cõiuncta. Hac sententia comprobata, Fabius Maximus dictator dictus, magistrum equitum dixit M. Minucium: petijtq; primò omniũ à senatu, ut militiæ sibi liceret equo uehi. Id enim antiquitus lege prohibitũ erat: siue q; prisci Romani plurimũ roboris in peditatu ponebãt, ideoq; ducem uolebãt in acie suis adstare: siue q; regia cùm esset alioquin dictaturæ potẽtia, omniaq; sub se cõpræhenderet, uolebãt hoc tamẽ pacto ostẽdere, dictatorẽ populo esse obnoxiũ. Deinde ut statim imperij sui maiestatẽ ciuibus demõstraret, eoq; sibi eos magis dicto audiẽtes haberet, cum uigintiquatuor fascibus in publicũ progressus est: alterumq; consulũ obuiã sibi uenientẽ, misso lictore iussit fascib. & magistratus insignibus remotis priuatũ ad se uenire. Tum præclarè à dijs orsus, populum docuit, à duce rem malè

Fabij consilium.

B (at "turũ, tribunis")

Clades ad Trasymenum.

6 (at "concionem populo")

C (at "perijt")

7 (at "strum equitum")

gestā non ignauia militū, sed negligentia cōtemptioneq; religionū,hor- A
tatusq; est, ne hostem metuerēt, sed deos placarēt atq; uenerarenť.Neq;
uerò superstitione animos obstrinxit, sed uirtutem pietate roborauit,me-
tumq; hostilē bona de dijs spe sustulit.Cōsulti etiā sunt uaticini & occulti
libri, quos Sibyllinos uocant: feruntur\q; quædā uaticinia in ijs recōdita,
euentib. & actionib. præsentis tēporis cōgruisse: uerùm ea euulgari nō li-

Vota Fabij.

cuit. Dictator inde ad plebē progressus, dijs uouit immolaturū se omnem
8 fœtum caprarū, porcorū, ouiū, boum, quantū eius Italiæ fiens, campi, flu-
mina, & prata usq; ad uer proximū produxissent: uouit etiam spectacula,
& Musica certamina, in quæ impēderenť trecenta triginta tria sestertia, ac
denarij trecēti triginta tres cum denarij triente: q̄ summa facit LXXXIII
millia denariûm, atq; ad hæc DLXXXIII. denarios, duosq; obolos. Cur
hūc præcise numerū statuerit, dicere nō facile est, nisi qs ternionis naturā
hîc p̄dicare uelit: q̄ is numerus & perfectus natura est, & inter impares pri
mus, in eoq; multitudinis initiū, & primæ differentiæ, omniumq; nume-
rorū elemēta continenť. Hoc modo Fabius suorū ad deûm cultū erectos
animos in bonā futurorū spem adduxit. Ipse in se omnē uictoriæ fiduciā
collocās, ratusq; uirtutis & prudētiæ causa Deos prosperū successum lar- B
giri, Annibalē aggredi statuit: nō ut rem prœlio cōmitteret, sed ut impetū

Institutum Fabij in Annibale oppugnando.

eius mora, pecunia egestatem, copia hominū paucitatē attereret ac cōsu
meret. Itaq; ab equitatu hostiū sibi cauere, in editis locis ac mōtanis castra
habere, sedēte in castris hoste qescere, mouēte se eo per mōtes circumire,
seq; per interualla hosti ostēdere: ut neq; ipse inuitus ad pugnā compelli
posset, & cūctatione hac hostib. pugnæ expectationē afferret. Eo modo
tempus trahens, omnibus cōtemptui erat: neq; in castris modò audiebat
malè, sed hostib. etiā omnib. timidissimus ac nullius precij imperator cre-
debať. Solus Annibal calliditatē eius, quoq; modo gerere bellū statuisset
perspiciēs, omniq; arte & ui eū ad conferendū prœliū intelligēs eliciendū
(qppe actū alioquin de rebus Carthaginensiū, qbus armorū usu, quo p̄sta
bant, adēpto, corpora & pecuniæ, à quibus q̄ hostis erāt imparatiores, fru
stra imminuerenť & cōsumerenť) oēs imperatorias experiri technas, oēm
astū, & more periti luctatoris q̄rere, quánā ratione aduersario manus inij-
ceret. Itaq; sæpius adoriri, tumultū cōcitare, atq; hinc inde Fabiū rapere, si
qua cū ratione à tutis cōsilijs abducere posset. At Fabius suæ utilitatis cer C
tus, cōfirmato iudicio in sua sentētia perstabat. Minucius equitū magister
eū importunè pugnā poscēs ac ferociēs uexabat, plausibilib.q; milites o-
rationib. insana cupiditate, & uana spe implebat. Itaq; ij Fabiū ludibrio ha
bebāt, Annibalisq; pędagogū uocitabāt: Minuciū magnū uirū, Romaq;

Minucij temeritas.

dignū imperatorē p̄dicabāt. Quib. ad maiorē fastū & audaciā euectus Mi
nucius, castra in sublimib. posita locis subsannabat, pulcra dictatorē thea-
tra suis parasse dictitās, unde populationib. incēdijsq; uastari Italiā cerne
rēt: ex amicis etiā Fabij sciscitabať, ecqd Fabius spe terræ tenēdæ abiecta
in cœlū efferre exercitū, aut obiectis nubib. & nebulis hostē effugere intē
disset. Hæc cùm amici Fabio renunciarent, suaderentq; ut tētato prœlio
» ignominiā aboleret: ego uerò, inqt, infamiā timiditatis ea ratione augerē,
» si metu reprehensionū & conuiciorū meo me detrudi ꝓposito paterer. &
» quidē, p patrię salutę timidū esse, indecorū nō est: ꝓpter hominū de se opi
» nionē, calūnias, aut rep̄hensiones in terrorē uenire, id iam nō uiro q tanto
» sit dignus imperio cōuenit, sed qui eorū seruus esse uelit, quibus eum ma-
» lè sentientib. imperare decet. Secundū hęc Annibali captū consiliū seciùs
cecidit. Vt à Fabij exercitu lōgiùs in campos pabulo aptos duceret, duci-
bus manda-

A bus mandauit, ut statim à cœna in Casinatem agrum ducerent exercitũ. Hi ob barbariem uocis non satis percepto Casini uocabulo, in extremas Campaniæ partes duxerũt ad Casilinum, quam urbem Vulturnus amnis diuidit. Regio est undiq; montibus septa, & planicies tumulos interiacẽs aduersus mare patet, quo se paludes effundunt fluuio stagnãte, habentq; ripas arenæ profundas, & ad littus fluctuosum portuq; carẽs terminãtur. Hâc descendente Annibale, peritia locorum, Fabius eódem præuenit, an gustias quatuor millibus peditum occupauit, reliquum exercitum commodo loco in iugis mõtium collocauit: ipse cum expeditissimis hostium nouissimos adortus, uniuersum exercitum conturbauit, ac circiter octingentos occidit. Annibal cognito errore, & periculo ijs in locis, sublatis in crucem ductoribus, de abducẽdo inde exercitu deliberauit: cumq; ui deijcere hostes superiora loca tenentes posse desperaret, totus uerò exercitus omni se effugio interclusum metuens animis cecidisset, dolo huiusmodi ex hostibus elabi decreuit. Ex præda captis bobus ad duo millia iussit alligari ad singula cornua facem aut fasciculũ uirgarum sarmẽtorúmue ari B dorũ: hos noctu dato signo agi accensis facibus ad saltus iuxta angustias ab hostibus obsessas. Simul & hæc ij quibus datum erat negocium apparabât, & ipse primis tenebris reliquum exercitum paulatim duxit. Boues, quandiu ignis exiguus materiã depascebatur, sensim ut agebant, ad radices mõtium succeslere, miraculoq; erãt pastoribus, supernè eas inspiciẽtibus summis cornibus lucem prebentes, perinde ac si totus exercitus cum multis facibus incederet. At postq; cornu igne ustum usq; ad ipsam carnẽ sensum detulit, bouesq; præ dolore capita quatientes multa se inuicẽ flãma oppleuerunt: non iam in ordine permãsere, sed metu ac dolore cõsternatæ, cursu montes petierunt, caudis earum & frõtibus fulgentibus, uirgultaq; per quæ se proriperent undiq; incendẽtes. Terribile id erat spectatu Romanis, qui saltus insederãt: uidebanturq; eæ flammæ ab hominibus faces differentibus spargi, terrorq; eos ingens occupabat, cùm alios aliũde hostes ingruere, seq; undiq; circundari putarent: itaq; manere loco nõ ausi, angustijs relictis ad maiora se castra cõtulerunt. Eodem tempore leuis armaturæ pedites ab Annibale missi, saltus occupauere: reliquo exercitu cum ingenti præda tutò subsequente. Senserat quidem noctu fraudẽ C Fabius, deprẽhẽsis nõnullis quę sparsim diffugerãt bobus: tamẽ insidiarũ nocturnarũ metu, suos in armis cõtinuit. Facta luce extremos hostiũ insecutus, cõflictumq; in angustijs est magno cũ tumultu: donec ab Annibale missi Hispani, agiles & celeres cursu, scãdendorumq; montiũ peritissimi, aggressi graue armis hostẽ à frõte, haud paucis cęsis Fabiũ auertcrũt. Ibi uero Fabius malè denuò audire, ac summo cõtẽptui esse, qui omissa armorũ fiducia conatus prudentia & cõsilio debellare Annibalẽ, ipse artibꝰ militarib. ab eo uictus uidebaẽ. Quã Romanorum irã quo magis inflãmaret Annibal, ut ad agros Fabij peruenit, hos tãtùm intactos relinq, reliqua ómnia incẽdi & corrũpi iussit: addita etiã custodia, q̃ Fabij bona ab iniuria & rapinis defenderet. Hęc Romã annunciata, inuidiã dictatoris auxerũt, multiq; erãt in eo apud populum traducẽdo tribuni plebis, instinctu maximè Metilij, qui nõ tam odij causa in Fabiũ, q̃ ob familiaritatẽ Minucij, gloriæ huic illius infamiã futurã putabat. Inuisus etiã senatui erat, q; in permutãdis captiuis pactus cum Annibale fuerat ut captiuus ꝑ captiuo redderet, qui plures rediddisset, argẽti quinq; selibras in militẽ acciperet: facta hominum permutatione, cum apud Annibalẽ adhuc reperti essent Romani ducẽti & quadraginta, mittere ꝓciũ redẽptionis senatus noluit,

Annibalis astutia quà manus Fabij effugit.

Fabiũ captiuos sua pecunia redemit.

 Fabiumq;

Fabiumq́ culpauit, qui homines propriæ timiditatis causa ab hostibus A captos præter decorum & commodũ reipub. reducere laboraret. His auditis Fabius, iram ciuiũ moderatè tulit: pecunia tamen destitutus, ut neq; falleret fidem Annibali, neq; proderet captiuos, filiũ Romã misit, agrosq; iussit diuēdere, & pecuniã inde factã ad se statim in castra perferre. Ex ea argentũ Annibali ipse persoluit, & captiuos recepit: omnibusq; eam pecuniã, postmodò multis reddere uolentibus, donauit. Secundũ hæc Romam à Pontificib. sacrorũ causa reuocatus, Minucio copias tradidit: cum quo tamē antè nõ pro imperio solùm, ne pugnã cum hostib. cõfereret, sed multis etiã eius rei causa adhortationibus, multis precib. necquicq; egit. Minucius enim statim hostes aggredi instituit: captoq; tempore, quo maiore partē copiarũ Annibal frumentatũ dimisisset, castra hostiũ aggressus multis occisis, reliquos intra uallũ cõpulit, metumq; obsidionis uniuersis obiecit: pòst cùm Annibal suos in castra collegisset, incolumis discessit: eoq; facto & seipsum immodica iactantia, & milites audacia impleuit. Celeriter ea res inflatiùs etiam uero Romã est annunciata. Cùm Fabius se ob successum istũ eo magis iam Minucio timere diceret, ac populus gaudio elatus in forũ cõcurreret, Metilius eam pro rostris concionē habuit, B qua & Minuciũ laudib. extolleret, & Fabiũ non iam mollicie modò, timiditatisq;, sed proditionis etiã insimularet: simul etiã reliquorũ potentissimum quenq; & primores incusans, q; ij opprimendę plebis causa bellum id initio cõcitassent, ut unius rursus uiri potestatē nullis lcgib. subiectã in ciuitatē induceret: qui rem extrahēdo, Annibali Italia nunc potito nouas ex Africa copias tutò expectãdi facultatē prĕberēt. Posteaq; Fabius progressus, respondendũ accusationi tribunicię nequaq; ratus, statim se sacra esse perpetraturum, rediturumq; inde ad exercitum dixit, & à Minucio pœnas exacturum, q; cõtra suũ edictũ pugnasset: ingens populi tumultus est coortus, Minucio timentis. Nam & in uincula cõijcere, & capite indicta causa plectere quē uelit dictatori licet: & Fabij iram post longã mansuetudinē cõmotam grauem & implacabilē fore censebant. Ideo cæteris metus causa quiescētibus, Metilius tribunatus nomine tutus (solus enim hic magistratus dictatore creato manet, cum cæteri omnes aboleant) plebē multis uerbis hortatus est, ne Minuciũ destituerēt, neue id ei paterent euenire, quod Manlio Torquato accidisset, cui pater uictori & coronato C collũ securi abscidisset: utq; Fabio tyrannicã illam potestatē adimerent, eiq; summã rerũ cõmendarent, qui & uellet suos seruare, & posset. His sermonib. moti, cùm Fabiũ quanuis infamia laborantē non auderēt ad abdicandũ adigere, imperiũ Minucio cum dictatore æquarũt, decreueruntq; ut pari iure bellũ administrarēt. Id Romæ priùs inauditũ, paulo pòst iterũ usurpatũ est secundũ cladē Cannensem, cùm uersante in castris M. Iunio dictatore, propter necessitatē senatus supplendi (quippe multis in ea strage senatorib. amissis) alius dictator est dictus Fabius Buteo. Hoc tamen interfuit, q; hic simul atq; progressus in publicũ senatores legit, idq; consilium suppleuit, eadē die dimissis lictorib. fugiēs eos qui deducere ipsum cupiebant, turbæ se immiscuit, priuatamq; rem priuatus in foro egit. Minucio cùm ius cum dictatore æquassent illi, Fabij animũ se depressisse frustra opinati sunt, nõ rectè facta de eo uiro coniectura. Neq; enim Fabius eorũ inscitiã suum malũ putauit. sed ut Diogenes philosophus dicentib.
„ Isti te derident, respondit, se tamen non derideri: (quòd eos tantùm deri-
„ deri iudicaret, qui sannas curãt & ijs perturbant) ita Fabius id quod actũ
„ erat æquo animo tulit, ijsq; philosophis, qui asserũt bonum & honestum uirum

Minucij temeritas.

Minucio imperium cum Fabio æquatur.

A uirum contumelia & dedecore affici non posse, euidens argumẽtum suo 10
exemplo suppeditauit. Sed ut suo nomine nihil ei ista iniuria dolebat, ita
reipublicæ causa angebatur, quòd multitudinis imprudentia insanæ Mi-
nucij pugnandi cupiditati ansam se exerendæ præbuisset: ideoq; metuẽs
ne is inani gloria fastuq; prorsus in furorem actus, maturiùs aliquid mali
reipub. afferret, clam omnibus ad exercitum abijt. Ibi Minucium cùm of-
fenderet ita superbia elatũ, ut nullo iam modo contineri posset, alternisq;
imperare postularet, eo denegato, quòd præstare arbitrabat̃ se alteri par-
ti solum, quàm utriq; per uices præesse, copias cum eo diuisit, primamq;
& quartam legionẽ retinuit, secunda & tertia Minucio tradita: eademq;
ratione sociorum auxilia inter eos diuisa sunt. Gestientẽ etiam Minucium
præ gaudio, iactantemq; sui causa summi magistratus dignitatem immi-
nutam & circumscriptam, Fabius monuit, rem ipsi esse non cum Fabio,
sed Annibale: aut si omnino cum collega sibi certamẽ putaret esse, operã
daret, ne q uictoria, honoréq; esset studio populi potitus, in huius salute
pcuranda & incolumitate negligẽtior depręhẽderet̃ esse eo, qui uictus,
& ignominia notatus ab ijsdẽ esset. Hoc senile cauillum dicẽs Minucius,
B cũ sua parte exercitus castra à castris Fabij separatim fecit. Nihil harũ om- *Minucius ab Annibale circũuenitur.*
niũ rerũ Annibalẽ fefellit, omnibus intẽtum occasionibus. Tumulus erat
in medio, occupatu nõ difficilis, & qui occupatus castris munitioni esset
futurus, ad omnesq; usus suffecturus. Planicies circa eum si è longinquo
inspiceretur, æqualis apparebat, ut erat nullis fruticib. obsita: erant tamen
in ea fossæ quædã non magnæ, aliæq; cauernæ. Hunc tumulum cùm pos-
set occultè Annibal nullo negocio occupare, relinquere in medio ad oc-
casionem prœlij conferendi maluit. postq; à Fabio segregatũ animaduer-
tit Minucium, noctu aliquot milites in fossas istas cauernasq; abdidit: al-
bente cœlo apertè alios non magno numero misit, qui tumulum cape-
re conarentur, ratus fore ut Minucius colle hostes prohibẽdi causa prœ-
lium iniret. Neq; id eum consilium frustratũ est. primò enim Minucius le-
uem misit armaturã, pòst equites: tandẽ cùm suis mittere subsidia Anniba
lẽ uideret, instructis omnib. copijs descendit, cõmissoq; acri cum ijs qui
supernè de tumulo iam occupato pugnabant prœlio, æquo Marte con-
tendit. Annibal ut eum egregiè iam in fraudem inductum uidit, nudaq;
ijs, quos in insidijs posuerat, terga præbentem, signum ijs dedit. Qui cùm
C omnibus ex locis exurgerent, ac cum uociferatione hostem inuaderent,
extremosq; cæderent, dici non potest quanta perturbatio, quæ trepida-
tio Romanos incesserit: & Minucij iam fracta erat ferocia, oculosq; hinc
inde ad tribunos militum obuertebat. Sed neq; horũ quisquã locũ tene-
re audebat, omnesq; fugam certatim faciebãt, nequaquã salutarẽ: iam enĩ
Numidæ uictores corona planiciem cinxerãt, circumuectiq; diuulsos ab
agmine hostes trucidabãt. Non fefellit Fabiũ, quo loco res Romana esset, *Fabius Minucium seruat.*
qui iam antè animo qd esset futurũ p̃ceperat, ideoq; suas copias in armis
instructas habebat, ac qd rei gereret̃ scire curabat, nõ per nũcios, sed ipse
antè castra speculãs. Ergo ut circumuentũ Minucij exercitũ, ordinesq; cõ
fusos uidit, simulq; pauentiũ & fugã quęrentiũ clamor ad eum allatus est,
grauiter ingemuit, percussoq; femore, ijs q aderant: Pro Iupiter, inqt, mea 11
ergo opinione celeriùs, sua pperatione tardiùs, perdidit seipsum Minuci
us. Tum celeriter efferri signa, milites q; sequi se iussit, suosq; cum clamo-
re hortatus est, properarẽt M. Minucio succurrere, uiro egregio, & patriæ
studioso: pòst tẽpus fore reprehendẽdi eũ, q hostes profligare festinãs er
rasset. Vt primùm cũ copijs aduẽtare cõspectus est, Numidas in cãpo cir
cumequi-

cum equitantes fudit ac disiecit: inde in eos qui in terga Romanorum pu- A
gnabant conuersus, obuios cecidit: reliqui priusquam circumuenirentur, idemque quod Minucio acciderat paterenẽ, in fugã se cõiecerunt. Annibal cùm uideret pugnæ fortunã mutatã, Fabiumque præter ætatem magno robore per pugnantes sursum in collem ad Minucium eniti, receptui cecinit, Romanis quoque haud illibenter pugnam omittentibus. Feruntque Annibalem cùm se reciperet in castra, per iocum amicis dixisse: An non ego uobis sæpius prædixi, nebulam istam, quæ in summitatibus montium sedebat, aliquando cum procella & turbine pluuiam esse daturam? Finito prœlio Fabius hostium, quos occiderat, spolia legit, rediitque in castra, nihil superbum aut graue de collega locutus. Minucius uerò conuocatis suis: Nihil peccare, inquit, milites, in magnis rebus, humana conditione altius est: qui peccauerit, eum errore suo in posterum doctrinæ loco uti,

Minucius errorem fatetur.

» uiri boni est & cordati officiũ. Ego sanè cõfiteor parum me habere quòd
» incusem fortunã, plus cur eam laudem: quæ enim tantum hactenus tem-
» pus ignoraui, exigua parte diei doctus sum, nimirum ut intelligerem me
» & imperare nescium, & imperatore cui parerem opus habere: neque con-
» tendendum mihi fuisse ut eos uincerẽ, à quibus me superari præstet. Pro- B
» inde in uos imperium teneat dictator: ego in agẽda gratia dux uobis ero,
» meque primum ei subditũ, & dicto audientem offeram. Hæc locutus signa

12 suos tollere, & sequi se iussit, & ad castra Fabij profectus est: ingressusque, magna omnium cum admiratione, ad prætorium eius contendit: tum exeunte Fabio, positis ante tabernaculum Fabij signis, ipse eum alta uoce patrem, exercitus milites Fabianos patronos suos appellauit. Inde facto

» silẽtio Minucius, Duas, inquit, uictorias dictator hodie reportasti, & ho-
» stibus fortitudine, & collega prudentia bonitateque superato: quarum al-
» tera nos cõseruasti, altera meliores fecisti, turpiter ab hoste, utiliter à te &
» in salutem nostram uictos. Patrem igitur te bonum ego appello, cùm ho-
» norificentius nullum suppeditet nomen: plus enim tibi, quàm parẽtibus
» meis debeo, quòd hi uitam mihi modò dederint, tu & mihi, & his simul sa-
» lutẽ attuleris. His dictis Fabio cõplexũ tulit, atque eum cõsalutauit: idemque à militib. factũ amplectẽtib. se mutuò & deosculantibus, ac per tota castra lætitiæ & dulcissimarũ lacrymarũ plena erãt omnia. His ita gestis Fabius dictatura se abdicauit, resque iterũ cõsulibus tradita est gerẽda. Primi horũ

13 Fabij artibus bellum gesserunt, pugnam detrectando, auxilia socijs feren- C
do, & in fide eos retinendo. Sed postquam Terentius Varro ad consulatum est euectus, homo natus obscuro loco, uitæ ob popularis auræ uenationem & temeritatem notæ: ab initio statim nemo dubitauit, quin is totam rem in discrimen pugnę esset adducturus. Nam in cõcionibus uocife-

Terẽtij Varronis temeritas.

rabaẽ duraturum bellum, quandiu id Fabijs cõmitteretẽ: se quo die ad hostes peruenisset, uictoria potiturum. Ad hæc tantas copias conscribebat, quantas nunquam ullo in bello Romani habuerant. in acie enim qui starent, erant millia hominum octogintaocto: quod Fabio, alijsque Romanorum sapientibus magnum metum afferebat. si enim urbs cladem tanti militaris roboris passa foret, recipere eam uires nullo pacto posse uerebanẽ. Quæ causa Fabio fuit, ut collegam Terentij L. Aemilium Paulum, uirum

14 rei bellicę peritum, sed populo inuisum propter damnationem quãdam, excitaret, & hortaretur, ut insaniam collegæ inhiberet: cogitaretque sibi non maius contra Annibalem, quàm contra eum fore de salute patriæ certamen. utrunque enim pugnã acceleraturũ: Terentium, quòd uires hostiũ ignoraret: Annibalẽ, quòd sibi suę imbecillitatis esset cõscius. Rectius Fabio de Anni-

L. Aemilius Paulus, à Fabio instruitur.

A de Annibalis rebus affirmanti, quàm Terentio crediturum: compertum “
sibi esse, hostem si hoc anno nemo cum ipso confligat, aut manendo per- “
niciem inuenturum, aut fuga sibi consulturum. nunc quoque cùm uictor “
rerum potitus uideatur, neminem hostium ad eum desciuisse, neque tertiã “
omnino partẽ eius exercitus quem secum domo abduxerit, ei superesse. “
Ad hæc respondisse Aemilium ferunt. Mihi quidem, Fabi, res meas con- “
sideranti, præstat hastas hostium, quàm populi rursum subire suffragia: quòd “
si is est rerũ status, annitar ut tibi potiùs boni imperatoris munere functus “
uidear, quàm reliquis omnibus in diuersam partem impellentibus. Hoc “
animi proposito Paulus ad bellũ est profectus. At Varro cum obtinuisset
ut alternis diebus imperarent, Annibali oppositis ad Aufidum, adque Can
nas castris, prima luce signum pugnæ (id est tunica rubea supra prætoriũ
expansa) proposuit: quæ res initiò perterrefecit etiam Carthaginenses,
ducis Romani audacia, ingentique hostiũ multitudine obstupefactos, cu-
ius ipsi ne dimidiam quidem partem æquabant. Annibal armari exercitũ
iussit: ipse cum paucis equitibus super leui quodã tumulo hostes iam aci-
em instruentes speculatus est. Ibi cùm quidam ex comitibus, Gisco nomi
B ne, uir non minoris quàm imperator dignitatis, mirabilem sibi uideri ho
stium multitudinẽ diceret: Annibal contracto uultu, Id uerò nescis, in-
quit, quod adhuc magis est mirum: percontantique quidnam id esset, re-
spondit: Quòd inter tot homines nemo est, qui Gisco uocetur. Qui iocus
cùm præter opinionem incidisset, omnium est coortus risus: descenden-
tesque à colle, obuijs eum omnibus exposuerunt, ita ut risus inuaderet mul
tos, atque ipse ridendi finem facere sibi Annibal nequiret. Ea res Carthagi-
nenses audaciores fecit, cogitantes risum imperatori ex contemptu ho-
stium excitatum, quos adeò pro nihilo haberet, ut etiam præsenti discri-
mine iocaretur. Cæterùm astu imperatorio Annibal pugnã instituit, pri-
mùm eum deligens locum, ut à tergo uentum haberet, qui turbinis in mo
dum uehemẽtis incubuerat, asperumque è campis arenosis & apertis pul-
uerem supra aciem Carthaginensiũ efferens, in Romanorum facies pro-
pellebat, easque ab hoste auertere cogebat. Deinde ordines pari artificio
instruxit. Robustissimam, pugnæque scientissimam copiarum partem ex
utroque latere collocauit, medium ex minùs utilibus quasi cuneũ longè cor
nibus præminentẽ confecit: mandauitque ijs qui erant in cornibus, ut cum
C Romani perrupto cuneo instarent, cedente eo & sinum pandente, rece-
ptisque ita in mediã aciem Romanis, celeriter hostem utrinque ex obliquo
inuaderent, & à tergo clauderent. Id in causa potissimũ fuit, ut tanta Ro-
manorum fieret cædes. Vt enim media pars aciei Carthaginensis cessit,
Romanosque instantes admisit, & acies Annibalis mutata figura in lunæ
cornuũ modum curuata utrinque apparuit, tum delectorũ in cornibus mi-
litum centuriones statim hos in sinistrũ, illos in dextrũ latus conuertẽtes,
nuda latera hostiũ adorti sunt: ac quicunque Romanorum non antèquàm alis
utrinque reductis clauderent effugere, omnes in medio hostiũ cæsi occu-
buerunt. Romanos quoque equites casus improuisus afflixit. Cùm enim con
sulẽ Paulũ equus uulneratus excussisset, qui erãt circa eum, unus post aliũ
ab equo descenderũt, & pro consule propugnauerũt: id ubi uiderũt equi-
tes, omnibus ut idẽ facerẽt imperatũ putãtes, uniuersi ab equis desiluere,
pedestremque pugnam iniuere. Quod Annibal ut uidit, malle se hoc dixit,
quàm uinctos eos sibi traditos esse. Verùm hęc quidẽ ab ijs memorię prodita
sunt, qui historias fusiùs descripserunt. Varro cõsul cum paucis equitibus 15
Venusiam effugit. Alter consulũ Paulus in effusæ fugæ tumultu, uulnerib.
telisque

Cannensis pugnæ descriptio.

telisq; inhærentibus corpori grauatus, ingentiq; luctu animum angens, A
in saxo quodam cædem ab hostium aliquo expectans consedit:ita quidē
cruore caput faciemq; oppletus,ut pauci eum possent cognoscere, cúm-
que amici etiam famuliq; præterirent. Solus hunc Cornelius Lentulus pa
tricius iuuenis cùm agnouisset,ab equo desiluit, eumq; ad consulē addu-
xit,orans ut eo insidens seipsum ciuibus nunc maxime bono duce indigē
tibus conseruare uellet. Id uerò Paulus renuit,iuuenemq; lacrymans ut
iterū cōscenderet equum coēgit: tum dextram iniecit, assurgensq;, Nun-
cia inquit,Lētule Fabio Maximo,atq; ipse fer testimoniū,Paulum Aemi-
lium consilijs eius usq; ad finem uitæ obtēperasse,stetisseq; ijs, quæ cum
ipso pactus erat:sed uictū esse priùs à Varrone,inde ab Annibale.His mā
datis Lentulū dimisit,ipse super occisos se proiecit, & mortem obijt. Fe-
runt cæsa Romanorum eo prœlio quinquaginta millia,capta quatuor, &
in castris ambobus post pugnam non pauciores decem millibus in ho-
stium uenisse potestatē.Annibalem autem cùm re tam feliciter gesta hor-
tarentur amici,ut fortunæ impetum subsequeretur, & unà cum fugienti-
bus hostibus in urbem Romam irrueret:(posse enim eum quinto ab hinc
die in Capitolio cœnare).incertum est quid animum eius ab hoc consi- B
lio auerterit: uideturq; non tam ratio,quàm Deus aliquis siue genius ad-
uersus eam cunctationem & trepidationem iniecisse.Ideoq; Barcam eti-
am Carthaginensem iratum ei dixisse memorant:Vincere scis Annibal,ui
ctoria uti nescis.Enimuerò tantam hæc uictoria in rebus Annibalis muta
tionem effecit,ut qui prius nullam urbem,nullum forum,nullum portum
in Italia habuerat,qui ægrè commeatum exercitui prædando parauerat,
qui nullum certum belli receptaculum tenuerat,sed copias suas tanquam
magnam latronum manum hinc inde errans circunduxerat:is tunc totam
ferè in suam potestatē redegerit Italiam.pleriq; enim & maximi populi ul
trò se ei adiunxerunt, & Capuam urbium Italiæ post Romam omnium
primam deditione accepit.Cæterùm nō modò quod Euripides dixit,nō
sine magno malo experimur,quæ res sit bonus amicus:sed idē de prudē-
ti duce belli dici potest.Quę enim ante hanc pugnam timiditas & torpor
Fabij culpabatur,statim post acceptam cladē iudicabatur cōsilium fuisse
altius humano, & diuini ingenij:adeò multo antè ea is præuiderat, quæ
uix credibilia expertis uidebantur.Itaq; quod reliquum spei erat,id con-
festim Roma in ipso omne collocauit, & ad eius uiri consiliū,tanquam tē C
plum arámue confugit:fuitq; certè prudētia Fabij in causa,ne(quod Gal-
lica acciderat calamitate)urbs eo tempore interiret. Qui enim tum tēpo-
ris,cùm nihil uidebatur imminere periculi,timorem & diffidentiam præ
se tulerat,idem tunc omnibus ad luctus immensos, & inutiles perturba-
tiones sese demittētibus,solus per urbem placido uultu, leniq; gressu in-
cedebat,humaniter omnes compellabat, planctus muliebres inhibebat,
coitiones uetabat eorum qui in publicum lamentandi causa prodibant,
senatoribus ut conuenirent in Curiam persuadebat,magistratuum ani-
mos dictis cōfirmabat:deniq; in ipso omnis uis erat, omne robur positū,
omnesq; ei magistratus erant intēti. Itaq; custodias portis addidit, quæ
turbam urbe excedere uolentem repellerent: luctui & tempus & locum
constituit:domi ut fieret,& trigesimo die omnis finiretur:cumq; esset eo
tempore Cereri dies festus agendus,potius uisum, intermitti id sacrum,
quàm calamitatis magnitudinem paucitate & mœsticia eò conuenientiū
arguere, cùm feliciter agentium honoribus numina delectentur. Acta
etiam ea sunt quæ ad placādos Deos, & expianda prodigia fieri iusserāt
aruspices.

Mutatio rerum Italicarum à Cannensi clade.

Fabij sapiētia reb. Romanorū fractis salutē affert.

A aruſpices. Miſſus Delphos ad conſulendum oraculũ Fabius Pictor, Maximi cognatus: duæ Veſtales ſtupri compertæ, altera uiua, ut moris erat, defoſſa, altera mortem ipſa ſibi conſciuit. In eo maximè magnanimitatem Romanorum, & clementiam mirari decet, quòd redeuntem à fuga Varronem conſulem ſordido & mœſto habitu, quali par erat eum reuerti, qui turpiſsimè & infeliciſsimè rem geſſerat, obuiam ad portas ſenatus populusq; progreſsi excperũt: factoq; ſilentio patricij, & primores ſenatus, interq; eos Fabius collaudauerunt, quòd tanta accepta clade non deſperaſſet de republica, ſed ſeruari adhuc exiſtimans poſſe leges ciuesq;, ad defungẽdum magiſtratu aduenisſet. Poſteaquam uerò allatum eſt Annibalẽ poſt prœliũ omiſſa Roma alias Italiæ partes petijſſe, animo reſumpto exercitus & duces emiſſerunt. Inter duces præ cæteris illuſtres fuerunt Fabius hic Maximus, & Claudius Marcellus: quorũ ut diuerſa ferè inſtituta, ita æqualis fuit gloria. Marcellus enim (ut in eius uita expoſitum eſt) in rebus gerendis ſtrenuus admodum erat, & ferox, uir & manu promptus, & talis natura, quales belli ſtudioſos & agerochos ſua lingua,

Fabij & Marcelli ducũ præſtantia & diuerſitas.

B hoc eſt gloriæ bellicæ nimisquàm cupidos Homerus nominat: isq; Annibali audaci & imperterrito uiro oppoſitus, ijſdem planè uſus rationib. præcipua eo bello certamina ſuſtinuit. Contra Fabius priſtinis ſuis inſiſtens conſilijs, ſperabat Annibalẽ nemine cũ eo pugnante, nemine laceſſente ipſum à ſe confectũ iri: quemadmodũ athletarũ corpora cum nimium roboris adepta ſunt, mole ſua defatigata celeriter uires amittunt. Itaq; huic ſcuti, Marcello gladij nomen tribui à Romanis ſolitum Polidonius tradit: ac Fabij in tutis conſilijs conſtantiam Marcelli ſocietate temperatam, ſalutarem Romanis fuiſſe. Sanè Annibal cùm Marcello rapidi fluminis inſtar ruenti ſæpius obuiam factus eſſet, pulſus ab eo, copijsq; exutus eſt: Fabius eum ſenſim ueluti ſine ſtrepitu allabens, cõtinenterq; lambens amnis ſubrũit atq; abſumpſit: ac tandem eò difficultatis peruenit Annibal, ut & à Marcello prœlijs defatigaretur, & Fabium non pugnantem timeret. plurimum enim temporis hi contra ipſum aut prætores, aut proconſules, aut conſules bellum duxerunt: & uterq; ipſorũ quinquies conſul fuit. Sed Marcellum quidem Annibal quintùm conſulem per inſidias ſuſtulit: Fabio cum omnes dolos intentaſſet, omnib. modis aggreſſus eſſet, fruſtra laborauit: niſi quòd ſemel ferè aſtu eum circũuenit. Scri-

16

C pſit enim literas ſub nomine eorum qui Metaponti primas obtinebant, Fabium uocantium, deditionemq; urbis pollicentium: ſeq; aduentũ eius eam ob rem prſtolari indicantium. His literis motus Fabius, accepta parte exercitus inſtituit ſub noctem eò ire: quia uerò aues non addicebant, mutauit conſilium. pauloq; pòſt cognitum eſt ab Annibale eas literas ſcriptas, ipſumq; Fabij intercipiendi cauſa in inſidijs prope urbem eam conſediſſe. Sed hæc ad Deorum fauorem referri ab aliquo poſsint. Cæterùm urbes à defectione, & ſocios à nouis rebus tentandis cenſebat Fabius manſueto colloquio & humanitate detinendos, neq; in omnes de quib. ſuſpicio inſinuaſſet, acrius inquirendum. Fertur enim, cum ſenſiſſet quendam Marſum militem, inter ſocios auxiliares genere & fortitudine primum, cum quibuſdam alijs in exercitu de defectione colloquia habuiſſe: non iritaſſe preterea hominem, ſed his dictis correxiſſe: Te quidem indignè neglectum hactenus fateor: & primò quidem culpa eſt penes duces, qui non pro merito, ſed fauore præmia diuidunt: deinde tu quoq; accuſandus, qui ſi cuius rei indigebas, non me compellâris. Tum equum ei bellicum dono dedit, cæteriſq; ornatum pręmijs, fidiſsimum exinde promptiſsimumq;

Annibalis inſidiæ in Fabium.

Fabij in retinendis in fide ſocijs prudentia & bonitas.

ptiſsimumq́ habuit. Iniquè enim comparatum iudicabat, ſi, cùm equites A
& uenatores cura, exercitatione, alimentisq́ potius quàm flagris & nu-
mellis contumaciam & ferociam animalibus adimerent: hominibus ali-
quis imperans, non maximam caſtigandi partem in gratia & clementia
poneret, aſperiúsue ſuos tractandos putaret, quàm ruſtici caprificum, pi-
17 rum ſilueſtrē aut oleaſtrum: quas illi arbores cultu miteſcere, & in ficum,
pirum, oleam tranſire docent. Alium Lucanū natione renunciabant cen-
turiones ſæpenumerò à caſtris abeſſe, & ſtationem deſerere. Fabius per-
contatus eſt, qualem eum alioquin uirum comperiſſent: teſtantibus om-
nibus, haud temerè ſimilem eius inter milites inueniri, ſimulq́ illuſtria a-
liquot uirtutis ab eo edita ſpecimina referentibus, cauſam peccati per-
ſcrutatus, inuenit puellæ amore hominem detineri, utq́ cum ea poſſet
eſſe, crebrò longa & periculoſa itinera eum à caſtris facere. Re cognita,
eo inſcio quoſdam miſit, qui mulierculam ad ſe adducerent: eam cum in
» ſuo tentorio occultaſſet, uocato ad ſe Lucano: Haud clam me eſt, inquit,
» te contra legem militiæ Romanæ, ſæpenumero extra caſtra pernoctare:
» ſed & antè uirum te fuiſſe egregium, me non fefellit: itaque peccatum tu- B
» um uirtutibus tuis condonatum ſit, in poſterum te alij cuſtodiendum tra
» dam. Mirante rem milite, feminam produxit, eiq́ in manus tradidit. Hæc
» quidem, dicens, ſtipulatur te nobiſcū in caſtris porrò manſurum: tu iam-
» nunc reipſa oſtendes, nulláne alia tibi ut abeſſes cauſa fuerit, an uerò hu-
» ius amorem nequiciæ tuæ prætenderis. Hæc de eius facilitate memoran-

Tarentum ut receperit Fabius.

tur. Tarentum proditione recuperauit. res ita acta eſt. Erat in caſtris eius
iuuenis Tarētinus, qui ſororem ſumma ſibi fide & amore obſtrictam Ta-
renti habebat: hanc quidam de Brutijs, quos præſidij loco impoſuerat
Tarento Annibal, adamabat. Præbuit is amor ſpem proditionis Tarenti-
no, cōmunicataq́ re cū Fabio, ſimulata tranſitione ad ſororem Tarētum
aufugit. Primis aliquot diebus Brutius ſecubuit, & (ut putabat ſoror) a-
» maſiæ fratrem fefellit. Pòſt frater ſorori: Apud nos rumor eſt, inquit, fre-
» quens, rem te cum uiro præcipuo ac potenti habere: quiſnam is eſt? Si
» enim ſit, quod de eo perhibent, uirtute inſignis, nihil refert quo genere or
» tus ſit: nam hoc diſcrimen bello ſublatum eſt. quod autem neceſſariò fit,
» in eo nihil ineſt turpitudinis: quinimo felicitatis eſt, quo tempore ius pa-
» rum ualet, eo qui uim facere poteſt, quàm humaniſsimo uti. His adducta C
mulier Brutium ad ſe uocat, eiq́ cum fratre noticiam contrahit: qui Bru-
tij amorem expediens, ita ut uideretur ei ſororem ſuam quàm antè bene-
uolentiorem obſequentioremq́ præſtitiſſe, tantum fidei apud eum inue-
nit, ut hominem amore correptū, ac pro mercede militātem ſpe magno-
rum munerū, quæ ei à Fabio expectanda pollicebatur, ad proditionē ad-
duxerit. Hæc eſt plurib. autoribus hac de re confirmata narratio. Alij mu
lierē, quæ Brutij fidem peruerterit, non Tarentinam, ſed ex Brutijs ipſam
quoq́ oriundā fuiſſe tradunt, Fabijq́ concubinā: quæ cùm Brutiorū pre-
fectum ciuē ſuum & notū eſſe cōperiſſet, re cū Fabio cōmunicata ad mu-
rum acceſſerit, collocutaq́ cū Brutio rem cōpoſuerit. His ita cōſtitutis Fa
bius, ut à Tarento Annibalē abduceret, militib. qui Rhegij ſtatiua habe-
bant (erant numero millia octo, pleriq́ perfugæ, & ex ijs quos ex Sicilia
aduexerat Marcellus ignominia notatos, inutiliſsimi bello, & quorū inte
ritus minimo Vrbis dāno iacturaq́ eſſet ſtatutus) mādauit ut Brutiorū a-
grum popularent, & Cauloniā oppugnarent: ſperās (id ꝗd res erat) ijs in
periculū miſsis ineſcare ſe Annibalē, Tarētoq́ auertere poſſe. nā is ſtatim
in Brutios cū copijs aduerſus eos cōtēdit. Sexto die ꝙ obſideri ceptū eſt

à Fabio

A à Fabio Tarentum, Tarentinus iuuenis (quem sororis interuentu rem cum Brutiorum præfecto composuisse diximus) noctu ad Brutiū uenit, explorato diligenter loco, quem excubijs tenens Brutius, cessurum se oppugnantibus receperat. Neque totam rem proditioni commisit Fabius: sed eò loci ipse profectus consedit: reliquus exercitus magno cum clamore & tumultu simul & à mari & à terra muros oppugnauit: donec concurrentibus eò plerisque ad defendendum Tarentinis, Fabio signum dedit Brutius, isque scalis admotis adscendens urbem tenuit. Videtur autem hac in actione ambitioni succubuisse. Primos enim omnium Brutios occidi iussit, ne palàm fieret, urbem proditione captam: sed neque id consecutus est, & malæ fidei crudelitatisque crimen sibi cōflauit. Multi quoque è Tarentinis cæsi sunt, uēditi triginta millia, urbs ab exercitu direpta, in publicū tria talentorum millia redacta. Ferē in direptione urbis Fabius scribæ de Dijs (ita uocabat picturas & statuas) quid uellet fieri interrogāti respondisse, Relinquamus Tarentinis Deos iratos. Veruntamen colossum Herculis Tarento trāslatum in Capitolio statuit, ac iuxtà equestrē sibi statuā
B posuit æreā, multo hac in re quàm Marcellus ineptior, imò planè eius humanitatem & clementiam admirabilem reddens: quod ex his intelligi potest, quę in huius uita scripsimus. Annibalem ferunt auxilium Tarento properè ferentem, tantum quinque mille passibus à Fabio abfuisse, ac palàm dixisse, Romanis suum etiam esse Annibalem, eademque, qua captum fuisset, ratione amissum Tarentum. amicis quoque tum primum seorsim confessum, dudū se uidisse difficulter præsentibus copijs Italiam captum iri: nunc uerò intelligere, omnino id fieri non posse. Hunc secundum triumphum priore splendidiorem duxit Fabius, qui in certamine contra Annibalem, egregium se athletam præstitisset, eiusque consilia (tanquam nexus non ab eodem quo priores robore profectos) facilè irrita fecisset. Iam enim pars copiarum Annibalis per luxum & diuitias eneruata erat, pars retusa & attrita continentibus laboribus. Tenuerat Tarentum M. Liuius eo tempore, quo id in Annibalis potestatem uenit: arcem tamen tandiu seruauerat, dum à Romanis urbs reciperetur. Is adeò inuidebat gloriæ Fabij, ut aliquando in senatu liuore & arrogantia impulsus diceret, non Fabio, sed sibi receptum Tarentum deberi. Ad hoc Fabius, Vera,
C inquit, narras: nunquam enim, nisi tu urbem amisisses, ego recipere potuissem. Romani autem præter alios Fabio habitos honores, filium eius consulem creauerunt. Qui cum rem quandam in eo magistratu bellicam administraret, pater siue ætatis causa, siue ut de filij animo periculum faceret, equo per adstantes & cum consule agentes aduectus est. Quod iuuenis procul conspicatus nequaquam passus est, sed misso lictore patrem equo descendere, peditemque ad se, si quid à consule uellet, uenire iussit. Indignè id plerique tulerunt, oculosque in Fabium ut contumelia affectum taciti coniecerunt: ipse ab equo desiluit, citatoque gradu ad filium contendit, amplexusque eum: rectè uerò tu, inquit, fili, qui agnoscis in quos magistratum, quantumque geras: sic enim & nos, & nostri maiores Romam auxerunt, patriæ bonis parentes liberosque semper postponentes. Etenim pro uero traditum est proauum Fabij gloria & potentia Romanorum facilè primum fuisse, quinque consulatus gessisse, ac de maximis bellis splendidissimè triumphasse: hunc filio consuli legatum quodam bello fuisse, & in triumpho, cum quadrijugo curru filius inueheret, equitē ipsum inter reliquos secutum: eo gestientem, quòd filij potens, ciuium maximus re & nomine cùm esset, seipsum legibus & magistratibus ultrò submitte-

II. triumphus Fabij.

18 *M. Liuij inuidia in Fabium.*

Fabij filius consul.

19

ret. Verùm hæc non est summa illius uiri laudum. Fabius pòrrò, de quo A nobis sermo est, mortem filij, quod erat uiri prudentis, patrisque optimi officium, moderatissimè tulit: ipseq; funebrem (ut moris est illustres homines defunctos uita à suis laudari) orationem in foro stans recitauit, ac deinde eam conscriptam edidit. Post hæc P. Cornelius Scipio in Hispaniam missus, Carthaginenses multis prœlijs superatos ea regione expulit, multásque gentes Romanis, multas urbes magnas subiecit, multa bona parauit: reuersusq; tanta, quanta quisquam alius, beneuolentia est prædicationéque uirtutis exceptus. Inde consul factus, cùm expectare à se, & exposcere populum aliquod egregium facinus sentiret, in Italia cum Annibale acie congredi, nimis senile neque satis suæ ætati decorum ratus, ipsam Carthaginem Africamq; subitò illatis armis exercitibusq; deuastare, bellúmque eò ex Italia transferre in animum induxit, & ad id consilium probandum omni conatu populum incitauit. Hic Fabius summum ciuitati metum inijciens, omnique oratione, omni opera cupiens ciuibus persuadere, ne patriam à iuuene imprudente in extremum periculum adduci finerent, senatum B quidem commouit: populo autem uisus est inuidia compulsus Scipionis felicitatem uelle impedire, ac uereri, ne si is præclaro aliquo facto perpetrato aut debellasset, aut ex Italia saltem bellum auertisset, ipse segnis ac mollis existimaretur, qui tandiu id bellum duxisset. & crediderim profectò Fabium initio multa tutorum consiliorum prudentiq; consideratione, metuq; ingentis periculi se ad impugnandum Scipionis conatum conuertisse: pòst magis id studium intendisse, ulteriusq; prouectum ambitione et æmulatione, ut incrementis Scipionis obstaret. Nam Scipionis quoq; collegæ Crasso autor fuit, ne id imperiũ ultrò concederet, sed ipse (si ita operæ fore uideretur) potius classem contra Carthaginenses traijceret: quin etiam hoc effecit, ne Scipioni sumptus ad bellum suppeditarentur. Itaque Scipio sibi ipse de pecunia prospicere coactus, eam ab Etruriæ urbibus studio quodam in eum peculiari gratificantibus adeptus est: Crassum partim natura (etenim placido ac minimè contentioso ingenio erat) domi detinuit, partim lex sacrorum, quòd erat pontifex maximus. Quare alia rursum uia Scipionem aggressus Fabius, iuuenes cum eo proficisci cupientes detinuit, in senatu & concionibus C uociferans, Scipionem non tantùm Annibalem fugere, sed & accepto secum reliquo Italiæ robore, classe abire, spe animos iuuenum lactantem, persuadentémque ut parentes, uxores, patriámque deserant, cuius ad portas hostis uictor & insuperabilis sedeat. Hæc quidem ita perterrefecerunt Romanos, ut tantùm ijs qui in Sicilia erant exercitibus eum uti, abducerèque ex his quibus in Africa usus fuerat trecentos, quorum fidem compertam haberet, permitterent. Atq; hæc quidem suum ingenium & suas rationes secutus ita agere tum censebatur. At enim Scipione in Africam transuecto, confestim admiranda eius facta, resq; gestæ præclarissimæ longeq; maximæ Romam allatæ, testimoniúmque famæ ferentia spolia subsecuta sunt, & rex Numidarum captiuus, præterea de binis hostium castris eodem tempore incensis, multis hominibus, multis armis, equisq; simul incendio absumptis, annunciatum. Carthaginenses autem legatis ad Annibalem missis orabant, ut omissa incerta spe Italiæ potiundæ, ad opem suis ferendam domum rediret. Romæ autem Scipio propter has uictorias omnium erat in ore. Quæ omnia cum ita haberent, nihilo minus mitti successorem Scipioni Fabius uolebat,

Fabij cum Scipione dissensio.

Scipionis res in Africa gestæ.

A uolebat, nulla alia quam afferret rei causa, nisi quòd tritũ illud referebat, Periculosum esse, unius hominis fortunæ tantas res credere: difficulter enim fieri posse, ut idem semper prospera utatur fortuna. Ibi uerò in uehementes populi incurrit indignationes, tanquam inuidiosus homo & iniquus, aut omnino ætate ad diffidentiã & timiditatem delapsus, ac immodico Annibalis metu attonitus. Nam ne Annibale quidem ex Italia profecto, gaudium ciuium esse integrum, fiduciamq; constantem passus est: sed tum maximè urbem postremum hoc discrimen subituram uersari in magno periculo dixit: quippe Annibalem quàm ante fuit atrociorẽ hostem, exercitumq; multorum adhuc imperatorum, dictatorum, consulumq; calentem cruore Scipioni occursurum: ita ut sermonibus his denuò urbem conturbauerit, belloq; in Africam reiecto, periculum Romæ præsentius factum ciues crediderint. Cæterùm Scipio haud ita multo pòst, ipsum Annibalem pugna deuicit, dedentis sese Carthaginis fastum conculcauit, maius omni spe gaudium suis attulit, imperiumq; Romanũ multis fluctibus quassatum, in integrum restituit. At Fabius uitam non *Fabij mors.*
B usq; ad id tempus produxit, neq; audiuit Annibalem esse deuictum, neq; magnam istam & constantem patriæ felicitatem inspexit: sed sub discessum Annibalis ex Italia, morbo decessit. Sanè Epaminondam Thebani publica sepultura affecerunt, quòd ita pauper uitam clauserit, ut præter 20 obeliscum ferreum nihil in eius domo feratur repertum. Fabij autem funus Romani non quidem publico sumptu fecerunt, sed priuatim æreolum unusquisq; ad eius impensas contulit: non ut egeno stipem dare, uerùm ut patrem populi terræ condere uiderentur. itaq; mors eius eum honorem ac decus, quæ uitæ responderent, inuenit. *Fabij funus.*

PERICLIS CVM FABIO *comparatio.*

Vitæ cùm Periclis, tum Fabij historiam hactenus recensuimus. Quoniã uerò uterq; & ciuilis & bellicæ uirtutis multa ac præclara documenta edidit, age primò bellica conferamus. Pericles in bello operam suam tum nauauit patriæ, cùm populus Atheniensis optima fortuna uteret̃, ac iam antè potentissimus esset, summoq; in uigore consisteret: itaq; communi felicitate, rerumq; robore uideri potest munitus aduersam fortunam euitasse. At Fabij actiones, miserrimo infelicissimoq; tempore patriam restituentis, non urbem tutam ne quid bonorum amitteret præstiterunt, sed ex malo statu in meliorem collocarunt. Ac Pericli quidem res à Cimone & Myronide prosperrimè gestæ, & Leocratis trophæa, præclaraq; & felicia Tolmidæ facinora magis occasionem festos dies in urbe agendi, ac in prætura sua securo animo degendi præbuerunt, quàm bello eam recuperandi & custodiẽdi. Fabius uerò cùm ante oculos haberet multas suorum clades & fugas, multos imperatorũ & ducum obitus, & cędes, lacus, campos, & syluas exercituum cęsorum plenas, sanguine & cadaueribus flumina usq; ad mare undantia, sua ipsius uoluntate ac ductu ciuitatẽ suffulcijt, neq; passus est superiorum culpa concussam penitus corruere. Et quanquam probabile est, posse aliquem non ita difficulter urbem humilem, si rebus aduersis laboret, erigere, cùm eam necessitas cogat sapientis consilio obtemperare: quàm populo secundis rebus elato ac ferocienti, frænum inijcere, quo eius petulantiam atq; temeritatẽ compescat: (quo maximè modo Pericles uidetur Athenienses sub se habuisse) tamen moles ac multitudo calamitatum quæ tum Romæ inciderant, magnum uirum fuisse, ingentiq; robore animi præditum Fabium demonstrauit, qui *Rerum bello gestarũ collatio.*

C

non passus sit de suis se consilijs depelli. Samo à Pericle captæ, Tarenti recuperationem licet opponere, & Eubœæ, urbes Campaniæ: Capuam enim Fuluius & Appius coss. receperunt. Acie porrò semel tantùm uicit Fabius, qua de uictoria primum triumphum duxit: Pericles terra mariq́ de superatis hostibus nouem statuit trophea. Neque uerò tam egregium Periclis factum memoratur, quàm fuit Fabij, quòd Minucium Annibali eripuit, integrumq́ exercitum Romanum conseruauit: præclarum sanè factum, communeq́ trium uirtutum, fortitudinis, prudentiæ, & humanitatis. Rursus nullum tale erratum Periclis extat, quale fuit Fabij, boum artificio ab Annibale delusi, quem forte fortuna in augustijs deprehensum, noctu ignarus emisit, interdiu ab eo uictus est, præuentusq́ & superatus ab eo quem ceperat. Quod si egregij imperatoris est, non solùm præsentia rectè agere, sed & futura prospicere: Athenienses eum, quem præuidit & prædixit Pericles, finem belli habuerunt: nam uarijs sese rebus implicantes, potentiam suam amiserunt. At Romani emisso contra sententiam Fabij Scipione, qui Carthaginensibus bellum inferret, non fortuna, sed sapientia & fortitudine imperatoris deuictis hostibus debellauerunt. Itaque alterum rectè futura prospexisse, calamitas patriæ testata est: alterum longissimè aberrasse à scopo, felicitas suorum arguit. Est autem idem error in imperatore, uel improuisum in malum incidere, uel propter incredulitatem dimittere rei bene gerendæ occasionem: una enim imperitia & audaciam parit, & diffidentiam. Hæc de bellicis rebus. Quod ad ciuilem rationem attinet, in magna est culpa Pericles, qui nolens Lacedemonijs quicq́ concedere, bellū contra patriam suam excitauit: quanq́ ego ne Fabium quidem Carthaginensibus cessurum, sed pro imperio fortiter propugnaturum fuisse existimo. Sed Fabij in Minucium clementia, Periclis contra Cimonem & Thucydidem factiones uitij coarguit, quos iste uiros bonos, & optimatium studiosos in exilium extrusit. Maior autem Periclis contrà fuit potentia & autoritas: itaque non passus est ullum alium ducem suis malis consilijs reipublicæ calamitatem inferre. solus Tolmidas inuito ipsi elapsus, contra Bœotos rem infeliciter gessit: reliqui omnes ipsius, ut cuius summa esset potestas, consilio & uoluntati suam adiunxerunt. Qua in re Fabius eo fuit inferior, quòd ipse tutus & nullius peccati autor, alios prohibere nequiuit: nunquam enim tot clades passi fuissent Romani, si tantum Romæ Fabius, quantum Pericles Athenis, ualuisset. Liberalitatem Pericles nihil ab ijs qui dabant accipiendo, Fabius indigentibus largiendo demonstrauit, cùm suo ære captiuos redemit. nisi quòd hæc pecunia non ita ingens, & circiter sex talenta tantùm fuit: at Pericles cum ineffabiles à socijs & regibus ipsum demerentibus pecunias posset accipere, seipsum ab omni pecunia inuictum conseruauit. Denique cum operum, templorum, ædificiorumq́, quibus exornauit Pericles Athenas, magnificentia, ne uniuersa quidem ea, quæ Romæ ante Cæsares sunt extructa ciuitatis ornandæ gratia, conferri merentur: adeò mganitudo & splendor operum Periclis præstantiam quandam omni comparatione superiorem habuerunt.

Ciuilis rationis comparatio.

PLV-

A PLVTARCHI ALCIBIADES, [redacted] AVGVstano interprete.

ALCIBIADIS genus ad Eurysacem Aiacis filiũ autorem refertur. Matrem ex Alcmæonidarum stirpe habuit Dinomacham Megaclis filiã. Pater Alcibiadis Clinias triremi proprijs sumptibus instructa apud Artemisium præclaram bello nauali operam nauauit: pòst in prœlio contra Bœotos apud Coroneam cecidit: exinde Xanthippi filios cõsanguinitate sibi iunctos Periclem & Ariphronem, tutores Alcibiades habuit. Nõ ab re est, quod fertur huic Socratis beneuolentia & amor nõ paruum ad gloriam momentum attulisse. Qui enim eodẽ tempore illustres fuerunt uiri, Nicias, Demosthenes, Lamachus, Phormio, Thrasybulus, Theramenes, horũ ne matres quidem quæ fuerint, memoriæ proditum est: cùm constet Alcibiadis nutricem Lacedæmoniam patria, nomine Amyclam fuisse, pædagogo autem eundem usum Zopyro: quorum alterum Antisthenes, alterum Plato tradit. De pulcritudine eius nihil fortasis est dicendum, nisi hoc, eam omni ipsius ętate floruisse, ideoq́ & pucro, & adolescenti, & uiro facto gratiam ac uenustatem conciliasse. Neq; enim uerum est, quod Euripides ait, omnium pulcrarum rerum etiam uergens ad senium tempus (quod ille autumnum nominat) pulcrum esse: sed Alcibiadi hoc, paucisq́ alijs propter naturæ bonitatem, uirtutemq́ corporis contigit. Decoram porrò uoci eius balbuciẽ fuisse ferunt, garrulitatemq́ in persuadendo gratiosam. Sanè uitium linguæ eius etiam Aristophanes notauit, Theorum uexans:

1 — *Genus.*

A

Illustriũ uirorum matres ignotæ

B

Forma Alcibiadis.

2

3

Tunc Alcibiades ad me ait balbutiens:
Celnin'? Theolus habet colacis caput. XANTH. bene
Alcibiades profectò illud balbutijt.

Et Archippus filium Alcibiadis insectans:

Incedit ille molliter, uestem trahens:
Vtq; esse uideatur quàm simulimus patri,
Blæso ore, gutture eiulanteq; loquatur.

C Mores eius postea temporis, uersante ipso in arduis rebus, utenteq́ uaria fortuna, multiplices ipsi quoque, ut consentaneum erat, mutationes & diuersitates habuerunt. cum autem natura inessent ei multi ac magni affectus, omnium uehementissimus fuit studium contendendi, & primarum partiũ appetitio: quod ex his etiam apparet, quæ eius, cùm puer adhuc esset, dicta commemorantur. In lucta enim pressus, ne caderet, prementis manus, quibus nexus tenebat, ad os attraxit, mordicusq́ impetijt: sicq́ dimissus ab eo dicẽte, Mordes ô Alcibiades tanquã mulieres? Nequaquã, inquit, sed ut leones. Paruulus adhuc talis in angiporto quodã cum æqualibus colludebat: ibi cum ad ipsum iactus ordine peruenisset, fortè currus onustus eò aduenit: recedentib. reliquis, primũ aurigã iubere Alcibiades, ut tantillũ expectaret, dũ talos inspiceret: (inciderãt eñ in eam uiæ partẽ, quà transeundũ erat currui) cũ uector, ut erat rusticus, nihil motus precibus pergeret, in faciẽ sese ante currũ ꝓiecit, ac transuersum per uiã extendit, iussitq́ hominẽ si omnino uellet, ita transire: itaq; metuens ille puero, currum retrò egit, & qui uiderant rem, perterriti cum clamore eò accurrerũt. Vbi ad discẽdas artes se cõtulit, omnib. pręceptorib. ut decuit se morigerũ præbuit, tibia tantũ canere noluit, illiberalẽ eã & ingenuo indignam

Morum uarietas.

Tibia canere illiberale.

artem iudicans. nam plectrum quidem & lyram nihil de figura & forma, A
que liberalem hominē dec[redacted]; fistulā[redacted]is uix etiam
à familiaribus faciem agnosci: præterea lyram unà eo qui utitur canente,
sonū suū edere: tibiam eius qui uteretur os obstruere, uocemq; interclude
re. Proinde, inquit, canant Bœotorū pueri, qui loqui nesciūt: nos Atheni-
enses exemplū Mineruę, & Apollinis (quos urbis nostrę autores esse à pa
rentib. accepimus) imitabimur, quorū illa fistulā abecit, hic fistulatorē ex-
coriauit. Hęc seria inter iocandū referēs Alcibiades, & se, & reliquos ea ar
te abstinuit: celeriter eo rumore inter pueros sparso, bene agere Alcibia-
dē, qui artē istā respuat, & eam discentes rideat: inde factū, ut hęc ars peni
4 tus è liberalib. disciplinis excluderetur. In criminationibus Antiphontis

Antiphontis in Alcibiadē criminationes.

pręterea scriptū est, Alcibiadē puerū domo aufugisse ad Democratē ama
torem suum: Ariphron emq; cùm statuisset eum abdicare, inhibitū à Peri-
cle, quòd diceret, si quidē iam mortuus esset puer, frustra id fore, cùm abdi
cari ante mortē uno die debuerit: sin uiueret, fore ea ratione, ut omnis in
posterum ei uita miserrima esset. Idemq; ait quendā comitū ab Alcibiade
in Sibyrtij palæstra ligno ictum & exanimatum esse. Sed homini palàm B
prę se ferenti, odij causa conuicia se Alcibiadi facere, non uideo cur sit cre
dendum. Cùm multi iam ac nobiles Alcibiadi se adiungerēt, eumq; cole-
rent, facilè patuit omnes id formæ eius pręstātia accensos facere. Socratis

Socratis in Alcibiadē amor.

uerò amor magnum testimoniū erat uirtutis egregiæq; indolis, quam is
effulgentē ex forma pueri perspiciebat. Ac quanq; uidebat eum iam antè
occupatū à turba ciuium, hospitū, confœderatorū, qui diuitijs, dignitate,
adulando, gratiaq; animū eius alliciebant: tamen contra hunc metū arma
habebat, quibus uteret, neq; pateretur tam præclarā stirpem in ipso flore
,, fructū perdere. Nihil enim usq; adeò externis istis (quæ uocamus) bonis
,, fortuna cinxit atq; circūsepijt, ut philosophia id, orationeq; libera & acri
,, non possit adiri. Ita Alcibiades etiā, etsi ab ijs qui gratiā ipsius in cōuersan
do captabāt initio statim molliter habebat, neq; ad huiusmodi sermones
audiēdos admittebat, quib. ad uirtutē institui posset: tamē indolis suę ui
Socratem quis esset agnouit, eumq; remotis diuitib. illis & gloriosis ama-
toribus admisit. Cuius consuetudine deinde usus, cùm audiuisset sermo-
nes non eius qui amorē uiro indecorum uenaretur, neq; oscula & ample-
xus expeteret, sed uitia animi repręhenderet, inanemq; & stultum fastum C
deprimeret: ibi uerò sese,

Trepidas ut alas gallus ille territus,

demisit: Socratisq; proinde institutum, uerum Deorum ministeriū ad cu
randos & seruandos adolescentes esse censuit: ac dum seipsum despicit,
illum admiratur, eius comitatem amplectitur, uirtutem ueneratur, ne sen-
tiens quidem mutationē eam, nouo amore captus est, quē Plato tàquam
obscœni illius contrarium, Anterotem nominat. Itaq; mirabantur omnes
eum cum Socrate cœnare, exercere luctam, habitare, alijs se difficilem &

Iniuriæ Alcibiadis.

intractabilē præbere, nōnullis etiā insolēter utentē, ut Anyto Anthemio
nis filio. Is cum amaret Alcibiadē, conuiuio hospites quosdam excipiens,
hunc quoq; uocauit ad cœnam. Alcibiades uenturum se negauit, domi
autem cum socijs inebriatus, post cœnam ad Anyti domum comessatum
iuit, ac consistens in ostio aulæ, cùm uidisset mensas argenteis aureisq; po
culis oppletas, pueris suis mandauit, ut eorum dimidiam partē abreptam
domum auferrent: ac ingredi non dignatus, eo facto abijt. Hospitibus fre
mentibus, superbeq; eum & contumeliose cum Anyto egisse dicentibus,
Imò autem humaniter & liberaliter, inquit Anytus, actum ab eo est, qui
cum

A cum licuisset omnia auferre, dimidiā partem reliquerit. Ad hunc modum omnes suos amatores tractauit, uno inquilino excepto. Hic non magnis (ut aiunt) prædıtus facultatibus, cum omnia diuendidisset, & ad centum stateres confecisset, eam pecuniam Alcibiadi obtulit, utq; eam acciperet orauit: is delectatus ea re, ridensq; hominem ad cœnam inuitauit, & hilariter accepto, aurū suū reddidit, mandauitq; ut postridie in publicorum uectigalium auctione omnes licendo superaret: tergiuersantem (quippe multis talentis ista emptio erat constitura) ni obtemperasset, flagris cæsurum minatus est. Erant autē priuatim Alcibiadi aduersum publicanos simultates. Vbi diluxit, progressus in forum inquilinus, licentiū publicanorum precium uno talento addito superauit: publicani coire, ac fremere, utq; uadem nominaret inquilino dicere, quem inuentum iri ab eo non putabant. Turbato homine, & recedente iam, Alcibiades procul stans, magistratibus, ut se scriberent dixit, se pro amico hoc suo fideiubere. Id uero anxios animi publicanos reddidit, qui cùm semper emptionibus nouis de priorib. consuessent satisfacere, rem tunc nullo modo successuram

B uidebant: itaq; orabant hominē, ut accepta pecunia, ipsis emptionē procedere pateretur: neq; antè passus est eum cōcedere Alcibiades, quàm talentū dedissent, idq; inquilinus accepit. Huic itaq; ea ratione profuit. Cæterùm amor Socratis, cùm à tot tantisq; riualib. oppugnaretur, aliquādo Alcibiadem tenuit, bonitate indolis adiuuāte, dictisq; Socratis animum eius penetrantibus, corq; commouentibus, & lacrymas extorquentibus: nōnunquam adulatoribus multas ei uoluptates obijcientib. concedens, à Socrate dilabebatur: cumq; profugisset, iterum eum Socrates uerecūdia ac metu uenabatur. solū enim Socratem Alcibiades reuerebatur, atq; me tuebat, contemptis cæteris. Cleanthes quidē suum amasium solis aurib. à se teneri dicebat, riualib. multas eiusdem appræhendendi esse ansas, quas ipse attingere non posset: uidelicet uentrem, pudenda, gulam. At Alcibiades, erat quidem etiam ad uoluptates procliuis, idq; uictus sinistra ratio, qua eum in corpus suum peccasse Thucydides ait, innuere uidetur. Verùm hi qui eum deprauabāt, ambitionē quoq; eius & gloriæ cupiditatem arripiebant, & alieno tēpore ad magnas res suscipiendas incitabant, persuadentes fore, ut quàm primùm rempub. gerere cepisset, statim nō alio-

C rum modò ducum & oratorum, sed ipsius quoq; Periclis potētiam apud Græcos & gloriam sua obscuraret. Quemadmodū uerò ferrum igni mollitum, aqua rursus densatū durescit: ita Socrates eum mollicie & uanitate totum diffluentem quoties appræhendit, oratione denuò compingens quasi atq; solidū reddens, ostendendo quib. adhuc rebus indigeret, quantumq; ei ad perfectam uirtutem deesset, humilem rursus minusq; audacem effecit. Porrò puericiam egressus Alcibiades, grammaticum accesit, librumq; Homericum poposcit: cumq; is se quicquam Homericū habere negaret, pugno incusso abijt. Alteri Homerum à se emendatum pollicenti: Tu ergo, inquit, literas doces, non iuuentutē potiùs informas, si ad Homerum castigandū tibi satis est doctrinę. Periclis conueniendi causa cùm ad ianuam eius uenisset, audiretq; non uacare ei ut quenq; admitteret, quod cogitaret secū, quomodo rationes Atheniensibus redderet: atqui, ait, præstabat cū dispicere, qua ratione liceret eas nō reddere. Adolescens adhuc expeditioni ad Potidęā interfuit, Socratemq; contubernalē, & manipularem suum habuit. Acri prœlio commisso, utriusq; uirtus fuit conspicua: Alcibiademq; uulneratum Socrates corpore suo armisq; texit & eripuit. Quamobrem cum ad hunc præmium uirtutis optimo iure pertineret, tamen

Vita Alcibiadis.

Alcibiadis & Socratis ad Potidęā militia.

tamen duces satis apertè propter splendorẽ generis eum honorẽ ad Alci- A
biadem deferebant: & Socrates ut quærendæ ex præclaris reb. gloriæ stu
dium in eo homine augeret, primus omniũ testatus est dignũ esse, qui co-
7 ronaretur, armisq; donaret. Deinde in pugna apud Delium cum fugerẽt
Athenienses, Socrate quoq; ut erat pedes cum armis discedẽte, uidens id
Alcibiades qui eques erat, nõ præteruectus est, sed Socratem defendit ac
deduxit, quanq; instantib. magna cum cæde hostibus. Sed hæc posteriori
bus temporib. facta sunt. Porro autẽ Alcibiades Hipponico Calliæ patri,
gloria, potentia, genere, & diuitijs præcipuo, colaphũ inflixit, non ira aut
rixa motus, sed q risus captandi causa id se facturũ pignore cum socijs cer
tauerat. Quæ eius petulantia cum per totã urbem diuulgaretur, omnesq;
(ut ęquum erat) indignè id facinus ferrent, summa luce Alcibiades in do-
mum Hipponici uenit, pulsatoq; ostio admissus, uestẽ deposuit, corpusq;
suum flagellare eum & supplicio afficere iussit. Hipponicus uerò iniuriæ
ipsi gratiã fecit, ac pòst locata in matrioniũ filia Hippareta generum sibi
Vxor Alcibiadis. adsciuit. Quidam nõ ab Hipponico, sed à Callia hanc Alcibiadi nuptum
datam cum dote decem talentorum tradunt: pòst cùm ea peperisset, alia B
decem exegisse maritum, quasi ita cõuentum esset, si peperisset mulier: &
ueritum insidias Calliam, progressum ad populũ, atq; huic bona sua om-
nia ea conditione legasse, si nulla relicta sobole mortem obiret. Cæterùm
Hippareta cùm esset modesta mulier, uiriq; diligens, iniurijs affecta à ma-
rito rem cũ urbanis peregrinisq; meretricib. consuetudinẽ habẽte, domo
sua relicta ad fratrem abijt. Id Alcibiades cõtempsit, nihiloq; minus luxu-
rians, petijt ut discessionis libellum ipsa præsens apud Archontem depo-
neret. Quo cùm ea, ut rem secundum legem perficeret, uenisset, superue-
nit Alcibiades, abreptamq; per forum domum suam retulit, nemine repu
gnare, aut adimere ei feminã audente: atq; ex eo Hipparete usq; ad finem
uitæ suę cum marito uixit: mortua est autem paulo pòst, cum is Ephesum
nauigaret. Hęc uis nõ omnino iniusta uidet, neq; inhumana fuisse: ideoq;
(ut apparet) lex iubet, ut in publicum ea quæ diuortiũ est factura produ-
catur, uti liceat uiro pacisci, & in matrimonio eam retinere. Habebat aũt
canem Alcibiades magnitudine & forma mirabili, emptum septuagin-
Alcibiadis chrea. ta minis: huic caudam, & ipsam oppidò elegantẽ, abscidit. inde familiarib.
culpantibus, referẽtibusq; eum canis causa ab omnibus Athenienſib. cõ- C
uicijs proscindi, subridens: Hoc est, inquit, quod uolebã: hunc enim uolo
sermonem Athenienses habeant, ne quid de me deterius loquantur. In
Largitio. primo ad populum progressu traditur pecuniã elargitus: non q ita in ani
mo habuerit, sed cum transiret, ac tumultum populi audiret, causam scisci
tatum, accepisse eum exortum ob pecunias multitudini distributas: itaq;
ipsum quoq; accessisse, & pecuniam donasse. Populo autẽ acclamante &
Coturnix. plaudente, præ lætitia oblitũ coturnicis quam sub ueste gerebat: eaq; ter-
rita & fuga se proripiente, maiorẽ ab Atheniensib. plausum sublatũ, mul-
tosq; ad capiendã auim accurrisse: captam ab Antiocho gubernatore, &
redditam: ideoq; hũc summoperè adamatũ Alcibiadi. Etsi uerò ad remp.
accedẽdi magnas ei occasiones genus, diuitię, gloria bellica, amicorũ ne-
cessariorumq; copia prębebant: nulla tamẽ potius re, quàm gratia dicen-
di potẽtiam sibi apud populũ parandã duxit. Valuisse eum hac re, testan-
8 tur Comici: & oratorum eloquentissimus in oratione contra Mediam, di
Facundia Alcibiadis. sertissimum inter omnes Alcibiadem fuisse asserit. Quod si Theophrasto
credimus, uiro uarię cognitionis, & si quisquã alius fuit philosophorũ, hi
storico, in inueniendis & excogitandis ijs quæ ad rem propositã facerent

summam

A summam habuit facultatem: nec quid dicendum esset modò quærebat, sed & elocutionis erat studiosus: itaque non rarò uerbis destitutus lapsus est, ac inter orandum obticuit, uocabulum quod ei excidisset memoria, requirens & circumspiciens. Equorum nutritione, magnam sibi famam parauit, multitudineq; curruum: nemo enim præter ipsum neq; rex neq; priuatus in Olympicos ludos septem currus introduxit. Vicit etiam, ut testatur Thucydides, & secundus etiam, & quartus fuit. Euripides autem tertio loco uicisse dicens, omnem in hoc genere splendorem ac gloriam ab eo superatam ostendit. Carmen Euripidis ita habet: *Equi & currus Alcibiadis.*

Te tua dignum celebrabo laude
Cliniæ fili, fidibusq; gratis.
Curruum cursu rapido sequentes
Vincere pulcrum est.
Tu rotis metam tetigisse primis,
Tu rotis gaudes iterum secundis:
Tertios gaudes tenuisse cursus
Solus Achiuûm.
B *Hinc tibi plausus datus est ouanti,*
Et Iouis festis oleaster aptus,
Duplici multùm merito corona
Tempora cinxit.

Hunc splendorem auxerunt honores illi certatim à Græcis Asianis habiti. Tabernaculum enim ei pulcerrimè exornatum Ephesii statuerunt: pabulum equis, & uictimarum copiam suppeditauere Chij: uinum & alium cõuiuiorum apparatum Lesbij largiti sunt, quanquam magnificè multis epulum præbenti. Veruntamen interuenit huic eius magnificentiæ calumnia quædã malæ fidei, quæ plurimis sermonibus occasionem præbuit. Narratur enim fuisse Athenis Diomedes quidam, homo non improbus, amicus Alcibiadis: hunc, cùm cuperet Olympico certamine uictoriã adipisci, & audiret Argis esse publicum currum, qua in urbe Alcibiades plurimum gratia, & amicis posset, persuasisse homini, ut currum istum emeret: emisseq; Alcibiadem, ac sibi inscripsisse, ualere iusso Diomede: hunc autem rem indignè tulisse, Deosq; & homines obtestatum. Hancq; rem in iudicium tractã apparet: & extat oratio Isocratis de bigis, pro filio Alci-
C biadis, in qua tamen actor non est Diomedes, sed Tisias. Postquàm rempublicam attigit Alcibiades, adolescẽs adhuc, depressis ab eo alijs omnibus, qui ad populum dicere solebant, cum Phæace tantùm Erasistrati, & Nicia Nicerati filio certamen ipsi fuit: quorum hic iam ætate maturior, optimi ducis nomen habebat. Phæax tunc itidem ut Alcibiades crescere incipiebat, illustribus natus parentibus, sed cùm alijs à rebus, tum ab eloquentia imparatior, aptiorq; ad priuatos congressus, probabiliterq; de re quapiam disserendum, quàm ad forensia certamina: erat enim, ut ait Eupolis, *Vt in remp. uersatus fuerit.*

Loquendo optimus, at dicendi planè inscius.

Circumfertur & oratio quædam contra Alcibiadem & Phęacem scripta, in qua inter alia est, Alcibiadẽ aureis atq; argentes pomparũ instrumẽtis, quæ multa urbis erant, tanq; suis in quotidiana uita usum. Erat eodẽ tempore Hyberbolus quidam Perithœdes, cuius ut improbi hominis mẽtionem etiã Thucydides facit: & cotinenter cõuicijs exagitatus, materiã ridendi Comicis omnibus ferè in theatris exhibebat: neq; ullis maledictis ille mouebatur, & ob contemptionem boni nominis (quod uitiũ cùm sit impudentia & insania quędã, nõnulli fortitudinis nomine cohonestant) *Hyperbolus ostracismo pulsus.*

nemini

nemini probabatur: populus eius opera crebrò utebatur, ſi dignitate & A
autoritate conſpicuos uiros contumelia afficere & calumnijs impetere
uellet. Is tunc quoq; à populo ſummiſſus, oſtraciſmum erat illaturus: quo
genere exilij ſubinde ciues gloria & potentia præſtantiores premunt, ac
inuidiæ magis quàm metui conſulunt. neque uerò dubium erat horum,
quos dixi, trium uni oſtracum intendi. Itaq; Alcibiades factionibus inter
ſe coniunctis, communicata re cum Nicia, oſtraciſmum in autorem con-
uertit. alij cum Phæace rem contuliſſe, eiuſq; ſecta ſibi ſociata Hyperbo-
lo exilium ſtruxiſſe dicunt. Neq; hic quicq; tale metuebat, cùm id ſuppli-
cij antè non ſoleret malis aut obſcuris hominibus irrogari: ut & Plato ait,
quo loco mentionem Perithœdæ huius facit:

13 *Nam digna moribus quidem ſuis tulit,*
Indigna ſeipſo, ſtigmatibuſq; tamen ſuis:
Neq; oſtraciſmus propter huius eſt modi
Excogitatus homines.

Alcibiades pacificatio nẽ Græciæ impedit.

Sed quæ hac de re memorantur, alio ſunt à nobis loco expoſita. Alcibia-
dem uerò non minus urebat in adminiſtratione hoſtibus, quàm in hono- B
re apud ciues habitus Nicias. Intercedebat quidem Alcibiadi ius publici
cum Lacedæmonijs hoſpitij: captoſq; apud Pylum ex ijs comiter tracta-
uerat. Sed poſtquam hi Niciam, cuius potiſsimùm opera pacem nacti, ca
ptiuos receperant, ſummo amore proſequi ceperunt: atq; inter Græcos
rumor increbruit, bellum inter eos à Pericle turbatum, pacem à Nicia re-
ſtitutam (quam & Niciacam ab eo nominabant) haud mediocri Alcibia-
des correptus dolore & inuidia, de confundendo eo fœdere cogitare ce-
pit. Ac primùm animaduertens Argiuos odio & metu Spartanorum te-
neri, ac ideo quærere detrectandi fœderis occaſionem, clàm illis ſpem ſo-
cietatis cum Athenienſibus futuræ iniecit: collocutuſq; eſt per nuncios
cum eorum primoribus, & hortatus ne ſibi metuerent, neúe Lacedæmo-
nijs cederent, uerùm ad Athenienſes ſe cõuerterent, qui ipſi ſtatim eſſent
mutaturi factũ, & à fœdere diſceſſuri. Deinde cùm Lacedæmonij ſocieta
tem cum Bœotis coijſſent, Panactumq; Athenienſibus, non (ut conuene
rat) integrum, ſed prius dirutũ reddidiſſent, nactus ciues iratos, indigna-
tionem eorum oratione ſua auxit. Niciam quoq; uexauit, criminaq; ei ob
14 iecit probabilia: quod is dux belli, hoſtes apud Sphacteriam ſuperſtites C
noluiſſet capere, captos autem ab alijs gratificandi ſtudio Lacedemonijs
reddidiſſet: deindè quòd cum eſſet amicus eorum, non perſuaſiſſet, ne
cum Bœotis fœdus facerent, & Corinthijs: Athenienſes autem, ſi nollent
amiciciam inire cum Lacedæmonijs, non pateretur alijs petẽtibus ſe con
iungere. His cum premeretur criminationibus Nicias, commodum La-
cedæmone legati Athenas uenerũt, mandata æqua planè afferentes, ſeq;
cum plena poteſtate ad omnem iuſtam pacificationem miſſos dicentes.

Alcibiadis in legatos Lacedæmoniorũ perfidia.

Cùm accepiſſet eos Senatus, ac poſtridie concio eſſet populi futura, ueri-
tus Alcibiades ne ſuum conſilium retrò caderet, tantum perfecit, ut lega-
ti cum ipſo colloquerentur. Vt conuenere: Quid agitis, inquit, Spartani?
oblitine eſtis Senatum ſemper moderatum ſe & humanum his qui cum
ipſo agunt præbere? populi autem magnos eſſe ſpiritus, magnarumq; re-
rum cupiditatem? & nunc ſi omnia in ueſtra eſſe poteſtate dicetis, impera
15 bunt uobis, cogentq; ut ex ipſorum agatis ſententia. Hoc quidem propo
ſitum ueſtrum imprudens eſt. Agedum miſſo eo, ſi æquos habere uultis
Athenienſes, neq; uobis extorqueri quicquam inuitis, ita de conditioni-
bus fœderis diſſerite, quaſi non penes uos ſit ſtatuendi poteſtas: ego in
gratiam

A gratiã Lacedæmoniorum uobis operã meam dico. Hæc cùm iuramento confirmasset, à Nicia eos prorsus abalienatos, suos fecit, fidẽ ei habentes, mirantesq; hominis facundiã & prudentiã singularem. Postridie ubi conuenit populus, ingressos legatos admodum humaniter interrogauit, quibus nam conditionib. uenissent: cùm respondissent, se nõ cum plena uenisse potestate, confestim clamore sublato eos maledictis incessit (quasi uerò iniuriæ non ipse autor, sed illi essent) infidos et inconstantes uocãs, ac qui nihil sani actum dictumue uenissent. Indignatio senatus, populiq; eam uociferationẽ excepit: & Niciẹ quoq; fraudis nescio simul admiratio, simul mœror ob inconstantiã legatorum incessit. Lacedæmonijs ita repudiatis, dux creatus Alcibiades, statim Argiuos, Mantinẽses, & Eleos fœdere Atheniensib. copulauit. Huius facti modum laudauit nemo: magnum tamen fuit totam propè à se mutuò diuellisse Peloponnesum, totq; armatos uno die apud Mantineã contra Lacedæmonios in acie cõstituere, eosq; longissimè ab Athenis prœlio aggredi: quo quidẽ prœlio si uictoria penes Lacedæmonios stetisset, non magnum momentũ erat cõtra B Athenienses allatura: sin superati fuissent, periculũ erat de Spartæ salute. Post eã pugnã principes urbis Argis statim aggressi sunt populo oppresso, ciuitatẽ in suam potestatẽ redigere. Lacedæmonijq; superuenerunt, et popularẽ in rep. dominationẽ euerterunt. Rursus aũt populus cùm arma cepisset, & superior esset factus, Alcibiades Argos ꝓfectus, populi uictoriam cõfirmauit, persuasitq; ut longũ murum ad mare usq; deducerẽt, urbemq; omnino Atheniensiũ potentiæ contiguã facerent: fabrosq; & lapicidas ad id opus Athenis accersiuit, omniq; studio ꝓmouit, non minorem sibi, quàm urbi gratiã & uim parans. Patrensib. quoq; consuluit, ut & ipsi muris longis extructis urbem mari annecterẽt. & cùm quidã Patrensibus diceret, Ita Athenienses uos deglutient: fortasis, inquit Alcibiades, sensim & sumpto à pedib. initio: Lacedæmonij aũt idem facient uno momento, caputq; primò haurient. Quinetiam terræ finium proferendorum Atheniensib. autor fuit, semperq; adolescentes monuit, ut iuramẽto quo se Agrauli obstringunt, satisfacerent: iurant autem, se fines Atticæ habituros frumentum, hordeum, uites, oleas: itaq; in id incumbendum, ut se racem omnem terram in suam potestatẽ redigerent. Enimuerò dum hæc C ageret ac consuleret tanto animo, tantaq; calliditate, ingens interim eius in uictu quotidiano luxuria & mollicies, in cõpotando & amorib. turpitudo conspiciebatur: uestes purpureæ feminarum exemplo per forum tractæ, luxus insolens: excindebantur in triremibus tabulata, & quo mollius in ijs dormiretur non asseribus, sed fascijs uestris stragula lectiq; inijciebãtur: clypeus aureus ei gestabatur, non paterno insigni pictus, sed amore fulminifero. Quæ cum uiderẽt homines illustres, non modò abominabantur & stomachabantur: sed simul eius leuitatem & iniustitiam, (tyrannica & aliena à liberis hominib. uitia) suspectam habebant. Populi uerò qui fuerit de Alcibiade sensus, haud malè his uerbis exposuit Aristophanes:

Alcibiades Athenensibus Argiuos, Mantinenses, & Eleos iungit. 16 17 *Luxuria Alcibiadis.* 18

Desiderat hunc, & odit: habere uult tamen.

Et præterea per ambages ostendens qualis esset:

Educere in urbe leonem omnino haud expedit:
Sin quis aluit, eius obsequatur moribus.

Populi de Alcibiade sensus.

Nam largitiones in scenam, ac in urbem ornandam collati sumptus immodici, tum gloria maiorum, eloquentia, corporis pulcritudo, robur, peritia rei militaris, fortitudo: hæc inquam effecerunt, ut populus Athe-

niensis reliqua etiam homini cõ donaret, ac moderatè ferret, uitijsq; semper leuissima nomina imponeret, ludos, & facilitatem appellans. Eius ge- A
19 neris est, quòd Agatharchum pictorem à se in carcerem coniectum, post domus suæ pingendæ causa liberauit, & pecunia donauit: quòd Taureę in præbendis scenæ sumptib. secum certanti colaphũ inflixit: quòd Meliam mulierẽ è captiuarum numero exemit, puerumq; ex ea sustulit & aluit. Hæc omnia humanitatis seu facilitatis nomine signabant Athenienses, præterquàm id, quòd Meliorum omniũ nullo ætatis habito discrimine occidendorũ causa ipse potissimùm fuisse creditus est, ei decreto suffragans. Cùm Aristophon pinxisset Nemeam, quę Alcibiadẽ in ulnis suis sedentem tenebat, concurrit ad id spectaculũ multitudo, seniores aũt hęc omnia ut tyrannica molestè ferebant. Et uidetur Archestratus haud absurdè dixisse, Græciã duobus Alcibiadib. ferendis non suffecturã. Quòd aũt Timon, cui ut omniũ osori hominũ Misanthropi cognomen erat, Alcibiadẽ lætis successib. utentẽ, aliquando splendido cũ comitatu à foro redeuntẽ conspicatus nõ pręterijt, neq; (ut solebat alijs hominib. obuiã dantibus facere) fugit, sed occurrens, iniecta dextra: Macte, inquit, uirtute adolescens, perge ad altũ contendere: omniũ enim horũ magno malo tuo auctus stabunt. id alijs risum mouit, alij conuiciati sunt dicti autorẽ, nonnullorũ uerò animos magnoperè cõmouit: adeò ꝓpter inæqualitatẽ ingenij Alcibiadis, nihil certi de eo poterat iudicari. B

Alcibiades belli Siciliensis fax. Siciliæ porrò potiundæ & cupiditas Atheniensib. etiã uiuente adhuc Pericle incesserat, & defuncto eo manus insulæ iniecerãt, ac subinde auxilia uim passis à Syracusanis miserãt, ut sibi maiorib. copijs rem tẽtaturis aditus ad insulã pateret. Ei cupiditati faces addidit Alcibiades, persuasitq; ut non diuersis temporibus, aut parua manu, sed magna simul classe Siciliam peterent ac subigerent: magnasq; spes iniecit populo, maiora ipse animo cõcipiens, quorũ nõ ut cæteri, finẽ, sed initium fore Siciliensem expeditionem cogitabat. Quippe cùm Nicias Syracusarũ capiendarum propositũ, tanq; arduum, improbaret, ab eoq; populũ deterreret, Alcibiades iam & Carthaginem, & Africã somniabat: his captis inde Italiã ac Peloponnesum se subacturũ, & quasi ingressum ad eas res Sicilia se usurũ sperabat. Iamq; eò arrectæ erãt iuuenũ spes: senũ quoq; multi ac mirabiles de ea expeditione audiebant sermões, multiq; in gymnasijs & theatris sedebãt, figurã Siciliæ, situmq; C

Socratis & Metonis de eo præsagia. Africæ & Carthaginis describẽtes. Ferunt tamen Socratẽ philosophũ, & Metonẽ astrologum nihil boni ex hoc bello urbi futurũ pręuidisse. Quorum alter uidet a genio, quem sibi familiarẽ habet, præmonitus: alter siue rationib. subductis futurũ malũ deprehenderit, siue diuinatione quadam id perscrutatus, incertũ, simulato furore facẽ ardentẽ arripuit, domumq; suã incendit. Alij nullo insanię prætextu usum Metonẽ, noctu domũ combussisse narrãt: summoq; manè ꝓgressum ad ciues petijsse suppliciter, ut sibi ad tãtæ cladis solatiũ filiũ militiæ immunẽ relinquerẽt, idq; impetrasse, deceptis hoc pacto ciuibus. Nicias uerò contra suã uoluntatem dux belli est creatus, cui magistratus fugiendi nõ minimã causam collega dabat. Atheniensib. enim uidebat bellum ita rectius administrari posse, si rem non Alcibiadi animi impotenti cõmitterent, sed eius audaciã prudẽtia Niciæ temperarent: tertius ẽm horum collega Lamachus, quanq; grãdiore iam ætate, uidebat tamen nonnullis in certaminib. Alcibiadi feruore animi et temeritate haud secundus. Deliberatione de numero militũ, & apparatu belli ꝓposita, denuò conatus est Nicias bellũ impedire: sed Alcibiadis repugnãtis oratio plus ualuit: tulitq; legem Damostratus orator, ut penes

duces

A duces esset plena potestas apparatus omnis totiusq́ belli: iussitq́ eā legē populus. Omnibus iam ad nauigandū paratis, in omen futuri exitij rapta sunt Adonidis sacra, quæ in eos ipsos dies incidebant: mulieres enim simulacra, quasi mortuorū cadauera, frequētes efferebāt pro more festiuitatis eius, funeraq́ & sepulturas imitabant, plangebantq́, & feralia carmina cōcinebant. Ad hęc Mercurij statuæ (Hermas uocāt) quę in uijs & cōpitis Athenis positæ sunt plurimæ, pleræq́ una nocte facies & ora mutilatæ repertæ sunt: quæ res etiā eorū animos qui cætera despiciebāt perturbauit. Sparsus est rumor, à Corinthijs propter colonos suos Syracusanos id factū fuisse, si religiōe Atheniensib. obiecta bello aut ꝓtrahere tempus, aut omnino id tollere possent. Sed neq́ is, neq́ ꝓdigij ratio animos plebis mouit, neq́ portēdi aduersi quicquā credebāt, sed factū ab ebrijs, et à ioco ad petulantiā ꝓlapsis adolescentibus. Senatus, populusq́ ira simul metuq́ turbati, conspirationēq́ magnæ rei audendę causa factā opinantes, acerbè in oēs quacūq́ ratione suspectos inquirebāt: paucis dieb. haud pauci eius rei causa conuentus cùm senatus, tū populi agebant. Ibi

B Androcles orator seruos quosdā & aduenas ꝓduxit, qui Alcibiadē cum amicis hermas istos trūcasse, ac inter potandū mysteria per iocum egisse referrēt. Theodorū nempe quendā pręconis partes gessisse, Politionem eius qui faces gestat, sacerdotis Alcibiadem: reliq̄s socios adfuisse sacrisq́ initiatos, & Mystas inde uocatos. hæc em̄ perscripta sunt in accusatione quā Thessalus Cimonis F. Alcibiadi de ꝓfanata religione Deûm intēdit. Concitato populo, animisq́ multitudinis cōtra Alcibiadē exasperatis, & Androcle (qui unus è summis inimicis eius erat) magis magisq́ eos iritāte, initio turbatus nōnihil est Alcibiades. Sed postq̄ de nautarū militūq́ in Siciliā iturorū erga se beneuolētia cognouit, Argiuosq́ & Mantinēses milites, qui erāt numero mille, apertè dicere, maritimā se & longā militiā in gratiā Alcibiadis subijsse, ac si qua ei esset iniuria facta, statuisse discessuros: animū recepit, ac se ad defendendā suā causam parauit. Itaq́ metus inimicos eius inuasit, ne in iudicio populus remissius ageret, propterea q̄ rei opera indigeret. Submiserunt itaq́ alios oratores, qui inimiciciam palàm non ferebant, neq́ tamen minus Alcibiadem oderāt, q̄ qui apertè idem agebāt. hi ad populū dixerunt, incōmodè fieri, si dux, cui in tātas co

C pias liberū esset mādatū imperiū, collectis iam exercitibus sociorūq́ auxilijs, in iudicio causa dicenda tēpus & occasionē rei gerendę perdat: dimittēdū potius nūc bonis auib. ut bello cōfecto secundū easdē, quę nunc ꝓpositæ essent, leges crimina obiecta diluat. Nō fefellit malignū dilationis consiliū Alcibiadē: ꝓgressusq́ in mediū, indignā rem esse dixit, criminib. se & calūnijs impetitū, ijs post se relictis, incerta innocētię fama cū tātis copijs ad bellū ire, uelle se, nisi eā demōstrasset, mori: sin insontē se purūq́ sceleris ꝓbasset, spretis calumniatorib. cōtra hostes ꝓficisci. Postq̄ id nō obtinuit, cū reliq̄s belli ducib. soluit. classis ea cōstabat triremib. haud multo q̄ centū & quadraginta paucioribus. grauis armaturæ milites erant quinq́ millia, & pręterea centū milites: sagittarij, funditores, & leuis armaturę milites mille ac trecēti: reliqua ad bellū pertinētia, omnia satis instructa. Cum his Italiā aduectus, Rhegio capto, deliberationē proposuit, quānā potissimùm ratione bellū esset gerendū: in qua cùm sibi repugnantem Niciam, adstipulantē habuisset Lamachum, in Siciliam nauigauit, & Catanam occupauit: neq́ præterea egit quicquā, statim ab Atheniensib. ad dicendā causam accitus. Initiò enim (ut ostendimus) leues modò quędam suspiciones & calumniæ contra Alcibiadem exortæ erant, à seruis

Omina.

Alcibiades impietatis accusatus.

Atheniensium in Siciliam expeditio.

Alcibiades absens accusatur.

& inquilinis prolatæ. Pòst absentẽ eum maiore ui aggresſi aduersarij, Her A
marum uiolationi mysteria profanata annectẽtes, eaq; acta à cõiuratis ad
nouas res mouendas iactantes, eos qui quocunq; modo conscij sceleris
fuisse putarentur, indicta causa in carcerem rapiebant, Alcibiademq; non
præsentem propter tanta crimina in iudicium rapi posse dolebant, ac si
quem nacti erant eius amicum aut familiarem, ei se multo quàm alijs ini-
quiorem præbebant. Delatores non recensuit nominatim Thucydides:
alij Dioclidem & Teucrum commemorant, inter quos est etiam Phryni-
chus Comicus, cuius hæc sunt:

21 *Charissime Mercuri, caue ne corruas,*
Alijsq; fraudi sis, locum calumniæ
Præbens Dioclidæ, meditanti aliquod malum
Facinus. MERCVR. *cauebo: ne flagitioso hospiti*
Delationis Teucro detur præmium.

Et quidem isti indices nihil certum neq; constans detulerunt: unus quoq;
eorum interrogatus, quomodo facies eorũ qui simulacra mutilassent co-
gnouerit, Ad Lunam, respondit: turpissimè lapsus, cùm actũ id fuerit die B
nouilunij. Et quanquam cordatos uiros id mẽdacium mouerat, nihilo ta-
men molliori animo calumnias accepit populus, quin utcunq; delatos in
carcerem raperet. Fuit inter eos qui tum iudicij causa in uincula conditi

Andocides orator in uincula cõiectus.

asseruabantur Andocides quoq; orator (cuius genus Hellanicus historię
scriptor ad Vlissem refert) homo populo infensus, paucorumq; in rep. im
perio fauere creditus. Suspicionem autem simulacrorum præcisorum de
eo haud exiguam id præbebat, q; ingens Mercurij statua prope domum
eius posita (quam Aegeis tribus dedicauerat) sola propè omniũ aliarum
quæ in conspectum uenerant, integra relicta erat: ideoq; adhuc ea Ando
cidis statua dicitur ab omnibus, quantumuis inscriptione reclamante. In-
ter eos qui in carcere erant cum Andocide eadem de causa capti, fuit Ti-
mæus, non quidem gloria ei comparandus, perspicacia tamen animi, au-
daciaq; eximius. is amicus consuetudine factus Andocidi, consilium de-
dit, uti sui ipsius, aliorumq; nõ multorũ accusator potiùs esse uellet (quan-
do & fatenti decretum impunitatem concedebat, & iudicij incertus erat
exitus, potentibus aũt maximè periculosus) mendacioq; potiùs saluti suę
consuleret, quàm alioquin eodem crimine damnatus turpem mortem C
obiret: præstare etiam reipub. ut paucis & dubiæ innocentiæ hominibus
proiectis, multos bonos uiros periculo eriperet. His Timæi monitis ac-
quieuit Andocides, delatoq; de seipso, & nonnullis alijs indicio, impuni-
tatem ex decreto consecutus est: quos autem nominauit, ij omnes morte
mulctati sunt, nisi si qui fuga sibi cõsuluerunt. fidei causa seruos suos cum
alijs Andocides detulit. Neq; uerò in his omnem suam iram populus con
sumpsit: quinimò simulacrorum uiolatorib. punitis, iram ociosam, nulliq;
22 iam alij rei intentam omnem in Alcibiadem conuertit. Tandem Salami-

Alcibiades ad iudicium Athenas euocatur.

niam nauim ad eum miserunt, diligẽter mandato nuncijs ne uim ei, neúe
manus afferrent, sed composita oratione iuberent uenire in iudicium, po
puloq; se purgare. Verebantur enim tumultũ exercitus in hostico uersan
tis & seditionem, quam Alcibiades, si ita uoluisset, leui negocio excitasset:
mœrebant enim eius discessu milites: bellumq; tractum iri, & tardũ finem
inuenturum timebant, Nicia duce, cui calcar ad agendum stimulãs nunc
a dimeretur. nã Lamachus erat quidem uir acer & bellicosus, autoritate ta
mẽ propter paupertatem carebat. Cæterùm Alcibiades cùm aueheretur,
statim Atheniensibus ne caperent Messanam obstitit: erant enim in urbe,

qui

A qui eam dedere statuerãt, quos cùm certissimè cognitos haberet, rem Syracusanorũ amicis patefecit, discussáq; ita ꝑditione Messanã quasi è manibus Atheniensiũ eripuit. Vt in Thurios uenit, egressus triremẽ, occultauit se, & quærentes fuga fefellit. Cumq; agnitus à quodã interrogaret, cur non fidẽ haberet patriæ: Omnia quidem, inquit, alia facilè ei credo: uitã ne matri quidẽ meę in iudicio cõmiserim, metuens ne fortè per errorem nigrum calculum pro albo in urnã demitteret. Pòst audiens se ab Atheniẽsib. morte dãnatum esse: At ego, inquit, ostendã eis me uiuere. Accusationẽ autẽ ita fuisse perscriptã inuenio. Thessalus Cimonis F. Laciades, Alcibiadẽ Cliniæ F. Scamboniden postulauit impietatis in Deos Cererem & Proserpinã, quorum mysteria imitatus fuerit, eaq; domi suæ socijs suis demõstrauerit, ipse uestem sacerdotis indutus sacra docuerit, seq; ipsum nomine sacerdotis, Polytionem facigeri, Phygensem Theodorum præconis nomine insigniuerit, reliquos socios mystas & sacrorum inspectores appellauerit: cõtra instituta hæc omnia Eumolpidarũ, pręconũ, & pontificum Eleusiniorum. Proinde absentẽ dãnauerunt, pecunias eius *Alcibiades absens damnatur.*

B publicarunt, additumq;, ut omnes utriusq; sexus sacerdotes in caput eius execrarenẽ: idq; sola Theano Menonis F. Agraulensis ferẽ detrectasse, precibus, non imprecationib. se sacerdotẽ constitutã dicendo. His ita cõtra Alcibiadẽ decretis, forte tum ipse Argis erat, quò primùm à Thurijs in Pelopõnesum perfugiens se cõtulerat. Desperato aũt in patriã reditu, inimicos metuens, Spartã misit, atq; impunitatẽ sibi ueniãq; dari petijt, pollicitus se plus cõmodi allaturũ eorũ rebus, si impetrasset, quàm ante dãni dedisset. Ignoscentib. Spartanis, & ad se uenientẽ accipientibus, primò id perfecit, ut cùm ante auxiliũ ferre Syracusanis cunctarenẽ, Gylippũ tunc eò mitterẽt ad frangendas Atheniensiũ quas in Sicilia habebãt uires: deinde ut nouum ex Pelopõneso bellũ cõtra Athenienses mouerent: tertiũ & maximũ fuit, q; persuasit, ut Deceleã muris munirent, quo non alia ulla res magis perniciẽ Athenis attulit. Porrò cùm publicè Spartæ in honore habebaẽ, tum nõ in minore apud priuatos erat admiratione: rationeq; uictus Laconica multitudinis sibi beneuolentiã parabat, & fucum uulgo faciebat, ut cùm uiderent eum radere cutẽ, frigida lauari, atro pane & iure nigro uesci, uix crederent ei uiro unquã cocum domi fuisse, aut uisum unguentũ, aut Milesiã chlamydẽ ab eo tactã. Erat enĩ hæc una ex præcipuis *Vt se Spartanis coniunxerit Alcibiades.* *Decelea munitur.*

C artib. eius, & ad homines alliciendos aucupiũ, quòd se studijs eorũ, ac uictus ratiõi adsimilabat, ipso chamæleonte in mutãda forma celerior. Hũc enĩ aiunt solũ album colorẽ non posse simulare: at Alcibiadi siue cũ bonis esset, siue cum malis, nihil erat, quod nõ imitando exprimere posset. Itaq; Spartæ erat exercitationib. deditus, uictus sordidi, & austeri: in Ionia delicatus, luxui deditus, ociosus: in Thracia ebriosus, assiduò equitãs: dum uiueret cum Tisapherne satrapa, omnẽ Persicum splendorẽ luxu et fastu superabat. Neq; uerò ita facilè morib. suis exutis alios sumebat, neq; ad omnes mutationes habili erat ingenio: sed cùm uideret si suo modo uixisset, ijs molestum se futurum, quib. cum uersabaẽ, naturã suã solebat figura aliqua et persona ijs accõmodata occultare. Itaq; ergo quãdiu uixit Spartę, si exteriorem eius uitæ habitum quis inspexisset, potuisset dicere: *Alcibiades chamæleonte mutabilior.*

Non es tu Achillis filius. —— 23

sed uerè talis uir, qualem Lycurgus instituit: ueris autem moribus eius & interioribus factis idem acclamasset,

Sed mulier eadem quæ prius. ——

Timæã enim Agidis regis uxorẽ, absente militię marito, ita adulterio con-

 tamina-

taminauit, ut et cōceperit ex ipso, neq; inficias iuerit: cumq; puerū pepe- A
risset, palàm quidē Leotychidā nominauerit, intus aūt amicis sibi mulie-
ribus, pedisequisq; à matre datis insusurrauerit, esse Alcibiadem: tanto
mulier amore eius laborabat. Ipse uerò quasi per ludibriū, nō libidinis uo
luptatisue causa se adulterium id cōmisisse aiebat, sed ut ex se nati Spartæ
regnarent. Hæc ita fieri multi ad Agin deferebant, isq; tēporis maximè ra
tione adductus est ut uerum esse crederet. Nā terræmotu subito perterri-
tus, è thalamo cōiugis se cursu ꝓripuerat, neq; totis exinde decē mensib.
cum ea cōcubuerat: itaq; post id tēporis natū Leotychidā, ꝓfessus est nō
ex se natū, eamq; ob causam postmodò Leotychides regno excidit. Post
eam cladē quam Athenienses in Sicilia sunt passi, legatos unà Spartā mi-
serunt Chij, Lesbij & Cyziceni, deficere se ab Atheniensib. testantes, si à
Spartanis in fidē acciperent. Hic cùm pro Lesbijs Bœoti, pro Cyzicenis
Pharnabazus oraret, Alcibiadis consiliū obtinuit, ut primis omniū Chijs
subueniret: ipseq; cum classe missus, ferè totam Ioniā ab Atheniensib. ut
deficeret permouit, multumq; cū Spartanis ducib. cōuersatus, Athenien
sibus dāna intulit. Agidē uerò nō adulteriū modò, sed et inuidia gloriæ ad B
Alcibiadis inimiciciā instigabat, cùm pleraq; geri & succedere Alcibia-
dis ductu rumor teneret, iamq; etiā potētissimus honorisq; cupidissimus
quisq; inter Lacedæmonios gloriā eius grauiter ferret. Tantū igit hi apud
magistratus domi impetrauerunt, ut ij suis qui in Ionia erāt de occidendo
Alcibiade per literas præciperent. Quod paulatim ita fore præsentiens, ac
sibi metuens ille, de omnib. quidē reb. cum Lacedæmonijs cōmunicabat,
omnino aūt manus eorū uitabat. Tandē accepta fide Tisapherni regis sa-
trapæ se cōmisit, statimq; apud eum primū dignitatis locū obtinuit: quip-
pe uersutiā eius insignē atq; calliditatē barbarus, homo nequaq; simplex,
sed mali ingenij, malisq; delectatus, admirabat: tanta porrò inerat Alci-
biadi in cōsuetudine q̄tidiana suauitas, ut nulla nō natura, nullū non inge
nium ea posset capi: adeoq; his etiā qui eū uel metuebāt, uel inuidebant,
præsentia eius & aspectus uoluptati lætitiæq; erat. Quare Tisaphernes,
homo alioquin ut quisq; Persarū inhumanus & Græcorū osor, tantoperè
adulationib. Alcibiadis erat captus, ut uicissim eū demerēdo ipsius obse-
quia superaret: omniū em̄ suorum hortorū pulcerrimū, aquis pratisq; sa-
lubribus præstantissimū, receptaculaq; habentē in quib. tempestas uita- C
ri, & animi causa ludi posset regio luxu ædificata, Alcibiadem nominauit,
itaq; eum oēs deinceps appellauerūt. Proinde Alcibiades Spartanorū in-
fidelitate cognita, à reb. earum fiducia sua auersa, Agidē apud Tisapher-
nem traduxit, effecitq; ne Lacedæmonijs auxilia solito studio ferret, sed
tenuiter pecuniā suppeditaret: ut neq; hi Athenienses euertere possent,
& eo bello paulatim utriq; attriti & cōfecti, regi obtēperare cogerentur.
Eiusq; cōsilio libenter acquieuit Tisaphernes, seq; eum amare & admira-
ri satis testatū fecit. Quo factū est, ut ab utraq; parte Græci in Alcibiadē o-
culos cōijcerent: Athenienses q; præsertim aduersam fortunā sentientes
pœnitebat eorū, quæ in ipsum statuerāt: ipse quoq; iam animo angi inci-
piebat, ac metuere, ne Athenis euersis in potestatē Lacedæmoniorū sibi
infensorū ueniret. In Samo tum tēporis erant oēs propemodū res Athe-
niensiū positæ, indeq; cum classe ꝓfecti, partim ea quæ defecissent recu-
perabāt, partim cætera in fide cōtinebant, utcunq; adhuc hostib. mari pa-
res. Tisaphernē aūt metuebant, ac centū quinquaginta triremes Phœnis-
sas, quæ iamiā aduentare ferebant: & si aduenissent, nulla salutis spes reli-
qua urbi erat. Id cùm haberet cōpertum Alcibiades, occultè ad Athenien
sium

Alcibiades à Spartanis ad Tisaphernem confugit.

A siũ primores mittit, spē facit, cōciliaturũ se ijs amiciciã Tisaphernis, nō in
plebis id quidē gratiã (neq; eñ se fidem ijs habere) sed optimatũ: modò
ij auderent se uiros strenuos præbere, libidineq; populi coercita ipsi per
se remp. & urbē seruare aggrederent. Cùm uehemēter hãc promisionē
Alcibiadis gratã pleriq; nobiliũ haberent, unus è ducibus, nomine Phry-
nichus, suspicatus (id q̃d res erat) Alcibiadē nō magis paucorũ q̃ populi
in repub. principatũ curare, sed reditus sibi cōficiendi gratia, traducendo
plebem primorũ beneuolentiã captare: repugnauit. Superatus aũt aliorũ
sententijs, ideoq; apertè iam inimicus Alcibiadis factus, occultè rem A-
styocho classis hostiũ præfecto renũciauit, monens ut Alcibiadē nutãtis
in utrãq; partē fidei hominē obseruaret atq; caperet. Sed errore factũ est, 24
ut ꝓditor proditorē cōpellaret. Astyochus enim Tisaphernē sũmoperè ti
mens, Alcibiadi, quē nouerat plurimũ apud illum ualere, Phrynichi cōsi-
lium indicauit. Alcibiades statim in Samũ misit, qui Phrynichũ accusarēt.
Hîc Phrynichus, omnib. contra se fremētibus, cùm periculũ nulla alia se
posse ratione effugere sentiret, statuit hoc malum alio grauiori malo sa-
B narc: rursusq; misso ad Astyochũ nuncio, expostulauit cum eo de indicio,
pollicitusq; est iuxtà, se ei naues & exercitũ Atheniensiũ in manus tradi-
turum. Hæc ꝓditio ne noceret Atheniensibus, altera Astyochi ꝓditione
effectũ est, qui rursus Phrynichi sententiã Alcibiadi detexit: idq; præui-
dens fore Phrynichus, seq; iterum ab Alcibiade accusatũ iri intelligēs, oc-
cupauit Atheniensib. dicere, hostē cum classe impetũ in ipsos facturum:
ꝓinde apud naues essent, & naualia munirent. Literis ergo Alcibiadis al-
latis ad eos huic ipsi rei intentos, quib. eos iubebat sibi à Phrynicho caue-
re, q̃ is stationem nauium prodidisset, fidē non habuerunt, existimãtes Al
cibiadē qui hostiũ cōsilia perspecta haberet, calũnijs cōtra Phrynichũ in
eorũ rem abuti. Postea tamen tēporis cum Phrynichũ Hermo unus excu-
bitorũ in foro pugione ictum interfecisset, Athenienses re in iudicio exa- 25
minata, Phrynichũ ꝓditionis dãnauerunt, Hermonē cùm socijs eius coi-
tionis coronauerunt. At in Samo amici Alcibiadis superiores aduersarijs
facti, Pisandrũ Athenas mittunt, qui præsentē reip. statũ cōuelleret, opti-
matesq; hortaret ut remp. inuaderēt, populũq; opprimerent: hac eñ con
ditione Alcibiadē Tisaphernis amiciciã & societatem ipsis polliceri. hoc
C prætextu utebant ad statuendũ paucorum in rep. principatũ. Sed postq̃
rerũ administratio in manus eorũ peruenit, qui Quinq; milliũuiri dicebã- 26
tur, numero aũt erãt quadringenti, hi quidē nihil omnino animũ Alcibia-
di aduerterunt, bellumq; remissius gesserunt: partim diffidentes ciuibus,
adhuc animos à mutatione reip. insolēti nōnihil alienos gerentibus, par-
tim sperãtes Lacedæmonios, qui semper paucorũ in rep. principatũ præ-
tulerant, eo facilius ipsis concessuros. Et quidem qui Athenis erat popu-
lus, inuitus conquiescebat, necatis nonnullis, qui se apertè quadringentis
opposuerant. Qui uerò erãt in Samo, audita reip. mutatione, indignè rem
ferētes, statuerunt cōfestim in Piræeũ nauigare, accersiueruntq; ad se Al
cibiadē, & ei ad euertēdos tyrannos imperiũ detulerũt. At uerò Alcibia-
des, etsi subitò ad magnũ fastigium ab ijs elatus, non tamen quod alij so-
lent, omnia in eorum gratiam agenda, nihil'ue quicquam ijs denegandũ
censuit, qui ipsum de exule & errone tãtæ classi, exercitui, copijsq; præfi-
ciebant: sed ut decuit magnum imperatorem, propter iram inconsultò
ruentes inhibuit, atque ab errore retraxit. Quo quidem facto eui-
dens est seruatas ab eo res Atheniensium. Si enim tum à Samo clas-
sem domum uersus abduxissent, hostibus confestim tota licuisset potiri

Alcibiadis cum Atheniensibus pactum.

Resp. Atheniensis mutata.

Ionia, Hellesponto, insulisq; nemine resistente: bellumq; Atheniensib. cōtra Athenienses in ipsam urbē cōuersum extitisset. Quod ne fieret, unicus præcipue Alcibiades effecit, nō multitudinē modò uerbis flectens & docēs quid rei suscepturi essent, sed & singulos deprecans atq; castigās. Adiutorē habuit etiā Thrasybulum Steiriensem, qui ei adfuit, & magna uoce (erat enim, ut aiunt, uocalissimus omnium Atheniensium) causam eandē egit. Hoc primū fuit præclarū Alcibiadis in patriā beneficium. Alterum, q pollicitus naues Phœnissas, quas à rege missas Lacedæmonij expectabāt, se aut Atheniensib. adiuncturū, aut ut ne ad Lacedæmonios quidem uenirent effecturū, re curata, statim Samo auectus est: Tisaphernes autē naues istas iam apud Aspendum uisas deceptis Lacedæmonijs non misit. Causa rei ab utrisq; est Alcibiadi imputata, maxime aūt à Lacedæmonijs: quippe q is barbaro consiliū dedisset, ut fineret ipsos sese intestinis bellis conficere Græcos: neq; uerò dubiū erat, utri parti tantæ nauales copiæ accessissent, eā altera profligata totum mare in sua potestate habiturā fuisse. Posthæc quadringēti deiecti sunt Athenis, Alcibiadis amicis strenuos se auxiliarios, ijs qui popularē reip. statū cupiebant restituere præbentibus. Iubentibus aūt ijs qui ad urbē erāt, ut rediret ab exilio Alcibiades, nō uoluit ipse uacuis manibus & nulla re gesta, & quasi misericordia & studio multitudinis reditum impetrasset, sed cum gloria in patriā reuerti. Eo cōsilio, primùm cū paucis nauib. à Samo per mare Cnidium & Coum nauigauit. ibi cū auditu accepisset Mindarū Spartanū cū tota classe Hellespontum petere, Athenienses q; ei à tergo instare, ad ferendū horum ducibus auxilium pperauit. Ac forte fortuna nauigans cū octodecim triremib. eo tēpore assecutus est istos, quo omnib. nauib. prœliū iniuerant, apud Abydum, ac uicti utrinq; altera parte, altera uincentes, usq; ad uesperā acri pugna decertabāt. Vt uisus est cū suis nauibus, utrisq; falsa opinio incidit, hostesq; animis cōfirmati sunt, perturbati Athenienses. Celeriter ibi signum suis à prætoria naui extulit, Pelopōnesiosq; iā uictores, & cedentib. Atheniensib. instātes adortus, fusos ad terrā expulit, incumbensq;, naues eorū diffidit, uiris enantibus, Pharnabazoq; ijs in terra auxiliū ferēte, & naues defendente: tandē triginta hostilib. nauib. captis, suisq; seruatis Athenienses trophęū erexerunt. Hoc tā splendido feliciter perpetrato facinore, cupiēs statim se Tissapherni ostentare, abijt ad eū cū comitatu imperatoris, dona ferens & hospitalia munera: sed præter expectationē ei res cecidit. Tisaphernes ēm iā pridē male audiēs apud Lacedæmonios, ueritusq; ne apud regē etiā accusaret, Alcibiadē in tēpore ad se uenisse ratus, Sardib. in custodia habuit, hac se iniuria obtrectationes sublaturū sperās. Verùm Alcibiades cū captus triginta dies fuisset, equū forte nactus custodes effugit, ac Clazomenas peruenit: ibi mentitus in fraudem Tisaphernis, se ab eo dimissum, ad exercitū Atheniensem nauigauit. Inde audito Mindarū, unaq; Pharnabazū Cyzici esse, milites cohortans, ostendit oportere eos & nauali & pedestri prœlio decertare, imò etiam oppugnare urbes hostis pellendi causa: neq; ēm nisi si ubiq; uicissent, pecuniā habituros. Proinde impositis in naues militibus, in Proconnesum aduectus est, ac ibi iussit naues minores in stationē subduci, & caueri, ne ullo modo hostes ipsum cōtra se cū classe uenire sentirent: repentè etiā tū effusus imber cū tonitrib. & caligine in apparatu eo occultādo eū adiuuit, ita ut nō hostes modò fefellerit, sed Atheniēsib. iā de re gerēda desperātib. naues cōscēdere iussis, auectus sit. Paulo pòst & caligo dissipata est, & Pelopōnesiorū classis in alto ante Cyzicenorū portū cōspecta. Alcibiades aūt ueritus, ne multitudinē suarum

Quadringenti depositi.

Naumachia apud Abydum.

Alcibiades à Tisapherne capitur, & euadit.

Eius apud Cyzicū de Mindaro & Pharnabazo uictoria.

A suarum nauium hostes conspicati ad terram fugerent, ducibus mandato ut tardè nauigantes aliquo ipsum interuallo consequerentur, quadraginta cum nauibus hosti in conspectum uenit, & ad pugnam eum prouocauit. Ea paucitate decepti hostes occurrerunt: commissaq; pugna reliquis superuenientibus, fugam territi dederunt. Alcibiades cum uiginti optimis nauibus terræ aduectus, nauibus egressus cum suis, fugientes è nauibus hostes insectatus, magnam stragem edidit, Mindarumq; & Pharnabazum auxilio suis uenientes, alterum fortiter pugnantem interfecit, Pharnabazum in fugam coniecit. Hoc modo Athenienses spolijs multis armisq;, & omnibus hostium nauibus potiti, Cyzicum quoq; à Pharnabazo relictam cæsis Peloponnesijs ceperunt: ac proinde nō Hellespontum solùm tutò obtinuerunt, sed & reliquo mari Lacedæmonios profligarunt. Literæ etiam interceptæ sunt, quibus Ephoris clades accepta indicaretur. Actum est: Mindarus perijt: exercitus esurit: quid agendum sit, nescimus. Tantum uerò milites Alcibiadis sibi arrogarunt, adeoq; animos extulerunt, ut dedignati sint posthac ipsi nunquam uicti cū reliquis
B aliquoties uictis cōmisceri. Nam non multo antè apud Ephesum Thrasyllus uictus, & æreum trophæum ab Ephesijs in dedecus Atheniensium erat statutum. Hoc milites Alcibiadis, Thrasylli militibus exprobrabant, seipsos & ducem laudibus tollentes: cumq; ijs neq; exercitationes communes habere, neq; in suis castris locum ijs dare uolebant. Sed postquam Pharnabazus cum magno equitatu peditatuq; Athenienses in Abydenorum agrum profectos adortus est, & Alcibiades unà cum Thrasyllo auxilium ijs tulit, fugatumq; hostem usq; ad tenebrarum noctis initiū insecutus est: inde inter se commixti milites, mutuoq; humaniter accepti in castra redierunt. postridie fixo trophęo prędam è Pharnabazi regione egit, nemine resistere auso: pontifices tamen, sacrisq; præfectas mulieres quas ceperat, omnes sine precio dimisit. Inde bellum parans contra Chalcedonenses, qui defecerant, præsidiumq; & præfectum à Spartanis acceperant, audito eos omnia sua bona ex agris collecta apud Bithynos amicos suos deponere, in horum fines exercitum adduxit, præmissoq; præcone cum eis expostulauit: Bithyni territi, bona Chalcedonensium dediderunt, fœdusq; icerunt cum Atheniensibus. Conuersus inde ad Chal-
C cedonem, cùm urbem eam munitionib. ab uno mari ad alterū porrectis clausisset, Pharnabazus ad obsidionē disijciendā aduenit: & Hippocrates præfectus cum suis copijs urbē egressus, adortus est Athenienses. Alcibiades utriq; opposita acie, Pharnabazū turpi fuga sibi consulere coegit, Hippocratē multosq; cum eo uictos interfecit. Secundū hęc pecunię colligendæ causa in Hellespontū profectus Selybriam proditione cepit. Qua in re in apertū uitæ periculū se coniecit, ne occasionē tenendæ urbis amitteret. Qui enim urbem se in manus ei tradituros polliciti erāt, media nocte sublato igni signum daturos cōposuerant: ueriti aūt ne unus cōiuratorum, qui subitò animum mutauerat, rem detegeret, coacti sunt maturiùs q̃ conuenerat ignē edere. Alcibiades nondū parato ad id quod agendum erat exercitu, assumptis triginta tantùm uiris ad muros accurrit, celeriter reliquos subsequi iubens. Aperta porta, cū triginta his, alijsq; cetratis uiginti, qui tum se adiunxerant, ut in urbem ingressus est, Selybrianos armatos contra se uenire animaduertit. Hic in pugna contra tam multos, cum tam exigua manu, spes nulla erat salutis: & fugæ dedecus inuictus ad eum usq; diem dux non sustinebat: tuba canere, & silentiū mandat eiussit, atq; facto silentio, unum ex suis edicere Selybrianis, ne arma infer-

Militum Alcibiadis arrogātia.

Chalcedonis obsid. &c.

In Selybria capienda Alcibiadis periculum.

inferrent. Hoc edictum ijs qui erant armati, ardorem pugnandi extinxit, A
totum intra mœnia receptum hostilem exercitum putantibus: reliqui in maiorem pacificationis spem erecti sunt. Dum inter se colloquuntur, exercitus Alcibiadis adfuit. Isq; conijciens id quod res erat, Selybrianorum animos non esse alienos à pace, ueritus ne Thraces (quos multos sui studio militiam sequẽtes in exercitu habebat) urbẽ diriperent, omnes extra mœnia abire iussit: Selybrianis deprecantibus nullũ maleficiũ intulit, sed accepta pecunia, præsidioq; imposito, discessit. Interim duces obsidendæ Chalcedoni relicti, cum Pharnabazo fœdus inierant his cõditionibus, ut pecuniam is daret, Chalcedonenses rursus Atheniensib. subditi essent, ac ditio posthac Pharnabazi non infestaretur, isq; legatos Atheniensiũ tuto ad regem comitatu addito deduceret. Reuersum eò Alcibiadem Pharnabazus ut ipse quoq; pactum iuramento cõfirmaret monuit, isq; negauit, nisi ultrò citroq; sacramento dato se facturũ. Postq; id pactum iureiurãdo stabilitum est, Byzantium propter defectionẽ factã Alcibiades circumsedit, & munitionibus cinxit. Cumq; Anaxilaus, Lycurgus, & alij nonnulli salute promissa urbẽ se traditurос recepissent, rumorẽ spargens se ab obsidione motib. Ioniæ auocari, interdiu cũ tota classe discessit: noctu reuersus, ipse cum armatis peditibus è nauib. exiuit, ad murumq; progressus se continuit: naues in portum subuectæ, magnoq; cum clamore, tumultu, & strepitu eum ui occupantes, subita re animos Byzantiorũ terruerunt, conuersisq; omnib. ad portum, & uim mari illatã propulsandam, occasio data est ijs qui Atheniensium rebus studebant, ut impunitate proposita Alcibiadem cum suis in urbem reciperent. Non tamen sine certamine negocium confectum est. Qui eñ in urbe erant Peloponnesii, Bœoti, ac Megarenses, nauibus egressos Athenienses in fugam coniecerunt, nauesq; repetere coëgerunt: deinde Athenienses in urbem admissos cùm intellexissent, composito agmine ijs occurrerunt. Pugnatum est acriter, uicitq; Alcibiades dextrũ cornu, sinistrũ Theramenes ducens, & ex hostib. qui cędem euaserant, cepit trecentos. Finito prœlio, nemo Byzantiorum neque cæsus, neq; urbe pulsus est: his enim conditionibus illi urbem tradiderant. Itaq; posteà proditionis postulatus Anaxilaus Lacedęmone, eam orationem habuit, qua nihil à se turpe factum ostẽderet: se cùm esset non Lacedæmonius, sed Byzantius, & in periculo nõ Spartã, sed Byzantium C
uideret cõstitutum, urbe circumsessa, cum nihil rerum importaret, quod autem in urbe esset cibi, id Peloponnesii & Bœoti comederent, esurientibus Byzantijs cum uxorib. ac liberis suis: non prodidisse hostib. urbẽ, sed bello malisq; liberasse, imitatum pręstantissima Spartanorum exempla, qui patriæ commodis nihil antiquius aut iustius habuissent. & auditis his pudore suffusi Spartani, uiros hos absoluerunt crimine. Cęterùm Alcibiades tactus iam patriæ uidendæ desiderio, maioriq; etiã ardens cupiditate ostendẽdi se ciuib. suis, quibus tot cõtra hostes peperisset uictorias, Athenas reuectus est cum classe: erãt autẽ cùm multis clypeis & spolijs undiq; exornatæ Atticæ triremes, tum magnã post se captiuarum numerũ trahebant: rostraq; à se uictarũ & pessundatarũ nauium haud paucior ũ decentis secũ inferebat. Addit his omnib. Duris Samius, qui genus suum ad Alcibiadem autorẽ refert, Chrysogonũ, qui Pythico certamine uictoriam aliquando obtinuerit, nauticũ carmen tibia cecinisse: Callipidem histrio-
27 nem tragico uestitu & cothurnis indutũ, cæteroq; habitu instructũ, quo uti solent qui docendis fabulis in theatro certant, remigũ officia cantando direxisse: nauim pętoriã explicato uelo purpureo in portũ subiuisse.

Hæc

Byzãtiũ ut ob Alcibiade receptũ.

Alcibiades ut Athenas redierit.

A Hæc neq; Ephorus, neq; Theopompus, neq; Xenophon commemorat:
neq; uerò probabile est ita debacchatum fuisse Alcibiadē, & eo tempore
per luxū uoluisse Atheniensibus insultare, cùm ab exilio & tantis miserijs
rediret. Enimuerò & timidè reuersus est in patriam, & cùm tenuisset por-
tum, non antè triremi egressus est, quàm in tabulato nauis stans, Eurypto
lemum consobrinū suū, compluresq; alios amicos & propinquos adesse
uidit, qui sui excipiendi causa adstabāt, utq; prodiret hortabantur. Postq;
naui exijt, & obuiam facta hominum turba est, reliquos duces ne uisos
quidem putasses, ita ad unum Alcibiadem concursum est: hunc inclama-
bant, salutabant, comitabantur, coronabant: qui propiùs accedere nō po
terant, eminus spectabant, iunioribusq; eum seniores demonstrabant.
Multis quoq; id gaudiū urbis temperatum est lacrymis, cùm præsentem
felicitatem superioribus calamitatibus cōparantes, cogitarent nunquam
futurum fuisse ut uel Siciliense bellum secus caderet, uel ullus alius cona-
tus irritus esset, si eo tempore Alcibiadem imperatorem tantis rebus, tan-
tisq; copijs præfectum retinuissent: quando is in præsentia urbis prope-
B modum mari toto exclusæ, terraq; uix suburbanorū potentis, ad hæc in-
testinis seditionibus cōcussę, res susceptas, aut exiguas potiùs & abiectas
reipub. reliquias ita excitasset, ut nō maris modò imperiū redderet, sed &
in terra ubiq; hostes uictos propulsatosq; ostenderet. Lex de eius reditu
primò perlata est, promulgante eam Critia Callæschri filio, ut ipse in Ele-
giacis testatur, memoriam beneficij eius Alcibiadi renouans:

Ipse tuli ad populum legem, primusq; rogaui,
In patriam dulcem quæ tibi dat reditum.
Muniit hanc fidei certo mea lingua sigillo.

Oratio Alcibiadis, eiq; imperiū soli delatum.

Tunc uerò populo in concionem cōgregato, progressus Alcibiades, de-
plorato suo infortunio, leniterq; incusato populo, omnem mali eius cau-
sam fortunæ suę iniquæ, inuidięq; numinis adscripsit: tū copiose de bello,
quamq; haud uulgares de eo spes concipiendæ, animiq; fiducia confir-
mandi essent, locutus, aureis est coronis ornatus, imperatorq; plenæ pote
statis terra mariq; creatus. Decretum etiā factum, ut bona ei redderentur,
utq; imprecationes quas contra eum Eumolpidæ & pręcones concepe-
rant iussu populi, expiarentur. Idq; cùm à cæteris fieret, Theodorus pon-
C tifex, Ego uerò, inquit, ne imprecatus quidem ei sum quicquam mali, si
nulla ciuitatem iniuria affecit. At enim in tanta Alcibiadis felicitate, non
nullos tamen tempus reditus solicitos tenuit. Appulit enim ea die, qua
Plynteria (sic à lauacris dicta) Mineruæ celebrantur. Ea peraguntur à Pra- 28
xiergidis, mensis Thargelionis die XXVI. omnisq; tum ornatus diuæ
detrahitur, & delubrū operitur: itaq; eam diem Athenienses præ reliquis
atram & mali ominis censent: & uidebatur Dea non propiciam se præ-
buisse, neq; comiter accepisse Alcibiadem, tecta & obuelata, quasi eum
repelleret. Alcibiadē autem omnibus ex animi sententia peractis, ac iam
centum triremib. ad nauigationem paratis, cupiditas quædam generosa
usq; ad mysteriorum peragendorum tempus detinuit. Ab eo enim tem-
pore, quo Decelia fuit ab hoste munita, itineraq; ab Athenis Eleusinem
tendentia ab hostibus fuerunt occupata, sacra Eleusinia mari ad ea pręfe-
ctis Atheniensibus nullo cum decore erant celebrata: nam & sacrificia,
& choreæ, & multæ cæremoniæ quæ in uia adhibebantur, cùm sacram
pompam ducunt, eo tempore necessariò intermittebantur. Itaque &
ad cultum Deorum, & ad laudem hominum facturum uidebatur Alci-
biadi, si illis sacris antiquos ritus reddidisset, pompámque eius sacri-

Nefasto die Alcibiades redux.

Eleusinia ut instaurauerit Alcibiades.

ficij per medios hostes terra deduxisset. Intelligebat etiã fore, ut aut quiescentis Agidis autoritatem magnoperè imminueret: aut si is rem impedire aggrederetur, pugnam pro religione Deûm sanctissimisq; cæremonijs in conspectu patriæ iniens, omnibus ciuibus suam uirtutem testatam faceret. Quod cùm ita decreuisset, re indicata Eumolpidis & præconibus, speculatores in iugis montium constituit, summoq; manè quosdam præcursores emisit: ipse sacerdotes, & sacrorum curatores armis tectos composito agmine duxit cum silentio: qua eius expeditio ueneranda ac religiosa est uisa, ab ijsq; qui inuidia non laborabant, dux pontificum & sacrificulorum appellatus fuit. Nemine hostium adoriri ipsos auso, incolumes omnes in urbem reduxit, cùm ipse animo elatus, tum imperij sui gloria aucta, quòd ipso duce inuicti Athenienses uidebantur. Plebem uerò, egenosq; in primis adeò id factum delectauit, ut tyrannidem eius in se mirificè exoptarent: nonnulliq; eum accedentes hortati sunt, ut inuidia contempta, decretis, legibus, nugisq; istis urbi perniciem afferẽtibus abrogatis & deletis, pro suo arbitrio ciuitatem regeret, neq; quicquam calumniatores curaret. Sanè non constat, quis eius sensus de tyrannide fuerit: certè potentissimi ciuium ueriti ne eam inuaderet, operam dederunt ut quàm primùm classem educeret, eiusq; rei causa cùm alia decreuere, tum ut quos ipse uellet collegas adscisceret. Profectus ergo cum centum nauibus ad Andrum appulit: ibi Andrijs & Lacedæmonijs, qui aderant, uictis, urbem tamen nõ cepit: idq; inter cætera ei ab inimicis uitio datum est. Quòd si quem unquàm aliũ, profectò Alcibiadem uidetur sua ipsius gloria euertisse. Rebus enim tam præclarè gestis, eam de se audaciæ prudentiæq; existimationem excitauerat, ut quodcunq; eum confecturum Athenienses sperabant, si ea spe frustrati essent, non facultatem ei aut successum, sed studium & uoluntatem defuisse crederent. Sperantes ergò Chios quoq; & totam Ioniam ab eo subactam se audituros, indignati sunt non statim ita ut animo ipsi cõceperant, omnia ab eo perfecta sibi annunciari: neq; reputauerunt quàm imparatus à pecunia bellum gereret contra eum hostem, cui rex Persarum sumptus suppeditaret. Et uerò egestate sæpenumerò coactus est Alcibiades relicto exercitu aliò nauigare, ut stipendia & commeatum suis pararet: adeoq; id quod ei obiectum est ultimò crimen, hanc causam habuit. Lysander à Lacedæmonijs ad regendam classem missus, cùm pro dimidia drachma bessem uiritim suis nautis distribuisset ex illa pecunia, quam rex Cyrus suppeditauerat: Alcibiades, cui uix erat, unde semidrachmas suis daret, in Cariam pecunię parandæ causa profectus est, mandata classis administratione Antiocho, præceptoq; dato, ne nauali pugna congrederetur, ne tum quidem, si ab hostili classe aduecta lacesseretur. Sed Antiochus, ut erat homo nauticæ quidẽ rei admodũ peritus, cætera tamen imprudens & importunus, adeò mandatum Alcibiadis nihili fecit, ut libidine adductus suã aliamq; triremem militibus instruens ad Ephesum nauigarit, ac multa impudenter scurriliterq; dicens faciensq; hostium proras prætereuectus sit. Lysander initiò cum paucis nauibus prouectus, insecutus est eum fugientem: deinde tota cum classe Athenensibus subsidio uenientibus, eductis suis ipse etiam triremibus, naualem uictoriam obtinuit, Antiochum interfecit, multas naues, multos hostes cepit, trophæumq; constituit. Alcibiades reuersus Samum ut rem gestam cognouit, tota cum classe est profectus, & Lysandrum ad pugnam prouocauit: sed is parta uictoria contentus, sese continuit. At ex inimicis Alcibiadis, qui in castris Atheniensium erant, Thrasybulus

Alcibiadis res gestæ.

Lysandri uictoria ab sente Alcibiade.

A B C

A sybulus Thrasonis F. Athenas profectus est, ibíq; cõtra Alcibiadem populum concitauit, cladis eum autorẽ fuisse iactãs, ludibrioq; eum tantum imperiũ habuisse, idq; cùm proximè classis hostiũ stationem haberet, tradidisse hominibus qui apud ipsum cõpotationibus nauticáque garrulitate plurimũ potuissent, ut ipse nauigio circumuectus tutò pecuniam corradere, luxuriæq;, ebrietati, & meretricibus Abydenis Ionicisq; uacare posset. Criminabantur etiam locum in Thracia apud Bisanthen, muris ab eo munitum: refugium scilicet sibi sicubi aut non posset, aut nollet in patria uiuere. Athenienses fidem his calumnijs habentes, ut iram suam in ipsum testatam facerent, alios belli duces cõstituerunt. Quo audito Alcibiades sibi metuens, omnino ab exercitu discesit, manúque militum peregrinorum conducta, priuatim bellum Thracibus qui sub rege non erant bellum fecit: simulq; & à captis multum pecuniæ exegit, & Græcos uicinos à barbaris tutos præstitit. Interim Tydeus, Menander, & Adimatus Atheniensiũ duces, omnes reliquas naues ad Aegos potamos (Hellesponti id oppidũ est, Latinè capræ flumina dicere posis) habebant, Lysandrumq;,
B qui classem suam in statione apud Lampsacum tenebat, solebãt quotidie sub aurorã aduecti prouocare ad pugnam, indeq; rursum auehi, & quòd contemnerent hostem, nullo ordine, nulla cura adhibita diem exigere. Id Alcibiades, ut propè aderat, non neglexit, sed equo aduectus monuit duces, malè ipsos facere, quòd classem locis importuosis continerent, ubi urbs nulla, omnes res necessariæ Sesto adferendæ essent: delinquere etiam in hoc, quòd paterentur clasiarios ubi terram attigissent hinc inde pro suo arbitrio uagari ac palare, opposita ipsis præsertim ea classe, cuius milites adsuefacti essent unius ducis mãdatum taciti omnes exequi. Hæc differenti, hortantiq; ut classem ad Sestum transferrẽt, non paruerunt duces. Tydeusq; etiam contumeliosè abire eum iusit: non enim ipsum, sed alios bello duces constitutos. Alcibiades nonnihil etiam proditionis eos suspectos habens, discesit, notisq; ex exercitu, qui ipsum comitabantur dixit, se nisi hac à ducibus contumelia esset affectus, breui perfecturum fuisse, ut aut inuiti Lacedęmonij nauali prælio decernerent, aut naues suas relinquerẽt. Hæc eius uerba alij iactãriæ hominis imputabãt, alij haud ab re eum id dicere intelligebãt, qui potuisset Thraces suos, quos multos iaculatores, multos equites habebat, terra adducerere, castraq; Lacedæ-
C moniorum oppugnare & turbas ciere. Enimuerò in erratis Atheniensiũ perspiciendis satis eum fuisse sagacem, mox re ipsa compertum est. Subitò ẽm imprudentes adortus Lysander, tanta clade affecit, ut octo tantùm cum Conone triremes effugerint: reliquæ omnes, ducentis non multo pauciores, in potestatem hostis uenerint, triaq; hominum millia, quos Lysander omnes interfici iusit: nec multo interiecto tempore, ipsas Athenas cepit, naues eorum combusit, longos muros destruxit. Proinde Lacedęmonios terrę marisq; dominium iam adeptos metuens Alcibiades, in Bithyniam se cõtulit, magnam secum ferens uim pecuniæ, maiorem in arcibus quas extruxerat suis relinquẽs. In Bithynia cum Thraces ibi degẽtes eum magna bonorum parte spoliassent, statuit ad regem Artoxerxem proficisci, existimans se neq; deteriorem Themistocle regi periculum facienti inuentum iri, & prætextũ habere honestiorem: non enim se contra ciues agendi causa ad eum uenire, sed eius uires & auxilium cõtra hostes patriæ imploraturum. Sperans itaq; Pharnabazi potisimùm opera tutò se peruenturum quò intenderat, ad hunc se in Phrygiam contulit, eumq; aliquãdiu ibi commoratus, ita demeruit, ut summo in honore haberetur.

Alcibiadi imperium abrogatum.

Clades Atheniensiũ.

Fuga Alcibiadis in Bithyniã.

Ad Pharnabazum.

Cęterùm Athenienſes principatũ Græciæ ſibi ademptum dolẽtes, cùm A.
libertate etiam ſpoliati eſſent à Lyſandro, qui urbem triginta tyrannis ha-
bendam tradiderat, tum demum in eas deuenerunt cogitationes, quibus
ſi uſi fuiſſent antè, ſaluti ſuæ optimè conſuluiſſent: lamentantésque, & er-
rata ſua recenſentes, maximè omnium à ſe peccatum in ſecunda contra
Alcibiadem actione intellexerunt. hunc enim nulla ſua ſua culpa proie-
ctum: iratos miniſtro quòd paucas naues turpiter perdidiſſet, longè tur-
piùs optimo & bellicoſiſsimo duce urbem priuaſſe. Languida tamen ad-
huc ſe ſpes quædam oſtendebat, non periiſſe funditus res Athenienſium
Alcibiade ſaluo: hunc neque priùs in exilio uitam ocioſam delegiſſe, &
nunc quoq; etiam rebus ſuis conſtitutis nõ paſſurum Lacedæmonios im
punè ſuperbire, neque tyrannorrum libidinem præteriturum. Neque e-
rat abſurda hæc multitudinis de Alcibiade ſpes, quãdo & tyranni diligen
tiſsimè quid is ageret, aut quid penſi haberet inquirebant. Tandem Cri-
tias, unus ex eorum numero, Lyſandro oſtendit, populari quidem Athe-
nienſium imperio euerſo, Lacedæmonios tutò Græciæ in poſterum im-
peraturos: ſed utcunque paucorum in republica dominationem æquo B.
animo ferant Athenienſes, nunquam profectò Alcibiadem paſſurum ſe
uiuo eos præſenti rerum ſtatui acquieſcere. Neque tamen perſuaſum eſt
Lyſandro, antequam à magiſtratibus Sparta ſcytalen (genus id eſt epi-
ſtolæ Laconicæ) accepit, qua tollere è medio Alcibiadem iubebatur: ſiue
ii celeritatem ingenii, & ad res magnas gerendas aptiſsimam naturam e-
ius hominis metuebant, ſiue Agidi eam gratiam dabant. Miſit igitur ad
Pharnabazum Lyſander, qui eum exequi mandatum Spartanorum iube
rent. Is Magęo fratri, & Suſamithrę auunculo ſuo negocium necãdi Alci-
biadis iniunxit. Degebat tum fortè in quodã Phrygiæ pago Alcibiades,
habebatq; ſecum Timandram meretricem. in ſomnis autem uiſus ſibi erat
ueſtem Timandræ induiſſe, eamq; caput ipſius in ulnis tenuiſſe, ac ut ſo-
lent mulieres, fuco & ceruſſa faciem pinxiſſe. Alii imaginatũ aiunt, caput
ſibi à Magæo amputatum eſſe, & truncum cremari: id conuenit inter eos,
paulo ante interitum hoc ei inſomnium apparuiſſe. Qui ad necandum
eum miſsi erant, non auſi ingredi domum in qua erat, eam incende-
runt. Alcibiades hoc ſentiens, ueſtium & ſtragulorum magnam par- C
tem correptam in ignem coniecit, ac obuoluto chlamyde brachio ſini-
ſtro, dextra ſtrictum enſem tenens antequam ueſtimenta ignis abſum-
pſiſſet, illæſus per flammas exiluit. Barbari eo conſpecto diſsipati ſunt, ne
que quiſquam eum ſubſiſtere, manúmue conſerere auſus eſt: ſed eminus
coniectis iaculis, ſagittisque immiſsis ſtrauerunt. Hoc pacto trucidatum
Alcibiadem Timãdra digreſsis barbaris ſuſtulit, & iis, quas ſuas in prom-
ptu habebat, tunicis uelatum, pro ea quæ tum ei aderat copia ſplendi-
dè magno cum ſtudio ſepeliuit. Huius filia fuiſſe traditur Lais, quæ Co-
89 rinthia dicta Hyccaris Siciliæ oppido captiua abducta fuit. Sunt qui de
morte Alcibiadis cum iis quæ nos retulimus conuenientia ſcribunt, cau-
ſam tamen mortis ei Pharnabazum attuliſſe, uel Lyſandrum, uel Sparta-
nos negant: ſed Alcibiadem ferunt uitium uxori cuiuſdam familiarium
ſuorum obtuliſſe, eamq; ſecum detinuiſſe: fratres mulieris rem in-
dignè tuliſſe, noctuq; domum, in qua is habitabat incen-
diſſe, ipſum per flammas ſe (ut diximus)
proripientem telis
confeciſſe.

Athenienſium pœnitẽtia, & ſpes de Alcibiade.

Inſomnium & interitus Alcibiadis.

Alia mortis cauſa.

A PLVTARCHI C. MARCIVS
CORIOLANVS, [redacted]
[redacted] Augustano interprete.

M ARCIORVM familia Romæ patricia fuit; multósque illu- *Marciorũ familia.*
stres uiros produxit: inter quos fuit etiam Ancus Marcius,
filia Numæ natus, qui Tullo Hostilio in regno successit. P. 1
quoque & Q. Marcij fuerunt, qui maximum atque pulcerri-
mum aquæ ductum Romæ fecerunt: & Censorinus è Mar-
cia gente fuit, quem Romani iterum censorem creauerũt, ipsumque dein-
de autorem secuti legem tulerunt, ne cui eum magistratum bis petere lice
ret. C. autem Marcius, de quo hic nobis sermo habetur, post mortẽ pa-
tris, à matre uidua educatus, suo exemplo docuit, orbis nonnulla quidẽ
mala adesse, non tamen id infortunium obstare, quo minus in egregium
aliquis & præstantem alijs uirum euadere possit. Idemque testimonium iu
B lit ijs, qui arbitrantur bonam naturam, si non rectè instituatur, inter bo-
nos fructus multa etiam uitia proferre, perinde atque bonum agrum si nõ
accuratè colatur. Robur enim animi in hoc uiro ac constantia, magnos *Ingeniũ Coriolani.*
impetus, motusque ad res pręclarè gerendas efficaces edidit: contrà iræ im
modicus, studioque contendendi pertinax hominibus suam consuetudi-
nem difficilem intolerabilemque præbuit. & qui ob uoluptatũ pecuniæque
despectum, atque in ferendis laboribus patientiã laudabatur, ac temperã-
tiæ, iusticiæ, & fortitudinis nomine commendabatur: huius uicissim in
ciuilibus negocijs rigor, & paucorum in repub. dominationis consti-
tuendæ suspecta duricies inuisa omnibus molestaque erat. Adeò nullũ est
maius donum, quod acceptũ bonitati Musarum homines ferre debeant,
quàm quòd doctrina & disciplina emolliuntur & mitigãtur ingenia, mo
dumque tenere, & nimia omnia uitare discũt. Cæterùm ea tempestate, qua
uixit C. Marcius, Romæ inter omnes uirtutes bellica seu militaris maxi-
mè in honore habebatur fortitudo: cui rei documento est, quòd unius fortitu
dinis nomine apud ipsos uniuersum illud, quod uirtutis uocabulo com-
præhẽditur, afficiebatur, generisque ea appellatio totius usurpabatur, quę
C uirtutis uni speciei propria erat. Itaque Marcius cùm natura esset milita- *Studium militiæ.*
rium certaminum præ cæteris cupidus, statim à puero arma tractauit: ra-
tusque nihil prodesse ea quæ aliunde cõpararentur, nisi ea quæ nobiscum
ad eam rem arma instrumentáque nascuntur, probè adornata appara-
taque in promptu haberentur, ita corpus suum ad omne pugnandi genus
exercuit, ut & cursu uelox & in lucta ualidus esset, & omni in congressu
locum tenere, neque eo expelli posset. Quo effectum est, ut qui cum eo de
animi uirtute fortitudineque contenderent, superati causam in robur cor-
poris ipsius inuictum nulloque labore fatigabile conijcerent. Prima ei ado
lescenti etiãnum militia fuit, quo tempore Tarquiniũ Roma & regno eie
ctum, ac post multas pugnas cladesque extremã quasi aleã hanc iacientẽ,
plurimi Latinorum, ac permulti ex reliqua Italia adiuuerunt, Romamque
reducere (non tam gratia Tarquinij, quàm metu rei Romanæ crescentis
inuidiáque impulsi) conati sunt. Eo in prœlio fortuna uariè ultrò citróque
inclinante, Marcius in conspectu dictatoris strenuè pugnans, uirum Ro 2
manum cùm sterni uideret, neglecto suo periculo prosiluit, ac pro eo
propugnauit, hostémque irruentem necauit. Imperator uictoria poti-
tus, huius facti causa eum inter primos querna corona donauit: quam

Corona ciuica querna.

lex ei defert, qui ciuem ex hostibus seruauerit. Cur querceam eam coro- A
nam esse legislator uoluerit, haud satis constat: an propter Arcades hunc
quercui honorem habuerit, glandiuoros oraculo nominatos? an quia
3 ubiq; in promptu militantibus ea arbor est? an quia quercus Ioui urbiũ
tutori sacra sit, ideo propter seruatum ciuem id decus rectè conferatur?
Est autem quercus inter arbores syluestres fructus copia & bonitate pre-
stantissima, inter cultas robustissima: præbetq; ad cibum glandes, ad po-
tum mulsum, & instrumentum uenationis uiscum exhibet, atq; ita maxi-
mum terrestrium animalium, auiúmque numerum loco obsonij suppedi
tat. Feruntur eo in prœlio Castor & Pollux apparuisse, statimq; eo finito
uisi esse in foro uictoriam annunciantes, equis sudore fluentibus insiden
tes, quo loco nunc iuxta fontem templum est ijs extructum: eademq; de
causa Idus Quintiles (qua die pugnatum fuit) Castori & Polluci sunt cō-
secratę. Enimuerò ut decus & honor maturiùs collatus in iuuenes leui tã
tùm gloriæ cupiditate affectos, ardorē eum extinguit, sitiq; statim exple-
ta satietatē affert: ita eadē grauis ac cōstantis ingenij iuuenib. tributa, au-
gēt apud eos studiũ glorię, auræq; instar afflantis impellunt ad honestatē B
persequendã. nō eñ quasi accepto præmio, sed ut si pignore sese obligas-

C. Marcij gloriæ studiũ quale.

sent, turpe sibi putãt fore, si existimationi suæ desint, ac nō alijs factis eam
uincãt. Hoc modo affectus Marcius, seipsum fortitudinis laude superan-
dũ sibi ꝓposuit, nouisq; subinde facinorib. priora cumulare statuit: itaq;
reb. p̃clarè gestis res egregiè gestas, spolia ex hostib. relatis noua semper
addidit, semperq; posteriorib. ducib. de se honoribus & uirtutis testimo-
nijs afficiēdo certandi materiã p̃buit: cumq; eo tēpore cōtinenter bella
Romani gererent, ex nullo sine corona & ornamento redijt. Vt autē alij
gloriã uirtutis sibi finē statuunt, sic matris ille gaudiũ gloria sua quærebat:
nullũ eñ maiorem se honorē, nullã maiorem felicitatē adipisci posse arbi
trabatur, quàm si coram matre sua laudaret̃, atq; coronaret̃, eiq; præ læti-
cia lacrymanti in amplexũ ueniret. Nimirũ hoc erat, quod & Epaminon-
das cōfessus est summę se felicitatis loco ducere, q uictoriam ipsius Leu-
ctricam pater & mater uiui inspexissent. Verùm hic quidē utrunq; parē-
tem læticiæ suæ & felicitatis socium ac testem habuit. Marcius autem ma
tri Volumniæ partem quoq; patri debitam esse persoluendam ratus, nō
4 satisfecit ei antè, quàm uxorē eius iussu duxit, unaq; habitauit, & liberos C
procreauit. Inclyta iam eius per totã urbem uirtute, senatui diuitum cau-
sam fouenti cōtra plebē cōtentio incidit. Multis & grauibus iniurijs se à

Secessio plebis æris alieni causa.

fœneratoribus premi querebatur uulgus, ijs quorum modicæ fuissent fa-
cultates, planè omnib. spoliatis per oppignorationes, & uenditiones, ege
nis autē æris alieni causa abductis, & in uincula cōditis, q cicatrices ꝓ pa-
tria acceptorũ uulnerũ multas gererēt, passi ea præsertim postremo bel-
5 lo Sabino. Quo quidē bello impēdēte, locupletiores polliciti erãt, se mo-
deratiùs acturos. & dictator M. Valerius iussu senatus id plebi stipulatus
fuerat. bello fortiter & feliciter cōfecto, hostibusq; uictis, neq; remiserant
de pristina duricie quicq̃ fœneratores, & senatus memoriã omnē pacto-
rũ dissimulãs, patiebat̃ nexos abripi, & pignora eripi pauperibus. Ergo
turbæ iterũ, maleq; coitiones Romę existebãt. Neq; fefellit hostes, tumul
tuari plebē: itaq; impressione in agrum Romanum facta, incendio & ua-
statione grassati sunt: neq; quisq̃ militũ uocantib. ad arma cōsulib. nomē
dedit. Inde rursum inter senantores discordia est oborta, alijs cōcedendũ
pauperũ turbæ, nimiumq; rigorē iuris leniendũ cēsentibus, alijs cōtrà tē-
dentibus, Inter hos fuit etiã Marcius, nō pecuniæ quidē tantopere ratio-
nem

A nem habendam asserens, sed si saperent patres, curandum uti nascentem plebis libidinem senatus patientiam tentantis, & ferocientis mature compescerent atque opprimerent. Cùm sæpius intra paucos dies eius rei causa conueniret senatus, neque expediret negociũ, subitò plebs coitione facta se mutuò cohortati, urbe excesserunt, & in monte Sacro ad flumen Aniene cõsederunt: nihil quidem seditiose aut per uim agentes, pulsos tantùm se iampridem urbe à diuitibus uociferantes: utique aerem sibi, & aquam, locumque sepulcri in Italia futurum: Romæ habitantibus nihil præter uulnera & mortem pro diuitibus pugnando obeundam esse. Attulit hæc res terrorem senatui, & quos maximè æquitatis studiosos, popularesque esse de senioribus putabat, oratores ad plebem misit. Verba fecit Menenius Agrippa, multisque plebem obtestatus, multa liberè pro senatu locutus, fabulam ad extremum proposuit, hominum deinde sermone uulgatam. Omnia corporis humani membra quondam contra uentrem conspirasse, eumque accusasse, quòd solus omnium corporis partium ociosus desideret, neque ad id alendum quicquam conferret: cæteras partes, ut uentris B cupiditates explerent, ingentes labores ac difficilia munia obire. At uentrem eorum stulticiam risisse, quòd ignorarent, ipsum quidem omne alimentum accipere in se, uerùm rursus ad omnes partes à se dimittere ac distribuere. Tum conuersa oratione: Idem, inquit, senatum uobis ô ciues dicere intelligite: administratione enim reipublicę & consilio omnium uestrũ cõmodum utilitatemque procurat, uobisque distribuit. Reconciliata ex eo patribus multitudo est, impetrato ut quinque uiros ipsis liceret eligere, qui indigentibus auxilio essent: hi tribuni plebis inde dicti, primique creati à plebe hi, qui secessionis duces fuerant, Iunius Brutus, & Sicinius Bellutus. Vt rediit Romam plebs, statim se obsequentem ad arma uocantibus magistratibus præbuit, nominaque dedit. At Marcius quanquam neque ipse æquo animo ferebat plebẽ præualuisse, optimatumque in republica principatum conuulsum, & uidebat multos nobilium idem sentire: hortatus est tamen, ne in certaminibus pro patria suscipiendis plebe segniores essent, sed uirtute potius quàm potentia præstare se ei ostenderent. Erat in Volscis (contra hos enim tum bellum gerebatur) urbs Corioli, omnium dignitate prima. Hanc cùm Cominius consul obsedisset, Volsci ueriti ne ca C peret, undique contractis auxilijs ad obsidionẽ disijciendã, ibique cum Romanis acie decernẽdum cõtenderũt, duobus ex locis impetũ in hostes facturi. Cominius diuisis copijs hosti aduenięti obuiã est profectus, T. Larciũ, unũ ex præstãtissimis Romanis, oppugnãdæ urbi reliqt. At Coriolani spreta hostiũ paucitate, eruptione facta Romanos aggressi fuderũt, fugietesque in castra cõpulerũt. Ibi Marcius parua cũ manu excurrit, hostesque sibi obuiã factos prostrauit, reliquorũ impetũ inhibuit, suos magna uoce reuocauit. Erat enim, id quod in milite requirit Cato, non manu tantùm promptus, ictuque timendus, sed & uocis sono, & aspectu hosti terribilis. Collectis circa eum multis, hostes territi se receperunt. Neque id satis uisum Marcio, quin & insequeretur cedentes, & effusa fuga usque ad portas Volscos ageret. Vbi cùm uideret Romanos se auertere, quòd & multa de muris tela cõijciebantur, & cum fugientibus in urbẽ hostibus armatis repletam ut irrueret, in animum inducere nemo auderet: tamen fixo gradu hortatus est suos alta uoce, à fortuna urbem instantibus magis, quàm fugientibus apertã. Ita cum paucis sequi audentibus per hostes ui se proripuit, ac in urbem irruit, nemine initiò resistere, aut uenienti obuiam se dare auso. Deinde cùm uideret paucos admodum suorum unà irrupisse,

Menenij Agrippæ ad plebẽ oratio & fabula.

Primi tribuni plebis.

Corioli capti.

suis hostibusq; permixtus fertur incredibilē pugnā obijsse manuum agilitate, uelocitate pedum, audaciaq; animi: omnibusq; in quos impetū fecisset superatis, Volscos partim ad extremas urbis partes cōpulit, reliqui desperata re proiectis armis, tutò suos inducendi in urbem Larcio facultatem dederunt. Vrbe capta, cum ad diripiendum pleriq; Romanorum se contulissent, indignè id tulit, uociferans iniquam rem agi, si consule & ciuium exercitu iam fortasis contra hostes pugnāte, ipsi per ocium prædam quærerent, uel hoc prætextu periculum prœlij uitarent. Paucis animum aduertentibus, cum ijs quibus erat uolentibus ea uia profectus est, qua profectum exercitum senserat, multisq; cohortatus suos, ne labori succumberent, multis quoq; Deos comprecatus, darent sibi tantum beneficij, ut in tempore pugnæ ciues suos assequi, cumq; ijs prœlium obire posset. Mos erat Romanis eo tempore, ut in procinctu iam stantes, ac scutis manus inserentes, sagaq; accingentes, simul etiam tribus aut quatuor audientibus hæredem suum nuncuparent: quæ testamenta non scripta, militaria uocabantur. Id tum agentes milites in conspectu hostium, Marcius assecutus est: initioq; nonnihil perturbauit quorundam animos, ut cum paucis resperſus undiq; sanguine, & sudore madens aduenerat. Vt uerò ad cōsulē accurrit, dextraq; data urbē à se captā renunciauit, cōsulq; ipsum amplexus est, cùm ijs q audiebant rē gestā, tum reliqs qd actū esset cōijcientib. audacia aucta est, sublatoq; clamore duci se ad hostē, & cōmitti prœliū postularūt. Ibi Marcius cōsulē percōtatus, quæ nam esset hostiū armaturæ ratio, quisue ordo, & quo loco robur hostilis exercitus cōstitisset: cū respondisset Cominius, opinari se Antiates, qd esset hostiū bellica ui & audacia ualidissimū mediā aciē occupasse: petijt Marcius, ut cum suis cōtra illos collocaret: idq; cōsul, miratus uiri alacritatē, ita fecit. Cùm ad manus uentū esset, resq; hastis gereret, Marcius ante reliquos in hostē pcurrit: neq; tulerūt oppositi impetū Volsci, statimq; ea pars aciei, quā is irruperat, dissipata est: cæteri eum ab utroq; latere circūdederūt. Ibi cōsul Marcio metuēs, auxilio ei quos secum habebat fortissimos misit: initoq; àcri circa eum prœlio, multisq; paruo tēpore cadentib., fusi tandē uiq; in fugā cōpulsi sunt hostes. Quos cùm insequerent Romani, Marciū labore & uulnerib. cōfectū, ut rediret in castra rogauerunt: sed is nō esse uincētiū defatigari dicēs, fugientib. institit. Superatæ etiā reliquæ partes Volscorū, multis captis & occisis. Postridie cōsul præsente Marcio & reliqs militibus pro tribunali, actis, ut par erat pro tanta uictora, dijs gratijs, ad Marciū cōuersus, miris modis hominis uirtutē prædicauit, quā partim ipse eo in prœlio spectasset, partim Marcius testatā satis fecisset: deinde ex præda omni, pecunię, equorum, hominum, decē sibi capita deligere iussit, antequā præda militib. diuideret: præterea præmij loco equum egregiè ornatū dedit. Approbantib. hoc Romanis, Marcius in medium pgressus, Equum accipio, inquit, ac laudib. consulis gaudeo: reliqua nō tam honorem, quàm mercedem puto. itaq; contentus ero eadem, qua alij, prædę distributione. Vnam hanc mihi gratiam magnoperè peto. Fuit mihi inter Volscos hospes & amicus, uir bonus & moderatus, qui nunc inter captiuos est, è diuite ac fortunato seruus factus: tātis huic malis circumuento, sufficit saltē uenditionē areuisse. Maior q̄ antè ad hæc eius uerba omniū clamor sublatus est, pluresq; inuictū pecunia hominis animū, quàm bellicam uirtutem admirabant. nam & his qui tantis eius honoribus inuidebant, dignus iam cui magna tribuerētur eo ipso uidebat, q ea recusabat: magisq; eius in respuendo, quàm in merendo uirtutem amplectebantur.

Præclarius

Margin notes: Testamentum militare. — Volsci prœlio uincuntur. — Marcio honores habiti, utq; accepti ab eo.

Margin letters: A, B, C

A Præclarius enim est pecunia, quàm armis benè uti: cæterùm ipso usu pe-
cuniæ cõtemptus plus laudis meref. Sedato clamore & tumultu Comini
us: Quãdo, inqt, uirum hunc cogere ut accipiat oblata à nobis munera nõ
possumus, at eum honorem, quem huius rei causa sibi habitum repudiarè
nõ potest, ei deferamus: Coriolani cognomen inquam, nisi illud iam antè
res ipsa ei imposuit. Itaq; cognomentum Coriolani deinde obtinuit, quò
& maximè notus fuit: prænomẽ autem Caij gessit, quo à Marcio cõmuni
gentis nomine distinguebaf. Tertiam Coriolani appellationẽ habuit, titu
li loco, quales Græci ab actione aliqua, aut casu, aut forma corporis, aut
uirtute solẽt gerere. ab actione, ut est Soteris, & Callinici, quorũ hoc egre
gia uictoria potitũ, illud seruatorem significat: à forma corpris, ut Physco
q; est uẽtricosus, Grypus, hoc est adunco naso prȩditus: à uirtute, ut Euer-
getes, quod benefactorẽ notat, & Philadelphus, amantẽ fratris: à casu, ut
Eudæmõ, seu Felix, quod nomẽ Battorũ secundo fuit. Nõnullis regũ etiã 7
per obtrectationẽ cognomẽta facta sunt: ut Antigono Dosonis, quòd in
repsentandis, pmissis cunctaref, Ptolemȩo Lamyri, id est proteruè loqua
B cis. Sed hoc genere Romani frequentiùs usi sunt, qui quendã ex Metel-
lorũ genere Diadematũ (quasi uittatum) dixerunt, quòd ulceris causa frõ
tem obligatã habẽs aliquãdiu obambularet: alium Metellũ Celerẽ, q; dè
functo patre paucis pòst dieb. funebres ludos gladiatorios dedisset. sunt
& quȩdã cognomina, à nascendi casu tracta: ita Proculũ uocãt, q peregrè
pfecto patre nascif, Posthumũ, q mortuo, Vopiscũ, q è gemellis uiuit, alte
ro extincto. A` corporis uitio, non Syllas modò, & Nigros, & Rufos, sed
Cæcos etiã, Claudiosq; dicũt: pulcrè adsuefacientes, ne quis cæcitatẽ, ali-
údue corporis uitiũ ignominiȩ loco duceret, sed tanq; gẽtile nomẽ eam
appellationẽ ferret. Sed hȩc aliò pertinẽt. Finito bello seditionẽ denuò tri
buni plebis excitarunt, nullã quidem nouã neq; iustã causam nacti, sed
ea mala, quæ priores ipsorũ turbas ac discordias necessariò erãt cõsecuta,
in occasionẽ uexãdorum nobiliũ uertẽtes. Plerisq; ẽm in agris neq; semẽ-
tes erãt factæ, neq; terra culta: & bello occupata urbe aliunde aduehendi
frumenti ociũ nõ fuerat. Itaq; ingenti penuria oborta, cùm uiderẽt tribb.
plebis, populo neq; annonæ copiã esse, neq; si esset, ad emendũ pecuniã:
sermones & obtrectatiões cõtra diuites diuulgarũt, quasi ij iniuriarũ ac-
C ceptarũ memores, famẽ urbi induxissent. Fortè tũ Velitris legati uenerũt,
urbẽ dedentes, ac mitti eò colonos postulãtes: ita ẽm apud eos pestis erat
grassata, ut uix decima hominũ pars esset superstes. Et existimabãt homi-
nes prudẽtes cõmodùm, atq; in tẽpore eam petitionẽ Veliternorũ acci-
disse, cùm & Roma inopia alimentorũ pressa, leuatione opus haberet, &
fore finis seditionib. uideref, urbe à turbulenta & tribunis adhȩrente mul
titudine, tanq; redundãtia aliqua morbosa & inquieta, expurgata. Itaq; &
colonos lectos Velitras miserũt cõsules, & militiã cõtra Volscos reliqs in
dixerũt: id machinãtes, ut ab intestinis motib. ociũ esset, existimãtesq; me
lius cõuenturũ inter diuites & pauperes, patricios & plebeios, si unà in ar
mis, castris, cõmuniq; iterum uersarenf bello. Repugnauere tñ ei cõsilio
Sicinius Brutusq; cũ socijs, uociferãtes rem crudelissimã coloniȩ uocabu
lo mitissimo uelari: detrudi tanq; in barathrũ pauperũ hominũ turbã, in
urbẽ cõtagioso aẽre, & cadauerũ inhumatorũ aceruis infestã, ut ibi apud
peregrinos & cõtaminatos habitarẽt lares. Quinetiã, quasi nõ satis mali
sit, partẽ ciuiũ fame necare, partim pestilẽtiȩ obijcere, spõtaneũ porrò bel
lũ suscipi: ut nimirũ nihil mali absit à ciuitate quȩ seruire diuitib. recusaret.
His sermonib. multitudo crebrò incitata, neq; nomina cõsulib. exercitũ

 scriben-

Ratio cognomentorum apud Græcos & Latinos.

Romæ turbæ propter famem.

Velitræ colonia.

scribentibus dedit, & proficisci in coloniam detrectauit. Anxio Senatu, A
Coriolanus plebi & tribb. repugnat.

Coriolanus, plenus iam fastu, tum etiam animo, & in admiratione optimatum habitus, palàm tribunis plebis maiori quàm quisquam alius contentione restitit: obtinuitque ut colonia deduceretur, magna ijs mulcta proposita, qui sorte lecti eò non exissent. De bello autem cùm desperassent omnino patres, Marcius assumpta clientum, eorumque quos persuadendo sibi adiunxerat, manu, incursionem in agros Antiatum fecit: multaque frumenti, multa pecorum & hominum præda parta, nihil sibi ipse uendicans, milites uerò onustos præda ducens, Romam rediit. Itaque reliqui inuidentes istis, Marcij gloriam ac potentiam molestè tulerunt, augeri eum ad opprimendam plebem suspicantes. Paulo pòst, consulatum Marcius petiit. Flexit hoc multorum animos, incessitque uulgus uerecundia, uirum genere ac uirtute primum, cuiusque tot & tanta cōstarent in patriam beneficia, ignominia premendi. Mos enim erat Romæ, ut qui magistratum aliquem ambiret, is ciues præhensaret, oraretque ut suam petitionē iuuarent: & eius rei causa in forum prodibat tunicatus, sine toga: siue ut humilitatis aliquid is habitus supplicantium adferret, siue ut cicatrices suas aperta fortitudinis B signa ostendere possent. Nondum enim eo tempore plebs donorum accipiendorum suspecta fuit, ut largitionum præcidendarum causa iuberent candidatum sine toga & discinctum progredi ad ciues. Longo pòst tempore uenditio & emptio in campum insinuauit, permixtaque est suffragijs pecunia: indeque etiā in curiā & ad exercitus corruptela progressa, in unius hominis potestatem, armis pecunia mancipatis, Romam redegit. Neque ineptè dictum est à quodam, ab eo primùm oppressum populum, qui primus epulum & dona ei dederit. Ac uidetur id malum occultè & sensim urbi obrepsisse, neque statim depræhendi potuisse: neque enim constat, quis

Coriolanus consulatum petens repulsam patitur.

8 primus Romæ populum aut iudices pecunia corruperit. Anytus Anthemionis F. primus narratur Athenis pecunia iudices demeritus, cùm Pyli proditæ accusaretur sub finem belli Peloponnesiaci: qua tempestate Romanum forum adhuc ab aureo & sincero hominum genere tenebatur. Enimuerò cùm multas Coriolanus ostentasset cicatrices, quas continentibus septendecim annis palmam uirtutis tot in prœlijs meritus acceperat, pudorem multitudini uirtus hominis iniecit, interque se de eo consule creando sermones contulerunt. Sed postquàm comitiorum die in forum C processit, splendido cum Senatorum comitatu, neque dubium erat quin ij nullam unquam rem tantoperè, quàm eius consulatum expetijssent: rursus à beneuolētia populus ad inuidiam recidit: & accedebat ad inuidiam metus, uerentium ne si uir optimatum partis studiosissimus, tantæque inter patricios autoritatis consulatu potiretur, populum omnino libertate spoliaret. Hæ cogitationes tantū ualuerūt, ut Marcius repulsam tulerit, alijque sint consules creati. Cùm senatus grauiter hoc tulit, non Marcium, sed se contumelia affectū censens: tum uerò ipsum Marcium casus hic non mediocriter affecit: utpote eum uirum, qui altos spiritus ducens, iracunda & cōtendendi cupida parte animi potissimùm ferretur, neque doctrina & institutione grauitatem ac mansuetudinem sibi parasset, quibus ad uirtutem ciuilem maximè opus est. neque enim sciebat, id quod Plato præcipit,

Contumacia.

9 contumaciam solitudinis contubernalem ei, qui ad remp. & uersandum inter homines animum adiecit, magnoperè fugiēdam, amplectendamque eam quæ à nonnullis admodum solet derideri, patientiam iniuriarum, animique remissionem. Verùm Marcius, (ut erat sui semper similis, & immobilis, ac qui omnibus uelle superiorem esse, nemini que concedere, fortitudinis

A dinis utiq; non impotētiæ animi, mollicieiq; putaret) tum præcipuè iracundia in animo efferuescente, ac tumoris instar se efferente, plenus perturbationis, irarumq; contra populum, discessit. Patricij uerò iuuenes, ac qui nobilitate inter Romanos maximè uigebant, cùm semper mirificè ei studuissent, (q; eo in rebus bellicis duce ac magistro perhumano usi fuissent, didicissentq; ab eo uirtutis æmulatione absq; inuidia reb. bene gestis gloriari) tunc maximè adfuerunt, dolorisq; & indignationis socios se præbentes, iram hominis nullo reipub. bono inflāmauerunt. Interim magna frumenti copia in urbem allata est, cuius pars coëmpta in Italia, non minor à Gelone tyranno Syracusanorū dono missa erat: & plerique in magnam spem ueniebāt, urbem simul & penuria & discordia liberatum iri. Itaq; congregato senatu, statim Curiæ circumfusa plebs, euentum expectabat, sperans & emptum frumentū modico ipsis precio uenditum, & quod erat dono missum, gratis distributū iri: & erant intus tribb. plebis, qui hoc patrib. suaderent. Ibi uerò Marcius assurgēs, grauiter est in eos inuectus, q plebi gratificādū censuissent, fauoris popularis captatores proditoresq; optimatum in repub. principatus eos nominans, qui praua te-

Coriolanus frumenti in populū diuisionē impugnat.

B meritatis & libidinis semina in plebem sparsa cōtra seipsos fouerent: quæ quidem præstitisset initiò statim extirpari, neq; fuisse populi nouo magistratu ita augēdum robur, ut terrori nunc sit senatui, dum omnia suo arbitrio agat, cogi nusq; possit, consulib. dicto audiens esse nolit, magistratibusq; sublatis ductores suos eo nomine insigniat. Enimuerò, inquit, nos dū sedemus, ut largitiones eis, distributionesq; decernamus (id qd apud Græcos eos fit, ubi omnia sunt in manu populi posita) utiq; inobedientiæ plebis uiam ad communem perniciem ciuitatis expedimus. Neq; enim gratiā pro deserta aliquoties militia, aut pro secessionibus, & calumnijs quas admiserunt contra senatum, relatam sibi putabunt: sed metu perculsos ad demulcēdum ipsos, concedendumq; quę uelint nos demisisse rati, finem detrectandi imperia, factionesq; & seditiones agitandi nullum in posterum facient. Itaq; uestrum hoc consilium planè amentium est. Quin si sapimus, tribunatum potiùs eis adimimus, quo & consulatus euertitur, & urbis cōcordia scinditur, ut non, sicut antè, una sit, sed à se ita diuulsa, ut nunq; coalescere, ad concordiā redire, turbisq; intestinis eam liberari

C illi sint passuri. Multa in hanc sententiā locutus Marcius, iuniorū animos mirum in modum concitatos adstipulantes sibi habuit, propemodumq; omnes diuites: solū hūc uirū clamabāt in urbe inuictū atq; ab adulatione alienum restare. seniorū quidā qd esset euenturum suspicantes, repugnabant: & quidē euenit nihil boni. Tribb. nanq; plebis cum interessent senatui, ut uiderunt Marcij sententiam præualere, ad plebem è Curia se proripuerunt, auxiliū eius implorantes, & ad concionē uocātes. In quā ut est magno cum tumultu cōuentū, ac q sermo esset habitus à Marcio, renūciatum, parū abfuit qn plebs ira ardēs in senatū impetū faceret. Veruntamē tribuni omni culpa in Marciū collata, lictores miserunt q eum ad causam dicendā pertraherēt: quos ut cōtumeliosè ille Curia expulit, ipsi cum ædilibus uenerunt, ut ui hominem abducerent, manusq; ei iniecerunt: sed patricij facto agmine, tribunos repulerunt, ædiles etiā plagis affecerūt: tandem nox tumultum soluit. Manè cùm uiderent consules populū exasperatū undiq; in forū cōcurrere, metuere urbi ceperūt: ideoq; cōuocato senatu de placāda & sedāda sermonib. moderatis, decretisq; benignis multitudine retulerūt: nō enim tēpus de gloria cōtendendi esse, sed curandū, si quid saperent, ut imminens periculum grauissimum placido & māsueto consilio

Accusatur.

consilio auerteretur. Accedente maiori senatorum parte, progressi in cõcionem, oratione quàm potuit fieri placandis populi animis aptissimã habuerunt, placidè calumnias refellentes, modesteq́ plebẽ urbis castigantes, promittentesq́ nihil sibi de precio annonæ contra ipsos certaminis futurũ. Cùm maior populi pars contentionẽ remisisset, audiẽdaq́ modestè & placidè consulũ oratione delinitos se esse iam & pacatos plerique indicarent: tribuni plebis surgentes, senatui quidem moderatum se exhibẽti populum uicissim quantum eius rectum esset concessurum dixerunt: Marcio autem causam dicendam demonstrandumq́, non confundendæ reipublicæ opprimendiq́ populi causa ab ipso senatum irritatum, uocantibus ad causam dicendã tribunis plebis non obtemperatum, deniq́ ædiles in foro contumelia, uerberibusq́ acceptos esse: quibus certè factis uideatur quantum in ipso fuerit bellũ ciuile excitasse, ciuesq́ ad arma prouocasse. Hęc eò ab ipsis dicebãtur, ut aut frangerẽt spiritus Marcij, eumq́ præter naturã suam demereri plebem palàm cogerent: aut si more suo uti uellet, iræ suo extremo ipsius malo satisfacerent: quorum posterius euenturũ rectè coniecerunt. Surrexit eñi tanq́ se purgaturus: cumq́ deprecatione aliq́ expectans populus silentiũ fecisset, nõ modò graui omnib. molestaq́ in se defendendo libertate, liberioreq́ adhuc ipsorũ accusatione usus est: sed & cõtentione uocis, & uultu ita se metu uacare ostendit, ut cõtemni ab eo & parui fieri populũ appareret. Qua eius oratione cũ exasperaretur populus, satisq́ apertè indignationẽ præ se ferret, Sicinius (qui audacissimus erat tribb. pl.) pauca cum collegis collocutus, pronunciauit, morte damnatum à collegio tribunorũ plebis Marcium: ædilibusq́ mãdauit, ut adductum in Capitolium, de rupe pręcipitarẽt. Vt ædiles manus Marcio iniecerunt, atrox, insolensq́ id factũ etiã de uulgo plerisq́ uideri: at patricij animo planè abalienati, summóque dolore conciti, cum clamore ad opem ei ferendã contendere: ac partim dimouere eos, qui cõprehenderant Marciũ, eumq́ intra suorũ turbã recipere, partim ad populum manus tẽdere, ac deprecari. Cæterùm in tãto tumultu neq́ oratione neq́ uociferatione quicq́ efficiebatur: donec amici & familiares tribunorũ, animaduertentes non posse sine multorum patriciorum cæde Marcium abripi, aut puniri, tribunis persuaserunt, ut inusitatam pœnæ grauitatẽ tollerẽt, neq́ eum ui indictaq́ causa occiderent, sed populo iudicãdum traderẽt. Proinde Sicinius progressus, patricios percõtatus est, Cur Marciũ populo suppliciũ imponere uolenti eriperẽt: rursusq́ ijs quærẽtibus, Quo animo ipsi uirũ inter Romanos prestãtissimũ cuperẽt indicta causa ad tam crudele & à legib. alienũ suppliciũ rapere: respõdit Sicinius: Vos uerò nõ est ut hac occasione cõtẽtionẽ cõtra populũ suscipiatis: dat eñi uobis q́ petitis, ac fiet sanè de eo iudicium. Tibi Marci edicimus ut ad trinũdinũ adsis, populumq́ suffragijs de te acturum doceas, nihil esse à te delictũ. Ac tum quidẽ satis habuerunt patricij rem ita cõpositã esse, Marciumq́ læti secum abduxerunt. interea uerò tẽporis, dum trinundinũ appeteret, bellũ cõtra Antiates exortũ spẽ illis disijciẽdi iudicij p̃bebat: sperabantq́ id diuturnũ fore, itaq́ populũ uel marcescente ira placidiorẽ futurum, uel occupationib. eam bellicis omnino dissipatũ iri. Sed ut mox facta pace cũ Antiatib. reditũ est, crebri inter patricios acti sunt conuentus Marcio metuẽtes, idq́ circũspicientes, q̃ pacto neq́ hũc destituerẽt, & occasionẽ cõcitãdæ plebis tribunis nullã p̃berẽt. Et Appius qdẽ Claudius, q̃ præ reliqs infensus populo existimabaẽ, testatus est, senatũ à seipso dissolutũ rẽpublicamq́ p̃ditũ iri, quãdo ius ferẽdi de patricijs suffragia populo

Cõtumacia eius in purgando se.

Coriolano dies ad populum dici tur.

A pulo concederent. Contrà qui ætate maximè prouecti, popularesq; erãt,
non iniquum, sed mansuetum & humanum fore populum censebãt, ade-
ptum eam potestatem: non enim contemptu senatus, sed quòd se ab eo
despici putarent, iudicij potestatẽ eos exposcere, adeptosq; id honorẽ &
solatiũ habituros, statimq; iram depositūros. Marcius ergo, cum uideret
beneuolentia erga ipsum, metuq; populi senatum animi incertum, quæ-
siuit à tribunis, cuius nam criminis ipsum apud populum postularẽt: cùm
respõderent, tyrannidis eum accusari, eamq; ab ipso affectari sese demon-
straturos, surgens: Iam nũc, inquit, eo ad populum causam dicturus, neq;
uel iudicium ullum, uel si conuincar, supplicium detrecto: tantùm uos ui-
dete, ut hoc mihi crimen obijciatis, neq; fucum senatui faciatis. Cùm affir-
massent, ita fore, in iudicium uenit. Congregato populo, primò omnium
ui obtinuere tribuni, ut nõ centuriatim, sed tributim ferrent suffragia, inq;
ijs ferendis homines egeni, inquieti, & nihil honestatem curantes, ditiori-
bus, notis, ac stipendia meritis ciuibus antecederent. Deinde regni affe-
ctati crimine omisso (quod se nullo modo demõstraturos norant) sermo
Marcij in senatu habitus repetitus est, quo annonæ preciũ leuare uetuis-

Vt accusatus sit Coriolanus, & damnatur.

B set, & tribunatum populo adimendum censuisset. additum & nouum cri-
men: prædam quam ex Antiatũ agro inuexisset, non illatam ab eo in æra-
rium, sed suis militibus diuisam. Id maximè perturbasse Marcium dicitur,
improuisum uidelicet, & cuius excusandi probabilem ad populum ora-
tionem in promptu non haberet: nam cùm suos milites laudaret, eos qui
nõ cum ipso militârant, quorum maior erat numerus, infensos sibi redde-
bat. Tandem suffragiorũ latione tribubus tradita, absoluentib. tres plures 11
fuerunt quæ damnarent: pœna dicta fuit, ut perpetuò exularet. Senten-
tia promulgata, nulla unquam bellica uictoria tantum populo gaudium
attulit, quanto tunc exultans discessit: senatus cõtra ingenti perculsus est
tristitia, pœnitentiaq; graui correptus, quòd non quiduis potiùs pertulis-
sent, quam populum tanta licentia in ipsorum contumeliam uti pateren-
tur. Neq; erat tum opus uestium aliorúmue insignium nota, sed facilè co-
gnoscebatur plebeius esse qui gaudebat: patricius, qui mœrebat. At uerò
Marcius ipse imperterritus, infractusq;, uestituq;, incessu, & uultu, ut antè
composito inter reliquos omnes grauiter affectos cõspiciebatur, solusq;

Coriolanus damnatus ad Volscos fugit.

C se ipse non miserabatur. non sanè rectæ rationis & animi moderationis
beneficio, sed ira totus cõcitus, grauiq; indignatione: quam dolorem esse
plerîq; ignorant. Iracundus enim cùm ira accēditur ac quasi incandescit,
omnem humilitatem & remissionẽ exuit: itaq; iratus qui est, eodem mo-
do strenuus uidet, quo is qui febricitat, calidus: sic animus illius pulsu, agi-
tationeq; & tumore quodã distenditur. Et statim quidẽ ut esset affectus
abundè ipsa demonstrauit Marcius. domum enim suã ingressus, matrẽ
ac coniugẽ lamentãtes salutauit, atq; ut quod fortuna attulisset medio cri-
ter ferrent, hortatus, rectà ad portã contendit: ibi à comitantibus eum pa-
tricijs, neq; accepta ulla re neq; precatus quicquã, cum tribus uel quatuor
cliẽtibus discessit. Inde per paucos dies in quadam uilla cùm animum su-
um in uarias cogitationes diduxisset, consilium neque honestum, neque
utile, sed quale ab ira subministrari potuit, delegit, Romanos utique ul-
ciscendi, bellúmque iccirco graue ac finitimum contra eos excitandi. Pe-
riculum primùm de Volscis facere in ea re statuit, quos & milite & pecu-
nia adhuc ualidos esse norat, cladibúsque nuper acceptis, non tantum ui-
rium amisisse, quantum iræ & pertinaciæ inde concepisse. Erat uir An-
tiâs, diuitiarum, fortitudinis, nobilitatisque causa inter Volscos regiæ
dignitatis,

Ira cur non uideatur dolor.

Tullus Antius.

12 dignitatis, nomine Tullus Attius. Huic se prę omnibus alijs Romanis inuisum esse Marcius sciebat: sæpenumerò enim in prœlijs mutuò se prouocauerant, atq; minitati fuerant, ac æmulatione iuuenili gloriæ bellicæ, priuatum publico odium adiecerant. magno tamen animo eum esse præditum sentiebat, maximeq; inter omnes Volscos cupere eum ansam nactũ Romanis damnũ aliquod iniũgere. Proinde testimoniũ tulit ei, qui dixit: A

Compescere iram difficile est. nam quod petit
Mercatur ipsa morte.

Etenim ueste habituq; assumpto, quo maximè se quis esset ignotum fore censebat, exemplo Vlisis

13 *Dirorum intrepidus sese intulit hostium in urbem*

sub uesperam, multisq; obuiam factus, à nemine cognitus, Tullí ad ædes cõtendit: ingressusq; statim apud focũ capite uelato consedit. Domestici admirãtes, tamẽ ut surgeret inde iubere nõ sunt ausi, (nã & habitus & silentium autoritatem ei conciliabant.) Tullo tum forte cœnãti quid nouæ accidisset rei indicant. Is relicta cœna, ad Marcium uenit, sciscitatusq; est, quis esset, cuiusq; rei causa uenisset. Tum Marcius capite detecto, paululumq; sermonem moratus: Si me, inquit, non amplius agnoscis, necesse est, ut me ipse apud te accusem. C. sum Marcius, qui plurima Volscis damna intuli, cognomenq;, quòd inficias me ire non patiť, Coriolani inde » fero. Nullum enim aliud multorum illorum præmium adeptus sum labo- » rum atq; periculorum, quàm notã mei apud uos odij, hocq; solum mihi » non est ademptũ: reliqua uniuersa inuidia libidineq; populi, mollicie & » proditione senatus & nobilium erepta mihi sunt. Actus uerò in exilium, » supplex ad tuos penates confugi, nõ impunitatis & salutis causa impetrã- » dę: quid enim erat cur huc me conferrem, si mortem formidarem? Sed ul- » cisci me cupiens, imò & iam nunc pœnas ab his qui me extorrem egerũt » sumens, quòd me tibi dedo. Quod si igitur tibi in animo est hostes inua- » dere, agedum uir generose meum infortunium in rem tuam uerte, cala- » mitate mea ad communem Volscorum felicitatem utere. tanto enim re- » ctiùs pro uobis bellum geram quàm contra uos: quanto meliùs possunt » hi, quibus res hostium sunt notæ, ijs quos eæ latent. Sin de bello despera- » sti, neque mihi uiuere, neque tibi me seruare expedit, olim hostem tuum » inimicumq;, nunc uerò nulli futurum usui. Hæc ut audijt Attius, summam cepit uoluptatẽ, iniectaq; dextra, Surge, inquit, Marci, ac bono es animo: magno enim nobis bono est tui te nobis dedentis aduentus: & à Volscis porrò maiora spera. Ea nocte humaniter accepit Marcium: sequentibus diebus inter se de bello Romanis inferendo consilia contulerunt. Interim Romæ cùm senatus in plebem odia potissimùm ob Coriolani damnationem redintegrata, turbas dabant: tum prodigia multa atque grauia uates, priuatique referebant. Inter hæc tale quiddam traditur. T. erat Lati- B C

Coriolani ad Attiũ oratio.

14 nus nomine, uir non admodum illustris, tranquillus alioquin, & moderatus, & cùm superstitionis, tum futilis loquacitatis libero animo. Huic in somnis species Iouis uisa est, iubentis dicere senatui, missum sibi ab eo ludis malum, minimèque spectatu iucundum præsultorem. Hoc somnium non magnæ sibi primùm curæ fuisse Latinus referebat: cùm uerò iterum tertiòque uisum neglexisset, & filium sibi charissimum morte ereptum, & subitò se omnib. captũ membris fuisse. Atq; hæc lectica in senatũ apportatus renunciauit: statimq; inde corroborato rursum corpore, pedũ officio domũ redijsse tradiť. Hoc miraculo senatus motus, summa diligentia de re inquisiuit: ea ita habebat, Seruum quidã suũ alijs seruis tradiderat, flagellis

T. Latinus per insomniũ de instaurandis ludis monere Romanos iussus.

A flagellis exigendum per forum, atque inde necandum. Hoc illos agentes,
hominemque flagris proscindentes, ipsumque præ dolore uariè se hinc inde
torquentem, indecorisque motibus corpus iactantem, fortuitò pompa lu-
dorum subsecuta est. Ac multi quidem id deforme spectaculum indignè
ferebant, nemo tamen inhibebat, sed cum tantū cōuicijs ac execrationib. 15
impetebāt, qui tam acerbè seruum mulctaret. Eo enim tempore Romani
seruis se admodū humanos exhibebant: nimirū ipsi quoque laborantes, &
cum seruis communi uictu utentes. uidebaturque magna pœna seruo pec-
cāti irrogata, si per lignū quod temonem currus fulcit, in uicinia erectum
transire cogeretur: qui enim erat hoc modo punitus, uisus deinde apud
domesticos & uicinos nullam fidem inueniebat, furciferque (ei enim ligno
furcæ nomen est) appellabatur. Ergo ut Latinus senatui de suo insomnio
indicauit, cum dubitaretur quisnam is malus & indecorus ludorum præ-
sultator fuisset, recordati sunt nonnulli supplicium insolens serui istius,
per forum flagellis acti, & inde interfecti. Approbantibus horum senten
tiam sacerdotibus, pœnas dominus dedit, Ioui ludi instaurati sunt. Enim-
B uerò Numa uidetur mihi cùm alioquin sapientissimus sacrorum magister
fuisse, tum id ad maiorem religionis uenerationem præclarè instituisse, ut
cum magistratus, aut pontifices rem sacram facerent, præco præcedens
magna uoce clamet: Hoc age. qua uoce animum aduerti sacris iuberet,
neque quicquam operis interijci illis, aut aliud quodcunque negociū: osten- 16
deretque plerasque res humanas necessitate quadam & ui peragi. Cæterùm
non tantam modò ob causam, sed etiam ob exiguam Romani solent sa-
cra reficere: id enim decreuerunt fieri, cùm unus ex equis thensas trahen-
tibus substitisset, & rursus cùm auriga læua manu habenas corripuisset: & 17
posterioribus temporibus, unum sacrificium tricies est factum, cum sem-
per offendisse aliquid aut defecisse uisum fuisset. tanta Romanis est re-
ligionis cura. Porrò Marcius & Tullus clàm (contrà quàm potentissi-
mis apud Volscos placebat) hoc agebant, ut Romanis, dum ij adhuc
intestina discordia turbarentur, bellum inferrent: id enim primores
Volscorum eo nomine facere uerebantur, quòd erant ipsis cum Roma-
nis induciæ in duos annos pactæ. Occasio belli committendi ab ipsis
Romanis oblata est, qui ludis quadam suspicione aut calumnia adducti
C edixerant, ut Volsci ante Solis occasum Roma exirent. Quidam hoc ut
fieret fraude Marcij factum aiunt, Romam submittēte, qui Volscos falsò
deferret apud magistratus, quòd statuissent dum ludi agerentur, Roma-
nos adoriri, & urbem incēdere. Id quidem edictum omnium Volscorum
animos contra Romanos irritauit. Tullus autem rem uerbis exaggerans,
suosque instigans, tandē persuasit ut Romam legatos mitterent, qui agrum
& urbes bello sibi ademptas reposcerent. Romani eam legationem indi-
gnè tulerunt, responderuntque, Volscos priores arma capturos, Romanos
ea posteriores depadsituros. Inde Tullus conuocato in concilium omni
Volsco nomine, cùm decreuissent bellum, autor fuit ut Marcium uoca-
rent, oblitique acceptorum ab eo malorum crederent plus ipsum socium
belli allaturum rebus eorum commodi, quàm damni hostis dedisset. Mar
cius ut uocatus orationem ad populum habuit, apparuitque eum non di-
cendo minùs quàm armis acrem esse belloque egregium, prudētiaque & au-
dacia prędítum maxima, unà cum Tullo imperator ad id bellum est crea-
tus. Proinde ueritus, ne tempus quo ad apparandum bellum haud exi-
guo opus erat Volscis, rei gerendæ occasionem ipsi adimeret, primorib.
ciuitatis magistratibusque mandato, ut quę ex usu essent, ipsi conducerent

Supplicia seruorū Romę antiquitus.

Instauratio sacrorū ubi de causa.

Volsci Romę expulsi, noua belli occasio.

Coriolanus à Volscis dux belli creatus, Romanos inuadit.

atq; adornarent, ipse cum ijs quos alacriores reliquis extra delectum sibi adiunxerat, subitò, neq; quopiam id expectante Romanorũ in fines impressionem fecit. Qua re tantum prædæ parauit, ut Volsci ea agenda ferendaq; & in castris fruenda defatigati sint. Atqui prædam ipse eo facto, uastationemq; hostilis agri minimè quærebat: id præcipuè spectabat, ut patricios calumnijs plebis obijceret. nam cùm omnia alia depopularetur & uastaret, ab eorum agris omnia maleficia, omnẽ rapinam summa cura prohibuit. Itaq; iurgia inter ordines, & turbæ existebant, patricijs populo exprobrantibus, quòd hominem potentem iniustè patria exegissent: populo eos incusante, quòd memoria iniuriarum acceptarum Marcium accivissent, ac alijs bello afflictis, ipsi ociosi spectatores sederent, extráque belli incommoda constituti, suas opes retinerent. Hoc ut confecit Marcius, magnumq; ad audendum, contemnendumq; hostem Volscis momentum attulit, securè se recepit. Collectis magna celeritate & alacritate omnib. Volscorum copijs, cùm satis magnæ eæ uiderentur, uisum est partem earum retinere, quæ urbib. præsidio esset, altera cõtra Romanos proficisci: optionemq; ducendi utram uellet Tullo Marcius dedit. Tullus nihil Marcium uirtute inferiorem se fassus, melioriq; eum in omnibus prœlijs fortuna usum, ducere eos qui exirent in bellum iussit: se in Volscis remansurum, urbes custoditurum, exercituiq; de reb. necessarijs prospecturum. Itaq; magis adhuc animo confirmatus, primũ ad Circeios duxit, Romanorum coloniam, eamq; dedentem se nullo damno affecit. Inde Latinorum agrum depopulatus est, qui Romanorum (erant enim eis fœdere iuncti) sæpius auxilium implorauerunt, & adhuc sperabant eos ibi pro se propugnaturos. Verùm & plebs Romana ad bellum erat segnior, & consules, quòd exiguum tempus magistratus ipsis erat reliquum, periculum subire nolentes, infecta re legatos dimiserant. Itaq; Marcius ad ipsas urbes profectus, Tolerium, Lauicos, Pedum, Bolanosq; resistentes ipsi ui cepit, corporibusq; mancipatis, bona diripuit: qui deditionem fecissent, diligentissimè curauit, ne uel suo iniussu detrimentum acciperent, ideoq; procul ab ijs castra habebat, agrisq; abstinebat. Postquàm uerò Bolas urbem intra decimumtertium lapidem Roma distantem cepit, magnaq; pecunia potitus, omnes propè qui erant iuuenili ætate occidit: Volsciq; iam quoq; qui urbib. præsidij loco erant impositi, manere noluerunt, sed sublatis armis ad ipsum contenderunt, unum se eum suum ducem agnoscere dicentes. tum uerò nomen eius per Italiam magnum, gloriaq; mira extitit, quòd unius uiri transitio tam inopinatam rerum mutationẽ effecisset. At res Romana nullo ordine, nullo decore gerebatur, ciuibus de pugna desperantibus, & quotidianis modò coitionibus, seditiosisq; sermonib. intentis: donec Lauinium (qua in urbe & sacra Deorum, quorum à maioribus usq; cultus ad Romanos erat propagatus, continebantur, & qua in urbe generis sui originem habebant repositam: nam eam primùm urbem Aeneas condidit) obsideri ab hoste annunciatum est. Is rumor subitam miramq; non populi modò, sed & nequaquàm minus inopinatam, absurdamq; patriciorum animis mutationem attulit. Populus enim damnationem Marcij antiquare, ipsumq; in urbem reuocare intendit. Senatus cum de hoc eorum proposito frequens consultaret, improbauit, ac prohibuit: siue studio omnib. quæ populus uellet resistendi: siue gratiæ populi eius reditum adscribi nolens: siue iam ipse etiam Marcio succensens, qui uniuersos infestaret, non læsus ab omnibus, ac patriæ se hostem declararet, in qua nouerat præcipuã optimamq; ciuium partem unà cum ipso dolere, commu-

Marginal notes: A; B; Vrbes à Coriolano captæ; C; Lauinium.

A munemq́ accepisse iniuriam. Sententia Senatus uulgata, populo non licebat quicq̃ legibus aut suffragijs agere, cùm patres autores non fierent. At Marcius his cognitis, omissa Lauinij obsidione ad ipsam urbẽ infesto animo exercitum adduxit, castraq́ fecit apud fossas Cloelias, quinq; ab urbe millib. passuum. Huius aduentus ut magnum terrorem tumultumq́ in urbe excitauit, ita discordijs finẽ imposuit. Neq; enim preterea quisquam uel senator, uel magistratus populo reditum Marcij poscenti cõtradicere ausus est: sed cum uiderẽt in urbe discursiones mulierum, supplicationes apud templa Deûm, lacrymas & deprecationes senum, summam ubiq; audaciæ & salubrium consiliorum inopiam: assensi sunt rectè populum ad reconciliandum Marcium se contulisse, magnopereq́ erratum à patribus, qui eo tempore iras & iniuriarum memoriam resuscitassent, quo maximè ea deponi debuerant. Itaq; communi omnium sententia decretum est, ut mitterentur ad Marcium legati, qui reditum ei in patriam offerrent, utq; bellum desineret orarent. Missi sunt Senatores, Marcio necessitudine iuncti, ac qui coniunctionis & familiaritatis causa multam se in primo

Coriolanus ad Romam ducit.

Legati ad Coriolanũ missi.

B congressu humanitatem eius experturos sperabant: sed ea ipsis spes ad irritum cecidit. Ducti enim per castra hostium, inuenerunt eum animo conturbato, & horrenda cum seueritate inter primores Volscorum sedẽtem. iussi ab eo dicere, cuiusnam rei causa uenissent, cùm placida oratione, gestuq; decoro petitionem suam exposuissent, Marcius quod ad se attinebat, iracundè & acerbè respõdit: Volscorum nomine, quorum dux esset, postulauit ut ijs ager urbesq́ bello ademptæ redderentur, iusq; ciuitatis, perinde ac Latinis, decerneretur: aliàs nisi iustis his, æquisq; conditionibus, pacem nõ futuram. Spacium deliberandi triginta dies definiuit, confestimq; ex eo loco castra mouit. Hanc primùm ansam ipsum criminandi arripuerunt è Volscis ij, quibus iam pridẽ inuisa uiri erat potentia: in quorum numero Tullus etiam fuit, nulla quidẽ priuatim affectus iniuria, sed morbo hominibus familiari affectus: indignè enim ferebat suam omnino gloriam obscurari, seq; à Volscis negligi, omnia sua in uno Marcio sita ducentibus, reliquosq; contentos esse ea potentia & imperio, quòd ab illo ipsis esset concessum, iubentibus. Itaq; primarum tum accusationum semina occultè sparsa sunt, factisq; coitionib. æmuli quiritabantur, castrisq;

Inuidia Volscorum & Tulli in Coriolanum.

C ab eo motis proditionem factam interpretabantur, non murorũ quidem armorúmue, sed occasionum, quarum in bello maximum esset in utranq; partem momentum: iniectamq; ab eo triginta dierum moram, quo spacio summa rerum mutatio posset interuenire. Et quidem id tempus Marcius non ociosè exegit, sed circumferens arma socijs Romanorũ incommodauit, & septem urbes magnas populosasq; cepit. Romani uerò suis opitulari non audebant, sed plena erant eorum pectora trepidationis, stupefactisq; omnino, & resolutis corporibus similiter ad bellum affecta. Postq; tempus præscriptum exijt, ac Marcius cùm omnibus copijs redijt, aliam legationem miserunt, orantes ut ira posita Volscos regione abduceret, atq; in commune deinde consuleret: nihil enim se metus causa facturos, sed si quid Volscis concedẽdum putaret, obtemperaturos, si quidem ab armis ij discessissent. Ad hæc Marcius, se iã non ut Volscorum ducem, sed tanquam ciuem Romanum respondere dixit, hortariq; ut iusticiæ rationem habeant, ac moderatiùs sentiant, & intra tertium diem ad seueniant, ea, quæ postulasset antè, decreto confirmaturi: sin aliter ipsis uisum fuisset, scirent non licitum ipsis impunè uana cum oratione in castra reuerti. Reuersis legatis, Senatus tanta urbem tẽpestate ac fluctib. urgentibus,

Altera legatio ad Coriolanum.

ad facram (quod aiunt) anchoram cõfugit. Decretum eſt enim, ut omnes pontifices, facrificuli, æditui, augureſq́ irent ad Marcium, ſuis quiſq́ inſignibus ornati, hortarenturq́ ut bello remoto cum ciuib. de Volſcis ageret. Admiſit hos in caſtra Marcius, ſed nihilo quàm antè mitius neq́ egit quicquam neq́ dixit: iuſsitq́ (ut priùs etiam) aut acciperent pacis conditiones, aut bellum ſuſciperent. Vbi rediere ſacerdotes, decretum eſt, ut quieti ſtationes in muris diſponerent, hoſtemq́, ſi oppugnatum ueniſſet, arcerent, ſpemq́ potiſsimùm in tempore, & inopinatis fortunæ uicibus collocarent. Nam in ſe quidem eo tempore nullum ſalutis præſidium Romani inueniebant: ſed tumultu, trepidatione, ſiniſtriſq́ rumoribus & omnibus nationibus tota urbs tenebatur: donec talis caſus incidit, qualem Homerus multis locis proponens, non planè ſuam pleriſq́ probat ſententiam. Cùm enim is in magnis & præter opinionem hominum euenientibus rebus acclamat,

De animi impetibus diuinitus excitatis.

Menti conſilium huic ſubiecit caſta Pallas.
& alibi:
Aſt aliquis diuûm mentem conuertit, & ipſum
Admonuit populi tum de rumore futuro.
item,
Siue ita coniiciens, ſeu quis Deus hoc ita iuſsit:

repræhendunt, quaſi uerò is rebus facultatem noſtram excedentibus, & incredibilibus, fabulæq́ ſimilitudinẽ habentibus euentus, cõſilio noſtræ uoluntatis, delectuiq́ deroget. At Homerus hoc non facit. Sed conſentaneas illas & uſitatas actiones, & ea quæ ſecundum rationem aguntur, noſtro conſilio & uoluntati imputat: ut cùm ſæpe in hanc ſententiam dicit,

Ipſe ego magnanimo decreui talia corde,
&,
Sic ait. Aſt magnum uehemens inceſsit Achillem
Tunc dolor, iracunda intra præcordia pectus
Diuiſum in duplices turbauit nobile curas.
& rurſus:
At non prudenti perſuaſit Bellerophontæ.

Sed idem in arduis inuſitatiſq́ rebus, & ad quas impetu quodam animi, ac furore quaſi diuino opus eſt, Deum proponit, non qui conſilium noſtrum tollat, ſed moueat, neq́ impetus animo indat, ſed uiſa & imaginationes, quæ impetuum duces ſint: atq́ ita ſanè non inuoluntariam efficit actionem, ſed uoluntati initium præbet, eamq́ audacia & ſpe confirmat. Aut enim omnino excludendus eſt ab omni principio cauſaq́ actionum noſtrarum Deus: aut quiſnam alius tandem ſit modus quo hominum ille actiones adiuuet? nõ enim corpora noſtra effingit, manuſue ad id quod facto opus eſt, aut pedes applicat: ſed eam animi partem, quæ ad agendum eſt, deligendumq́ nata, principijs quibuſdam, & uiſis, cogitationibuſq́ obiectis excitat, aut contrà auertit & inhibet. Cęterùm in urbe tum mulieres aliæ apud alia templa, pleræq́ & primariæ ad aram Iouis in Capitolio ſupplicabant. Inter hæc erat etiam Valeria, ſoror Poplicolæ, eius qui domi militiæq́ rempub. plurimis in rebus magnoperè iuuerat, ac iam antè (ut in eius uita demonſtrauimus) uitæ penſum abſoluerat: atque hæc Valeria Romę illuſtris, honorataq́ erat, ut quæ ſe generis ſplẽdore haud indignã gereret. Hæc tunc eo (de quo iam diſputaui) modo repentè affecta, inq́ eam cogitationem non ſine numinis inſtinctu delapſa, qua patriæ ſeruandæ rationem aſſecuta eſt, ſurrexit, cæteriſq́ ſibi adiunctis, ad

Valeria cõſilij patriæ ſalutaris inuentrix.

Volu-

A Volumniæ, quæ mater erat Coriolani, ędes uenit. Quam ut ingressa repe rit cum nuru sedentē, filiosq́ Marcij gremio tenentem, corona mulierū ei circumfusa, Vltrò, inquit, ô Volumnia, tuq́ ô Vergilia, mulieres ad mulie res uenimus, neq; Senatus decreto, neq; magistratus iussu: sed Deus no- " stram (ut existimo) miseratus supplicationē, nos ut huc ad uos deprecatū " ueniremus excitauit. Quæ nostra petitio, siquidē ei acquiescetis, cùm no- " bis omnib. erit, ciuibusq́ salutaris, tū uobis mihi obtemperantib. illustrio " rem allatura gloriam, quàm adeptæ sunt Sabinæ, quæ maritos suos & parentes " de bello in pacē amiciciamq́ reduxerunt. Agite nobiscū ad Marcium ite, " & supplicationē nostram adiuuate: testimoniumq́ patriæ iustū & æquū " ferte, quòd ea multis ac grauib. ab ipso affecta iniurijs, nihil uobis mali per irā " neq; intulerit, neq; inferre statuerit: sed ei uos reddat, etiā si nihil ab eo cle " mentię sit impetratura. Exclamatū est ad hæc Valerię uerba à cęteris mulieribus. & Volumnia: Cùm æquam, mulieres, cōmunis calamitatis partē uobiscum sustinemus: tum priuato infortunio affligimur, quæ Marcij glo riam uirtutemq́ amisimus, corpus aūt eius hostilib. armis septum, in custo " dia asseruari ueriùs, quàm munitū uidemus. Maximū uerò hoc nostrū ma "

B lum ducimus, si patriæ uires adeò debilitatæ sunt, ut in nobis spem salutis " ea repositā habeat: quarū nescio rationémne ille habiturus sit, qui patriā, " cui matrem, uxorē, liberosq́ posthabere cōsueuerat, nihil curat. Verunta " men utimini sanè nostra opera, duciteq́ nos ad eum: nam si nihil aliud, at " certè in deprecatione pro patria expirare possumus. Inde Vergiliam cum filijs, reliquisq́ mulieribus surgere iussit, unoq́ agmine in castra Volsco- rum profectæ sunt. Aspectus ille ipsis etiā Volscis miserabilis uisus, uere- cundiam & silentiū iniecit. Sedebat tum Marcius pro tribunali cum reli- quis belli cōsiliarijs: qui ut uidit accedentes mulieres, miratus quid rei esset, postq; duci cateruā ab uxore sua uidit, statuit sanè in immobili ista sua, ac inexorabili perseuerare sententia. Victus tamen affectu, aspectuq́ pertur batus, non passus est eas ad sedentē se accedere, sed descēdens à tribunali, aliquantū citatis gressib. obuiam cōtendit, matremq́ primùm, plexè con- salutauit, inde uxorē, & liberos, neq; lacrymis, neq; amplexibus osculisq́ iam parcens, sed ferri se ab affectu tanquam flumine sinens. Vt desiderio satisfecit suo, sensitq́ matrem orationē uelle incipere, iuxtà adsistere iussis Volscorū senatoribus, hæc dicentē audiuit Volumniam. Etiam nobis ta-

C centibus, fili, ex uestitu & miserorū corporum forma conijcere potes, qua " lem nobis rei familiaris statū tuum exiliū attulerit. Perpende uerò cū ani- " mo tuo, ut omnium mulierū miserrimę huc uenerimus, quib. id quod iucun- " dissimum uisu debuit esse, fortuna quàm maximè pertimescendum effecit: ni " mirum ut ego te filium, hæc coniugem patriæ mœnia obsessum uenisse ui " deremus? Ac, quod est omniū aliàs malorum solatiū, inuocare Deos quî " possumus? neq; eīm simul & tibi salutem, & patrię uictoriā uotis exposce " re licet? sed quæ hostis nobis imprecer, ea in nostra sunt precatione: quippe " aut patria aut te spoliari oportet uxorem liberosq́ tuos. Ego quidem nō " expectabo, dum hanc mihi uiuæ fortunā bellum iniungat: nam si tibi non " persuadeo, ut amicicia & concordia cōtentioni & malis pręposita, utrisq́ " potiùs te benefactorem, quàm alterutri exitiosum præbeas, ita cogita, itaq́ te " para, ut scias non posse te ad patriam nisi calcato matris tuæ cadauere ac- " cedere. Neq; enim is dies mihi expectādus est, quo uel duci in triumpho " à ciuib. filium, uel hunc de patria triumphantē aspiciam. Quòd si ego à te, " fili, peterem, ut Volscis perditis patriā seruares, difficilis tibi & explicatu " haud procliuis deliberatio proponerer: nam neq; ciuib. perniciem afferre " honestum, neq; eos, qui fidei tuę se credidissent, prodere iustū erat. Nunc "

Oratio eius ad matrem & uxorem Marcij.

Volumniæ responsio.

Matronæ ad Coriolanum supplicatū eunt.

Volumniæ ad filiū oratio.

» malorum tantùm finē cum petimus, qui & Romanis & Volscis saluti, his A
» uerò magis honestus sit futurus, quòd hac sua uictoria uidebuntur nobis
» dare maxima bona, cùm nō minùs pacē ipsi & amiciciam recipiāt. Quod
» si fiet, maximè tu in causa fuisse existimaberis: sin secus, apud utrosq; cul-
» pa tibi imputabit. Cumq; belli sit incertus exitus, hoc tamē in ꝓmptu est,
» te si uincas bello ciues, ita uictorū porrò, ut sceleratus patriæq; pestis dica
» ris: sin uincaris, iudicaturos homines, te ira impulsum homines bene de te
» meritos, amicosq; summas in calamitates cōiecisse. Hęc Volumniā pero-
rantem nihil interpellās audiuit Marcius: ut finem fecit, diu tacitus stetit.
» Tum Volumnia rursum: Quid taces, inquit, fili? Iræ'ne & cupiditati ulci-
» scendi omnia indulgere pulcrum, matris uerò de tantis reb. preces admit-
» tere turpe est? aut meminisse iniuriæ acceptæ magno uiro cōuenit, bene-
» ficia quib. nati à parentib. afficiunt, reuereri & honorare eundē dedecet?
» Enimuerò nulli magis conueniebat, ut gratiā benemeritis haberet, quàm
» tibi tam acriter in ingratos uindicāti: & quidem satis pœnarum iam nunc
» tibi patria dedit, matri nullam adhuc gratiā retulisti. Sanctißimè quidem
» fecisses, si nulla ui coactus, ea quę à te peto tam honesta & iusta impetrare
» me passus fuisses: quando autem non persuadeo tibi, quid moror extre- B
» mum pręsidium adhibere? simul hæc locuta, cum nuru & nepotibus se ad
» pedes eius proiecit. Ibi uerò demum Marcius exclamans, ô mater, ut me-
cum egisti? crexit eam, premensq; dextrā: Obtinuisti, inquit, patriæ saluta
rem, mihi exitiosam uictoriā: à te enim primùm uictus discedo. Pauca inde
seorsim cum ea, & uxore collocutus, Romam, uti petierāt, eas remisit. Ipse
nocte elapsa Volscos inde abduxit, nō eodē omnes modo affectos. Qui-
dam enim & Marcium, & actionem hanc repræhendebant: alij, qui pacis
erant magis studiosi, neutrum: quidā etsi actionē improbabant, Marcium
tamen non malum uirum, neq; indignū uenia censebāt, tanta necessitate
fractum: nemo omniū iussa uiri detrectauit, sed omnes secuti sunt, magis
uirtutis eius, quàm potestatis admiratione. At Romani quāto in periculo
ac metu fuissent bello instante, eo soluto demum rectiùs senserunt. Simul
enim atq; Volscos uasa colligentes de muro uiderunt, omnia statim tem-
pla aperuerunt, coronatiq; ea tanquam uictoria potiti adierunt, & uicti-
mas mactarunt. Maximè autē honore mulierib. habito Senatus populiq;
gaudiū est declaratum, cōfitentium eas haud dubiè salutem urbi attulisse.
Cumq; decreuisset Senatus, ut quodcunq; decus eæ, honorémue sibi po- C
stulassent, is à magistratibus eis deferretur, nihil aliud petierunt, quàm ut
fortunæ muliebri templum conderetur: ad quod extruendum ipsæ sum-
ptum cōferrent, sacrificia autē publicis impendijs curarent. Laudata earū
liberalitate, Senatus publicis impensis templū, sacellumq; ædificauit: ipsę
nihilominus pecunia corrogata simulacrū fecerūt, quod Romani ferunt
» dedicatū in delubro, ita locutū: Grato dijs statuto matronæ me donastis.
Atq; bis auditam hanc uocem ij perhibent, sanè infectis similia, & creditu
difficilia nobis persuadere conantes. Sudare simulacra, & lacrymari, gut-
tasq; sanguinolentas emittere, non id quidē omnino fieri non potest. Li-
gna enim lapidesq; sæpe rubiginem cōtrahunt, quæ in liquorem dissolui
possit: colores ex sese edunt uarios, aut inficiuntur ab eo quod est circum
» positum: quo minus etiā dij aliquid illis nonnunquam portendant, nihil
uidetur obstare. Edere etiam sonitum gemitus, suspirijq; adsimilem pos-
sunt, cùm interiores fortè eorū partes rumpuntur, aut uiolentiùs à sese di-
» ducunt. Articulatam uerò uocē, itaq; expressam & integrā, & quæ intel-
ligi omnino possit, ab inanimato corpore edi, creditu est perquàm durū:
quando neq; Deus neq; anima sine corpore instrumētis & partibus ani-
mi ca-

Marcius matris precib. uictus, à Roma exercitum abducit.

Templum fortunæ muliebris.

De simulacrorum sudore, & similibus.

A mi capacibus apto loqui posśit. Quòd sicubi historia nos ut ita factũ credamus multis & fide alioquin dignis urget testibus, ita statuendum est, esse innatum quendam sensus dissimilem affectũ ei animæ parti, quàm ab imaginando & ijs quæ concipit uisa, phantasiã Græci uocant, qui deinde affectus id quod opinatur se percepisse, perceptũ nobis esse persuadeat: quo modo in somnis cùm nihil audiamus aut uideamus, audire tamẽ nos & uidere opinamur. Verùm enimuerò ijs, qui nimio studio amant ac colunt numina, nihilq́ eiusmodi rerum sibi oblatarum negare audent, his ut ea credant, multũ confert admiratio Dei, idq́ quòd uires eius longe sunt aliæ quàm nostræ. Nihil enim humanæ naturæ Deus simile habet, nõ motu, non arte, non robore nobiscum conuenit: neq́ absurdum est, si quid is faciat machineturue, quod nos efficere nequeamus. quinimò per omnia nostrûm dissimilis, maximè eam in suis operib. differentiam ostendit. Sed (quod ait Heracletus) ut pleraq́ rerum diuinarũ nostram cognitionem effugiant, efficit incredulitas. Porrò Marcium, ut primùm ab exercitu Antium rediȷt, odio & metu acri commotus Tullus statim occidere tentauit, ueritus ne si nunc emisisset eum, occasionem deinceps aliam non esset habiturus. Conspiratione itaq́ multorum facta, Marcium se magistratu abdicare, & Volscis rationem eius administrati edere iussit. Marcius autem Tullo magistratum gerente, & maximam inter suos potẽtiam obtinente priuatus fieri formidãs, imperiũ se in concilio omniũ Volscorũ, si ab ipsis iuberet, depositurũ dixit: nã & ab uniuersis id sibi delatũ fuisse: rationem uerò Antiatibus, si expetant, se ne nunc quidem quin reddat tergiuersari. Conuocata concione, factionis principes ad hoc parati, plebem contra Marcium instigauerunt. Sed ubi is ad causam dicendam surrexit, turbulenti homines uerecundia uiri moti cesserunt, liberamq́ ei dicendi facultatem dederũt: ac ciuium optimus quisq́, & pacis cupidus, palàm ostenderunt audituros se benignè, iudicaturosq́ iustè. Ibi Tullus defensionem Marcij metuere cepit, hominis admodum eloquentis, & cui priores res gestæ maiorem, quàm esset præsens culpa, gratiam peperissent: imò uerò totũ id crimen, quod intentabatur, testimonio erat, quantũ ei gratiæ deberetur. nõ enim uisi fuissent sibi ab eo iniuria affecti, quòd Romam non ceperant, nisi ipse rem eò deduxisset, ut propemodũ caperẽt. Ea propter non cunctandũ ampliùs ratus est cum sua factione Tullus, neq́ experiendum plebis iudicium: sed ferocisśimi eius factionis uociferantes non esse auscultandum, neq́ concedendum ut proditor in Volscos tyrannidẽ teneat, imperiumq́ deponere nolit, confertim impetu facto eum obtruncarunt. Nemo quidem Volscorum eum defendit: plerisq́ tamen displicuisse facinus, statim ostenderunt. Nam concurrentes ex urbib. ad cadauer eius, honorificè id humauerũt, sepulcrumq́ tanquam imperatoris & præclari bellatoris, armis spolijsq́ exornarunt. Romani morte ipsius audita, neq́ honoris, neq́ odij ullum aliud signũ dederunt, quàm quod matronis petentibus ut liceret eum lugere, cõcesserunt luctum decem mensium, quo parentes, liberi, fratresq́ prosequi mos erat: idq́ tẽpus longisśimi luctus Numa definierat, ut in eius uita scripsimus. At res Volscorũ statim Marciũ desiderauerunt. Primò enim de principatu cum Aequis uicinis suis cõtendentes usq́ ad uulnera & cædes deuenerũt. Deinde prœlio à Romanis uicti, quo in prœlio Tullus obijt, flore omni copiarũ suarum perdito, turpisśimis conditionib. pacem acceperunt, imperata se Romanis facturos, & in eorum potestate futuros spondentes.

Dei omnipotentia.

Coriolanus ut à Tullo sit interemptus.

B

C

Sepultura.

Luctus.

22

Volscorum res fractæ, & Tulli mors.

ALCIBIADIS ET CORIOLANI COMPARATIO.

Expositis utriusq́ actionibus, quas quidem cõmemoratu dignas censuimus:

stitimus: quòd ad militares attinet, neuter alteri magnoperè præferendus A

Militiæ gesta res.

uidetur. Vterq; eñ ex ęquo multa militaris audacię ac fortitudinis, multa etiã artis prudentięq; documenta dux exercitus edidit. nisi quis eo pręferendũ Alcibiadẽ putet, q terra mariq; multis in certaminib. uictoriã adeptus, absolutioris ducis nomẽ meritus appareat: nam id quoq; ambobus commune fuit, quòd præsentes ipsi & imperantes apertè rempub. bene gesserunt: idq; apertiùs, quòd desciscentes plurimũ patriæ nocuerunt. In repub. ita uersati sunt, ut in captanda aura populari nimiã Alcibiadis dicacitatem, & à scurrili petulantia nõ puram homines sani iudicij abominati

Mores, & consuetudo cum hominibus.

sint. Marcij autem nimis austera, inflata, & paucorũ principatui apta uersandi in foro ratio Romanis odio habita est. Neutra quidem laudãda uia: sed tamen qui fauori populari aliquid dat, studijsq; multitudinis gratificatur, minùs eo culpandus, qui ne talis uideatur, omnino contumeliosus in

Cõtumacia obsequio deterior.

populũ sit. Nam ut turpe est potentiæ parandæ causa populũ adulari: ita eo quòd terrori sis tuis, uelle multũ posse, ciuesq; uexare & premere, præterq; quòd turpe, etiam iniustum est. Neq; hoc quidẽ obscurum est, Marcium simplicem, suiq; similẽ fuisse, & instituti sui tenacem: Alcibiadẽ uerò uersipellem & mẽdacem. Maximè huius culpant nequiciam & fraudem, B qua Lacedæmoniorum legatos decepit, pacemq; disiecit, ut Thucydides refert. Sed hæc actio, etsi urbem nouo bello implicauit, tamen ualidam ac formidabilem Mantinẽsium & Argiuorum societatem opera Alcibiadis Atheniensib. adiunxit. At Marcium quoq; dolo Romanos cum Volscis commisisse, falsò calumniatum Volscos qui spectatum Romam uenerant, Dionysius tradit. Et causa factum deterius reddit. Non enim, ut Alcibiades, certamine de repub. prouectus, sed iræ (à qua nullam sperandam bonam gratiam Dio dicit) indulgens, multas Italię partes bello turbauit, multasq; immerentes urbes iræ in patriam satiandæ obiter impẽdit. Sanè Alcibiades quoq; ira commotus, magnas calamitates ciuibus suis intulit. Sed ut primum pœnitentia correptos ciues agnouit, æquũ se patriæ præbuit: rursusq; deinde proiectus, in ducum errores nõ consensit, eorumq; mala consilia & pericula non neglexit: ac quod Aristides egisse cum Themistocle maximè laudatur, id egit cum illis ducibus, quanquam non amicos ipsi, uenitq; ad eos, & quid facto usus esset docuit. Marcius uerò C primùm totam urbẽ infestauit, non læsus à tota ciuitate, cuius melior pars iniuriam & dolorem cum eo habebat communem: deinde multis legationibus & deprecationib. irã demulcere cupientibus, & sanare illatã ei iniuriã, nihil emollitus, ostendit se non ut rediret in patriam, sed ut eam funditus euerteret, graue & implacabile bellum suscepisse. Hoc tamen interest, quòd Alcibiades insidijs Lacedæmoniorum petitus, metu simul & odio eorum ad Athenienses redijt: Marcio Volscos deserere non erat conueniens, à quibus dux constitutus, maximæq; fidei habitus, & copijs præfectus erat. At Lacedæmonij abutebantur magis, quàm utebantur illo per urbem oberrante: deinde cùm in castris iterum uexaretur, coactus est ad extremum se in manus Tisaphernis tradere. nisi profectò eo animo, quòd cuperet Athenas saluas esse, neq; funditus ruere, cum demeruit. Id præterea traditum est, Alcibiadem sępe munera cepisse, pecuniamq; ita partam

Pecuniæ ut ab utroq; habita.

turpiter in luxum & libidines prodegisse: Marcio autem consules honoris causa pecuniam offerentes, non persuaserunt ut acciperet. Itaque in contentione de ære alieno maximè erat inuisus populo: quòd non lucri causa, sed præ fastu & contemptu pauperibus damno esset. Antipater in epistola quadam de morte Aristotelis philosophi scribens, inter alia refert, ualuisse eum uirum etiam persuadendo. hoc defuit Marcio,

actionesq;

A actionesq; eius & uirtutes ipsis adeò etiam illis, de quib. benè merebatur, molestas reddidit, fastum & contumaciam (quam solitudini aptam Plato dicit) non ferentibus. Alcibiades aũt contrà morat facilem se in congressibus præbere: itaq; mirũ non est bene ab eo actorũ gloriam floruisse, beneuolentiamq; & honorem ei apud homines fuisse, quando peccata etiam ipsius quędam grata & iucunda fuerunt. Inde factum est, ut hic, cum haud exigua reip. damna dedisset, sæpe tamẽ dux & prætor creatus sit: Marcius uerò magistratũ petens uirtuti suæ debitũ, repulsam tulerit. adeò alterum ne læsi quidem ab eo ciues odisse poterant: alter quanq; in admiratione apud suos esset, nemini tamen charus fuit. Porrò Marcius suo ductu nihil profuit patriæ, sed hostib. cõtra patriam: Alcibiades & miles, & dux sępenumerò Atheniensib. profuit. Idem præsens aduersus inimicos quantum uoluit, potuit: absente tantùm ipso calumniæ efficaces fuerunt. Marcius præsens à Romanis damnatus est, præsens à Volscis interfectus: non quidem ab his per ius & fas, sed tamen probabilẽ eis causam præbuerat, ꝙ à populo Romano oblatã pacificationẽ aspernatus, priuatim mulierib. ob-

Obsequium & cõtumacia.

Bellum Volscum à Coriolano non rectè compositum.

B temperasset, neq; sustulisset causam belli, sed hoc manente tẽpus & occasionem perdidisset. Etenim si quo iure Volscis erat obligatus, eius potissimùm rationẽ habendã duxisset, oportebat eum ijs persuadere ut à Roma recederent. sin Volscos nihil curauit, iræq; suæ explendæ causa bellũ Romanis intulit, deinde ab eo desistere statuit: non propter matrẽ parcendũ patriæ fuit, sed cum patria etiam matri. Pars enim eius ciuitatis, quam oppugnabat, mater & coniunx erant. Quòd autem posteaq; inhumanum se publicis supplicationibus, deprecationib. legatorũ, adeoq; sacerdotũ exhibuisset, deinde in gratiã matris bellum summouit: non erat hoc honorare matrẽ, sed dehonestare patriã, quę misericordiã unius mulieris intercessione consecuta seruabat, tanq; non digna quę propter se ipsam salute donaretur. Fuit igitur hęc gratificatio inuidiosa, immitis, & re ipsa ingrata, neutriq; parti ęquo animo ferẽda: nam recessit neq; persuasus ab ijs quos bello petierat, neq; persuasis militib. suis. Causa horũ omniũ fuere mores eius ad uersandũ in hominũ cœtu incompositi, nimiaq; insolentia & contumacia: quod uitiũ cùm per se uulgò est molestum, tum si cum ambitione coniungatur, planè efferum fit, & immedicabile. Huiusmodi enim ho-

C mines non demerentur multitudinẽ, quippe qui honorem quasi contempsisse uideri uelint: deinde repulsam passi indignanť. Nã Metellus quoq;, Aristides, & Epaminondas eo fuerunt ingenio, ut supplices esse, populumq; demereri nollent: uerùm hi uerè etiam contemnebant ea, quę dare aut adimere suo arbitrio populus posset. Itaq; in exilium pulsi, magistratu deiecti, damnati aliquoties in iudicio, ciuiũ iniuriam nõ ira sunt prosecuti, sed pœnitentiã eorum probauerunt, uerbisq; reconciliari se passi sunt. Qui enim quàm minimè captare uult gratiã populi, eum ꝙ minimè etiam uindictę iniuriarũ eius cupidũ esse decet: nam nimia ob non impetratum honorẽ indignatio, nascitur ex nimia eius honoris cupiditate. Quare Alcibiades non negauit se gaudere honorib. affectum, dolere neglectum: ideoq; ut gratus esset ijs quib. cum degebat, & gratiosus, annitebať. Marciũ uerò fastus non patiebatur eos demereri, à quib. honorib. poterat ornari: ambitio aũt faciebat, ut præteritus doleret atq; irasceretur. Hæc sunt in eo uiro repræhendenda: cætera omnia habet præclara. Temperantiæ enim pecuniæq; cõtemptus nomine dignus est, qui cum pręstantissimis, sanctissimisq; Gręcorum conferatur: non cum Alcibiade, in his rebus incontinentissimo, honestatisq; negligentissimo homine.

Metelli, Aristidis, & Epaminondæ casus & æquanimitas.

Coriolani ob continẽtiam laus.

PLVTARCHI TIMOLEON, A

[redacted] AVGV-
stano interprete.

Status Syracusarũ Dione cæso.

1 SYRACVSARVM, anteq̃ in Siciliã mitteref Timoleon, hic fuit status. Vt Dio eiecto Dionysio tyrãno, statim dolo interfectus perijt, dissipatis ijs qui in asserenda libertate Syracusarũ Dionẽ adiuuerãt, urbs aliũ post aliũ tyrãnum ferens, multitudine malorum propè ad solitudinẽ redacta est. Reliqua Sicilia partim bellis omnino euersa, ciuitatesq́ in ea deletę: pleræq; urbes à barbaris cõuenis, militibusq́ stipẽdio cõductis tenebanf, qui facilè omnes principatuũ mutationes admitterẽt. Dionysius itaq; decimo q̃ erat pulsus anno, manu stipẽdiariorũ militũ cõducta, Nysęũ Syracusas tunc obtinentẽ pulit: ac qui antè mirabiliter à paruis copijs erat maxima omniũ q̃ unq̃ fuerunt tyrannide exturbatus, idem haud minori miraculo de exule & abiecto, eorũ qui eiecerãt ipsum domi- B
nus est factus. Exinde Syracusani q in urbe remãserunt, seruierũt tyranno cùm aliâs haud clemẽti, tũ uerò calamitatib. ꝓrsus efferato: optimi & clarissimi ciuiũ ad Icetã Leontinorũ principẽ cõfugerunt, seq́ ei crediderũt, & ducẽ eũ delegerũt, nihil quidẽ tyranno meliorẽ: sed cum refugiũ aliud nõ haberẽt, Syracusano, & cui ad bellũ cõtra Dionysiũ esset uiriũ satis, se cõmittebãt. Interim Carthaginensib. magna classe in Siciliã aduectis, eiq́ imminentib. perterriti insulares, statuerũt mittere legatos in Græciã, Corinthiorũq́ implorare auxiliũ: cùm cognatiõe & pristinis eorũ beneficijs freti, tum uidentes urbẽ eam planè libertatis studiosam, infestãq; tyrannis semper fuisse, & maxima ac plurima bella nõ principatus opumue cupiditate ductos, sed pro libertate Gręciæ gessisse.

Iceta Leontinorum tyrannus.

Corinthiorum auxilium à Siculis imploratum.

2 At Icetes, ut qui eo bello nõ libertatẽ Syracusanis, sed tyrãnidẽ sibi q̃reret, occulta cũ Carthaginensib. statim agitare colloquia, palàm Syracusanorũ institutũ laudare, eosq́; in mittendis legatis iuuare: nõ auxiliũ illis ferri cupiens, sed sperans si (q̃ uidebaf fore) Corinthij ꝓpter Græcos motus & occupationes auxiliũ denegassent, faciliùs se rẽ ad Carthaginẽses inclinaturũ, eorũq; opera promptius cõtra Syracusanos, q̃ tyrannũ, usurũ. id eius consiliũ pòst detectum C
est. Vt legatio uenit, Corinthij semper curã coloniarũ, & præsertim Syracusarũ gerere soliti, fortè tunc nullo Græco negocio occupati, sed in ocio & pace uiuẽtes, ꝓmptè auxiliũ ijs decreuerũt.

3 Cùm dux bello quæreref, principesq; eorũ qui præstabãt in urbe gloria, aliũ alius nuncuparẽt, quidã è multitudine surgens, Timoleontẽ Timodemi F. nominauit. Atqui is iam pridẽ repub. abstinebat, & spe & instituto ab ea re alienus: sed Deus quidã (opinor) illi ita in mentẽ dederat: adeò propicia ei & in deligendo fuit fortuna, & omnes eius actiones, uirtutemq́ summa gratia exornauit. Natus erat Corinthi Timoleon claris parentib. Timodemo & Demarista, patriæ amantissimus, & permansueto ingenio, attamen tyrannis & malis hominib. summè infensissimo. ad rẽ bellicã adeò ęqualis & temperatæ naturę, ut & in iuuene magna prudentia, & in sene par fortitudo apparuerit.

Timoleon ut dux à Corinthijs delectus.

Erat ei frater natu maior, Timophanes nomine, dissimilis planè ingenij, temerarius, & à prauis amicis, peregrinisq; militib. (q̃s semper apud se habebat) ita corruptus, ut tyrãnidis iã desiderio flagraret. In bello acer, nulliusq; metuẽs periculi credebaf, eoq; permouerat ciues, ut eum tanquàm bellicosum & strenuum uirum exercitui pręficerent. Quo in officio adiutorem

Timophanes frater Timoleonis.

A torem habuit Timoleontē, qui uitia eius aut occultabat, aut extenuabat, 4
bona uerò naturæ exornabat, laudesq; augebat. In prœlio Corinthiorum
cōtra Argiuos & Cleonæos Timophanes equitum dux, deuenit in graue
periculū, ab equo suo, qui ictū exceperat, excussus, & in hostiū agmen pie
ctus: sociorūq; parte dissipata statim metu, reliquis paucis contra multos
pugnā ęgrè sustinentibus. Hoc ubi uidit Timoleon, qui inter grauis arma
turæ milites in acie erat, accurrit, Timophaniq; iacenti scutū prætendit,
multisq; spiculis, multis ictib. comminus armis & corpore exceptis, ęgrè
hostes repulit, fratremq; eripuit. Posteà Corinthij metuentes ne, ut antè
quoq; ipsis acciderat, à socijs circumuenti urbem amitterent, statuerunt
milites stipendiarios CCCC. alere, ijsq; præfecerunt Timophanem. Is iu-
sticia honestateq; postposita, statim in id incubuit, ut urbem suæ potesta- *Timophanes tyrannidē affectans*
ti subijceret: magnoq; numero primariorū ciuiū indicta causa necato, ty-
rannidē occupauit. Grauiter hoc latū Timoleonti, qui fratris improbitatē
sibi calamitati duceret. Itaq; primò hominē uerbis aggressus, hortatus est *fratris cōsilio cæditur.*
ut insanā istā infelicemq; cupiditatē deponeret, iniuriarumq; in ciues cor
B rectionē aliquā q̄reret. Contemptum hanc admonitionē respuente fratre,
assumpto ex necessarijs Aeschylo, cuius sororē Timophanes uxorē habe
bat, ex amicis uate, quē Satyrū Theopompus, Orthagoram Ephorus &
Timęus nominant, paucis interpositis diebus, cū his fratrē accessit, unoq;
ore eum summis preci b. obtestati sunt, ut uel nunc ad sanā mentē rediret,
institutumq; mutaret. Cùm is initio eorū dicta irrideret, pòst etiā ad iram
& indignationē prolaberetur, Timoleon paululùm secessit, uelatoq; capite
fleuit: reliqui duo gladijs Timophanē confestim interfecerunt. Facinoris
huius fama sparsa, optimi ciuiū laudare in Timoleonte odium malorū ho
minū, animiq; magnitudinē, qui uir alioquin mansuetus, & suorū necessa
riorum amātissimus, tamē patriā familia, honestatemq; & iusticiā priuato
cōmodo antiquiorē habuisset, qui fratrem ꝓ patria strenuè pugnantē ser-
uasset, eundē tyrānidem insidiosè in patriā machinatum necasset. At qui
uiuere in populari reip. statu nō poterant, soliti ab ore principū pendere,
gaudere qdem tyranni morte se simularunt, Timoleontē tamen, cōuician
do, scelestumq; facinus cum perpetrasse iactando, in mœrorē cōiecerunt.
A' matre quoq; audiens indignè cædē filij ferente diris imprecationib. se
C deuoueri, cùm deprecatū iuisset, ea neq; aspectū ipsius pertulit, domūq;
uenienti occlusit. Ibi uerò summo in dolore, animiq; perturbatione cōsti-
tutus, statuit uitā inedia finire: amicis tamē id non cōcedentibus, omniq;
eū deprecatione, omni ui cogentibus, uiuere decreuit, sed solitarius. Itaq;
planè à ciuilib. se negocijs remouit, ac primis temporib. ne in urbem qui-
dem unq; uenit, sed animi æger in agris desertissimis uitam duxit. Ad hūc
uidelicet modū iudicia, ubi non à ratione & philosophia robur ad agen- *In pusillanimitatem Timoleontis.*
dum accipiunt, concutiunť, ac facilè quauis uel laude uel uituperio præci
pitia aguntˀ, suis cōsilijs & rationib. excussa. Oportet eñ non solum ipsam
actionē iustā honestāq;: sed etiā consiliū quo inducti eam suscipimus, cō-
stans esse, ac immobile, agendūq; est cū delectu. ne quemadmodū helluo
nes summo appetitu cùm expetant cibos gulę satiādę idoneos, ijs repleti
statim satietate molestanť: ita nos quoq; re confecta animo langueamus,
emarcescente ꝓpter imbecillitatē honestatis animo cōcepta specie. Nam
pœnitētia id quoq;, q̄d est præclarè factū, turpe efficit: at propositū quod
à certa sciētia & cōsilio ꝓficiscit̃, nunq; mutat̃, ne si successu quidē careat.
Vnde Phocion Atheniēsis cū instituto Leosthenis aduersatus esset, atq;
hic rem feliciter egisse uideret̃, cernens ꝓpter uictoriā eam Athenienses

5 exultare, & sacra facere, Nollem profectò, inquit, eum nõ usum fuisse illo A
successu, sed meum tamen consilium secutum uellem. Maioris uehemen-
tiæ est Aristidis Locrensis factum, qui unus de Platonis amicis fuit. Ab
eo cùm Dionysius senior filiam in matrimonium peteret, respondit, mor-
tuam se, quàm tyranni uxorem uidete filiam suam malle: paulo pòst Dio-
nysius liberos eius necauit, interrogauitq; per contumeliam, an adhuc in
sententia de elocandis filiabus perstaret: respondit, factum quidem sibi
dolere, dicti non pœnitere. Verùm hoc à maiori est & perfectiore profe-
ctum uirtute. Timoleontis autem animũ dolor ille, quem post facinus ac-
cepit, siue is fratris mortui miserationi, siue uerecundiæ matris est adscri-
bendus, adeò fregit, ut uiginti ferè totis annis nullam insignem aut publi-
cam rem attigerit. Cæterùm cum esset dux belli nominatus, suffragijsq;
populi cupidè electus, Teleclides, cuius summa eo tẽpore erat Corinthi
potentia atque gloria, assurgens cohortatus eum est ad res strenuè & ut
bonũ uirũ decet gerendas: affirmãs eum, si præclarè munus hoc obiuisset,
tyranni, sin ignauiter, fratris interfectorem existimatũ à ciuibus iri. Parato
iam ad nauigandum Timoleonte, militesq; colligente, literæ Corinthijs B

Icetæ proditio detegitur.

ab Iceta allaræ sunt, mutationem eius, proditionemq; indicantes. Vt pri-
mùm enim profecti fuerant Corinthum Syracusanorũ legati, apertè cum
Carthaginensib. se coniunxerat, cum ijsq; hoc agebat, ut eiecto Syracusis
Dionysio ipse tyrannidem teneret. ueritus autem ne maturiùs uenientib.
à Corintho copijs & imperatore, irrita eius consilia redderentur, scripsit
ad Corinthios, nihil esse ipsis opus sumptibus ac labore, neq; esse cur
in Siciliam ueniant, ibiq; depugnent: præsertim cùm id Carthaginenses
ipsis, ne faciant, interdicant, classemq; ipsorũ multis nauibus operiantur:
eos à se ipsis cunctantib. necessitate eò compulso socios ad debellandum
tyrannum assumptos. His literis lectis etiam hos, quibus ad eam expedi-
tionem parum erar alacritatis, ira contra Icetam stimulauit, ut in adornan

Ostenta Timoleonti facta.

da rebusq; necessarijs instruenda, ac quàm primũ emittenda classe Timo-
leontem iuuarent. Paratis nauibus, militibusq; commeatu præbito, sacer
dotes Proserpinæ per quietem imaginatę sunt, uidere se Cererem & Pro-
serpinam ad iter accingẽtes, dicentesq;, nauigaturas sese cum Timoleon-
te in Siciliam. itaq; Corinthij sacram triremem parauere, & Dearum ista-
rum nauim nominauerunt. Timoleon Delphos profectus, Deo sacris C
operatus est: cúmque ad oraculum descenderet, tale ei signum euenit.

Classis Timoleontis, & expeditio.

Vitta quædam coronas insertas, intextásque acu habens uictorias, for-
tuito casu in caput ipsius delata est: ita ut uideretur à Deo coronatus ad
res gerendas emitti. Proinde cum nauibus Corinthijs septem, Corcy-
tensibus duabus, unáque Leucadia, noctu soluit, uentoq; secundo pela-
gus nauigauit. Tum cœlum subitò findi supra nauim uisum, multumq; &
lucidum ignem effundere. Inde fax, ijs quarum in mysterijs usus est, assi-
milis extitit, & cursum comitata est, in eamq; partem delata, quà maximè
Italiam uersus nautę naues dirigebant. Arioli hoc ostentum testimonium
ferre somnio sacerdotum dixerunt, Deasq; auxiliatrices huius expeditio
nis, cœlitus eo fulgore præluxisse. Proserpinæ enim sacram esse Siciliam,
quam & raptam in ea insula fabulantur, & insulam ei cùm primum dete-
cta uisendam se Diti præbuisset, muneris loco (qualia Græci anacalypte-
ria uocant) datam. Hoc pacto nauigatione diuinitus propicijs signis con
firmata, celeri cursu altum transuecti, inde Italiæ oram legerunt. Sed quæ
ex Sicilia annunciabanṫ, magnam solicitudinẽ Timoleonti, militibus tri-
sticiam attulerunt. Icetes enim prœlio Dionysium uicerat, ac plerisq; Sy-

racusarum

A racuſarum partibus occupatis, eum in arcem, eumq́ locum qui Inſula
dicitur, compulſum obſidebat, munitionibusq́ arcem cingebat: Cartha-
ginenſib. aũt conſuluerat, curarent ne Timoleon in Siciliã egredi poſſet,
ſed eo repulſo, ipſis inter ſe per ociũ diuidere inſulã liceret. Igitur hi trire-
mes uiginti Rhegium mittunt, quib. uehebãtur legati Icetę ad Timoleon
tem ſimilẽ factis orationẽ meditati, deceptionib. ſpecioſis, prętextibusq́
malorum conſiliorũ Icetæ cõſtantem. Erant autẽ hæc ipſorum poſtulata:
Timoleon, ſi quidem uellet, ueniret ad Icetam cõſiliarius & ſocius rerũ o-
ptimo iam loco cõſtitutarum: naues autẽ, militesq́ Corinthũ remitteret:
quippe bello propè iam confecto, prohibiturisq́, & ad pugnam paratis
Carthaginẽſibus, ſi ui ad inſulam accedere conaretur. Vt ergo Rhegium
appulere Corinthij, & in hanc legationẽ inciderunt, Pœnosq́ haud pro-
cul inde naues in ſtatione tenere uiderunt, iniuriam quidem ſibi factam
iniquè tulerunt, iraq́ omnes in Icetã, metus pro Siculis inceſsit, quos cer-
nebant haud dubiè præmium Icetæ proditionis, Carthaginenſibus tyran
nidis propoſitos. Videbatur autem fieri non poſſe, ut uel barbarorum na
B ues duplas ad ipſorum claſsis numerum, uel ſi arte ijs euitatis inſulam te- 6
nuiſſent, Icetæ copias ſuperarent. Veruntamen ut cum legatis, primori-
busq́ Carthaginenſium congreſſus eſt Timoleon, placidè reſpondit, Aſ-
ſentiri ſe ipſorum poſtulatis: quid enim poſſet recuſans? uelle tantùm ſe
coram Græca & cõmuni ſocietate iuncta Rheginorum ciuitate his con-
ditionibus ſibi propoſitis approbatisq́ diſcedere. id enim & ſibi ad ſecu-
ritatem maximè conducturum: & ipſos Carthaginenſes eò conſtantiùs
ea quæ Syracuſanorum cauſa pollicerentur, conſeruaturos, ſi teſte popu-
lo id promitterent. Eò ille ſe demittebat, dum arte tranſitum in inſulam ſi-
bi & claſsi ſuæ expediret: ducesq́ Rheginorum uniuerſi hanc eius tech-
nam adiuuabãt, cupientes Corinthios Sicilia potiri, barbarorumq́ à ui-
cinitate ſibi metuentes. Itaq́ concione populi aduocata, ac, ne ad alias res
agendas ciues digrederentur, portis clauſis, progreſsi ad multitudinem,
prolixo uſi ſunt ſermone, unusq́ ſubinde alteri de eadẽ re diſſerendi ma-
teriam præbendo, rem ad finem non perduxerunt, tẽpus trahentes, ut in-
terea Corinthiorum nauibus ſoluendi ſpacium eſſet: detinebantq́ eo mo
do Carthaginenſes in concione, nihil ſuſpicantes ſiniſtri, cùm ipſe quoq́
C Timoleon intereſſet, & iamiam uerba facturum ſe oſtenderet. Cui ſimul
renunciatum eſt, cæteras naues ſoluiſſe, unam adhuc ipſum operiri, per
turbam ſe ſubducens, occultantibus ſimul ijs qui apud tribunal conſtite-
rant Rheginis, ad mare deſcendit, celeriterq́ auectus eſt. Ita Corinthio-
rum claſsis Tauromenium Siciliæ urbem appulit, uocata iampridem, re-
ceptaq́ tũc ab urbis principe Andromacho. Fuit is pater Timæi hiſtorię
ſcriptoris, omnium Siciliæ principum præſtantiſsimus, qui & ſuis ciuib.
iuſtè & ſecundum leges præerat, & haud occultum ſemper contra tyran-
nos odium geſſerat: qua de cauſa tum quoq́ Timoleonti urbem ſuam re-
ceptaculum exhibuit, ciuibusq́ perſuaſit, ut Corinthijs in liberanda tyrã-
nis Sicilia auxilium ferrent. At Carthaginenſes auecto Timoleonte, con-
cioneq́ ſoluta, cùm ægrè ferrent dolo ſe inductos, iocandi occaſionem 7
Rheginis præbuerunt, quod homines Pœni acta per fraudem uellent re-
præhendere. Proinde Carthaginẽſes Tauromenium legatũ triremi mit-
tunt, qui ſuperbè multa cum Andromacho collocutus, minatusq́ (ut eſt
mos barbarorum) grauia, niſi confeſtim Corinthios expelleret, tandem
manum ſupinam ei oſtendit, eamq́ rurſus demittens, urbem priori ma-
nus formæ ſimilem, poſterioris modo ſe proſtraturum iactauit. Ad quod

Aſtu deceptis Pœnis in Siciliam traijcit Timoleon.

Andromachus Timoleonẽ adiuuat.

ridens Andromachus, nihil aliud respondit, quàm quod manu itidē modò supinata, modò in pronum declinata, iussit abire, nisi ad eundem modum cum naui sua uellet agi. At Icetes nuncio Timoleontis in Siciliam aduentus perterritus, multas Carthaginensium triremes ad se uocauit. Quamobrem Syracusanis subijt de sua prorsus salute desperare, cùm uiderent portum suum à Carthaginensibus, urbem ab Iceta, à Dionysio arcem teneri: Timoleontē uerò tanquã tenui limbo, Tauromenio oppidulo Siciliæ adhærere, non magna spe, & paruis cū copijs. Neq; ēm præter mille milites, & alimenta ad eos sustentandos necessaria habebat quicq;: & urbes malis attritæ diffidebant ei, animis contra omnes exercituū duces exasperatis. Quod factum est maximē culpa Callippi & Pharacis, quorū alter Atheniensis, alter Spartanus fuit: hi ēm cùm libertatis restituendæ, tyrannorumq; euertendorum causa uterq; se uenisse iactasset, ita Siculorum res afflixerant, ut calamitates à tyrannis illatas omnib. modis quàm præsentia mala tolerabiliores crederent: meliusq; cum ijs actum, qui in seruitute mortem obierant, quàm qui eam libertatē uidissent. Iccirco Corinthium nihilo illis meliorem futurum opinantes, seq; ijsdem, quib. antè, peti fraudibus, inescariq; promissis blandis bonarū rerū, dum nouo dño cicures fierent: oēs Corinthiorū pollicitationes suspectas habuerūt, ac repudiarunt. Adranū est oppidū, exiguū sanè, sacrū Adrano Deo, qui per totam Siciliā magnopere colitur: huius ciuibus incessit discordia, & pars Icetam uocabant, pars (quod præter ipsos in Sicilia fecerat nemo) Timoleontem. Accidit aūt fortuitò, ut uterq; dum festinat, eodem tempore ad oppidū ambo peruenirent. Icetas adducebat quinq; millia militū. Timoleon cum mille ac ducentis militibus Tauromenio (unde distat stadijs CCCXL) profectus, prima die non magna itineris parte confecta consedit. Postera die magnis itineribus, difficilibusq; superatu contendens, uergente iam die, præuenisse ad oppidū, & castra facere Icetā accepit. Eo audito cēturiones primos sistere gradū iussere, ut corporib. cibo quieteq; refectis alacriores ad pugnā essent milites. At Timoleon circūiens, orauit ne id facerent, sed celeriter ducerēt ad hostes, quos consentaneū erat modò itinere superato circa tentoria facienda, sumēdumq; cibū occupatos, ad pugnā non esse cōpositos: simul ipse scuto correpto, princeps agmē, tanq; ad exploratā uictoriā, duxit. Milites intrepidè secuti ducem, ad hostes aliquanto minus quàm triginta stadia adhuc distantes properarunt. Hos ita perturbauere suo impetu, ut extemplò in fugā se cōiecerint: itaq; non multo plures trecentis occisi sunt, capti sexcenti, capta etiam castra. Adranitæ uerò portis apertis Timoleonti se dediderunt, cum horrore & admiratione nūciantes cōmisso primùm prœlio, sacras templi ianuas sua sponte apertas fuisse, uisamq; Dei hastam suma cuspide concuti, faciemq; sudore fluere: quibus (opinor) non præsens tantùm uictoria, sed & reliquæ actiones, quib. auspicatum initiū ea præbuit, significabantur. Statim ēm urbes Timoleonti se missis prēconib. adiunxerunt: & Mamercus Catanæ tyrannus, bellicosus uir & pecuniæ ui magna instructus, societatem cum eo coiuit. Sed longè omnium fuit maximum, quòd Dionysius ipse iam reb. desperatis, ac ferè expugnatus, Icetā turpiter uictū contemnens, admiratus Timoleontem, huic & Corinthijs se arcemq; dedidit. Quam insperatam fortunam amplexus Timoleon, Euclidem & Telemachū Corinthios in arcē misit, ac quadringentos milites, non eos quidē cōfertim, neq; apertè (id enim fieri non poterat, hostibus portum tenentibus) sed occultè alijs post alios intrantibus. Ita milites arcem, regiamq; cū omni appa-

Adranum urbem capit, & Icetam uincit Timoleon.

Ostentum.

Dionysius tyrannus Timoleonti se dedit.

A B C

A apparatu bellico instrumentis occupauerunt. Erant cùm haud pauci equi in arce, & omnis generis machinæ, iaculorumq; copia: tum armorum ea multitudo, antiquitus eò congesta, quæ septuaginta millib. hominum armandis sufficeret. Habebat etiã secum Dionysius militũ duo millia, quos ipsos etiam, sicut & reliqua omnia, Timoleonti tradidit. Ipse accepta secũ pecunia, & paucis aliquot amicis, clam Iceta nauigio insulam exijt, & ad Timoleontis castra peruenit: ac tum primùm priuatus humilisq; uisus, unica naui paruaq; cum pecunia Corinthum missus est. Natus fuerat, educatusq; in tyrannide omnium maxima illustrissimaq;, eam per decem annos tenuerat: post Dionis expeditionem duodecim annos reliquos certaminibus bellisque fuerat iactatus, & grauiora in tyrannide passus ijs, quæ alijs intulerat mala. Siquidem & filiorum adultorum cædes, & filias uirgines constuprari uidit, sororem eandem & uxorem suam ab hostibus uiuã libidine turpissima contaminari, & ui necatam unà cum liberis in mare demergi aspexit. de quibus accuratè in Dionis uita à nobis scriptum est. Dionysium uerò aduectum Corintho, nemo omniũ Græ- *Dionysij tyranni mira uaria fortuna.*

B corum fuit qui non uidere & compellare cuperet: alij eius calamitatibus odio ipsius gaudentes accedebant, ut abiectum à fortuna conculcarent: alij ad fortunę mutationem animos quoq; suos accommodantes, miseratione q; permoti, intuebantur magnam occultarum & diuinarum causarum uim, quam in imbecillos, & omnium conspectui expositos exercet homines. Neq; enim ea tempestate opus uel naturæ, uel artis tale extitit, quale fortuna in Dionysio exhibuit. Nam qui paulo antè Siciliæ fuerat tyrannus, tum Corinthi in foro obsoniorum uersabatur, aut in unguentaria taberna sedebat, uinum è caupona dilutum bibens, ac cum meretricib. ioco certans, cantatrices docens, ac cum illis de modulatione & concinnitate theatricarum cantilenarum contendens. Hæc alij ab eo, tanquam homine alioquin ocio indulgente, ignauoq; suapte natura, & luxuriæ dedito fieri putabant: alij ut contemptum se Corinthijs redderet, neq; terrori eis esset, aut suspicionem aliquam præberet, quasi mutationem uitæ ægrè ferens aliquid noui moliretur, de industria ita se composuisse, cõtraq; naturam suam ocio isto stoliditatis simulationem induisse existimabant. *Corinthi ut uixerit.*

Sanè dicta quædam eius memorantur, ex quibus apparet præsentem ui- *Dicta aliquot Dionysij.*

C tæ suæ conditionem ita ut erat ingenuo homine dignum ab eo latam fuisse. Nam Leucadẽ auectus (quæ colonia itidem ut Syracusæ est Corinthiorũ) idẽ sibi euenisse dixit, quod pueris qui aliquid deliquissent. ut enim illi cum fratribus læti conuersarentur, parentes pudoris causa fugerent: sic se quoq; uerecundia urbis, quæ Syracusas & Leucadẽ procreasset, libenter hic cum Leucadijs fratribus uiuere. Corinthi hospiti cuidam inciuilius ipsum propter consuetudinem cum philosophis (qua tyrannus adhuc delectatus fuerat) subsannanti, tandemq; quid'nam Platonis ipsi sapientia profuisset interroganti, Nihil'ne, respondit, tibi uidemur fructus à Platone consecuti, qui fortunæ mutationem ita perferimus? Aristoxeno Musico, alijsq; nõnullis ex ipso quærentibus, unde, & quæ ipsi contra Platonẽ repręhensio extitisset: tyrãnis, inquit, cùm multorũ sit malorum plena, nullũ tamen in se tam graue malũ habet, quàm quòd nemo eorũ qui amici nomẽ usurpãt liberè cũ tyranno loquitᷓ: hi me Platonis beneuolentia spoliarunt. Quidã ut facetus uidereť, intrans ad Dionysiũ uestem excutiebat, quo modo solẽt, qui accedunt tyrannos: huic Dionysius cauillum reddẽs, iussit exeuntem idem facere, ne quid fortè suffuratus secum auferret. Cùm Philippus Macedo in compotatione per iocum de *Philosophiæ utilitas.* *Tyrannis.* *Ocium principum.*

carminibus, & tragœdijs quas Dionysius senior reliquerat, mentionem A
faceret: simularetq́ se mirari, quod'nam ei ad eas componendas tempus
uacasset: haud ineptè respondit Dionysius, tum temporis eum his rebus
se uacasse, quo ipse, & Philippus, alijq́ qui beatorum nomine censerent,
cullulis sese oblectēt. Plato quidem antequàm Corinthum ueniret Dio-
nisius, è uiuis excesserat. Diogenes uerò Sinopensis, ut primùm ei occur-
rit, Quàm indignam, inquit, teipso uitam toleras ô Dionysi. Tum Diony-
sius id dictum expendens, Bene tu ô Diogenes, qui fortunam nostram
miseraris. Quid, ait ille, tu me tuam uicem dolere censes? ac non potiùs
indignari, te tantum mancipium, ac dignum qui in tyrannide, sicut & pa-
ter tuus, ætate exacta moriare, hîc nobiscum ludentem & luxuriantem

Leptinis filiæ.

degere. Et profectò mihi cum his comparanti Philisti uoces, quas de
Leptinis filiabus edit, deplorans earum sortem, quæ de magnis tyranni-
dis bonis ad uitę conditionē abiectam & sordidam deciderint: uoces, in-
quam, istæ mulierculæ alicuius lamentationes uidentur, alabastra, & pur-
puras, & aurum desiderantis. Atque hæc quidem ab instituto nostro, qui
uitas certorũ hominũ in præsentia stylo persequimur, nō aliena neq́ inu- B
tilia censemus lectorem non properantem neque occupatum alijs nego-

Felicitas Timoleontis.

cijs iudicaturum. Cæterùm non minus admirationis meruit Timole-
ontis, quàm Dionysij inopinata fortuna. Quinquagesimo enim quàm in
Siciliam uenerat die, arcem Syracusarum accepit, Dionysiumq́ in Corin
thum misit. Quare animati Corinthij duo millia peditum, ac ducentos e-
quites ei miserunt: qui cùm in Thurios usq́ profecti essent, difficilimũ in-
de in Siciliam traiectum sibi fore intelligentes, cùm Carthaginenses mul-
tis nauibus mare tenerent, coacti occasionis expectandæ causa ibi quie-

Corinthiorũ in Thurios fides.

scere, ad pulcerrimum factum ocio suo usi sunt. Thurijs enim ad bellum
Brutijs inferendum profectis urbem occupantes, eam ab omni maleficio
illæsam summa fide perinde atq́ patriam suam conseruarunt. Icetes autē
arcem Syracusanā obsedit, ac ne inuehi nauigijs cibus posset Corinthijs,
prohibuit: Timoleonti uerò duos milites barbaros submisit Adranum,
qui eum dolo necarent. Cùm aliâs non exquisita corporis utebatur custo
dia Timoleon, tum eo tempore inter Adranitas Deo colendo intentus

Insidijs Icetæ ut elapsus Timoleon.

animiq́ securus uersabatur. Itaq́ percussores cùm fortè audiuissent eum
rem sacrā facturũ, pugiones sub ueste gerentes in templum uenerunt, im C
mistiq́ turbę aram circumstanti, paulatim se propiùs ad eum receperunt.
Iamq́ in eo articulo res erat, ut sese mutuò cohortati facinus aggrederen-
8 tur, cùm quidā alterum eorum gladio in caput incusso sternit: eoq́ corru-
ente, statim ut erat cum gladio ad saxum quoddā sublime se cursu prori-
puit. At percussorũ alter aram cōplexus impunitatē à Timoleonte petit,
omnia se indicaturũ pollicitus: eamq́ dante Timoleonte fatet, se cũ alte-
ro qui nunc interfectus esset, submissum, ut ipsum occiderent. Interim al-
ter de saxo à quibusdā abreptus, adductusq́ uociferat nihil se peccasse,
sed iure hominē trucidasse, qui patrē ipsius antè apud Leontinos interfe-
cisset. habebatq́ eius rei nōnullos testes, qui simul fortunæ admirabātur

Fortuna.

solertiā alias per alias res mouentis, & omnia è lōginquo ꝑducentis, atq́
inter se contexentis, rebusq́ diuersissimis, & nihil inter se habentib. com-
mune eadē principia, eosdemq́ fines accōmodantis. Et hunc quidē Co-
9 rinthij decē minis donauerũt, quòd numini Timoleontis curā gerenti iu-
sto suo affectu inseruiuisset, iramq́ suā dudum cōceptam non pridē exa-
turasset, sed magna fortuna suam causam eò usq́ reseruasset, dum simul &
salutem Timoleonti afferret. Atq́ præsens ea fortuna, bonā spem etiam
futuro-

A futurorū iniecit, & in ueneratione habendū sibi omnes custodiendumq;
Timoleontem censebant, uirum scilicet sacrosanctum, & Deûm uoluntate ad uindicandam Siciliam missum. Icetes autem hoc suo conatu frustratus, cùm uideret multos Timoleonti accedere, succensus sibi ipsi, qui tantis Carthaginensium copijs ita uteretur hactenus, quasi earum puderet ipsum, ac furtim modò ab illis auxilia sumeret: Magonē ducem cum tota classe Syracusas accersiuit. Mago classe centum & quinquaginta hauium terribilis, portum occupauit: in urbem uerò millia peditū sexaginta eduxit, atque collocauit. Quare omnibus iam uidebatur fore, id quod dudum ferebatur metuebaturq;, ut Sicilia planè in potestatem barbarorum ueniret. Nunquam enim Carthaginenses, innumeris quidem gestis in Sicilia bellis, Syracusas capere potuerant: tunc uerò tradente eas Iceta uidebatur urbs nihil esse aliud quàm castra barbarorum. Corinthij autem in arce collocati, magno erant in periculo: summisq; premebantur difficultatibus: nam & cibi penuria ingruebat portibus omnibus obsessis, & continentibus pro defendenda arce certaminibus diuisi, ad omne genus

Barbari Syracusas occupant.

10

B propugnandi defatigabantur. Tulit tamen his opem Timoleon piscatorijs nauiculis ac lintribus cibum Catana subuehēs, quę maximè orta tempestate per barbarorū naues fluctibus & æstu disiectas intrabant. Quod animaduertentes Icetes & Mago, Catanam, unde cōmeatus obsessis adferebatur, statuerunt capere: copiarumq; robore delecto Syracusis auecti sunt. At Neo Corinthius, dux eorum qui obsidebantur, conspicatus ab arce hostes q relicti erāt custodias neglīgēter agere, subitò in palantes impetū fecit, cæsisq; alijs, alijs fugatis, Achradinā occupauit: quę est Syracusanæ urbis pars ualidissima & optima. sunt enim Syracusæ ex multis quodāmodo oppidis cōpactæ. Ibi cum & alimentorū, & pecunię magnā copiā reperisset, inde in arcē ire nō ratus fore consilium, Achradinæ mœnia cōmuniuit, propugnaculis excitatis arci annexam custodiuit. Magonem uerò & Icetā iam Catanæ appropinquantes eques Syracusanus assecutus, captā esse Achradinam docuit: quo nuncio perturbati, celeriter reuersi sunt neque capta ea urbe, quam petierant, & quam tenuerant, amissa. Atq; hæc quidem hactenus gesta prudentiæ'ne & uirtuti, an uerò fortunę imputanda sint, habet res controuersiā: quod hæc consecutū est,

Neo Achradinam occupat.

C omnino fortunæ acceptū ferri debet. Milites Corinthij, quos in Thurijs cōmoratos demonstrauimus, metu triremiū Carthaginensium quæ duce Annone ipsos obseruabant, cùm forte per multos dies mare uenti agitarent, terrestri itinere per Brutios pergere statuerūt: ac partim uerbis, partim ui transitu per barbaros patefacto, Rhegiū peruenerunt, mare adhuc tēpestate uehementi tenente. Tum Anno, ut neq; expectauit ulteriùs Corinthios, & frustra ibi se desidere censuit, persuadens ipse sibi, ad decipiendum hostē se callidū & sapiens inuenisse quiddā, nautas coronari iussit, triremesq; suas Gręcis scutis & purpura exornauit. Ita paratus, Syracusas aduectus est, & iuxta arcem impetuosius nauigans, cùm plausu risuq; clamauit, uenire se deuictis Corinthijs, quos traijcere ausos in mari deprehendisset: sperans eo se mœsticiam obsessis allaturum. Annone ad hunc modum ineptis præstigijs nugisq; intēto, interim Corinthij, qui per Brutios Rhegium peruenerant, nemine fretum custodiente, cùm uentus etiam subitò concidisset, fretumq; fluctibus uacuum & placidū appareret, celeriter lembis, & piscatorijs nauiculis quæ ad manū erant conscensis traiecerunt in Siciliam: tantaq; sunt usi tranquillitate, ut iuxta naues equi etiam loris tracti tranarint. Transuectos Timoleon ad se recepit, statimq;

Vt Corinthij è Thurijs in Siciliam peruenerint.

Messanã occupauit: inde cõpositum agmen Syracusas uersum duxit, fortunæ & reb. gestis magis, quàm copijs fidens: neq; eñi amplius quatuor millib. secum habebat. Mago, ubi hoc annunciatũ est, perturbatus, sibiq; metuens, in maiorẽ adhuc suspicionẽ tali occasione uenit. In paludib. circa urbẽ, quæ multam fontanã aquam potabilẽ, multã etiã è stagnis & fluuijs ad mare defluentib. excipiunt, magnus est anguillarum prouẽtus, ac quolibet ibi tempore capi à quouis possunt. Has mercenarij utriusq; partis milites per ocium & inducias uenabant: ut aũt erant Græci, neq; priuatorum ullas habebant odiorum causas, in prœlijs strenuè pugnabant, factis inducijs congredi inter se & confabulari solebant. Tum quoq; piscationi ex æquo uacantes, de maris eius pulcro & cõmodo situ, locorũq; natura sermonẽ habebant. Ac quidã è Corinthiorum stipendiarijs: Vos aũt, inquit, cùm sitis Græci, tantam urbẽ, totã bonis instructam, barbaris in seruitutẽ tradere, pessimosq; & crudelissimos Carthaginenses patriæ nostræ cõmuni propinquiores reddere studetis? contra quos ut Græcia plures adhuc obiectas haberet Sicilias, optandum erat. An eos tantis collectis copijs uenire à columnis usq; Herculis & Atlantico mari putatis, ut pro Icetæ principatu bellũ gerant? cui si mens ducis fuisset, non sane maiores suos expulisset, neq; hostes in patriã adduxisset, sed à Corinthijs & Timoleonte quantũ æquum fuisset ipsum habere honoris potentiæq; impetrasset. Hic sermo à militib. per castra diuulgatus, Magoni, iamdudũ occasionem aliquam discedendi quærenti, ansam præbuit suspicandi se proditum. Quamobrem Iceta ut maneret rogante, ac quantũ hosti præstarent uirib. docente, ratus non tam se à copijs instructiorẽ, quàm uirtute & fortuna inferiorẽ esse, turpiter, nullumq; homine dignũ secutus consilium, emissa è manibus Sicilia, subitò soluit, & in Africã nauigauit. Postridie adfuit Timoleon, suosq; in acie constituit: ut uerò de fuga resciuerunt, naualiaq; deserta conspexere, ridere subijt timiditatẽ Magonis, circumeuntesque in urbe præmium ei qui indicasset quo nam Mago ipsos fugiens peruenisset, per præconem polliciti sunt. Iceta tamen etiamnum in contentione perseuerante, urbisq; semel appræhensæ spem tenendæ non dimittente, sed partibus quas tenuerat ualidis & oppugnatu difficilibus inhærente, Timoleon copias partitus quà maxime ui opus erat, iuxta Anapum flumen urbem aggressus est: alios duce Isia Corinthio ab Achradina eam adoriri iussit: cum tertia parte Dinarchus & Demaratus, qui posteriores copias Corintho adduxerant, ad Epipolas subiuerunt. Vndiq; eodẽ momento factus est impetus, uersoq; in fugã Iceta cum suis, continuò eiectis hostibus captæ sunt Syracusæ. Atq; id quidem fortitudini pugnantium Corinthiorum, & ducis strenuitati adscribi meritò debet: quod autem nemo ipsorum neq; perijt, neq; uulnus accepit, Timoleontis fortunæ opus est, certare quodãmodo cum uirtute eius uisæ, ut maiorem apud homines admirationem ea, propter quę beatus prędicaretur, quàm quorũ causa laudẽ meritus erat, inuenirent. Non eñi Siciliam modò & Italiam omnẽ confestim fama impleuit, sed intra paucos dies Græcia magnitudinẽ rei gestæ celebrauit: adeò ut Corinthij dubitantes adhuc, an classis in Siciliã appulisset, simul & saluos suos, & uictores esse acceperint. Tantus erat successus, tantã rerum gestarũ pulcritudini celeritatẽ fortuna addente. Arce potitus Timoleon, non (quod Dioni acciderat) parcendũ ei propter elegantiã loci, magnificentiamq; operũ statuit: sed cauẽs sibi ab ea, quæ Dionẽ calumnijs obiecerat, & ad extremũ exitio fuit, suspicione, Syracusanis edixit, ut quib. esset uolentibus, ij

seri-

Carthaginẽses Siciliam deserunt.

Syracusæ à Timoleõte captæ.

Arx Syracusana exscinditur.

A ferro instructi adessent, una demoliturι tyrannorũ propugnaculũ. Ascenderunt eò uniuersi, certissimũq; libertatis principiũ edictum & diem illũ putantes, non arcẽ modò, sed & domos & monumenta tyrannorũ euerterunt & solo æquarunt. Statim cõplanauit locũ, in eoq; ædificauit Curiã in qua iudicia celebrarent, gratificans ea in re ciuibus, & popularẽ reip. statum supra tyrannidẽ collocans. Cæterùm urbe potitus, ciuiũ paucitatem miram inuenit, alijs per bella ac seditiones absumptis, alijs propter tyrannos in exiliũ profectis. Ac tanta fuit Syracusis solitudo, ut magna in foro ac densa enata fuerit sylua, in qua equi tum pascebant, equisonib. in herba decũbentibus. Reliquæ urbes, paucis admodũ exceptis, ceruorũ erant, & aprorũ plenæ: in suburbanis & circũ muros sæpe ociosi homines uenabant. Neq; eorum qui in arcib. & castellis habitabant quisq; uocanti in urbem obtẽperabat: horrebant omnes oderantq; forũ, remp. & tribunal, unde pleriq; ipsis tyranni extitissent. Propterea uisum est Timoleonti & Syracusanis Corinthũ scribere ac petere, ut è Græcia coloni Syracusas mitterent. Alioquin & fore uidebant ut agri nõ colerẽt, & impendere magnũ ex Africa bellũ putabant: allatum enim erat Carthaginenses Magoni ob bellũ malè administratũ iratos, corpus eius (nam mortẽ sibi ipse consciuerat) in crucẽ egisse, magnasq; cõducere copias, quas appetente uere in Siciliã traijcerẽt. Corinthij, ut redditæ sunt ipsis literæ, simul præsentib. legatis Syracusanis eos obtestantibus, ut curã gererent ciuitatis, ac denuò eam conderent, Syracusas nequaq; sibi uendicauerunt, neq; prærogatiuã suã arripuerunt: sed primùm sacra Græciæ certamina, maximosq; adeuntes cõuentus, præconẽ edicere iusserunt, Corinthios tyrannidẽ quæ Syracusas tenuisset, euertisse, tyrannumq; expulisse: nũc quoq; liberũ facere ijs quicunq; uellent, ut agros Syracusanos, & reliquæ Siciliæ æquis & iustis cõditionibus inter se diuidentes, Syracusas ac reliquas Siciliæ urbes liberi suisq; utentes legib. habitarẽt. Inde in Asiã & insulas, ubi plurimos exulũ sparsim degere audierãt, dimissis nuncijs, oẽs Corinthum uocarunt, polliciti suis sumptib. se illis naues, ducesq; qui Syracusas eos reducerent, daturos. His ita edictis, Corinthiorũ ciuitas iustissimã pulcerrimãq; est adepta laudẽ, multosq; ad æmulationẽ excitauit: quippe quæ tyrannis liberasset regionẽ, à barbaris seruasset, eamq; suis reddidisset. Qui Corinthũ conuenerunt, cùm nõ esset iusta eorũ multitudo, ut ipsis adderentur coloni è Corintho reliquaq; Græcia orauerunt: cumq; haud minus decẽ millib. hominũ collecta essent, Syracusas nauigauerũt. Iam ad Timoleontem ex Italia etiã, Siciliaq; magnus hominum numerus confluxerat. Proinde cùm ad millia (ut Athanes tradit) sexaginta omnis multitudo excreuisset, agros Timoleon diuisit, ædes mille talentis uendidit: simul & Syracusanis, qui erãt superstites, facultatẽ suas domos redimendi concedens, & populo pecuniæ copiam conficiens. Tãta eñ laborabãt paupertate, ut ad alios, ac belli in primis sumptus coacti sint etiã statuas tyrannorũ diuẽdere, suffragijs de unaqualibet latis, accusataq; ea, ut tanq; homines iudicio dãnatæ mulctarent. Quo quidẽ tẽpore solã Gelonis statuã, antiq tyrãni, à Syracusanis uenditioni tradũt exemptã: quẽ honorẽ Geloni habuerunt ob uictoriã quam de Carthaginensib. ad Himeram fluuium obtinuit. Exuscitata hoc pacto ciuitate, & undiq; in eã confluentib. ciuib. Timoleon ut reliquas etiã urbes liberaret, omnesq; in Sicilia tyrãnides excinderet, exercitũ ad urbes circũduxit. Et Icetã quidẽ eò adegit, ut à Carthaginensib. deficeret, spõderetq; arces se demoliturum, & in Leontinis priuatam uitam acturum. Leptinem Apolloniæ, & multorum.

Sicilia & ipse Syracuse quàm desertæ.

B *Magonis mors & suppliciũ.*

Colonia in Siciliam deducta.

C 12

Icetes.

torum præterea oppidorũ tyrannum, cùm is ſe imminente iam periculo A
ne ui caperet̃ dedidiſſet, Corinthũ miſit: rem pulcrã exiſtimans fore, ſi ty-
ranni Siciliæ in ea urbe quę Siculis ciuitatib. ortũ prębuiſſet, exules abie-
ctæq; ſortis ſpectarent̃. Inde Syracuſas reuerſus, ut conſtitutioni reip. ani-
mum intenderet, miſsisq; Corintho legumlatoribus Cephalo & Diony-
ſio in ſummis ac præſtantiſsimis ſtatutis ſanciendis adeſſet, ut interim mi
lites ſtipendiarij aliquid agerent, ſimulq; ex alieno uiuerent, cum Dinar-
cho & Demarato eos in Carthaginenſiũ ditionem miſit: hiq; multas ci-
uitates à barbaris ad ſe pertraxerunt, ac non ſolùm in omnium rerum a-
bundantia uixerunt, ſed pecuniam quoque ad belli ſumptus ex præda
confecerunt. Interim Carthaginenſes Lilybæum appulerunt, ſeptua-
Carthaginenſiũ alia in Siciliam expeditio, ginta millia militum, ducentas triremes, milléque onerarias adducentes,
quibus machinæ, quadrigæ, frumenti plurimum, & reliqua belli inſtru-
menta uehebantur. Non enim, ut antè, partẽ modò Siciliæ tentare, ſed to
ta ſimul inſula exigere Gręcos ſtatuerant: & erat profectò copiarum ſatis
ad ſubigendos omnes Siciliæ habitatores, etiã nullo morbo inteſtinoq;
malo uexatos & perditos. Ergo ut perceperunt ſuam ditionẽ uaſtari, in- B
feſto ſtatim agmine contra Corinthios ducibus Aſdrubale & Amilcare
profecti ſunt. Nuncio rei Syracuſas allato, tantus propter copiarum ho-
ſtilium molem animos omnium perculit terror, ut de tot hominum milli-
bus ægrè inuenta ſint tria, qui arma capere, & Timoleontem ſequi aude-
rent. Quinetiam de quatuor millibus ſtipendiariorum militum, mille in
itinere timiditate uicti diſceſſerunt: non eſſe mentis compotem exiſti-
mantes Timoleontem, ſed inſanire præter ætatem, qui ſeptuaginta milli-
bus hoſtium cum millibus peditum quinq;, & mille equitibus auderet
occurrere: & octidui itinere exercitum Syracuſis abduceret eò, ubi ne-
que fugientibus ſalutis, neque cæſis ſepulturæ ſpes appareret. Atque hos
quidem magno ſuo commodo antequam prœlium confereretur timidi-
tatem ſuam oſtendiſſe Timoleon ratus, cæterorum animos dictis corro-
borauit, properatoq; ad Crimeſum fluuium duxit, quo acceſsiſſe Cartha
13 ginenſes audierat. Collem iam ſcandentibus, quo ſuperato erant in con-
ſpectu habituri copias hoſtiũ, muli apium portantes occurrunt. Viſumq;
Apij omen. id inauſpicatũ omen militibus, eò quòd ſepulcra ſolemus apio coronare,
indeq; natũ eſt prouerbiũ, ut morbo periculoſo laborantes apio opus ha C
bere dicamus. Igit̃ Timoleon, ut animis ipſorũ ſuperſtitionem eam, me-
tumq; eximeret, inhibita profectione multa ad rem pręſentẽ accõmoda-
ta locutus, coronam ipſis ante uictoriam forte fortuna oblatam in ma-
nus perueniſſe affirmauit. (Corinthij enim Iſthmico certamine uictores
apij corona ornant: quod illis ſacrum eſt, & à maioribus acceptum, ac
eo adhuc tempore obſeruabatur. nunc Nemeis apij corona datur, pinus
Iſthmicis ſeruire haud ita pridem cepit) Tum ad mulos progreſſus, apio
primùm ſe ipſe coronauit: tum reliqui duces, & multitudo idem fecerũt.
Aruſpices quoq; ut uiderunt duas aquilas aduolare, quarum altera dra-
conem unguib. transfixũ ferebat, altera horrẽdo cum clangore uolabat,
militib. id auguriũ monſtrauere: omnesq; ad cõprecandum diuos, & uo-
ta facienda cõuerſi ſunt. Erat tum temporis media ęſtas, finitoq; Tharge-
Pugna Timoleontis cum Carthaginenſibus. lione menſe ſolſtitiũ iam appetebat. Nebulam fluuius multam edebat,
ac caligine campum tegebat, ita ut hoſtes uideri non poſſent: ſtrepitus
tantùm uarius & cõfuſus ſurſum ad collẽ efferebat̃, ante quẽ tantus exer-
citus ſe mouebat. Sed poſtq; ad ſummum collem peruenerunt Corinthij,
poſitisq; clypeis requieuerũt: ſole iam circũagente & eleuante exhalatio-
nem,

A nem, turbidus aër ad sublimia euectus & densatus summa montiũ nubib. obtedit: humilioribusq; locis expurgatis Crimesus fluuius apparuit, eũq; transeuntes hostes. Primo loco quadrigas agebant, terribiliter ad pugnã paratas: has sequebant decem millia armatorũ peditum, albos clypeos ge 14
stantium, quos à splẽdore apparatus, tardoq; incessu & ordine Carthaginenses esse conijciebant: succedebant his cæteræ nationes, & cum tumultu se inuicem trudentes & impellentes fluuium transibant. Ibi Timoleon cùm cerneret fluuij beneficio posse fieri, ut tantam hostium multitudinẽ, contra quantam sibi pugnandum duceret, à reliquis separatam aggrederetur, milites intueri agmẽ hostile iussit, fluuio diuisum, cuiusq; pars transiisset amnem, pars transitum adhuc moliretur. Proinde Demaratum iussit, ut cum equitatu in Carthaginenses inueheretur, aciemq; eorũ nondum satis compositam turbaret. Ipse in planiciem degressus, cornua Siculis tuẽda dedit, utrinq; non magno stipendiariorum militum numero adiecto: mediam aciem ipse cum Syracusanis & mercenariorum robore occupauit: ita paulum moratus, equitumq; operi intentus se continuit. Qui
B bus ut uidit à quadrigis ante aciem discurrentibus obstari, quo minùs aggredi Carthaginensem aciem possent, cogiq; eos ne dissiparentur continuò se recipere, ac subinde conuersis equis impetum rursus facere: arrepto clypeo, peditibus ut firmo essent animo, ac sequerentur inclamauit. Vox ea nimia, maiorq; cõsueta uisa fuit militibus, siue is instãte certamine animo commotus, & quasi furore concitus eam intendit, siue Deus quispiam (id quod tunc pleriq; crediderunt) acclamauit. Reddentibus extemplò clamorem peditibus, hortantibusq; ut statim duceret, signo equitib. dato ut equos extra quadrigarum ordinem auerterent, & in cornua hostium pugnarẽt: ipse prima acie stipata, classicum canere iussit, & Carthaginẽses aggressus est. Primum incursum fortiter ij sustinuerunt, utq; erant corpora septi thoracibus ferreis, æreis galeis, ac clypeis protecti magnis, hastarum ictus facilè repulerũt. Verùm ubi ad gladios res peruenit, quod pugnæ genus non minùs artis quàm roboris requirit, subitò à montibus terribilia tonitrua, & ignita fulgura eruperunt: tum caligo quæ colles &
C iuga montium insederat, cum imbre, uento & grandine in locum ubi pugnabatur decidit, à tergo Græcos tangens: Carthaginensib. uerò facies feriebantur, & fulguribus oculi perstringebantur, simul humida procella, & continua flamma è nubibus continenter erumpente. Multa erant hîc quæ læderent, maximè imperitiores: omnium tamen maximè incommodasse ipsis uidẽtur tonitrua, strepitusq; armorũ uehementi imbre & grandine percussorũ, obstans ne exaudire mandata ducum possent. Carthaginenses porrò non leui armatura utentes, sed (ut dixi) grauib. armis septos cum limus impediebat, tum sinus tunicarum aqua repleti grauabatur, & pugnæ minùs habiles reddebat, eoq; faciliùs à Græcis deijciebantur, semelq; lapsi, è cœno resurgere cum armis nequibant: nam & Crimesus imbribus auctus intumuerat, & eluuionem transientium multitudo fecerat, præterea ipse campus multis cõuallibus subiectus, torrentib. replebatur incerto alueo fluentibus. Quibus omnib. Carthaginenses in summã diffi- 15
cultatem adducti, tandem tempestate urgente, & in prima acie quadringentis à Græcis prostratis, in fugã se uerterunt. Multi tum in planicie ab hostib. insequentib. depræhensi & cõfossi sunt, multos fluuius in eos qui adhuc transibant incidẽtes abreptos perdidit, plurimi ad tumulos tẽdentes, ab expeditis Græcorũ militib. sunt interfecti. Ferũt inter eos qui ea in pugna ceciderũt, quorũ numerus decẽ millia impleuit, tria milla Carthaginenses

Tempestas Timoleonti pugnãti opitulatur.

ginenses fuisse: quæ clades maximū urbi luctū attulit. Natalib. enim, diui- A
tijs, gloria præstātiores nulli supererant: neq; unq; tot Carthaginēses una
pugna se amisisse ciues memorant, soliti aliàs Afris, Hispanis, & Numidis
uti in prœlijs, alienisq; detrimentis clades suas sustinere. Spolia quidem
Græcos docuerunt, quanti nominis hostes occidissent: arma enim ærea
& ferrea minimè inter legendum curabant: argenti erat, aurîq; abundè.
Transiuerunt etiam flumen, castraq; & iumenta ceperunt. Captiuorū ho-
minum etsi plerosq; milites suffurati essent, tamen in publicum adducta
sunt millia quinq;: captæ etiam ducētæ quadrigæ. pulcerrimū uerò & ma
gnificentissimū spectaculum præbuit Timoleontis tentoriū, omni gene-
re spoliorū circùm aceruato, inter quæ mille thoraces summo artificio &
elegantia elaborati, clypeorumq; decem millia proponebanť. Pauci aūt
multis spolia detrahentes, magnisq; opibus ibi potiti, tertia demū post
pugnā die trophæum erexerunt. Simul cum nuncio uictoriæ Timoleon
Corinthum misit pulcerrima de captis armis delecta, ut ad patriā suā om-
nium ora conuerteret, quòd in e_tantùm Græciæ totius urbe templa il-
lustrissima non manubijs Græcorum, neq; cæde cognatorum partis do- B
narijs ornata, tristem recordationem offerrent, sed spolijs barbaricis es-
sent decorata, quorum pulcerrimæ inscriptiones testarentur, quàm & for
tes, & iusti fuissent ij, qui uictoriam parassent. nimirum Corinthios, eo-
rumq; ducem Timoleontem, Græcis qui Siciliam incolunt liberatis, de
Carthaginensibus uictis hæc dona Dijs pro gratiarū actione suspendis-

Pœna desertoribus irrogata.

se. Post hæc relictis in ditione hostiū stipendiarijs militibus, qui eam po
pularentur, Syracusas redijt: & mille istos, à quibus eum ante pugnā de-
stitutū ostendimus, Sicilia discedere, ac ante solis occasum Syracusis exi-
re edicto iussit. Hi cùm in Italiā traiecissent, à Brutijs uiolata fide cęsi sunt,
hac eis proditionis pœna diuinitus irrogata. Mamercus interea Catanę
tyrannus, ac Icetes, siue felicitati Timoleontis inuidentes, siue eum tyran-
nis implacabilem metuētes, societatem cum Carthaginensibus iunxerūt,
copiasq; & duces ut mitterent postulauerunt: futurum alioquin, ut Sici-
liam omnino amitterent. Missus est Gisco cum nauibus septuaginta: isq;
Græcos milites mercede primus Carthaginensiū conduxit, tunc demum
16 in admiratione ab illis habitos, ut qui omnium hominū essent inuictissi-
mi ac bellicosissimi. Omnes igiť coniunctis uiribus in agro Messanensi C
quadringentos stipendiarios milites, à Timoleonte subsidio missos occi-
derūt. Inde in ditione Carthaginensiū apud Hieras, mercenarios milites,
qui erāt cū Euthymo Leucadio, occiderūt. Quibus ex reb. maximè illu-

Sacrilegi diuinitus supplicio dediti.

stris facta est Timoleōtis felicitas. Hi eñ milites Philodemū Phocensem,
& Onomarchū in capiendis Delphis adiuuerant, sacrilegijq; eorū socios
sese præbuerant: inde execrationibus acti cùm per Peloponnesum uaga-
rent, omnib. eos odio prosequentibus, ac uitantibus, à Timoleonte alios
milites nullos inueniente adsciti sunt: cumq; in Siciliā uenissent, omnib.
è prœlijs eo duce cōmissis uictores reuersi, maximis iam & plurimis cer-
taminibus peractis, auxilio alijs à Timoleonte missi, perierunt: non con-
fertim quidē omnes, sed alij alio modo. Adeò uindicta diuina cùm fortu-
næ Timoleontis uideretur incōmodatura, se excusauit, ita illos puniēdo,
ut ne quod inde ad bonos damnum rediret. Itaq; Deorum in Timoleon-
tem benignitas, nō minus rebus eius parū secundis, quàm ꝓsperis admi-
rationi fuit. At Syracusani uulgo indignabanť sibi à tyrānis insultari. Nā
& Mamercus, qui se carminib. tragœdijsq; cōponēdis iactabat, uictis sti-
pendiarijs militib. clypeos Dijs cōsecrans, uersib. his contumeliosis eos
inscripserat: Auro,

A *Auro, ebore, electro pictos, ostroq; superbos*
Hos clypeos pelitis cepimus exiguis.

His actis, cũ Timoleon Calauriã exercitũ duxisset, Icetas in agrũ Syracu- 18
sanũ irrupit, magnaq; parta præda, cùm multa dãna regioni intulisset, su-
perbeq; plurima fecisset, contẽpto Timoleõte, qui paucos secũ milites ha
bebat, iuxta Calauriã suos abduxit. Sed hic passus eũ præterire, cũ equi-
tatu & expeditis militib. insecutus est. Quod ut sensit Icetes, transgressus
Damyriã fluuiũ, in ripa substitit cũ Græcis pugnaturus, animatus cùm ꝓ-
fluentis difficili transitu, tũ utriusq; ripæ præcipitijs. Cæterùm contentio
mira ductorib. militũ Timoleontis inciderat, quæ pugnã retardaret: nul-
lus eñ eorũ post alterũ trãsire uolebat, sed unusquisq; primus hosti manũ
conferre cupiebat: ideoq; nullo ordine trãsibant, mutuo se præterire cupi
entes, atq; impedictes. Quare ut sorte rẽ dijudicaret Timoleon, à qlibet
ducũ accepit annulũ: omnib. ijs in chlamydẽ coniectis suã, ac mixtis, pri-
mũ sorte cũ extraxit, cui erat insculptũ trophęũ. Hoc uiso milites magno
cũ gaudio clamorẽ sustulerunt, neq; iam sortẽ reliquorũ expectauere, sed *Icetas uictus perit.*
B summa ꝓ se quisq; celeritate fluuiũ transiens, cum hostib. conflixerunt. Hi
uerò impetũ Græcorũ nõ sustinuerũt, sed in fugã acti uniuersi armis suis
exuti, mille aũt cęsi sunt. Paulo pòst in agrum Leontinũ duxit Timoleon,
Icetamq;, & filiũ eius Eupolemum, equitatuiq; præfectũ Euthymũ uiuos
cepit, à militib. uinctos sibi adductos. Icetes cum filio, ut tyrãni ac prodi-
tores morte affecti statim sunt: Euthymus quoq; uir bello strenuus, & au
dacia præstãs ueniã non est cõsecutus, quòd conuiciũ Corinthijs ab eo fa
ctum deferebat. Corinthijs in Siciliã expeditionẽ facientib. pro cõcio-
ne ad Leontinos dixisse eum rumor erat, nihil formidabile, neq; terribile
euenisse, si *Corinthiæ mulieres exissent domo.* 19
Adeò plerique maledictis quàm malefactis grauius læduntur, difficiliusq; *Maledicentiæ præmium.*
contumeliã perferũt, quàm damnũ: q̃d facto se defendere hostib. ꝓpter
necessitatẽ cõcessum uidet: in cõuicijs nimium quiddã inesse uel odij uel
malicię credit. Reuerso Timoleonte, Syracusani uxores Icetę eiusq; ne-
cessariorũ, filiasq; in concionẽ ad iudiciũ protraxerunt, dãnatasq; morte
mulctarũt. Hoc omniũ Timoleontis factorũ inhumanissimũ habet: neq;
eñ eo inuito necatæ fuissent. Videt aũt eas neglexisse iræ ciuiũ cõcedẽs,
C qui Dionẽ (eũ qui Dionysiũ eiecerat) ulciscebant: huius eñ uxorẽ Aretã,
sororẽq; Aristomachã, filiũq; adhuc impubẽ Icetas uiuos in mare deiece-
rat, ut in uita Dionis retulimus. Secundũ hæc Catanã contra Mamercũ *Mamercus uincitur.*
exercitũ adduxit, eumq; apud amnẽ Abolum congressum prœlio fudit,
ac ultra duo millia hostiũ deleuit, quorum haud exigua pars erãt Pœni, à
Giscone auxilio missi Mamerco. Inde Carthaginenses pacẽ cum eo fece-
rũt, impetrato ut regionẽ intra Lycũ ipsis liceret obtinere, pactoq;, ut ijs
qui inde Syracusas uellent commigrare, bona sua & liberos restituerent,
fœdusq; cũ tyrannis factũ rescinderẽt. Mamercus ergo spe lapsus in Italiã
nauigauit, ut Lucanos aduersus Timoleontem & Syracusanos adduce-
ret. Sed qui cum eo uehebantur, retrò actis triremibus, repetitaq; Sicilia
Catanam Timoleonti tradiderunt: quo facto coactus ipse quoq; ad Hip *Hippo tyrannus Messanæ.*
ponem Messanæ tyrannũ confugit. Timoleonte superueniente, urbemq;
terra & mari oppugnante, Hippo naui aufugere conatus, deprehẽditur.
Hunc ciues, pueris è schola ad tyranni supplicium tanquam spectaculum
pulcerrimum in theatrum adductis, excruciatum necauerunt. Mamer-
cus ea conditione fidei Timoleontis se commisit, ut causam dicere a-
pud Syracusanos sibi, ipso non accusante, liceret. Vt uenit Syracusas,
ad po-

Mamerci exitus. ad populum progressus, orationem iam pridem à se compositā pronunciare incepit. Exceptus autem tumultibus, uidensq; implacabilē sibi populi iram, proiecta toga per medium theatrum cucurrit, caputq; subsellio cuidam illisit, ut mortem sibi eo pacto inferret. Nō tamen eum finem uitæ consecutus est, sed uiuus adhuc abductus, & eo quo latrones solēt supplicio affectus obijt. Hoc modo tyrannides Timoleon excidit, hostes oppresit, & insulā quam malis planè uastatā, desertamq; & incolis inuisam adierat, ita pacauit atq; excoluit, ut oēs desiderio eius habitandæ tangerent: & unde prius fugissent habitatores, eò habitādi causa peregrini nauigarent. *Agrigentū & Gelas instaurantur.* Agrigentum enim & Gelam urbes magnas post Atticum bellum à Carthaginensibus euersas, tunc frequentare ceperūt, alterā coloni cum Megello & Pheristo ab Elea, alteram cum Gorgo ex insula Ceo profecti, collectis uetustis earum ciuibus: quibus ille non modò securitatem & quietem post tantum bellum præstitit, sed & in alijs omnibus rebus constituendis ita operam suam nauauit, ut eum perinde atq; ciuitatū suarum conditorem diligerent. Iidem erant reliquorum erga Timoleontem animi: neq; ulla pacificatio, legum latio, agri diuisio, ciuitatis constitutio uidebatur rectè habere, ubi non ille interfuisset, ac ornatum, & tanquam opifex rei perfectæ gratiam quandam Dijs acceptam decusq; addidisset. B *Timoleon cum æqualibus comparatur.* Cùm eñi eo tempore multi fuerint inter Græcos magni uiri, qui res præclaras gesserint, ut Timotheus, ut Agesilaus, ut Pelopidas, & (quem maximè sibi ad imitandum Timoleon proposuerat) Epaminondas: eorum tamen facta uiolentiæ & labori splendorem commixtum habuerunt, ac nonnulla ex ijs repræhensio & pœnitentia subsecuta est. Timoleontis factis, fratris cæde (quam necessariò patrauit) excepta, nulli non potuit, (ut Timæus autor est) acclamari Sophocleum illud:

Quæ'nam Venus, uel quis Cupido, Dij boni,
Comitatur hunc, & adiuuat semper utrum?

Nam quemadmodum Antimachi Colophonij uersus Dionysijq; eadem urbe nati picturæ uim in se quādam, neruosq; habentes labore multo facta & quasi ui expressa uident: Nicomachi uerò tabulis, & Homeri poëmatibus præter reliquam gratiam & uim hoc quoq; inest, ut promptè & nulla cum difficultate effecta uideantur. ita Epaminondæ Agesilaiq; rebus militia gestis, multo labore ac periculis confectis, si Timoleontis facta conferantur, ultra pulcritudinem etiam id habent, quòd perfacilè uidebuntur perpetrata: neq; ea qui sano sunt & æquo iudicio fortunæ, sed C *Fortunæ quantū tribuerit Timoleon.* uirtuti fortunatæ adscribent. Quanquam ipse quidem omnia fortunę accepta tulit. nam & scribens ad amicos, & pro concione ad Syracusanos, non semel fassus est Deo se gratias habere, qui cùm statuisset Siciliæ salutem afferre, nomen ipsius ei rei inscripserit: & cùm apud domum suam fanum conderet, Forti fortunę aram posuit, ipsamq; domū sacro genio con *Eius genus uitæ.* secrauit. Hanc ei præclarè gesti imperij præmium eximiā Syracusani dederunt, agrorumq; omnium iucundissimum & pulcerrimum, in quo ocij maximam partem exegit, accitis è patria ad se uxore & liberis. Non enim redijt Corinthum, neq; se tumultibus Græcis immiscuit, aut inuidiæ ciuium obiecit, in quam pleriq; duces nimia honorum & potentiæ cupiditate prouecti impingunt: sed Syracusis remansit, ut bonis à se partis frueretur, quorum erat maximum, quòd tot urbes, totq; hominum millia uidebat ipsius ductu feliciter uiuere. *Inuidia & calumniæ in eum.* Enimuerò quando non tantùm omnibus cassitis (ut ait Simonides) cristæ nascuntur: sed & in unaqualibet populari reip. administratione sycophantæ existunt. Timoleontem quoq; duo

A duo populares oratores Laphystius & Demænetus inuaserunt. Et Laphystio quidē eum quadā de causa uadante, ciues tumultuantes, ac impedire cupientes inhibuit Timoleon, libenter se tantos labores ac pericula pertulisse inquiens, ut omnib. Syracusanis uti legibus liceret. Demæneto autem in concione multis uerbis bellum ab eo administratum inuadenti nihil respondit, nisi quòd Dijs gratias se debere ingentes fassus est, à quibus uotis hoc contendisset, ut uidere posset Syracusanos libertatem adeptos. Atque is uir, cùm haud dubiè magnitudine & præstantia factorum neminem sui temporis Græcorum parem sibi haberet, solusque ea præstitisset, ad quæ obeunda in solennibus Græciæ conuentibus hortari oratores solebant: cùm & illa mala, quæ antiquam Grȩciam inuaserunt, purus sanguinis & innocens fortuna aliò abducente effugisset, & barbaris tyrannisque uim suam fortitudinemque, Græcis autem, ac eorum socijs iustitiam & clementiam ostendisset, plurima trophæa nullo propè ciuium luctu parta statuisset, Siciliam intra octauum annum malis diuturnis, morbisque iam familiaribus expurgatam incolis tradidisset: prouectus iam æ-
B tate uisus obscuritate laborauit, ac postmodò sensim prorsus captus est luminibus, cùm neque ullam ipse sibi [illegible]nali causam attulisset, neque fortunȩ iniuriȩ id imputaret: ingenerato uidelicet eo malo, causaque, quæ deinde suo tempore erupit. nam haud pauci eius cognatorum similiter feruntur ȩtate oculorum usum emarcescentem, ad extremum amisisse. Athanes autor est, bello adhuc contra Mamercum & Hipponem durante, apud Mylas ei ȩcitatem accidisse, eumque casum nemini obscurū fuisse: neque tamen eum propterea obsidionem soluisse, sed in bello perseuerasse, tyrannosque in suam redegisse potestatem: inde Syracusas reuersum, statim imperio se abdicasse, ciuibus rogatis, ut sibi rebus optimo in statu collocatis hoc bona eorum gratia liceret. Et fortassis minus mirum est, tam æquo animo cæcitatem ab ipso latam. Syracusanorum in eo uiro honorando, referendaque gratia studium admirationem profectò meretur. Nam & ipsi cȩcum inuiserunt frequenter, & hospites domum eius adduxerunt, qui benefactorem ipsorum intuerentur: maximæque illis delectationi fuit & lætitiæ, quod is tam feliciter gestis reb. cùm sibi splendidissimum in patriam reditum parauisset, apud ipsos uiuere maluisset. Etsi autem multa ac magna decre-
C ta facta sunt in eius honorem, tamen id nulli omnino postponendum est, quod constituit populus Syracusanus, ut quotiescunque cōtra exteros bellum incideret, Corinthio duce uterētur. Magno etiam honori fuit, quod minores causas ipsi dijudicantes, si quid grauius accidisset, ipsum in concionem aduocarunt. Tum ipse bigis per forum uectus in theatrum adueniebat, atque ita ut sedebat intrò gestatus, una totius populi uoce salutabatur: inde uicissim ipsis salutem precatus, ac nonnihil temporis eorū laudationibus acclamationibusque largitus, audita deinde re de qua deliberaretur, suam ferebat sententiā: ea approbata, ministri bigas à theatro abducebant, ciues cum clamore & plausu eum prosecuti, postmodò de repub. ipsi statuebant. Hoc in honore senectutem suam exigens, cultus ut pater reip. cum summa omnium beneuolentia, leui morbo confectum annis corpus inuadente extinctus est. Dies aliquot definitæ sunt, intra quas & funus Syracusani pararent, & uicini peregrinique ad id ducēdum conuenirent. His exactis, cùm reliqua magnificè peracta sunt, tum lecti suffragio adolescentes primarij feretrum subierunt, splendidèque ornatum per regiam Dionysiorum tunc solo æquatam extulerunt. Comitata est funus uirorum mulierumque infinita multitudo: quorum aspectus solenni

Summa laus Timoleonis.

Timoleon oculis captus.

Honores ei cæco à Syracusanis habiti.

Timoleontis mors.

facrificio haud erat absimilis, omnibus coronatis, & pura in ueste conspi- A
cuis: uoces autem, lacrymæq; uocibus quib. mortui felicitatem prædicabant commixtæ, non quib. honorē debitum ei persoluerent, officioq; q esset eis decreto iniūctum defungerent, sed quæ iustū uiri eius desideriū, & gratiā à uera profectā beneuolentia testatā facerēt. Tandem feretro in
22 rogū imposito, Demetrius omniū præconum uocalissimus, decretū tale de scripto recitauit: Populus Syracusanus Timoleontē hunc, Timodemi F. Corinthiū, ducentis in funus collatis minis sepelit: honorandum aūt in omne tempus certaminibus Musicis, equestribus, gymnicisq; decreuit: propterea q tyrānis deiectis, debellatisq; barbaris, maximæ urbes ut frequentarentur effecit, legesq; suas Siculis restituit. Humatum est corpus eius in foro, sepulcroq; postea tēporis porticus circumducta, palęstraq; inædificata, ubi iuuenes exercerentur, & gymnasium Timoleonteum appellata. Syracusani repub. & legibus utentes, ut Timoleon instituerat, multum temporis magna cum felicitate exegerunt.

Decretum in funere eius.

PLVTARCHI AEMILIVS PAVLVS, B

[redacted]O [redacted] AV-
gustano interprete.

Operis instituti utilitas.

Vt ad scribēdas præstantiū uirorū uitas accederē, alij me mouerūt: ut aūt pergā, atq; iam delecter eo negocio, mei ipsius causa mihi usuuenit, conantis in eorum uirtutes tanquam in speculum intuendo utcunq; uitam meā ad eorum exemplū componere. Etenim negociū hoc nulli æquè rei, atq; quotidianæ consuetudini ac conuictui simile est: dū singulis operis mei partibus aliquem eorum quasi hospitio acceptum contemplor, qualis uir, quantusq; fuerit, ex illius actionibus ea quæ cognitu potissimum digna, ac pulcerrima sunt deligens.

O Dij boni, quid hoc dari iucundius,

& ad mores formandos efficacius possit? Democritus quidem optandū dixit, ut imagines quàm maximè commodæ nobis accidant, & naturę potiùs nostrę cognata, ac utilia, quàm uitiosa & nullius momenti uisa nobis ab aere offerantur: falsam mehercle opinionem, & quę infinitis occasio- C
nem præbeat superstitionibus, in philosophiā inferens. Nos rectiùs, qui historijs uacando, usuq; eas perscribendi nosmet ita comparamus, ut animus acta optimorum laudatissimorumq; uirorum memoria cōpræhendens, si quid (ut necessariò euenit) uitiosum, prauum, parùmue ingenuū consuetudo hominum quotidiana nobis offerat, id cogitatione placidè ad pulcerrima exempla conuersa declinet atq; repellat. In hoc itaq; libro Timoleontis Corinthij, & Aemilij Pauli uitas proposuimus: qui duo uiri non tantùm eodē uitæ instituto, sed & fortuna in reb. gerendis eadem usi sunt, ambiguumq; reliquerunt tantas res felicitatene magis, an prudētia confecerint. Aemiliorū familiam apud Romanos & patriciā fuisse, & uetustā, plerię historici fatenē: nomen aūt hoc à Mamerco Pythagoræ philosophi filio (qui à gratia & uenustate sermonis, quæ Græcis est æmilia, cognomentū Aemilij tulerit) principe eius familię ortū tradunt nonnulli ex ijs, qui à Pythagora institutum Numā regem asserūt. plurimi eorum, qui ex hac familia illustres fuerunt, uirtutis studio felicitatē sibi parauerunt. L. aūt Pauli apud Cannas casus, prudentiā uiri, iuxtaq; fortitudinē demonstrauit: cùm em̄ collegā à ꝓposito pugnandi deducere non potuisset, in prœlio inuitus quidē ei adfuit, fugę aūt socium se non præbuit,

Genus Pauli.

A buit,ſed eo qui pugnæ cõmittendæ autor fuerat fugiente, ipſe perſtãs &
pugnans ab hoſtib.eſt interfectus.Huius filia Aemilia Scipioni Africano
nupta fuit.Filius autẽ Aemilius Paulus, de quo nobis præſens eſt ſermo, *Studia.*
ut attigit adoleſcentiam,eo tempore,quo ſummi gloriaq́ & uirtute cla-
riſsimi uiri multi florebãt,diuerſa ab æqualium ſtudijs ſtudia, aliamq́ ui-
am euadendi in præſtantem uirum ſecutus eſt. Nam neq; dicendis cauſis
ſe dedit, & ſalutationes & prænſationes,quibus pleriq; populũ demere-
bantur,omnino uitauit.& erat quidẽ natura ad utrunq; ſatis idoneus: ſed
fortitudine,iuſticia, & fide,quib.iam tum æquales ſuos anteibat,gloriam
illa altera potiorẽ quærebat. Itaq; ædilitatẽ primùm de ſuperiorib.magi- 3
ſtratibus petens,cõpetitoribus duodecim prælatus eſt, quos omnes de-
inde conſulatum geſsiſſe perhibent. Augur deinde factus,ita à maiori- *Auguratus.*
bus traditos ritus obſeruauit, priſcorumq́ in colendo numine religioni
animum aduertit,ut id ſacerdotiũ,quod honoris gloriæq́ cauſa alioquin
expetebatur,oſtenderit unam eſſe ex ſummis artibus,philoſophisq́ teſtẽ
ſe præbuerit,qui pietatem ſcientiam eſſe colendi numinis definierunt.O-
B mnia enim peritè ac ſtudioſè agebat,eoq́ munere fungens,omnibus alijs
negocijs reiectis nihil quod ad id munus pertineret omittebat,nihil noui
moliebatᷣ,ſed cum collegis etiã de minimis reb.ſubinde diſputabat: do-
cebatq́ etiamſi credendũ eſſet,Deos incuriã ipſorum negligere,neq; uin *Minima*
dicare,tamen urbi eam pernicioſam fore: neminẽ enim eſſe,qui initio ſta *etiã nõ eſſe*
tim magno aliquo delicto remp.conuerteret, ſed tamẽ eum qui in minu- *negligẽda.*
tis reb.non eſſet diligentiæ accuratæ,cuſtodiam etiam maiorũ dimittere.
Eundem ſe militaris diſciplinæ, inſtitutorumq́ in re bellica à maioribus
propagatorum examinatorẽ cuſtodemq́ præbuit. Dux enim belli fa- *Diſciplinæ*
ctus,non ita geſsit imperiũ,ut ſubditorum animos ſibi blandiendo deuin *militaris*
ciret,neq; more tunc uſitato captanda gratia aliam ex alia dignitatẽ quæ- *tenax Pau-*
ſiuit: ſed perinde ac ſi alia ſacra tractaret maxima, ita in diſciplina militari *lus.*
attentus ſuorum doctor erat, terribilemq́ ſe ijs qui officiũ detrectaſſent,
prodidiſſentue exhibebat,& ea ratione patriæ res firmabat,ut diſciplinæ
ciuium maximè intẽtus uictoriã propemodum appendicẽ eius duceret.
Cæterùm Romanis bellum contra Antiochũ Magnũ gerentib. præſtan-
tiſsimisq́ ducib.eo occupatis, aliud ab occidua terrarũ parte extitit, Hi- *Acta eius*
C ſpania magnis motib. concitata.Miſſus eò Aemilius cum exercitu,nõ ſex *in Hiſpa-*
lictores,ut prætor habens, ſed duodecim, ut proconſulare imperiũ eius *nia.*
declarareᷣ,bis collatis ſignis barbaros uicit,ac circiter triginta millia ho-
ſtiũ cecidit: eamq́ uictoriã artib.præſertim imperatorijs cõſecutus uide-
tur,locorum opportunitate, ac fluminis cuiuſdã traiectu militib. pugnã
faciliorem machinatus. Vrbes CCL deditione cepit: prouinciaq́ pacata
Romã redijt,ne uno quidẽ denario ditior factus ea militia. Erat alioquin *Paupertas*
etiã rei faciendæ negligentior, liberalesq́ ſumptus faciebat, quanq́ exi- *eius.*
guis planè facultatibus: nam ipſo mortuo uix ſuppetijt, unde dos uxori
debita perſolucreᷣ. Habuit in matrimonio primùm Papiriã,Mnaſonis 4
uiri conſularis filiam: quam diu eius cõiugio uſus,ſublatisq́ ex ea pulcer *Vxor.*
rimis liberis,Scipione nimirũ glorioſiſsimo, & Fabio Maximo,repudia-
uit. Cauſa diuortij ad nos non peruenit, uideturq́ uerum eſſe, quod ia-
ctatum eſt de eo diſsidio, Romanũ uirum uxori ſuæ nuncium remiſiſſe. 5
Etenim amicis eum obiurgantibus,eamq́ pudicã tamen, formoſam, fœ-
cundamq́ eſſe dicẽtibus,calceũ ꝓrendens, Nónne,inquit,hic elegãs eſt,
nónne nouus? ſed tamen nemo ueſtrûm nouit,quo loco pedẽ meum ur-
geat. Verũ eſt enĩ mulieres alias ꝓpter magna & aperta uitia à uiris dimiſ-

 ſas:

ſas:ſed & occultæ quandoq; moleſtiæ, & morum diuerſitas alijs incogni A
Filij.
ta,coniugum animos prorſus à ſe inuicem abalienarunt. Poſt hanc Aemi-
lius aliam duxit, quæ cùm eum duorum feciſſet filiorum patrem, priores
6 adoptandos in famílias illuſtriſsimas dedit, alterum Fabij Maximi filio,
eius qui conſul quinquies fuit,minorem uerò natu filio Scipionis Africa-
ni conſobrino eius. Filiarum Aemilij alterã Catonis filius duxit, alteram
Tuberonũ paupertas, & concordia.
Aelius Tubero uir optimus, & quo nemo Romanorũ paupertatem præ-
clarius tulit. Etenim ſedecim unius gentis Aelij,unam exiguã domũ poſ-
ſidebant,uniusq; prædij fructib. ſe ſuſtentabant, unaq; iſta in domo mul-
tis cum liberis & uxorib. habitabant: inter quas Aemilij etiam, qui duos
conſulatus geſsit,bisq; triumphauit,filia fuit: neque eam paupertatis uiri
pudebat, quin uirtutem potius,qua paupertatẽ ferebat, miraret. Noſtro
tempore fratres & cognati,niſi regionibus,fluuijs,murisq; cõmunia bo-
na diſtinguant, longoq; à ſe inuicem ſint remoti ſpacio, altercandi finem
nullum faciunt. Hoc obiter animaduertendũ conſiderandumq; ijs quib.
ſua ſalus curæ eſt, hiſtoria offert. Porrò Aemilius conſul creatus, contra
Aemilij Pauli cos. res aduerſus Ligures geſtæ.
Ligures Alpinos exercitum duxit. Gens èſt bellicoſa feroxq;, & propter B
uicinitatem à Romanis uſum belli edocta: habitant eñ extremas Italiæ
partes quæ ad Alpes deſinunt, ipſasq; Alpes quà Tyrrheno mari alluun-
tur, & ad Africã obuerſæ ſunt: permixti ſunt Gallis, & maritimis Hiſpanis:
ac tunc mare ingreſsi, piraticis nauigijs uſq; ad Herculis columnas uehe-
bantur, negociatorúmque bona intercipiebant. Aemilium uenientem,
coacto quadraginta millium agmine ſubſtiterunt: isq; cum octo millibus
militum hoſtem aggreſſus fudit, & intra oppida cõpulit. Humaniter in-
de cum ijs de pace iungenda locutus, (non enim habebant in animo Ro-
mani Ligures omnino excindere, quos ualli tanquam loco aut munitio-
nis habebant obiectos Gallicis, quæ ſubinde in Italiã fiebant, impreſsio-
nibus) in fidem cos ſuam recepit, traditis ſibi urbibus & nauib. urbes nul-
lo damno affectas, muris modò deſtructis, reddidit: naues omnes ade-
mit, neq; ullum nauigium quod tribus remis plures haberet reliquit: ca-
ptos ab ijs terra mariq; cum Romanos, tum exteros, quorũ erat magnus
numerus, liberauit. Hæc eo conſulatu ab ipſo egregiè geſta. Pòſt cùm ali-
Repulſæ, ocium'q; inſtituendis liberis impẽſum.
quoties præ ſe tuliſſet, cupere ſe denuo cõſulem fieri, & aliquando etiam
ambijſſet eum magiſtratũ, repulſam paſſus, neglectusq;, ocio ſe dedit, ſa- C
crisq; curandis, & liberis nõ tantùm Romanis uſitata patriaq; diſciplina,
qua ipſe fuerat inſtructus, ſed Græca etiã impenſiùs inſtituẽdis operã na-
uauit. Nõ eñ grãmaticẽ modò & oratoriã, ſed & fingere, pingere, equos
& canes tractare ac uenari qui docerẽt, eis p̄fecerat: ac niſi qd publici ne-
gocij auocaret, ipſe ſtudijs & exercitationib. adoleſcentũ intererat. neq;
Bellum contra regem Perſeum.
Romanorum quisq; maiori liberos ſuos eſt amore complexus. Reſpu-
blica tunc temporis eo erat ſtatu, ut cõtra Perſeum regẽ Macedoniæ bel-
ligerãtes malè audirent, q; ob imperitiam ignauiamq; turpiter ac ridiculè
rem gererent, plusq; acciperẽt quàm darent damni. Romani uerò, qui nu-
per Antiochũ eum, qui Magnus uſurpabat̃, reliqua Aſia expulſum ultra
Taurum montẽ reiecerant, in Syriamq; incluſum coẽgerãt, ut pacem redi-
mere millæ ac quingentis talentis gratũ haberet: qui paulo antè Philippũ
in Theſſalia fregerãt, Græcisq; iugũ Macedonũ detraxerant: q ipſum An-
nibalẽ, quocum nullus regũ audaciæ aut potentiæ nomine erat cõponen-
dus, debellauerãt: indignè ferebãt cum Perſeo tamdiu ſibi belligerandũ,
quaſi uerò is Romæ uirib. par, ac nõ è reliquijs paternæ cladis bellũ gere-
ret. Non eñ intelligebãt, Philippũ uictũ potentiã Macedonũ longè robu-
ſtiorem

A stiorem & bellicosiorem reddidisse. qua de re paucis quædā altiùs repetita perstringam. Antigonus omnium Alexandri Magni successorum, ducumq́ potētissimus, regiumq́ nomen etiā stirpis suæ causa sibi sumēs, filium habuit Demetriū: hoc natus est Antigonus Gonatas cognomento, pater Demetrij: hic Demetrius cum regnasset annos nō multos, Philippo filio puero etiamnū relicto mortuus est. Primores Macedonū ne sine capite regnū labefactaref ueriti, Antigonū Demetrij cōsobrinū cum matre Philippi cōiugio deuinxerunt, ac primùm pupilli tutorē, ducemq́ Macedonum, pòst cùm moderatū hominem, & reip. utilē experti essent, regem constituerunt. Doson eius cognomen fuit, quod Latinè est daturus: nam in promittendo liberalis, pollicita prēstandi negligens erat. Successit huic rex Philippus, statimq́ in ipsa adolescentia ita floruit, ut inter præstantissimos reges censeretur, ideretur q́ Macedoniæ pristinam dignitatem reparaturus, solusq́ uim Romanā omnibus tunc imminentem inhibiturus. Sed apud Scotusam uictus magna pugna à T. Flaminio, demisit sese, Romanorūq́ se fidei commisit, & pœna mediocri affectus, 7 *Regum Macedonæ successio post Alexandrum.*

B in præsentia contentus fuit. Postea uerò temporis ægrè suam sortem ferens, existimansq́ gratia Romanorum regnum tenere, captiui uerius esse delicias captantis, quàm uiri animum spiritusq́ se dignos habentis: ad bellum cogitationes intendit, idq́ clàm & astu parauit. Quippe urbibus in itinere & ora maritima positis, quòd essent earum uires fractæ, & hominibus exhaustæ despicerentur, neglectis, magnas in interiores regni partes conduxit copias: mediterranea castella, arces, urbesq́ armorum, pecuniæ, robustorumq́ hominum multitudine impleuit, & ad bellum occultè apud se ueluti inclusum corpora militum exercebat. quippe armorū tantus numerus erat repositus, quibus tunc utebatur nemo, quantus triginta hominum millibus armandis satis esset: octies millena medimnorum frumenti millia erant, murorum ædificijs inclusi: pecuniæ tanta uis, quæ ad decem millib. hominum Macedoniā defendentibus stipendia in decennium persoluenda sufficeret. Veruntamen ut bellum hoc efferret, uita ei non suppetijt. quam dolore ægritudineque animi finijt, cùm cognouisset suo iussu Demetrium filium, alterius calumnia circumuentum, iniustè occisum. Alter uerò filius superstes, Perseus nomine, unà cum regno inimi- *Philippus bellū in Romanos reparans moritur.*

C cicias contra Romanos suscepit: quibus sanè exequendis impar erat, homo pusilli ingenij, prauiq́, cuiusq́ inter uaria uitia præcipuus erat pecuniæ amor. Fertur autem non fuisse legitimus, sed cùm eum Argiua sartrix Gnathæna recens peperisset, uxor Philipppi sublatū pro suo supposuisse: atq́ ob id potissimum Demetrio necē struxisse uidetur, ueritus ne si in familia genuinus esset successor, spurius ipse esse deprǽhenderetur. Enimuerò etsi erat abiecti & ignobilis animi, tamen rerum robore ad bellum excitatus, diu quidē restitit Romanorū ducibus, uiris consularibus, & magnos exercitus classesq́ contra se missos repulit, nonnullas etiam uictorias assecutus est. P. em Liciniū, qui primus Macedoniā intrauit, equestri prœlio fudit, duo millia & quingētos egregios uiros interfecit, sexingentos cepit. Classem item Romanam apud Oreum subductā subitò adortus mari, onerarias naues uiginti cum ipsis onerib. abduxit, reliquas frumento onustas demersit. Quin & quatuor quinqueremes cepit, & iterum pugnam cōmisit, qua Hostiliū consularem uirum repulit, eumq́ ui apud Eliniam, occultè per Thessaliā transitum in Macedoniā molientem, ad pugnam prouocando terruit. Præterea Romanis contemptis, quasi uacans à bello contra ipsos & aliud agens, expeditionē in Dardanos fecit, ac de- *Perseus qualis & quis fuerit.* 8 *Victoriæ eius.* 9

cem millib. cæsis, ingentē prædā egit. Gallos etiā, qui circa Istrū incolunt, A
ac Basternę dicunt, cōcitauit, equitatu & belli usu ualētes: & Illyrios opera Genthij regis hortatus est, ut auxiliū sibi ferrēt: rumorq; erat barbaros mercede ab eo cōductos per inferiorē Galliā iuxta sinū Adriaticū in Italiā irrupturos. Hæc Romani cùm accepissent, statuerūt, omissa imperiorū per gratiā & ambitionē collatione, uirū aliquē bello pręficere prudentē, & rerum magnarū administrationis gnarū. Is erat Aemilius Paulus, ætate quidē iā ,puecta (circiter eñ sexagesimū annū agebat) corpore tñ adhuc ualido, tū generis, & filijs adolescētibus, amicorūq; & potentiū cognatorū copia stipatus, qui eum oēs hortabant, ut populo ad cōsulatū inuitāti obsequeret. Ergo etsi initiò multitudinis cupiditatē studiūq; aspernabatur, nihil se eū honorē requirere ostēdēs: cùm q̃tidie ad ipsius fores cōuenirent frequentes, ac in forū uocarent, & magno clamore urgerēt, cōcessit tandē: statimq; inter consulatū ambientes uisus, nō petere magistratū, sed uictoriā afferre existimatus est. Vt in campū uenere, sūma omniū spe ac studio cōsul iterū creatus est, duxq; belli Macedonici, omissa ,puinciarū sortitione, cōtinuò cōstitutus. Memorię ,pditum est eum cùm prefectus B bello cōtra Perseū, splendidè ab uniuerso populo domū esset deductus, filiolā Tertiā plorantē domi offendisse: eaq; salutatā à patre, ac de causa tristiciæ interrogatā cōplexu osculoq; patri reddito respōdisse: Nescis uerò, mi pater, Perseū nostrū mortuum esse (loquebaī aūt de catello, quē id nominis gerentē alebat) Et respōdisse Aemiliū: Dij bene uertant mea filiola, accipio omen. Hoc Cicero de Diuinatione narrat. Mos erat, ut qui consules essent creati, oratione ad populū ,p rostris blāda gratias agerēt. Eius seruādi causa Aemilius in concionē ,pgressus, priorem se cōsulatum ambijsse dixit, q; eo tēpore magistratum gerere cuperet: posteriorē accepisse ipsorum causa ducē belli desiderantiū. non igiī gratias ipsis habere. Proinde si ab alio quopiā bellū id rectiùs geri posse censerent, libēter se ei
10 locū cedere: sin ipsi rem crederent, nō consilijs se ingererēt, neq; rumores ferrēt, sed taciti ea quib. opus esset subministrarēt: alioquin fore, ut si imperatori quæ agēda essent præscribere ipsi uellent, magis etiā quàm antè militia ipsorū rideaī. His dictis effecit, ut magna ipsius uerecūdia ciuib. incesserit, optimāq; de euentu spē cōceperint, omnesq; lætati sint omissis adulatoribus ad liberi oris animosumq; ducē summam rerū delatā esse: C adeò populus Romanus illo tēpore ut alijs imperare, omniumq; gentiū maximus esse cupiebat, sic uirtuti & honestati ultrò seruiebat. Porrò q; Aemilius ad exercitū ,pficiscens secūda nauigatione, prosperoq; usus est itinere, & absq; mora & tutò in castra peruenit, fortunæ adscribo: bello aūt res ,psperè ab eo partim audaci celeritate, partim consilio, tum alacri amicorū ministerio, & cōfidentia in periculis, opportunorumq; cōsiliorum usu gestas cernens, non habeo quódnam illustre facinus eius felicitati (sicut in reliquis imperatorib. feci) imputē. nisi fortè Persei quis auariciā Aemilio felicē rerū successum attulisse iudicet: hæc eñ res Macedonū ad maximā spē erectas euertit. Etenim Perseo rogāti auxilio adduxerunt Basternæ decē millia equitū ac totidē peditum, qui equitib. adiuncti, usu ita ferente uicem eorum gererent, oēs non agriculturę, non nauigandi, non pascendi pecoris peritos, sed qui aliam q̃ pugnare, & hostem superare, artem nullam didicissent. Qui ut apud Mędos castrametati cum regio exercitu cōuenerūt, uiri altis corporibus, miro armorū usu, minisq; cōtra hostes superbi, spē fecerāt Macedonibus Romanos eorū congressum nō laturos, sed aspectu, atq; motu corporū alieno & terribili cōsternatū iri. In hāc spem cùm euexisset suorū animos Perseus, & Basternæ in

L. Aemilius Paulus consul, & dux belli Persici creatus.

Omen Paulo oblatum.

Fortuna an uirtute rem gesserit.

Persei auaricia.

A singulos duces mille aureos postulassent, sordidus homo ad multitudinē auri impendendi quasi uertigine oborta, mente captus, auxiliū eorū respuit, abdicauitq́ꝫ: quasi uerò quæstor Romanorū esset, ac non cōtra illos bellū gereret, sed rationē sumptuū bellicorum hostib. reddere opus haberet. Et quidē ab illis discere poterat, qui * aliū apparatū, centum millia 12
erant collecta, & ad usum belli parata. At Perseus tantis copijs repugnās, tantumq́ꝫ sustinens bellū, totq́ꝫ ociosos homines alens, pecuniā dimēsam cōsignauit, eamq́ꝫ tāgere metuit haud aliter q̄ alienā. Neq́ꝫ id faciebat Lydus homo, aut Pœnus: sed q generis nomine uirtutū Philippi & Alexandri gloriā sibi uendicaret. atqui ij hac ratione, quòd pecunia oēs res confici, non pecuniā reb. agendis potiorem iudicassent, omnia in suā potestatem redegerāt. Sanè dictum uulgò est, nō à Philippo, sed auro eius urbes Græciæ esse captas: & Alexander in Indiā expeditionē faciens, uidensq́ꝫ Macedonas Persicis diuitijs secū uehendis impediri, primus currus regios cremauit, cæterisq́ꝫ persuasit, ut idem facerent, expeditiq́ꝫ ad bellū irēt, tanq̄ uinculis soluti. Cōtrà Perseus auro suā, liberûm, regniq́ꝫ salutē post-
B habens, maluit multa cū pecunia captus Romanis ostēdere, quantū ipsis sua parsimonia thesaurū conseruasset, quàm paruis sumptib. salutē sibi parare. Non em̄ Gallos tātùm falsa fide dimisit: sed & Genthiū cùm promissis trecentis talentis ad societatē pellexisset, pecuniā numeratā nūcijs ab eo missis ꝓposuit, & obsignare iussit. pòst cùm Genthius sperans se mercedē speratā habere, uiolato iure gentiū legatos Romanorū ad se missos in uincula cōiecisset, Perseus existimans nihil oportere eum pecunia ad bellū contra Romanos suscipiendū adduci, cùm is captis legatis quasi pignore se obstrinxisset, ac Romanorū contra se arma eo facinore haud dubiè cōcitasset: trecētis istis talentis miserū defraudauit, pauloq́ꝫ pòst passus est eum à L. Anicio Romanorū prætore cum exercitu cōtra eum misso è regno cū liberis & uxore tanq̄ è nido abripi. Cum hoc aduersario rem sibi fore intelligens Aemilius, facilè hominē despexit, quanq̄ apparatum bellicū eius, copiasq́ꝫ admiraret. Erant em̄ equitū quatuor millia, & phalanx peditū paulò minus quadragies milliū: consederat aūt prope littus ad radices Olympi mōtis, locis inaccessis, ꝓpugnaculisq́ꝫ et ligneis munitionib. septis, planè securus, speransq́ꝫ se mora & pecuniarum im-
C pensis Aemilij uires consumpturū. At uerò Aemilius uir erat impiger, animoq́ꝫ ad omnia cōsilia obuerso, nihil intentatū relinquebat. Cum uideret milites pristinæ licentiæ adsuetos ægrè ferre disciplinā, ac inanib. uerbis imperatoris partes exequi: dictis corripuit, mandauitq́ꝫ, ne quid aliud q̄ sua corpora curarent, & arma, ut cum res ita tulisset, & ipse signū dedisset, strenuè pugnarent, gladijsq́ꝫ Romano more uterent. Nocturnas excubias sine hastis ut agerēt edixit, ut eò diligentius omnia obseruarēt, ac somnū repellerent, cùm hostē irruentē arcere nō possent. Maximè aūt de potus penuria quiritantib. militib. (paucis em̄ in locis aqua, & quidē potui incōmoda apud ipsum fere littus scaturiebat) cùm cerneret Olympū montē magnū & arborib. consitū crebris imminere loco, conijciens è uiriditate syluæ fontiū ibi esse principia, qui per ꝓfundū deferrētur, sub ipsa radice mōtis puteos multos egit, acrēq́ꝫ admisit: hiq́ꝫ putei statim puris lacicib. repleti sunt, ea quæ in angustijs premebat aqua, ad locū uacuū cum impetu decūbente. Quanq̄ in ea quidā sunt opiniōe, nō esse fontes aquarū iam antè collectarū ijs in locis, ubi effluunt, abditos: neq́ꝫ hunc effluxum earum esse uel patefactionē uel eruptionē: sed aquam ibi demum nasci, ac coalescere, materia eius in liquorē cōuersa: transire aūt in liquo-

Pecuniæ usus.

Genthius à Perseo proditus.

Copiæ Persei.

Aemilius milites corrigit.

Puteorum inuentio, & causa.

rem exhalationem humidam, dum condensatur & refrigeratur, quando A
uidelicet in profundo cōpressa fluida efficitur. Vt enim mulierum mammillæ non uasa sint, quæ affluente lacte iam antè confecto repleantur, sed succum ad se allatum mutando lac generēt atq; colent. ita humecta terrę, & scaturiginibus apta loca, non habere in se abditam aquam, neq; sinus, qui fluxus tantæ aquæ, tamēq; profundorum fluuiorum iam antè paratos depromant: sed spiritum modò, & aërem in ijs comprimi ac condensari, itaq; in aquam conuerti. Itaq; loca quæ effodiuntur, eam ob cōtrectationem promptiùs aquam edere emolliendа & humectanda exhalatione, quemadmodum ubera lactantium plus lactis gignunt: densas autem ac stipatas terræ partes eò aquam non emittere, quod motus humorem efficientis non sunt capaces. Hæc qui asserunt, occasionem disputatoribus dederunt arguendi, ne sanguinem quidem inesse animantibus, sed generari apud uulnera, spiritus alicuius aut carnis mutatione, quæ fluxum & colliquationem efficiat. Verùm hanc opinionem refellit experientia: qui enim cuniculos agunt, aut metalla effodiunt, demissis in profundū fossis fluuios offendunt, non paulatim (quod oportebat, siquidem terra subitò B
mota ortū suū haberent) collectis, sed confertim se effundentibus: quinetiam montib. & saxis ictu dissipatis aliquādo aquæ copia exiluit, statimq; desiit. Sed de his hactenus. Aemilius porrò aliquot dies ociosos exegit: feruntq; nunq; tantis copijs tam paruo interuallo oppositis, tandiu cessatum esse. Postq; omnib. tentatis unum adhuc in Macedoniam esse aditum
13 cognouit per Perrhæbiam iuxta Pythium, & Petram, locum eum nullo præsidio tenente, magis in spem ueniens rei gerendæ, quàm difficultatem loci (quæ causa erat ut hostes eum non custodirent) metuens, quid agendum esset deliberauit. Primus inter eos qui cōsilio intererant, Scipio Nasica, cuius inferiorib. temporibus summa fuit in senatu autoritas, Africani Scipionis gener, promisit se eò exercitū circumductur ū: proximus ab eo Fabius Maximus, filiorū Aemilij natu primus adolescens adhuc, idem in se recepit. Delectatus eorū alacritate Aemilius, milites ei dedit, non quot Polybius scribit, sed quem numerum ipse Nasica in epistola de ijs reb. ad regem quendam scripta edit: Italorum uidelicet extraordinariorum tria millia, & sinistrum cornu, quod erat quinq; millium. His addidit Nasica equites centum & uiginti, Thracumq; & Cretensiū, quos permistos Har- C
palus adduxerat, ducentos. Hanc manū ea uia duxit, qua ad mare descen-
14 dit, castraq; apud Heracleam posuit, quasi nauib. inde ad circumueniēda hostium castra iturus. Postq; cœnam sumpserunt milites, tenebræq; ortæ sunt, ducibus consilio patefacto, contrario itinere à mari abduxit, & infra Pythium tandem consedit, ac exercitum quiete refecit. Eo loco in altum erigitur Olympus ampliùs decem stadijs: quod tali eius qui metitus est epigrammate indicatur:

Nasica & Fabius Olympum transcendunt.

Olympi altitudo.

15 *Quà supra templum, cui Pythius autor Apollo,*
Erigitur clari uertex sublimis Olympi,
Bis quinq; ethereas stadia exit rectus in auras,
Insuper & stadij sextantem: huic quattuor autem
Noris deesse pedes. Mensuram prodidit istam
Xenagoras satus Eumelo. tu Phœbe laborem
Compensa lętus placitis rex optime donis.

Quanquam Geometræ affirment neq; altitudinem montis, neque maris profunditatem decem stadia excedere: tamen Xenagoras non temerè, sed arte & instrumentis adhibitis eam dimensus uidetur. Nasica noctem ibi

A ctem sibi exegit. Perseo autem Aemilium quietum loco se tenere uidenti,
neque quid ageretur suspicanti, perfuga Cretensis, qui ex itinere se sub-
duxerat, Romanos eà circumducere exercitum indicauit: isq; territus, ca-
stra non mouit, decem modò stipendiariorum militũ alienigenarum mil-
lia, ac duo Macedonum Miloni eò ducẽda dedit, qui Romanis anteuer-
terent, saltusq; occuparent. In hos dormientes adhuc impetum à Roma- 16
nis factum Polybius scribit: Nasica acrem, ac periculosum conflictum in
ipsis montis iugis fuisse, seq; ipsum Thracis militis sibi occurrẽtis pectus
hasta percussisse, eumq; prostrauisse scribit, hostibusq; pulsis, & Miloni
abiectis turpiter armis, & sola modò tunica induto, fugientibus institisse
tutò, simulq; in Macedoniam deduxisse suos. Quod ubi Perseus accepit,
summa trepidatione ictus, speq; lapsus, propere castris motis retrò se re-
cepit. Erat tamen ei aut apud Pydnã alea prœlij tentanda, aut disiectis co
pijs bellum ad singula oppida expectandum, quod semel Macedoniæ il-
latum, sine multa cæde inde remoueri non poterat: ac si eo loco hostes
profligare conaretur, quo alioquin à multitudine hominum esset longè
B paratior, spes erat, suos acriter pro coniugibus & liberis propugnaturos,
præsertim rege inspectante, atq; inter primos pugnam obeunte. His ra-
tionibus amici Perseum cõfirmarunt, ut castris positis, ad pugnam se para
ret, locorum naturam spectaret, ducibusq; munia assignaret, ueluti cum
hostibus ubi primùm aduenissent cõflicturus. Erat eius loci ea natura, ut
& phalangi explicandæ satis campi planicieiq; æqualis suppeditaret, &
tumuli continentes nudis ac expeditis militibus receptacula & circum-
cursitandi facultatem præberent. Per medium Aeson & Leucus amnes
fluebant, non admodum profundo alueo (erat enim iam sub exitum æsta
tis) sed tamen ut uiderent Romanis nonnihil difficultatis allaturi. Aemi-
lius ubi se Nasicæ coniunxit, composito agmine ad hostem duxit: ut
uerò aciem eorum inspexit, multitudinẽ admiratus, inhibita professio-
ne, secum ipse quædam expendit. Iuuenes uerò qui exercitum ducebant,
equis aduecti ut confereret pugnam, neq; rem differret hortati sunt: præ-
sertim Nasica, successu traiecti Olympi elatus. Ad quem subridens Ae-
milius, Facerem, inquit, si tua essem ætate: me uerò multæ uictoriæ docue
runt, quánam in re uicti peccassent: ideoq; ex itinere pugnam inire cum
C phalange iam ordinibus instructis parata prohibent. Inde eos qui pri-
mo loco, & in conspectu hostium stabant, in manipulos ordinari iussit,
ut speciem aciei exhiberent, postremos autem in agmine conuersos ual-
lum iácere, & castra facere: eaq; ratione semper nouissimo quoq; à primis
se auertente, & ad castra facienda subducente, fefellit hostem, solutaq; ad
extremum acie absq; tumultu totum exercitum castris recepit. Ea nocte
cùm post cœnam somno se dedissent milites, subitò luna cùm pleno lu-
mine fulgeret, mediumq; cœli teneret, obscurata est, suaq; luce amissa ua-
rijs coloribus obducta in tenebras abijt. Cuius splendorem cùm pro sua
consuetudine Romani milites æris percussi tinnitu reuocarent, ac multa
lumina facibus accensis cœlum uersus extollerent: nihil tale à Macedo-
nibus factum est, sed horror stuporq; castra peruasit, & uulgo murmura-
bant regis interitum eo prodigio portendi. Cæterùm Aemilius, etsi non
erat omnino ignarus eclipticarum inæqualitatum, quibus luna circumue
cta in umbram terræ statis temporibus incidit, ac tandiu occultatur, dum
umbræ locũ pertransierit, rursusq; à sole illustretᷓ: tamen ut erat religiosus
homo, & augur, ubi primùm à tenebris expurgatam uidit lunam, unde-
cim ei uitulos immolauit. Orto die Herculi sacra faciens, uiginti primis
hostijs

Perseus quibus rebus cõpulsus ad pugnã conferendam.

Luna defecit.

Sacrificia Aemilij.

17 hostijs non perlitauit: altera post uigesimam demum signa oblata sunt A
quæ uim hostium repellenti parti uictoriam designarent. Itaqꝫ uictimam
centum boum, & ludos sacros Deo uouit: mandauitqꝫ tribunis militum,
ut exercitum ad pugnam instruerent: ipse in tentorio suo sedens, quod e-
rat uersus campum & aciem hostiũ apertum, expectauit dum sol circũa-
geretur ac declinaret, ne aduersum eum sui milites haberẽt: quod erat fu-

Pugna Aemilij cõtra Perseum apud Pydnam.

turum, si pugnam manè commisisset. Circa uesperam cõmissum est prœ-
lium. Alij ipsius Aemilij astu factum dicunt, ut ab hostibus initiũ pugnæ
fieret: ijs enim equum effrænem immissum à Romanis, eumqꝫ hostibus
insequentibus, ita ad manus peruentum. Alij tradunt Thraces, quos Ale-
xander ducebat, in Romana iumenta fœnum portantia impetum fecisse:
contra eos celeriter excurrisse septingentos Ligures, inde utraque à par-
te missa auxilia, & consertum ea occasione prœlium. Aemilius uerò ut gu
bernator, è fluctu & trepidatione exercituum coniijciens magnitudinem
futuræ pugnæ, è tentorio progressus, ordines militum adijt, dictisqꝫ ani-
mauit. Nasica equo ad eos qui leui prœlio decertabant prouectus, ui-
dit omnes iam ferè hostes ad pugnam progressos. Primam aciem obti- B

Thraces.

nebant Thraces, quorum se aspectu maximè territũ scribit ille, altis cor-
poribus, clypeo albo & splendenti, tibias ferro tecti, accincti nigras tuni-
18 cas, romphæaqꝫ ferro graui præfixã à dextro humero quisqꝫ coruscans.
Iuxta hos constiterant stipendiarij milites, uario habitu, mixtiqꝫ his Pæo-
nes. Post hos agmen tertium erant Macedones delecti, uirtute & ętate o-
mnium ualidissimi, aureis in armis, ac recentib. puniceis uestibus fulgen-
tes. Horum acie instructa, phalanges eorum qui à clypeorum æreorũ usu
chalcaspides dicuntur, è castris progressæ, splẽdore ferri atqꝫ æris campũ,
clamore autem & tumultu inuicem se adhortantium montes repleuerãt.
Tanta uerò audacia atqꝫ properatione ad hostem cõtenderunt, ut prima
cadauera non ultra CCL passus à castris Romanorũ iacuerint. Cùm iam
consererentur manus, aduenit Aemilius: utqꝫ uidit iam Macedones,
quos in agmine tertios fuisse diximus, cuspidibus sarissarum in Romano-
rum clypeos inniti, atque his comminus gladijs rem gerendi facultatem
adimere, reliquos etiam Macedones dato signo parmas ab humeris de-
trahere, sarissisqꝫ demissis scutatorum impetum excipere, tum robur
eius globi, quamqꝫ difficulter inuadi posset conspicatus: pertimuit sanè, C
ut qui spectaculum terribilius nullum ante eum diem intuitus esset: ac
sæpenumerò postea temporis mentionem istius perturbationis fecit,
quam animo suo aspectus ille obtulisset. Nihilominus tamen pugnanti-
bus se hilari uultu ostentauit, sine galea & thorace obequitans. Cæte-

Persei fuga.

rùm Perseus, ut Polybius refert, commisso prœlio metum non ferens in
urbem equo auectus est, sacram se Herculi rem facere simulãs. qui tamen
Deus meticulosorũ sacra non accipit, neque uoti illiciti damnat. atqꝫ fas

Ignauorum uota.

non est uel eum qui non iaculetur, scopum tãgere, uel eum qui fugiat, ui-
ctoria potiri: & omnino neqꝫ bene agere qui nihil agit, neque malus ho-
mo felix esse potest. Aemilij uerò uotum Deus probabat: is enim hastam
tenens, robur in bello, & uictoriam flagitabat, pugnansqꝫ Dei auxilium
poscebat. Verùm Posidonius quidem, qui se eo tempore uixisse, rebús-
que his interfuisse scribit, ac historiam Persei multis libris compo-
suit, Perseum non timoris causa, neque sacrificij prætextu discessisse, sed
quod pridie equus ei calce crus ferijsset, autor est. In pugna quoque
eum, quanquam esset malè affecto corpore, & amici dehortarentur, ius-
sisse equum sibi quo extra bellum uehi consueuisset afferri, eoqꝫ cõscenso
nudum

A nudum thorace ad phalangem equitasse: ibi uolitantibus utrinque omnis generis telis, iaculum ei ferreũ adactum, quod mucrone quidẽ eum non attigerit, sed obliquum iuxta latus eius sinistrum trãsuolauerit, impetu tamen motus tunicã disciderit, carnẽque ita perstrinxerit, ut obscurã suggillationis notam reliquerit, quæ ictum multo tẽpore testata sit. Hoc modo Perseum Posidonius excusat. Cæterùm cùm Romani phalangem Macedonum nulla ui perrumpere possent, Salius Pelignorum dux signum suæ cohortis raptum in hostes proiecit: eò Pelignis accurrentibus (signum enim deserere & amittere nefas apud Italos habet) utrinque atrox certamen fuit. Peligni gladijs sarissas depellere, & scutis deprimere, manibusque adeò iniectis auertere conabant. At Macedones utraque manu sarissas intentantes, per occurrentiũ eas arma corporaque exigebant, neque scuto, neque thorace earũ uim sustinente, & corpora cõfixorum supra capita reijciebant. Contrà Peligni & Marrucini nulla ratione, sed rabie concitati aduersis ictibus præsentique morti se ingerebãt. Hoc modo Romanorũ prima acies interfecta, repulsa est proxima: & fugã quidem nondum dabat, pedẽ modò ad Olocrum montẽ referebat: adeò ut id cernens Aemilius, præ dolore tunicã suam disciderit (si Posidonio credimus) cùm cedentib. prioribus ordinibus, reliqui Romani phalangẽ inaccessam uidentes, densisque sarisis tanquam uallo prẽmunitam, & ab oppugnatione tutam auersarentur. Enimuerò pugnabatur loco inæquali, & porrecta in longum phalangis acie, non poterat densitas ordinũ, globusque actus cõtinenter seruari, sed flexus multi atque intercapedines admittebantur: quod fieri necesse est in magno exercitu, cùm alij aliò ad pugnã obeundam auertũtur, aliæque partes aciei pelluntur, aliæ impetum faciunt. Hoc ut animaduertit Aemilius, celeriter cohortes suorum à se inuicem diuellit, iussitque ut intra hostilium ordinum interualla se reciperent, ac non contra totam simul phalangem, sed multis locis contra partes hinc inde diuulsas pugnarent. Id centuriones ab imperatore docti, milites facere iusserũt. Vt uerò primùm Romani intra ordines phalangis se intulerunt, ac intra sarissas recepti, alios à lateribus nudos inuaserunt, alios cursu circumuenerunt: statim dissipata phalange uis eius & precipuus usus sublatus est. Cõminus uerò & contra paucos pugnare difficile erat Macedonibus, cùm paruis pugionibus C firmos & ad pedes usque demissos Romanorum ferirent clypeos: contrà gladiorum grauium uiolentos ictus per arma omnia ad corpus penetrantes paruulis peltis exciperent. Itaque cedere cogebantur. Dum acriter hunc in modum pugnatur, Marcus Catonis filius, Aemilij gener, dum nihil sibi fortitudinis reliquum facit, gladium amittit. Neque uerò iuuenis optimè institutus, quique prẽclaro parenti uirtutis magnæ specimen debere se intelligeret, uiuendum sibi putabat, si gladium uiuus hostibus spolium reliquisset: itaque cursu per ordines circumferri, omnibus amicis & familiaribus in quos incidisset, casum suum exponere, orare ut se in gladio recuperando iuuarent. Multi fortes Romani, eum ducem secuti, per reliquorum ordines sese proripuerunt, hostesque adorti, magno certamine, multa cæde, multoque facto sanguine loco tãdem pulerunt, eoque uacuo hostium, gladiũ quẽsitũ diu multumque, tandẽ inter cadauerum & armorũ aceruũ inuenerũt: inde lętitia exultãtes, sublato clamore in hostiles globos impetum fecerunt. Tandẽ delecta Macedonũ phalanx, hominum tria millia locum tenentes, pugnantesque, ad unum omnes cæsi sunt. Reliqui fugiẽtes ingenti cæde sunt affecti: nã & campus, montisque radices cadauerib. tectæ iacuerũt, & postridie eius pugnæ Romani

Pelignorũ temeritas.

Stratagema Aemilij in phalange difscienda.

M. Catonis F. fortitudo.

Leucum

Leucum fluuium transeuntes, sanguine adhuc infectum uiderunt. Cæsa A
Macedonum millia uigintiquinque perhibent: de Romanis autem centũ, ut Posidonius ait, ut Nasica, octoginta desiderati sunt. Atque hæc tam ingens pugna minimo temporis spacio exitũ habuit: hora enim nona commissa, ante decimam uictores Romanos declarauit. Reliquum diei insequendis hostibus datum: & Romani cum per quindecim millia pedum fugientibus institissent, nocte iam ingruente reuersi sunt, famulique cum facibus obuiam profecti, prælucentes læto cum clamore ad tabernacula igne lucentia, hederaque & lauro coronata eos reduxerunt. At ipsum imperatorem magnus dolor urgebat: de duobus enim filijs quos inter milites habuerat, iunior, quem præ reliquis diligebat, & ad uirtutem meliori quàm fratres reliquos indole natum sciebat, animo præter ætatẽ (tum primùm enim pueritiam excesserat) acri, & honoris cupido, nusquã reperiebat, perijsseque per imprudentiam hostibus pugnantibus immixtum opinabatur. Ita se eo angente ac lugente, uniuersus exercitus rem sensit: à cœnaque exilientes, cum facibus frequentes discurrerũt, alij ad tentorium Aemilij, alij extra uallum, inter prima iuuenem cadauera quærentes. Mœsticia autem castra, clamor campum implebat, Scipionem uocantium: omnibus enim iam inde ab initio ad imperia gerenda, magistratusque obeundos meliùs composito quàm quisquam propinquorum eius ingenio diligebatur. Serò tandem, cùm de eo desperatum propè esset, cum duob. tribusue socijs ab insecutione redijt, nouo hostium sanguine perfusus, generosi instar catuli, præ uoluptate immodicè uictoriam prosecutus. Hic est Scipio, qui posterioribus temporibus Carthaginem & Numantiam excidit, ac æquales sibi Romanos uirtute & potentia longè anteiuit. Et Aemilium quidem fortuna tunc uictoriæ integra uoluptate frui passa est, dilata in aliud tempus inuidia. Perseus Pydna Pellam profugit cum equitatu, qui integer ferè è prœlio euaserat. Vt uerò pedites equitibus timiditatem & proditionem exprobrauerunt, & ab equis deiecerunt, uerberaque imposuerunt: tumultum metuens, equum à uia deflexit, ac ne agnosceretur, purpuram detractam ante se posuit, ac diadema manibus gestauit, utque cum comitibus posset colloqui, pedes unà ambulauit, equũ post

Scipionis Aemiliani fortitudo.

Persei in Samothraciam fuga.

20 se trahens. At eorum alius calceum se ligare simulans, alius equo se potũ ministrare, alius aquam sitis suæ explendæ causa quæsitũ ire fingens, paulatim ab eo dilapsi sunt: non tam hostes, quàm crudelitatem eius metuentes, qui malis perturbato animo, causam acceptæ cladis in unũquemlibet transferre quærebat. Postquam uerò noctu ingressus Pellam, in Euctum & Eudæum quæstores incidit, & eos partim ipsum ob ea quæ euenerant culpantes, partim importuna libertate in repræhendendo & consulendo utentes, iratus pugione utrunque ictũ necauit, nemo iam apud eum remansit, Euandro Cretense, Archedamo Aetolo, & Neone Bœoto exceptis. De militibus autem soli Cretenses eum secuti sunt, non beneuolentia adducti, sed pecuniæ faciendæ, ut apes fauis, intenti: ingentes enim secum opes uehebat, & ex ijs pocula, crateras reliquaque ex auro & argento confecta regij luxus instrumenta, quorum precium ad quinquaginta talenta conficiebat, diripienda dabat. Inde Amphipolim, atque hinc C

Crudelitas in suos.

Cretum auaricia.

21 Galepsum delatus, remittente nonnihil formidine, ad cognatum suum, inueteratissimumque uitium auariciæ relapsus est: deplorauitque apud amicos, quòd per imprudentiam, quædam de Alexandri magni aurea supellectile in Cretenses profudisset: & eos, qui nacti hæc erant, precibus & fletu obtestabatur, ut sibi redderent, eorumque loco pecuniam acciperent.

Qui

A Qui hominis ingenium norant, eos non latebat Cretizare ipsum contra Cretenses: qui enim reddiderũt uerbis eius inducti, precium nullum recepere. Sic amicos triginta talentis cum defraudasset, quę paulo pôst erant in manum hostium peruentura, inde in Samothracen traiecit, & ad Castoris ac Pollucis fanum supplex confugit. Macedones interim, quorum semper erat in reges celebrata fides, tunc quasi fulcro rerum fracto omnia concidissent, fidei Aemilij se commiserunt, atq; bidui spacio totã ei Macedoniam tradiderunt. quæ res fidem facere uidetur opinioni eorum, qui istam uictoriã fortunę fauori imputãt. Quò spectat illud etiam, quòd ei Amphipholi rem sacram facienti accidit. uictimis enim iam immolatis, fulmen in aram decidit, ac uictimas absumpsit, sacraq; perpetrauit. Verùm fama rei omnium maximè Deûm & fortunæ benignitatẽ demonstrauit. Quarto enim secundum uictoriam de Perseo apud Pydnam relata die, cùm Romæ Circẽses ludos populus spectaret, subitò in prima theatri parte rumor extitit, Aemilium deuictõ magna pugna Perseo, totã Macedoniã subigere: hic rumor celeriter in plebem uulgatus, gaudium,

Macedonia Aemilio se dedit.

Famæ mirã celeritas.

B plausum & acclamationẽ excitauit, quę totum illum diẽ per urbis omnes partes durauere: pôst cùm non extaret certus autor, sed per omnes uideretur temere uagatus, resedit. Nõ multis interpositis diebus re certiùs cognita, in admiratione omnium fuit fama quæ præcurrerat, & sub mendacio ueritatem annunciãrat. Ferunt etiam pugnæ Italorum apud Sagram fluuium famam eadem die in Peloponnesum perlatam: & prœlij contra Medos ad Mycalem facti, Platæas. Memoriæ proditum præterea est, cum Romani Tarquinios auxiliantibus Latinis bellum inferentes uicissent, paulò pôst magnos duos & pulcros uiros ab exercitu Romã uenisse, & uictoriam annunciasse: hos creditum est Castorem & Pollucem fuisse: ac qui primus ijs iuxta forum apud fontem occurrit equos sudore fluentes refrigerantibus, cùm miraretur hanc famam, subridentes feruntur barbam eius manibus contigisse, eámque confestim de nigra rufam factam, indicio fidem, uiro Aënobarbi cognomentum peperisse. Quæ omnia ut credenda uideãtur, id effecit, quod nostro tempore usu uenit. Cùm enim Antonius à Domitiano defecisset, magnumq; à Germania bellum expectaretur, & Romanorum animi essent perturbati, subitò populus sua spõ

Aënobarbi cognomen unde.

C te rumorẽ de uictoria sparsit, isq; per totam urbem dissipatus est: Antonium scilicet occisum, copiasq; eius uictas & deletas esse: tamq; illustris fuit & tam efficax is rumor, ut multi senatores ei credẽtes sacrificarint. Vt autem de autore inquisitio est habita, neq; is inuentus fuit, sed uno ad alterum eius initium transferente, tandem ad populum tanquam immensum pelagus famæ origo relata est: illa quidẽ ut quæ nullum certum principium habuisset, statim ex urbe euanuit. At Domitianus cùm ad bellum id copias educeret, in itinere nuncium sibi obuium habuit, literas ferentẽ quibus eadem uictoria indicabatur: & eadem die erat rumor iste sparsus, qua Antonius superatus fuit, ampliùs quàm bis mille & quingentis ab urbe millibus passuum. rem ita habere, nemo uiuit nostro tẽpore qui ignoret. Porrò Cn. Octauius p̃fectus classis Samothracã adducta classe, Perseum reuerentia Deorum inuiolatum ibi iure asyli reliquit, ne tamen effugere inde, auehique posset, custodijt. Veruntamen Perseus Oroandæ cuidam Cretensi pecunia data suasit, ut se in nauim receptum aueheret: is autem usus arte Cretica, noctu accepta pecunia eum cum uxore & liberis uenire eadem nocte ad templum Cereris iussit, & famulatu quanto opus esset: ipse uesperi auectus est. Perseus cùm miserẽ se torsisset, per angustã

Antonij in Domitianũ rebellio.

X fenestram

fenestram ponè murum seipsum, coniugemq́ꝫ & liberos miseriarũ & pe- A
regrinationis imperitos demisisset, maximè miserabilem gemitum emi-
sit, ut ei oberranti in littore quidam Oroandem iam in alto nauigantem
à se uisum indicauit: ita iam albente cœlo, omni spe destitutus, cum uxore
ad murũ profugit, ut non fallererẽt, sed anteuerterent Romanos. Liberos
Ioni crediderat, amasio pridẽ suo: isq́ꝫ prodito Perseo, regios liberos Ro-
manis tradidit. Qua re coactus est præsertim, instar feræ catulis spoliatæ
in eorum qui liberos ipsius secum habebant manus se tradere. Maximè
omniũ Nasicæ fidebat, atq́ꝫ hunc uocabat: sed eo absente, deplorata fortu
na sua, intellectaq́ꝫ necessitate, Octauio se dedidit. Ac tum maximè osten
dit, aliud sibi auaricia turpius adhuc uitiũ inesse, cupiditatẽ scilicet uiuen
di, propter quam seipsum miseratione (quam unam fortuna hominibus

Persei & Aemilij colloquium.

calamitate afflictis relinquit) spoliauit. Cùm enim ut ad Aemilium duce-
retur impetrasset, Aemilius casum uiri magni fortunæ inuidia indigna-
tioneq́ꝫ deiecti reputans, lacrymabundus ei cum amicis occurrit. Perseus
autem turpissimum spectaculum exhibuit, in faciẽ cõcidens, manibusq́ꝫ
genua Aemilij tangens, uocesq́ꝫ & deprecationes homine ingenuo indi-
gnas proferens. Quas ne audire quidem dignatus Aemilius, tristi eum B
» uultu in hæc uerba compellauit: Quid ô miser, hæc agis, quibus crimine
» tuarum calamitatum fortunam liberas, & ostendis nõ immerito tibi hæc
» accidisse, teq́ꝫ non præsenti, sed priore conditione indignum fuisse? Quid
» uictoriæ meæ laudem imminuis, demonstrans te non alti animi uirum,
» neq́ꝫ dignum fuisse, quem Romani aduersarium suum haberent? uirtus
» profectò hominis aduersa patientis etiam apud hostes magnam sui ue-
» recundiam excitat: timiditatem etiam si fortunata sit, Romani inhonestã
» censent. Inde à terra subleuatum, dextraq́ꝫ data salutatum, Tuberoni tradi
» dit. Ipse filios, generos, reliquosq́ꝫ primores, maximè iuuenes, secũ in ten-
torium suum abduxit: ibiq́ꝫ postquam diu tacitus & cogitabũdus omni-
bus admirantibus consedisset, de fortuna & rebus humanis ita disserere
» cepit. Vtrum uobis uidetur, inquit, conuenire, ut homo rebus feliciter ge
» stis, gente, urbe, aut regno subacto, cristas erigat, animumq́ꝫ attollat? an
» potius fortunæ uices secum expendat? quæ communis imbecillitatis e-
» xemplum uictori proponens, docet ne quid stabile aut perpetuum pute-
» mus. Quod enim tempus homini sit cõfidendi rebus suis? quando uicto C
» ria de alijs parta, maximè fortunæ mutationem timere nos cogit, conside
» ratioq́ꝫ fati modò huc, modò illuc decũbentis etiam gaudentib. summam
» affert anxietatẽ. An uos, cum Alexandri regnũ, qui ad summã potentiam
» peruenerat, unius horę particula euersum, regesq́ꝫ modò multis equitum
» peditumq́ꝫ millibus stipatos, nũc de manib. hostiũ quotidie cibum ac po-
» tum sumere uideatis, res nostras stabilitate fortunæ in omne tempus fir-
» matas putatis? quin uos, ô iuuenes, inanem potius animi elationem, ia-
» ctantiamq́ꝫ uictoriæ causa natã cõpescite, uosq́ꝫ pauidi demittite, ac futu-
» ris semper animũ intendite, expectantes quónam unicuiq́ꝫ uestrûm in
» cõmodo fortuna præsentẽ felicitatẽ sit compensatura. Multa in hanc sen-
tentiã ab eo dicta memorãt, dimissosq́ꝫ iuuenes, fastu eorũ hoc orationis
fræno probè coërcito. Secundum hæc exercitui facultatẽ quiescendi de-
dit, seipsum ad spectandã Gręciã conuertit, gloriosè pariter & humaniter

Græciam Aemilius perlustrat.

eo ocio utens. Circumiens ẽm urbes recreauit, respub. cõstituit, dona ci-
uitatib. dedit è frumento & oleo regis: cuius tantam ferunt fuisse copiam
reconditã, ut antè qui acciperent, quàm quod daretur deficeret. Delphis
conspicatus colũnam magnã quadrangulã ex albo lapide constructã, cui
aurea

A aurea Perſei ſtatua imponenda erat, ſuam eò collocari iuſsit: æquum enim
eſſe, ut uicti uictorib. locũ cederent. Olympiæ tritum illud ab eo pronun-
ciatũ ferunt: à Phidia Iouem qualem Homerus eum deſcripſiſſet, effectũ *Macedoniæ libertas data.*
eſſe. Decem Roma legatis uenientibus, regionem ſuam, ciuitatesq; cum
libertate habitandas Macedonib. reddidit, ſtipendio centum talentorum
imperato, cuius ſummæ plus quam duplum regibus pendebant. Spe-
ctacula porrò omnis generis certaminum, ſacrificiaq; dijs fecit, conuiuia
quoq; & cœnas præbuit. Ad eas res ſumptũ abundè ſuppeditabant opes
regiæ: tantus autem erat ordo tanta decori obſeruatio in excipiendis &
collocandis hominibus, inq; tribuendo unicuiq; pro ſua dignitate hono-
re, & comitate exhibenda ſtudium, accurataq; diligentia: ut mirati ſint
Græci eum uirũ ne in his quidem quæ animi cauſa ageret ſeriã grauitatẽ *Pauli comitas & liberalitas.*
omittere, ac qui tãtas res geſsiſſet, etiam exiguis ſuum ornatum adhibere.
Aemilius uerò his eo maximè nomine delectabaẽ, quòd in tam ſplẽdido
omnium apparatu ipſius aſpectu frui potiſsimùm omnes quærebant: dili
gentiamq; eius in ea re admirantib. reſpõdebat, eiuſdẽ eſſe ingenij, aciem
B bene inſtruere, & conuiuium: alterum ut q; maximum terrorem hoſtibus
incuteret, alterum ut quàm iucundiſsimum hoſpitibus eſſet. Neq; mino-
rem liberalitas eius & pecuniæ deſpicientia laudem inuenit, qui magnam
auri argentiq; copiã ex regis theſauris congeſtam ne aſpexit quidem, ſed
quæſtoribus in publicum referendam tradidit: ſolos libellos regis paſſus
eſt à filijs ſuis literarum ſtudioſis eximi. Præmia ijs, quorum in pugna uir-
tus potiſsimùm fuiſſet ſpectata, diſtribuẽs, Aelio Tuberoni paterã quinq;
pondo dedit. Hic eſt ille Tubero, quem ſuprà memorauimus cum quin-
decim propinquis una in domo habitaſſe, ac prouentibus parui agelli o-
mnes uixiſſe: primumq; id argentum in Tuberonum domum eſt illatum,
uirtute partum: antè id tempus nemo ea in familia neq; auro neq; argẽto
uſus fertur. Conſtitutis omnib. rebus, ſalutatis Græcis, Macedonasq; hor
tatus meminiſſent à Romanis ſe libertate donatos, eamq; gratitudine &
concordia ac iuſticia conſeruare ſtuderent, in Epirum copias traduxit,
iuſſus ſenatusconſulto, ut militib., quorum in pugna contra Perſeum eſſet
opera uſus, ex iſta regione prædã concederet. Vt autẽ omnes ſimul Epi- *Aemilius Epirum populatur.*
rotas improuiſò inuaderet, ex una quauis urbe decem primarios uiros
C ad ſe accerſiuit, ijsq; imperauit, ut quantum auri argentiq; in domibus &
templis haberent, id omne ad diem dictum deferrent: & ſingulis tanquã
cuſtodiæ cauſa addidit qui unà irent milites & centurionem, qui ſe con-
quirere aurum, & accipere ſimularent. Vbi dies conſtituta uenit, uno mo
mento milites ad bona hoſtium diripienda diſcurrerunt. Itaq; una hora
in captiuitatem abducta centum & quinquaginta hominum millia, urbes
ſeptuaginta direptæ ſunt: & tamen ex tanta præda, totius populi perni-
cie parta, ſingulis militibus non ſupra undecim denarios obtigerunt: hor-
roremq; incuſsit omnibus hominib. is belli exitus, quòd totius gentis di-
reptione non maior ad ſingulos captura rediiſſet. Hoc maximè præter ſuã
naturam egit Aemilius, manſuetus homo & benignus. Inde Oricum pro-
fectus eſt, atq; Orico in Italiã cum exercitu traiecit, ſubuectusq; eſt per Ti *Vt Romam redierit.*
berim naui regia, quam ſedecim uerſus remorum agebant, armis captiuis
palmisq;, & purpura ornata * ut & ludi * extra quod ut * Romani ante tri- 24
umphum ea fruerentur, undis ſenſim cedentib. ſubeuntem nauim ducen-
tes.* At uerò milites regijs theſauris inhiantes, cùm nõ parem ſpei prædã
accepiſſent, occultè Aemilio iraſcebanẽ: palàm autem culpabãt, quòd im-
perioſè ipſos & duriter militiæ habuiſſet, ideoq; parũ ſtudioſe triumphũ

eius expediebant. Quod sentiens Ser. Galba, inimicus Aemilio, sub quo tribunus militum eo bello fuerat, palàm ausus est dicere, non esse triumphum ei concedendum. Multis præterea calumnijs imperatorem apud milites traducens, iræq; eorum stimulos addens, aliam à tribunis plebis diem postulauit: præsentem enim accusationi nō suffecturam, cuius quatuor tantùm horæ restarent. Tribunis contrà, ut si quid haberet, id statim diceret, iubentibus, prolixam & obtrectationibus omnis generis refertam orationem exorsus, tempus absumpsit: tenebrísque ingruentibus dimissa à tribubus est concio, milites aucta ferocia ad Galbam cōcurrerunt. Idem facta coitione, Capitolium, ubi concionem erant Tribuni plebis habituri, summo mane occuparunt: cúmque statim ad suffragia populus uocaretur, prima tribus triumphum Aemilio negauit. Quod ubi per reliqua etiam loca dilatū senatus cognouit: cæteris indignam rem agi, contumeliamq; inferri Aemilio summo cum dolore, & inanibus clamoribus testantibus: senatorum clarissimi, non ferendum hoc facinus clamitare, mutuóque se cohortari, irent obuiam militum libidini atque audaciæ, nihil iniustum, nullam uim non tentaturę, si hoc nemine impediente obtinuissent, ut Aemilio potestas triumphandi eriperetur. Inde agmine facto, per B mediam hominum turbam se in Capitolium proripuerunt, tribunósque plebis iusserunt suffragiorum latione inhibere, tantisper dum quæ uellent ad populum dixissent. Omnibus cessantibus, factóque silentio, M. Seruilius, uir consularis, qui uiciesac ter in bello singulari certamine prouocatus hostem interfecerat, in hanc sententiam est ad populum locutus.

M. Seruilij pro Aemilij triūpho oratio.

Quantus imperator fuerit Aemilius Paulus, nunc maximè intelligo ex » hoc, quòd usus exercitu inobedientia ac malicia corruptissimo, tantas » támque præclaras tamen res gesserit. Vos autem miror, cur, qui læto ani» mo triumphari ex Illyrijs & Liguribus uideritis, pulcerrimum uobis ipsis » spectaculum inuideatis: nimirum uisuri Macedonum regem uiuum, glo» riámque Alexandri & Philippi armis Romanis captiuam duci. An uerò non indignum est, uos ante, cùm rumor modò de uictoria hac in Vr» bem incidisset, dijs immortalibus sacrificasse, uotáque fecisse, ut quampri» mùm uobis re ipsa id quod annunciabatur uidere daretur: nunc ueniente » imperatore, uerámque uictoriam secum afferente, dijs honorem, uobis » ipsis eam læticiam uos adimere? quo id tandem consilio? an magnitudi- C » nem rerum gestarum inspicere pauetis? aut regis uos adeò miseret? » & præstabat sanè eius uos miseratione, quàm inuidia in imperatorem, » triumphum impedire. Enimuerò uestra opera eò nunc licentiæ malignitas processit, ut de imperatoris officio, & triumpho homo corpore à uul» neribus intacto, cuiusque eum inter molliter & nitor parietum umbras educatum iuuentutem egisse testatur, uerba audeat facere: idq; contra nos, qui uulnerum indicio iudicare de uirtute aut ignauia imperatorum didicimus. Simúlque deducta ueste, incredibilem cicatricum multitudinem in aduerso pectore demonstrauit: & conuersus inde quasdam par» tes detexit, quæ in conuentu hominum adaperiri parum honeste ui» dentur. Atq; tum oratione ad Galbam conuersa: Tu quidem, inquit, hæc » rides. at ego glorior apud ciues, quorum causa dies noctésque continen» ter equitās hæc corporis mala retuli. Verùm agedum, uoca multitudinem » ad suffragia: ego autem descendens, singulos sequar, & cognoscam qui» nam sint mali illi, & ingrati, ac qui militiæ non sub disciplina haberi, sed factiosis sermonibus potiùs demulceri cupiant. Hac oratione ita repressam militum audaciam, animósque mutatos tradunt, ut omnes tribus

Aemilio

A Aemilio triumphum decreuerint. Eum hoc modo ductum accepimus.
Populus in Circis, foro, alijsq; locis unde triumphi pompa cerni posset, *Triumphus Aemilij.*
fixis tabulatis, de illis spectabant, pura ueste induti. Omnia templa aper-
ta, sertis atq; suffitibus implebantur. Lictores multi, apparitoresq; multi-
tudinem in publicum se tumultuarie ingerentem summouebant, uiasq;
apertas & uacuas præstabant. Pompa autem ipsius triumphi sic erat insti
tuta, ut tribus diebus perageretur. Prima dies uix suo spectaculo suffecit:
inferebantur bigis ducentis ac quinquaginta, statuæ captiuæ, tabulæ pi-
ctę & colossi. Secunda die inuecta sunt multis curribus arma de Macedo
nicis lecta pulcerrima, sumptuq; maximo facta, ære ferroq; recens politis
fulgentia, ac de industria ita inter se composita & congesta, ut casu ita co-
aceruata uiderentur: galeæ enim clypeis, thoraces ocreis, tum Cretenses
peltæ, Thraciæ cetræ, pharetræ frænis permixtæ iacebant, ac inter hæc
omnia gladij nudi prominebant, sarissæq; iuxta fixæ erant, armis ipsis mo
dice laxato uinculo nexis, ut mutuò inter uehendum colliderentur, so-
numq; asperum & terribilem ederent, ac uicta etiam nõ sine horrore spe-
B ctarentur. Hos currus sequebantur uasa septingenta & quinquaginta,
trium talentorum singula capacia, in his argenteum nomisma inferebatur
à uirorum tribus millibus, quaternis unum uas subeuntibus. Alij autem
crateras argenteos, pocula in cornu formam tornata, pateras, calicesq; ge 25
stabant, singula pulcerrimè ornata, crassicieq; & mole nimia spectanda.
Tertia die, summo mane tubicines intrauerunt, non itineribus aut pom-
pis accommodatum carmen, sed classicum canentes. Hos subsecuti sunt
tauri centum uiginti altiles, aurati cornua, mitrisq; & sertis ornati: duce-
bant eos iuuenes ad sacrificium, cincti prætexta: iuxtaq; pueri pateras ad
libandum aureas argenteasq; ferentes. Post hos eodem quo argenteum
modo, aureum nomisma portabatur, uasis septuaginta septem. His subi-
bant qui sacram pateram gestabant, quam ex decem auri talentis, gem-
mis undiq; insertis, Aemilius fieri curauerat: ac cũ his, qui Antigonidas,
Seleucidas, Thericleas, reliquaq; aurea uasa, quibus in cœna uti solitus
erat Perseus, ostentabant. His succedebat Persei currus, & arma, ijsq; dia-
dema impositum. Paruo pòst interuallo liberi regis captiui ducebantur,
cum magna alumnorum, præceptorum, pædagogorumq; caterua, plo-
C rantium, manusq; ad inspectãtes tendentium, puerosq; ut idem facerent
ac deprecarentur instruentium. Erant duo masculi, una filiola, neq; per *Persei liberi.*
ætatem planè assequebantur animo magnitudinem calamitatis suæ: eoq;
maiorem miserationem ignoratio malorum mouebat spectatoribus. Ita-
que ferè non obseruantibus ijs Perseus transiuit, adeò misericordia affe-
cti Romani oculos liberis regijs intendebant, multasq; lacrymas effun-
debant, eratq; mixtum dolore & gaudio spectaculum, tantisper dum ij
præterirent. Ipse post liberos suos turbamq; eos comitantem Perseus in-
cedebat pullo amictu, crepidisq; Macedonicis: malorum autem mole at-
tonito, menteq; alienato similis uidebatur. Comitabatur hunc turba ami-
corum & familiarium, qui uultum prę luctu demittendo, Perseumq; sub-
inde intuendo ac plorando, spectatoribus innuebant, se paruam propriæ
sortis curam gerere, regis modò infortunium lamentari. Miserat quidem
ad Aemilium Perseus, qui deprecarentur, ne in triumpho duceretur. Ve- *Persei mollicies à Paulo notata.*
rùm Aemilius molliciem (ut uidetur) eius, uitæq; cupiditatem subsan-
nans: Atqui, inquit, & antè hoc ei permissum fuit, & adhuc licet. mortem
ante dedecus consciscendam innuens, quam timidus ille ne obiret, uanas
spes molli animo consectatus, ipse suarum exuuiarum pars factus est. Se-

cundum hos aureæ coronæ quadringentæ inferebantur, quas uictoriam A
gratulandi causa urbes Aemilio per legatos miserant. Inde ipse Aemilius
curru ornatissimo inuectus est, uir etiam absq; hęc fuissent omnia, specta-
tu dignissimus: amictus erat purpurã auro intertextam, dextra frondem
lauri tenebat. Totus exercitus lauro coronatus centuriatim ac per mani-
pulos diuisus currũ imperatoris sequebatur: canebantq; cùm patria quæ-
dã carmina, risu salibusq; admistis, tùm pęanas de uictoria & rebus gestis
Aemilij. Is omniũ in oculis ferebat̃ omniũ, erat in admiratione, neq; huic
tãtę eius gloriæ quisq; bonus inuidebat. Enimuerò genius aliqs uidet̃ es-
se, cuius partes sint magnæ atq; nimiæ felicitatis partẽ aliquã carpere, atq;
ita tẽperare humanã uitã, ut nemo malorũ expers uiuat, sed (quod est a-
16 pud Homerum) cum eo optimè agatur, cuius res utranq; fortunam sen-
tiunt. Quatuor filios habebat Aemilius: quorum duo in alias familias per
adoptionẽ translati, ut suprà exposuimus, Scipio & Fabius erant: alij duo
Calamitas Aemilij amißione filiorum. nati ex alia coniuge, quos pueros adhuc domi suæ alebat. Horum alter
annos natus XIIII, quinque ante triumphum patris diebus mortem o-
bijt: alter duodecimum annum agens, tertio post triumphum patris die B
uitam finijt. Neq; fuit in populo quisquam, cui non dolorem ea calamitas
Aemilij afferret: crudelitatemq; fortunæ horrere omnibus subijt, quam
non puduisset tantum luctum domui gloria, gaudio, & sacrificijs plena
immittere, eiulatumq; & fletum carminibus uictoriam celebrantibus, &
Aemilij patientia & cõstantia. triumpho admiscere. At Aemilius prudenter secum considerato, fortitu-
dinis & constantiæ usum non tantum contra sarissas & arma hostium, sed
omnino aduersus omnem fortunæ impetum requiri, ita se comparauit,
eóque animo præsentium rerum permixtam conditionem tulit, ut infor-
tunium felicitate, priuatamq; cladem publica uictoria obliterauerit: neq;
passus sit magnitudinem splendorémque triumphi rebus aduersis immi-
nui aut contaminari. Itaq; altero è filijs, qui ante triumphũ defunctus erat,
sepulto, triumphauit. Altero post triumphũ mortuo, aduocata populi cõ-
cione, eam habuit orationem, quam habere par erat uirum non consola-
tionis indigentem, sed qui populum eius infortunij causa merentem con
Oratio ad populum. solari instituisset. Nihil est, inquit, in rebus humanis cuius me unq; metus
tenuerit: in diuinis autem fortunam, ut infidissimã inconstantissimamq;
„ rem semper suspectam habui: atq; hoc ipso maximè bello, cum ea tanq; C
„ uentus secundus rebus gerendis prospera mihi adesset, nunq; non mu-
„ tationem aliquam expectaui. Etenim una die à Brundusio Corcyram Io-
„ nio mari transmisso, quintis inde castris Delphos perũeni: hîc Deo sacris
„ peractis, quinto post die exercitũ in Macedonia accepi: quẽ cum patrio
„ ritu lustrassem, ac statim rei gerendæ me dedissem, spacio quindecim die-
„ rum bello finem pulcerrimum imposui. Hic successus rerum tam felix ef-
„ fecit, uti diffiderẽ fortunę: cumq; nihil restaret ab hostibus periculi, maxi-
„ mè ueritus sum, ne nauigantẽ me cum exercitu uictore, spoliaq; & captos
„ reges mecum uehentem, in ipso cursu fortunæ mutatæ aliquis casus feri-
„ ret. Postq; incolumis ad uos redij, urbẽ uidẽs lætiã & gratulatione plenã
„ sacris frequentẽ uacare, fortunã adhuc habui suspectã, quã cõpertum ha-
„ bebã ea esse inuidia, ut nullũ magnũ munus hominibus sincerũ & nõ ali-
„ quo malo infectũ largiret̃. Hũc metũ animus meus parturiẽs, nõ priùs qd
„ esset euenturum reipub. sollicitus esse desijt, quàm ingẽti domestica clade
„ perculsus, filios optimos, quosq; solos mihi hæredes reliquerã, continuis
„ funerib. sacris diebus sepelij. Nunc demũ maximi me securũ periculi exi-
„ stimo, confidoq; felicitatẽ uestrã illæsam incolumemq; permansurã. Cala
mitatibus

A mitatibus eñ meis fortuna inuidiã suam exaturauit, humanęq; fragilitatis "
exemplũ haud obscurius uictorẽ quàm uictũ ꝓposuit: nisi quòd Perseus "
meliori cõditione uideri potest, qui uictus suos liberos tamen habet, Ae- "
milius uictor suos amisit. Huiusmodi generosam ac magnanimã orationẽ "
Aemilius ex animi sententia, nihilq; simulatione usus habuisse ad populũ
tradit. Porrò cùm Perseum miseraret, cuperetq; eius miserias quoq; mo- *Persei*
do leuare, aliud nihil inuenit, quàm ꝙ eum è carcere in locum liberiorẽ, & *mors.*
ubi uitam agere posset cõmodiùs, trãstulit: quo in loco custoditus, inedia
spõtanea (ut pleriq; autores sunt) uitã terminauit. Alij nouo, & inusitato
tradunt modo eum necatũ fuisse. Custodiæ eñ eius prefectos milites, ira-
tos ipsi, incertũ quã ob causam, cùm aliter lædere nõ possent, somno eum
arcuisse, diligẽterq; obseruasse, ne quãdo somnum capere posset, omniq;
cura & opera insomnẽ detinuisse, tantisper dum uigilia cõfectus mortem
obijt. Filiorũ quoq; alter, & filiola extincti sunt. Superstitẽ filium Alexan- *Filiorũ eius*
drũ tornãdi subtiliumq; operũ egregiũ artificẽ fuisse tradũt; eumq; Roma- *conditio.*
nas literas addidicisse, & magistratib. se scriptorẽ solertẽ ac gratiosum ꝓ-
B buisse. Porrò Macedonico bello gestis rebus summã populi gratiã meruit
Paulus, tanta in ærariũ illata pecunia, ut collationibus ciuiũ in posterum *Census ciui-*
opus non fuerit, usq; ad Pansæ & Hircij tempora, qui primo Antonij & *bus remis-*
Cæsaris bello consules fuerunt. Id peculiare fuit Aemilio, quod cùm ple- *sus.*
bem haberet sui studiosissimam, ac maximis honoribus ab ea afficeretur,
tamẽ in optimatum secta perseuerauit, neq; ullum eius uel dictũ uel factũ
in gratiã uulgi extat: sed in repub. semper se principibus Senatus socium *Aemilij in*
adiunxit. Atq; hoc posteà temporis Appius Africano Scipioni obiecit, *optimatũ*
cõpetitor eius in censura. Cum enim Appius (qui erat eius gentis perue- *partibus*
tustus mos) senatũ & optimates, petitioni suæ studẽtes secũ duceret, Sci- *permansio.*
pio cùm ipse per se magnus, tum gratia semper populi, fauoreq; summo
usus, in forum uenit stipatus hominum ignobilium libertorumq; multitu-
dine, qui tamen in campestribus certaminibus multum, cõcitandaq; tur-
ba ualerent, ac fauore suo & clamore uiolẽter in omnibus rebus uersaren-
tur. Quod ut uidit Appius, magno clamore: Ingemisce, inquit, Paule Ae-
mili, si uel apud manes sentis, filium tuum ab Aemilio præcone, & Lici- 27
nio & Philonico ad censuram produci. Sed Scipio quidem augendo po-
C pulum, eius sibi beneuolentiã parabat. Aemilius autem quanquam opti-
matum partes constantissimè tuebatur, non minùs tamen charus populo
fuit quàm quisquam eorum qui maximè obsequendo & blandiendo gra-
tiam populi quærebant. Idq; populi studium preter reliquos honores cen-
sura ei delata euidens fecit: qui est omnium magistratuum sanctissimus,
plurimumq; potestatis habet cùm in alijs rebus, tum in arbitrio morũ. Ha-
bent eñ censores ius mouendi senatu qui indignè eo ordine uixisset, prin-
cipem senatus legendi, iuuenum intemperantiam adempto equo notan-
di: censent etiam facultates ciuium. Censa sunt Aemilio censore millia
CCCXXXVII, & CDLII. Senatus principem legit M. Aemiliũ Lepidũ, *Aemilij cen-*
quartùm eo honore functũ. Tres nõ admodũ illustres senatu eiecit, in eq- *sura.*
tumq; etiã cẽsura moderatũ se gessit. Collegã habuit Marciũ Philippum.
Plerisq; ac summis rebus cõfectis, in morbũ incidit, initiò quidẽ lethalẽ, *Morbus*
sed q tẽpore minùs periculosus redditus, difficilis tamẽ neq; facilè medi- *eius.*
cabilis erat. Itaq; medicorũ suasu Eleam Italiæ urbẽ discessit, ibiq; in ꝓdijs 28
maritimis ac tranqllis multũ tẽporis exegit. Romanis uerò desideriũ eius
incessit, ac sæpè in theatris uoces uotis reditũ eius ad urbem exposcentiũ
auditę sunt. Cùm ergò sacrificiũ solẽne esset peragendũ, uisus etiã iam satis

alleuato esse corpore reuersus Romam operatus est sacris, præsentibus A reliquis Pontificibus, turbaq; lætante circumfusa. Postridie ipse priuatim pro sua salute gratias agens sacram rem fecit, eoq; negocio expedito domum reuersus, cùm decubuisset, antè quàm mutationem ullam sentiret, mente alienatus, tertia pòst die fato functus est. Nihil ei defuit omnium eorum, quæ ad felicitatē requiri cēsemus. Nam & funus eius magno cum ciuium studio desiderioq; factum est, ornatusq; donis sepulcralibus beatissimis atq; optimis fuit: non auro, non ebore, sed beneuolentia, gratia, & honore, quibus eum non ciues modò, sed etiam hostes prosecuti sunt. Quotquot ēm fortè eo tempore Romæ fuerunt Hispani, Ligures, Macedones, ex his iuuenes, quiq; corpore erant ualido, feretrum subierunt: seniores id comitati sunt, Aemilium benefactorem & seruatorem suæ quisque patriæ inuocantes. Non enim, id modò temporis, quo magistratum gessit humanum se & clementem exhibuerat omnibus: sed & per omne uitæ suæ reliquum spacium subinde aliquid in ipsorum commodum consuluerat, curàmque eorum tanquam cognatorum & familiarium

Mors & funus.

Res familiaris eius.

gesserat. In bonis eius uix M X X D. sestertia iuuentum traditur: cuius pa- B trimonij filios suos hæredes instituit. Sed horum minor ætate Scipio datus in adoptionem Africano, ac familiæ locupletiori insertus, fratri integram hæreditatem reliquit.

TIMOLEONTIS CVM AEMILIO

comparatio.

Qui mores, quæ uita utriusq; fuisset, hactenus expositum est. Non multa autem diuersa, paucasq; dissimilitudines occursuras, si inter eos contentio fiat, perspicuū est. Bellum ēm uterq; contra illustres aduersarios gessit, hic Macedones, ille Carthaginenses. Victoria utriusq; gloriosa: quòd hic Macedoniā subegit, regniq; ab Antigono instituti successionem in septimo rege destruxit: ille omnes è Sicilia tyrannides profligauit, insulæq; libertatem restituit. Nisi quis hoc obijciendum putet, quòd Aemilius Perseum integris rebus fultum, uictorijsq; aliquot de Romanis potitum aggressus est: Timoleon in Dionysiū fractū iam planè, omniq; spe destitutū incidit. & cōtrà, quòd hic multos tyrānos, magnasq; Carthaginensiū copias uili exercitu deuicit, non uiris belli disciplinæq; militaris peritis usus, C sed cōducticio milite, incompositoq;, & qui imperia suæ cupiditati accōmodari uellet. nam æquales uictoriæ impari apparatu partæ, causam eius penes imperatorē fuisse testanī. Porrò cùm uterq; in rebus gerēdis iustus & inculpatus fuerit, id Aemilius prǽstitisse uidetur, legibus & patriǽ consuetudine ita institutus: Timoleon autem ipse se ad hunc modum comparasse. Cui rei argumēto est, quòd Romani ea tempestate omnes ex æquo modestè uiuebant, instituta maiorum, leges, & ciues suos reuerētes: inter Græcos tum nullus, excepto Dione, dux fuit, qui non missus in Siciliam corruptus fuerit. Quin etiā ipsum Dionē tyrannidē affectasse, regnumq; Laconicum quoddā somniasse multi sunt suspicati: & Gylippum Timęus scribit cum ignominia & infamia à Syracusanis dimissum, quòd eum in imperio auarum, atq; inexatiabilis cupiditatis hominem iudicassent. Quę uerò flagitia perpetrarint, quàm perfidè multa egerint Pharax Lacedæmonius, & Callippus Atheniensis, spe Siciliæ in suā potestatem redigendæ, multi perscripserunt: tametsi ij homines erāt obscuri, neq; magnis rebus præfecti. quorū alter Dionysiū Syracusis eiectū adulatus est, Callippus mercenariorum militum sub Dione dux fuit. Timoleon autem Syra-

Bellicarum rerum.

Moderatio nis.

cusanis

A cuſanis efflagitantibus imperator miſſus, ut qui non quęreret potentiam, ſed oblatum ſibi imperiū adminiſtraret, euerſione tyrannorum id finijt. Hoc quidem nomine meritò miretur aliquis Aemilium, quòd tāto regno ſubacto, ne denario quidem uno ſuas facultates auxit, imò ne uidit quidē, aut tetigit pecunias regias, quanquam in alios multa dona contuliſſet. *Continentia.* Neque ego reprehenſione dignum Timoleontem ſtatuo, qui agrum & domum à Syracuſanis acceperit: non enim turpe eſt, accipere aliquid pro geſto imperio. ſed præclariùs tamen eſt, non accipere: & abundantia uirtutis oſtenditur, ubi quod licet accipere, non curare ſe quis demonſtrat. Quemadmodum autem corpus id robuſtius habetur, quod & frigus & æſtum tolerare poteſt, & ad utranque mutationem ferendam natura aptum eſt: ſic uirtutis integra uis cenſetur, quam neque ſecundæ res plus iuſto afficiunt, ſegnémque reddunt, neque aduerſæ deijciunt. Quo nomine Timoleonte Paulus perfectior exiſtimari debet, qui in magno infortunio, grauique calamitate, in quam morte filiorum deuenit, nihil de *Fortunæ casus ut tolerati.*
B ea maieſtate, animíque magnitudine quam feliciſsimo rerum ſucceſſu geſſerat, diminuit. Timoleon contrà egregio facinore edito cæde fratris, non reſtitit ratione affectui, ſed pœnitentia doloréque fractus, uiginti totos annos fori & tribunalis conſpectu ſe abſtinuit. Turpitudinem quidem fugiendam eſſe, ac cauendam, uerum eſt: omnem uerò ignominiam uereri, modeſti quidem id, & ſimplicis, puſilli tamen animi eſt.

PLVTARCHI PELOPIDAS,

[illegible]

Auguſtano interprete.

ATO maior quibuſdā hominē temerarium, nullàque ratione pericula ſubeuntem, audacémque in bello laudantibus, reſpondit, Intereſſe utrum quis uirtutem magni, an uerò uitam parui pendat: rectè id quidem. & quod ſubiſigam, eiuſdem eſt ſententiæ. *In audaciā & temeritatem.* nota
C Erat in exercitu Antigoni miles quidam audax, cæterùm malè affecto, morbiſq; corrupto corpore. Ab eo cùm rex palloris cauſam quæſiuiſſet, occulto ſe morbo conflictari faſſus eſt. Rex, ut erat ingenio liberali, medicis mandauit, ut ſi quid auxilij reſtaret, omni cura ad ſanandum hominem incumberent. Reſtitutus ſanitati miles, nō ut antè periculis ſeſe obijcere, neq; eodem in pugnam impetu ferri: adeò ut rex quoq; miratus eam mutationem, culpauerit ipſum. Ille uerò cauſam apertè his uerbis detexit: Vt minùs eſſem audax, ipſe tu, ô rex, effeciſti, cùm malis me iſtis liberaueris, propter quæ uitam contemnebam. Et in hanc ſententiam Sybarita quidam de Lacedæmonijs dixiſſe uidetur, rem non magnam eos præſtare, quòd mortem in bello expetant, quæ eos à tot laboribus, uitaq; triſti ratione liberet. Veruntamen Sybaritis luxu mollicieque perditis hominibus non mirum ſi uitam odiſſe iudicentur, qui ſtudio uirtutis ac gloriæ mortem contemnant. Lacedæmonijs autem uirtutis fuit uiuere libenter, & æquo animo mori: idq; patet ex inſcriptione ſepulcri: *præclarum exemp.* *De contemptu mortis.*

His neq; defungi uiſum eſt, neq; uiuere pulcrum:
Cura fuit rectè uiuere, ſicq; mori.

Nam

Nam neq; fuga mortis in uitio est, si quis uitam nõ turpiter expetat: neq; laudi datur mortem subsistere, cùm id uitæ comtemptu fiat. Itaq; Homerus cum exire in pugnam uiros fortisśimos scribit, bene ac splendidè armatos eos facit: & cõditores legum apud Græcos, non eum qui gladium aut lanceam, sed qui cylpeum amisisset, puniũt. innuentes priorem sui tegendi, quàm hostis lædendi curam habendam: præserrim uerò ciuitatis aut exercitus principi. Si enim, ut Iphicrates distinxit, manibus leuis armatura, pedibus equites, ipsa autem phalanx pectori & thoraci, capiti dux respondet: sanè hic si temere pericula adeat, non sui ipsius, sed omniũ eorum quorum salus ab ipso pendet, curam abiecisse censebitur: atq; idem de diuersa parte sentiendum. Quare Callicratidas, magnus alioquin uir, aruspici monenti ut mortem, quam ei exta minarentur, caueret, malè respõdit, Non in uno homine Spartæ res sitas. pugnans enim, aut nauigans Callicratidas, aut militans, unus erat: cum uerò dux esset, omnes in se complectebatur: neq; pro uno iam censendus is fuit, qui tot hominum secum interitũ traheret. Rectiùs Antigonus senior apud Andrum naualli pugna decertaturus, cuidam dicenti multo plures esse hostium naues, Me uerò, inquit, quot nauib. opponęs? Etenim plurimũ (ut est re ipsa) esse in duce situm iudicabat perito, ac uirtute prędito, cuius prima cura est, ut eum cõseruet, à quo salus reliquorum omnium pendet. Rectè etiam Timotheus, qui Charete Atheniẽsibus cicatrices quasdam, clypeumq; lancea perfossum ostentãte, At ego, ait, summo pudore affectus sum, cum in oppugnatione Sami telum prope me decidisset, quòd temeritate ultrà elatus essem quàm tanti exercitus ducem deceret. Enimuerò quando pugna ducis magnum ad summam rei momentum affert, manibus ei est, totoq; corpore utendum, neq; parcendũ uitæ: iussis ualere ijs qui imperatorem bonum aut senem, aut senectuti certè uicinum mori debere asserunt. ubi uerò parùm profici potest eius audaciam fortuna adiuuante, contrà uerò eius casum pernicies rerum comitatur, nemo iam cum periculo ducis rem geri à milite uelit. Hæc præfari mihi subijt uitam Pelopidæ, ac Marcelli scripturo, magnorum uirorum, & quibus sua temeritas exitiũ attulit. cùm enim uterq; & manu promptisśimus fuisset, & bello præclarisśimè gesto patriã exornasset, grauisśimosq; aduersarios, hic Annibalem insuperabilẽ antè, primus prœlio fudisset, alter Lacedæmonios terra mariq; imperantes acie uicisset: temere suæ salutis cura omissa in periculum sese coniecerunt, ac uitam eo uterq; tempore proiecit, quo maximè eum saluum esse, & remp. gerere attinebat. Ideò similitudinem secuti, uitas eorum ita ut inter se conferri posśint, perscribemus. PELOPIDAS Hippocli F. claro inter Thebanos genere, ut & Epaminondas, ortus fuit. Educatus in magnis opibus, iuuenisq; adhuc patrimonium splendidũ adeptus, indigentibus, & auxilio dignis opem ferre intendit, demonstraturus nõ seruum, sed dominum se bonorum suorum esse. Maior enim pars hominum, ut ait Aristoteles, aut non utitur diuitijs suis, qui sunt illiberali & sordido præditi ingenio, aut ob prodigalitatẽ ijs abutitur: quorũ alteri negocijs, alteri uoluptatibus nunquã non sunt dediti. Cum uerò multi liberalitate & benignitate Pelopidæ grato animo fruerentur, soli amicorum Epaminondę ab eo persuaderi non potuit, ut diuitiarũ partẽ aliquam acciperet. Huius quidẽ paupertatẽ Pelopidas æmulatus est, uestis & uictus tenuitate, labores impigrè subeundo, & militiæ honestè uersando decus sibi quærẽs (exẽplo Capanei Euripidei, cui cum essent magnę opes, nequaq; tamẽ ijs exultabat) ac turpe existimabat, si ad cultũ corporis pluribus uteretur q; pauperri-

Margin notes: Ducem cautũ esse debere. A B C Pelopidæ genus. Liberalitas. Epaminondæ paupertas.

A pauperrimus aliquis Thebanorum. Cæterùm Epaminondas paupertatē sibi à parentibus traditam, philosophiæ studio, uitaq; solitaria, quam initiò delegerat, magis adhuc leuem & expeditam reddebat. Pelopidas, etsi erat ei uxor illustri loco nata, ac liberi, nihilominus tamen quærendæ pecuniæ studium negligens, atq; omne tempus publicis negocijs impendens, rem familiarem corrumpebat: amicisq; aliquando monentibus, nō rectè cum pecuniæ, rei necessariæ, curā abijcere, Necessariæ, inquit, mehercle Nicodemo huic: hominem demonstrans claudum cæcumq;. Erat in utroq; ingenium natura ad omnem uirtutem aptum: nisi quòd exercitationib. magis gaudebat Pelopidas, Epaminondas studijs: atq; hic audiendis doctoribus, & philosophando, ille palæstræ & uenationib. ocium dicabat. Sed cum in utroq; multa fuerint, qbus summā gloriā mererent, nihil tamen à sapientib. iudicatū est præstantius fuisse beneuolentia eorū & amicicia, quam ab ineūte ætate per tot certamina, imperia, actionesq; in repub. inculpatam ad finem usq; conseruauerunt. Etenim considerans aliquis qua inuidia Aristides, Themistocles, Cimon, Pericles, Nicias, Al-

Amicicia Pelopidæ cum Epaminonda.

B cibiades, quibus contentionibus & obtrectationib. mutuis in repub. sint uersati: rursusq; expendens qua beneuolentia & obseruantia Pelopidas ac Epaminondas se mutuò in administrādis communib. rebus coluerint: intelliget rectius hos ac iustiùs collegas dici posse, quàm illos, qui mutuis ac perpetuis in certaminibus uictoriā unus de altero, quàm de hoste, reportare magis cōtenderunt. Quod ne his eueniret, causa fuit uera uirtus, propter quam cùm in rebus gerendis non gloriam, neque diuitias (quibus grauis illa & peruicax innascitur inuidia) quærerent, sed initiò amore quodam diuino utercq; correptus, patriam sua ipsorum opera ad summas opes ac splendorem erectam uidendi, communia inter se sua præclara facinora habuerunt. Pleriq; censent eam tam arctam ipsorum amiciciam prœlio ad Mantineam natam, in quo unà fuerunt, misso Lacedæmonijs adhuc socijs & cōfœderatis auxilio à Thebanis. Constituti enim unà in peditum acie, pugnantesq; in Arcades, cùm cornu Lacedæmoniorum propinquum cederet, ac pleriq; se in fugam darent, globo facto irruentium hostium uim sustinuerunt. Ibi Pelopidas septem aduersis uulneribus acceptis inter multa hostiū amicorumq; cadauera collapsus est. Epa-

Mantinensis pugna.

C minondas, etsi actū de uita eius putabat, corpus tamen armaq; eius ut seruaret, prosiluit, unusq; aduersum multos pugnauit, mori potiùs, q̃ iacentem Pelopidam deserere statuens. Hoc quoq; iam in extremo uersante periculo, pectusq; hasta saucio, & brachium gladio, Agesipolis Spartanorum rex ab altero cornu succurrit, & utrumq; iam desperatum seruauit. Secundum hæc cum Spartani uerbo quidem socios se & amicos The- 3
banorum ostenderent, reipsa autem ciuitatis magnanimitatem, potentiamq;, maximè autem Ismeniæ & Androclidæ societatē, cuius erat particeps etiam Pelopidas, suspectam haberent, quòd libertatis ea popularisq; in repub. status studiosa uideretur: Archias, Leontidas, & Philippus homines locupletes, ac qui penes paucos summam rerum esse cuperent, Phœbidæ Spartano persuaserūt, ut cum exercitu subitò, pfectus Cadmiā (quæ est arx Thebarum) occuparet, eiectisq; aduersarijs rempub. in paucorum potestatem traditam Lacedæmoniorum imperio subijceret. Paruit hic consilio, ac Thebanos Thesmophoria sacra agentes ex improuiso adortus, arcem cepit. Ita Ismenias abreptus, ac Spartam ductus, paulo pòst necatus est. Pelopidas autē, Pherenicus, & Androclides cùm permultis alijs aufugerunt, exilioque damnati sunt: Epaminondas in 4
patria

Phœbidas Spartanus contra fœdus arcem Thebanam occupat.

patria remansit, contemptus ab inimicis ac neglectus, ut qui philosophiæ **A**
uacans, à rebus gerendis alienus esse, neque quicquam per paupertatem
posse uideretur. Lacedæmonij porrò Phœbidam magistratu deiectum
mille minis mulctauerunt, nihilominus tamē arcem præsidio tenuerunt.
Id tam absurdum eorum factum omnes Græci mirabantur, quòd cuius fa-
cinoris autorem pœna affecissent, facinus tamen reipsa approbarent. At

Tyrannis Thebæ subiectæ.

Thebanis pristina reipublicæ forma spoliatis, & ab Archiæ Leontidæq;
factione in seruitutem redactis, ne spes quidem excutiendi iugi restabat,
cùm tyrannidem Lacedæmoniorum potentia stipatam destrui nō posse
uidebant, nisi quis terræ marisq; imperiū his ademisset. Leontidas præte-
reà cùm exules Athenis degere gratosq; multitudini esse, & in honore ab
optimatibus haberi accepisset, occultè insidias eis tendit: submissisq; eò
ignotis hominibus, Androclidā fraude sustulit: reliqui necem effugerūt.
Missæ sunt etiam à Lacedæmonijs literæ ad Athenienses, quæ manda-
rent ijs ne reciperent exules, neue adiuuarent, sed pellerent eos, qui com-

Atheniensium in Thebanos gratitudo.

munes à socijs hostes essent iudicati. Sed Athenienses, qui præter huma-
nitatem innatam ipsis, ac à maioribus propagatam, etiam gratiam Theba- **B**
nis referendam putarent: (hi enim reditum populi cùm primis adiuue-
rant, decretoq; cauerant, si quis Atheniensium arma contra tyrannos fe-
rens per Bœotiam iter faceret, ne quis Bœotorum id uel uidere se, uel au-
dire pre se ferret) exulibus nihil mali attulerunt. Pelopidas interim, etsi e-
rat inter minimos natu, cùm priuatim singulos exulū stimulare, tum ad u-

Pelopidas patriæ recuperandæ cōsilia tractat.

niuersos orationē habere. Neq; piè eos agere, neq; honestè, q patriā tyrā
nide armata pressam negligerent, suæ tantū uitæ ac salutis rationē ducen
tes: qui ab Atheniēsium decretis pendere satis haberent, oratoresq; eo-
rum demereri, quinimò cum periculo præclarissimā rem tentandā, resipi-
ciendumq; ad Thrasybuli exēplum, utq; hic Thebis quōdam profectus A-
thenas tyrannide liberasset, ita ipsis iam ab Athenis ad liberandū Thebas
contendendū. Vt persuasit suis, missi sunt clam Thebas ad amicos ibi reli-
ctos, ijsq; qd decretū esset, renunciatū. Approbauerūt hi, & Charon, qui
erat clarissimus omnium, domum suam ipsis obtulit: Philidas cōfecit, ut
ab Archia & Philippo Polemarchis (magistratus hoc nomen est) scriba
legeretur. Epaminondas autem iamdudum audacia iuuenes impleuerat. **C**
Iusserat enim eos in gymnasijs cum Lacedæmonijs luctari, cumq; uicto-
ria exultare uideret, uerbis increpabat, pudendum potius dictitās, quòd
metus causa illis seruirent, quos robore tantum uincerent. Die ad consi-
lium exequendum statuta, hæc sententia placuit, ut Pherenico cum reli-
5 quorum coacta manu in Thriasio expectante pauci quidam ex natu mi-
noribus in urbem intrandi periculum susciperent: quibus si quid ab ho-
stibus accidisset, reliqui omnes operam darent, ne illorum parentes libe-
riq; ulla re necessaria indigerēt. Hoc negociū primus omniū in se recepit
Pelopidas: tum Melo, Damoclidas, Theopompus, uiri nobilissimi, &
inter se summa fide amiciciaq; iuncti: quibus tamē de gloria uirtutis per-
petua fuissent certamina. Hi duodecim (tot enim omnino erant) salutatis
reliquis, præmissoq; ad charonē nuncio, chlamydibus breuibus induti,
6 catulosq; uenatorios, & uarros secum ferentes progressi sunt: ut ne quis
obuiam factus tale quicquam eos moliri suspicaretur, sed animi causa ua-
gari, uenatumq; ire suspicaretur. Charon ut ad eum nuncius uenit, atq; in
itinere esse eos indicauit, uirum fortem se præstitit, neq; instanti periculo
animum uertit, sed domum eis suam præbuit. Hipposthenidas autem
quidam, neq; malus homo, & patriæ amans, sed cui tantum audaciæ non
adesset,

A adesset, quantum occasio præceps ista, & rerum propositarum moles desiderabant, impendentis certaminis magnitudine æstuans, ac uix tum cogitatione assequens, hoc facto nonnihil etiam imperium Lacedæmoniorum concussum iri, seq; fretos hominum egenorũ ac exulum opera, Spartanam potentiam cõuellere aggressos: hæc reputans, tacitus domũ abit, quẽdamq; ex amicis ad Melonem & Pelopidam mittit, differre eos rem, reuersosq; Athenas, commodiorem occasionẽ præstolari iubens. Chlido (id eñ erat nuncio huic nomẽ) celeriter domũ suã cum petijsset, equumq; eduxisset, frenum mulierem poposcit: quę cùm eo non inuento hęsitaret, ac familiari cuidam dedisse diceret, conuicia primùm extiterunt: inde ad imprecationem mulier conuersa, infaustum marito, mittentibusq; eum id iter optauit: itaq; Chlido iratus magnam diei partem cùm exegisset, simulq; id iurgiũ in omen uerteret, ab itinere omnino destitit, aliamq; rem agere cepit. Adeò parum abfuit, quin pulcerrimum & maximum facinus initiò statim occasione excideret. Pelopidas uerò cum suis, uestimenta rusticorum induti, atq; in partes diuisi, alij per aliam portam in urbem per- Chlido. Pelopidas Thebas intrat.

B uenerunt, durante adhuc die. Commodùm mutata tẽpestate uentus cum niue ingruerat, ideoq; plerisq; domũ suam dilapsis, faciliùs fallebãt: quib. uerò negociũ datum erat, ij singulos ut aduenerant in domũ Charonis statim deduxerunt: ibi collecti sunt unà cum exulibus homines duo dequinquaginta. Cæterùm res tyrannorũ eo tum erant statu. Philidas scriba exulibus rei institutæ conscius erat, adiutorq;, uti retulimus. Is ad eam diem multo antè Archiam, eiusq; socios ad compotationem inuitauerat, matronasq; eòdem adducturum promiserat, id moliens, ut quàm maximè dissolutos uoluptate & ebrios suis traderet. Cùm iam parum ab ebrietate abessent tyranni, indicium quoddam de exulum in urbem aduentu allatum eis est, non uanum quidem, sed obscurum tamen, nec satis certum. Ac tametsi Philidas aliò sermonem deflectebat, tamen Archias misso lictore Charonem ad se confestim uenire iussit. Vespera tum erat, iamq; se Pelopidas cum suis thoraces induti, gladijsq; armati ad facinus parabant, cùm subitò pulsata ianua quidam accurrens, ut audiuit à lictore Charonem ad Polemarchos accersiri, perturbatus intrò id nunciauit. Omnes extemplò in eam cogitationem uenerũt, rem indicio delatã, omnesq; ipsos perijsse, 7 Philidæ in tyrãnos insidiæ.

C nullo uirtute digno facinore adhuc edito: attamen placuit, ut Charon obtemperaret, ac suspicionis uitandæ causa ad magistratus iret. Erat alioquin is uir animosus, constantisq; in periculis audaciæ: tunc uerò propter ipsos consternatus, summoq; in animi angore erat, ne si tot tantiq; ciues simul perijssent, aliqua proditionis suspicio in ipsum recideret. Quamobrem abiturus iam, filium, qui puer adhuc, pulcritudine & robore omnes æquales superabat, è gynæceo sumptum Pelopidæ tradidit, iussitq; ut si proditionis se alicuius aut perfidię reum putarent, nihil filio parcerent, sed hostis loco haberent. Multis id factum Charonis, animiq; altitudo lacrymas excussit: omnes uerò indignati sunt, quòd quenquam ex ipsis adeò timidum, pręsentiue statu rerum perditum putaret, qui de ipso sinistri aliquid suspicaretur: precatiq; sunt, ne filium ipsis permisceret, sed è medio remoueret, ut euitata tyrannorum ui superstes, ultor patriæ amicorumq; clàm educari posset. Verùm id Charon abnuit, negans ullam se uidere uel uitam, uel salutem filij potiorem, quàm ut sine cõtumelia cum patre, totq; amicis mortem opperat: ita Deos comprecatus, salutatisq; & oratione confirmatis omnib. abijt, studiosè uultũ uocemq; ad id componens, ut quàm maximè alienus ab his quæ agebat uideri posset. Postq; ad Charonis fortitudo.

ostium peruenit, progressi ad eum Archias & Philidas: Audiuimus, in- A
quiunt, quosdam furtim in urbem irrepsisse, occultarique eos, & adiuuari à ciuibus nonnullis. Ad ea Charon initiò nonnihil perturbatus, postquàm percontatus quinam ij essent, aut à quib. occultarentur, nihil certi quod responderet habere Archiam uidit, indiciumque id à nullo rei conscio delatum esse coniecit: Videte ergo, inquit, ne quis uos uanus sermo solicitos teneat: & tamen inquiram de re hac, nihil enim fortassis huiusmodi contemnendum planè sit. Hoc dictum eius Philidas collaudauit, Archiamque abductum, rursus multo mero obruit, speque mulierum potiendarum ut poculis indulgeret pellexit. Charon autem domum reuersus, Pelopidam cum suis paratum uidit, non ut qui salutem aut uictoriam sperarent, sed mori honestè & multa cum hostium cæde statuissent: his re detecta, reliquis mentitus est de certis negocijs Archię ad se sermonẽ fuisse. Vix dum prima tempestas hæc transierat, cùm alteram fortuna eis immisit. Venit quidam missus Athenis ab Archia pontifice ad Archiam Thebanum hospitem suum & amicum literas ferens, quibus (ut est postea cognitum) non uana aut conficta quædam suspicio, sed aperta totius rei indicia con- B
tinebantur. Is tabellarius adductus ad Archiam ebrium, traditis literis, eum qui miserit iussisse dixit, ut statim eas legeret: scriptas enim de re graui. Ad hoc subridens Archias, resque serias in crastinum differẽdas dicens, sub puluinari literas reposuit, rursusque Philidę colloquenti aures prębuit. atque id Archiæ dictum in prouerbiũ tractum, hodieque apud Græcos usitatum est. Vt occasio rei gerendæ aduenisse uisa est, domo Charonis egressi in duas partes abierunt: Pelopidas & Damoclidas cum altera parte Leontidam & Hypatẽ uicinos adorturi, cum altera Charon & Melo Archiam & Philippum aggressuri. Atque hi thoracibus muliebres uestes iniecerunt, densisque ex abiete & pinu coronis facies obumbrauerunt, ita ut cum primùm in foribus cœnaculi adstitissent, conuiuæ strepitum plausumque sustulerint, rati mulieres quas dudum operiebantur aduenire. Sed ubi diligenter contemplati omnes conuiuas, obuerso in omnes partes uultu, quis esset unusquisque eorum didicere, ac gladijs strictis Philippum Archiamque petierunt, iamque qui essent patuit: pauci accumbentium Philidæ suasu quieti sederunt, reliquos unà cum Polemarchis assurgentes, & se tueri aggressos propter eorum temulentiam non magno negocio ob- C
truncauerunt. Pelopidæ uerò difficilius fuit propositum exequi Leontidam uirum acrem ac sobrium aggredienti, qui iam clausis ianuis quieti se dederat. Diu eos ianuã pulsantes nemo audijt: tandem prodijt famulus, obicemque remouit. Simul patefactæ sunt fores, & Pelopidas cum suorum agmine irrupit, summotoque famulo ad cubiculum contendit. Leontidas è strepitu & cursu quid rei ageretur intelligens, è lecto surrexit, pugionemque strinxit, oblitus lucernam extinguere, (quod si fecisset, ipsi per tenebras mutuis se uulneribus læsissent hostes) in multo lumine conspectus, ad fores cubiculi occurrit, primoque ingredientem Cephisodorum percussit, eoque collapso, cum Pelopida est congressus. Pugnam difficilem & angustia ianuæ, & iacens in medio cadauer Cephisodori reddebant: uicit tamen Pelopidas, interfecitque Leontidam. Inde ad ædes Hypatæ contenderunt, eodemque modo irruperunt, fugientemque eum ad uicinos è uestigio secuti, appræhensum necauerunt. His confectis cum Melone se coniunxerunt, missisque in Atticam, qui relictos ibi exules accerserent, ciues ad libertatem uocauerunt, eosque qui se adiunxissent ipsis armauerunt, spolia porticibus affixa detrahentes, tabernasque eorum qui hastas & gladios

Tyranni à Pelopidæ socijs trucidantur.

Leontidam Pelopidas necat.

Hypates cæditur.

A gladios fabricabantur ui diripientes. Venerunt porrò eis auxilio Epaminondas & Gorgidas cum haud parua manu armatorum, quos è iunioribus senioribusq; optimos delegerant. Vrbs interim ipsa tota erat consternationis ac terroris plena, & lucernæ undiq; conspiciebantur, discursusq; hominum: neq; cōposita erat adhuc multitudo, sed attoniti eo casu, incertiq; rerum diem expectabant. Quapropter peccasse uidentur Lacedæmoniorū duces, qui non statim impetum in hostes fecerint, ac manum cōseruerint (cùm & in præsidio essent mille quingēti uiri, & ex urbe multi ad ipsos confluerent) sed clamorem, ignes, turbamq; hominum undiq; discurrentē metuentes, arcem tenere contenti quietem egerint. Summo manè præstò fuerunt ex Attica exules armati. Tum populo in concionem conuocato, Epaminondas & Gorgidas Pelopidam cum suis in medium produxerunt, cinctos sacerdotibus serta protendentibus, populumq; ad aris focisq; opem ferendā hortātibus: assurrexit his cōcio tota cum plausu & clamore, uiros eos ut benefactores suos salutisq; autores excipiēs. Inde Pelopidas collegis Melone & Charone Bœotorū dux electus, statim
B munitionib. arcem cinxit, & undiq; oppugnauit, cupiens Lacedæmonijs expugnatis Cadmeam antè liberare, quàm Lacedæmone exercitus adduceretur. Et sanè eum tam paruo spacio anteuertit, ut Lacedæmonij, qui arcē ei accepta impunitate dimissi reddiderāt, cùm Megaram uenissent, Cleombrotum ibi cum magno exercitu Thebas tendentem obuium habuerint. Spartani autem è tribus præfectis, quibus Thebas commiserant, Hermippidam & Arcissum damnatos morte affecerunt: Dysaoridas ingenti mulctatus pecunia spontè Peloponneso excessit. Hanc actionem, quòd & uirtute uirorum, & periculis, & certaminibus Thrasybuli facto similis, pariq; modo à fortuna esset administrata, germanā eius Græci nominarunt: neque enim facilè alios dicere quisquam potest, qui pauciores de pluribus, ac magis ab omni re destituti de potentioribus uictoria per audaciam ac strenuitatem impetrata, patriæ suæ maiorum bonorum autores extiterint. Verùm Pelopidæ actionem mutatio eam consecuta illustriorem reddidit. Bellum enim quod Spartæ maiestatem euertit, quod dominium terræ marisque eis ademit, ex ea nocte originem traxit, qua Pelopidas cum undecim hominibus reuersus, soluit (ut translatione ueri-
C tatem exprimam) & discidit uincula Lacedæmonij imperij, quæ neque dissolui neque rumpi posse uidebantur. Cùm uerò Lacedæmonij magnas in Bœotiam copias adduxissent, perterriti Athenienses societati Thebanorum renunciauerunt, & eos qui Bœotis fauere uiderentur in iudicium pertractos morte, exilio, aut mulcta pecuniaria puniuerunt: uidebantúrque Thebanorum omni auxilio destitutorum res malo in statu collocatæ. Erant eo tempore Bœotorum duces Pelopidas & Gorgidas: hi ut rursum Athenienses cum Lacedæmonijs committerent, tali dolo dissidium inter eos machinati sunt. Sphodrias Spartanus, uir bello clarus, leuis tamen animi uanæq; spei & stultæ arrogantiæ plenus, apud Thespias relictus erat cum exercitu, ut eos qui à Thebanis deficerent, reciperet ac tueretur. Ad hunc priuatim Pelopidas amicum quendam negociatorem mittit, qui pecuniam ei adferret, ac uerba ad persuadendum maioris quàm pecuniam efficaciæ. tentandum illi aliquid egregij facinoris, Piræeumq; subito impetu imprudentibus Atheniensibus occupandum. nam & Lacedæmonijs gratius nihil accidere posse, quàm si Athenas in suam potestatem accipiant: & Thebanos Atheniensibus, quibus ut proditi ab eis infensi essent, nullum auxilium laturos. His tandem persuasus Spho-

Cadmeam recuperat Pelopidas.

Thrasybuli & Pelopidæ facta similia.

Athenięses cum Spartanis astu Pelopidæ committuntur.

Sphodriæ facinus.

drias, noctu motis castris Atticam inuasit, & usq; ad Eleusinē progressus A est: ibi militibus metu trepidantibus, cùm Athenienses nequaquam fefellisset, bellumq; alieno tempore, & Spartanis minimè ad id gerendum instructis conturbasset, re infecta Thespias exercitum reduxit. Secundum hoc factum, Athenienses Thebanis summa cum alacritate auxilium tulerunt, & mari quoq; rem gerere cœperunt, Græcosq; qui à Lacedæmonijs defectionem moliebantur, circumeuntes ipsi sibi adiunxerunt. Thebani ipsi pro se in Bœotia crebrò cum Lacedæmonijs certātes, ac prœlia committentes non magna quidem ea, sed in quæ tamē magnam curam exercitationemq; impenderent, simul & animos excitabant, & corpora labori adsuefaciebant, atq; illis è conflictibus peritia, & usu rei bellicæ, audaciaq; augebantur. Ideoq; ferunt Antalcidam Spartanum Agesilao saucio è Bœotia redeunti dixisse: Egregiā profectò mercedem doctrinæ à Thebanis refers, qui eos nolentes bellum gerere & pugnare docuisti. Quanquam re uera magistrum eius rei non Agesilaum habuerunt, sed eos, qui per occasionem & cum ratione Thebanos catulorum instar peritè cum Spartanis commiserunt, gustuq; uictoriæ præbito, contenti fuerunt. Inter B quos præcipua fuit Pelopidæ gloria, quem Thebani ab ea die, qua primùm ducem belli elegerunt, nunquam non quotannis alicui magistratui gerendo destinauerunt: sed ad finem uitæ usq; semper aut sacræ cohortis dux, aut princeps Bœotorum fuit. Apud Plataeas quidem & Thespias uicti fugatiq; sunt alioquoties Lacedæmonij, ubi Phœbidas etiam, is qui cœperat Cadmeam, cecidit: multos quoq; apud ipsam Tanagram fudit, & præfectum Panthœdam interfecit. Verùm hæc prœlia ut uictoribus audaciam auxerunt, ita superatorum animos non omnino tamen deiecerunt: non enim tota acie, aut aperta iustaq; pugna decertabatur, sed excursionibus modò breuibus ac subitis hostem Thebani adorti in fugam cōijciendo, persequendoq; superiores erant. At prœlium apud Tegyras factū, quod quasi præludiū fuit Leuctrici, Pelopidā ad summāgloriam extulit: quo quidē neq; locum collegis disceptandi de laude partæ, neq; hostibus excusationem amissæ uictoriæ reliquit. Orchomenus ad Spartanos defecerat, ac præsidij loco duas cohortes ab eis acceperat. Huic semper intentus Pelopidas, occasionemq; recuperandæ expectans, ut accepit milites in præsidio positos in agrum Locrensem profectos, sperans se C desertam Orchomenum capere posse, eò sacram cohortem, & haud multos equites duxit. Verùm ut iam urbi appropinquans aliud eò præsidium Lacedæmone missum resciuit, retrò exercitum abduxit per Tegyras circum radices montium, quod ei solum iter patebat. Nam Melas fluuius qui statim à fontibus suis in paludes nauigabiles ac lacus diffundit, media uia transitum prohibet. Parum infra paludes templum est Apollinis Tegyræi, & oraculum, cuius haud ita pridem defecerant sortes: floruit enim usq; ad bellum Medicum, præfecto tum ei oraculo Echecrate. Hic natum esse Apollinem fabulantur. Nam & mons iuxtà, ad quem effusiones Melæ terminantur, Delus nominatur: & post templum duo scaturiunt fontes dulcedine, copia, & frigore aquarum mirabiles, quorū alterum hodie etiam Palmam, alterum Oleam appellamus: quasi non intra arbores, sed fontes duos Dea pepererit. Nam & locus propinquus, cui Ptoum nomen est, quòd ibi subitò apparente apro perterrita fuerit Latona, & quæ de Tityo & Pythone feruntur, natalibus Dei cōsentanea sunt: ut iam pleraq; alia indicia omittam. Nam à maioribus nostris ita accepimus, Apollinem non unum esse ex ijs dijs, qui mortales nati, mutatione deinde immortales

Antalcidæ dictū in Agesilaum.

Victoriæ Thebanorū de Spartanis.

Prælium apud Tegyras.

Apollinis locus natalis.

Apollo qualis Deus.

A mortales facti sunt, quo in numero est Hercules & Liber: sed de æternis,
ac nunquam natis unum esse statuemus, siquidem sapientissimorum ac
uetustissimorum hominum iudicijs de eo stare uelimus. Porrò ut Tegy-
ras peruenerũt Thebani ab Orchomeno redeuntes, eodem temporis ar-
ticulo Lacedæmonij ex Locrensi agro reuersi ibi cis occurrerunt. Quos
per angustias transire quidam conspicatus, ad Pelopidam accurrit, &, In-
cidimus, inquit, in hostes: quinimò, respondit hic, illi in nos potiùs. Simul
equites, qui agmen claudebant, præuehi iussit, tanquam illos primùm in
hostem immissurus: pedites autem, quos habebat secum trecentos, in ar-
ctum coëgit, sperans qua parte cum his esset impetum facturus, ea se ho-
stium, qui numero longè erant superiores, ordines disiecturum. Erant au
tem duæ cohortes (Moras ipsi uocant) Lacedæmoniorum, quarũ utraq; *Mora quid?*
quingentis militibus constabat, ut Ephorus tradit: nam Callisthenes se-
ptingentos, Polybius & alij quidam nongentos asserunt. Itaq; audacter
Spartanorũ duces Gorgoleon & Theopompus in Thebanos irruerunt:
ac maximè eo loco, quo duces utrinq; stabanr, initium prœlij fuit, magno
B animorum ardore & impetu. Primi ergo duces Lacedæmoniorum cum *Pelopidæ*
Pelopida cõgressi ceciderunt: inde proximis ictis ac motientibus, totum *uictoria.*
exercitum metus peruasit, & utrinq; Thebanis transeundi ac pergendi
spacium dederunt. Sed Pelopidas perrumpendi consilio misso, quà den- 9
sissimi erant hostes, eò cum suis irrupit, ac cæde omnia prostrauit: donec
effusè fugam facerent hostes. Non ausus procul insequi eos (nam & Or-
chomenios propinquos, & quod successerat priori præsidium Spartano-
rum metuebat) eo usq; institit, dum certa uictoria esset, toto exercitu ho-
stium superato: inde fixo trophæo, mortuisq; spoliatis, domum Thebani
redierunt, animis, ut par erat, elati ac fiducia aucti. Tot enim ante eam pu-
gnam bellis barbaricis Græcisq;, nunquam maior numerus Lacedæmo-
niorum fuerat uictus à paucioribus hostibus: imò neq; æquo numero cõ-
gressi, uictoriam amiserant. quamobrem sustineri eorum audacia non pò
tuerat hactenus, gloriaq; sua aduersarios perterrebant, ne ipsos quidem
sperantes Spartanis si æquis uirib. certarent, pares fururos. Primum hoc
prœlium Græcis documento fuit, uiros bellicosos non apud Eurotam
tantùm, locóue inter Babycam & Cnacionem nasci: sed ubicunq; iuue-
C nes existant, qui turpitudinẽ fugianr, in rebus honestis audere uelint, ma-
gisq; ignominiam, quàm pericula timeant, eos maximum hostibus terro
rem incutere. Cæterùm sacram cohortem primus, ut memoratur, Gorgi- *Sacra cõ-*
das composuit è uiris electis trecentis, quibus ciuitas uictum & exercita- *hors.*
tionum adminicula præbebat, castraq; in Cadmea habebant: unde etiam
ea cohors urbana dicebatur. eo enim tempote arces urbium nomine po-
tissimùm afficiebantur. Alij tradunt, cohortem eam ex ijs conflatam qui
se mutuò amarent. Pammenisq; cõmemoratur iocosum dictum, qui Ho-
mericum Nestorem fuisse peritum instruendæ aciei negauerit, iubentem
Græcos curiatim ac tributim ordines componere,

Curia curiæ ut auxilio, tribui tribus esset: 10

fuisse potiùs amatorem iuxta suum amasium collocandum. Nam tribu- *Amoris mu*
les, & qui sunt eiusdem curiæ, non magnam unum alterius in periculo ra- *tui uis in pu*
tionem ducere: at cuneum ex ijs qui mutuo amore sunt iuncti conflatum *gna.*
dissolui ac perrumpi non posse, cùm hi se mutuo uereantur, ac uerecun
diæ causa unus pro altero periculum subeat. Neq; hoc mirum est, quan-
do absentium quoq; suorum amicorum maiori tenentur, quàm aliorum
præsentium reuerentia: quemadmodum is, qui iacens hostem confossu-

rum precatus est, ut per pectus ensem adigeret, ne per tergum accepto A uulnere mortuũ uidens amasius pudore afficeretur. Ferunt etiam Iolaum Herculis amasium, unà cum eo certamina obijsse, auxiliumq́ tulisse amatori. Et Aristoteles sua ætate ait apud sepulcrũ Iolai amatores & amasios mutua se fide obligare solitos fuisse. Consentaneum itaq; est ea ratione cohortem sacram nominatam, qua Plato amatorem diuini amici nomine insignit. Ac traditum est, eam usq; ad pugnam Chæronensem inuictam perdurasse: ut uerò ea uictor inspexerit cadauera Philippus, eoq́ in loco adstiterit, quo trecenti isti aceruatim iacebant, sarissis, quibus aduerso pectore in angustijs occurrerant, confixi, miraculo rei motum interrogasse quinam fuerint: cumq́ audiuisset, esse cohortem amantium, cum fletu dixisse: Malè pereant, qui hos facere aut pati aliquid obscœnum suspicantur. Cæterùm amatoriæ huius inter Thebanos consuetudinis origo non est, ut poëtæ tradiderunt, à Laij casu tracta. sed legumlatores, ut statim eorum fera & immoderata ingenia à teneris annis emollirent, frequẽtem in rebus cùm ludicris tum serijs usum tibiæ adhibuerunt, eiq́; honorem & primum locum dederunt: amorem autem euidentem in palæstra educa- B uerunt, eo adolescentium animos inter se commiscentes & temperantes. Rectè etiam eodem consilio deæ Marte & Venere natę Harmonię urbis tutelam adscripsérũt: innuentes ibi rempub. quàm optimè compositam, plurimumq́ concinnitatis habituram, ubi bellicosi ingenij homines moribus, obsequio & gratia aptis quàm plurimùm adsuescerent. Enimuerò Gorgidas hoc sacrum agmen in primos ordines distribuit, ac ante totam aciem peditũ prætendit: quo factũ est, ut uirtus eorũ conspicua non esset, neq; eorum uis certo alicui operi destinaretur, diuulsis ijs, ac frequenter inter ignauos constitutis. Pelopidas autem postq̃ semel eorum illustris facta est uirtus, ad Tegyras ipso inspectante egregiè pugnantium, nunq̃ posthac eos diuisit, sed quasi uno corpore ea cohorte in grauissimis certaminibus primo loco usus est. Quemadmodum enim equi in curribus iuncti celeriùs quàm seorsim currunt, non quòd aërem maiori impetu perrumpant multitudinis ipsorum causa, sed quia certamen iunctorũ ac studium unius alterum præstandi animos incendit: ita hos dum de præclarorum factorum gloria cõtendunt, utilissimos ad uictoriam, summaq́ alacritate certaturos putabat. Porrò Lacedæmonij pace cum omnibus C alijs Græcis iuncta, solos Thebanos bello petierũt, inuasitq́ eorum ditionem Cleombrotus, peditum decem millia, equitesq́ mille ducens: neq; iam de ijsdem, de quib. antè, in periculum ueniebant Thebani, sed palàm euersurum se eorũ ciuitatem hostis minabatur, ac Bœotia in maiori quàm unquam anteà erat metu. Quo quidẽ tempore Pelopidas domo exiens, mulieri comitanti, ac cum lacrymis hortanti, ut saluti suæ consuleret, Priuati, inquit, ô mulier, de hoc semper monendi sunt: magistratum uerò gerens, ut suos subditos incolumes præstet. Inde cùm in castra uenisset, ducesq́ Bœotorum, qui Bœotarchæ dicuntur, sententijs uariare inuenisset, primus Epaminondæ adstipulatus est, qui pugna decernendum censebat. neq; tum Bœotarcha Pelopidas, sed præfectus sacræ cohortis erat, ea tamen autoritate, quam esse cõueniebat uiri, qui tantum ad libertatem patriæ contulisset. Postquam pugnare decretum est, & apud Leuctra Lacedæmonijs castra sunt opposita, somnium Pelopidam haud mediocriter perturbauit. Sepulcra filiarũ Scedasi in campo Leuctrico sunt, quæ inde Leuctrides appellantur: ibi enim uim hospitum Spartanorum passæ, humatæ sunt. Eius tam atrocis ac nefarij facinoris uindictã pater à Lacedæ-

Autoris cõsuetudo unde apud Thebanos.

Harmonia Dea.

Spartanorũ cõtra Thebanos bellũ

Pelopidæ dictum principe dignũ.

Scedasi filiarum sepulcra apud Leuctra.

A Lacedæmonijs cùm non impetrasset, execrationibus in eos peractis se ipsum ad sepulcra filiarum iugulauit. Sortes autẽ & oracula subinde monebant Lacedæmonios, cauerent sibi à Leuctrico piaculo: neq; id uulgò satis intelligebat, ambiguitate loci fallente. nam & in Laconica maritimũ est oppidulum, & locus apud Megalopolim Arcadię: Leuctro utriq; nomen. Cæterùm is casus multis ante Leuctricam pugnam euenerat temporibus. At Pelopidas in castris per quietem uidit puellas istas circum sepulcra lamentantes, & Lacedæmonijs diras imprecantes, ipsum autem Scedasum sibi præcipere, ut si uictoriam de hostibus expeteret, fuluam uirginem filiabus suis immolaret. Atrox hoc, & nefarium mandatum ratus, ut surrexit, rem cum aruspicibus & magistratib. communicauit. Erant qui nequaquam negligēdum detrectandumq; id esse censerent, collectis exẽplis: de uetustis Menœceo Creontis filio, & Macaria Herculis: de posterioribus, Pherecyden philosophum à Lacedæmonijs necatum, pellemq; eius à regibus oraculi monitu asseruari: Leonidam quoq; uaticinium secutum, uictimam quodammodo se pro Grecia obtulisse: tum ho- 11

Insomnium rem crudelem præcipiens.

B mines Baccho crudiuoro immolatos à Themistocle ante naualem pugnam Salaminiam: atq; his omnib. rem feliciter gestam testimonio fuisse. Contrà Agesilaum, cùm contra eosdem, quos Agamemnon, hostes ab eodẽ loco copias duceret, Aulide in somnis uidisse Deam postulantem, ut sibi filiam mactaret: eumq; quòd id mollicie uictus non perfecisset, re infecta turpiter expeditionem eam dissoluisse. Alij uerò id sacrificium ita barbarum ac impium fieri prohibebant, nulli eorum qui præstantioris humana naturæ essent placiturum. Non enim Typhones istos aut Gigantes, sed Deûm hominumq; patrem regnare. stultũ porrò esse, numina putare quædam, quæ cæde & sanguine hominum delectentur: & profectò si sint aliqui, nihil eos posse, contemnendosq; fore: absurdas enim has eorum & immanes cupiditates ab impotentia & malicia animi proficisci. Hæc primorib. ita disceptantibus, & Pelopida cum primis animi dubio, equa nullum adhuc coitum experta, ut à grege aufugerat, per castra discurrit, eoq; constitit loco, ubi consultabatur. Cuius dum coma fuluo colore rutilans, ceruix erecta & lasciuiens, hinnitusq; ferox alijs spectaculum præbet: Theocritus uates re animaduersa, Pelopidam alta uoce compel-

Impiorum sacrificiorũ abominatio

Equa pro uirgine immolatur.

C lat, adesse ei uictimã, neq; aliam uirginem expectandam, hac quam Deus obtulisset utendum. Proinde equam ad sepulcra uirginum redimitam coronis addducunt, factisq; uotis lęto animo immolant, de somnio Pelopidæ, sacrificioq; per castra uulgato rumore. Inito prœlio Epaminondas aciem obliquam ad læuum latus ducebat, ut & dextrum cornu Spartanorum quàm longissimè à reliquis Græcis reuelleret, & Cleombrotum à latere irruens loco pelleret. Quòd cùm eum moliri sentirent hostes, ordines suos mouere ceperunt, dextrumq; cornu explicare & circumducere, multitudineq; freti circumuenire & undiq; claudere Epaminondam conati sunt. Interim Pelopidas cum sacra cohorte erupit, eaq; in ipso cursu conuersa, priusquam Cleombrotus uel extendere cornu, uel rursum in se contrahere, & claudere ordines posset, Lacedæmonios incompositos & perturbatos adoriri occupauit. Equidem Spartani omnium rerum bellicarũ præclari artifices, ad nullam aliam rem maiori se studio & exercitatone comparauerant, quàm ne ordinib. disiectis fluctuarent & disturbarentur: itaq; ordines ita instruebant, ut iuxta ac post se positi certo ordine milites facile in omnem partem inter pugnandum obuerti possent. 12 Tunc uerò Epaminondæ phalanx eos solos præteritis reliquis inuadens,

Leuctrica Thebanorum uictoria.

Pelopidasq́ incredibili celeritate audaciaq́ irruens, ita eorũ animos peritiamq́ peruertit, ut nõ maior unquam ante fuga, cædesq́ Spartanorum fuerit. Atq; iccircò uictoriæ istius gloriæ non minor pars ad Pelopidam priuatum, ac paruam manum ducentem, quàm ad Epaminondam Bœotorum principẽ, totiusq́ exercitus ducem rediit. Pòst uterq; Bœotorum princeps factus, in Peloponnesum irruperunt, ac multas ciuitates à Lacedæmonijs ad se traduxerunt, nimirum Elidem, Argos, Arcadiam uniuersam, multasq́ Laconicæ partes. Erat tum adulta hyems, brumæ uicina: & mensis extremi pauci supererãt dies, quib. elapsis, nouo Bœotorum duci erat tradendum imperium, aut ni id fecissent, moriendum. Quare cæteri collegæ eorũ legis metu, & hyemis uitandæ causa, domũ abducere exercitum cõtendebant. Primus omnium Pelopidas Epaminondæ sententiam probauit, ciuesq́ cohortatus, Eurotam cum ijs transiit, & uersus Spartam duxit, multas Spartanorum urbes cepit, agrum eorum omnem uastauit. Exercitus eorum septuaginta millib. Græcorũ constabat, quorũ ne duodecima quidem pars Thebani erant: ueruntamen gloria uirorum efficiebat, ut eos duces socij taciti sequerentur, etiam sine decreto aut edicto rei publicæ. Prima nimirum, & ualidissima lex est, quæ salutis indigenti eum qui salutem afferre potest, principem destinat. Ac quemadmodum nauigantes, cùm sereno cœlo utuntur, aut prope littus decurrunt, nonnunq; contumeliosè & audacter gubernatorẽ lacessunt: simul uerò atq; tempestas & periculum incidit, eundẽ respiciunt, inq; eo spem suæ salutis collocant. ita Argiui, Elei, Arcadesq́, antè in concilijs cum Thebanis de principatu cõtendere soliti, tum rebus arduis, certaminibusq́ instantib. ultrò duces eorũ secuti sunt. Ea in expeditione uniuersam Arcadiam in unam rempub. redegerunt: Messeniæq; parte Spartanis, qui eam occupauerãt, adempta, antiquos Messenios euocarunt, ac reduxerũt, Ithoma ciuib. impleta. Inde domum per Cenchreas proficiscentes, Athenienses in faucib. iter impedire, ac pugna lacessere ausos uicerũt. Hanc eorum uirtutẽ cùm plerię amplexarentur, mirarenturq́ fortunam: inuidia tamen quæ à reb. publicis abesse nusquam potest, aucta cum splendore eorũ, effecit, ut domum reuertentes indignè exciperent. Capitis enim accersiti sunt uterq;, quòd lege iubente magistratũ primo mense (ipsi Bucatium uocant) successori tradi, ipsi quatuor totos menses amplius eum tenuissent: quo tempore Messeniacas, Arcadicas, & Laconicas res gesserant. Prior causam dixit Pelopidas, ideoq́ in grauiori fuit periculo: uterq; tamẽ absolutus est. Et Epaminondas quidem calumniã moderatè tulit, quippe qui ciuilium iniuriarum tolerantiã in magna fortitudinis & magnanimitatis parte ponebat. At Pelopidas & natura ad iram propensior, & ab amicis instigatus, hanc occasionẽ ulciscendi inimicos arripuit. Meneclidas rhetor unus ex his fuerat, qui cum Pelopida & Melone in Charonis domum conuenerant: non adeptus autem eosdem apud Thebanos honores, homo eloquens admodum, sed intemperans, uitiosisq́ planè moribus, ad calumniandum præstantiores se contulit, obtrectandiq́ ne finito quidem hoc iudicio modum fecit. Itaq; Epaminondam Bœotorum principatu detrusit, multumq́ temporis in repub. oppugnauit: Pelopidam uerò in inuidiam uocare apud populum quia non poterat, inimicum Charonis efficere conabatur: & (ut commune hoc inuidiæ suæ solatium habent maleuoli, quibus ipsi meliores ut habeantur præstare non possunt, ut eos tamen alijs deteriores esse ostendant) multus erat in prædicando apud populum Charonis res gestas, administrata bella, & partas uictorias.

Fuerat

In Peloponnesum expeditio Thebanorum.

Epaminondas & Pelopidas capitalis rei accusantur.

Meneclidas calũniator.

A Fuerat Charon equestri proelio dux, eo quod ad Palataeas ante Leuctricam pugnam commissum fuit. Proinde Meneclidas tale donarium facere intendit. Androcydes Cyzicenus aliam quandam pugnam ut pingeret à ciuitate conductus, Thebis id opus inchoârat, pòst facta defectione, & bello commisso, tabulam ferè absolutam, imperfectam Thebis ab eo relictam Thebani seruârant. Hanc Meneclidas ut sacrã suspenderent inscripto nomine Charonis persuasit, gloriam Pelopidae & Epaminondae hoc pacto obscuratum iri sperans. Erat uerò stulta haec ambitio, tot ac tantis certaminibus extantibus, unicum hoc factum & eam uictoriam ita exornari, qua nihil erat confectum, nisi quòd Gerandas quidam obscuro inter Spartanos loco, & cum eo quadraginta uiri ceciderant. Itaq; huius decreti causa Pelopidas Meneclidae actionem intentauit, quod contra leges scripsisset: contendens Thebanos non ita à maioribus suis accepisse, ut priuatim alicui uiro uictoriae honorem deferrent, sed ut patriae communi eum reseruarent: interim tota actione Charonem liberaliter laudans, Meneclidam cõuincebat inuidiae ac malignitatis, Thebanosq; interrogabat, *Charonis res gesta.* *Gerandas.*

B ecquid non aliae quoq; res praeclare gestae fuissent ? * * ut mulcta pecuniaria Meneclidae irrogaretur: quam cum non posset dissoluere, (erat ẽm magna) rempub. posteà concutere & mutare conatus est. Hac ex re nonnihil uita eius qualis fuerit, intelligi potest. Porrò cùm Alexander Pheraeorum tyrannus multos Thessalos palàm bello infestaret, uniuersis autem perniciem machinaretur, miserunt ciuitates legatos Thebas, exercitum & ducem petentes. Ibi Pelopidas Epaminondam negocijs Peloponnesiacis detineri uidens, ultrò se Thessalis ducem obtulit: neq; suam peritiam & uirtutem ociosam esse ferens, & non esse ex usu sentiens, ut rebus quas Epaminondas gereret alius dux praeficeret. Profectus cum exercitu in Thessaliam, Larissam statim recepit: & Alexandrum ad se uenientem, pacificationemq; requirentem, conciliare Thessalis, atq; è tyranno mansuetum eorum principem, iustumq; facere conatus est. Verùm hic extrema ferocia & immedicabili tenebatur: magnaq; ei crudelitas, ingens libido & auaricia obijciebatur: cumq; asperius à Pelopida uerbis acciperetur, cum stipatoribus aufugit. Ita Pelopidas cum Thessalos securos à tyranno tutosq; praestitisset, & in concordiam reduxisset, in Macedoniam 13 *Pelopidas dux Thessalorũ contra Alexandrũ Pheraeum.*

C abijt: nam Ptolemaeus ibi Alexandro Macedonum regi bellum faciebat, & uterq; eum uocabat, ut pacem componeret, ac litem ipsorum dijudicaret, eiq;, cui fieri iniuriam arbitraretur, auxilium ferret. Eò ut uenit, reconciliata gratia, reductis exulibus, fratrem regis Philippum, aliosq; triginta pueros, illustrisimorũ uirorum filios, obsides accepit, eosq; Thebas traduxit: Graecis demonstrans, rem Thebanam gloria potentiae, & fide iustitiae latè inclytam esse. Hic est ille Philippus, qui posteà libertatem Graecorum bello impugnauit: tunc puer Thebis apud Pammenem uixit: atq; inde etiã Epaminondae imitator esse creditus est. Idq; fortasis uideri potuit ijs, qui eius in bello gerendo strenuitatẽ intuebantur, quae fuit exigua laudũ Epaminondae portio: continentiã uerò, iustitiã, magnanimitatem, mansuetudinẽ si spectes, quib. uerè is magnus fuit, neq; natura Philippus, neq; imitatione eius similis fuit. Post hec rursum Thessalis de Alexandro Pheraeo conquerentibus, q; urbes factionibus agitaret, missus est legatus Pelopidas cum Ismenia, neq; domo secum militẽ adducens, neq; bellum expectans, sed ipsis Thessalis ad ea quib. facto opus esset utens. Interim rursum reb. Macedonicis cõturbatis, ab amicis regis, quẽ Ptolemẽus necauerat, uocatus: ut ad eas res agẽdas cũ aliqua dignitate accederet, quia 14 *Macedonicae eius pacificatio.* *Ptolemaei cum Pelopida foedus.*

proprijs

proprijs militibus destituebatur, mercede ibi quibusdam cōductis, rectà A
ad Ptolemaeū cōtendit. Vt propè conuentū est, Ptolemeus stipendiarios
Pelopidae pecunia corruptos ad se traduxit: ipsum uerò gloriae & nominis tanti causa metuens, tanꝗ ad prestantiorē accessit, amplexusꝗ & deprecatus, spopondit regnū se mortui regis fratrib. seruaturū, eosdem cum Thebanis hostes amicosꝗ habiturū: obsidesꝗ dedit, filium suū Philoxenum, & quinquaginta suorū sociorum. His Thebas missis Pelopidas militum proditionem iniquo animo ferens, cùm accepisset plerasꝗ eorum res, liberos, & uxores Pharsali esse, existimās si ea cepisset, satis se iniuriam suam ultum fore, coacta Thessalorum haud magna manu, eam urbem petijt. Quò ut primùm uenit, Alexander tyrannus cum copijs eōdē accessit. Et Pelopidas uenire eum sui purgādi causa ratus, obuiam ultrò processit:

Pelopidas ab Alexandro Pheraeo capitur.

15 non quidem ignarus perditum sceleribus hominē, ac paricidam esse, sed cùm Thebarū tum propriae maiestatis ac glorię causa nihil mali metuens. Alexander uerò ut Pelopidam solum & inermem ad se uenire uidit, statim eo capto Pharsalum occupauit. Omnibus eius subditis horror ac metus incessit, existimabantꝗ, qui tā audaci se facinore obligasset, ut ei haud B
dubiè de sua salute desperandum foret, extrema crudelitate in omnes usurum. Thebani re cognita grauiter indignati, aliū exercitū emiserunt, alijs ducib. praefectis, ꝙ Epaminondae certa de causa succensebant. At Pelopidam tyrannus Pheras abduxit: ac primùm passus est colloqui cum eo qui uellent, ratus miserabilē esse, fractūꝗ calamitate eius animū. Posteà uerò quàm is Pheraeos lamentantes cōsolatus est, iussitꝗ bono esse animo, profectò enim iā nunc tyrannū poenas daturum: atꝗ ad ipsum Alexandrum misit qui ei suis uerbis dicerent, stultè eum agere, qui miseros ac insontes ciues quotidiè torqueat & necet, interimꝗ Pelopidae parcat, utiꝗ uindicaturo si quā effugisset: miratus animi magnitudinē, securitatemꝗ, Cur, ait, Pelopidas mori properat? & Pelopidas exaudiēs, Vt tu, inquit, eo maturiùs pereas, Dijs quàm nunc exosior factus. secūdum hoc neminem ad eum exterū ingredi passus est. Caeterùm Thebe Iasonis filia, uxor Alexandri, cùm ex custodib. Pelopidae de cōfidentia eius, animiꝗ prestantia audiuisset, uidere hominem & alloqui cupijt. Ingressa igitur ad eum, animi

Constantia Pelopidae.

16 magnitudinē, quippe mulier, nō statim perspexit, sed ex crinibus, habitu, & uictu coniiciens indignaꝰ eum sua gloria pati, illacrymauit. Idꝗ Pelopidas initiò nescius quaeꝰ nam esset ea mulier, miratus est: ut agnouit, paterno nomine compellauit, (nam familiaritas ei cum Iasone & amicicia intercesserat) dicentiꝗ, Miseratione tuę uxoris moueor, Et uerò, inquit, me tui miseret, quę uinculis soluta Alexandrum sustines. Hoc dictū nonnihil animum mulieris commouit: tyranni enim crudelitas & libido ei molesta erat, qui praeter reliqua flagitia etiam fratre Thebae natu minimo abutebatur: ideoꝗ crebrò ad Pelopidam ueniens, eiꝗ liberè exponens quae patiebatur, audacia, & odio in tyrannum implebatur. Postquàm duces Thebanorum in Thessaliam profecti nihil egerunt, sed siue imperitia siue infelicitate obstante, turpiter re infecta discesserunt: Thebani singulis horum mulcta centum minarum affectis, Epaminondam miserunt. Confestim magni inter Thessalos extitere motus, omniū animis gloria uiri erectis: res autē tyranni parum abfuit quin corruerent, tanuts eius duces amicosꝗ metus inuasit, tantusꝗ deficiēdi ardor apud subditos eius coortus erat, laeto animo sperātes, inspecturos se poenas dantē iam nunc tyrannū. Enimuerò Epaminondas salutē Pelopidę gloria sua potiorē habens, uerituſꝗ ne reb. cōturbatis Alexander de salute desperās in hunc ferae modo C

Epaminondas Pelopidā liberat.

A desæuiret, bellum ostendit magis, quàm fecit, atq; in orbem circumiens, apparatu & cunctatione ita tyrannum compescuit, ut neq; contumaciam eius & ferociam laxaret, neq; rabiem iritaret. Cognouerat enim immanitatem eius, cōtemptumq; iusticiæ & honestatis, qui uiuos homines defodisset, alios aprorum ursarumq; pellibus indutos immißis canibus uenaticis dilaniasset, iaculisue confixisset, animi causa oblectandi: qui Melibœæ & Scotusæ, urbib. confœderatis ipsi, ciues in concione circumfusis stipatorib. suis à minimo natu ad maximū omnes trucidasset: qui hastam, qua Polyphronem auunculum interfecerat, consecrasset, eiq; sertis redimitæ ut Deo sacrificasset, eamq; φ scopum feliciter tetigisset, Tychonem nominasset. Idem Alexander cùm ipso inspectante quidam Troades Euripidis ageret tragœdus, discessit è theatro, missoq; nuncio histrionem bono animo esse, neque propterea absistere cepto iussit: non enim eius se contemptu discessisse, sed pudore ciuium motum, si malis Hecubæ & Andromachę ab ijs uisus fuisset lacrymas impendere, nullum unquam ciuem suo iussu cæsum misericordia prosecutus. Atqui tum gloria, ipsoq; B nomine Epaminondæ tam præclari ducis consternatus,

Humiles ut alas gallus ille territus,

sic animum demisit, statimq; legauit, qui ipsum Epaminondę excusarent. Hic uerò cum eo uiro pacem & amiciciam Thebanis componere non ex re fore censens, triginta dierū pactus inducias, receptis Pelopida & Ismenia discessit. Porro Thebani cùm sensissent missos à Spartanis & Atheniensib. legatos ad regem Persarum, fœderis contrahendi causa, ipsi quoq; eòdem Pelopidam miserunt, gloriæ hominis rectißimè consulentes. Primùm em̄ per prouincias regis profectus est, clarus ac magni apud omnes nominis: (neq; enim leuis rumor rerum ab eo cōtra Spartanos gestarum Asiam peruagatus est: sed ut primū Leuctricæ pugnæ fama eò peruenit, semper nouo aliquo præclaro facinore addito, aucta subinde latißimè se extulit fama) deinde ab atriensibus regis Satrapis, ducibusq; & præfectis uisus, admirationem & sermones præbuit, Hunc esse uirum eum, qui Lacedæmonios terra mariq; eiecerit, Spartamq; Taygeti & Eurotæ finib. 17 incluserit, qui paulo antè magno regi & Persis de ipsis Susis & Ecbatanis duce Agesilao bellum intentarint. Gauisus est his Artoxerxes, magisq; C adhuc sua admiratione & honorib. auxit Pelopidam, cum beatus prędicari & adulari à maximis uiris uideri uellet. Cuius postquàm uultum uidit, sermonesq; quàm erant Atheniensiū constantiores, & simpliciores Spartanis accepit, maiorem in modū eum dilexit, & affectu rege digno motus haud obscurè tulit honorē ei uiro, neq; fefellit cęteros legatos, huic plurimum tribuens. Alioquin ex omnib. Græcis maximè uidet honorasse Antalcidam Spartanū, cui coronam, quam bibens gerebat, in unguento tinctam misit. Pelopidæ aūt non huiusmodi delicijs blandiebat, sed ea dona dabat, quæ uerè splendidißima & maxima habentur, petitionesq; eius ratas faciebat. hæc erant, ut Græci liberi suis legib. uterent, Messene ciuibus frequentaretur, Thebani paterni amici regis Persarum censerentur. Hæc responsa adeptus, nulloq; munere, quod nō gratiæ esset ac beneuolētiæ signum accepto, à rege discessit. Idq; maximè reliquos legatos calumnijs obiecit. Ac Timagoram quidē Athenięses iudicio damnatū necauerunt: haud iniuria id, si propter munerū acceptorū multitudinem. Non em̄ aurum modò & argentū acceperat, sed & lectū preciosum, & stratores famu 18 los, quasi Gręci sternere nescirēt: prętereà uaccas octoginta, & bubulcos, nempe φ inualetudinis causa lacte uaccarū opus haberet: deniq; lectica

Crudelitas Alexandri tyranni.

Pelopidas ad Artoxerxem legatus.

Antalcidas.

Timagoras ab Atheniensibus damnatus.

ad mare deportatus est, & quatuor talenta mercedis nomine rex lecticarijs expendit. Verùm non uidetur ea dona potissimùm Atheniensib. stomachum mouisse: (nam aliquando Epicrate lixa neque inficiante dona à rege capta, & decreti se autorem fore profitente, ut loco nouem praetorum, nouem quotannis legati ad regem mittendi ex plebeijs & pauperibus deligerentur, qui eius liberalitate ditarentur: arrisit populus) sed eò succensebant, quòd Thebani omnia impetrassent: neq; reputabant, quanto plus apud hominem armis potentes colentem Pelopidae gloria orationibus & arte dicendi potuerit. Haud parum beneuolentiae reuerso Pelopidae ea legatio conciliauit, quòd & Messenae ciues, & reliquis Graecis libertatem impetrasset. Cùm autem Alexander Pheraeus ad ingeniū suum redijsset, Thessalisq; multas urbes ademisset, Phthiotis, omnib. Achiuis, Magnetibusq; praesidium imposuisset: ciuitates reditu Pelopidae audito, Thebas missis legatis auxilium sibi ut eo duce mitteretur postulauerunt. Quod cum promptè decreuissent Thebani, celeriter omnib. rebus paratis, iamq; profecturo duce, Sol defecit, tenebraeq; interdiu urbem ceperunt. Ibi Pelopidas, cùm eo ostento perturbatum populum cerneret, trepidantes nihilq; bonae spei habentes cogere noluit, neq; septem millia ciuium in periculum adducere: seipsum Thessalis praebuit, trecentis equitibus sponte eum sequentibus, militibusq; stipendiarijs. Eam profectionem neq; aruspices, neq; amici eius probauerūt, coelitus hoc tā magnum signum tanto uiro oblatum opinātes. Eum uerò & ira eorum quae passus fuerat in Alexandrum stimulabat, & domum eius labefactatā perditamq; iam se inuenturū sperabat, ex his quae cum Theba collocutus fuerat. Maximè autem rei ipsius pulcritudine, gloriaeq; cupiditate incendebatur: si, quo tempore Lacedaemonij Dionysio Siciliae tyranno duces & urbium moderatores mittebant, Athenienses autem ab Alexandro mercedē accipiebant, statuamq; ei, ut benefactori suo, aeream ponebant: ipse Graecis demonstraret, solos Thebanos pro tyrannide pressis bellum gerere, iniustaq; in Graecos & uiolenta imperia euertere. Proinde ut Pharsalū uenit, contractis copijs rectà aduersus Alexandrum contendit. Is cùm animaduerteret paucos cum Pelopida esse Thebanos, peditumq; numerū duplo Thessalorum ampliorē haberet, ad Thetidium occurrit. cum quidem Pelopidas annuncianti tyrannū cum magno exercitu uenire, Eo melius, inquit, res habet: tanto enim plures uincētur à nobis. In medio iuxta Cynos cephalas (canis capita hoc significat) colles accliui in altum erigunt: hos utriq; peditibus occupare conabant: equitatum Pelopidas, quem copiosum fortemq; habebat, equitib. hostium immisit, hosq; pulsos illi aperta planicie insecuti sunt. Interim Alexander Thessalis anteuerterat, ac colles occupabat, hostemq; ui in loca munita & sublimia euadere conantē, primis necatis, reliquis sauciatis reijciebat, neq; iam quicquam Thessali agebant. Quod ut uidit Pelopidas, equites reuocauit, iussitq; ut in cōfertum hostium agmen inuaderent: ipse ad eos qui apud colles pugnabant, cursu se proripuit, arreptoq; clypeo per aciē ad primos ordines erumpens, tantum animi atq; alacritatis suis attulit, ut uisi sint hostibus nouis & corporibus & animis aduenisse. Qui ut tertiam usque incursionem eorum sustiterunt, cùm & hos magna ui irruere, & equitatum ab insecutione reuerti cernerent, concesserunt, ac pedem retulerunt. Tum Pelopidas ab alto totum exercitum hostium intuens, nondum quidem in fugam coniectum, sed iam metu & trepidatione perturbatum, constitit, ac in omnes partes conuersus Alexandrum circumspexit, Vbi eum in dextra parte stipendiarios

Pelopidas iterum dux contrà Alexandrum Pheraeum.

Solis deliquum.

Spartani & Athenienses tyrannorū auxiliarij.

A diarios milites adhortantem instruentemque uidit, non compescuit ratione iram, quin eo cōspectu inflammatus, corpus, imperiumque & summam rei ardori mentis committeret, longeque ante reliquos prosiliret, ac tyrannum prouocaret. Neque is eius impetum sustinuit, sed inter milites confugit, ac se abdidit. Horum qui erant primi, manum cum Pelopida cōferentes pulsi sunt, nonnullique eorum icti perierunt: reliqui eminus per arma hastis eum ferientes, uulneribus confecerunt: tandem Thessali magnitudine doloris excitati à collibus accurrerunt: & cùm iam cecidisset Pelopidas, equites aduecti, totam hostium aciem fuderūt, fugientesque longissime insecuti, cadaueribus regionē eam impleuerunt, cæsis ultra tria millia hostium. Enimuerò quòd qui aderant Thebani, magnam morte Pelopidæ tristiciam ceperunt, eumque patrem, seruatoremque suum, & maximorum pulcerrimorumque certaminum magistrum inuocarunt, id eò minus mirum est, quòd Thessali ac socij, cùm honores omni humana uirtutis prædicatione eminentiores ei decreuissent, magis adhuc beneuolentiam suam in funere demonstrauerunt. Traditum est enim eos qui prœlio B interfuerint, cognita eius morte neque thoracem exuisse, neque frænū equo detraxisse, neque uulnus ligauisse antea, quàm armati adhuc & calentes circa illum tanquam adhuc sentientem hostilium spoliorum aceruos cōgererent, equorum comas, & suos crines resecarent: inde in tabernacula plerique abierunt, & neque ignem accenderunt, neque cœnauerunt: tātumque fuit in castris silentium & tristicia, ut non uictoria illos maxima & clarissima potitos, sed superatos & à tyranno in seruitutem actos putares. Ex urbib. uerò annūciata eius cæde, prestò fuere magistratus, cumque his pueri, adolescentes, sacerdotesque, ad excipiendū cadauer trophæa, coronas, armaque aurea ferentes. Vt efferendum iam funus fuit, maximi natu de Thessalis progresi, à Thebanis petierunt, ut Thessalis solis sepeliendū Pelopidam concederent. Atque unus eorum: Beneficium, ait, à uobis petimus, ô socij, quod nobis tanta calamitate affectis decori tamen & solatio esse posit. Non enim uiuum Pelopidam Thessali comitamur, neque sentienti honores meritos tribuimus: sed si tangere nobis mortuum liceat, ac nostra opera decoratum sepelire, existimabimus credere uos quòd persuasum habeamus, maius Thessalis quàm Thebanis malum accidisse. nam uos bo- C no tantùm duce, nos autem & hoc & libertate spoliati sumus: ut enim posthac ausimus à uobis ducē petere, non reddito Pelopida? Concessum est hoc eis. Splendidiùs quenquā sepeliri potuisse negant, quicunque splendorem non auro & purpura metiuntur: quomodo Philistus Dionysij funus usque ad miraculum extollit, tanquam magnæ tragœdiæ, nimirum tyrannidis, theatricum exitum. Et Alexander Magnus Hephæstione mortuo, non equos solùm & mulos comis priuauit, sed propugnacula quoque murorum deiecit, ut urbes specie tristi perinde atque animalia crinibus nudata lugere eum uiderentur. Atqui hæc ita à dominis imperata, quæ ui multa perficiebantur, cum inuidia eorum propter quos fiunt, & odio eorum qui coguntur, non honoris sunt, non beneuolentiæ, sed barbarici fastus documentum, luxusque, ubi in uanas & nullius momenti res tantum studij & rei impenditur. At uir popularis extra patriam defunctus, neque uxore, neque liberis, neque propinquis præsentibus, nemine petente, nemine cogente à tot populis ciuitatibusque certatim elatus, ac comitatus, & coronatus, haud iniuria pro eo censeri potuit, qui beatitatem perfectissimam esset adeptus. Neque enim uerum est, quod Aesopus dixit, felicium hominum mortem esse omnium grauissimam: ea uero omnium est beatissima,

Temeritas & interitus Pelopidæ.

Victoria Thessalorum.

Honores Pelopidæ mortuo à Thessalis habiti.

Quæ splendidissima sepultura.

Mors beata.

tiſsima, bonorum proſperos ſucceſſus tuto ſtatu collocans, fortunęq; mutationi eos eximens. A
Diagoræ felicitas. Rectius Laco, qui Diagoram Olympicorum certaminum palma potitum, filiosq; Olympicis ludis coronatos uidentem, & nepotes iam nactum cernens, mori iuſsit: non enim poſſe fieri, ut in cœlum aſcenderet. Et quidem nemo eſt, opinor, qui omnes Olympicas uictorias in unum collatas, unico Pelopidæ alicui certamini comparandas iudicet: quæ plurima cùm obijſſet ille ac confeciſſet feliciter, uitæ maiori parte cum gloria & honore tranſacta, decimumtertium Bœotarches cum fortiſsimo facinore tyranni euerſionem coniungens pro Theſſalorum libertate uitam profudit. Mors eius etſi ſummum dolorem, plus tamen adhuc cōmodi attulit ſocijs. *Thebani mortē Pelopidæ ulciſcuntur.* Thebani enim ea audita, nulla uindictæ mora interpoſita, confeſtim Malcita & Diogitone ducibus, ſeptem millib. peditum equitibusq; ſeptingentis profecti, Alexandrū (quem copijs amiſsis ſubmittentem ſe inueniebant) Theſſalis urbes ſuas reddere, Magnetas, Phthiotas & Achiuos miſſos facere, ac pręſidia deducere, iurareq; ſe iuſſa Thebanorum imperiaq; ſecuturū, coegerunt. His contenti fuere Thebani: ſed quam ab eo Pelopidæ nomine pœnam dij exegerunt, B
Alexander Thebes uxoris opera necatur. referam. Thebe uxor Alexandri, docta (ut memorauimus) primum à Pelopida, ne externum ſplendorem, apparatumq; tyrānidis metueret, præterea perfidiam eius timens, crudelitatemq; odio habens, re cum fratrib. ſuis Tiſiphono, Pytholao, & Lycophrone compoſita, ita ei necē ſtruxit. Aedes tyranni reliqua parte nocturnis excubijs cuſtodiebantur: cubiculum in quo unà dormire ſolebant in ſublimi poſitum, canis uinctus adſeruabat, omnibus terribilis, præter quàm tyranno & coniugi, atq; uni ſeruo qui eum alebat. Quo itaq; tempore manus ei allatura erat Thebe, fratres interdiu in conclaui quodam propinquo occultatos habebat: ſola autem pro more ſuo ad Alexandrū iam dormientē ingreſſa, paulo pòſt prodijt, ſeruoq; ut canē abduceret mandauit: uelle enim tyrannum tranquillè quieſcere. Gradus quoq; ne adſcendentib. iuuenib. ſreperent, lana conſtrauit. Ita fratres ſtrictis gladijs armatos adduxit, & ante oſtium collocauit: ipſa ingreſſa, gladiū, qui ad caput eius pendebat, detraxit, oſtenditq; fratrib. eo ſigno, uirum ſomno detineri. Cùm uerò ij perterrefacti cunctarentur, inuecta in eos grauiter, iuramēto confirmauit, ni pergerent, ſe uirum excitaturā, remq; indicaturam: ita ſimul pudore, ſimul metu cōpulſi C
intrauerunt. Ipſa cum lucerna ad lectum adſtitit: iuuenū alius pedes eius tenuit, alius caput crinib. còmprehenſum reflexit, tertius gladio adacto occidit. Mors ea eius celerior, quàm meruerat, uideri poteſt: eo tamen, quod primus omnium tyrannorum, ſolusq; à propria necatus eſt uxore, quodq; cadauer mortui proiectum à Pheræis, & conculcatum eſt, digna ſuis flagitijs paſſus iudicari poteſt.

PLVTARCHI MARCELLVS,

[redacted] [redacted] A V-
guſtano interprete.

Marcelli genus & ſtudia. M. Claudium, qui conſul Romanorum quinquies fuit, Marci filium fuiſſe perhibent: primoq; ei ex ea familia Marcelli cognomē fuiſſe, quod autore Poſidonio à Marte deductū, bellicoſum ſignficat. Erat enim & peritus rei bellicæ, & corpore robuſto, & manu prōptus, & natura belli cupidus, eoq; in certaminib. alacrē ſe & ferocē oſtendebat. Morib. fuit honeſtis,

A honeſtis, & humanus: Græcam diſciplinam ac literas eò uſq; colebat, ut
qui eas tenerent, in admiratione & honore haberet: negocijs impeditus,
ne tantum, quantum cupiebat, ſtudij & exercitij illis impenderet. Si ẽm
quod eſt apud Homerum, aliquos homines Deus eò deſtinauit, ut

Ad ſenium à tenera tractent fera bella iuuenta: 1

certè hoc de primoribus Romanorum ea tempeſtate dici potuit. Adole-
ſcentes enim adhuc cum Carthaginenſib. de Sicilia, adulti cum Gallis de
ipſa Italia decertauerunt: iam prouectis ætate, cum Annibale, iterumq;
Carthaginenſib. negocium fuit: neq;, ut pleriq;, ceſſationẽ militiæ ꝓpter
ætatẽ habuerunt, ſed ad imperia & bella gerenda uirtutis & nobilitatis ra
tione habita delecti ſunt. Marcello nullũ pugnæ genus non erat uſita- *Marcelli*
tum: in ſingularib. tamen certaminib. ſeipſo præſtantior uidebaẽ, neq; un *fortitudo*
quam prouocantẽ ſubterfugit, ſed oẽs qui ꝓuocaſſent, ſuperauit. In Sici- *militaris.*
lia fratrẽ Otacilium periculo eripuit, ꝓtecto eo, & hoſtib. irruentibus cę-
ſis. Propter hæc adoleſcenti adhuc coronæ & honores ab imperatoribus
dati. Auctior deinde gloria factus, à populo ædilis curulis, à pontifici- *Aedilitas*
B bus augur eſt creatus. In ædilitate ſua coactus accuſationẽ ſuſcepit. Filiũ *& auguratus.*
habebat ſibi cognominẽ, qui puer tum elegantia formæ conſpicuus, non
minus modeſtiæ, inſtitutioniſq; accurratæ cauſa in ciuiũ oculis ferebaẽ.
Huius pudiciciã Capitolinus, Marcelli collega, homo impurus & teme- *Capitoli-*
rarius, uerbis tentauit: puer initiò ſeorſim eius petitionẽ repudians, cùm *nus à Mar-*
is denuò inſtaret, rem patri detexit: Marcellus indignè eam ferens, Capi- *cello accu-*
tolinum apud ſenatũ accuſauit. Hic uerò cùm uaria effugia, uarias exce- *ſatus.*
ptiones machinatus, tribunos quoq; plebis appellaſſet, prouocationẽ ijs
non accipientibus, inficiari crimẽ intendit. Abſq; arbitris res acta fuerat:
quare puerũ aduocandũ ſenatus cenſuit. Qui ut uenit, rubore eius & la- *Geſtus uit.*
crymis, conſtantiq; iræ mixto pudore conſpecto, nullũ præterea indiciũ
requirentes, Capitolinum mulcta pecuniaria dãnauerunt: ex qua pecu-
nia Marcellus menſam nummulariã confecit, eamq; Dijs conſecrauit. Cę- 2
terùm bello primo Punico anno demum uigeſimo ſecundo cõpoſito, rur
ſus Gallicum bellum urbem excepit: & Inſubres gens Gallica, qui ſub ra 3
dices Alpiũ Italicarũ habitant, etſi magni erant per ſe ac potentes, copias
tamen etiam Gallorũ qui ſtipendia merent, & Gæſatæ uocaẽ, contrahe- 4
C bant. Mirumq; uidebaẽ, & magnæ fortunę, quòd bellũ Gallicũ non eodẽ *Bellũ Gal-*
quo Carthaginenſe inciderat tempore: ſed Galli tanꝗ ſpectatores & ar *licum, poſt*
bitri iſtius certaminis facti, ijs dimicantib. rectè ſe & iuſtè continuerant, *primum*
uictoremq; deinde ocioſum congreſſuri prouocabant. Enimuerò & lo- *Punicum.*
cus ipſe terrorẽ belli Gallici (erat enim uicinũ & finitimum) augebat, &
antiqua Gallorũ gloria, quos magis quàm ullos alios timere Romani ui-
debaẽ: quippe urbe etiam ab ijs aliquando capta. unde & lex immuni-
tatẽ militiæ ſacerdotib. concedebat, niſi cùm bellum Gallicũ obtigiſſet.
Apparatus quoq; metũ declarauit: nam neq; antè, neq; pòſt tot Roma-
norum millia in armis unꝗ fuerunt. Præterea noui ſacrorũ ritus. Soliti ẽm
antehac nihil barbaricũ aut inuſitatum facere, ſed ꝗ maximè Græcorum
cæremonias imitari: eo tum bello incidente, coacti ſunt Sibyllini oracu-
li iuſſu duos Græcos, uirum & mulierem, itemq; duos Gallos in foro boa
rio uiuos defodere: quo modo etiamnum menſe Nouembri arcana ſacra
fiunt. Primi eo bello conflictus, magnas Romanis cùm uictorias, tum cla
des, neq; tamen certũ exitum attulerunt. Flaminio aũt & Furio coſſ. cùm
magnis copijs aduerſus Inſubres profectis, amnis qui per Picenum labiẽ, *Prodigia.*
ſanguine fluere uiſus, apud Ariminum tres Lunas apparuiſſe annuncia-

tum est, & augures, qui comitijs consularib. auspicia obseruarant, uitio & A
inauspicatò creatos consules dixerũt. Itaq; statim senatus missis in castra
literis eos acciuit, ut euestigiò reuersi magistratu se abdicarẽt, priusquàm
aliquid pro cõsulari potestate aduersus hostem egissent. Literas has cùm
accepisset Flaminius, non prius aperuit, quàm collatis signis barbaros fu-
dit, & in agrum eorum incursionẽ fecit. Redeunti inde multis cum spo-
lijs, non est obuiam proditũ à populo, sed quòd literis non statim obtem-
perasset, easq; ludibrio habuisset, parum abfuit, quin triumphus negaref:
statim post triumphũ abiurare consulatũ cũ collega, & priuatus esse coa-
ctus est. Adeò in omnib. rebus Romani Deûm religioni animũ aduerte-
bant, & ne prosperrimo quidem successu potitum diuinationis & consue
tudinum antiquarũ contẽptum probabant: magis ad salutem urbis inter-
esse iudicantes, ut numina colanf à magistratibus, quàm ut hostes uincan
tur. Itaq; Ti. Sempronius, uir fortitudinis ac probitatis nomine Romanis,
ut quisq; alius, charus, consul successores cùm designasset Scipionẽ Nasi-
5 cam, & C. Marcium, postea ijs iam in prouincias profectis, ipse cõmenta-
rios militares relegẽs, deprẽhendit à se aliquid patriorũ rituũ per ignora- B
tionem neglectũ. (Id aũt erat tale. Magistratũ, cùm extra urbem cõducta-
ad hoc domo aut tabernaculo augurij capiendi gratia consedisset, atque
prius quàm id esset peractũ, necessaria aliqua de causa in urbẽ redire coa-
ctus fuisset, oportebat priori loco relicto alium conducere, indeq; augu-
rium petere. Id fortè fefellerat Tiberiũ, bisq; erat eodem usus tabernacu-
lo, cùm dictos coss. crearet.) Itaq; pòst errore cognito, rem ad senatũ de-
tulit: senatus minimè negligendã ratus, consulib. scripsit, ijq; è prouincijs
reuersi, magistratu se abdicauerunt. Verùm hæc posteriori tẽpore euene-
runt. Circa idem uerò tempus, duo etiam sacerdotũ clarissimi, sacerdotio
exciderunt: Cornelius Cethegus, quòd exta non ritè tradidisset, Q. Sul-
picius, quod inter sacrificandũ apex, quem gestare Flamines solebant, de
6 capite eius defluxisset. Et cùm Minucius dictator, C. Flaminiũ equitũ ma
gistrum dixisset, subsecutus soricis occentus effecit, ut ijs abrogatis alij
crearenf. Ita in minimis tãtam diligentiã adhibentes rebus, cùm nihil eo-
rum quæ à maiorib. accepissent mutarent, nihil præterirent, ab omni su-
perstitione se uindicarunt. Enimuerò cùm Flaminius & collega eius con
sulatum eiurassent, ex interregno consul creatus est Marcellus: isq; sibi C
collegã adsciuit Cn. Corneliũ. Traditum est, cùm multa de componenda
pace & à Gallis dicerenf, & à senatu consultarenf, Marcellum populi ani
mos ad bellum prosequendũ instigasse. sed & facta pace, instauratũ à Gæ
satis bellum uidebaf, qui Alpib. superatis, adscitisq; Insubrũ, hominũ ani-
mosorũ, triginta millibus (ipsorum uerò erat longe maior numerus) rectã
7 ad Acerras tendebant, quæ est urbs super Padum sita. Ab ea urbe Vir-
dumarus rex eorũ cùm decem millib. profectus regionẽ Pado finitimam
populabaf. Quod ubi renunciatum est Marcello, relicto ad Acerras cum
grauis armaturæ peditibus, & tertia parte equitatus collega, ipse cum re-
liquis equitib. & expeditis peditib. sexcẽtis noctes diesq; properãs, non
8 antè destitit, quàm ad Clastidiũ (pagus est Gallicus: quem paulo antè Ro
mani ceperant) Gæsatas istos assecutus est. Non licuit ei exercitũ quiete
reficere: neq; enim aduentus eius hostes fefellit, ab ijsq; cùm propter pe-
ditum paucitatẽ, tum quòd equitatu potissimùm Galli fidebant atq; ua-
lebant, eumq; longè quàm Marcellus numerosiorẽ habebant, contẽptus
est: itaq; confestim tanq; deleturi protinus Romanas copias cum magna
ui & ingentib. minis irruerunt, rege ante agmen equitante. Marcellus ne

Flaminius cos. uincit Gallos.

Ritus capiendi tabernaculi.

Auguriorũ obseruãtia.

Marcelli res gestæ cõtra Gallos.

A ab hostib. circumueniret, quorum copiarũ minimam suis partẽ æquabat, turmas equitũ in longũ produxit atq; obuertit, cornua procul tenuia extendẽs, donec prope hostẽ pertingerent. Iam uerò ad conferendũ prœliũ se uertebat: cùm equus hostium ferocia consternatus, conuertit se, atque retrò ui aufert Marcellũ. Qui ueritus, ne casus iste superstitionẽ terroreḿq; suis iniiceret, celeriter equum fræno correpto hostibus aduersum constituit, Soleḿq; adorauit, ut non fortuitò, sed ob hoc ipsum circũegisse equum uideretur: (moris enim Romani est, ut adorantes sese circũuertant) iaḿq; ad hostes accedens, Ioui Feretrio spoliorũ de hostib. pulcerrima uouit. Ibi eum Gallorum rex conspicatus, coniicienśq; de signis imperatorem esse, equo ante alios longè prouectus occurrit, simul terribili uociferatione prouocans ad pugnam, & hastam quassans, uir magnitudine corporis inter Gallos primus, armisq; argento auro & coloribus ita insignibus, ut præ reliquis quasi fulgur ipse emicaret. Marcellus oculis in aciem hostium coniectis, ut hęc arma sensit omnium pulcerrima, dcq; his Deo se uotũ fecisse, impetu facto Virdumari loricã hasta traiecit, & equi

Om n. nostri aro- litio.

B impetu nixus, uiuum prostrauit: unoq; & altero insuper ictu illato, statim interfecit. Tum equo desiliens, manibusq; arma cæsi tangens, ad cœlũ ita est locutus: Iupiter Feretrie, qui ducũ egregia in bello ac prœliis facinora regis atq; inspicis, te testor, me, qui tertius Romanorũ imperator ducẽ regeḿq; hostiũ hunc mea ipse manu cõfeci, prima hæc tibi atq; pulcerrima cõsecrare spolia. Tu uerò nobis ad reliquã belli partẽ conuersis, eandem fortunã concede. Inde equitũ pugna facta, qui Gallorũ non equites modò, sed & pedites iis permixtos adorti, uictoriã rari exempli, ac modo ipso mirabilẽ pepererunt: non enim uel ante, uel post eam pugnã tantus equitum pedituḿq; numerus à tam paucis equitib. uictus legitur. Proinde maiori hostiũ parte cæsa, armoruḿq; & pecuniæ præda parta, ad collegam rediit, qui contra Gallos parum feliciter bellum gerebat ad urbem Mediolanum. Hæc omniũ in ea parte Gallicarũ urbiũ caput erat, aliasq; omnes frequentia hominũ excellebat: itaq; animosè eam defendentes Galli, obsidentẽ Cornelium ultrò oppugnabant. Verùm hi Gæsatæ, aduentu Marcelli, regisq; sui clade cognita, discesserũt: Mediolanũ captum, reliquæ urbes ab ipsis Gallis deditæ sunt, se fidei Romanorũ cõmittenti-

Mediolani obsidio.

C bus: iisq; mediocrib. conditionib. impositis pax data est. Marcellus, cùm ei soli triumphum decreuisset senatus, triumphum in urbem duxit, cùm cætero splendore, diuitiis spoliisq; & captiuorum mole corporum cum paucis aliis admirabilem: tum iucũdissimum nouo spectaculo, quòd ipse barbari arma Deo offerens conspiciebatur. Quercus enim uotiuę truncũ 9 montanum ingentem excisum in trophæi formam dolauerat: ab eo suspenderat arma cæsi regis, ordine singulis affixis atque compositis. Procedente pompa ipse eo trophæo sublato quadrigis inuectus, imaginẽ armatam uicti hostis pulcerrimam aspectu inferebat per urbem. Exercitus currum sequebatur, armis indutus elegantissimis, accinens compositas cantilenas, pęanasq; uictorię testes, quibus Deos & ducem celebrabant. Ita ad templum Iouis Feretrii progressus, spolia Deo suspendit: tertius ad nostram usq; ætatem eorũ, quibus hoc facere obtigisset. Primus enim 10 opima retulit Romulus spolia ab Acrone Ceninensi, secundus Cornelius Cossus à Tolumnio Tyrrheno, tertius Marcellus à Virdumaro Gallorum rege: neque post hunc quisquam. Deus cui ea consecrantur, Feretrius uocatur Iupiter, uel (quæ est quorundam sententia) quòd trophęum id feretro gestaretur, hoc est ferculo: (nam eo tempore multa erãt

Marcelli triumphus, & opima spolia.

Feretrius Iupiter quis?

Latino sermoni immixta Græca uocabula) uel à feriendo, quòd fulmina A iaceret. Alij ab ictibus qui in pugna ingeruntur dictum autumant: quod hodie etiã mutuo clamore se ad feriendum hostem hortant. Spolia hæc

Opima spolia.

Opima peculiari appellatione dicunt. Nõ desunt, qui Pompiliũ Numam in cõmentarijs mentionẽ primorum, secundorũ, tertiorumq; opimorum spoliorum fecisse perhibeant: & iussisse, prima Ioui, altera Marti, tertia Quirino sacra esse: referentiq; prima asses C C C, secunda C C, tertia centum asses præmium statuisse. Cõmunis tamen sermo obtinuit, ea tantum in honore esse, quæ acie instructa prima legunt de imperatore hostiũ, manu imperatoris occiso. Ac de his quidẽ satis. Romani uerò uictoriã eam, quæ bello finẽ imposuit, tanti fecerũt, ut Pythio Apollini craterã auream de manubijs Delphos gratiarũ causa agendarũ: splendidaq; ex ijsdẽ munera cõfœderatis urbibus, multa etiã Hieroni Syracusarũ regi, socio atq; amico miserint.

Marcelli res Annibalico bello gestæ.

Post aduentum Annibalis in Italiam missus est cum classe in Siciliam Marcellus. sed ubi clade ad Cannas accepta (qua multa Romanorũ millia perierunt, pauci superstites Canusiũ confugerunt) iam ad Romã rectà ducturus uidebat Annibal, robore exercitus Romani in- B terfecto: initiò Marcellus mille quingentos uiros à sua classe Romã præsidio urbi misit. Deinde senatusconsulto iussus, Canusium uenit, & quos ibi collectos inuenisset extra munitiones eduxit: ut qui deserere hostiq; prodere eam nollet regionẽ. Eo tẽpore Romani duces, belliceq; rei gnari plerique in prœlijs occubuerant.

Fabio cur additus Marcellus.

Fabij aũt Maximi, qui fidei ac sapientię summam obtinebat existimationẽ, nimis accurata in cauẽdis damnis ratio culpabatur, quòd is ad res gerendas languidus, minusq; audax esset. Hunc ergo cum sufficere ad uitanda mala, non idoneũ uerò ad propulsandam iniuriã hostilem esse ducerent, Marcelli audaciam inq; reb. gerendis efficacitatẽ adiungendam, temperandamq; illius prudentia & in cauendo diligentia rati, est ubi utrunq; consulem, est & ubi alterum consulem, alterum pro consule emiserunt. Posidonius refert, Fabio scuti, Marcello gladij nomen inditum. Et ipse Annibal dixit, Fabium à se tanquam pedagogũ metui, Marcellum ut aduersarium: & ab altero se, ne quid damni dare Romanis posśit, prohiberi, à Marcello aũt etiam damnis affici. Hic enim primùm cùm ob uictorias partas Annibalis milites securi audacesq; essent, eos qui à castris in agros erant dispersi per insidias interficiendo, ui- C res hostium minuit. Deinde Neapoli & Nolæ auxilium ferens, Neapolitanos, quorum firma erat erga Romanos fides confirmauit.

Nolam & L. Bantium ut in fide retinuerit.

Nolæ factiones inuenit: & senatus plebem ad Annibalis inclinãtem partes non poterat compescere. Erat quidam Nolæ Bantius, nobilitatis primæ, ac fortitudinis notæ. Præclara eius ad Cannas fuerat pugna, multisq; Carthaginensiũ cæsis, onustus telis inter cadauera repertus fuerat: eumq; admiratus Annibal, etiam cum donis dimiserat, amicumq; & hospitem suum fecerat. Itaque ut gratiam referret, unus erat eorum qui Annibalis rebus impensè studerent, populumq; (apud quem multum poterat) ad defectionem à Romanis alliciebat. Eum occidere Marcellus impium ratus, hominem illustrem, & qui rebus aduersissimis Romanorum fortunæ partem sustinuisset: ut erat natura non humanus modò, sed & cuius sermone ingenuus quisq; facilè alliceretur, salutatus semel à Bantio, quis homo esset, interrogauit: iam dudum quidem id notum habens, sed initium colloquij cum occasionemq; captans. Cùm se L. Bantium esse ille respondisset, tanquam delectatus ea re Marcellus, miratusq;: Et uerò tu, inquit, Bantius ille es (de quo Romæ multus sermo, ut solus eorum qui ad Cannas

A nas dimicarunt, non deseruerit L. Paulum cos. sed pleraque in eum coniectorum telorum suo exceperint corpore. Affirmante hoc Bantio, ac nonnulla ostentanti uulnera: Ergo, inquit, qui tanta amicitiæ nostræ indicia gerebas, non statim ad nos accessisti? aut nos uirtutem amicorum, quæ etiam apud hostes in honore est, compensare posse diffidebas? Hæc amice locutus, iuncta dextra equum ei bellatorem dono dat, ac quingentos denarios. Exinde Bantius summa fide in societate Marcelli perstitit, grauissimusque fuit eorum qui contra sentirent index: multi enim erant, statuerantque Romanis ad prœlium egressis, impedimenta eorum diripere. Itaque Marcellus exercitu instructo, intra portas calones cõstituit, Nolanis edicto, ne quis eorum ad muros accederet. Quod nemo armatus conspiceretur, Annibal in urbe tumultũ esse ratus, incomposito agmine ad urbem accessit. Tum Marcellus porta iuxta quam constiterat aperta, cum equitum præstantissima parte erupit, inque frontem hostilis aciei pugnauit. Paulo post altera porta pedites cum clamore excurrerunt: cumque Annibal horum causa exercitũ diuideret, reliqui tertia porta

B effusi, perterritos inopinata re, neque iam priorum uim ferentes, adorti sunt. Tum primum Annibalis exercitus Romanis cessit, multisque uulneribus & magna cum trepidatione ad castra cõtendit. Cecidisse de Annibalis militib. quinque millia feruntur, de Romanis haud amplius quingentis. Liuius non quidem affirmat tantam hostib. illatam cladem: gloriã uerò magnã Marcello, Romanisque post tot mala fiduciã pugnam illam attulisse ait, cùm non aduersus inuictũ hostem, sed qui & ipse pati aliquid incommodi posset, se bellũ gerere sentirent. Itaque altero deinde consule mortuo, populus Marcellũ absentẽ ut ei succederet uocauit, inuitisque proceribus comitia distulit, dum is ab exercitu ueniret: postquam uenit, ingẽti omniũ consensu est cõsul creatus. Sed cùm tonuisset, idque ostentũ augures aduersum ducerẽt, neque tamen palàm metu populi magistratu cũ prohibere auderent, ipse consulatũ eiurauit. Munus uerò belli gerendi nihilominus obijt, ac pro cõsule ad exercitũ, qui erat apud Nolã, reuersus, eos qui Pœno se coniunxerant infestauit. Celeriter cõtra eum Annibal exercitũ adduxit. At Marcellus prouocatus prœliũ detrectauit: ut uerò maiorem exercitus partem prædatũ Pœnus dimisit, neque iam pugnam cogitauit,

C suos ad prœlium eduxit. Longos peditibus contos dederat, quorum naualibus in prœlijs usus est, docueratque ijs Carthaginenses eminus exceptos ferire, qui non pilis, sed comminus breuib. hastis pugnare consueuissent. Itaque ergo terga Romanis ostenderunt, atque aperte fugerunt: cæsa sunt hostium millia quinque, elephanti quoque occisi quatuor, capti duo. Et (quod maximum fuit) tertia secundum eam pugnã die, equites misti Numidæ Hispanique plures trecentis ab Annibale transfugerunt: quod ante eum diem nunquam acciderat Pœno, qui barbarũ exercitũ è uarijs & diuersis collectum gentib. diu in concordia retinuerat. Hi cùm Marcello, tum cæteris deinceps ducibus fidi permanserunt. Porrò Marcellus tertium consul factus, in Siciliam transmisit. Etenim successus belli Carthaginenses mouerat, ut de hac iterũ obtinenda insula cogitarent: præsertim morte Hieronymi tyranni rebus Syracusanis conturbatis. iccirco Romani eò exercitum miserant, duce Appio. Ad Marcellum, ubi exercitum eum accepit, multi Romani supplices uenerunt, tali calamitate afflicti. Romanorum, qui ad Cannas in acie contra Annibalem steterant, præter eos qui cæsi fuere, alij fugerant, alij in potestatem hostium uiui peruenerant: tanto quidem numero, ut ne defendendis quidem muris qui essent re-

Annibal apud Nolam uictus a Marcello. 12

Consulatus irritus Marcelli.

Victoria. 13

Marcellus in Siciliam missus.

Cannensis militum supplicatio.

ſtare uiderentur. Ii tamen adhuc Romanis ſpiritus, ea animi aderat magnitudo, ut neq; captiuos redemerit, uile pro eis precium poſtulante Annibale, ſed contrà facto decreto, alios occidi, alios diuendi extra Italiam paſsi ſint: & eam multitudinem, quæ fuga ſalutem inuenerat, in Siciliam tranſmiſerint, edicto ne quandiu bellum cum Annibale eſſet, ueſtigium in Italia ij ponerent. Hi ergo ad Marcelli pedes tunc ſe confertim prouoluentes petebant ſupplices, ut in honeſtam aliquam militiam adſcriberentur: multis adhibitis uociferationi lacrymis promittentes, ſe ipſa demonſtraturos, fugam eam non timiditate, ſed calamitate accidiſſe. Miſeratus eos Marcellus, Senatui ſcripſit, petens ut ad ſupplementa legionum ij aſſumerentur. Re diu iactata, Senatus decreuit, nihil opus eſſe Romanis ad rempub. gerendam hominibus ignauis: quòd ſi uellet Marcellus, uteretur ſanè ijs, fortitudinis tamen cauſa nullam illis dux coronam daret, nullum honorem. Aegrè id S.C. Marcellus tulit, reuerſusq; à bello Sicilienſi Senatum reprahendit, quòd ipſi pro tot tantisq; rebus geſtis non tantùm gratiæ dediſſent, ut ciuium calamitati poſſet mederi. Enimuerò rerum in Sicilia is erat tum ſtatus. Hippocrates Syracuſanorum prætor, ut rem Carthaginenſib. gratam præſtaret, & ſibi ipſi tyrannidem pararet, B

Marcelli res in Sicilia geſtæ.

14 multos Romanorum occiderat * * * apud Leontinos: Leontinorumq; urbem ui cepit Marcellus. Ciuibus pepercit: quotquot autem perfugas deprahendiſſet, eos omnes flagris cæſos necauit. At Hippocrates primò falſum Syracuſas nuncium mittere, qui omnes puberes Leontinos necatos diceret: deinde turbatis Syracuſanis ſuperuenire, urbemq; occupare. Itaq; Marcellus, cum uniuerſo exercitu ad Syracuſas iuit: caſtrisq; propè poſitis, primùm legatos in urbem miſit, qui quæ acta eſſent apud Leontinos docerent: ubi id fruſtrà fuit, nō admittentib. orationem Syracuſanis, Hippocratis factione præualente, terra mariq; oppugnare Syracuſas inſtituit. Appiò ut terra exercitū adduceret mandatum. Ipſe cum ſexaginta triremibus omni armorū & iaculorum genere repletis, machinaq; quam iunctis inter ſe connexisq; in modum pontis octo nauib. impoſuerat, muro adnauigauit, multitudini, ſplendoriq; apparatus, gloriæq; fidens ſuæ. Nihil tamen hęc ad Archimedem, Archimedisq; machinas erant. Et quidem Archimedes non ut rem ſeriam earum tractationem propoſitā habebat, ſed pleraq; Geometriæ ueluti ludentis erant opera, quæ obiter ediderat quondam, Hieronis regis rogatu: cùm is ita ab Archimede contendiſſet, ut Geometriam ab ijs quæ ſola intelligentia præcipiuntur, ad ſenſiles res quodāmodo conuerteret, rationesq; iſtas per corporea inſtrumenta ad uſum transferens, illuſtriorē eam artē multitudini redderet. Etenim nobilē iſtam atq; gratā machinarū cōficiendarum artem Eudoxus quoq; & Archytas indagare ceperant, Geometriam expolientes, & ea proble-

Syracuſas Marcellus obſidet.

Archimedis machinæ. C

De uera & impura ſeu mixta Geometria.

15 mata, quorū explicatio certa, uiaq; ſcientiæ procedēs demonſtratio non facilè inueniretur, exemplis ſenſilibus, inſtrumentisq; abſoluentes. Tale eſt de duobus geometrica ratione inter duo extrema data medijs inueniendis problema: quod cùm & demonſtratu nō facile ſit, & ſit principiū ad multarū deſcriptionē figurarū neceſſariū, uterq; inſtrumentorū apparatu adſumpto tractauerunt, curuis lineis & ſegmentis medio loco ſcribendas iſtas lineas indagātes. Sed ubi Plato indignè hoc ferens, perdi ab ipſis & corrūpi Geometrię dignitatē cōtendit, q̄ ab incorporeis rebus, ſolaq; intelligētia percipiēdis ad ſenſilia traſfugiat. corporeq; rurſum utat, atq; ita multū & illiberale requirat ociū: ita tum illa machinarum effectrix ars à Geometria deiuncta, diuq; à philoſophis neglecta, pars militaris ſcientiæ

A scientiæ facta est. Sanè Archimedes Hieroni regi, cuius erat cognatus & amicus, datis uiribus datum pondus moueri posse scripsit: elatusq; ut aiunt, demonstrationis robore iactauit, se, si alia existeret terra, in eam transgressum, hanc nostram moturum fuisse. Id miratus Hiero, petijt ut in rem ipsam hoc traduceret problema, ostenderétque magnum aliquid à paruo robore moueri. Tum Archimedes onerariam nauim regiam emit, magno multorum labore in mare deductam: eam impositis ipse multis hominibus, solitóque onere, seorsim sedens, unáque manu non contentè, sed leuiter agitans ansam machinæ cuiusdam, quales à multitudine eorum quæ tractioni inseruiunt, polyspasti Græcis dicuntur, nauim leniter & absque offensione tanquam per mare decurrentem ad se attraxit. Attonitus ea re Hiero, uimq; artis intelligens, persuasit Archimedi, ut ipsi ad omne genus cùm faciendæ tum depellendæ oppugnationis machinas conficeret. quibus ipse quidem usus est nunquam, maiorem uitæ partem in ocio & quiete degens: tunc uerò & opera, & opifex Syracusanis usui fuerunt. Itaq; ut bifariā Romani urbem oppugnare ceperunt, ter-
B ror Syracusanos & silentiū præ metu tenuit, ut qui tantis uirib. nulla posse resisti ratione putarent. Verùm Archimede machinas suas instruente, terra oppugnantibus omnis generis iacula, ingentisq; ponderis saxa, cum stridore & celeritate incredibili delata obuiam ibāt: quorum nemo quisquam poterat grauitatem sustinere, sed confertim eos in quos incidissent sternebant, ordinesq; ipsos turbabant. At in naues subitò aut de muris demissa trabs graui pondere recellēte eas submergebat: aut manus ferreæ rostrisq; gruum similes prora apprehensa, rectà in puppim statuebat nauim: aut intus per instrumenta contrarios motus habentia obuersa nauis & circumducta, præcipitijs & scopulis (qui erant sub muro enati) affligebatur, & cum magno classiariorū exitio conterebatur. Aliquoties nauis in sublime à mari eleuata, terribile spectaculum exhibebat, hàc illàc nutans atque circumuoluta: donec ad extremū hominibus qui in ea fuerant, eiectis atq; uelut è funda extortis, ipsa inanis aut muris incideret, aut delaberetur remittente complexum machina. Cæterùm machina, quam nauibus iunctis aduehebat Marcellus, Sambuca dicebatur, à similitudine Musici instrumenti ita appellati. Ea cùm eminus ad murum ad-
C moueretur, lapis decem talenta appendens, aliusq; atq; alius insuper extorti sunt: quorum hi quidem in Sambucam incidentes magno strepitu & impetu, basim machinæ comminuerunt, compagesq; disiecerunt, & à nauium structura auellerunt: * * itaq; Marcellus quid ageret nescius, 16
& ipse statim cum nauibus discessit, & peditibus ut idem facerent imperauit. Consultantibus ita placuit, ut noctu, si possent, muro succederent: ita enim & contentiones machinamentorum, ualidas atq; robustas eas, effecturas ut tela superuolent Romanos, & cùm non satis spacij ictib. detur tormentorū, eos planè inutiles fore. Sed nimirum Archimedes iampridem tormentorū ad omne spacium accōmodatorum apparatu, breuibusq; telis, nō longè inter se distantibus, scorpionibusq; crebris qui non procul quidē, sed comminus tamen læderent, neq; ab hostibus possent conspici, ei consilio occurrerat. Itaq; ut appropinquarunt Romani muro, clam hostibus id esse rati, rursus multis sunt iaculis petiti: cùm & saxa desuper ad perpendiculum inciderent, & murus undique tela emitteret. Cùm pedem retulissent, rursusq; in longum aciem porrexissent, iacula euolantia discedentes assequebantur: quare multi eorum perierunt, nauium uerò magna inter sese conflictatio extitit. Neque hosti contrà mali

Archimedes Syracusas machinis suis tuetur.

Sambuca.

mali quicquam facere poterat Romanus: quod machinamētorum ple- A
raq; subter murū Archimedes adornauerat. Videbātur ergo quasi Deos
Marcellus oppugnationē Syracusarum dimittit.
oppugnare Romani, innumeris undiq; ex occulto malis uexati. Proin-
de Marcellus aufugit, suosq; fabros & machinarū opifices subsannās, di-
cebat, Non finem faciemus Geometricum istum Briareum oppugnādi:
qui cum dedecore nostro, ludens ipse, naues nostras in mare demersit, &
nunc eos qui in fabulis sunt Centimanos superat, tot simul nobis immit-
tens iacula. Et uerò re ipsa omnes reliqui Syracusani corpus erant Archi-
medis machinamentorum, ipse animi instar cætera omnia mouebat: ia-
centibusq; ociosè omnibus armis, Archimedis unius fabricis & ad defen
dendos se, & ad lædendos hostes utebantur. Denique is inuaserat me-
tus Romanos, ut si funiculum modò aut lignum supra murum conspexis-
sent, tormentum aliquod ab Archimede proferri clamantes, fugerent. Id-
circo Marcellus oppugnatione protinus omissa, obsidionem trahere sta-
Archimedis quàm sublimis animus.
tuit. Enimuerò Archimedes tam alto erat animo, tantisq; theorema-
tum diuicijs præditus, ut noluerit de his, quibus sibi nomen & opinio-
nem non humani, sed diuini cuiusdam ingenij parauerat, quicquam scri- B
bere. Quippe machinarum effectionem, omnemq; artem quæ necessi-
tati inseruiret, illiberalem & sordidam ratus, in his modò studium suum
seriò posuit, in quibus pulcritudo & subtilitas nulli commixta necessi-
tati inest. Hæc enim cum nullis alijs rebus concreta, contentionem de-
monstrationis & materiæ exhibent: cùm hæc magnitudinem & pulcri-
tudinem, illa certitudinem & uim immensam præ se ferat. Neque uerò
in Geometria inuenies difficiliores atque magis abditas quæstiones sim-
plicioribus, purioribusq; elementis explicatas: quàm sint eæ, quas de-
scripsit Archimedes. Id quidam felicitati ingenij eius uiri adscribunt: a-
lij incredibili labore eius effectū putant, quòd singula absq; labore & fa-
cilè præstata ab eo uideantur. Equidem haud temerè quispiam demon-
strationem aliquam inueniat: sed ubi eam perdidicit, in eam simul opi-
nionem uenit, potuisse ipsam & à se excogitari. adeò leui & expedita uia
demōstratio ad id quod est ostendendum progreditur. Quamobrem ne
huic quidem fides abroganda sit, quòd fertur eum sua ista familiari & do-
Siren.
mestica quadam Sirene istius scientiæ delectatum, sæpe cibi sumendi, cu
randiq; corporis oblitū fuisse: sæpe ui ad unguentum & lauacrum per- C
tractū, in foco figuras Geometricas inscripsisse, & in corpore uncto, digi-
to lineas duxisse, præ magna uoluptate quasi mentis impotē, uereq; Mu-
sarum furore correptum. Idem cùm multa & egregia inuenisset, ab ami-
cis perhibetur & cognatis petijsse, ut sibi mortuo in sepulcro constituerent
cylindrū sphærā circūplexū, & rationē quæ est cylindri ad inscriptā sphę-
Marcelli res gestæ in Sicilia
ram adscriberent. Hic fuit Archimedes, qui tum & se, & Syracusas inui-
ctas, quantum ab ipsis præstari potuit, seruauit. Interim obsidione du-
rante Marcellus, Megara urbem de antiquissimis Siciliæ urbibus unam
17 diruit: Hippocratis etiam exercitum ad Acrillas uicit, castra facientib. su-
perueniens, ampliusq; octo hostiū milib. interfecit. Exinde maiorē Sici-
liæ partem incursionib. infestādo, urbes ad defectionē à Carthaginensib.
mouit: omnib. uerò prœlijs, quotiescunq; congredi hostes ausi fuissent, ui-
ctor discessit. Post aliquantū tēporis Damippū Spartanū è Syracusis naui
gantē cepit. Hūc redimere cupientib. Syracusanis, sæpius ea de causa ad
18 colloquiū ueniēs, turrim quandā animaduertit negligētiùs custoditā, oc
cultè recipiendis hominib. aptā, eò q; ea parte murus cōscēdi posset. Eius
turris, q̃ ad eā crebrò colloquij causa accedebāt, altitudine, ꝓbè ęstimata,
scalisq;

A ſcaliſq; confectis Marcellus, capto tempore, quo Syracuſani diē Dianæ feſtū agentes uino ſe & ludis dediſſent, non turrim modò eā occupauit, ſed armatis quoq; hominib. murum cōpleuit, priuſq; dies illuceſceret, inſcijs hoſtib. etiam tum adhuc, cum ipſe iam Hexapyli portas effringeret. Cum re animaduerſa Syracuſani ad arma concurrerent, ipſe iuſsis undiq; canere tubis, fugā eis, magnūq; iniecit terrorē, omnes urbis partes captas putantibus. At nondum capta erat maxima, munitiſsimaq; eadem & pulcerrima Syracuſarum pars Achradine, cuius muri exterioris urbis (eius una pars Neapolis, altera Tyche dicitur) muris erant coniuncti. Exteriori urbe capta, prima luce ab Hexapylo deſcendit, beatum ipſum reliquis 19
ducib. prædicantibus. At ipſe fertur cum de ſuperiori loco urbis magnitudinem atq; pulcritudinem circumſpexiſſet, miſeratione eorum quæ ei futura eſſent commotus aliquandiu illacrymaſſe, cogitans quam faciem urbs hæc paulo pòſt à militibus direpta eſſet habitura. Nam de tribunis militum nullus erat, qui prędam militibus denegare auderet: quidam incendi etiam urbem, murosq; ſubrui iubebant. Horum tamen ne uerba

Misericordia Marcelli.

B quidem admiſit Marcellus, & inuitus admodum eò conceſsit, ut bona & mancipia prædę daret: à liberis autem corporibus omnem uim abſtineri iuſsit, & edixit, ne quis Syracuſanorum occideretur, uiolaretur, néue captiuus duceretur. Enimuerò hac etiam moderatione adhibita, urbem tamen grauia & miſeranda paſſuram ratus, in tanto gaudio miſerationē animi ſui oſtendit: cùm exiguo temporis ſpacio tantas tamq; ſplendidas urbis fortuna perituras cerneret. Ferunt quidem Syracuſanam prædam ea, quæ pòſt à Carthagine eſt allata, non fuiſſe minorem: nam & reliquam urbis partem proditione captam ut diriperent, ui obtinuerunt milites: niſi quòd regij theſauri prædæ exempti, & ærario reſeruati ſunt. Maximè omnium Archimedis interitus Marcello moleſtus fuit. Is tum fortè deſcripta figura quippiam contemplatus, totúsque animo & oculis meditandę ei rei intentus, Romanorum irruptionem, urbíſque captæ ſtatum non ſentiebat. Subitò miles ei adſtitit, ſequique ſe ad Marcellum iuſsit. Archimedes priuſquam abſoluiſſet problema, & ad demonſtrationem perduxiſſet, ire noluit: qua re miles commotus, gladio eum educto obtruncauit. Alij referunt, Romanum ſtricto gladio irruiſ-

Præda Syracuſana.

Archimedis interitus.

C ſe, necémque Archimedi intentaſſe: hunc uerò ut uiderit, magnopere oraſſe tantiſper cædem differret, dum id quod propoſitum habebat contemplandum, penitus cognoſceret: militem nullam eius rationem habuiſſe, & interfeciſſe hominem. Tertius eorum eſt hac de re ſermo, qui ad Marcellum ferenti Archimedi Mathematica inſtrumenta, ſciothera, ſphæras, & quadrantes, ſuperueniſſe aiunt milites, ratosq; aurum eum in 20
uaſe iſto portare, trucidaſſe. Id quidē in confeſſo eſt, indoluiſſe ea re Marcellum, percuſſoremq; ut ſceleratum hominem fuiſſe abominatū, repertosq; Archimedis neceſſarios honoribus affeciſſe. Enimuerò cùm Romani exteris adhuc bello tātùm gerēdo ſtrenui, pugnaq; terribiles uiderenť, neq; dum æquitatis, humanitatis, ciuiliumq; omnino uirtutū ſpecimen aliquod exhibuiſſent: primus Marcellus uideť Gręcis oſtendiſſe eſſe iuſtiores q̃ crederenť Romanos. Ita eñi eos, quibus cū res ipſi erat, tractauit, totq; eius in ciuitates & priuatos homines extiterūt beneficia, ut ſi quid durius Ennenſibus, Megarēſibus, Syracuſanis'ue acciderit, nō ma 21
gis hoc ijs qui feciſſent, quàm qui paſsi eſſent, adſcribi potuerit. De multis unū proferā. Oppidū eſt Siciliç nō magnū, nomine Engyiū, perantiquū tamen, & ob Deos (quas Matres uocāt) ibi uiſos celebre. Templum

ibi

ibi à Cretensibus positum ferunt: ostentabanturq́ue hastæ, & galeæ æneę, A
Merionis & Vlissis inscriptione, qui eas dedicassent. Eius ciues cùm impensè reb. Carthaginensiū fauerent, Nicias primi inter eos ordinis suasit, ut Romanis accederēt, liberè in cōcionibus aduersarios malè sentire demonstrans: at hi gloriam uiri & potentiā timentes, statuerunt correptum eum Pœnis tradere. Nicias ubi iam occultè se custodiri sensit, de Matrib. sermones in publicum extulit, illicitos, multa in eorum numinum contemptum egit, tanquam diffidens & contemnens quæ de eorum præsentia & maiestate ferebantur. Gratum id inimicis fuit, quòd ille maximam sui malè tractandi causam ultrò præbuisset. Iam ergo omnibus ita cōparatis, ut ei manus iniijcerent, conuocatisq́ue in concionem tum ciuibus, Nicias ad populum uerba faciēs, subitò ad terram corpus demisit, parumq́ue moratus (ut par est attonitum quietem capere) inde leuato capite, ac circumacto, tremula uoce, ac graui primùm, deinde sensim eam intendens atq́ue exacuens, ut uidit horrore & silentio occupatam concionem, proiecta toga, ac dilacerata tunica, seminudus exiluit, & ad exitum theatri se proripuit, agitari se à Matribus clamans. Ita cùm attingere eum aut occurrere religioni omnes ducerent, ac de uia decederent, ad portas urbis procurrit, neq́ue uoce ea, neq́ue motu, quales diuino furore concitum edere par est, usus. At uxor rei conscia, maritiq́ue artibus subseruiens, liberis secū acceptis, primùm supplicem se ad Dearum ædem deuoluit: deinde errantem maritum quærere se simulans, nemine obstante, tutò urbe excessit. B

Callidum facinus, Niciæ Enguini.

22. Hac arte usi, Syracusas ad Marcellum salui peruenerunt. Marcellus autem Enguinos multis eorum iniurijs & delictis lacessitus superueniens omnes sumendi causa supplicij cùm uinxisset, Nicias adsistens fleuit, ac tandem manus & genua Marcelli tangens pro ciuibus, ac primo quidem loco pro inimicis suis deprecatus est: cuius precibus fractus Marcellus, omnes dimisit, neq́ue quicquam mali ciuitati fecit, Niciam uerò agro multo, donisq́ue splendidis honorauit. Hæc Posidonius philosophus memoriæ prodidit. Proinde Marcellus ad bellum in Italia gerendum à Romanis euocatus, pleraque & pulcerrima Syracusis donaria abstulit, quæ & triumpho suo splendori, & Romæ ornamento essent. Quippe antea neq́ue habuerat neq́ue nouerat Roma quicquam elegātis & artificiosi operis, neq́ue uenusta illa, nitida, & grata in urbe erant tum ornamenta: armis C
barbarorum, & spolijs cruentis repleta, triumphorumq́ue monumentis & trophæis coronata, non lætum, aut terroris uacuum, neq́ue meticulosis aut delicatis gratum spectaculum exhibebat. & ut Epaminondas Bœotios campos Martis orchestram, Xenophon Ephesum belli officinam dixit:

Græca ornamenta primū Romā allata.

23 ita puto potuisse quempiam tunc Romam bellicosi (iuxta Pindarum) Martis templum appellare. Itaq́ue apud populum Marcelli gloria maior fuit, qui urbem ornamentis gratiam & uenustatem Græciam cum grata uarietate habentibus decorasset: apud senatum uerò Fabij Maximi, qui Tarēto capto nihil tale abstulit, sed pecunia et diuitijs egestis, manere ibi iussit simulacra, addito celebri illo dicto: Relinquamus Tarentinis Deos suos iratos. Marcellus autem cùm eo nomine reprehensus est, quòd non hominibus modò, sed Dijs etiam in triumpho ductis, inuidiam Romæ conflasset: tum, quòd populum bello & agriculturæ assuetum, deliciarumq́ue & ocij rudem, & (qualis apud Euripidē Hercules describitur)

Inanum rudem, præstantem maximis,

ocio & garrulitati dedisset, ut iam de artibus & artificibus nugaretur, eiq́ue rei maiorem diei partē insumeret. Atqui Marcellus eo nomine etiā apud

Græcos

A Græcos gloriatus est, quòd quæ pulcra haberent & admirarentur Græci, ea Romanos inscios antè in honore ipse habere, & admirari docuisset. Porrò triumpho eius aduersarijs resistentibus, quòd & quędam in Sicilia conficienda restabant, & inuidiæ obnoxius erat secundus triumphus, ipse ita concesit, ut perfectū & magnum triumphum in Albanum montem duceret, ouans uerò urbem iniret. Qui ouans in urbem intrat, is non quadrigis inuehitur, neq; lauro coronatur, neq; tubicines habet: sed pedes est, calceatus, multis comitantibus tibicinibus, myrto redimitus: ut gratior sit, quàm terribilior aspectus, & minorem belli speciem præferat. Id quod mihi maximo est indicio, antiquitùs non magnitudine rei gestæ, sed modo, discrimina triumphorum constitisse. Qui enim prœlio & cæde facta hostes uicissent, ij Martium istum nimirum & terribilem triumphum ducebant, lauro (ut solet in lustrationibus exercituum) arma & uiros multa coronantes. At ducibus qui non bello, sed oratione & persuadendo rem prosperè confecissent, ducere bellici apparatus expertem & festiuam istam pompam lex dabat. Nam & tibia pacis est, & myrtus Veneris arbor, quæ Dea maximè uiolentiam & bella odit. Neq; uerò ab acclamatione læta (quæ Euasmus Græcis est, unde ijdem ouationem Euan dicunt) hoc genus triumphi, ut putant multi, nominatur: sed id Græci ad uocabulum ipsis usitatum detorserunt, persuadentes sibi honoris partem etiam Baccho tribui, quem Euium & Thriambum (est autem triumphus Græcis thriambos) dicunt. Sed in eo fallūtur. Nimirum in magno triumpho bouem maiorum more dux immolabat, in minori ouem: inde ouationi nomen. Operæ est contemplari, ut Lacedæmonius legislator contrario quàm Romanus modo sacrificia instituerit. Qui enim ducis munere apud Spartanos defunctus est, si rem astu aut persuadendo confecit, boue, sin pugna, gallo rem sacram facit: quippe homines quantumuis bellicosissimi, maiorem, hominiq; magis conuenientem actionem eam iudicabant, quę à prudentia & ratione, quàm quę à ui & fortitudine proficisceretur. Verùm hæc qualia sint, consideranda in medio relinquimus. Marcello quartùm consule, aduersarij eius Syracusanis persuaserunt, ut Romam profecti, de grauibus & contra fidem datam illatis à Marcello iniurijs apud Senatum quererentur. Fortè tum rem sacram in Capitolio faciebat Marcellus. Itaq; cùm in Senatum uenissent Syracusani, & se audiri ius suum persequentes peterent, ab altero consule Marcelli absentis uicem dolente exclusi sunt. At Marcellus re cognita, statim uenit, primumq; sella curuli sedens, consulis munus obiuit: deinde cęteris peractis à sella descendit, ac priuati in morem eo in loco adstitit, unde causam dicere solent rei, deditq; sui accusandi facultatem Syracusanis. Eos uerò autoritas uiri atq; confidentia maiorem in modum conturbauit: terribilemq; eum in armis olim intuiti, tunc ne oculos quidem aduersus prætextatum attollere audebant. Tamen aduersarijs Marcelli instigantibus, accusationem orsi sunt, lamentis mixtam, cuius hæc erat summa: se, cùm essent socij & amici Romanorum, ea perpessos, quæ ne paterentur multi hostes, à Romanorum ducibus per gratiam obtinuissent. Ad hæc Marcellus: Pro multis maleficijs, quæ contra Romanos exercuissent, nihil ijs factum, nisi quòd bello & ui captis hominibus ne eueniat, prohibere posit nemo: ita uerò captos, cùm crebris ipsius ad redeundum in fidem Romanorum adhortationibus obtemperare noluissent: neq; eos à tyrannis ad bellum Romanis faciendum ui compulsos fuisse, sed tyrannidem eo nomine illis obtulisse, ut bellum susciperent. Habitis orationibus,

(margin: 24 — *Ouatio Marcelli, & in Albano triumphus.* — B — *Lacedæmoniorum sacra ob uictoriā parta qualia.* — C — *Marcelli in refutandis Syracusanorum querelis grauitas & clementia.*)

Syracuſaniſq; (ut fieri ſolet) è Senatu excedentibus, Marcellus etiam A
diſceſsit, collegæ ut cum Senatu de cauſa cognoſceret, facta poteſtate.
Ipſe ante fores Curiæ præſtolatus, neq; iudicij metu, neq; ira in Syracu-
ſanos ſolitum ſibi uultum immutauit: placidè & pacato geſtu exitum iu-
dicij operiens. Sententijs latis cùm rem tenuiſſet, flentes ei ſe ad pedes
prouoluunt Syracuſani, obteſtantes, iram aduerſus præſentes uti di-
mitteret, miſereteturq; reliquæ ciuitatis perpetuam ipſius meritorum
memoriam grato animo colentis. Fractus ijs Marcellus, non modò
cum his in gratiam redijt, ſed & ſemper bene facere Syracuſanis perre-
xit. Libertatem autem, quam ijs reddidit, legeſq;, & quod ſupererat
bonorum, Senatus rata omnia habuit. Pro his cùm alij ingentes ho-
nores à Syracuſanis ei ſunt habiti, tum lex ab ipſis facta eſt, ut quoties
uel Marcellus, uel aliquis de ipſius poſteris in Siciliam ueniſſet, coronati
Dijs ſacrificarent Syracuſani. Marcellus ab hoc negocio aduerſus An-

Geſtæ eius contra Annibalē res.

nibalem ſe conuertit. A' prœlio Cannenſi omnes ferè conſules, omnes
duces hac una contra Annibalem uſi erant arte, ut prœlium ſubterfu-
gerent: neque quiſquam eorum acie congredi auſus fuerat. Marcellus B
autem diuerſa ſibi uia incedendum iudicabat: alioquin fore, ut tempo-
ris eo ſpacio, quo Annibalem illi attritum iri ſperabant, ab eo Italia im-
prudentibus omnibus conficeretur. neque uerò Fabium curandæ pa-
triæ rectas rationes inijſſe, qui tuta tantum ſectatus tantiſper expecta-
ret, dum Roma tabe confecta bellum finiretur: quo modo medicis mor-
bo remedium adhibere trepidantibus, ſimul cum morbo ipſum corpus
& uires elangueſcunt. Primùm itaque Samnij urbes magnas, quæ
ad Annibalem defecerant, cepit: inq; ijs multum frumenti, & pecu-
niæ, ac tria hominum millia, ab Annibale præſidij loco impoſita. De-
25 inde cùm in Apulia Cn. Fuluium proconſulem Annibal cum undecim
tribunis militum & maiori exercitus parte occidiſſet, ſcriptis Romam
literis, ciues hortatus eſt, uti animo eſſent bono: ſe enim iam ire eam re-
gionem Annibali ademptum. His literis recitatis Liuius ſcribit non
dolorem ſublatum, ſed auctum Romanis metum, tanto maius pericu-
lum accepto damno putantibus, quanto præſtantior Fuluio eſſet Mar-
cellus. Atque hic quidem, uti ſcripſerat, confeſtim Annibalem in-
ſequens, in Lucanos tranſiit: eumq; cùm ad oppidum Numiſtronem in
colle munito conſediſſe offendiſſet, ipſe in plano caſtra poſuit. Po- C
ſtridie in aciem eduxit: Annibaleq; degreſſo, prœlium conſertum eſt
incerta quidem uictoria, ſed ita uehemens, ut ab hora tertia eò uſque
protraheretur, dum noctis tenebræ id dirimerent. Rurſus orta luce
in aciem eduxit inter cadauera, Annibalemq; ad decernendam prœlio
uictoriam prouocauit, eumq; caſtris motis diſcedentem, ſpoliatis prius
ipſe hoſtium cadaueribus, ſuiſq; ſepultis inſecutus eſt. Multas Anni-
balis inſidias euitauit, omnibus autem leuibus prœlijs uictor, in admi-
ratione fuit. Quare comitijs inſtantibus, potius uiſum Senatui alterum
conſulum è Sicilia euocare, quàm à certaminibus cum Annibale Marcel-
26 lum abducere: illumq; ut uenit dictatorem dicere iuſſerunt Q. Ful-
uium. Dictator enim neq; à populo poteſt, neq; à Senatu eligi, ſed con-
ſulum aliquis aut prætorum progreſſus ad populum, eum quem ex uſu
fore putat, dictatorem dicit. Hinc dictatoris nomen eſt: alij ſic dictum
cenſent, quòd non in ſuffragium iubeat ire de ijs quæ ſtatuere uult, ſed
quæ ipſi uiſum fuerit, imperet: etenim à magiſtratibus latas leges edicta
Romani uocant. Marcelli collega cùm è Sicilia ueniſſet, alium dictato-
rem

A rem dicere uoluit: ac ne inuitus de sua sententia detruderetur, noctu in Siciliam abnauigauit. Populus Q. Fuluium dictatorem iussit: Senatus autem Marcello, ut eum diceret, scripsit: isque paruit, & sententiam populi confirmauit. Inde in annum sequentem rursus pro consule missus, re cum Fabio Maximo composita, ut is Tarentinos aggrederetur, ipse Annibalem adortus à ferendo illis auxilio detineret, ad Canusium accessit. Ibi Annibali castra subinde mutanti, prœliumque detrectanti se ostentans, tandem ut is certo loco consedit, leuibus pugnis ad iustum prœlium exciuit: id prœlium inchoatum nox diremit. postridie rursus Marcellus in armis conspectus est, instructa acie. Quare Annibal dolore concitus magno, Carthaginẽses conuocauit, orauitque ut pro omnib. priorib. uictorijs retinendis in præsentia dimicarent: uideris enim (dicebat) post tot uictorias, ne respirandi quidem nobis uictoribus aut ocij dari facultatem, nisi hominem istum profligauerimus. Inde commissum est prœlium, in quo Marcellus uidetur intempestiuo strategemate damnum sibi dedisse. Dextra enim ala laborante, unam de legionibus in primam aciem prodire iussit. Hæc mutatio ordinibus turbatis, hostibus uictoriam tradidit, duobus millibus & septingentis Romanorum cæsis. Marcellus in castra regressus, conuocato exercitu, uidere se multa Romanorum arma, multa corpora, Romanum uerò nullum dixit: ac ueniam petentibus, uictis se daturum negauit, uictoribus promisit: cras iterum in aciem educturum affirmauit, ut de uictoria prius quàm fuga fama ad ciues perueniret. His dictis, cohortibus quę cesserant pro tritico hordeum dari iussit. Itaque ergo multis malè ab eo prœlio affectis, neminem dicunt fuisse, cui non plus doloris oratio ducis, quàm uulnera attulerint. Manè punicea toga, signum pugnæ, de more suspensa fuit: cohortibus autem ignominia notatis primus, quem petierant, locus in acie datus: reliquos tribb. militum in aciem eduxerunt. Quod ut renunciatum est Annibali, Quid, inquit, Dij boni, huic homini facias? qui neque secundam potest, neque aduersam fortunam ferre: solus neque dare quietem uictor, neque uti es uictus potest. nimirum semper erit cum eo pugnandum, qui in utroque euentu pudorem audendi prætextum habet. Inde commisso prœlio, cùm æquo Marte pugnaretur, Annibal elephantos in primam productos aciem, Romanis ordinibus immitti iussit. Ibi tumultu & trepidatione magna orta, tribunus militum Flauius signo correpto occurrit, primumque elephantum cuspide inferiori ictum retrò auertit: is & proximum à se, & alios deinceps conturbauit. Marcellus eo conspecto, equites confertim ad tumultum aduolare, hostiumque in se ipsos ruentium trepidationem augere iussit. Ii acri in Carthaginenses facto impetu, usque ad castra eos repulerunt: maximaque eorum cædes ab occisis & corruentibus elephantis est facta. Ceciderunt hostium supra octo millia: ab Romanis tria millia, plerisque reliquis saucijs. Id Annibali quàm longissimè à Marcello se subducendi noctu motis castris facultatem præbuit. Marcellus insequi sauciorum ob multitudinem non potuit: itaque per ocium in Campaniam transiit, Sinuessæque æstatem reficiendo exercitu consumpsit. At Annibal ut semel à Marcello se abripuit, tanquam libero & soluto exercitu omnem Italiam circumiens incendijs uastabat. Quo nomine cùm malè audiret Marcellus, inimici eius Publicium Bibulum tribunum plebis submiserunt, qui eum accusaret. Erat is homo in orationibus uehemens, conuocatoque sæpius populo, alteri duci copias Marcelli committendas suadebat: etenim Marcellum, cùm ad bellum

Marcelli in suos uictos seueritas.

Annibalis de Marcello dictum.

Flauij trib. milit. egregium facinus.

Publicius Marcelli calumniator.

A 2 tantùm

tantùm sese parumper exercuisset, statim curandi corporis causa tan- A
quam ad lauacra calida se à palæstra contulisse. Quibus auditis, Marcel-
lus, relictis ad exercitum legatis, ipse diluendarum calumniarum causa
Romam uenit. Iam ijs calumnijs hoc erat effectum, ut dies Marcello
diceretur. Quæ ubi appetijt, populo in circum Flaminium congrega-
to, Bibulus accusauit: Marcellus sui purgandi causa pauca & simpli-
citer dixit. Multa autem in eo defendendo, insignique libertate usi
sunt probatissimi primoresque ciuium, monentes populum, cauerent
ne si timiditatis Marcellum condemnassent, deterius de eo quàm ho-
stis iudicasse deprehenderentur: quippe hunc unum esse ex omnibus
ducibus quem Annibal fugiat, ijsdemque artibus semper congressum e-
ius declinet, quibus ad pugnam reliquos alliciat. His sermonibus fa-
ctum est, ut in tantum spes sua accusatorem frustraretur, ut non ab-
solutus modò criminum sit Marcellus, sed & quintùm consul creatus.
Initio huius consulatus magnum in Etruria motum ad defectionem
spectantem sedauit, ac circum urbes profectus pacauit. Inde templum
Templa Honoris & Virtutis. Honoris & Virtutis à se ex manubijs Siciliensibus extructum dedica- B
re cupiens, à pontificibus impeditus, quòd ij non rectè una æde du-
os Deos includi dicerent, priori alteram adijcere cepit, ægrè ferens id
Ostenta Marcello aduersa. impedimenti, ac quasi in omen trahens. Nam & alijs turbabatur o-
stentis, quòd & fana quædam de cœlo tacta erant, & in æde Iouis
aurum mures corrosissent: ferebatur & bos locutus, & infans cum ca-
28 pite elephanti natus. Factis hæc prodigia curandi causa sacrificijs, a-
liquoties non fuerat litatum. Detinebatur ergo ab aruspicibus in ur-
be, æstuans animo atque cupiditate tumens. Nemo enim quisquam
tantoperè quicquam petijt, atque is uir cum Annibale prœlio decer-
nere in uotis habuit: hoc ei & per quietem obuersabatur somnium, &
unum hoc cum amicis & collegis consultabat, hoc unum à Dijs pete-
bat, uti cum Annibale acie collata dimicandi facultatem sibi darent:
idq; (ut arbitror) ita maximè uoluisset fieri, si uno muro aut uallo u-
terque fuisset inclusus exercitus. Ac nisi iam gloria onustus, abundè
suam in omnis generis imperijs obeundis grauitatem atque prudentiam
demonstrasset, dicerem sanè affectu magis quàm pro ætate eius feruido
ac iuuenili, & ambitione annis indecora concitatum fuisse. gessit enim C
quintum consulatum, annos natus plures quàm sexaginta. Cæterùm
sacrificijs & expiationibus secundum aruspicum iussa factis, cum col-
lega ad bellum est profectus: Annibalemq; inter Bantiam & Venusiam
urbes sedentem crebrò irritauit. Annibal dimicationem subterfugit: &
cùm à Romanis coss. mitti exercitum in Locros Epizephyrios sensisset,
insidijs sub tumulum Peteliæ abditis, duo millia & quingentos Roma-
norum occidit. Ira huius rei Marcellum ad conserendum prœlium
inflammauit: propiusq; castra hostium castris contulit. Erat inter Pu-
nica & Romana castra collis, satis quidem natura munitus, cæterùm
omnis generis arboribus ac uirgultis obsitus: habebat & delectus
in utranque partem procliues, & fontes, qui aquis inde delabenti-
bus indicarentur. Hunc mirabantur Romani ab Annibale non oc-
cupatum, cum prior loco tam apto castra fixisset, sed hostibus reli-
ctum. Verùm Annibali locus ut commodus castris, ita longè oppor-
tunior insidijs abscondendis uisus erat, & ad hanc rem potiùs eo uti sta-
tuerat. Itaque syluestria omnia, & cauernas multis iaculatoribus & lan-
cearijs oppleuerat: sperans fore, ut loci natura opportunitate sua eò
Romanos

A Romanos alliceret. Quæ cum ſpes nequaquam fefellit. Etenim conti-
nuò in caſtris Romanorum multus erat ſermo, occupandum eum eſſe lo-
cum: iamq; curioſe rationes inibant, quot rebus ſuperiores eſſent hoſtib. 29
futuri, maximè quidem caſtris in eo colle poſitis, ſin minus, at certè eo mu
nimentis intercepto. Viſum eſt igitur Marcello conſilium, ut cum paucis
equis locum ſpecularetur: uocatoq; aruſpice, ſacram rem fecit. Cæſa pri-
ma hoſtia, iecur ei ſine capite oſtendit aruſpex: ſecunda cæſa cùm ma-
gnum caput exhibuit, tum cætera omnia ad miraculum pulcra uiſa ſunt:
& apparebat terror prioribus extis oblatus, alteris ſublatus. At aruſpices
magis etiam metuere ſe reſponderunt: mutationem enim ſiniſtri aliquid
habere uideri, quòd poſt turpiſsima & triſtiſsima exta, nimis quàm læta
apparuiſſent. Verùm enimuerò fato neq; ignis, neq; ferreus obſtiterit mu
rus, ut eſt apud Pindarum. Exijt cum collega Criſpino Marcellus, filioq;
ſuo, qui tum erat tribunus militum, ac ducentis & uiginti equitibus: quo- *Marcellus*
rum nemo Romanus erat, ſed Etruſci cæteri, quadraginta Fregellani, qui *ut inſidijs*
morigeros ſe & fidos perpetuò Marcello præbuerant. Locus erat ſylue- *circumuen-*
B ſtris, & tectus, in eo ſpeculator Carthaginenſium deſidebat, qui à nemine *tus perierit*
conſpici, ipſe Romanorum caſtra cernere poterat. Is cum in inſidijs loca-
tis quid agerent Romani indicaſſet, illi Marcellum aduenientē paſsi pro-
pè accedere, inde ſubitò exorti, & undiquaque circumfuſi, iaculabantur,
cædebant, inſequebantur fugientes, cum reſiſtentibus dimicabant. Re-
ſiſtebant autem quadraginta Fregellani, Etruſcisq; initio ſtatim præ ter-
rore fugā dantibus, agmine ipſi facto pro conſulibus propugnabant: do-
nec Criſpinus duobus iaculis ictus equū ad fugam conuertit, Marcelli au
tem latus lancea traiectum eſt. Tunc demum & qui ſupererant Fregella-
ni, pauci admodum, Marcellum cadentem relinquentes, filio eius ſaucio
ſecum abrepto in caſtra effugerunt. Ceciderunt haud multi ſupra quadra
ginta: capti ſunt lictores quinque, & de equitibus duodeuiginti. Paucos
poſt dies etiam Criſpinus ex uulneribus obijt: nouumq; hoc Romanis in- *Criſpini*
fortunium accidit, ut uno prœlio utrumq; conſulem amitterent. Annibal *mors.*
uerò cùm reliquos minimi faceret, Marcellum cecidiſſe audito, ipſe ad lo
cum accurrit: cadauericq; adſiſtens, diuq; corporis robur & formam con- *Annibal ut*
templatus, neq; ſuperbam ullam emiſit uocem, neque uultu læticiam (ut *mortuum*
C conſentaneum erat eum, qui tam moleſtum & grauem hoſtem interfe- *Marcellum*
ciſſet) præ ſe tulit: ſed inopinatum uiri exitum miratus, annulum ei abſtu- *habuerit.*
lit, corpus digno habitu ornatum, ueſtibusq; decentibus amictum crema
uit, reliquias in urnam argenteam lectas, aurea ſuperaddita corona, ad fi-
lium eius miſit. Sed quidam Numidæ cùm in ferentes ea incidiſſent, adi-
mere ui conati ſunt: illis reluctantibus, ac uim ui excuntibus, oſſa diſiecta
ſunt. Annibal hoc audito, ad eos qui aderant nihil utiq; Dijs inuitis poſſe
fieri fatus, ſumpto de Numidis ſupplicio, nullam prętereà de Marcelli re-
liquijs colligendis curam habuit: ut qui Dei alicuius numine Marcello
hunc exitum uitæ, & ſepulturæ priuationem ita præter omnium opinio-
nem eueniſſe crederet. Hęc Cornelius Nepos, & Valerius Maximus nar-
rant. Liuius, & Auguſtus Cæſar perlatam ad filium Marcelli urnam, & ho
norificè ſepultas eius reliquias perihibent. Præterea, quæ Romæ dedicâ- *Monumen-*
rat, Marcelli monumenta erant, Gymnaſium Catanæ in Sicilia, ſtatuæ & *ta Marcel-*
tabulæ de Syracuſanis in Samothrace apud Deos, quos Cabaros nuncu- *li.*
pant, & in Mineruæ templo apud Lindum: ibi hoc epigrāma ſtatuæ eius 30
fuiſſe adſcriptum, Poſidonius refert:

 A

Ille, hospes, patriæ sidus memorabile Romæ
Marcellus claris Claudum à proauis,
Terq;, quaterq; tulit bella in Mauortia fasces
Consulis, hostili cæde madefaciens.

Huius enim carminis autor, duos proconsulatus quinq; annumerauit consulatibus. Genus eius splendidum, usq; ad Marcellum C. Marcelli, & Cæsaris Augusti sororis Octauiæ filium prorogatum est. Hic ædilis Romæ obijt, cùm non diu in matrimonio Cæsaris filiam habuisset. Honori eius & memoriç eius Octauia mater Bibliothecam dedicauit, Cęsar ipse Theatrum, Marcello inscriptum.

Marcellus Octauiæ filius.

PELOPIDAE CVM MARCELLO *comparatio.*

Quæ de Marcello atque Pelopida memoriæ prodita, commemoratu digna iudicauissemus, hæc ferè erant. Cùm uerò & natura & moribus ferè quàm æquales fuerint, uterq; nimirum fortis, impiger, acer, magnoq; præditus animo: in eo solum discrimen intercessisse uideri potest, quod Marcellus multis in urbibus à se captis cædes exercuit, Epaminondas & B Pelopidas nullum unquam uictores interfecerunt: neq; in seruitutem urbes redegerunt: imò ne cum Orchomenijs quidem ita acturos fuisse Thebanos istis præsentibus, creditum est. De rebus gestis Marcelli, magnum est & mirabile, quòd Gallorum tantas equitum peditumq; copias paucis ipse equitibus profligauit (quod ab alio duce factum haud temere leges) quodq; hostium ipse ducem occidit. Certè Pelopidas idem conatus interijt, à tyranno præuentus. Veruntamen his opponere licet Leuctricum & Tegyrense, præclarissima certamina. Iam Marcelli nullum possumus adducere facinus, occultis insidijs adiutum: at eius generis fuerunt, cum Pelopidas reditum ab exilio confecit, & Thebanorum tyrannos (quod omnium per tenebras & fallaciam gestarum rerum præstantissimum est)
1 sustulit. Romanis terrori erat Annibal, & grauiter urgebat: sicut & Lacedæmonij Thebanos. Cæterùm Spartanos à Pelopida uictos ad Leuctra & Tegyras, constans est fama: Annibalem Polybius scribit nunquam à Marcello superatum, sed usque ad Scipionem inuictum permansisse. Nos Liuio, Cæsari, Nepoti, ac de Græcis scriptoribus regi Iubæ credimus, Annibalem aliquoties à Marcello uictum fusumq;: quæ tamen ui- C ctoriæ ad summam rerum non magnum pondus attulerint: ut in illis con
2 flictibus illusisse Pœnus uideri possit. Fuerunt tamen hæc Marcelli facinora haud iniuria in admiratione: quo autore Romani fusis tot ipsorum exercitibus, cęsis ducibus, totoq; conturbato Romanorum imperio, congredi cum hoste ausi sunt. Qui enim post diuturnum terrorem atq; metum, apud exercitum ardorem & studium cum hostibus contendendi excitauit, ut iam haud in procliui positam uictoriam appeterent, ac de ea magna contentione cum hostibus dimicarent: is Marcellus fuit. Nempe cladibus iam adsuefactos, ut bene secum actum crederent, si fuga Annibalem euitassent, pudore ille affici, si amissa uictoria saluti consuluissent, negare si uel parumper cessissent, dolere nisi uicissent, docuit. Quòd autem Pelopidas nullo unquam prœlio dux ipse superatus est, Marcellus plures quàm ullus ea tempestate alius Romanus uictorias retulit, uideri potest difficultas in hoste uincendo, tot rebus tamen feliciter gestis, inuictæ uirtutis laudi ex æquo respondere. Quid, quòd Syracusas Marcellus cepit,

Inuicti quales fuerint.

Bellicæ res.

Apertè gestæ res.

A cepit, Lacedæmone potiundi conatus Pelopidæ irritus fuit. Equidem 3
maius fuit, Siciliam recipere, quàm ad Spartam accedere, primumque hominum belli causa Eurotam transire. Quanquam profectò hoc, ut & Leuctricam uictoriam, rectiùs Epaminondæ, quàm Pelopidæ adscribi, non absurdè forsitan aliquis dixerit: at Marcellus gloriam rebus gestis partam cum nemine habuit communem. Nam & solus Syracusis potitus est, & sine collegâ Gallos fudit, & Annibali non modò à nemine adiutus, sed & omnibus dehortantibus se obijciens, mutata belli gerendi forma primus audendi dux fuit. Exitum quidem uitæ utriusque nequaquam laudo: & quidē ægrè fero, indignorque tam absurdos casus reputans. Miror autem Annibalem tot in pugnis, quot uel enumerando defatigeris, ne uulneratum quidem: miror & Chrysantem, quem Xenophon in libris de Disci- 4
plina Cyri scribit cùm iam elata bipenni esset hostem icturus, ut tubam receptui canere audierit, omisso hoste placidè & compositè recessisse. Veruntamen Pelopidam uenia dignum facit ira, quæ eum feruidum alioquin prœlij tempore ad uindictam (haud inconuenienter id generoso a-
B nimo) inflammauit. Nam ducis summa laus est, ut uel saluus uincat, uel uirtute uitam finiens occumbat, quod est apud Euripidem: sic enim non passus aliquid, sed egisse moriendo existimatur. Ad iram accessit etiam quòd in morte tyranni finem uictoriæ positum cernens, haud absurdē omnino impetui animi est obsecutus: difficile enim erat, aliam aliquā rem præclaram aggredi, cuius tam honestus esset & gloriosus scopus. At uerò Marcellus, neque magna incumbente necessitate, neque eo animi feruore correptus, qui in rebus grauibus sæpenumerò de potestate mentis deijcere solet, inconsideratè in periculum sese præcipitans, non ducis, sed præcursoris aut exploratoris modo interijt: quinque cōsulatus, tres triumphos spoliaque & trophæa de regibus erecta, Hispanis & Numidis, qui suam pro Carthaginensibus uitam deponerent, in manus dans. Itaque & ipsi re tam feliciter gesta, succensuerunt sibi quodammodo, atque inuiderunt, cùm uirum inter Romanos uirtute, potentia, gloriaque præstantissimum, inter Fregellanos speculatores interemptum uiderent. Neque hæc ita sunt accipienda, quasi aduersus istos uiros obtrectatio, sed ut indignatio quædam, & libera de ipsis apud ipsos querela, & fortitudinem
C ipsorum, in quam reliquas etiam uirtutes impenderint, uitæ suæ non parcentes: quasi uerò sibi ipsis, non patriæ magis, amicis, & socijs perirent. Secundum mortem, Pelopidas à socijs, pro quibus mortem oppetierat, Marcellus ab ijs, à quibus erat necatus, hostibus est sepultus. Quorum ut alterum expetendum est, & beati putatur: ita præstantius quiddam & maius est admirationem sui in animis hostium uirtutis eius, quæ eis sæpe incommodauerit, quàm apud amicos gratiarum actionem excitare.

quippe in illo honestati tantùm honor delatus apparet: in hoc utilitas & commodum magis, quàm uirtus amatur.

Societas laudis.

Obitus.

PLVTARCHI ARISTIDES, A

[illegible]

Augustano interprete.

Paupérne fuerit Aristides.

A RISTIDES Lysimachi filius, de tribu Antiochide, curia Alopecensis fuit. De facultatibus eius diuersa traduntur. Quidam summa in paupertate uitam exegisse, duasq; morientem filias reliquisse scribunt, quæ diu ob inopiam maritos non inuenerint. Huic multorũ narrationi Demetrius Phalereus in Socrate repugnans, cognitum sibi in Phalero prædium ait Aristidis, in quo is sepultus sit. Non defuisse autem rem ei familiarem, primùm eo
1 indicio depræhendi, q̃ is sorte fabarum lectus magistratum, qui Eponymus appellatur, gesserit, qui ijs modò committeretur, quorũ familiæ maximum censum explerent, uidelicet quingentorum medimnorum: unde Pentacosiomedimni Græcis dicebãtur. Deinde, quòd ostracismo in exilium sit pulsus: id uerò non pauperibus, sed illustri genere natis, ac inuidiæ ob potentiam obnoxijs, decerni solitum. Postremò, quod uictoriæ donaria tripodes spectaculis sacros reliquerit in fano Bacchi: qui nostro quoq; ostendebantur tempore, hac inscriptione: Antiochis uicit, Aristides sumptum fecit, Archestratus docuit. Postremum hoc argumentum, cùm maximum uideatur, omnium minimè ualet. Nam & Epaminondas, quem extrema in paupertate & educatum fuisse & uixisse notum est omnibus, & Plato philosophus, haud illiberales uterq; sumptus, in tibicines
2 alter, alter in cyclicos pueros fecit: suppeditante huic quidẽ Dione Syracusano, illi autem Pelopida. Neq; enim uiris bonis tale aduersus omnia amicorum munera bellum suscipitur, quod componi nulla pace aut conditione posit: sed ea quæ ad reseruandum & diuitias parandas spectant, illiberalia iudicantes, non tamen ea repudiant, quæ liberalitati nullum lucrum admittenti, & splendori seruiunt. Panætius quidem Demetrium in tripode illo nominis cõmunitate deceptũ asserit. nam à Persico ad finem usq; Peloponnesiaci belli, duos tantum recenseri Aristidas, qui choro sumptibus suppeditatis uicerint, neutrum uerò cum Lysimachi filio eundem fuisse: unum Xenophili filium, alterum multo pòst tempore natum: quod & literæ ipsæ ostendant, eo modo scriptæ, qui post Euclidem cepit: & Archestratus adscriptus, quem fabulas Medico bello docuisse nemo, multi Peloponnesiaco scribunt. De hoc Panætij sermone qualis sit, ampliùs cogitare expedit. Ostracismo quidem quicunq; gloria, genere, aut eloquentia multitudinem excellere existimarentur, erant obnoxij: quando Damon etiam Periclis magister, quòd nimium sapere putaretur, eo modo solum iussus est uertere. Sanè Idomeneus non sorte fabarum ductum, sed electum ab Atheniensib. Aristidem ad gerendum eum magistratũ scribit: quod si accidit (ut ipse tradidit Demetrius) post Platæensem pugnam, equidem probabile admodum est uirum tanta rerum gestarum gloria insignem ijs dignum iudicatũ honoribus, quos alij diuitiarũ nomine adipiscerentur. Verùm Demetrius non Aristidem modò, sed & Socratem à paupertate tãquam magno malo uindicare studet: huic enim non patrimoniũ tantùm fuisse ait, sed etiam minas septuaginta apud Critonem in fœnore positas. Aristides cùm se Clistheni (ei qui post

B

C

eiectos

A eiectos tyrannos rempublicam constituit) socium adiunxisset, maximéque de ijs qui in republica fuissent uersati Lycurgi Lacedæmonij æmulus esset atque admirator, ut rempublicam attigit, & optimatum partibus se dedit, populo studentem Themistoclem Neoclis filium aduersarium habuit. Sunt qui hos pueros etiamnum, unáque educatos, statim in omnibus quæ siue serio, siue ioco agerentur, dicerentur'que, inter se discrepasse mutuò, naturamq́ utriusque iam tum ea contentione detectam fuisse tradant. alterum quidem agilem, audacem, uersutum, celeriterque ad quascunque res incitatum natura apparuisse: Aristidem moribus firmis & grauem, solique iusticiæ intentum, ac qui ne per iocum quidem mendacio, scurrilitati, fraudiue locum daret. Aristo autem Chius ab amatoria causa inchoasse, & eò usque progressam eorum inimiciciam autor est. Stasilaum siquidem Ceum, specie formáque corporis omnium adolescentulorum pulcerrimum, ab utroque amatum non mediocriter: ita quidem, ut non simul cum pulcritudine pueri eius æmulationem deposuerint, sed quasi exercitati circa eam rem, feruidis contentione animis ad rempublicam se contulerint. *Aristides aduersarius Themistoclis.*

B Themistocles sodalitio sibi adscito, præsidium amicorum opera & potentiam haud contemnendam obtinuit. quare etiam cuidam dicenti, rectè eum Atheniensibus imperaturum, si omnibus eundem se præberet: Ego uerò, respondit, nunquàm hoc mihi solio sedendum censuerim, si non plus inde ad amicos quàm alienos sit rediturum. Aristides contrà peculiarem quandam & suam tenuit uiam in republica uersandi, & ab amicicijs sibi cauit: cùm quod aut peccandum unà cum amicis esset, aut ij gratia hac deneganda offendendi: tum quòd amicorum ope potentia parta multos ad delinquendum prouehi cerneret. Proinde boni ciuis esse iudicabat, tantùm bonis actionibus ac sermonibus suis gaudere. Enimuerò Themistocle multa audacter mouente, omniaq́ eius consilia impediente & euertente, coactus est aliquando ipse quoque partim sui defendendi causa, partim ut potentiam eius gratia populi crescentem carperet, Themistoclis nonnullis actionibus resistere: præstare ratus, etiam quædam quæ ex usu populi essent futura, negligere, quàm admittere, ut ille hæc si obtinuisset, in omnibus inde rebus prævaleret. Tandem cùm Themistoclem utilis aliquid rei agentem repu- 3 *Aristidæ institutū uersandi in republica.*

C gnans ipse superasset, non se continuit, quin è concione discedens diceret, Res Atheniensium saluas non fore, nisi ipsum unà cum Themistocle in barathrum præcipitassent. Rursus quadam de re, cuius nomine inter ipsos erat certamen, ad populum ferens, obtinuit: cùm uerò præses iam missurus esset populum in suffragia, ex hominum sermonibus inutilem rem fore sentiens, rogationem perferri noluit. Quin & sæpe per alios ea quæ statuisset, retulit: ne studio contentionis Themistocles utile negocium impediret. Miraculo autem fuit eius uiri in reipublicæ mutationibus constantia, cùm neque honoribus superbiret, & aduersitates placidè ac æquo animo ferret: existimans boni ciuis eas esse partes, ut gratis atque nullo precio inductus non bona tantùm, sed & existimationem patriæ utendam præberet. Inde (opinor) profectum est, ut cùm in theatro uersus Aeschyli de Amphiarao facti recitarentur, 4 *Constantia Aristidæ et grauitas.* 5

Neq; enim uideri uult, sed esse is optimus:
Sulcum profundum habens in pectore conditum
Suo, ueneranda consilia unde germinant:

omnes

omnes in Aristidem oculos conuerterint, nimirum quòd ei præcipuè huius uirtutis laus conueniret. Neq; beneuolentiam tantùm & gratiam, sed iram etiam inimicitiasq; defenuendæ iustitiæ causa firmißimè cōtemnebat. Ferunt ab eo aliquando inimicum in ius pertractum, & accusatione audita iudices reum audire noluisse, sed continuò sententias quærere intendisse: tum exiluisse Aristidem, reoq; in legitima pro se dicendi facultate exoranda adfuisse. Rursum duobus priuatis iudex factus, cùm alterum alter multis iniurijs Aristidem læsisse diceret: Quin tu, inquit, potiùs qua te affecerit iniuria refer: non enim mihi, sed tibi iudex sum. Publicorum redituum procurator constitutus, non alios tantùm sui temporis, sed & qui ante ipsum fuissent magistratus, multa peculatos ostendit: maximè autem Themistoclem, qui

Continentia eius.

Incontinentes uir sapiens habuit manus.

Itaque is coitione multorum contra Aristidem facta, rationes administrati officij reddentem peculatus reum peregit, ut refert Idomeneus: sed primis & optimis ciuium indignè hoc ferentibus, non modò mulctatus ille non est, sed & rursus eidem negocio præfectus. Tum Aristides pœnituisse prioris se instituti simulans, seq; leniorem præbens, peculatoribus placuit, cùm non inquireret in eorum furta, neq; ea detegeret: itaq; hi publica onusti pecunia, summis laudibus Aristidem tollere, prensareq; eius nomine populum, ut rursus munus hoc ei demandarent. Sed „ Aristides Athenienses iam id facturos obiurgauit. Cùm munus, inquit, „ meum rectè & fideliter obirem, circumscriptus à uobis sum: postquàm „ magnam bonorum partem furibus prodo, egregius uideor ciuis. Ipse „ quidem maiori ob præsentem honorem, quàm damnationem istam pu„ dore afficior: uestram uerò doleo uicem, apud quos malis gratificari pu„ blicam pecuniam quàm seruare laudabilius est. Hæc locutus, peculatibusq; demonstratis, ora quidem eorum qui clamitabant, & uirtuti eius testimonium ferentes, iterum procurationi pecuniæ publicæ præfici cupiebant, obthurauit: ueram autem & iustam apud optimum quenq; laudem inuenit. Iam Datis à Dario missus, uerbo ut ab Atheniensibus propter Sardes incensas pœnam exigeret, re, ut Græcos euerteret, tota classe ad Marathonem appulerat, regionemq; populabatur. Erant eo tempore inter belli duces ab Atheniensibus constitutos, autoritate quidem princeps Miltiades, existimatione uerò & potentia proximus Aristides: hic suam de pugna cum Miltiadis sententia coniungens, haud exiguum rebus patriæ momentum addidit. Cumq; per interualla dierum inter duces esset diuisum imperium, Aristides, cùm ordo ipsi summam rei deferret, Militiadi potestatem suam tradidit: docens collegas suos non turpe, sed honestum atque salutare esse, parere & obtemperare prudentibus. Hunc ad modum ambitione sedata, cùm eo perduxisset, ut satis haberent si unum, idq; nimirum optimum sequerentur consilium, Miltiadem imperio perpetuo ei parato corroborauit: cùm cæteri porrò diurnis istis omissis imperijs, huic uno animum aduerterent. Cæterùm in pugna Marathonia, maximè acie Atheniensium media laborante, ubi tribus Leontis & Antiochis constiterant, ibiq; diu sanè barbaris resistentibus, Aristidis & Themistoclis (quorum hic de Leontide, ille de Antiochide tribu erat) in propinquo illustris fuit pugna. Postquàm fusis & ad naues compulsis barbaris, eos uiderunt non insulas uersum nauigare, sed introrsum uenti uiolentia marisque uersus Atticam cogi: ueriti Athenienses, ne Vrbem ij defensoribus uacuam

Aristidis in bello contra Persas uirtus.

A uacuam occuparent, cùm nouem tribubus eadem die accelerato itinere
domum redierunt. Aristides uerò cum sua tribu apud Marathonem reli-
ctus captiuorum & spoliorum custos, opinionem de se non fefellit: cùm
enim auri & argenti adessent acerui, atque omnis generis uestes & innu-
merabiles aliæ res in tentorijs & captis nauib. propositæ, neq; ipse quic-
quam tangere uoluit, & nulli quicquam permisit: nisi si qui clam ipso præ
dam abstulerunt. Horum in numero fuit Callias facifer, quod sacerdo- 6
tum genus ij daduchos uocant. Hunc barbarus quidam conspicatus, cæ-
fariei & tæniæ aspectu regem esse (ut uidetur) iudicans, adorauit, dex-
traq; appræhenso multum auri in fossa quadam abditum ostendit. Cal-
lias crudelissimum simul & iniustissimū se hominem exhibuit: auro enim
sublato, indicem, ne idem alijs renunciaret, occidit. Hinc aiunt esse, quòd
eius familiam laccoplutos, id est fossidiuites Comici dicunt, in locum io-
cantes, ubi Callias aurum inuenit. Statim deinde Aristides magistratum
Aristides Eponymus fit.
eponymum gessit: quanquam Demetrius Phalereus paulo ante mor-
tem, ac post Platæense prœlium hoc factum dicat. Atqui in commenta-
B rijs, à Xanthippida, sub quo ad Platæas uictus est Mardonius, ne alium
quidem ullum qui Aristidis nomen tulerit inuenire inter tam multos li-
cet: post Phanippum, sub quo Marathonia uictoria parta est, statim Ari-
stidem magistratum gessisse annotatur. Ex omnibus uirtutibus eius,
Iusti cognomen ei impositum.
maximè iusticiam populus animaduertit, quòd eius usus & perpetuus, &
omnium maximè communis esset. Itaq; pauper & de plebe homo, Iusti
cognomentum maximè regium, & diuinissimum nactus est. Quod reges
imitati, tyranniq; non sunt, qui magis (ut apparet) ui & potentia, quàm
uirtute partæ gloriæ cupidi, Poliorceræ ab urbibus expugnatis, Cerau- 7
ni à fulmine, Nicatores à uincendo, nonnulli etiam Aquilę & Accipitres
dici maluerunt. Atqui diuina natura (cuius se illi similes efficere cupiunt)
tribus his excellere uidetur, perpetuitate, ui, & uirtute: inter quæ sum-
Quid in Deo præcipuum.
ma certè maiestas est, & diuinitas uirtutis. Perpetuis enim, hoc est, in-
teritus expertibus esse, etiam Inani & elementis contigit: terræ motus,
fulmina, uentorum turbines, fluuiorum inundationes, uim habent ma-
gnam: iusticiæ autem & æquitatis quæ in Deo sunt, nihil nisi quod sa-
piat & res diuinas intelligat, fit particeps. Quamobrem cùm tribus mo-
C dis pleriq; erga Deos afficiantur, admirando, timendo, honorando: mi-
rari eos solent, & beatos prædicare, ob æternitatem, interitusq; immu-
nitatem: reformidare autem & metuere propter eorum dominationem
& potentiam: amare autem, honorare & colere iusticiæ causa. Et ta-
men hoc modo affecti homines, immortalitatem natura nostra supe-
riorem, potentiamq; in fortuna maiori sui parte positam appetunt: uir-
tute, quod solum de diuinis bonis in nos cadit, post hæc posita: tanto
quidem ij stultiùs, quòd uitam potentia, fortuna, & principatu præ-
ditam iusticia quidem diuinam, belluinam uerò iniusticia reddit. Co-
gnomentum Iusti, primùm amorem Aristidi, pòst inuidiam excitauit,
præsertim Themistocle sermonem hunc in uulgus spargente, Aristi-
dem dum omnia ipse iudicat, sublatis tribunalibus regnum sibi multo
stipatum satellicio parauisse. Et iam uictoriæ causa superbiens popu-
lus, maximaq; sibi quæq; arrogans, infensus erat ijs qui nomine uel glo-
Aristides ostracismo urbe pellitur.
ria supra multitudinem eminerent. Itaque in urbem undiquaque con-
fluentes, ostracismo Aristidem in exilium pellunt, gloriæ inuidiam
metus tyrannidis nomine prætexentes. Non enim improbitatis pœ-
na erat ostracismus: sed honestum nomen impositum rei erat, nimiæ

potentiæ

potentiæ imminutio: eratque inuidię lenimen tolerabile, quę odium suum non extremo aliquo malo, sed decennali hominis inuisi absentia exaturaret. Postea uerò quàm nonnulli homines ignobiles & prauos huic pœnæ ceperunt subijcere, finis ostracismo pellendi in Hyperbolo factus est: cuius hanc tradunt causam. Alcibiades & Nicias, quorum tunc Athenis summa erat potentia, factionibus ciuitatem agitabant. Hi cùm iam populus ostracismum esset facturus, & haud dubiè alterum eorum accusaturus, collocuti inter se factionibus in unum conductis, ut ostracismo Hyperbolus eijceretur effecerunt. Populus indignè ferens iudicium illud derisum atque circumscriptum, omnino id sustulit & in posterum omisit. Res ita agebatur: ut rudi Minerua eam describamus. Vnusquilibet testæ nomen inscribebat eius quem urbe pelli uolebat ciuis: eæ testæ in quendā in foro locū, septum undique tabulis, comportabātur. Magistratus primùm testarum numerum inibat: nam nisi essent sex millia testarum, ostracismus (est autem ostracus testa Græcis, atque inde hoc rei nomen) non erat perfectus: deinde nominibus singulorum seorsim positis, ei qui plurimis testarum suffragijs damnaretur, decennio urbe interdicebatur, sic tamen ut frui suis liceret reditibus. Tunc quoque eodem modo testis conscriptis, ferunt quendam planè rusticum & literarum rudem Aristidi, ut homini de uulgaribus uni, fortè testam obtulisse, iussisseque ut Aristidis nomen inscriberet. miranti & ecquam ab Aristide passus esset iniuriam sciscitanti, & hoc, & notum sibi eum uirum negasse, tantùm molestia se affici dixisse, cum Iusti nomen ubique audiretur. Aristidem eo audito nihil respondisse, sed testam suo nomine inscripto ei reddidisse. Vrbe discedens, manibus ad cœlum sublatis, precatus est (contrà uidelicet quàm Achilles) ne Atheniensium rebus ea occasio ingrueret unquam, quæ meminisse populum Aristidis cogeret. Tertio pòst anno, cum Xerxes per Thessaliam & Bœotiam in Atticam duceret, Athenienses abrogata lege omnibus exulibus reditum decreuerunt: maximè Aristidis metu, ne is se cum hoste coniungeret, multisque ciuium ad barbarum deficiendi autor existeret. Non rectè autem de eo uiro coniecturam fecerunt. Nam & priusquàm id fieret decretum, Græcos ad libertatem tuendam adhortari & instigare non destiterat: & secundum id decretum Themistocli rebus Atheniensium plena cum potestate præfecto, in omnibus actionibus & consilijs adfuit, sibique inimicissimum hominem salutis publicæ causa summa gloria auxit. Etenim cùm Eurybiades Salaminam deserere statuisset, triremesque barbaricæ noctu aduectæ inscijs Atheniensibus fretum circumuenissent, insulasque classe obtinerent: Aristides per hostium classem haud dubio periculo ab Aegina aduectus, noctu ad tabernaculum Themistoclis uenit, solumque ut euocauit, Si sapimus, inquit, omissa tandem iuuenili & inani concertatione, contentionem de seruanda Græcia salubrem honestamque suscipiamus, tu imperando, ego consulendo & administri uices obeundo. Nunc te solum audio id quod optimum est, instituisse, qui quàm celerrimè pugna in angustijs nauali decertari iubeas. Tuum uero, socijs reluctantibus, hostes ipsi uidentur consilium adiuuare: nam quod post nos, & quod circumcircà est mare, nauib. est hostilib. oppletū: ut fuga interclusa, pugnare fortiter etiā nolentib. sit necesse. Ad hæc Themistocles: Nolim profectò, inquit, te hac in re mihi prestare: conabor igitur aduersus tam præclarum principium à te factum suscepta cōtentione, re ipsa te superare. Simul ei & quam intendisset barbaris fallaciam exposuit, utque conserendum nauale prœlium Eurybiadi persua-

Hyperbolus. (A)

Ostracismi descriptio. (B)

Aristides ab exilio reductus.

Cum Themistocle in gratiam redit. (C)

A persuaderet, ostenso ei saluis esse nisi id fieret non licere, hortatus est. Ma-
ior enim Aristidi quàm Themistocli fides habebatur. itaque in concilio du-
cum, Cleocrito Corinthio ad Themistoclem dicenti, ne Aristidi quidem
sententiam ipsius probari, quòd is præsens taceret: imò, inquit Aristides,
ego nisi optimè dicente Themistocle non tacuissem: nunc non benuolen
tia erga eum motus taceo, sed quòd eius laudo sententiam. Hęc inter prę-
fectos classis Atheniensis agebãtur. At Aristides Psyttaliam insulam exi- *Pugna ad*
guam, quæ ante Salaminam in traiectu sita est, hostibus plenam esse intel- *Psittaliam.*
ligens, ciuium alacerrimum & pugnacissimum quenque in actuarias naues
imponens ad insulam accessit: cõserto que cum barbaris prœlio, omnes oc-
cidit, exceptis ijs, qui de illustrioribus capti sunt: inter eos erant Sandau-
cæ (soror erat hæc regis) tres filij, quos statim ad Themistoclem misit:
ijque ex oraculo quodam iubente aruspice Euphrantida, Baccho Omestæ
sunt immolati. Insulam porrò undique armatis sepiens Aristides, eos qui eò
aduehere͂tur obseruabat: ita factum ut neque amicorum periret quisquam,
neque hostiũ effugeret: circa eum enĩ locũ uidet͂ prœlium acerrimum, naui-
B um que cõflictus plurimus fuisse. Itaque & trophæũ in Psyttalia erexit. Secun-
dum pugnam Themistocles ut animũ Aristidis exploraret, rem quidem
præclaram perfectam ait: præclariorem tamen supresse, ut aduecti quàm
celerrimè in Hellespontum, ponte disiecto, Asiam in Europa caperent. *Vt Xerxes*
Aristides magna uoce abijcere eum hoc iussit consilium, idque potiùs con- *Græcia e-*
siderare, quo pacto quàm ocyssimè Græcia Medum expellerent: ne cum *iectus.*
tantis inclusus copijs, fugæ adempta occasione, ipsa necessitate ad uindi-
ctam extimularetur. Proinde Themistocles Arnacem eunuchum unum
de captiuis mittit, qui occultè regi indicaret, Græcos cùm ad pontem re-
scindendum nauigare intendissent, à Themistocle salutis regiæ curam ge
rente prohibitos. Ergo Xerxes perterritus, statim ad Hellespontum festi-
nauit, Mardonio cum robore exercitus, quæ erãt hominũ circiter trecẽta
millia, relicto. Isque fretus tãtis pedestribus copijs, Græcis terrorem infere- *Mardonij*
bat, talia minitando atque scribendo: Homines terræ adsueto, & remigandi *minæ.*
imperitos, lignis maritimis uicistis: at nobis restat lata Thessaliæ regio, cã-
pique Bœotij ad pugnam bonis equitibus peditibusque apti. Seorsim ad A-
thenienses literas scripsit, regisque nomine urbem se eorum instauraturum,
C magnam pecuniæ uim, & dominiũ in Græcos daturum pollicitus, si à bel
lo destitissent. Quod ubi Lacedæmonijs est renunciatum, ueriti ne con-
ditionem ij amplecterentur, ab Atheniensibus per legatos petierunt, ut
liberos suos atque mulieres Spartam mitterẽt, ac senioribus ab ipsis alimen-
ta acciperent. Erat apud populum Atheniẽsem agro simul & urbe amissa-
ingens penuria: nihilominus legatis auditis, decretum est ab Aristide fa-
ctum, & mirabile illis responsum datum. Condonare se eum hostibus er- *Magnani-*
rorem ferebant, qui cùm auro & diuitijs nihil nossent præstantius, omnia *mitas Athe*
ijs rebus uenalia censuissent. Lacedæmonijs autem succensere, qui penu- *niensium.*
riam tantùm & egestatem Atheniensium pręsentem cernentes, uirtutis &
gloriæ cupiditatis obliti, eos frumenti præmio proposito ad propugnan-
dum pro Græcia hortarentur. Facto hoc decreto Aristides, introductis in
concionem legatis, Lacedæmonijs referre iussit, Neque supra terram, neque
infra tantum esse auri, quod ad libertatem Græciæ prodendam permoue
re possit Athenienses. Mardonij autem legatis Solem ostendẽs: Donec,
inquit, suum hic consuetum cursum tenebit, Athenienses agrorum uasta-
torum & uiolatorum crematorumque templorum uindictam bello à Per-
sis exigent. Decreuit etiam ut sacerdotes in capita eorum execrarentur,

qui cum Medis pacis conditiones tentassent, aut societatem Græcorum A in bello gerendo deseruissent. Mardonio iterum in Atticam irrumpente, rursum in Salaminam traiecerunt. Aristides autem Spartã missus, tarditatem & negligentiam eis exprobrauit, qui rursus Athenas barbaro prodidissent: simulq; petijt, ut saluis Græciæ partibus opitulatum irent. Hæc ut audiuerunt ephori, interdiu festum diem agendo ludum & socordiã præ se ferebãt (agebant enim Hyacinthia) noctu clam Atheniensibus quinq; millia delectorum Spartanorum, quorum quiuis septem secum helotas trahebat, emiserunt. Cùm denuò incusaret eos Aristides, atq; ipsi ridentes hominẽ delirare & dormire dicerent: iam enim ad Oresteum exercitum esse contra peregrinos (eo nomine Persas significabant) proficiscentem: alieno tempore eos ludere, ac pro hostibus amicos decipere Aristides respondit. Hæc narratio est Idomenei: quippe in Aristidis edicto non ipse legatus, sed Cimõ, Xanthippus, & Myronides feruntur. Cæterùm ad eam pugnam imperator electus Aristides, & cum octo armatis Atheniẽsium millibus ad Plateas profectus, ibi se Pausaniæ, qui dux uniuersarum Græciæ copiarum erat, coniunxit: eodemq; reliquorum Græcorum confluebat multitudo. erat Barbarorum exercitus ad Asopum fluuium in longitudinem extensus, multitudinis hominum causa propè infinitam: impedimenta, & res quasque optimas muro quadrato munierant, cuius unum quodq; latus in longum decem stadia habebat. Pausaniæ, omnibusq; in commune Græcis uictoriam Tisamenus Eleus uaticinatus fuit, si uim repellerent, non ipsi priores hostem adorirentur. Aristidi autem cùm misisset Delphos, oraculum responderat uictoriam Atheniensium futuram, si Ioui, & Iunoni Cithæroniæ, & Pani, & Nymphis Sphragitidibus uota, remq; sacram Heroibus, Androcrati, Leuconi, Pisandro, Damocrati, Hypsioni, Actæoni, Polyidoq; fecissent: sicq; pugnam in sua terra fecissent, in campo Cereris Eleusiniæ, & Proserpinæ. Hoc oraculum Aristidem animi dubium incertumq; reddidit. Heroes enim isti, Platæensium erãt autores: & antrum Sphragitidum Nympharum in uno Cithæronis uertice est solis occasui æstiuo obuersum: quo in antro fuisse aliquando oraculum, multosq; ibi habitantium furore uaticino correptos fuisse, qui inde Nympholepti dicerentur, traditũ est. Cõtrà Cereris Eleusiniæ campus, quodq; ita uictoria Atheniensibus promittebatur, si in suo territorio depugnassent, rursus in Atticam reuocare bellum uidebatur. Eo tempore Platæensium dux Arimnestus, in somnis uisus sibi est à Ioue Seruatore interrogari quidnam Græci agere statuissent: eiq; se respondere, Domine, cras exercitum Eleusinem abducemus, ibiq;, ut præcipit oraculum Pythiæ, cum barbaris pugnabimus. Tum Iouem, in summo eos errore uersari: etenim in agro Plataico esse ea, quorũ mentionem Pythia fecisset, & inuenturos ibi, si quæsiuissent. Quæ cum euidẽter apparuissent Arimnesto, expergefactus, euestigiò peritissimos atq; ætate prouectissimos ciuium ad se uocauit: & re cum ijs cõmunicata, inuenit prope Nysia sub Cithærone fanum esse oppidò uetustũ, Cereri Eleusiniæ & Proserpinæ sacrum. Statim igitur Aristidem ad locum eum adduxit, qui erat ad pedestrem aciem instruendam aptissimus, & equitatui (quo præualebat hostis) iniquus, contra quẽ campi extrema & ad fanum accedentia radicibus montis Cithęronis muniebãtur. Erat & ibidem in proxinquo luco sacellum Androcratis, densa arborum umbra septum. Ac ne quid ex oraculo ad spem uictoriæ uideretur deesse, Platęenses autore Arimnesto statuerũt, ut limitib. qui Plataicũ ab Attico dirimebant agrum sublatis, suam regionem Atheniensibus tribuerent:

De re apud Plateas gesta.

Oraculum Aristidæ datum.

Insomnium Arimnesti.

A buerent:ut hi, quod oraculo iubebatur pro ſalute Græciæ in propria ter-
ra poſſent dimicare. Tanta huius Platæenſium liberalitatis fama extitit, ut
Alexander quoque multis pòſt annis iam Aſiæ regno potitus, cùm Pla-
tæas inſtauraſſet, Olympico conuentu per præconem edixerit, urbem ſe
Platæenſibus propter eorum uirtutem & magnanimitatē reddere: quòd
ij bello Medico Græcis agrum ſuum tradidiſſent, ijsq́; operam ſuam ſum
ma alacritate nauaſſent. Tegeatis autem de loco in acie cum Athenienſi-
bus cōtendentibus, ac (quod ſemper conſueuiſſent, ſi Lacedæmonij de-
xtrum cornu tenerent) ſibi læuum uendicantibus, cùm id Athenienſes in- *Ariſtida*
dignè ferrēt, Ariſtides progreſſus: Pręſentis quidē, inquí, temporis ratio *moderatio.*
non fert, ut de nobilitate & uirtute cum Tegeatis diſputemus. Vobis hoc "
dicimus ô Spartani, uosq́; reliq Græci: locus in acie neq; dat, neq; adimit "
uirtutē. Proinde quemcunq; nobis locū adſignaueritis, eū ornare & tueri "
conabimur, ut ne qd priorib. noſtris indignū certaminib. cōmittamus. Nō "
eñ ut cum ſocijs litigaremus, ſed pugnatū in hoſtes huc uenimus: neq; ut "
maiores noſtros laudaremus, ſed ut nos ipſos uiros ſtrenuos Græciæ exhi "
B beremus. Hoc eñ pſens certamē oſtēdet, quantū Græcia unicuilibet urbi, "
duci, priuatoq; debeat. Hoc cùm audiſſent cōſiliarij & duces belli, Athe-
nienſes probauerūt, alterumq́; ijs cornu tribuerūt. Erat tum incertus atq; *Cōſpiratio*
periculoſus Græciæ ſtatus, maximeq́; Athenienſiū res ſummo in diſcrimi *in rempub.*
ne uerſabantur. Quæ cauſa fuit nōnullis, qui magnis familijs nati, ac præ- *ab eo cō-*
diuites cùm fuiſſent, ad paupertatem bello redacti, ſimul cum opibus o- *preſſa.*
mnem ſuam in urbe potentiam & gloriam concidiſſe uidebant, honori-
bus & magiſtratibus ad alios delatis, ut facta coitione in domo quadam
Platæis, de euertenda populi poteſtate conſpirationem inirent: quòd ſi is
conatus fruſtra fuiſſet, de corrumpendis rebus, hoſtiq́; prodendis cogita
rent. Cùm hæc in exercitu mouerentur, iamq́; eſſent complures corrupti,
Ariſtides re intellecta, temporis pręſentis rationibus territus, ſtatuit neq;
rem tantam omnino negligere, neq; totam aperire: incertus quanta mul-
titudo hominum eius flagitij conſcia depręhenderetur, ſi inquirendi finis
non ex utilitate, ſed iuſticia ſtatueretur. De magno numero octo quoſdā
arripuit: quorum duo quibus primis dica erat ſcripta, & qui ſontes præ
reliquis erant, ab exercitu aufugerūt, Aeſchines Lamprienſis, & Ageſias
C Acharnenſis. Reliquos dimiſit, in bonam ſpem adductos: addiditq́;, reli-
quis ſe, qui latére adhuc ſuum crimen putarent, reſipiſcendi locū dare. id
enim bellum tribunalis ac iudicij loco ipſis futurū, in quo bonam patriæ
operam nauando crimina diluerent. Poſt hæc Mardonius equitatu, quo
maximè pollebat, omni immiſſo Græcorum uires periclitari ſtatuit. At il-
li locis munitis & ſaxoſis in pede Cithæronis procurrrente conſederant.
Soli Megarenſes, tria hominum millia, planioribus locis caſtra habebant.
Itaq; equitatu in eos irruente, & undiq; locum oppugnandi nacto, cùm
ægrè uim ſuſtinerent, celeriter nuncium ad Pauſaniam miſerunt, ut auxi-
lio ſibi ſuſtinendæ barbarorum multitudini tantæ imparibus ueniret o-
rantes. Quæ non audiens modò Pauſanias, ſed & uidens iam caſtra Me-
garenſium iaculorū & ſagittarum nube occultari, ipſoſq́; in arctum ordi-
nes contraxiſſe: quòd ipſe equitatum hoſtilem grauis armaturæ phalange
Spartanorum quomodo profligaret, nō habebat, reliquis quos ſecum ha
bebat Græcorum ducibus & centurionibus certamen id de uirtute pro-
poſuit, ſi qui eorum ultrò dimicare cōtra barbaros, & Megarenſibus opi-
tulari uellent. Cunctantibus ibi cæteris, Ariſtides Athenienſium nomine

negocio in se recepto, Olympiodorum tribunorum suorum maximè impigrum misit, cum trecentis delectis militibus, quibus admixti erant sagittarij. Quos, cum celeriter se armassent, citatóque gressu accurrerent, conspicatus Masistius, qui equitatum barbaricum ducebat, uir & robore mirabili, & mole pulcritudinéque corporis eximius, obuerso in eos equo impetum fecit. Resistentibus his, & manum conserentibus certamen ea ui commissum est, ut de uniuerso belli exitu periculum utrinque facere uiderentur. Masistium equus sagitta ictus effudit: neq; is sub tanto pondere armorum resurgere, neq; tamen ab instantibus & ferientibus Atheniensibus confici potuit, non pectus modò & caput, sed artus etiam auro, aere, ferroq; munitus. tandem, qua oculum galea cõspiciendum dabat, inferiori hastae cuspide ictum quidam interfecit: reliqui Persae relicto cadauere fugerunt. Eius uictoriae magnitudo non multitudine caesorum (fuit enim nõ magnus numerus) sed luctu barbarorum à Graecis aestimata est: nam & se, & equos, & mulos Masistij causa totonderunt, eiulatuq; & fletu campum impleurunt: quòd eum uirum unico excepto Mardonio uirtute potentiaq; facilè principem amisissent. Secundum hoc equestre proelium, utriq; aliquandiu à pugna sibi temperarunt: utrisq; enim aruspices si alteris pugnam cientibus sese defendissent, uictoriam, sin ipsi hostem aggrederentur, cladẽ praedixerant. Tandem Mardonius, cùm & in paucos dies commeatus superesset, & Graecorum subinde alijs se adiungẽtibus copiae augerentur, morae pertaesus, statuit summa luce Asopum transire, & hostes ex improuiso adoriri: eáque de re ducibus sub uesperam mandauerat. Media circiter nocte eques placidè ad Graecorum castra accessit: cumq; ad excubias peruenisset, Aristidem Atheniẽsem ad se uenire iussit: isq; nihil moratus, adfuit. Tum ille: Alexander, inquit, sum, Macedonum rex: maxima beneuolentia erga uos impulsus mea periculum adiui huc ueniens, ut monerem uos, ne subita re territi deteriùs pugnaretis. Cras enim Mardonius pugnare uobiscum statuit, non bona spe aut fiducia, sed inopia rerum compulsus: quippe & ob sacrificia aduersa, & oraculorum monitus aruspices eum pugnare uetant, & exercitus moerore multo terroreq; tenetur. Sed necesse est ei aut fortunam proelij experiri, aut desidendo in castris extremã perpeti penuriã. Simul orabat Aristidẽ, ut solus hoc scire ac meminisse uellet, neq; cum alio ullo cõmunicaret. Aristides nullo se iure haec clam Pausania habere posse dicebat, quòd penes eum summa imperij esset: reliquorum ante pugnam neminem cogniturum: Graecis uerò uictoriam adeptis, curaturum ne cui Alexandri studiũ & uirtus esset obscura. Haec collocuti, Alexander retrò abijt, Aristides ad Pausaniae tentoriũ iuit, eiq; rem exposuit: uocati inde reliqui duces, mandatúmque uti militem in armis instructum haberent, futuram enim pugnam. Interim Pausanias (ut Herodotus narrat) Aristidẽ rogauit, ut Atheniẽses dextrum aciei cornu occuparent, ac contra Medos starent: ita faciliùs pugnaturos, cùm & eius generis pugnae periti iam essent, & priori uictoria fiderent. sibi laeuam partem relinquerent, qua parte Graeci Medum secuti proelium inituri erant. At uerò caeteri duces Atheniensium ingratum Pausaniã, & importunum dicere, qui reliquis suo cuiq; relicto loco, ipsos modò helotum instar transferret, & difficilimã proelij partem traderet. Tum Aristides: iterũ eos toto coelo errare, qui nuper de sinistro cornu cũ Tegeatis litigassent, praelatosq; se esse honori sibi duxissent: nunc Lacedaemonijs ultrò dextrũ cornu concedentibus, ac quodammodo principatum deferentibus, neq; gloriam

Atheniensium uictoria.

Alexander rex Macedonum Aristidi cõsiliũ Mardonij exponit.

A gloriam eam gratam haberent,neq; in lucro ponerent,non cum cognatis
& eiusdem nationis, sed barbaro & nato hoste sibi decertandum. Moti
hac oratione Athenienses,libenter admodum locum cum Spartanis mu-
tauerunt.Multa inde inter ipsos uerba fieri,mutuò se cohortantium: neq;
armis,neq; animis instructos,quàm in Marathone fuissent melioribus ho
stes uenire:sed ijsdē cum arcubus,& picturatis uestibus auroq; tectis mol
libus corporibus, & effeminatis animis adesse. Sibi eadē arma esse, eadē
corpora : auctā tamē uictorijs audaciā : neq; tantum pro agro & urbe, ut
Spartanis,sed etiā pro Marathonijs & Salaminijs tropheis pugnandū,ne
Miltiades illa potius aut fortuna,quàm uirtus Atheniensiū erexisse uide-
ri possit.Dum ad hunc modum de ordinū permutatione apud Grȩcos a-
gitur,Thebani rem intellectā Mardonio perfugæ officio indicāt.Itaq; sta
tim ille,siue Atheniensiū metu,siue cum Lacedæmonijs cōgrediendi stu-
dio,in dextro cornu Persas constituit,Græcis, quos habebat secū aduer-
sus Athenienses collocatis.Ea mutatio quia palàm fiebat,Pausanias quo-
que regressus,dextrum cornu occupauit: tum Mardonius,ut initio ordi-

Thebanorum proditio.

B nauerat,in læuum se cornu aduersum Spartanis contulit : ad hūc modum
ea dies sine prœlio extracta est.Communi deinde consilio Græci statue-
runt castra ab hoste in locum aquosum remouere : barbaro enim equita-
tu,quo præualebant, uicinas aquas conturbarant & corruperant. Nocte
oborta,cùm duces ad locum castris destinatum ducerent, grauatè sequu-
ta est multitudo, neq; uno agmine ire sustinuit, sed ut à prioribus castris
discessum fuit,pleriq; ad urbem Platæas tendebant,ibiq; dissipati,& nul-
lo ordine tabernacula facientes tumultuabantur. Lacedæmonijs etiam
inuitis contigit,ut soli à reliquis disiungerentur. Amompharetus enim
homo animosus, & in adeundis periculis audax, iampridē pugnæ cupi-
ditate æstuans, dilationesq; crebras & cunctationem indignè ferens, ca-
strorum istam mutationem fugam utiq; esse affirmans, se statione sua ces-
surū negabat,sed ibi cum sua cohorte permansurū, Mardoniumq; exce-
pturum. Vt accessit Pausanias, hæcq; à se cōmuni Græcorum calculo de-
creta agere dixit,magnū saxum Amompharetus sublatū ante pedes Pau-
saniæ projciens:Hunc,inquit,ipse de pugna calculū fero, cæterorū timi-

Amompharetri pertinacia.

C dis consilijs atq; decretis uale dicto. Pausanias quid de prȩsenti re statue-
ret dubius, ad Athenienses iam abeuntes misit, expectarent orans, dum
unà iret: ipse reliquū exercitū ad Platæas duxit, sperans Amompharetū
quoq; cum cæteris secuturū. Interim illuxit. Et Mardonius, quem Græci
è castris discedentes non fefellerant,cōposito agmine in Lacedæmonios
irrupit,multo cum clamore & strepitu barbarorū: qui nō ad prœlium,sed
ad fugam facientes Græcos delendos se ire putarent. Quod quidem ne
fieret, paruo stetit momēto. Vt enim hostem irruere uidit Pausanias, iti-
nere inhibito, unumquemque eo loco, quò in acie ordo eum uocabat,
iussit consistere.Cæterùm siue ira in Amompharetum, siue celeritate ho-
stium perturbatus,signum dare pugnæ Grȩcis oblitus est: itaq; nō cōfer-
tim ij, neq; rectà, sed sparsim & pauci simul ad auxilia accurrerunt. Cùm
sacrificio facto nō litaret,Lacedȩmonijs mandauit, ut clypeis ante pedes
depositis,quieti cōsiderent, ipsumq; obseruarent, neq; hostes repellerēt.
Cùm altera feriretur hostia, iam equites irrumpebant, iamq; & sagittæ
emittebantur, & aliqui de Spartanis uulnerabantur. Callicrates quoq;
tum,quem in toto exercitu forma & magnitudine præstantissimū fuisse
ferunt,ictus sagitta & moriēs, Non mortem se suam dolere dixit (etenim
domo in hoc uenisse,ut pro Græcia moreret.) sed quòd non usus manib,

periret. Res erat misera, uirorumq́ mirabilis continentia: neq; em̄ ab hostibus irruentib. se defendebant, sed in ordinibus suis icti & strati, tamen sustinebant. à Deo & duce pugnæ signum expectantes. Traditum est à quibusdam in Pausaniam paulum extra aciem sacrificantem, ac uota facientem Lydos aliquot impetum fecisse, & sacrificio destinatas res rapuisse atque disiecisse: Pausaniam, & qui erant cum eo, quòd essent inermes, baculis eos & flagellis impetijsse: ideoq́ hodie ad incursionis illius memoriā pueros Spartæ apud aram uerberari, & Lydorum pompā duci. Pausanias præsenti rerum statu anxius, alias super alias aruspice mactante hostias, lacrymis perfuso uultu ad Iunonis fanum obuersus, Iunonem Cithæroniā, cæterosq́ qui Plataicā terrā obtinerent Deos precatus est, ut si uictoriā Græcis fata nō darēt, at nō inulti perirēt, sed re ipsa barbaris ostēso, cōtra bonos uiros, & pugnæ peritos sibi susceptā fuisse expeditionē. Hęc illo diuos flagitante simul & sacra addixerunt, & uictoriā uates portēdi indicarūt: statimq́ omnib. edictū est, ut in hostē se uerterēt. Subito tota phalanx unius animalis speciē prę se tulit uim parantis, iraq́ horrētis: & barbaris cogitare subijt, cum uiris usq; ad mortē pugnaturis rem A

Pugna Plataica.

11 sibi fore: itaq; multas obijcientes cetras, sagittas in Lacedæmonios emisērūt. at illi stipato agmine clypeis obiectis in hostē inuadere, cetras repellere, hastisq́ in facies & pectora Persarū intētatis, multos deijcere. Neq; illis ad pugnā animi aut conatus deerat: nam & nudis manibus hastas arripientes hostiū, plerasq; frangebāt: & cum stringerent gladij, impigrè copidibus & acinacib. utebant: ita diu Spartanorū uim sustinebāt. Atheniēses autē, cum hactenus qeti Pausaniā præstolarent, ut & magnū pugnantiū clamorē exaudiuerūt, & nūcius (ut fert) à Pausania missus rē exposuit, celeriter ad ferendū auxiliū cōtenderūt. His per cāpum ad pugnā uadentib., Græci q à parte Medorū erāt, occurrūt. Quos ut uidit Aristides, lōgè pgressus, testatus Gręcorū deos, alta uoce monuit, abstinerēt pugna, neq; obstarēt sibi pro Græciæ salute propugnantib. auxiliū laturo. Sed cùm frustra id esse, cosq́ ad pugnā instructos sensit, ita demū auxilij Spartanis ferēdi cōsilio abiecto, hos aggressus est. Erāt hominū ad qnquaginta millia: quorū plerīq; statim pedē retulerūt, cùm barbaros quoq; cessisse animaduerterent: cum Thebanis pcipua & acrior pugna fuit, quorū principes ac potētissimi cum Medis faciebāt, multitudinemq́ nō uolentē quidē, sed paucorum imperio subiectam trahebant. Commisso ad hunc modum duplici prœlio, priores Lacedæmonij Persas pulerunt: & Mardonium Spartanus Arimnestus saxo caput ictum occidit: quod ei ab oraculo Amphiarai erat prædictū. Nam eò Lydum, ad Trophonij Carem miserat: & hunc Trophonius Carico sermone allocutus fuerat: Lydus autem cùm in delubro Amphiarai obdormiuisset, uisus est sibi à famulo Dei quodam adsistente iuberi abire: & cùm nollet, lapidem sibi ab eo magnum in caput iniectū, eoq́ se ictu exanimatum. Persas fugientes Spartani intra muros ligneos compulerūt. Paulo pòst Athenienses Thebanorū trecentis, qui facilè primi & illustrissimi erant, in ipso prœlio concisis, reliquos fundunt. Inde, cùm renunciatum esset barbarum intra muros conclusum haberi & oppugnari, Græcis salutem fuga quærendi permisso, ad muros properant: Lacedæmonijsq́ oppugnationē segniter admodum imperiteq́ facientibus superuenientes, multa cum hostium cæde castris potiuntur. De trecentis barbarorum millibus quadraginta modò millia cum Artabazo fugerunt. Ex ijs qui pro Græcia dimicauerunt, mille trecenti & sexaginta ceciderunt, Horū LII, Athenienses fuerunt, omnes de Aeantide tribu, B C

Mardonij interitus.

(ut ait

A (ut ait Cleodemus) cuius præ omnibus præclara fuit pugna. Itaq; Sphragitidibus Nymphis sacram rem uictoriæ causa oraculo Pythiæ iussam fecerũt Acantidę tribules, sumptu ex ærario publico suppeditato. Lacedęmonij occubuerunt X C I. Tegeatæ X V I. Quare miror ab Herodoto scriptum, harum trium urbium ciues tantùm cum barbaris congressos, de reliquis Græcis neminem: cùm & numerus eorum qui oppetierunt, & monumenta communem fuisse eam Græcorum uictoriam testentur. Neq; uerò, si tres modò istæ urbes cæteris omnibus quiescentibus pugnassent, aram hoc, ut habeatur, modo inscripsissent:

Herodotus reprehēditur.

Hanc quondam Græci superatis hostibus aram,
Libertas patriæ cùm sua tuta stetit,
Et profligatis seruata est Græcia Persis,
Munus Eleutherio constituere Ioui.

Pugnatũ quarta Boedromionis die secundũ Athenienses: secundũ Bœòtos, X X V I I. Panemi: quam ad diem etiamnũ Græcorũ est Platæis concilium, Iouiq; sacrificant ob eã uictoriã Platęenses, cui à libertate nomẽ est
B Eleutherio. Neq; mirari eam in dieb. annotãdis inæqualitatẽ debes: quãdo nunc rebus astronomicis accuratiùs cõstitutis, alia tamen alijs mensiũ initia, alij sunt exitus. Porrò cùm neq; uictoriæ gloriã Athenienses Lacedæmonijs concederent, neq; trophæum eos erigere paterentur, parum abfuit quin res Græciæ intestinis armis perderent: idq; accidisset, nisi Aristides collegas suos mulcẽdo instituendoq;, Leocratẽ maximè & Myronidem, inhibuisset, utq; Græcis dijudicãdam rem relinquerent obtinuisset. Consultantibus Græcis, Theogito Megarensis neutri harum urbium, sed alij rei gestæ decus ac pręmium tribuendum censuit, nisi uellent bellũ intestinum turbare. post hunc consurgens Cleocritus Corinthius, cùm id decus uiderẽt suis uendicaturus (erat autẽ Corinthi secundũ Spartam & Athenas summa dignitas) omnib. gratum & mirabilem de Platæensibus habuit sermonem: censuit enim contentionis tollendæ causa his pręmiũ tribui debere, quos honorari neutri essent iniquè laturi. Id primus Aristides nomine Atheniensiũ concessit: mox & pro Lacedæmonijs Pausanias. Ita inita cõcordia Platęẽsibus de præda sunt exempta talenta L X X X: de his templum ij Mineruæ ædificauerunt, & simulacrum dedicarunt, pi
C cturisq; ędem exornârunt, quę in hunc usq; diem uigẽt. Seorsim & Spartani, & Athenienses tropheum erexerũt. Cęterùm de sacrificio sciscitantib. respõdit Pythius, ut Ioui Eleutherio arã statuerẽt: non prius aũt sacris operarentur, q̃ igni ea in regione extincto (q; is esset à barbaris contaminatus) purũ Delphis à cõmuni foco accẽdissent. ergo principes Gręcorũ statim circumiuerũt, omnesq; quibus ignis esset, eũ extinguere iusserunt. At Euchidas Platæensis, cùm q̃ fieri posset citissimè se ignẽ allaturũ ꝓmisisset, Delphos accurrit: ibi lustrato aqua corpore, lauroq; coronatus, ignẽ ab ara sumpsit, cursuq; Platęas repetijt, eoq; cõfectis una die mille stadijs ante obitum solis redijt: salutatis uerò ciuibus, & igni tradito, statim concidit, pauloq; pòst expirauit. Hunc Platæenses sublatũ in Eucliæ Dianæ templo sepelierunt, inscripto hoc trochaico tetrametro;

Contentio de uictoriæ gloria inter Græcos.

Platæensib. uictoriæ præmia data.

Euchidas ignem Delphis affert.

Delphos Euchidas ijt, reuersus estq; una die.

Hanc Eucliã plerìq; & cẽsent & nominãt Dianã: alij Herculis & Myrtûs filiã. Myrtò Menœtij filiã sororẽ Patrocli fuisse, uirginẽ decessisse, eiq; & à Bœotis, & à Locris honorem haberi: omnibus em̃ foris ara eius est & simulacrũ, & ante nuptias ei cùm spõsæ tũ spõsi sacrificãt. Post hæc omnib. in cõcionẽ Græcis cõuocatis, decretum Aristides fecit: ut q̃ annis Grecorũ delecti ad spectaculũ Platæas cõuenirẽt: ut Eleutheria qnquẽnale

Euclia.

Eleutheria.

certamen haberetur:ut decẽ millia scutatorũ, mille equitum, naues centũ A
ad bellum contra barbaros Grçcis perpetuò in prõptu essent: ut Platæen-
ses sacrosancti haberentur, quòd ij pro Græcia sacrificarent. Hoc decreto
confirmato, Platæenses receperunt se Græcis qui ibi occubuissent, singu-
Sacrificiũ Plataicum. lis annis immolaturos: idq; in hunc usq; diem faciunt, eo modo. Decima
sexta Mæmacterionis mensis (qui Alalcomenius est Bœotis) summo ma-
nè pompam ducunt, cui prçit tubicen classicum canens, sequentib. myrti
& coronarũ plenis plaustris, ac nigro tauro, & liberis adolescentib. (neq;
enĩ cuiq; seruo fas est quicquam in eo ministerio attingere: quòd illi pro
libertate oppetijssent) qui uini & lactis libationes in amphoris, oleiq; &
unguẽti urnas gestarẽt. Postremò Platçensiũ ꝑtor, cui cætero tẽpore neq;
ferrũ tãgere, neq; nisi albam uestem induere licet, punicea amictus tuni-
ca, sumptaq; de archiuo hydria, per mediã urbem tenens gladiũ ad sepul-
cra proficiscitur: tum hausta de fonte aqua, ipse columnas abluit, unguẽ-
toq; linit: inde tauro in rogum iugulato, uotisq; ad Iouem & Mercurium
13 terrestrem factis, bonos uiros pro Græcia mortuos ad cœnam & sangui-
nem fusum uocat: porrò crateram uino impletam effundens, propinare B
se ait uiris pro libertate Græciæ mortẽ passis. Hunc morem adhuc seruãt
Democratiam sancit Aristides. Platæenses. Reuersos in urbem Athenienses cùm uideret Aristides cupi-
dos popularis in repub. status restituendi, simul & dignum ob uirtutẽ po-
pulum existimãs, cuius ratio haberet, & animaduertens armis eam ualẽ-
tibus, & ob uictorias partas altos ducentibus spiritus ui resisti non posse:
decretum fecit, quo administrationem reipub. omnibus cõmunem, magi-
Themistoclis cõsiliũ repudiatur. stratusq; ex omnib. creari Atheniensib. sciuit. Themistocles apud populũ
dixerat, consiliũ se arcanũ, ciuitati utile atq; salutare animo agitare: iussus
est id soli Aristidç detegere, eiusq; iudiciũ adhibere. Ostendit Aristidi, co-
gitare se de naualibus Grçcorum incendendis: ita summã in omnes potẽ-
tiã Atheniensib. fore. Aristides ad populũ progressus, neq; utilius quicq;,
neq; iniustius Themistoclis cõsilio esse prŏnũciauit: ergo iussus est id de-
ponere Themistocles. Tantum eo tempore iustitiæ studium populo, tan-
ta tamq; constans Aristidi in populum fides erat. Deinde ad bellum unà
Spartanis principatus ademptus. cum Cimone missus, cùm Pausaniam & reliquos Spartanorũ duces mole-
stos socijs & difficiles esse animaduerteret, ipse humaniter & placidè cõ-
uersando, Cimonemq; in obeundis imperijs facilem eis & popularem C
reddendo, occultè Lacedæmonijs principatum non armis, non nauibus,
non equis, sed æquitate & prudentia ciuili abstulit. Atheniẽses enim iam
Pausaniæ uitia. antè ꝑpter Aristidis iustitiã, & Cimonis æquitatẽ charos Græcis, deside-
rabiliores etiã Pausaniæ auaricia & importunitas fecit: q cum principib.
sociorum iratus semper & asperè loquebaẽ, multitudinẽ uerberib. mulcta-
bat, aut ferrea imposita aliquẽ anchora stare per totũ diem cogebat: neq;
uerò stramẽ, gramen, aut à fonte aquã petere ante Lacedæmonios cuiq;
licebat, sed famuli flagellis arcebãt, si qs accessisset. De his cum aliquãdo
incusare, & monere eum Aristides uellet, contracto uultu sibi non uacare
respõdit, neq; audiuit. Exinde classium præfecti & duces Græcorũ, Chij
maximè & Samij, & Lesbij, Aristidi persuaserunt, ut in se principatũ reci-
peret, cõfœderatosq; Grçcos sibi adsumeret, qui iam dudũ à Spartanis ad
Athenienses transire cuperent. Respõdit, necessariũ esse quod petant, &
iustum, idq; facilè apparere: fidem tamen fieri aliquo facinore oportere,
Defectio sociorum ab eo. quod à mutatione animorum in posterum multitudinem retraheret. Ea
propter Vliades Samius, & Artagoras Chius facta conspiratione in tri-
remem Pausaniæ apud Byzantium ante alias prouectam impetum ab
utraq;

A utraque parte fecerunt. Is ut surrexit, eósque uidit, iracundè minatus est
ostensurum se eis, non in nauim Pausaniæ, sed ipsorum patrias hunc im-
petum uersurum. Illi ut abiret dixerũt, fortunæq; quæ ei Plataico adfuisset
certamine gratiam haberet: huius enim uerecundia Græcos teneri, ne di-
gnam ipsi factis pœnam irrogarent. Denique ab eo ad Athenienses de-
fecerunt. Admirationem meretur Lacedæmoniorum magnanimitas, *Lacedæmoniorum magnanimitas.*
quæ tunc apparuit. Vt enim magnitudine potentiæ corruptos suos
magistratus senserunt, ultrò principatu cesserunt, ducésque ad bellum
mittere desierunt: quòd temperantes, & morum patriorum obseruan-
tes habere ciues, quàm principes esse totius Græciæ mallent. At Græ-
ci, qui sub imperio etiam Lacedæmoniorum tributum ad sumptus belli
pependerant, tum cupientes singulis urbibus quantum par esset imponi,
Aristidem ab Atheniensibus petierunt qui agros & reditus inspiceret, ac
proinde unicuiq; urbi pro eius facultatibus pensionem indiceret. Aristi-
des tantum nactus potentiæ, ac quodammodò uniuersa Græcia omnes *Aristides pẽsionẽ Græcis constituit.*
suas ei res committente, pauper cùm abiisset domo, pauperior rediit: non
B candidè modò & iustè, sed & amicè omnibus & cõuenienter pecuniæ col
latione statuta. Nam ut prisci Saturnium sæculum, sic Atheniensium socij
tributum ab Aristide impositum, felicitatem quandam Græciæ nominan
do celebrabant: maximè cùm id non multo post tẽpore duplum atq; inde
triplum exigeretur. Aristidis summa erat talẽtorum circiter CDLX. Huic
ferè trientem Pericles addidit, siquidem Thucydides ait Atheniensibus
initio belli à socijs talenta rediisse sexcenta. Mortuo Pericle, summa ab ijs
qui populum concionib. regebant, ad mille & trecenta talenta est addu-
cta: non tam bello ob durationem & uarios casus tantos sumptus postu-
lante, quàm populo ab ijs ad diuisiones pecuniarum, theorica, & simula-
crorum ac templorum fabricationes exigendas illecto. Fertur Themisto- *Aristidis & Themistoclis inter se dicteria.*
cles Aristidem, cuius magnum nomen & mirabilis in tributo constituen-
do fama erat, subsannasse, Non uiri eam laudem dicens, sed sacci esse aurũ
custoditis: nequicquam liberam Aristidis notationem repẽdens. Etenim
hic dicenti aliquando Themistocli, summam se ducis eam uirtutem cen-
sere, ut is cognita atq; præuisa hostium habeat consilia: necessarium quidẽ
hoc esse responderat, uerè autem pulcrum & duce dignum, ut continen-
C tes habeat manus. Græcos Aristides ut in res Atheniensiũ iurarent, ade-
git, & ipse uicissim iuramento se obstrinxit: proiectis inter iurandum in
mare ferreis massis. Pòst cùm Atheniensium res id postulare uideretur, ut
maiori in eos uterentur imperio, iussit illos in seipsum uerso periurij pia-
culo, rebus ita ut expediret uti. Omnino autem Theophrastus eum ait iu-
sticiam in suis rebus & aduersus ciues strictè obseruasse, in rebus autẽ pu-
blicis multa egisse ut patriæ commodis inseruiret, quæ uidebat multis in-
iustè factis opus habere. Nam & pter fœdus pecuniã cùm statuisset Athe-
nas Delphis deportare, Samijs ea de re referẽtibus, iniustum quidem esse
hoc, ueruntamẽ utile dixit. Deniq; cùm effecisset, ut Athenæ tantæ homi *Paupertas Aristidis.*
num multitudini imperarẽt, ipse pauper permansit: ita quidẽ, ut perpetuò
nõ minoris paupertatis, q̃ trophęorũ gloriã faceret: q̃d uel hinc manifestũ
est. Callias facifer, generis ppinqtate Aristidẽ attingebat. Hũc cum rei ca- *Callias accusatus.*
pitalis postulassent, & moderatè de ijs quorũ eũ reũ fecerãt criminib. accu
sassent inimici, alienũ à causa sermonẽ huiusmodi ad iudices habuerũt: Ari "
stidẽ Lysimachi F. nostis, q apud Græcos est in admiratione. Quomodo "
rem eius familiarẽ existimatis habere, cùm tali amictũ lacerna in publicũ "
prodire

» prodire uideatis? nonne simile ueri est, qui in propatulo alget, eum domi A
» quoque esurire, alijsque rebus necessarijs egere? Atqui hunc Callias Athe-
» niensium ditissimus, cōsobrinum suum cum uxore & liberis inopem ne-
» gligit, sępe eius usus opera, ac sæpe potētiæ eius apud uos fructum exper-
tus. Ibi Callias, cùm uideret id maximè cōturbasse iudices, & indignatio-
nem contra se mouisse, Aristidem uocauit, petijtque ut apud iudices profi-
» teretur, sæpè à Callia sibi multa oblata, oratum etiam ut acciperet, se repu-
» diasse, addito, sibi potiùs ob paupertatem, quàm Calliæ ob diuitias ani-
» mum tollendum. nam multos esse, qui diuitijs malè aut bene uterentur,
» qui paupertatem fortiter ferat, non temerè inueniri: eam uerò ab ijs dede-
» cus putari, qui inuiti pauperes sint. De his cùm secundum Calliam testi-
monium dixisset Aristides, nemo auditorum non ita discessit, ut Aristidis paupertatē quàm Calliæ diuitias sibi obtingere mallet. Hæc ita ab Aeschine Socratico sunt literis mandata. Plato quidem inter tam multos, qui magni uiri & memorabiles Athenis habebantur, solum Aristidem dignum mentione pronunciat. quippe Themistoclem, Cimonem ac Periclem porticibus, pecunia, & multis nugis Athenas impleuisse: istum in republica tractanda uirtutem sibi propositam habuisse. Magna uerò bonitatis signa Aristides erga Themistoclem exhibuit. Quem enim in republica perpetuum habuerat inimicum, cuiúsque opera ostracismum passus erat: eius eadem in causa apud populum laborantis, ansamque sui premendi præbentis, omnium iniuriarum oblitus est: cúmque Alcmæo, Cimon, & multi alij Themistoclem urgerent & accusarent, solus ipse neque egit quicquam contra eum, neque dixit: neque calamitate inimici fruendum magis sibi censuit, quàm antè rebus utenti prosperis inuidisset. Mortuum Aristidem alij in Ponto perhibent, cùm eò negociorum publicorum causa nauigasset: alij Athenis, magno natu, & in honore admirationeque ciuium habitum. Craterus Macedo de obitu eius hęc tradidit. Post mulctatū exilio Themistoclem, libidine elatum populum, calumniatorum excitasse turbam qui potentissimos & optimos uiros reos facerent, eósque multitudinis rebus secundis & potentia superbientis inuidiæ uexandos obijcerent. Inter hos Aristidem quoque Diophanto Amphitropensi accusante, quasi in pensione exigenda ab Ionibus pecunia se esset passus corrumpi, damnatum fuisse minis quinquaginta: quibus cùm non esset soluendo, abnauigasse, & circa Ioniam fato concessisse. De his Craterus neque scriptum aliquod documentum, neque iudicium, neque decretum affert: solitus alioquin haud indiligenter ea apponere, citatis etiam autoribus. At reliqui ferè omnes, quotquot populi in duces peccata literis mandarunt, ij exilium Themistoclis, Miltiadis uincula, mulctā Periclis, Pachetis (qui in Curia ut damnatus est, ante tribunal manus sibi attulit) mortem, multaque id generis alia colligunt & celebrant: sed Aristidis exostracismo relato nullius huiusmodi condemnationis meminerunt. Quin & sepulcrum eius in Phalero ostenditur, quod ei à ciuitate fertur factum, cum ne sumptus quidem ad sepulturam moriens reliquisset. Hoc quoque narrant, filias eius è Prytaneo sponsis traditas, publicè nuptias ciuitate paciscente, dotisque nomine utrique tria drachmarum millia decernente. Lysimacho etiam filio eius minas argenti centum, totidémque telluris consitæ iugera populus dedit, & quaternas in singulos dies drachmas: lata in hanc rem ab Alcibiade rogatione. Polycritæ etiam, à Lysimacho relictę filiæ Callisthenes refert alimenta perinde ut ijs qui Olympia uicissent

Platonis de Aristida iudicium. B

Aequanimitas Aristidis.

Mors.

C

Atheniensium gratitudo in defunctum.

A ſent populum decreuiſſe. Demetrius Phalereus, Hieronymus Rhodius, Ariſtoxenus Muſicus, & Ariſtoteles (ſi quidem liber de ingenuitate inter eius genuinos libros haberi debet) narrant, Myrtonem filia Ariſtidis natam, Socratis ſapientis uxorem fuiſſe: qui cùm aliam haberet in matrimonio, uiduā eam & egenam ſuſceperit. Cōtra hos ſatis eſt à Panętio dictum in ijs quæ de Socrate ſcripſit. Demetrius idem in Socrate meminiſſe ſe ait Lyſimachi, filia Ariſtidis nati admodum pauperis, qui tabella quadam inſomniorum ſignificationes continente motus, ad Iaccheum ſedens ſeſe aluerit. Ipſe Demetrius rogationem tulit, ac matri eius & materteræ doni nomine populus in ſingulos dies tres obolos daret: idemq́ leges ferēs decreuit, ut utrique drachma quotidie penderetur. Neq́ mirum eſt eam horum qui in urbe eſſent curam fuiſſe populo, quando filiam filiæ Ariſtogitonis in Lemno abiectè uiuere carentem marito ob pauperiem audientes, Athenas traduxerunt, honeſtoq́ natum loco ei maritū dantes, dotis nomine agrum qui eſt in Potamo addiderunt. Cuius benignitatis humanitatiſq́ cùm noſtro etiam tempore ciuitas ea multa proferat exempla, *Liberalitas Atheniensium.*

B meritò in admiratione eſt atq́ ſuſpicitur.

PLVTARCHI CATO MAIOR,

[illegible]

Auguſtano interprete.

Catonem Tuſculi natum, & antequàm militiam aut rempublicam attingeret, uixiſſe in prædijs paternis apud Sabinos *Patria & maiores.*

M. tradunt. Etſi uerò maiores eius planè obſcuri uiderentur, ipſe tamen Marcum patrem ſuum, ut bonū & re militari clarum uirum laudat: proauumq́ ſuum Catonem ſæpe uirtutis præmia meruiſſe, ac pro quinque equis bellatoribus quos in prœlijs amiſiſſet, precium à populo accepiſſe dicit. Et quia Romani eos, qui obſcuris orti maioribus per ſeipſos innoteſcere cepiſſent, nouos homines uocare ſolebant: ſe nouum eſſe quod ad magiſtratus & gloriam conſequendam attineret, præclaris autem auorum factis & uirtutibus antiquiſſimum aſſerebat. Cognomen ei ab initio non Cato, ſed Priſcus fuit: Cato poſteà temporis ob peritiam rerum eſt appellatus. Facie fuit ſubrufa, & cæſia: quod epigrammate quidam acerbe de eo notauit: *Nouus homo.*

C

Rufus, mordaces ſolituſq́; illidere dentes
Omnibus, & glaucus Porcius ut perijt:
Ipſa timens ſeuæ rabiem Proſerpina linguæ,
Vllum ei apud manes noluit eſſe locum.

Habitum corporis & ad robur, & ad ſanitatem probè conſtitutum opere faciendo, uictu frugali, laboribuſq́ militaribus in quibus erat enutritus effecerat. Vim dicēdi (nam orationē tanq́ alterū corpus eſſe iudicabat, & facundiā in numero eſſe rerū honeſtarū, non modò inſtrumentū utile ac cuius uſus neceſſarius eſſet ei, qui nō obſcuro loco aut per ocium uitā exigere ſtatuiſſet) aſsiduò reos in pagis & oppidis uicinis defendendo ſibi parauit: qua in re primùm certamina alacriter ſubire, deinde cauſas bene orare iudicatus eſt: poſtremò ſuam operam requirentibus, eam morum grauitatem, animiq́ magnitudinem oſtendit, quæ ad magna negocia, principiſque in republica munus obeundum apta eſſet. Nam non modò ad dicēdas cauſas integer, nulliſq́ acceptis præmijs accedebat: ſed ne gloriam quidem ea re ſibi potiſsimùm quærere uidebatur. Cæterùm gloriæ militia *Catonis facundia qualis.*

militia partæ ita fuit cupidus ab ineunte ætate, ut aduersis uulneribus ple- A
Militia eius. num corpus habuerit. Prima stipēdia (ut ipse scribit) annos natus septendecim meruit: quo tempore Annibal successu rerum secundo usus Italiam incendijs uastabat. In pugna manu promptus, fixo gradu, uultu, ferociam indicante, minis & asperitate aduersum hostes uti solebat: rectè & cogitans hoc, & docens, ista non minorem sæpe quàm gladios terrorem hosti incutere. In itineribus ipse arma sua ferebat, lixa uno comitante qui cibaria portaret: neq; unquam huic prandium cœnámue apponenti succensuisse fertur, sed sæpe numerò ipse cum esset militiæ laboribus defunctus, cum in adornādis ijs adiuuisse. Aquam militiæ bibebat, nisi si fortè ardentissima siti correptus acetum posceret, aut uiribus deficientibus, paulu-
* uini
2 lum uilli sumeret. Haud procul prædijs eius M'. Curij, eius qui ter trium-
M'. Curij admirator Cato. phauit, tugurium erat. Ad hoc continenter accedebat, locique ipsius angustiam & habitationis uilitatem contemplatus, de uiro isto cogitare solebat, quòd is Romanorum maximus, subactis gentibus bellicosissimis, eiectoq; Italia Pyrrho, ipse post tres triumphos eum agrum fodisset, idq; B tugurium inhabitasset: ibiq; eidem Curio ad focum sedenti & rapa elixāti Samnitum legati cum aduenissent, aurumq; multum obtulissent, eos hoc cum responso dimisisset, quòd auro nihil opus esse ei diceret, qui hac cœna esset contentus: se quidem aurum habentes uincere, quàm possidere aurum malle. His ita secum consideratis Cato abibat, ac proinde in suam domum, prædia, famulos, & uictus rationem inspiciēns, laborem sibi intendebat, luxumq; omnem amputabat. Quo tempore Fabius Maximus Tarentum recepit, Cato iuuenis admodum sub eo stipendia faciebat. Ibi
Nearchum philosophū Cato audit. hospitio cuiusdam Nearchi Pythagorici usus, ad philosophiam eam animum applicuit. A quo cùm eadem, quæ Plato etiam docuit, percepisset, uoluptatem maximam esse malorum escam, id primùm animo hominis incōmodi accidisse, quòd esset corpori inclusus, purgari tamen animum, soluiq; earum cogitationū auxilio, quæ maximè eum à corporis affectionibus abducerent atq; separarent: frugalitatis atq; continentiæ amorem
Græcas literas serò attingit. inde auxit. Alioquin serò Grǽcas attigisse disciplinas perhibēt, sumptisq; cùm esset iam magno admodum natu in manus libris Græcorum, ad dicendi artē non nihil Thucydidis, plus Demosthenis scriptis adiutus fuisse. Sanè opera ipsius & doctrina Græca & historijs mediocriter sunt exornata: multa etiam scitè dicta, sententiasq; de Græcis ad uerbum traductas C
Valerius Flaccus Catonem Romam pertrahit. inseruit. Erat inter Romanos Valerius Flaccus ea tempestate, nobilitate generis & potentia præcipuus, uir & cognoscere uirtutem enascentem callidus, & ad enutriendum eam, adeq; honorem prouehendum propensus. Is prædia uillæ Catonis contigua cùm haberet, ac de laboribus eius atq; uita ex famulis percepisset (manè hominem ad forum ire illi referebāt, reisq; patrocinari, inde ad rus reuersum, hyeme iniecta humeris exo-
3 mide æstate nudum opus facere, deinde cum seruis sedentem eodem pane, eodemq; uino frui: commemorabāt & reliquis in rebus magnam eius frugalitatem atque mediocritatem, nec non & dicta quædam eius scita) hæc omnia non sine admiratione cùm audiuisset Flaccus, uocari ad cœnam eum iussit: atque ex eo usus ipso familiariter, moresque placidos & urbanos conspicatus, qui ueluti planta cultu & loco idoneo opus haberent, autor Catoni fuit, persuasitq; ut rempublicā Romanam attingeret.
Magistratus quos Cato gessit. Postquam Cato in Vrbem uenit, statim & ipse defendendis reis multos sui admiratores amicosq; inuenit: Valerioq; multum illi honoris & potentiæ adijciente, primùm tribunus militum, pòst quæstor factus est. Ab eo illustris

A eo illustris iam factus, ipsi Valerio in summis magistratibus, consulatu & censura, collega datus est. De senioribus ciuibus Fabio Maximo se coniunxit, non tam respectu summæ eius uiri gloriæ atque potentię, quàm quòd mores eius uitamque pulcerrimum sibi ad imitandum exemplum proposuisset. Itaque Scipioni magno illi, qui tum iuuenis Fabij potentiæ inuidia (ut putabatur) adductus, se opponebat, aduersari non est ueritus. Etenim quæstor cum eo ad bellum Africanum missus, ut eum consueto luxu uti uidit, pecuniamque in milites effuse elargiri, liberè repræhendit: non sumptibus factis potissimùm se moueri dicens, sed quòd abundantia rerum milites ad uoluptatem & luxuriam conuerterentur, itaque frugalitas antiqua perderetur. Cui cùm respondisset Scipio, se qui plenis ad bellum iret uelis, nihil tam accurato quæstore indigere: (neque enim pecuniarum, sed rerum gestarum rationem populo sibi reddendam fore) è Sicilia discessit Cato, atque in senatu cum Fabio de Scipione questus, eum prodigere immensam pecuniam, & quasi non ad bellum, sed ad ludos missus fuisset, adolescentũ more in palæstris & theatris uersari clamando, id con

Cato Fabij sectator, Scipioni aduersatur.

B secutus est, ut tribb. plebis mitterentur, qui Scipionem, si quidem uera ista crimina inuenirentur, Romam adducerent. Veruntamen Scipio cùm in ipso belli apparatu uictoriam præmonstrasset, appareretque eum in ocio amicis iucundum, nihil tamen ob eam humanitatem & liberalitatem seriarum & magnarum rerum negligere, ad gerendum in Africa bellum soluit. Interim Cato, etsi uim in dicẽdo eam acquirebat, ut Demosthenes Romanus à multis diceretur, tamen uita sua maiorem sibi parauit existimationem atque gloriam. Certatim enim iam tunc eloquentiæ studium à iuuenibus colebatur: qui uerò maiorum exemplo laborare suis manibus, cœna simplici, & prandio citra ignem parato, uili ueste, & uulgari habitatione contentus esse sustineret, & qui maioris esse uirtutis putaret res superuacaneas non requirere, quàm easdem possidere, is uerò inuentu rarus erat. Quippe iam tum respub. ob molem suam, pristinam integritatem non seruabat: sed ut multa bona, multos homines suam sub ditionem acceperat, ita uarios mores miscebat, omnisque generis rationes uiuendi imitabatur. ut meritò in admiratione habitus sit Cato. Cùm enĩ alij laboribus frangi se, & uoluptatibus emolliri paterentur, solus ille ab

Catonis existimatio.

C utroque inuictus non eo tempore tantùm, quo iuuenis & glorię appetens erat, sed senex etiam iam atque canus cõsulatu gesto, actoque triumpho permansit: atque instar athletæ præmiũ uictoriæ consecuti exercitationi constanter insistens, eandem usque ad finem uitæ æqualitatem pertulit. Ipse de se testatur, nunquam se uestẽ centum denarijs preciosiorẽ tulisse, in prætura & consulatu eodem cum operarijs uino usum, obsonatũ ad cœnam de foro triginta assibus: idque se ciuitatis causa fecisse, ut corpori uires ad bellica officia sufficerent: uestem stragulam Babyloniam picturatã cum ex hæreditate accepisset, statim uendidisse, domiciliorum eius nullum fuisse incrustatum, nullum seruum cariùs mille quingentis denarijs emisse, quòd non delicatis aut formosis, sed qui multi essent laboris & ualidi, ut equisones & bubulci, indigeret: atque hos ipsos ætate eorum ingrauescente diuẽdendos duxisse: neque alendos qui usui non essent. Omnino autem « nihil eorum quę superuacanea essent, ne minimi quidẽ emisse: nam id ge « neris res etiamsi asse uenderentur, caras censuisse: ea quę cõseri & depasci « possent, bonis quæ uerrendo & rigando opus haberent, prætulisse. Hæc quidam illiberalitatem interpretati sunt: alij quò alios corrigeret & ad temperantiam reduceret, intra modum sese cõtinuisse putant, nisi quòd

Frugalitas & temperantia eius.

abusum mancipijs ita ut si iumenta essent, ea deinde ætate confecta ex- A
Notatur inhumanitatus. pellere & uendere, summæ ego duriciei morum esse iudico, & eius, qui nisi utilitates causa nihil homini cum homine putaret esse commune. Atqui cernimus, ampliorem esse bonitatis, quàm iusticiæ locum: siquidē legibus & iusticia tantùm erga homines utimur, beneficia & gratiæ nonnunq; etiam brutis danť: etenim de mansuetudine, tanq; ubere fonte, ꝓfluunt. Humanitatis itaq; est equos confectos laboribus alere, itemq; canum non catulos modò, sed & ipsos senio graues. Atheniensiū populus cùm templū Mineruæ, cui Hecatompedon est nomen, ædificaret, mulas quæ laborē plurimùm tolerassent, liberas ad pascendū dimisit: tum unam harū aiunt ultrò ad opus accessisse, & iumentis quæ farraca ad arcē traherent comitem se dedisse, præeundoq; ueluti adhortatā ad laborandū: decretumq; est, ut ea ad mortem usq; publicè aleretur. Equarū porrò Cimonis, quib. ter Olympia is uicit, prope ipsius monumenta sunt sepulcra. Canes secum educatos & consuetos cùm multi alij, tum Xanthippus ille antiquus eum, qui Atheniensibus urbē deserentib. iuxta triremē in Salaminā enauerat, in promontorio humauit, quod adhuc Cynos sema, id B est canis monumentū, nominať. Non eñ ut calceis aut uasis utendum est reb. animatis, quæ rupta uel attrita usu abijciunť: sed in his, si nullā aliā ob causam, at ut ad humanitatem nos adsuefaciamus tamen, exercere mansuetudinem conuenit. Ipse quidē ne bouem quidem operarium senij causa uendiderim, nedum hominē ætate prouectū ex loco in quo fuit educatus & cõsueto uictu tanq; è patria exigui lucelli causa pellā, cùm iam inutilis ementi sit perinde, atq; uendenti factus. At Cato ueluti ostentans se in his rebus, equum etiā quo cõsul in obeundis ducis muneribus usus fuerat, in Hispania à se relictum ait, ne portorium eius ciuitati imputaretur. Hæc magni' ne sint, an parui animi, licet ita credere, ut cuiq; ratio persuaserit. Certè alioquin ingentis continentiæ causa summa fuit admiratione
Continētia Catonis eximia. dignus. Exercitum enim ducens, pro se & suo comitatu in mensem tritici non plus tribus medimnis Atticis sumpsit: in diem iumentis hordei infra medimnum unum cum dimidio. Prouinciam nactus Sardiniā, cùm qui ante ipsum fuerant prætores tabernaculis publicis, lectis, stragulisq;, ac magna seruorum & amicorū familia usi essent, grauesq; cœnarū sumptus & apparatus fecissent: incredibile ipse frugalitatis discrimen fe- C cit. Neq; enim ullas requisiuit publicas impensas, sed circum urbes ipse sine bigis ambulauit, uno comitante apparitore, uestem ei & uas ad sacrificia peragenda portante. Tantum in his rebus facilitatis atq; simplici-
Grauitas. tatis subditis ostendens, iusticiæ rigore, & mandatis pro imperio rectis atq; firmis eam maiestatem grauitatemq; præ se tulit, ut nunquā illis Ro-
Oratio eius qualis. manum imperium neq; terribilius fuerit, neq; charius. Eandem fuisse eius orationis formam tradunt, simul & gratæ & grauis, iucundæ & terribilis, facetæ & seueræ, argutæq; & iuxtà in contentione uim habentis: quead-
4 modum Socratem Plato ait, cùm foris rudis, dicax, & contumeliosus in colloquentes uideretur, intus serijs & lacrymas excutientib. rebus, corq; auditoris conuertentibus abundasse. Quare nescio quid in mentem ue-
5 nerit ijs, qui Lysiæ potissimùm orationi similem Catonis fuisse pronunciarunt. Verùm hæc dijudicent ij, quibus magis conuenit genera Romanarum orationum & formas percipere: nos, qui longè magis in oratione, quàm (ut quidam putant) facie hominū ingenia cõspici putamus, pauca quædā eorū, quæ eius dicta feruňť, cõmemoremus. Aliquādo Romanorū plebem frumenti largitionem intempestiuè expetentem dehortaturus,

Aliquot Catonis Apophthegmata.

A taturus,hoc initiū dicendi fecit: Difficile quidē eſt,Quirites,ad uentrem
uerba facere,cùm is auribus careat. Mores ciuitatis accuſans , difficulter
inquit poſſe ſaluam eſſe urbem , in qua maioris piſcis quàm bos ueneat.
Præterea, ouium ſimiles eſſe Romanos: Vt enim ſingulæ illæ non obtem
perant,uniuerſę agentem ſequuntur : ita illos quoq; quorū priuatim con
ſilia aſpernentur,ab ijs in concionem uenientes duci. De mulierū domi-
natione diſſerens: Omnes homines mulieribus imperant,nos omnib.ho
minibus,nobis mulieres.Eſt hoc de Themiſtocleis traductū apophtheg-
matis. Is enim multa per matrem ei filio iniungente: O mulier, inquit, A-
thenienſes Græcis imperant,ego Athenienſibus, tu mihi, tibi filius: mo-
dum itaq; potentiæ ſuæ ponat,qua fit,ut imprudens ipſe plurimū omniū
Græcorum poſsit.Idem Cato populum Romanum honores non purpu-
ra modò,ſed ſtudijs etiam inſignire dicebat. Etenim ut tinctores eo ma-
ximè colore lanam inficerent,quo plurimos delectari uiderent : ſic iuue-
nes iſta diſcere & imitari, quæ apud populum laudem inuenirent. Hor-
tabatur Romanos,ut ſi fortitudine & temperantia eſſent magni facti, ne
B ad deteriora ſe conferrent: ſin ignauia & luxuria,at nunc ad meliora con
uerterentur,ſatis multum per deteriora iſta adepti. Eos qui crebrò ma-
giſtratum gerere cuperent,tanquam ignaros uiarum aiebat cupere ſem-
per cum lictorib. ambulare,ne errarent.Repræhēdebat ciues , quòd eoſ-
dem ſæpius magiſtratus reficerent : fore enim ut aut magiſtratum gerere
non magni rem precij putare crederentur , aut non multos eſſe dignos, 6
quibus magiſtratus committeretur. De inimico quodam turpis & igno-
miniosæ uitę ſuſpectò, Mater, inquit , eius cum ſibi eum ſuperſtitē optat,
non precari ei rem fauſtam , ſed execrari uult. Quendam qui paternos a-
gros maritimos uendidiſſet oſtendens alijs , ſimulauit ſe mirari quod is
plus quàm mare potuiſſet : etenim quod mare ægrè illuuione abſumpſiſ-
ſet,id iſtum nullo labore deglutiſſe.Cùm rex Eumenes Romam aduenif-
ſet,eumq; ſenatus maximo ſtudio accepiſſet , primiq; certatim eūample-
cterentur:non obſcurè tulit Cato,ſe eum ſuſpectum habere & cauere. Et
cuidam dicenti,At bonus eſt rex,& Romanorū ſtudioſus: ſit ſanè,inquit:
at rex animal eſt natura carniuorū. Neq; uerò eorum quenq; regū, quo-
rum fortunæ prædicarent̄,dignum eſſe qui Epaminondæ,Pericli,Themi
C ſtocli, M'Curio, Amilcariue Barcæ conferretur. Inuidere ipſi inimicos,
quod noctu ſurgeret , rebusq; ſuis poſthabitis publica curaret. Malle ſe
benefacti gratia,quàm delicti pœna priuari.Omnib.ſe peccantibus igno
ſcere,ſibi uerò ipſi nequaq;.Romanis legatos tres in Bithyniam deligen-
tibus,unum podagricū,alterum cui foraminibus & inciſionibus caput e-
rat excauatum,tertium pro ſtolido habitum,irridens Cato,legationem à
Romanis miſſam dicebat,quæ neq; pedes , neq; caput, neq; cor haberet.
De Achaicis exulib.à Scipione rogatu Polybij compellatus , cùm multis
res in ſenatu uerbis ageretur,alijs reditum dantib.alijs obſtantibus,ſurre-
xit Cato,&,quaſi uerò,ait,quod agamus deſit,ſedemus hic de ſenib.Græ
cis diſputantes totū diem,à noſtris ne,an uerò Achaicis efferri debeāt ſan
dapilarijs.Cùm reditus in patriā ijs eſſet decretus,paucis interiectis dieb.
Polybius,iterū in ſenatū uenire aggreſſus eſt,petiturus ut ij honoribus q̄s
prius geſsiſſent in Achaia,reſtituerent̄,et Catonis quę ſentētia eſſet,expi
ſcatus eſt. Tum Cato ſubridens, Polybiū dixit Vliſsis inſtar redire in ſpe-
luncā Cyclopis uelle,pilei,& cinguli,quorū oblitus ibi eſſet, petendi cau
ſa.Idem Cato magis prodeſſe prudentib.ſtultos , quàm prudentes ſtultis
affirmabat: illos em̄ ab horū uitijs ſibi cauere , hos illorū recta facta non

imitari. In adolescentib. se magis ruborem quàm pallorē probare. Militē nolle sibi esse, qui in itinere faciendo manus, in pugna pedes moueat, magisq; stertens, quàm uociferationē militarem tollens exaudiat. Præpinguē ui tuperans, Vbi uerò, inquit, hoc corpus ciuitati possit prodesse, in quo omnia quæ sunt inter gulā & inguen, uenter occupat? Quendā uoluptariæ uitæ sectatorē secum uolentē consuetudinem inire respuit, negans se posse uiuere cum eo homine, cui palatū quàm cor plus saperet. Amantis animū in alieno uiuere corpore aiebat. Tria se in uita sua admisisse, quorū pœniteret: primum, si mulieri arcanum commisisset: alterum, si cò nauigasset, quò pedestri licuisset itinere uenire: tertium, si qua die nihil serię rei egisset. Senem nequiter agentē monuit, ne multis senectutis criminib. maliciæ dedecus adderet. Tribuno plebis ueneficij nomine malè audienti, cùm is malā legem magna contentione ferret, Haud scio, inquit, iuuenis, id' ne quod misces, bibere, an quod scribis, ratū iubere sit peius. Conuicio petitus ab homine qui malè & impudicè uixerat, Impar, ait, mihi tecum est certamen: tu eīn malè & audis & dicis facilè: mihi neq; malè lo- B
qui suaue est, neq; malè audire cōsueui. Ac scitè quidem dictorū Catonis

Consulatus Catonis, & res in Hispania gestæ.

talis est natura. Cōsul cū L. Valerio Flacco amico & familiari suo creatus, Hispaniā citeriorē sorte prouinciam obtinuit. Ibi eū populos partim subigentē, partim oratione sibi conciliantē, ingēs barbarorū exercitus inuasit, ut periculū esset, ne cum ignominia regione pelleretur: itaq; Celtiberorum, qui erant in uicinia, auxilium accersiuit. Hi cùm auxilij mercedem ducenta poscerent talenta, reliquiq; omnes intolerabile hoc putarent, si Romani barbaris suppetias ferentib. stipendiū spondere nt: nihil esse mali Cato affirmauit. uictoria eīn parta, nō de suo, sed de hostilib. bonis mercedem ijs soluturū: sin secus euenisset, neq; qui poscerent superfuturos, neq; unde exigerent. Sed & hic prœlio facto uicit, & cætera egregiè successerunt. Polybius quidē scribit, Catonis iussu una die omnium urbium, quæ intra Bætin flumen essent, muros deiectos: fuisse autem permultas, & pugnacib. uiris plenas. Ipse Cato numerum captarum à se urbium maiorē fuisse asserit numero dierū quas in Hispania egerit: quod non est in-

Contēptus opum.

flatius dictum, siquidem urbes istæ erāt CCCC. Itaq; militib. qui eo bello iam antè multum prædæ parauerant, uiritim argenti librā diuisit, rectius C
esse addito, multos Romanos argentū, quàm paucos aurum domū referre. Ad se uerò nihil de præda redijsse affirmat, nisi quæ ederit & biberit. Neq; uerò, inquit, culpo eos, qui bello rem facere student: ipse cum optimis de uirtute, quàm de pecunia cum ditissimis, aut auaricia cum auarissimis cōtendere malo. Neq; se tantùm, sed & suos omnes ab omni captura Cato cōtinuit. De quinq; famulis quos secū duxerat, unus Paccus tres de captiuis emit puerulos: cumq; id Cato sensisset, iste antè quàm in conspectum ueniret eius, suspendio mortem sibi consciuit: Cato mancipia

Scipionis prioris cū Catone contentio

ista uendidit, pecuniamq; in publicum retulit. Cæterùm Scipio Africanus Catonis inimicus, præclarè eum res gerentē impedire, Hispanicasq; actiones intercipere cupiēs, Catone adhuc in Hispania cōmorante id egit, ut ei ipse eam in prouinciā successor mitteret, ac quàm potuit celerrimè effecit, ut Catoni imperium abrogaret. Itaq; Cato quinq; peditū grauis armaturæ cohortib. & equitib. quingentis qui ipsum deducerent acceptis, Lacetanos gentē subegit, ac transfugas sexcentos receptos necauit. Quā de re cùm Scipio grauiter quereretur, naso eum suspendens Cato, Ita demum maximā fore Romā dixit, si illustres uiri & magni uirtutis primas partes obscuris non permitterent, contraq; plebei (talē autem se

esse)

A esse) de uirtute certamen cum eis qui genere & gloria essent clari, suscipe-
rent. At uerò quia senatus decreuerat, ne eorum quæ constituisset Cato
quicq; immutaret aut moueret Scipio, id imperiũ huius magis q̃ Cato-
nis gloriæ detraxit, per ociũ exactũ, nullaq; re gesta insigne. Proinde Ca- *Acta post cõsulatum.*
to postq; triumphauit, q̃ solent plerunq; ij qui nõ ad uirtutẽ, sed ad gloriã
cõ tenderũt, summis honorib. cõsulatibusq; & triũphis potiti, deinde à rep.
ad uoluptatẽ & ocium transire: id nequaq; secutus est. quin eorum more,
qui primùm attingunt remp. honoremq; & gloriã sitiunt, nouo initio fa-
cto utendũ se amicis & ciuib. exposuit, neq; patrocinia, neq; militiã sub-
terfugiens. Itaq; & Ti. Sempronio consuli legatus in Thracia & regioni-
bus ad Istrũ ad peragendas res adiumẽto fuit: & tribunus militũ cum M'
Acilio in Græciã aduersus Antiochũ iuit. Post Annibalẽ haud quisq; alius *Bellum cũ rege Antiocho.*
tantũ Romanis, quantũ Antiochus, terroris intulerat. Quippe is recepta
omni ꝓpe Asia, quam Seleucus Nicator habuerat, multisq; & bellicosis
barbarorũ gẽtibus sibi subditis, ita animo creuerat, ut cum Romanis con
gredi cuperet, quos iam solos dignos se aduersarios putabat. Honestum
B ergo belli prætextũ cõmentus, liberandæ Græciæ (cùm Græci id nõ de-
siderarent, nuper Romanorũ beneficio à Philippo & Macedonib. libera-
ti, suisq; legib. restituti) studiũ, copias in Europã traiecit. Extitere statim
in Græcia motus, hominumq; animi, oratorum concionib. magnas à rege
spes ostentantib. moti, expectatione erigebant̃. Itaq; Manius legatos cir-
cum urbes misit: quorum unus T. Flamininus plerosque nouas res mo-
lientes citra tumultum inhibuit & sedauit: quod in eius uita ostendimus. *Cato Athenas inuisit.*
Cato autem Corinthios, Patrenses, Aegiensesq; Romanis conciliauit,
Athenis diutius quàm alibi egit. Sanè ferunt eius uideri quandam ora-
tionem, quam ad populum ibi Græcè habuerit, exposueritq; ea se admi-
ratione uirtutis priscorũ Atheniensiũ ductum, urbem quoq; eorũ pulcri-
tudinis & amplitudinis causa libenter spectasse. Atqui uerum hoc nõ est.
sed per interpretẽ locutus est Atheniensibus: nõ quòd ipse Græcè nesci-
ret, sed ut morẽ patriæ tueret̃: alioquin etiã irridens eos, qui Græca admi
rabant̃. Ita Posthumiũ Albinum, cùm is historiã Græcè cõposuisset, ue-
niamq; peteret, per iocum notauit, ignoscendũ ei fuisse dicens, si decreto
Amphictyonũ coactus, necessariò id opus subijsset. Ipse Athenienses ait
C suam in dicendo celeritatẽ, & uim uerborũ admiratos: quòd quæ breuib. *Oratio Romanorum quid à Græca distet.*
dixisset, ea interpres multis explicaret: omnino aũt ita iudicare, orationẽ
Græcis ab ore, Romanis à corde proficisci. Posteà quàm Antiochus an-
gustias Thermopylarum cum exercitu suo insedit, locosq; natura tutos
munitionib. ita obstruxit, ut bellũ declinasse uideret̃: à fronte eum aggre-
di ne sperarũt quidẽ Romani. Tum Cato Persicæ istius circuitionis recor 7
datus, noctu cum parte exercitus rei eius causa abijt, duce itineris uno ex
captiuis accepto. Verùm ut is in adscendendo uia excidit, errandoq; per
inuia & præcipitia magnũ metum apud milites excitauit: Cato periculũ
cernens, reliquis omnibus quiescere & operiri iussis, ipse cum L. quodã
Manlio uiro scandendorum montiũ perito, magno cum labore & pericu
lo noctu luna latente, cùm insuper ob arbores & rupes in altum eminen-
tes uisus distorqueret̃, neq; certi quicq; depræhenderet, eò tamen euasit,
ut in callẽ in castra (sic eñ putabant) hostium descendentẽ peruenirent:
cum signa sibi posuissent ad conspicua quædã cacumina supra Callidro-
num eminentia, retrò descendére, exercitumq; signa obseruantes addu-
xerunt, callemq; istum attigerũt. Parum inde progressis, callis desijt, con-
ualle cum excipiente: rursusq; hesitabant, & formido incessebat, neq; sci-

entes,neque cernentes te prope hostes esse. Simul illuxit, cùm & uocem sibi A audire uisi sunt, & castra Græca,excubiasque supra præcipitia uidere suspicati. Itaque Cato itinere inhibito,Firmanos (quib. maximè fidis & alacrib. usus fuerat semper) ad se uocauit: cumque ij accurrissent & cõferti circũstetissent, Vnũ de hostib. uiuum capi oportet,inquit, ex quo cognoscã qui sint excubitores isti, quot numero, quis omnino totius exercitus ordo, quæ cõstitutio,qui apparatus quo nos sint excepturi.opus erit celeritatis hoc & audaciæ,qua freti & inermes leones audent in timidas belluas inuadere. Vix hæc dixerat Cato, cùm illicò Firmani per montes deorsum se ad excubias deiecerũt,impressioneque improuisò facta, oẽs perturbarunt & dissiparunt, unũ ut erat armatus arreptũ ad Catonẽ attulerunt. Ex hoc cognitũ Catoni,reliquas copias cum rege in faucib. desidere: in excubijs uerò ad iugũ positos sexcentos esse Aetolorũ delectos. Is simul & paucitatẽ & negligentiã despectui habens, cõfestim classicũ cani & clamorẽ à militib. tolli iussit,primusque ipse stricto gladio suos in hostes duxit. At illi Romanos ab sublimi ruere uidentes, fuga se in maiora castra dederũt, omniaque trepidatione impleuerũt. Iã & Manius sursum ui per munitiones B enitebat, & omni cum exercitu fauces oppugnabat. Antiochus os saxo ictus,excussis etiã dentibus,præ magno dolore equum retrò cõuerterat: nulla exercitus pars Romanos sustinebat, sed quamuis fugæ nihil esset peruiũ,omnia difficilia,quòd profundæ paludes & præcipitia lapsos excipiebant, eò tamẽ per angustias effusè & magna cũ trepidatione ruẽtes metu uulnerũ & hostilis ferri seipsos perdebãt. Et Cato,nunquam aliàs suarum ipse laudũ parcus (ut qui apertã iactantiã, magnanimitatis comitẽ ratus minimè se indignã arbitraret) magnificè eã actionẽ prædicauit. ait ẽm eos, qui tunc eũ hostes insequentẽ & ferientẽ uiderint, intellexisse nõ populo tantum Catonẽ, quantũ Catoni populũ debere: sed & Manium consulẽ à uictoria calentẽ adhuc calido ipsi circũfusum, diu multumque cõsalutasse, ac præ gaudio exclamasse: neque à se, neque ab uniuerso populo dignis gratijs Catonis merita posse adæquari. A' pugna statim ipse Cato rei gestæ nuncius Romã missus est: prosperèque Brundusiũ aduectus, inde uno die Tarentũ uenit: hinc quatriduũ terra pfectus, quinto Romã uenit: ibi primus uictoriæ nunciũ attulit, urbẽ lætitia & sacrificijs impleuit, populique ani- C mos excitauit, qui se iam omni terra marique potiri posse crederent. Hę ferẽ sunt Catonis res militiæ gestę prę cæteris illustres. Domi aũt gerendæ reip. apparet eũ partẽ haud postremã duxisse positã in accusandis, & con uincendis prauis hominibus: quãdo & ipse multos in iudicio persecutus est, & alijs id agentibus auxilio fuit, et qui facerẽt subornauit, ut Scipioni Petiliũ. Sed hunc missum fecit, quòd splendore generis ueraque magnanimitate calũnia superior euasisset: frater aũt eius Lucius ut graui mulcta ærario pendenda damnaret, facta cũ alijs accusatorib. coitione effecit. cui is cùm nõ esset soluẽdo, periculũque esset ne uincireẽ, ægrè tribunorũ plebis appellatione euasit. Ferẽ etiã cuidã iuueni qui patris defuncti inimicum ignominia ultus à iudicio per forum ambularet, obuiã factus dextrã iniecisse, dixisseque: parentib. non agnis aut hœdis, sed inimicorũ lacrymis & damnationib. parentandum esse. Neque uerò ipse securus accusationum in repub. uersabatur: sed quoties ansam aliquam inimicis præbuisset, nunquam non in iudicium est uocatus. Et quidem perhibent eum nõ multo minus quinquagies causam suam dixisse, postremò quidem, natum iam annos LXXXVI: quo tẽpore notum illud protulit, Difficile esse eum qui apud alios uixerit homines, apud alios de causa sua respondere. Neque tamen hunc certaminũ finem fecit: quadriennio ẽm pòst Ser. Galbã nonagena-

Antiochus uincitur.

Cato sui laudator.

Cato accusandi studiosus.

Cato sæpe accusatus.

A rius accuſauit. Videĩ enim omnino uita & actionib. ſuis tertiã ætatẽ Ne- 10
ſtoris e[illegible]plo attigiſſe. cùm eñ(ut demonſtrauimus) grauia de rep. cer-
tamina aducrſus Scipio[illegible]ẽ maiorem habuiſſet, uſꝗ ad Scipionẽ minorem
(qui ad[illegible]onis ratione illius fuit nepos, filius Pauli eius, qui Perſeum &
Macedones debellauit) uitã produxit. Decem annis poſt conſulatũ, cen-
ſuram petijt. Eſt is magiſtratus quaſi faſtigiũ cæterorũ honorum, & reli-
quarum reip. adminiſtrationum uelut perfectio, pręter aliam poteſtatem *Catonis*
in uitas moresꝗ ciuium inquiſitionẽ habet. Nam Romani neꝗ nuptias *cenſura.*
cuiuſꝗ, neꝗ liberorum procreationem, neꝗ uictus rationẽ, neꝗ conui-
uiũ examinis & iudicij immune, ſingulorum ue hominũ uoluntati aut cu
piditati liberum relinquebant: uerùm rati in domeſticis hiſce reb. certiùs,
quàm in publicis & omnium conſpectui expoſitis actionib. uniuſcuiuſꝗ
mores conſpici, cõſtituerunt duos uiros, unũ patricium, plebeiũ alterum,
qui in obſeruando, caſtigãdo, plectendoꝗ curarẽt ne quis à Romana &
cõſueta uita per uoluptates diuerteret. Hi cenſores dicebanĩ: quib. lice-
bat aut equũ adimere, aut ſenatu eijcere, ſi quis intẽperanter uixiſſet: ſa-
B crificiorũ quoꝗ ſumptus iudicabant, cenſuꝗ familias & ordines ciuium
diſtinguebant: multa alia magna erant ipſis permiſſa. Ergo Catoni cenſu-
ram petenti nobiliſsimus ferè quiſꝗ & primus ſenatorũ reſiſtere: cùm &
patricij indigniſsimè ferrent nobilitatem circumſcribi, hominibus obſcu
ro loco natis ad ſummũ honorẽ & potentiã enitentibus: & qui ſe maio-
rum morib. poſthabitis uitam non optimis ſtudijs impendiſſe conſcij ſi-
bi erant, rigidã uiri ſeueritatẽ metuerent, grauẽ ipſis eo in magiſtratu futu
rã. Ea ꝓpter facta cõſpiratione, ſeptẽ cõpetitores Catoni ſubornauerunt,
qui multitudini (nimirũ eiuſmodi cẽſores requirẽti) bonã lenitatis & in-
dulgentiæ ſpẽ oſtentarẽt. Cõtrà Cato nihil obſequi præ ſe ferens, ſed pa-
làm de tribunali malis minitãs, uociferansꝗ ciuitatẽ uehemẽti expurga-
tione indigere, hortabaĩ multitudinem, ut ſi ſaperent, non leniſsimũ, ſed
aſperrimũ deligerẽt medicũ. hunc ſe eſſe, & unũ patriciorũ Valeriũ Flac-
cum, hoc uno collega ſperare ſe hydræ inſtar ſecando urendoꝗ luxu &
mollicie ciuium operæ preciũ facturũ: animaduertere ſe, reliquos omnes
ideò malis artib. cẽſuram ambire, quòd futuros bonos cẽſores metuerẽt.
Ita tum magnus profectò, dignusꝗ eximijs oratorib. fuit P. R. ut minas
C uiri eius, iactantiãꝗ nihil ueritus, blandis iſtis & indulgentiam maximã
pollicẽtibus repudiatis, Flaccũ cum Catone cenſores elegerit: Catonẽꝗ
tum nõ ut qui peteret, ſed iam gereret magiſtratũ iſtũ atꝗ mandaret pro
imperio, audiuerit. Cato collegam ſuum & amicũ L. Valeriũ Flaccũ prin
cipẽ ſenatus legit: ſenatu mouit cùm alios plures, tum L. Quinctium, qui
ſeptem antè annis cõſul fuerat, frater (id quod gloriã ei quàm conſulatus
maiorẽ aſſerebat) T. Quinctij Flaminini eius, qui Philippũ debellauit. *L. Quin-*
Cauſa cur eum ſenatu eijceret, hęc fuit. Puerũ elegantẽ L. Quinctius pro *ctius con-*
ſcorto ſecum habebat ſemper, circũducebatꝗ eum, tanto, quanto nullus *ſularis ſe-*
ne præcipuorum quidẽ eius familiariũ amicorumꝗ eſſet habitus hono- *natu eijci-*
re & potentia. Fortè tum conſul prouinciam obibat. In conuiuio puer is *tur.*
iuxta eum pro more accumbens, & hominem qui inter pocula facilè quò
quis uellet duci ſe pateref adulans, inter alia tanto ſe eius amore teneri, di-
xit, ut cùm domi ludi eſſent gladiatorij, & ipſe nunquam ſimile ſpectacu-
lum uidiſſet, cuperetꝗ tamen hominẽ iugulari cernere: nihilominus ijs
poſtpoſitis ad ipſum profectus ſtatim ſit. Ad hæc Lucius, ut amaſiũ de-
mulceret: Nihil eſt, inquit, cur propterea doleas. ipſe eñ huic dãno me-
debor. Simul unũ de ijs qui dãnati capitis erãt, in cõuiuiũ introduci, licto

remq́ꝫ cum ſecuri adſtare iuſsit: percontatus inde ſcortũ, an feriri hũc uel- A
let uidere, ut is annuit, collum illius ſecuri præcidi imperauit. H[illegible]modo
cùm pleriq́ꝫ alij rem actam tradunt, tum in dialogo de ſenectute Cicero i-
11 pſum Catonẽ ita narrantem introducit. Liuius eum qui occiſu[illegible], perfu-
gam Gallũ fuiſſe, & ſua non lictoris manu Quinctiũ ei necẽ intuliſſe re-
fert: itaq́ꝫ eſſe in oratione ſcriptũ ipſius Catonis. Hanc fratris ignominiã
grauiter ferens T. Flamininus, ad populũ confugit, cauſamq́ꝫ eiecti fratris
dicere Catonem iuſsit. Cato conuiuium illud obiecit atq́ꝫ expoſuit, & L.
Quinctio inficias eunti iuramentum detulit: quod cùm is recuſaſſet, iure
notatus fuiſſe creditus eſt. Sed cùm pòſt in theatro ſpectacula exhiberen-
tur, & Lucius præterito loco conſulari longiſsimè inde conſediſſet, mo-
tus miſericordia populus ſublato clamore ad locũ eum ſuum redire coe-

In Manliũ ſeuerè ſtatutum.

git, utcunq́ꝫ ignominia eum accepta liberans. Manilium porrò conſula-
tui iam (ut credebatᷣ) propinquum ſenatu mouit, quòd is interdiu uidẽte
filia uxorẽ eſſet oſculatus: ſibi nunq́ꝫ à muliere amplexũ latũ addens, niſi
cùm uehemens tonitru extitiſſet, ſeq́ꝫ ioco ſolitũ dicere, Ioue tonante ſe
felicẽ eſſe. Inuidiæ etiã id Catoni fuit, quòd L. Scipioni, Africani fratri, tri- B
umphali uiro equũ ademit: uidebatᷣ enĩ hoc in contumeliã P. Scipionis

Catonis in luxu reprimendo conſilium.

facere. Pleroſq́ꝫ aũt maximè luxu amputato offendit. Palàm quidẽ eũ tol-
lere, cùm is pleroſq́ꝫ iam inuaſiſſet & corrupiſſet, non potuit. Sed circũi-
ens coegit ueſtis, uehiculi, mundi muliebris, inſtrumenti domus, quorum
ſingulorũ preciũm mille & quingentis denarijs eſſet maius, preciũ decu-
plo cenſeri, impoſitis etiã in millia æris præterea ternis aſsibus. Voluit enĩ
ut maiori ijs reb. precio æſtimatis, amplius etiã eſſet pendendũ: ut pẽſio-
nem eam Romani grauiter ferentes, cùm uiderent à frugálib. & modera-
tis eiuſdem ſumæ nomine minus in publicum conferri, ipſi quoq́ꝫ luxum
abdicarent. Succenſebant ergo ei & qui penſionẽ luxus cauſa maiorẽ ſu-
ſtinebant, & qui à luxu ob penſionẽ deſiſtebant. Pleriq́ꝫ enĩ oſtentatione
diuitiarũ prohibita, ipſas etiã diuitias tolli: oſtentari aũt eas non reb. ad
uſum neceſſarijs, ſed ſuperuacaneis putant. Idq́ꝫ ferunt Ariſtonẽ philoſo-

De diuitijs.

phum maximè admiratũ, quòd ij potiùs beati putarentᷣ, qui ſuperuaca-
nea poſsiderent, quàm quib. rerum neceſſarijũ & utiliũ eſt copia. Scopas
etiam Theſſalus cuidã amico ab ipſo petenti tale aliquid, quo ipſe nõ ma
gnopere uteretᷣ, ac dicẽti, nihil ſe rerũ ad uſum eius neceſſariarũ poſcere: C
Ego quidẽ, inquit, maximè ob rerũ inutiliũ & non neceſſariarũ abundan
tiam felix & diues ſum. Omnino aũt à uana, & quam turba hominũ cõſe-
ctatᷣ gloria, quaſi appẽdix in uitã cõmunem adſcita eſt admiratio earũ di
uitiarũ, & appetitio, quæ nulli naturali deſiderio inſeruiunt. Enimuerò ni
hil moratus reprehenſiones Cato, maiori etiã uſus porrò ſeueritate, aquæ
ductus omnes quibus præterfluens publica aqua intercipiebatur, inq́ꝫ
priuatas domos & hortos deriuabatur, præcidit, ædificia quæ in publicũ
12 prominerent deſtruxit: publica mancipib. minimis precijs locauit, uecti-
galia ſummis. Inde plurima in eum odia. Itaq́ꝫ in ſenatu T. Quinctius cum
ſuæ factionibus hominib. locationes ſacrorũ & publicorũ operũ ab eo fa
ctas tanq́ꝫ inutiles abrogauit: & ijdẽ tribunorũ plebis ferociſsimos inſti-
garunt, ut Catonẽ ad populũ uocarẽt, duobusq́ꝫ talẽtis mulctarẽt. Multa
etiã ad baſilicã (quã Cato de publica pecunia infra Curiã ad forũ ædifi-
cabat, & Porciã baſilicã nominabat) impediẽdam conati ſunt. At popu-
lus mirificè ap̱baſſe eius cenſurã uidetᷣ. Nã in æde Salutis ſtatuã Catoni

Statua Catonis.

ponẽs, nõ præturã, neq́ꝫ conſulatũ eius inſcripſit, ſed q̶ Romanorũ rẽp.
inclinatã, & in peius uergentẽ, cenſor ille diſciplina honeſta, & exercita-
tionibus

A tionibus tẽperantiæ in integrũ restituerit. Ipse quidẽ antè solitus erat ri-
dere eos, qui isthęc grata habuissent: ignorare em̃ illos, quòd fusorũ & pi
storum operib. exultarẽt: imagines Catonis pulcerrimas à ciuib. in ani-
mis eorũ circumferri. Mirantib. etiam cur cùm multis ignobilib. statuę es-
sent positæ, ipsi nulla: Quia, inquit, malo quęri cur nulla mihi sit posita, quàm
quare posita. Et omnino ne laudari quidẽ se bonũ ciuẽ pati debere puta-
bat, nisi id bono publico fieret. At ipse plurimus in seipso laudando fuit.
Et ait eos qui ob aliquod uitæ delictum culparent, ita se excusare solitos,
Non em̃ eramus Catones: quosdã etiam, qui ipsius facta mirari parũ ac-
curatè conati essent, sinistros seu ineptos Catones dictos fuisse. In ipsum
uerò periculosissimis temporib. senatũ haud aliter, quàm eos qui in naui
sunt ad gubernatorẽ respexisse: & sæpe ipso absente, grauissima negocia
distulisse. Horũ etiã alios habet testes: magnæ em̃ in urbe fuit ꝓpter uitã,
orationẽ, & seniũ autoritatis. Fuit præterea bonus etiã pater, bonus mari- *Catonis rei*
tus, & in re familiari augenda non negligens, neq; eam curã exiguã aut su *familiaris*
peruacaneã duxit. Itaq; de his etiã puto quãtũ expedit disserendũ. Vxorẽ *admini-*
B duxit nobiliorem quàm locupletiorẽ, ita censens, cùm utraq; nõnihil ha- *stratio.*
beat grauitatis atq; spirituũ, tamen nobiles turpitudinis uerecũdia mari-
tis ad honestas res libentiùs obsequi. Qui uxorẽ aut liberos feriret, eũ san
ctissimis sacris manũ afferre dicebat. Maioris sibi laudis uideri bonũ esse
maritũ, quàm magnum senatorẽ: neq; se alio nomine magis admirari Socra-
tem illũ, quàm quod mulierem morosam, & liberos stupidos nactus, ad extre
mum æquanimitatẽ & mansuetudinẽ pertulerit. Nato sibi filio, nihil pri- *Filij educa-*
uatæ rei magis necessariũ duxit, quàm ut uxori eũ lauanti & fascijs inuoluenti *tio.*
adstaret. Ipsa em̃ suo cum lacte enutrijt: & sæpe seruorũ quoq; infantes u-
berib. admouit, ut cõmune nutrimentũ eos filio beneuolos redderet. Vt
institutioni aptus esse cepit puer, ipse eum Cato acceptũ ad se literas do-
cuit. Habebat quidẽ domi suæ seruũ Chilonẽ, grammaticũ non inscitũ, & *Chilo gram*
qui multos pueros instituisset: sed indignũ (inquit) putaui, filiũ meũ à ser *maticus.*
uo obiurgari, aut si tardiùs didicisset, auricula trahi, ac me tãtæ institutio-
nis gratiam mancipio debere. Itaq; ipse filiũ literas, ipse leges docuit, ipse
exercuit, nõ modò in iaculo mittendo, depugnandòue in armis, & equi-
tando, sed & pugno cõminus inferendo, tolerando æstu & frigore, uorti-
C cesq; fluminis & gurgites natatu superãdo. Ac propterea inquit se histo-
rias suapte manu, & maiusculis literis cõscripsisse, ut domi natũ suæ filius
haberet, unde patriæ & maiorũ res suo cum fructu perdisceret. Præsente
filio non minus uerecundè, quàm si adessent Vestales, ab obscœnis dictis *Liberũm*
sibi tẽperasse: neq; unq̃ unà cum eo lauisse. Hic sanè mos omnib. uidetur *uerecũdia.*
fuisse Romanis cõmunis: nam generi pudorem nudandi corporis seruan
tes cõmunia cũ soceris lauacra uitarunt. Pòst ubi de Græcis corporũ nu-
dationem didicerunt, illos uicissim cum uxoribus unà lauari docuere. Ca
to filium suum tam egregiè ad uirtutem fingens atque efformans, cùm
eum & obsequi fideliter, & animi indole culturæ patienti, corpore tãtùm
ad laborẽ molliori animaduerteret: nimis duram ei & tenuem uictus ra-
tionem remisit. Verùm is nihilominus strenuus in prœlio euasit, & Paulo
duce nobilis eius fuit contra Perseum pugna. Cùm quidem dolore com- *Virtus Ca-*
motus, quòd gladius ei ictu excussus, deq; manibus (ut erat sanguine ma- *tonis filij*
dida) elapsus fuisset, sociorũ aliquot suorũ adscitis, denuò in hostes impe- *in bello*
tum fecit, ac post magnũ certamẽ & laborem loco eo perlustrato, gladiũ *Persico.*
uix tandem inter aceruos armorum corporumq; hostilium & ciuilium
inuenit. Eius facinoris causa Paulus iuuenẽ admiratus est: & fertur ipsius
Catonis

Catonis ad filiũ epistola, mirificè id eius in gladio recipiendo studiũ & co- A
natum laudantis. Post Tertiã Pauli filiã Cato iunior duxit, Scipionis soro-
rem: nõ minus iam sui ipsius, quàm patris causa in tantam familiã adsum-
ptus. Ita Catonis in filio educando studiũ, dignus est fructus consecutus.
Seruos multos de captiuis possedit, paruos maximè emens, ac qui catu-
Disciplina seruorum. lorũ equuleorũq; instar adhuc educationẽ & disciplinã possent pati. Ho-
rum nemo in alienã domum nisi à Catone aut eius uxore missus intrabat:
interrogatusq; quid ageret Cato, hoc unum, nescire se, respondebat. Ser-
uum domi aut opus aliquod necessarium facere oportebat, aut dormire:
& maximè ijs qui dormitabant delectabaĩ Cato, placidiores eos perui-
gilibus existimans, & ad omne negocium aptiorẽ qui somno esset defun-
ctus quàm qui eo indigeret. Iudicãs porrò ob rem Veneream maximas à
seruis fraudes exerceri, constituit ut certo precio cum ancillis rem habe-
rent, neq; cum ulla alia muliere. Initiò cum pauper adhuc esset, & stipẽdia
mereret, nunq; apparãdi cibi causa iratus fuit, sed turpissimũ putauit uen-
tris causa cum seruo litigare. Post re aucta, sicubi collegas & amicos inui-
tasset, puniuit statim à cœna flagro eum, qui negligentiùs quicq; submi- B
nistrasset aut apparasset. Semper inter seruos occultè discordias aluit, con-
sensum eorũ suspectũ habẽs. Qui morte dignũ aliquid cõmisissent, eos ita
Rei faciendæ institutum Catonis. demũ necauit, si ab omnib. seruis suis dãnati fuissent. Postq; ad rem facien-
dã animũ studiosiùs intẽdit, agriculturam delectationi magis q; quęstui
inseruire ratus, in certis & firmis rebus lucri occasionẽ posuit. Lacus itaq;,
thermas, locos fullonib. patentes, & prædia parauit, in quib. præter agros
ultrò pascua & syluæ crescerent: ex his bonis quibus (ut ipse aiebat) ne ab
ipso quidẽ Ioue noceri poterat, multas pecunias recepit. Vsus est etiã fœ-
nore, quod maximè omniũ culpaĩ, nautico, idq; in hunc modũ. Eos quib.
pecuniã mutuò dabat, multos ad societatẽ iubebat uocare: cùm nauicu-
larij quinquaginta, totidemq; nauigia cõuenissent, ipse Quintionis liber-
ti opera (is em debitoribus in nauigatione & negociatione sociũ se præ-
bebat) unam partẽ habebat: ita non de tota negociatione in discrimen ue-
niebat, sed de exigua eius parte magnũ lucrũ expectabat. Etiã seruis suis
qui uoluissent pecuniam dabat: hac illi pueros coemebant, inde per an-
num sumptib. Catonis à se doctos & exercitatos uendebant: multos ipse
Cato retinuit, de rationibus tantum pro quolibet subtrahens, quantũ is C
si plurimi uenditus fuisset, precij tulisset. Filiũ ad eadẽ adhortatus, nõ uiri,
inquit, sed uiduæ est minuere bona. Id quidẽ uehemẽtius, quòd admiran-
dum eum uirũ & diuinæ gloriæ dicere est ausus, qui in rationib. plus lucri
quàm sortis reliquisset. Cùm iam ad senectã ętatẽ peruenisset Cato, legati
Carneades & Diogenes Romã ueniunt. Atheniensiũ Romã uenerũt Carneades Academicus, & Diogenes Stoi-
cus, deprecatum mulctam, quæ Atheniensium populo quingentorum ta-
lentorum erat dicta à Sicyonijs, cum ij postulati ab Oropijs in iudicio nõ
comparuissent.. Itaque statim adolescẽtum studiosissimi quiq; literarum,
uiros illos accesserunt, audientesq; eos in admiratione habuerunt. Ma-
ximè autem Carneadis gratia in dicendo, qua ualebat plurimum, & au-
toritas eloquentia non minor, magnos nacta & humanos auditores uen-
ti instar urbem personabat: & fama tenebat, Græcum uirum ad stuporem
usque ad percellendos hominũ demulcendosq; animos aptũ, uehemen-
tem apud iuuenes amorẽ excitare, quo correpti, omissis uoluptatib. reli-
quisq; oblectationib. quasi furore quodã ad philosophiã ferrenĩ. Hęc reli-
quis Romanis accepta erant, filiosq; suos disciplinis Græcis operam da-
re, & cum uiris in admiratione habitis uersari gaudebant. Cato autem
ab

A ab initio ſtatim ægrè ferebat,ſermonem ea de re cum admiratione homi-
minum per ciuitatem ſpargi: ueritus ne ſtudio ſuo ad philoſophiam ad-
iuncto adoleſcentes, inde potiùs, quàm agendis rebus & militia decus
ſibi quærere intẽderent. Vbi per urbem gloria philoſophorũ increbruit,
primosꝗ eorum ſermones C. Acilius uir illuſtris in ſenatu,à quo id ut ſi- 14
bi liceret,magno ſtudio impetrauerat,eſt interpretatus: ſtatuit Cato ho- *Cato Philo*
neſtè philoſophos ab urbe amandare. Quamobrem in ſenatũ iuit, & ma- *ſophis ini-*
giſtratus incuſauit,quòd legationẽ eorum uirorum,qui facilè perſuadere *quus.*
de quacunꝗ re poſſent,tandiu in urbe re infecta deſidere paſsi eſſent: co
gnoſcendũ quàm primùm,& decernendũ de legatione, ut legati ad ſcho
las reuerſi apud Græcos pueros diſſerant,Romani uerò adoleſcentes ma
giſtratus(ut antè)& leges audiant. Errant qui eum Carneadis odio id di-
xiſſe putãt:uniuerſam ẽm philoſophiã inuiſam habuit,& ambitione qua-
dam oẽs Græcas artes atꝗ diſciplinas contempſit. Nam & Socratẽ ait lo
quacitatis uirib.fretum,quâ licuerit ad tyrannidẽ contendiſſe, euertẽdis
patriæ moribus,ciuibusꝗ in opiniones legibus contrarias pertrahendis.
B Iſocratis idem ſcholam ſubſannabat, conſeneſcere in ea diſcipulos dicẽs,
quaſi apud inferos arte uſuri,cauſasꝗ oraturi eſſent. Et ad filium Græcas 15
literas calumniãs,uoce quàm pro ſenio uſus eſt duriore, quaſi uaticinans
Romanos Græcis ſtudijs repletos rem ſuam perdituros. Verùm id eius
augurium tempus uanitatis conuicit: cùm ſimul & ad ſummum Roma-
ni remp.euexerũt,& ſtudia diſciplinasꝗ Græcas coluerũt. Sed Cato non
philoſophos modò Græcos odit,ſed & medicinã Romæ facientes Græ-
cos ſuſpectos habuit: cumꝗ audiuiſſet Hippocratẽ à Perſarũ rege mul-
torum talentorũ mercede uocatum,nunꝗ ſe barbaris Græcorũ hoſtibus
operã nauaturum affirmaſſe: omniũ medicorũ cõmune eſſe iuramentum
dixit,filiumꝗ ut ab uniuerſis ſibi caueret monuit. ſcriptũ à ſe librum de ra
tione,quam in curandis domeſticorũ morbis teneret: nemini ſe ægroto
ieiuniũ indixiſſe, ſed holeribus, carnibus anatum, palumbis, aut leporis
nutrire: hanc uictus rationem facilem eſſe, & cõmodam laborãtibus,niſi
quòd multa èdentibus in ſomnis apparerent: his ſe remedijs & uictus ra
tione uſum,ualetudinem ſuam ſuorumꝗ conſeruaſſe. Hac in re nõ uidet
iuſta reprẽhẽſione caruiſſe,uxore & filio amiſsis. Ipſe quidẽ firmo corpo-
C ris habitu & robore fultus,diu perdurauit,ut & ſenex admodũ cũ mulie-
re conſuetudinẽ habuerit,& præter ætatẽ nuptias contraxerit. Cauſa hęc *Secundæ*
ei fuit. Vxore amiſſa,filio ſuo Pauli filiã Scipionis ſororẽ matrimonio iun *Catonis*
xit: ipſe uiduus muliercula occultè ad ſe cõmeante uſus eſt. In domo par- *nuptiæ*
ua, in qua etiã nurus eſſet, nõ latuit ea res: & cùm meretrix aliquando li-
centiùs per domũ ſeſe intuliſſet,Cato filius nõ quidẽ uerbo,ſed uultu tor
uiore & rubore ſuffuſo notauit: neꝗ fefellit patrẽ. Ergo ut intellexit Cato
ſuis cõmercium id cum muliere moleſtũ eſſe, nihil illis incuſatis, neꝗ re-
prẽhẽſis, in forũ de more cũ amicis deſcendens, Saloniũ(quo aliquando *Salonius.*
ſcriba uſus fuerat)qui unà cum comitãs aderat magna uoce interrogauit,
an is filiã ſuam ſponſo pactus eſſet. Negante id, & ne facturũ quidem niſi
re cum ipſo cõmunicata dicente: at ego, inquit, idoneũ tibi generum re-
peri,niſi fortè ætatẽ eius filia aſpernetur: eſt ẽm admodũ grandæuus, cæ-
tera commodus. Cùm Salonius oraret,ut ipſe rem curaret,filiamꝗ ſuam,
clientem eius,nuptum cui uellet daret:nihil moratus Cato,ſibiꝗ eam pu
ellã in matrimoniũ poſtulare ſe faſſus eſt. Ea oratio primùm (ut par erat)
Salonium obſtupefecit,qui & Catonis ad ducendum præterijſſe ętatem,
& ſe conſularis triumphalisꝗ domus affinitate multo inferiorem intelli-
geret:

geret: seriò tamen eum agere uidens, libenter assensus est, statimq; in foro profecti nuptias pacti sunt. Cæterùm hæ nuptiæ dum parantur, Cato F. assumptis necessarijs patrem interrogauit, quónam suo delicto aut iniuria nouercam ipsi induceret. Alta ei uoce pater respondit, Bona uerba, fili: omnia in te præclara agnosco, neque culpo quicquam: cupio autem plures mihi filios, reip. ciues tui similes relinquere. Ita prius pronunciasse ferunt Pisistratum Atheniensium tyrannum, cùm adultis iam filijs Timonassam Argiuam duceret, quæ Iophontem ei & Thessalum peperit. Cato ex Salonij filia filium sustulit, cui à matre cognomen indidit Saloniam. Prior autem filius eius in prætura mortuus est: cuius, ut egregij uiri, multam pater in libris suis mentionem reliquit. Aequo animo, & ut philosophum decebat, hanc calamitatem fertur tulisse Cato, neq; quicq; propterea de studio reipub. remisisse. Non enim, ut posteà temporis L. Lucullus, & Metellus Pius, senectute fessus rempub. omisit: neq; ut Scipio Africanus prior, ob inuidiam gloriæ eius obsistentem auersatus populum, ocio reliquum uitæ tribuit: sed quemadmodum Dionysio quendam persuasisse ferunt, ut pulcerrimum putaret tyrannidem usque ad sepulcrum proferre: ita honestissimum ratus ipse in repub. consenescere, scribendis libris & agriculturæ quietis & animi relaxandi causa uacabat. Libros quidem omnis generis, & historias conscripsit. Agriculturę iuuenis primum operam dedit necessitatis causa: duobus enim modis solùm se uitã tolerasse ait, agricultura & parsimonia. Tum uerò oblectationem ei & contemplationem ruris res præbebant. Composuit quidem librum de agricultura, in quo de placentis faciendis, & pomorum adseruatione scripsit, peculiare aliquid ubiq; magno studio sectatus. Cœnam quoq; in agro liberaliùs instruebat, familiares suos qui prædia uicina habebãt subinde inuitans: uiuebatq; cum ijs suauiter, non senibus modò gratus & iucundus, sed & iuuenibus, nimirum qui multarum rerum peritus, & multa cognitu digna auditu accepisset. Mensam uerò cum primis amicis parandis utilem putabat. Ibi multa de laudibus bonorum ciuium mentio, nulla planè malorum erat: de his enim neutram in partem dicendi occasionem in conuiuio dabat. Postremũ eorum quæ in repub. egit, Carthaginis excidium est: eam rem Scipio posterior confecit, Catonis autem potissimùm consilio & sententia bellum hanc ob causam susceptum est. Missus Cato ad Carthaginenses & Masinissã armis disceptãtes, ut de causa discordiæ cognosceret (nam & ab initio amicus P. R. fuerat Masinissa: & cum Carthaginensibus à Scipione maiore uictis, principatu eis adempto & graui tributo imposito fœdus ictum) Carthaginenses non ita ut Romani putabant afflictos & collapsos inuenit, sed copiosa iuuentute, ingentibus diuitijs, armorum & bellici instrumenti omni genere abundantes, atq; ideò nihil humile cogitãtes. Existimauit ergo non iam Numidarum & Masinissæ res Romanis componẽdi curam debere esse: sed nisi urbem eam antiquitus reip. infensam, grauiter nunc iratam, & ultrà quàm credi posset auctam deleuissent, idem ab ea, quod antè, periculum imminere. His motus, celeriter Romam reuersus, senatum docuit, Carthaginenses superioribus cladibus & damnis non tantum de potentia amisisse, quantum de uæcordia abiecisse: ut non tam uires eorum imminutæ, quàm bellum gerendi peritia aucta inde uideri posset. Iam & certaminibus eos aduersus Numidas istis bellum Romanũ machinari, idq; pacis & fœderum nomine tegere, atq; occasionem eius efferendi expectare. Additur, ficus eum Africas consultò excussa in senatu toga effudisse: quarum cum magnitudo

Moritur Catonis filius. *Catonis in repub. perseueratio.* *Libri, & agricultura eius.* *Carthago autore Catone excisa.*

A B C

A gnitudo & elegantia admirationem concitasset, dixisse: Atqui tridui na-
uigatione ab Roma tellus quæ eas tulit abest. Id uerò uehementius, quòd
quacunque de re sententiam dixisset, semper adiecit: Videtur & hoc mihi,
Carthaginem nō debere esse. Contrà P. Scipio Nasica interrogatus, per-
petuò pronunciauit uideri sibi Carthaginem debere esse. Hic enim (ut li-
cet conijcere) populum iam luxuriare uidens, atque ob res secūdas animis
elatū uix posse à senatu compesci, quin quâcunque cupiditatis impetus in-
clinasset, eò ui & potentia sua totam ciuitatem abriperet: hunc saltem à
Carthaginensibus metum imminere uolebat, quo ueluti frœno ferocia
multitudinis redhiberetur: Carthaginensium uerò potētiam minorem
esse, quàm ut Romanos superare posset, maiorem quàm ut cōtemni ab ijs de-
beret, sentiebat. Id uerò ipsum Cato periculosum iudicabat, si bacchanti
Romano populo, & per licentiam multa peccanti ab urbe perpetuò ma-
gna, & nunc damnis castigata atque ad sobrietatem reducta bellum impen
deret: & nondum sublato omni externo imperij amittendi terrore, de-
linquendi tamen locus ciuibus daretur. Hoc pacto fert obtinuisse, ut ter-
B tium & postremum contra Carthaginenses bellum decerneretur: cuius
initio ipse mortuus est, uaticinatus de eo, qui finem bello illi esset imposi-
turus. Is erat Scipio, qui tum adolescens tribunus militum factus præcla- *Scipionis minoris laus.*
ra prudentiæ & fortitudinis edebat opera: de quibus ut est Romam re-
nunciatum, Catonem ijs cognitis ferunt hunc uersum protulisse:

Solus habet mentem, reliquis errantibus umbris: 16

quod eius enunciatum mox rebus ipsis confirmauit Scipio. Cato unum fi- *Posteritas Catonis.*
lium moriens reliquit posteriore uxore natum Salonium: unumque nepo-
tem ex mortuo filio priore. Salonius in prætura perijt: filius eius Mar-
cus, consulatum gessit. Hic auus fuit Catonis philosophi, eius qui uirtute 17
& gloria inter suæ ætatis homines fuit clarissimus.

ARISTIDIS ET CATONIS CENSO-
rij comparatio.

Si uitam alterius totam cum alterius uita (etenim de utroque ea retuli-
mus, quæ digna commemoratu essent) composueris, non facilè differen-
tiam perspicies: multis enim ea & magnis similitudinibus obscurat. Sin *Vt ad remp. accesserunt.*
ita compares, ut utranque, ueluti picturam quandam aut carmen, per par-
C tes examines: id quidem utrisque commune est, quòd nullam aliam nacti
occasionem, uirtute & facultate sua ad rempub. & gloriam processerunt.
Verùm Aristides uidetur cùm Athenæ nondum essent magnę, inter ora-
tores & duces, quibus modicæ adhuc & æquabiles essent opes, nomē il-
lustre assecutus. Tunc enim Athenis maximus erat census quingētorum
modiorum, proximus equestris trecentûm, tertius & infimus Zeugitarū,
ducentûm. Sed Cato ab exiguo oppido, & uita (ut putabatur) rustica in
Romanorum remp. tanquam uastum aliquod mare se immisit: cùm eam
non iam Curij, Fabricij, Hostilij'ue gererent, neque ab aratro, bipalióue
pauperes agricolas sella curulis & rostra exciperent: sed quæ iam ad no-
bilitatem generis, diuitias, largitiones, & ambitiones respiceret, & præ
mole sua atque potentia in eos qui magistratum peterent, illuderet. Neque
tantum erat, Themistoclem aduersarium habere, uirum neque natalibus il
lustrem, & opibus modicis (nam is ut primùm remp. attigit, trium, aut ad
summum quinque talentorum rem habuit) quantum de principatu cōten-
dere cum Scipionib. Africanis, Galbis, Quinctijs Flamininis, cùm nihil
præter uocem liberè pro iustitia certantem præsidij haberes. Præterea in
Marathone Aristides, rursusque ad Platæas decimus ipse dux fuit. Cato

Cato solus, Aristides ne primus quidem rē gessit.

multis unà ambientibus, uno cum collega consul, itemq; censor, septem A clarissimis & primis competitoribus deiectis fuit. Et quidem nunquam ulla in re præclarè gesta primas partes Aristides obtinuit. Nam de Marathonia pugna eas Miltiades, in Salaminia Themistocles uendicat, ad Platæas (si Herodoto credimus) pulcerrimam uictoriam Pausanias parauit: quin & de secundis cum Aristide certant Sophanę, Aminiæ, Callimachi, Cynægiri, qui prœlijs istis clarissima uirtutis ediderunt facinora. Cato nō Hispaniense modò bellum consul ipse confecit, manuq; & cōsilio primā laudem meruit, sed & tribunus militum sub alio consule ad Thermopylas, uictoriæ gloriam suam fecit: magnam Romanis Antiochum superādi ianuam cum aperuisset, ac regi quæ ante ipsum erant tantùm uidenti, à tergo bellum obiecisset. Ista enim uictoria haud dubiè Catonis opus, Asiam Græcia expulit, & transitū in illam Scipioni expediuit. Sed tamen in bello uterq; inuictus fuit. Cæterùm in republica uersans Aristides offendit,

Controuersie eorum in repub.

factione Themistoclis in exilium pulsus. Cato cùm potentissimos & maximos Romanorum omnes ferè aduersarios habuisset, & usq; ad extremū ætatis athletæ instar decertasset, nunquā tamen concidit: cumq; in publi- B cis iudicijs sæpissimè & accusatus esset, & accusasset, multos quidem reos peregit, ipse uerò damnatus nunquam est. Habuit enim orationem uitæ suæ propugnaculū instrumētumq; efficax, cui rectiùs quàm fortunæ eius uiri adscripseris, quòd nihil præter dignitatē suam passus est: cum & Aristoteli philosopho iam mortuo uirium in persuadendo, tanquam magni momenti præter cæteras eius uiri dotes rei testimoniū perhibuerit Antipater. Iam in confesso illud est, præstantiorem ciuili nullā uirtutem in hominē cadere. Huius autē partē nō exiguā esse in rei familiaris administra-

Administratio rei familiaris.

tione positam plerique fatentur. ciuitas enim, corpus quoddam ex familijs conflatum cum sit, & quasi summa earum: ita demum respub. ualida est, si priuatim res ciuium benè habeant. Quando Lycurgus etiam exterminato Sparta argento auroq;, nomisma de ferro igni corrupto ciuibus cōstituens, de rei familiaris cura nequaquam detraxit suos: sed luxum, diuitiasq; parū sanas, & immodicas tollens, haud minus quàm ullus quispiam alius legumlator prospexit, ut omnibus rerum necessariarum & utilium esset copia. existimans ad societatem ciuitatis hominē pauperem, & lare opibusq; destitutū nihilo tutius quàm diuitem & opibus nimijs grauem C admitti. Hac in re Cato non minorem familiâs, quàm reipub. administratione laudem uidetur meruisse. Nam & ipse rem domesticā auxit, & multa utiliaq; præcepta collegit, quibus alios ad agri & rei familiaris procuratione instruxit. At uerò Aristides paupertate sua iusticiā quoq; infamem fecit, ut quæ rem euerteret, ad pauperiem redigeret, deniq; omnibus potiùs quam ijs qui ea essent prediti, cō duceret. Atqui multis Hesiodus nos ad iusticiam cum rei familiaris cura coniungendā est cohortatus, ignauiā ut iniusticiæ causam traducens. Rectè & hæc Homerus cecinit:

Non operis etenim mihi, frugiferiue laboris,
Augendæq; rei, qua dulcia pignora aluntur
Cura fuit: studium lembis, remuq; dicaram,
Semper & horriferi ludum Mauortis amabam,
Spiculaq;, & leues hastas, uolucresq; sagittas.

Ostendit enim eos qui rei familiaris studium omittunt, iniustis rebus uictum suum exercere. Neq; uerum est, quemadmodum medicis autorib.

Oleum.

oleum corporis externis partibus conducit plurimū, internis maximū damnū affert: ita iustū alijs ꝓdesse, se & res suas nihil curare, sed hac in parte

ratio

A ratio Aristidæ ciuilis manca fuit. Siquidem ita mortuus est, quod pleriq; tradiderunt, ut neq; sibi de sepultura, neq; filiab. de dote ꝓspexerit. Vnde factū est, ut Catonis quidē usq; in quartū gradum progenies prætores & consules suppeditârit: nepotes eñ Catonis, eorūq; filij sum̄os Romę magistratus obtinuerūt. At primi inter Græcos uiri Aristidis posteros sum̄a paupertas ut somnijs conijciendis uictū quærerent coegit, alios ad stipē publicè petendā cōpulit, neq; ullum animū generis autore dignū gerere permisit. Quanq; hoc primùm in cōtrouersiā potest uocari. Pauperies enim per se turpis non est, sed indiciū si sit socordiæ, intēperantiæ, prodigalitatis, imprudentiæ. Viro aūt temperanti, laborioso, iusto, forti, & qui omnib. uirtutibus præditus in publico uersaẽ, magni animi testimonium præbet. Non eñ potest magnas res gerere, qui parua curat: neq; multis indigentib. auxilium ferre, qui ipse multis opus habet. Neq; diues, sed qui omnia in se sua posita habet, uiam ad remp. expeditam: is enim eo quòd nullius priuatim rei superuacaneę indiget, ad publica negocia liberaẽ. Ipse quidē Deus simpliciter nulla re opus habet: in humana aūt uirtute id

De paupertate.

B q̃ maximè diuinū est, & perfectissimū, quod ad suū usum paucissima requirit. Ac ueluti corpus bono ad ualetudinē tēperamento præditū, neq; uestitū, neq; alimentū curiosum desiderat: sic uita & domus bene instituta facilè quibuscunq; facultatib. administraẽ. Sed & necessitati respondere possessionē oportet. Itaq; qui multa parat, paucis uerò utiẽ, is ex sese aptus non potest dici: sed aut uanus est, siquidem ea quærit, quib. opus nō 2
habet: aut miser, si ob sordes animi non utiẽ partis. Libenter uerò ex ipso Catone sic percōtor: Si diuitijs fruendum est, quid gloriaris te multa possidentem modicis uti? Sin præclarum est (& quidem ita res habet) pane quocunq; uesci, & uinum idem cum operarijs & seruis bibere, purpuram domūq; dealbatam non requirere: iam officio Aristides etiā, Epaminondas, M' Curius, C. Fabricius satisfecerunt, quarū rerum usum improbarēt, earum etiā possessionē ualere iubentes. Quid eñ attinebat uirum qui rapa suauissimū cibum duceret, eaq; ipse elixaret, uxore simul farinā subigente, toties de asse nugari, & scribere quo quis opificio quàm primùm ditesceret? Etenim tenuitas, et in se omnia sua ponere, eo ipso nomine magna sunt, quòd cupiditate simul & cura liberant rerum nō necessariarum.

Catonis reprehensio.

C Itaq; in Calliæ iudicio hoc dixisse Aristidē aiunt, Paupertatis pudere eos debere qui inuiti eam ferant: laudi eam sibi ducere eos, qui (ut ipse) ultrò subirent. Ridiculum enim erat existimare ob ignauiam Aristidē egestate laborare, cui licebat nihil turpe agenti, spoliato uno barbaro, aut uno tentorio occupato diuiti esse. Verùm de his dictum est satis. Imperia Catonis rebus Romanorum iam tum magnis nihil magni addiderunt: at in Aristidæ præturis, honestissima, clarissima, & prima Græcorum facinora memorantur, Marathon, Salamis, Platææ: neq; potest meritò cum Xerxe Antiochus conferri, aut muri Hispanicarum urbium proruti, tam multis terra mariq; perditis barbarorū millibus. Quibus in reb. etsi Aristides uirtute neminem habuit priorem, gloriam tamen & coronas (quippe ut diuitias etiam) ijs, qui magis ea requirerent, concessit, quibus & omnib. erat ipse præstantior. Præterea ut non repræhendo Catonis ubiq; sibi ipsi primas uendicantis iactantiā (quanq; ipse in quadam oratione dicit, proprias laudes non minus quàm conuicia quæ sibi quis ipsi faciat, absurdas esse) perfectiore tamen mihi uirtute prēditus uideẽ qui ne aliorū quidem laudationes requirit, & qui seipsum crebrò collaudat. Vacuitas eñ arrogantiæ magnum est ad mansuetudinē ciuilē uiaticum: contrà arrogantia

Imperia militaria utriusque.

Propria laus.

molesta, plurimumq́ inuidiæ procreans. & ab inuidia tutus ideò pror- A
Inimicitiæ. sus fuit Aristides, Cato plurimæ obnoxius. Proinde Aristides in maximis
reb. Themistoclē adiuuans, stipator quodāmodò præturæ eius, Athenas
erexit. Cato Scipioni resistens, parū abfuit quin eius in Africā expeditio-
nem interuertisset, qua inuictū ille Annibalē deiecit: deniq; identidē su-
spiciones aliquas & calūnias serendo, hunc ad extremū urbe expulit, fra-
tremq́; eius Luciū turpissima peculatus dānatione circūuenit. Postremò
quā pulcerrimis, plurimisq́; adsiduò laudib. extulit Cato pudiciciā, eam
Pudicicia. uerè illibatā Aristides & purā custodijt: Cato ꝓpter nuptias, ꝑter & digni
tatē & ætatē suā contractas, neq; paruā, neq; inanē in repræhensionē in-
cidit. Nequaq; enim decebat eousq; prouectū ætate, filio adulto, nuruiq;
filiam ministri sui, eius qui reip. mercenariā operā locasset, supra ceruicē
inducere: & siue uoluptatis causa id fecerit, siue ira motus, ut de scorto in
filiū uindicaret, turpe & factum est, & prætextus. Quo eñ usus est sermo-
ne, per iocum eludens iuuenem, is uerus nō fuit. Si eñ eius similes bonos
filios uoluerat procreare, uxorē ducere ingenuam oportuit, re initiò de-
liberata: non satis habere aliquandiu obscuræ meretricis concubitus, de- B
inde cùm id deprænsum esset, socerum deligere, non eum cum quo af-
finitatem coire honestissimū esset, sed qui eius uoluntati libentissimè ob-
sequeretur.

PLVTARCHI · PHILOPOEMEN,

[redacted] A V-
gustano interprete.

1 F VIT quidam Mantineæ Casander, genere ac
potentia inter ciues primo loco: is cùm aduersa
Educatio Philopœmenis. ictus fortuna patria exularet, Megalopolim se
contulit, fretus præsertim Crausidis (pater hic
fuit Philopœmenis) familiaritate, uiri multis no-
minibus prestantissimi. Eo uiuēte cùm nihil de-
siderarct Casander, ut hospitalitatis ei mercedē
persolueret, filiū defuncti Philopœmenē pupil- C

2 lum educauit: quemadmodū Homerus Achillē
à Phœnice educatū scribit, in quo erat iaminde ab initio generosa et regia
indoles, quę & fingi & augeri se facilè pateret. Vt ex ephebis excessit Phi
lopœmē, Casandro in eius cura gerēda Ecdemus & Demophanes Mega
lopolitani successerunt, qui & cum Arcesilao in academia erant uersati,
& philosophia ad rempub. & actiones traducenda sui temporis homini-
bus præstabāt. Hi & submissis occultè Aristodemo percussoribus patriā
suam tyrannide liberârunt, & Aratum in ejciēdo Nicocle Sicyoniorum
tyranno adiuuerunt, & à Cyrenæis, quorū perturbata erat atq; laborabat
respublica, aduocati, Cyrenā nauigarūt, ibiq; & leges sanxerunt, & ciuita
tem optimo ordine constituerunt. Inter alia sua negocia isti Philopœme-
nis quoq; institutionē habuerunt, uirum istum cōmuni bono toti Gręcię
futurū philosophiæ præceptis formantes. Etenim hunc quasi in senectu-
te post antiquos illos & uirtutib. claros duces cùm peperisset Græcia, im-
3 pensè dilexit, suoq; iudicio potentiā eius auxit. Et quidā Romanus eum
laudans, ultimum Gręcorū appellauit: quasi post hūc neminē Græcia ma
Forma. gnū, seq; ipsa dignū uirū protulisset. Forma fuit non (ut quidam putant)
turpis

A turpi: extat em̃ eius etiamnum Delphis imago. Facilitas ipsius & simpli- 4
citas errori hospitæ istius Megarẽsis causam præbuit. Ea cùm forte marito
domo absente accepisset ducem Achæorum ad se uenire, non sine tu-
multu & trepidatione erat in cœna apparanda occupata. Interim Philo-
pœmenem ingressum in ædes, pallio uili amictum uidens, famulorũ ali-
quem aut præcursorem rata esse, monuit ut se in adornanda cœna iuua-
ret: isq; statim abiecta lacerna, ligna cepit findere. Hospes ut domum re-
uersus id uidit, Quid hoc, inquit, ô Philopœmen rei est? Quid aliud, re-
spondit Dorico sermone ille, nisi deformitatis pœnas luo? Cæterùm cor-
poris habitũ T. Quinctius subsannans: Pulcras, inquit, ô Philopœmen,
manus & pedes habes, uentrem non habes. Erat sanè medio corpore gra
cilior: sed id dictum ad facultates potius eius respexit: quòd bono pe-
ditatu, bonoq; equitatu instructus, sæpe pecunia indigeret. Hæc ita in 5
confabulationibus de eo dicuntur. Porrò in gloriæ studio non fuit om-
nino ab ira & contentione purus. Sed cùm maximè imitandum sibi Epa-
minondam delegisset, strenuitatem eius, prudentiam & pecuniæ contem
B ptum admodum expresit: animi autem lenitatem, grauitatem, humani-
tatemq; in dissensionibus ciuilibus tueri cùm nequiret, propter iracun-
diam & contendendi studiũ bellicæ magis quàm ciuili uirtuti deditus ui-
debatur. Et quidem statim à puero militaris rei studiosus, omnia quæ
ad eam facerent magna alacritate didicit: ut in armis pedes dimicare, e-
quitare. Cumq; etiam in palæstra probaretur, & ad athleticam cohorta-
rentur amici quidam atque tutores, percontatus est, nihil'ne ea militari
exercitationi esset obfutura. Illis autem id quod res erat dicentibus: cor-
pus & uitam athletarum omnino à militari habitu differre, præcipuè au-
tem diuersam esse uictus & exercitationum rationem: (quippe athletas
multo somno, continentibus repletionibus, statis & motibus & quietib.
habitum corporis suum augere & tueri, cui omni momento & consuetu-
dinis neglectu periculum mutationis immineat: in militari diæta omni
esse errori, omni inæqualitati locum, præsertim autem facilè eam & cibo
potuq; carere consueuisse, & ferre insomnium) his auditis, non modò i-
pse athleticam fugit & derisit, sed & postmodo dux factus, ignominijs &
contumelijs propositis quantum in ipso fuit, totam sustulit: ut quæ cor-
C pora ad necessaria certamina alioquin aptissima, inutilia redderet. Post-
quam sub præceptoribus esse & pædagogis desijt, in expeditionibus ci-
uium, quas prædæ auertendæ causa in Laconicam faciebant, primus, in
reditu postremus ut esset, se adsuefecit. In ocio, aut uenatu corpus exer-
cuit, simulq; & agile & robustũ effecit: aut agricultura. Habebat rus com
modum, uiginti ab urbe stadijs: eò quotidie à prandio aut à cœna com-
meabat, & ut unus de operariorum numero, uilissimo super herbaceo to-
ro decumbens quiescebat. Manè surgens, uinitores aut aratores in o- 6
pere faciendo adiuuabat: inde in urbem reuersus, cum amicis & magi-
stratibus negocijs publicis uacabat. Bello parta, in equos, arma, & redi-
mendos captiuos impendebat. Rem familiarem iustissimo quæstu agri-
culturæ augere intendit: nequaquam em̃ hoc putauit negligendum, sed
omnino eum, qui alienis uelit abstinere, propria bona possidere oporte-
re censuit. Auditorem se præbuit, legitq; scripta philosophorum non o-
mnium, sed eorum quos ad uirtutẽ aliquid sibi conferre iudicabat: & Ho
merica ea coluit, quib. cogitationes de fortitudine excitari & instigari sen
tiebat. De reliquis libris Euangeli præsertim de ordinib. militarib. operi
studuit: & historiam Alexandri tenuit: quòd sermones istos ad res ipsas

Philopœmen pro seruo habitus ab hospite.

Ingenium & mores Philopœmenis.

Studia Philopœmenis.

Athletica qualis.

Exercitationes eius.

Quæstus.

Lectio.

pertinere existimaret, nisi si quid ocij causa & inutili loquacitate esset con A
fectum. In contemplationibus uerò de ordinibus militaribus, descriptio-
nibus tabularum repudiatis, ipse in locis singula obseruauit, & depræhen
dit studiosè: & in profectionibus ipse locorum editorum cauitates, cam-
porum intercapedines, tum quæ agmini propter riuos, fossas, aut angu-
stias itinerum diuulso aut in arctum contracto acciderent, inspexit atque
perpendit, & cum comitibus ea de re disputauit. Videtur enim uir ille re-
bus militaribus etiam plusquàm necessitas postularet studij impendis-
se, bellicæ rei impensè deditus, quam ut maximè uariam materiam sibi de
legisset, & planè contẽneret, proq; ignauis haberet, qui eam non cole-
Megalopolis capta. Philopœmenis constantia. rent. Cùm triginta iam esset annos natus, Cleomenes Spartanorum rex
noctu subitò adortus Megalopolim, oppressis uigilibus in urbẽ peruenit
& forum occupauit. Ibi Philopœmen auxilium ferens patriæ, etsi acriter
& audacter depugnaret, pellere tamen urbe hostes non ualuit: ciues au-
tem ut ex urbe possent aufugere, effecit, insequentibus hostibus se obij-
ciens, Cleomenemq; detinens. Itaq; postremus ipse ægrè admodum dis-
cessit, equo amisso, acceptoq; uulnere. Cleomenes uerò Megalopolita-
nis, qui Messenem concesserant, misso eò nuncio urbem, bona, & agros
se restituere promisit. Id cùm accipere libenter ciues suos, & reditum ex- B
petere animaduerteret Philopœmen, obstitit, docuitq; non urbem à
Cleomene reddi, sed ciues eum uelle suos facere, ut eo certiùs urbe po-
tiretur: neque posse eum domos & muros uacuos custodire desidentem
ibi, sed ob ciuium defectum ea ipsa amissurum. Hac quidem oratione ci-
ues detinuit: Cleomenes uerò eam occasionem habuit, ut plerisque urbis
partibus uastatis & deiectis, ingenti potitus præda abiret. Pòst Anti-
7 gonus rex cum Achæis aduersus Cleomenem expeditionem fecit. Insc-
derat Cleomenes montes & transitus apud Sellasiam: itaq; Antigonus ca
stra eò admouit, uiq; oppugnare hostẽ statuit. Erat tum in equitatu Phi-
lopœmen cum suis ciuibus: additi his erant Illyrij, multi & pugnaces, qui-
bus extrema acies stiparetur. Mandatum his erat, ut in subsidio locati, si-
gnum rei gerendæ quieti expectarent: id erat puniceum pallium, à rege
in satissa eleuatum apud cornu alterum. Sed cùm duces Illyriorum opera
pellere Lacedæmonios conarentur, & Achæi, ut erant iussi, in ordi-
nibus suis se continerent, Euclides frater Cleomenis hostium copias à
se inuicem diuulsas cernens, statim expeditissimos leuis armaturæ pe-
dites immisit, qui Illyrios ab equitatu diuulsos à tergo adorirentur, & C
retrò auerterent. Cùm hoc ageretur, distraherentúrque & perturba-
rentur Illyrij, Philopœmen animaduerso non esse magni rem negocij
leuis istam armaturæ manum hostilem circumuenire, idq; ipsam occa-
sionem monere, consilium hoc regijs ducibus indicauit. Vbi non
probauit hoc ipsis, sed pro insano habitus & contemptus est, (neque
enim ea tum temporis ipsius erat existimatio, ut tanta ei res credere-
tur) cuneo ciuium suorum facto in hostes irrupit: primóque trepidatio-
nem, pòst fugam etiam, & multam peditum istorum cædem fecit.
Philopœmẽ grauiter sauciatur. Tum, ut magis adhuc regium exercitum confirmaret, celeriterq; cum
hoste perturbato congrederetur, dimisso equo, in loco obliquo &
crebris riuis atque uallibus interrupto, armatura equestri & graui de-
8 pugnauit magna cum difficultate. Interim utrunque femur ei telo amen
tato transfigitur: fuitq; is ictus non lethalis quidem, sed tamen ita uali-
dus, ut per utrunq; femur cuspis teli exacta sit. Itaq; primùm ueluti uincu-
lo adstrictus, pessimè habebat. Etenim annulus cui amentum inseritur, ef-
ficiebat,

A ficiſcebat, ut difficulter extrahi ex uulneribus telum poſſet: & cùm qui aderant, cunctarentur eripere, feruereto admodum pugna, animo iam ardens, prœlijq; cupiditate gliſcens, motu pedum atque agitatione alterna fracto per medium haſtili, utrunque fruſtum ſeorſim iuſsit eximi: itáque liberatus, ſtricto gladio per primos ordines ad hoſtem acceſsit, magna inter ſuos alacritate, imitandæq; uirtutis ardore excitato. Sane parta uictoria Antigonus, ut periculum ſententiæ Macedonum faceret, quæſiuit cur iniuſſu ſuo equitatum commouiſſent: & reſpondentibus coactos fuiſſe præter animi ſententiam cum hoſtibus congredi, quòd adoleſcens Megalopolitanus prior in eos impetum dediſſet, ſubridens: Is ergò, inquit, adoleſcens magni munus ducis obiuit. Glorioſum hoc fuit, ut debuit, Philopœmeni. Sed cùm Antigonus ipſum ſuo in exercitu habere percuperet, atque imperium ſimul & pecuniam deferret, recuſauit: præcipuè quia natura ſe ad parendum difficilem ſentiret. Ocium tamen & deſidiam non admittens, rei bellicæ exercendæ & meditandæ cauſa in Cretam militatum nauigauit: & ibi diu multumq;
B inter fortes & belli uarijs modis gerendi peritos, nec non temperantes & tenui uitæ ratione contentos homines exercitatus, tanta ad Achæos cum gloria redijt, ut ſtatim magiſter equitum ſit creatus. Ibi cùm uideret equites ſi bellum incidiſſet proximè oblato quouis uel uiliſsimo equo uti, & pleroſque militiam ſubterfugientes alios ſuo loco emittere, ſummam autem omnium eſſe & imperitiam & timiditatem: porrò ſemper hoc mali à prætoribus neglectum fuiſſe, quòd equitum ſumma eſſet apud Achæos potentia, iusq; honoris & pœnæ inferendæ haberent. his animaduerſis nequaquam ceſsit, aut inſtitutum dimiſit: ſed circum urbes profectus, uiritim etiam iuuenes ad honeſtæ gloriæ ſtudium cohortatus, punitisq; ijs qui digni erant, exercitationibus deinde, decurſionibus, & quæ plurimis ſpectatoribus committerentur certaminibus inſtitutis, modico tempore mirabile robur, miramq; alacritatem omnibus indidit: &, quod erat in compoſito equitum agmine ſummum, ita eos agiles & celeres reddidit, itaq; ad turmatim ſe conuertendum & obequitandum, equosq; ſingulatim re-
C torquendum & circumagendum adſuefecit, ut totius equitatus conuerſio unius alicuius corporis motui uoluntario ſimilis eſſet. Cùm acriter cum ſuis contra Eleos & Aetolos ad Lariſſum fluuium dimicaret, dux equitatus Elei Damophantus ante alios prouectus admiſſo equo in Philopœmenem irruit: uerùm hic impetum ſubſtitit, priórque haſta ictum Damophantum deiecit: cuius caſum ſtatim hoſtium fuga eſt ſubſecuta. Ex illo Philopœmen magni eſſe nominis, quo neque manu iuuenis, neque conſilio ſeniorum aliquis eſſet promptior, quique eſſet & ducendo copias, & pugnando utiliſsimus. Enimuerò Achæorum res Aratus primus omnium ad dignitatem & potentiam euexit, primúsque de abiectis & diſsipatis per urbes in unum reipublicæ Græcæ & ciuilis corpus conduxit. Deinde, ueluti in aqua ubi primùm exigua quædam & non multa corpora ſubſiderunt, ſtatim quæ deinde ad ea, quæ primò inhæſere, defluunt, ipſa quoque una figuntur, ſolidúmque ea ratione mutuò quippiam conſtituunt: ſic cum Græcia eo tempore imbecillis atque diſſoluta facilis eſſet, urbibus ſingulatim coaleſcentibus, primùm Achæi in unum coiere: pôſt ij urbes circùm ſitas partim auxilia ferendo, eáſque in eijciendis tyrannis adiuuando, partim concordia & reipublicæ ſocietate ſibi coniun-

Antigoni dictum.

Equitatus Achæorum à Philopœmene correctus.

Philopœmenis de Eleis & Damophanto uictoria.

gendo, totam Peloponnesum in unum corpus, unicumq; imperium conflare cogitabāt. Veruntamen quandiu Aratus uixit, Macedonum adhuc armis pleraq; committebant, Ptolemæum colentes, tum Antigonum & Philippum, qui medijs in negocijs Græcorum uersabantur. Postquàm ad Philopœmenem summa rerum delata est, cùm iam uiribus suis pares ipsi essent etiam potentissimo cuiq;, aliunde adscitis ducibus uti desierunt. Aratus enim quia ad bellica certamina segnior uidebatur, plerasque res colloquijs, mansuetudine, & amicicijs regum perfecit: ut in uita eius scriptum est. At Philopœmen, egregius bellator, & armis efficax, neque non suis conatibus fortunam benignā sentiens, primis statim prœlijs Achæorum & potētiam auxit, & animos: cùm eos iam secum uincere, & plerisq; ex certaminibus superiores discedere adsuefecisset. Primùm instruendæ aciei, & armaturæ rationem, quę uitiosa apud Achæos erant, emendauit. Vtebantur scutis nimis leuibus, & quæ angustiora essent, q̄ ut tegendo corpori sufficerent: hastis etiam longè q̄ sunt sarissę minoribus. Itaq; propter armorum leuitatē, eminus erant pugnaces & fortes: cōminus autem cōgressi, deteriori erant cōditione. Figura & ordines aciei nō erant secundum cohortes instructi, sed phalange utebātur, quæ neq; à fronte munita esset, neq; ad agendā testudinē apta, ut est Macedonica. itaq; facilè pellebantur aut diuellebant̄. Philopœmen pro scuto & hasta, clypeo uti & sarissa iussit, utq; galeis, loricis, & ocreis muniti, pro cursoria & leuis armaturæ propria pugna stabilem & pede fixo commissam exercerent. Hoc modo cùm persuasisset ut ij qui ætate erant integra armarent̄, primùm ad eam spem erexit, inuictū fore eum exercitū: deinde luxum eorum optimè correxit: tollere enim prorsus nequibat, cùm iam inueterata esset stulta & inanis æmulatio, uestes sumptuosas, & purpurea stragula certatim, & conuiuia preciosa expetentiū. Ipse à reb. superuacaneis eo splendore ad utiles & honestas traducto, facilè effecit, ut quotidianis in curando corpore impendijs imminutis, militarib. instrumentis exornandis se darent. Erat uidere officinas plenas calicum & uasorū quæ cōciderentur, thoracum, qui inaurarent̄, & scutorum frænorumq;, quæ argento obducerent̄: circi repleti erant equuleis qui domabantur, & iuuenib. qui in armis decertabāt: in manib. mulierum galeæ quæ exornarent̄, tinctura tunicarū equestriū, & pedestrium chlamydum picturæ. Ipse autem aspectus ille audaciam augebat, animosq; incitabat, promptosq; ad pericula adeunda & cupidos reddebat. Cæteris enim in spectaculis luxus ad luxuriā inuitat, animosq; intuentium emollit, cùm sensuum quasi punctione & titillatione animus frangitur. At in his rebus animum obtutus confirmat, augetq;: sicuti Homerus Achillem inducit propositis ante oculos nouis armis ardere quasi & efferri cupiditate eorum, propter quę illa erant facta: sic exornatam iuuentutem Philopœmen exercitationibus erudijt, ut in acie moueri celeriter scirent, pręceptis eius studiosè obtemperantes. nam & ordo mirifice eis probabatur, quo ita densabatur acies, ut perrumpi non posse uideretur: & armis corpora facilè adsuescebant, eaq; pulcritudo & splendor facilia redigebat, ut rem iam nūc gerere omnes, & cum hostibus decernere prœlio quamprimùm cuperent. Erat eo tempore Achæis contra Machanidam Lacedæmoniorum tyrannum bellum, qui magnis fretus copijs omnibus Peloponnesiis insidiabatur. Itaq; simul atq; renūciatum est, eum ad Mantineā accessisse, statim aduersus eū duxit Philopœmen. Aduersas acies ꝓpe ipsam urbē instruxerūt, multis uterq; mercenarijs militibus, & omnib. suorū ciuiū copijs. Inito prœlio Machanidæ mercenarij primam Achæorum

Armaturæ & aciei instruēdæ rationem Philopœmen corrigit.

Luxum à uictu in militiā translatum.

Ornamēta armorum utilia.

Vt Machanidam uicerit, & occiderit.

Marginal letters and chapter numbers: A (line 1), B (at "cōgressi"), 9 (at "dere officinas"), C (at "gebat"), 10 (at "frangitur"), 11 (at "prœlio quamprimùm").

A Acheorum aciem quę ex uelitibus & Tarentinis constabat, pepulerunt:
cumꝗ iam rectà in hostes irruendũ, ordinesꝗ eorũ perrũpendi essent, o-
misso eo Machanidas ad insequẽdũ fusos mercenarios hostiũ se contulit,
estꝗ Achæorum, qui ordines suos seruabant, phalangem ita prætereue-
ctus. Philopœmen dissimulato quod initio pugnæ erat acceptũ damno,
tametsi id uideretur ad certã perniciẽ rerum suarũ spectare, errorẽ hostiũ
in persequendo intelligens, qui à sua se phalange diuellissent, locumꝗ ua-
cuum reliquissent, nequaquam insequentib. suos obuiã ijt: sed passus eos
prouehi insequendo, magnumꝗ inter eos & aciem Lacedæmoniorũ fie-
ri interuallum, ita demum à latere in istam impetum fecit, nudatã suis, de-
stitutamꝗ à duce, neꝗ pugnam expectantem: quippe Machanidã inse-
qui fugientes hostes cernentes, planè eum uictoria potitũ putabant. Fusa
igitur per multam cędẽ (nam ad quatuor millia occidisse tradit̃) Lacedę-
moniorum phalange, Machanidæ cum mercenarijs ab insecutione reuer
tenti obuiam iuit. Fossa fuit in medio magna & profunda: ad eam uterꝗ
dux uenit, alter fugã ea superata quærens, alter id impedire uolens: eratꝗ
B is aspectus nõ imperatorũ pugnantiũ, sed ferarũ necessitate ad uires exe-
dendas cõpulsarum, Philopœmene uenatore acri instante. Hic tyranni e-
quus, robustus & ferox, & utrinꝗ calcarib. saucius, trãsire fossam aggres-
sus, pectore admoto, anteriores pedes trãs eam statuere omni robore in-
tendit. Interim Simmias & Polyænus, qui in prœlio semper cũ Philopœ- *Simmias.*
mene erant, eumꝗ armis tegebant, accurrentes infestis hastis se obiece- *Polyænus.*
runt. Præuenit tamen Philopœmen Machanidæ occurrẽs. equumꝗ eius
ut eleuare à pectore caput uidit, suo paululũ ad latus flexo, hasta ad ictũ
recepta ita percussit, ut unà sessorẽ deijceret. Hanc ad formam ænea posi-
ta est statua Philopœmenis apud Delphos ab Achæis, qui maximè & fa-
ctum id, & belli administrationẽ istam admirabant̃. Fertur ludis Nemeis 12
cõmissis, cùm prætor iterũ esset, neꝗ multũ ab eius ad Mantineã uicto- *Philopœme-*
ria temporis effluxisset, alioquin festiuitatis eius causa ociosus, primùm *nis gloria*
Græcis phalangẽ instructã ostentasse, quæ motus suos ordinarios agili- *in ludicro*
tate & ui egregia obiret: deinde citharœdis certãtibus, ingressum in thea *Nemeo.*
trum, stipatũ iuuenibus, qui paludamẽtis, & tunicis puniceis induti, cor-
poris habitu florentes omnes, & ætate æquales, multã imperatoris sui re-
C uerentiã, conceptosꝗ ex multis & præclaris certaminib. spiritus ea ætate
dignos demonstrarent. His modò ingressis, forte quadã Pyladem citha-
rœdum Persas Timothei cantare cepisse, hoc quidem initio:

Graios ornauit qui libertate celebri:

eoꝗ uocis claritatem ad ipsius carminis maiestatem decorè adiungen-
re, omnium undique in theatro oculos in Philopœmenem fuisse conie-
ctos, editúmque lætum applausum: Græcis tum antiquam dignitatem
spe noua reuocantibus in memoriam, animíque fiducia proximè ad pri-
stinos illos spiritus maiorum accedẽtibus. Porrò quemadmodum equu-
lei sessores quibus adsueuere desiderant, alios autem nacti ægrè ferunt, &
trepidant: sic Acheorũ exercitus quoties ad pugnam & pericula subeun-
da uentum est, alijs sub ducibus languebat, & ad Philopœmenem respi-
ciebat: eoꝗ solùm uiso, fiducia ducis statim erigebatur, & rem strenuè
gerebat. Senserunt & aduersarij uni huic duci se pares non esse, nomenꝗ
eius & existimationem metuerunt: quod manifestũ ex eorũ est factis. Phi 13
lippus enĩ Macedonũ rex, quòd sublato Philopœmene censeret se iterũ
sua in potestate Acheos habiturũ, misit Argos qui eum occultè necarẽt:
quibus quidem insidijs patefactis, in summum odium Græcorum in-

cidit.

Megarica obsidio.

cidit. Bœoti autem cùm oppugnarent Megaram, capturosq; se iamiã pu- A
tarent, subito eoq; uano rumore ad eos allato, Philopœmenem auxilio
obsessis uenientem propè adesse, scalas iam muris admotas relinquen-
tes aufugerunt.

Messenã à Nabide captam Philopœmen liberat.

Quo tẽpore Nabis, qui post Machanidam tyrannidem
in Lacedæmonios obtinuit, subitò Messenẽ cepit, priuatus uiuebat Phi-
lopœmen, nullasq; habebat sub se copias. Verùm ubi frustra conatus fuit
Lysippo Achæorum tum prætori persuadere, ut Messenijs opem ferret,
quòd is actum iam esse de urbe diceret ab hostibus occupata: ipse assum-
ptis ciuibus auxiliũ tulit. Neq; enim expectabant ij, dum aut lex ferretur,
aut is dux deligeretur, sed (ut est natura comparatum) pręstantioris impe
rio sponte obsequebantur. Nabis autem audito eum in propinquo esse,
tametsi castra in urbe haberet, non tamen eius aduentum sustinuit, sed a-
lia porta digressus celeriter suos abduxit, in parte felicitatis ponens, si ef-
fugisset: itaq; effugit ille, & liberata est Messene. Hæc Philopœmeni lau-
di tribuuntur.

Philopœmen in Creta militat reb. patriæ afflictis.

Quòd autem denuò in Cretam rogatu Gortyniorum, qui
tum bello occupati, eum ducem petebãt, abijt, id in repræhensionem in-
cidit: quippe cum patriam ipsius Nabis bello premeret, ipse uel pugnam B
subterfugiens, uel intempestiuè alijs gratificans aberat.

Megalopolitæ bello pressi.

Et quidẽ ita con-
tinenter illo tempore oppugnabantur Megalopolitæ, ut intra muros om
nino compulsi habitarẽt, uicosq; consererent, agro adempto, hostibusq;
penè in ipsis portis castra habentibus. At Philopœmen trans mare bel-
lum gerens apud Cretenses, calumniandi occasionẽ inimicis præbebat,
quòd domesticum fugeret bellum.

Excusatio.

Erant qui dicerent, cùm alios Achiui
prætores creassent, priuatum Philopœmenẽ ocium suum Gortynijs, im-
peratorem eum poscentibus accõmodasse. Erat enim ab ocio alienus, &

Dictũ eius de Ptolemæo bellũ parante.

ut alias res ad usum comparatas, ita bellicam & imperatoriam facultatem
semper in usu habere statuerat: quod eo dicto declarauit, quod de rege
Ptolemæo extulit. Eum enim cùm quidam laudarent, quòd exercitum
quotidie exerceret præclarè, corpusq; suum in armis egregiè ad bellicos
14 labores adsuefaceret: Quis uerò, inquit, regem miretur, qui tam magno
natu meditatur adhuc, nihil profert? Cæterùm Megalopolitæ grauiter
absentiam Philopœmenis ferentes, proditosq; se iudicantes, statuerunt
15 eum exilio mulctare: Achæi obstiterunt, Aristænetumq; ijs ducem mise-
runt: qui tametsi de reip. administratione non conueniret ei cum Philo- C
pœmene, damnationẽ eam perfici non est passus. Exinde neglectus à ci-
uibus Philopœmen, multos circumiacentium pagorũ ut deijceret ab ur-
be mouit, docuitq; eos dicere, antiquitus se non fuisse iuris Megalopoli-
tarum: dicentibusq; apertè adstipulatus est, patriamq; apud Achæos fa-
ctionib. à se concitatis læsit. Verùm hæc postea tẽporis facta sunt.

Artes Cretensium à Philopœmene superatæ.

In Creta
aũt pro Gortynijs bellũ nõ ut Peloponnesius homo aut Arcas simplici-
ter & ingenuo Marte gessit, sed morib. Cretensiũ adscitis, ipsorumq; con
tra ipsos usus artib. & fraudibus, rapinis & insidijs exercẽdis pueros hoc
in genere eos ostendit esse, qui uanis & quæ aduersus bellandi uerã peri-
tiam nihil possent, astutijs uterentur. His rebus cùm admirationem sui
excitasset, gloriaq; illustris in Peloponnesum reuertisset, Philippum à T.
Quinctio Flaminino debellatũ, bellumq; Nabidi à Romanis & Achæis
16 factum offendit. Cõtra quem dux statim electus, nauali prœlio decertare
ausus, idem quod olim Epaminondæ euenerat, expertus est: nam in mari
cùm minus prosperè pugnasset, multum uirtutis suæ & gloriæ abiecit.
Quanquam Epaminondam quidem sunt qui affirment ægrè passum, ut
17 rem naualem ciues sui periclitarentũ: ueritum, ne (quod est apud Platonẽ)
impruden-

A imprudentes ex pedestribus & stabilibus pugnatoribus in nautas degenerarent: itaque consultò nulla re gesta ex Asia & insulis discessisse. Contrà Philopœmen scientiam belli in terra gerendi suffecturam etiam ad naumachias bene conficiendas sibi persuadens, sensit in exercitatione quanta pars esset artis posita, quantumque illa in rebus usitatis posset. Non enim in pugna tantùm nauali inferior fuit propter imperitiam: sed & nauim ut uetustam ita nobilem quandam post quadragesimum annum in mare deduxit, atque onerauit uiris: ita ut pondus illa non ferente, in periculum ciues deuenerint. Ob hæc se ab hostibus contemni intelligens, qui eum plane è mari aufugisse rati, superbè Gythium oppugnarent, subitò illis nihil tale expectantibus, sed propter uictoriam securè agentibus, aduectus classe, noctu expositis militibus, igne iniecto tabernaculis castra hostium cum multorum exitio combussit. Paucis pòst diebus in itinere cùm subitò in angustijs quibusdam Nabis ei superuenisset, terruissetque Achæos, qui spem salutis in loco iniquo, & ab hostibus occupato nullam uidebant: paululum fixo gressu, locique perlustrata natura, in summis *Castra hostium Philopœmen cõburit.*

B rei bellicæ artibus esse eam, quæ ordines instruendi rationem docet, demonstrauit: ea enim fretus, modica admodùm phalangis suæ commotione, qua ad necessitatem præsentem eam accommodaret, nulla uel trepidatione uel negocio difficultatem istam superauit, hostesque aggressus magna clade affecit. Et quia hostes non ad urbem fuga contendere, sed hinc inde per regionem istam, quæ tota syluestris, collibusque cincta, & propter riuos atque conualles equitatui inuia erat, dissipari sentiebat, ab insecutione abstinuit, antequam occasum solis castra posuit. Conijciens uerò ciues à fuga singulos aut binos ad urbẽ ituros sub noctẽ, multos Achæorum gladijs armatos in insidijs sub tumulos & riuos, qui sunt ad urbẽ, locauit. Hoc modo plurimi Nabidis milites sunt interfecti: quia enim non agmine ibant, sed singuli, ut ex fuga redire casu obtigerat, apud urbẽ in hostium milites auium modo incidentes perierunt. Propter hęc à Gręcis charus habitus, & in theatris magnificè honoratus, T. Flamininũ, uirum honoris cupidum, occultè urebat. Hic em̃ & quia Romanus esset consul, maiori se debere in admiratione haberi ab Achæis, quàm Arcadem, censebat: & beneficium suum (quippe qui uno edicto totam Gręciam, quan *Stratagema.* *Aemulatio inter Philopœmenem & Quinctium.*

C tum eius Philippo & Macedonibus seruierat, in libertatem asseruisset) longè illius meritis esse amplius arbitrabatur. Secũdum hæc bellum cum Nabide Quinctius composuit: Nabis ab Aetolis per fraudem cæditur. Rebus ergò Lacedæmone turbatis, Philopœmen arrepta occasione cum exercitu accurrit, Spartanisque partim inuitis, partim in suam sententiam adductis urbem capit, Achæorumque reipublicæ inserit. Id uerò facinus mirificè gloriam eius apud Achæos illustrauit, quibus tantæ autoritatis atque potentiæ urbem adiecisset: neque enim parum erat, Spartam Achaię partẽ fieri. Optimi quoque Lacedęmoniorũ ipsi accesserunt, custodem se eum libertatis habituros rati. Itaque etiam domũ & facultates Nabidis cùm uendidissent, & cẽtum ac uiginti talenta inde coegissent, statuerunt eam illi pecuniã, missa ad hoc legatione, dono dare. Tum uerò integritas uiri effulsit, qui non uideretur modò, sed esset etiam optimus. Primò enim nullus fuit Spartanorum, qui cum eo uiro de accipiendo dono colloqui uellet: sed omnes munus illud metuentes atque subterfugientes, hospiti Philopœmenis Timolao negocium mandauerunt. Et uerò Timolaus ut Megalopolim uenit, conuiuio acceptus à Philopœmene, cùm eius in conuersando grauitatem, uictus frugalitatem, *Sparta à Philopœmene Achæorum societati adiecta.*

litatem, eosq; mores perspexit, qui neq; adiri pecunia, neque capi facilè A
possent, doni mentionem nullam fecit: sed alia sui aduentus causa prolata, re infecta domũ rediit. Iterum deinde misso idem accidit. Tertiò profectus, uixq; ausus colloqui, studium tandem ciuitatis erga ipsum exposuit. Philopœmen delectatus eo iudicio, ipse Spartam se contulit: ibi ciuibus consilium dedit, ne bonos amicos uellent muneribus delinire, qui gratis uirtutem suam ipsis utendam darent: malos potiùs, & qui in curia ciuitatem factionibus exagitarent, ea pecunia redimerent & corrumperent, donisq; eorum ora obthurarent, quo minus ab ijs esset turbarum: præstare enim licentiam inimicorum, quàm amicorum libertatem tollere. Tam alto Philopœmen animo pecuniã spreuit. Cùm uerò Diophanes Achæorum dux audiuisset Lacedæmonios consilia nouandarum rerum agitare, eosq; punire uellet, ij contrà bellum molientes Peloponnesum perturbarent: placare Diophanem, iramq; eius mitigare conatus est Philopœmen. eam esse temporis istius conditionem docens, ut quia Antiochus & Romani magnis copijs in Græcia bellũ gererẽt, eò præsertim principi sit respiciendũ, potiusq; dissimulanda quædam suorũ peccata, quàm res domesticæ commouendæ. id consilium cùm non admitteret Diophanes, sed adscito in societatem Quinctio, statim in Laconicum agrum inuaderet, rectaq; ad urbẽ duceret, indignatione motus Philopœmen ingens facinus, quod neq; legib. neq; iure strictè accepto defendi potuisset, magno animo patrauit. Profectus enim Lacedæmonem, priuatus ipse prætorem Achæum, & Roman cõsulem urbe ea exclusit: tum sedatis intestinis Spartæ tumultibus, ciuitatẽ rursus Achæorũ reip. adiunxit. Postea temporis præturam gerens, incertum quod crimen Lacedæmonijs obijciens, cùm exules eorũ in urbẽ reduxit, tum Spartanos octoginta (hunc numerum habet Polybius: Aristocrates centum & triginta) necauit, muros deiecit, multumq; agri ademptum Megalopolitis attribuit: qui ciuitate Spartana erant à tyrannis donati, eos omnes in Achaiam transtulit, tria millia autem (hi erant qui Lacedæmone migrare nolebant) uẽdidit, ac quasi exprobrans eis miserias, ex precio isto porticum in patria extruxit. Cum ita expleuisset animum miserijs Spartanorum, indigno oppressis infortunio insultans, in rempub. eorum facinus crudelissimum & iniustissimum commisit. Lycurgi enim institutionem sustulit, puerisq; & pueribus Achaicam pro patria disciplinam præscripsit: ratus eos quandiu Lycurgi legibus uterentur, nunquam spiritus istos posituros. Et quidem Lacedæmonij fracti tum calamitatibus magnis, passi sunt Philopœmenem quasi neruos reip. excidere, cicuresq; & demissos se præbuerũt: pòst aliquanto ab Romanis impetrata uenia, Achaicam disciplinã reiecerunt, patriamq; (quantum eius pòst tanta mala & perditis maiorum institutis fieri potuit) restituerunt. Quo tempore Romani bellum contra Antiochum in Græcia gerebant, priuatus uiuebat Philopœmen. Itaq; animaduertens Antiochum ipsum Chalcide desidentem, nuptijs & amori puellarum intempestiuè uacare, Syros autem sine ducibus & ordine per urbes hinc inde uagari luxuriæq; operam dare: ægrè tulit se non eo tempore prætorem esse Achiuorum, Romanisq; inuidere se uictoriam dixit: se, si præturam gereret, istos omnes in cauponis concisurum fuisse. Verùm cum uicto Antiocho Romani, magis iam Græcis rebus incumberent, Achæosq; potentia sua circumuenirent, oratoribus ultrò ipsis concedentibus, cumq; iam omnis uis fortunam sequeretur, finisq; fato destinatus propè adesset: ibi gubernatorem nauis bonum imitatus Philopœmen, fluctui

Vsus donorũ & corruptelæ.

Diophanes.

In Sparta defendenda Philopœmenis studium. B

18

Lycurgi leges abrogatæ. C

Philopœmenis in Antiochum et eius milites dictum.

A fluctui pro uiribus obluctans, etsi quædam concederc, & tempori obsequi cogebatur, pleraq; tamen uti retineret, eos qui dicendo aut agendo ualerent, retrahere ad libertatis studium contendebat. Traditum est Aristænetum Megalopolitam, magnæ inter Achæos potentiæ uirum, cùm Romanis maximè cuperet, atq; in consilio censuisset non debere ijs reluctari, aut ingratos esse Achæos, à Philopœmene tacente, indigneq; eius uerba ferente auditum: atque hunc ira ad extremum uictum in hęc uerba erupisse: Quid ita properas Aristænete, Græciæ ut uideas fatum? Cùm 19
M' Acilius Glabrio Romanus cõsul uicto Antiocho peteret ab Achæis, ut reditum exulibus Spartanis concederent, idemq; Quinctius postularet: Philopœmen, non quòd esset exulibus infensus, sed ut ipse & Achæi hoc sua uoluntate, non in Quinctij Romanorúmue gratiam facerent, impediuit: atq; pòst ipse prætor eos reduxit. Adeò ob animi magnitudinem contendendo etiam aduersus superiores studio laborabat. Annum iam natus septuagesimum octauum prætor Achæorum factus, sperabat eum esse rerum statum, ut non modò in præturæ eius administratione à bello uacare, sed & reliquum exigere in ocio posset. Nam ut marcescente cor-

Aristænetus à Philopœmene notatus.

Romanorũ coß. petitioni resistit Philopœmen.

B poris robore, simul ipsi etiam elanguescunt morbi: ita apud Græcas ciuitates deficiente potentia studium quoq; contendendi desierat. Veruntamen eum indignatio quædam diuina tanquam athletam prosperis usum 20
successibus in extremo uitæ prostrauit. quippe traditum est, eum quodam in conuentu reliquis quendam imperatorijs artibus præclarum habitum laudantibus, nimis arroganter dixisse: Qui nam ille dignus sit, de quo uerba faciamus, cum uiuus in potestatem hostium uenerit? Paucis pòst diebus Dinocrates Messenius, qui & priuatim cum Philopœmene exercuerat simultates, & erat ob maliciam & impotentiam alijs molestus, Messenem ad defectionem ab Achæis permouerat, & pagum quendam 21
Colonidem occupaturus ferebatur. Philopœmen tum Aegis febricitabat. Itaque allato hoc nuncio, confectis uno die plus quàm quadrigentis stadijs Megalopolim cõtendit: inde equitibus (erant hi ciuium nobilissimi, sed iuuenes admodum, qui studio & imitatione Philopœmenis ultrò militabant) assumptis statim ad Messenem perrexit. Apud Euandri tumulum occurrit ei Dinocrates, commissoq; prœlio est pulsus. At quingenti alij, qui ad agrum Messeniacum custodiendum erant collocati, cùm

Philopœmẽnis uox arrogantior, qua Nemesin cõtra se irritauit.

Dinocratis & Messeniorum defectio ab Achæis.

C subitò sese proferent, ijsq; cõspectis illi qui antè fugam fecerant, rursus in collibus sese cõgregarent, ueritus Philopœmen ne ab hostibus circundaretur, simulq; equitib. suis parcens, per iniqua loca recedebat, ipse agmen claudens, ac sæpe in hostes aduersum sese inferens, eosq; in se uersos deti nens: cùm quidem congredi non auderent, & clamorem modò eminus tollerent, atque circumcursitarent. Hoc pacto sæpius hostibus sese obijciens, dum singulatim suos in locum tutum deducit, ad extremum solus inter magnum hostium numerum destitutus fuit. Ne sic quidem manum conferre quisquam ausus est: eminus petitus, dum per loca saxosa & pręcipitia enititur, equum calcarib. laniatum ægrè tenuit. Exercitationibus sanè hoc erat diuturnis assecutus, ut ei senectus nequaquàm grauis esset, neque obstaret, quo minùs euaderet: sed corpore tum ob imbecillitatem languentem, & ab itinere defessum, grauemq; iam, & uix sese mouentem equus lapsus in terram effudit. Casu tam graui etiam caput læsum est, iacuitq; aliquandiu nullam edens uocem: itaq; hostes etiam mortuum rati, corpus uertere & spoliare aggressi sunt. Vt uerò capite eleuato oculos sustulit, confertim irruerunt, manibusq; retrò actis uinctum abduxerunt,

Philopœmẽ à Messenijs capitur.

multis cõuicijs insectantes eum uirum, qui ne per somnium quidem unq̃ A
à Dinocrate sibi hæc metuisset. Nuncius rei Messenẽ allatus, mirificè animos oppidanorum inflauerat, & ad portam confluebant. Vt uerò Philopœmenem indignè gloria tanti uiri, rebusq; gestis & trophæis captũ trahi uidere, pleriq; miseratione moti sunt, ut ne lacrymas quidem continerent, inconstantiam & uanitatem humanę potentię detestantes: ac paulatim benignus sermo oboriebatur apud multitudinem, recordandum esse acceptorum ab eo beneficiorum, & libertatis, quam Nabide tyranno expulso ipsis reddidisset. Erant pauci quidam, qui, ut Dinocrati gratificarentur, torquendum esse Philopœmenem dicebant, atq; interficiendum, grauem scilicet hostem atq; implacabilem, ipsiq; Dinocrati à quo captus & cõtumelijs affectus fuisset, maiori quàm ante terrori, si quidẽ liberaretur, futurũ. Proinde in carcerẽ (specus est subterraneus, ei Thesauro nomen est, in quẽ extrinsecus neq; spiritus, neq; lumen penetrat, neq; forib. sed obiectu magni saxi clauditur) eum imponentes, obuoluto saxo, ad custodiam armatos circùm constituère. Cæterùm equites Achæi cùm se ex fuga colligerẽt, neq; usquam Philopœmen extaret, sed perijsse crederet, diu fixo B
gradu eum uocauerunt: inde colloquuti mutuò, turpiter & iniustè saluti se suæ consuluisse, duce, qui pro ipsis uitam suam in discrimen adduxisset, hostibus prodito, tum progressi unà, & percontati, captum esse cognouerunt, idq; urbibus Achæorum renunciauerunt. Achæi maximũ se incommodum accepisse, reposcendumq; à Messenijs eum censuerunt: simulq; bellum pararunt. Interim Dinocrates qui maximè moram Philopœmeni metueret salutarem, Achæorumq; consilijs pręuertendum putaret, nocte oborta, & multitudine Messeniorum digressa, carcerẽ aperuit, lictoremq; qui uenenum homini daret, neq; antè quàm ab eo esset haustum discederit, immisit. Philopœmẽ tum chlamyde obuolutus iacebat, nõ somno sed mœrore & animi perturbatione detentus. Cùm lucem uidit, & uirũ cum ueneni calice adstantem, ægrè se pręimbecillitate colligens, assedit, acceptoq; poculo quæsiuit, ecquid is de equitibus Achæis, præcipueq; Lycorta inaudiuisset. Lictore plerosq; effugisse respondente, capite annuit, placideq; eum intuitus: Bene, inquit, narras, si non omnia saltẽ malè ceciderunt. Tantum locutus, uenenũ ebibit, ac se rursum inclinauit: neq; diu uires ipsius ueneno restitere, sed propter infirmitatem statim extinctus C
est. De obitu eius postquam ad Achæos est allatum, communis tristicia & luctus omnes urbes peruasit. At qui ætate erant ad militiam apti, cum primoribus ciuitatum Megalopolim profecti, omni uindictæ dilatione exclusa, Lycortam ducẽ creauerũt: statimq; in agrũ Messeniũ impressione facta tantisper eam afflixerũt regionẽ, donec ciuitas Achæos recepit. Dinocrates uerò morte sibi ipse conscita supplicium præuenit: reliqui,

Carcer.

Philopœmenis postrema uox, & obitus.

Lycortas ut sit mortẽ Philopœmenis ultus.

Dinocratis mors.

22 quotquot necandum Philopœmenem censuerant, interfecti, quotquot torquendum, capti, & ad cruciatus adhibiti à Lycorta sunt. Secundum hæc corpore cremato, cineribusq; in urnam collectis, discesserunt: ita quidem composito agmine, ut triumphalis cum funebri pompa misceretur. Nam & coronati ijdem, & lacrymantes ibant: simulq; & uinctos hostes ducebant, & urnam præ fascijs & sertis uix conspicuam inferebant. Eam

Funus Philopœmenis.

23 prætoris Achæorum Lycortæ filius Polybius gestabat, & cum eo Achęorũ primi. Milites armati, ornatis etiam equis, sequebantur, neq; tantum luctum tristicia, neq; uictoriã exultatione æquantes. Ex urbib. & pagis in itinere eo positis multitudo occurrebat, tanquam à militia redeunte excipientium, & urnam tangentium, ac Megalopolim usq; prosequentiũ. Vt

uerò

A uerò ad hos peruenere seniores cum mulieribus & pueris, ibi demum eiu latus totum exercitū peruasit, cùm in urbem ingrederet̄ quę desiderium amissi Philopœmenis grauiter ferebat, ac primū inter Achæos locū se perdidisse putabat. Sepultus est, quo par erat honore: & Messenij captiui ad eius sepulcrum lapidibus sunt obruti. Multę fuerunt eius statuæ, magniq́ eì à ciuitatib. decreti honores. Quæ omnia Romanus quidā eo tempore quo capta Corintho Græcia in calamitate fuit, abrogare & euertere est conatus, perinde atq; uiuum adhuc, Romanorū hostem eum, & maleuolum Romanis accusans. Qua de re cum essent sermones habiti, & contra calumniatorē istum Polybius uerba fecisset, neq; Mummius, neq; legati passi sunt inclyti uiri gloriā deleri, tametsi is non paucis in rebus T. Quinctio, & M' Acilio restitisset. Enimuerò isti iudices uirtutē à commodo, & honestum ab utili (ut consentaneū est) distinxerunt: rectèq; & conuenienter iudicârunt, ijs qui prosunt, mercedē & gratiam ab ijs qui accipiunt id beneficium, bonis uerò honorem à bonis semper deberi. Atq; hæc quidem de Philopœmene.

Philopœmenis statuæ à Polybio defensæ.

Discrimen inter utile & honestū, mercedē & honorem.

B

PLVTARCHI T. QVINCTIVS
FLAMININVS, [redacted]
[redacted] Augustano interprete.

H VIC T. Quinctium Flamininum comparamus. Qua is corporis figura fuerit, licet ijs qui uolunt cernere in effigie eius ærea, quæ Romæ e regionè Circi posita est iuxta magnum Apollinem Carthagine allatum, Græcis literis inscripta. Ingenio fuisse traditur eo, ut facilè & ad iram & ad gratiam moueret, etsi diuersa ratione. Nam & in puniendo lenis, neq; peruicax erat: gratia constans, cùm quidem quib. benefecisset, ijs non secus atq; benefactorib. perpetuò beneuolū sese promptumq́ præberet, eosq; ut bonorum suorum præstantissimū, assiduè coleret atq; tueretur. Gloriæ honorisq; cupidissimus, præclaras & maximas res ipse obire solebat. Magis delectabatur ijs qui accipere beneficiū cuperent, quàm qui dare possent: illos uirtuti suæ materiam esse, hos de gloria secum contendere existimans. Ab ineunte ætate artib. militarib. institutus (etenim

Ingenium.

C multis ea tempestate, grauibusq; occupata bellis Roma, ita iam inde ab initio adolescentes erudiebantur, ut inter ferendum imperia, imperare simul discerent) primùm bello secundo Punico tribunus militum Marcello consuli adfuit. Ibi Marcello per insidias cæso, agro Tarentino, ipsiq́ de niq; Tarento recepto præfectus, non iustitiæ minorē, quàm belli laudem retulit. Itaq; etiam colonijs Narniam & Cossam deducēdis princeps con- 1
stitutus est. Id potissimùm animū eius ita extulit, ut præteritis medijs istis magistratibus, quos ordinatim petere iuuenes solebāt, tribunatu plebis, 2
prætura, & ædilitate, rectà consulatum ambiret, petitionem eius colonis 3
studiosè adiuuantibus. Fuluio autem & M' Curio tribunis plebis ei resi- 4
stentibus, indignumq; esse affirmantibus, si iuuenis reclamantibus legib. ad summum magistratum ui euaderet, primis nimirū adhuc sacris & mysterijs reip. nondum initiatus: senatus populo creandi quem uellet potestatem fecit. A' populo Quinctius consul cum Sex. Aelio est factus, nondum triginta natus annos. Bona quadā rerum Romanarum fortuna bellum ei aduersus Philippum Macedonię regē sorte obtigit: quę eum tum ducē requirerent, qui non ui omnia & bello, sed facūdia potiùs & comib.

Tribunatus militū.

Coloniarū deductio.

Consulatus petitio.

5 congressibus ageret. Etenim Philippo ad pugnã quidem cõmittendam A
ueluti mucronis acies erat,sufficiebatq; Macedonicũ imperium: durante
autẽ bello,omne suæ phalangis robur,sumptus,refugiũ,atq; instrumenta
omnia reposita Græcorũ in potẽtia habebat: quib. à Philippo nõ auulsis,
nõ poterat uno bellũ istum confici prœlio. At uerò Græcis nihil etiãnum
ferè cum Romanis fuerat rei,tumq; primùm eorum inter se populorũ ne-
gocia misceri incipiebant: ut nisi Romanus dux benigno præditus inge-
nio, oratione quàm armis plura egisset, inq; colloquijs fidẽ & mansuetu-
dinem, multamq; pro asserendo iure constantiã exhibuisset, haud facilè
Græci consueto imperio alienum fuerint prælaturi. Verùm hæc res ipsa
manifesta reddit. Quinctius animaduerso eos qui ante ipsum huic bello
6 præfuerant duces Sulpiciũ & P. Villium maiori anni parte domi hono-
ribus & rebus ciuilib. impenso, serò ad bellum gerendũ in Macedoniam
profectos,& ibi dimicationib. de locorum occupatione, le uibusq; itine-
rum aut frumentandi causa prœlijs tẽpus triuisse: nequaq; eorum exem-
plo sibi etiã ita agendum duxit, ut alterũ magistratui suo annũ adijceret,
quem,priore in dignitatib. consularibus & negocijs urbanis exacto, bel- B
lo impenderet. Itaq; ut in ipso suo consulatu rem gereret, honoribus & ci
uilib. officijs ualere iussis, impetrato à senatu, ut frater suus L. Quinctius
rei nauali præesset,ipse ex militibus ijs,qui in Hispania Asdrubalẽ,in Afri
7 ca ipsum Annibalem duce Scipione deuicerant, tribus millibus, qui &
ætate adhuc essent ualida,& ad bellũ alacres,lectis(quod robur sui exer-
citus habere statuerat) in Epirum tutò traiecit. Ibi P. Villiũ cum exercitu
inuenit,qui castris Philippo(aditus ille & angustias ad Apsum flumẽ cu-
8 stodiebat)oppositis,longo iam tempore iniquitate locorũ prohibitus ni
hil rei gesserat. Accepto igitur exercitu, & dimisso Villio, naturam loco-
rum speculatus est. Natura sunt non minus muniti quàm Tempe: arborũ
pulcritudine, syluę uiriditate,recessuum & pratorum amœnitate inferio-
res. Montes utrinq; magni atq; sublimes in maximã atq; profundã con-
uallem inclinant: per hanc Apsus elabens, Peneum figura & celeritate re-
fert: & radices montis undiq; aqua tegens, propter ipsum alueum abru-
ptam unam & angustã semitam relinquit, qua neq; alioquin facilè ingre-
di exercitus queat, & si statione teneatur, nullo modo possit. Consule-
bant Quinctio sui,ut expedito & facili itinere per Dassaretios iuxta Ly- C
cum amnẽ copias circumduceret. Sed consul ueritus ne si longiùs à mari
sese in loca malè culta & inopem regionẽ cõijceret, Philippo pugnã sub-
terfugiente,penuria frumenti laboraret,& re infecta,sicuti priori euene-
rat consuli,cogeretur ad mare redire: statuit ui aditum aperire. Montes
Philippus phalange sua insederat,& à latere undiq; tela & sagittæ in Ro-
manos incidebant: itaq; acriter aliquoties certatum, uulnerati utrinq; &
occisi,nihil tamen ad summã rei gestũ est. Quidã uerò pastores eius re-
gionis ad Quinctiũ aggressi, ambitum quendã ab hostib. neglectũ indi-
cârunt,hac se exercitũ ducturos, tertioq; omnino die in summis montib. cõ-
stituros polliciti sunt: huius promissi autorẽ atq; sponsorẽ Charopẽ Ma-
chatã proferebãt, primum inter Epirotas, Romanis cupientẽ, eosq; me-
tu Philippi clàm adiuuantem. Huic fidẽ habuit consul, misitq; tribunum
militum cum peditũ quatuor millibus, & trecentis equitibus: ducebant
hos pastores illi uincti: interdiu locis cauis & syluestrib. latentes quiesce-
bant,noctu ad lucẽ lunæ, quæ dimidio tum orbe fulgebat, iter faciebant.
His missis,interim hostes leuib. prœlijs detinet, reliquum tempus refici-
endo militi tribuit. Qua uerò die in summis montibus suos constituros
repu-

Robur militum T. Quinctij.

Angustiarum apud Apsum fluuium descriptio.

Charops Romanorũ socius.

A reputabat, summo manè omnem & leuem & grauem armaturam eduxit: diuisisq; in tres partes copijs, ipse rectà cohortes iuxta amnem, quà fauces erant arctißimæ, adduxit, petitusq; Macedonum telis, in ipsis angustijs cum obuiam egresso hoste manum conseruit: reliqui ab utroq; latere per aspera loca magno conatu & certamine inuadebant. Interim & sol ortus erat, & fumus haud planè euidens, sed montanæ instar nubeculæ, procul consurgens & apparens, à Macedonibus (etenim his à tergo erat, occupatis iam montium cacuminibus) non conspectus, Romanis graui in certamine laborantibus, spemq; ad id quod uellent accommodantibus, fidem non satis certam faciebat. Postea quam uerò is auctus, densiorq; assurgens aerem denigrauit, apparuitq; ignem esse à socijs factum, sublato clamore, magna ui irruerunt in hostem, eumq; in asperrima loca repulerunt: qui à tergo hostium erant, uociferationē ipsi quoq; ediderunt. Statim effusè fugerunt Macedones: neq; ultra duo millia cæsi sunt, angustijs persecutionem impedientibus. Romani pecunia, tentorijs, & seruis hostium direptis, faucibusq; ita potiti, ea modestia atq; continentia Epirum peragrauerunt, ut tametsi à mari & nauib. longè abessent, neq; menstruum secum frumentum tulissent, neq; emendi copia esset, tamen à regione omnis generis opum plena manus abstinuerint. Nam Quinctius, cùm accepisset Philippum fugæ similem profectionem per Thessaliam fecisse, hominibus in montes recedere coactis urbes incendisse, pecunias ob multitudinem uel onus relictas ad diripiendum proposuisse, cedentem iam tum quodammodò Romanis ea regione: ut magnificum se ostenderet, milites suos cohortatus est, ita transirent, itaq; parcerent regioni, tanquam suæ, & iam ab hoste concessæ. Et quidem fructum huius modestiæ statim senserunt. Nam ut primùm Thessaliam attigerunt, urbes se eis dediderunt. Et Græci qui intra Pylas habitabant, animis iam planè ad 10 Quinctium inclinabāt. Achæi societate Philippi repudiata, cum Romanis aduersus eum bellum gerere decreuerunt. Opuntij Aetolis, qui tum Romanis magna promptitudine in bello aderant, postulantibus ut sibi urbem ipsorum custodiendam traderent, posthabita eorum petitione Quinctium accerserunt, eiusq; se fidei permiserunt. Fertur Pyrrhum olim cùm primùm à specula exercitum Romanum instructum uidit, dixisse: hanc sibi barbarorum aciem non uideri barbaram. Similiter hi tum dicere coacti sunt, qui primùm ad Quinctium accesserunt. Audierant ex Macedonibus, ducem barbarici exercitus aduētare, qui armis omnia euerteret atq; in seruitutem ageret: tum uerò congreßi cum uiro, qui & ætate floreret, & aspectu benignus, sermone Græcus, ac honoris ueri amans esset, mirificè demulcebantur, reuersiq; in ciuitates, summam erga eum, ueluti ducem libertatis, beneuolentiam excitabant. At postea quam Philippo ad pacificationem inclinare uiso Quinctius in congressu eas tulit pacis amiciciæq; conditiones, ut is Græcos liberos relinqueret, & præsidia deduceret: neque is eas conditiones probauit. omnibus ibi, etiam ijs qui Philippi rebus studebant, persuasum est uenisse Romanos ad bellum non Græcis, sed propter hos Macedonibus faciendum. Inde quietus ipse paulatim in suam plerosque fidem accepit. Profecto autē in Bœotiam nullo belli cum apparatu, Thebanorum proceres obuiam iuerunt: Philippo, quidem propter Brachyllem fauentes, Quinctium ta- 11 men etiam salutandum atque honorandum censentes, quòd cum utrisq; amiciciam colerent. Cum his collocutus humaniter, modò percontando

Vt uictoria sit usui, quidq; consecutus.

Philippi fuga.

Achei. Opuntij. Aetoli.

Pyrrhi dictum de Romanis.

quædam & discendo, modò exponendo ipse alia, sensim unà progressus A est tantisper dum ex itinere milites reciperet. Ita unà cum Thebanis in urbem ingressus est: cùm neque gratum hoc ijs esset, neque tamen auderent prohibere, quòd mediocris eum militum multitudo sequebatur. Enimuerò Quinctius, quasi non iam sua in potestate urbem haberet, progressus in concionem, suasit ut Romanis se coniungerent, Attalo rege ei patrocinante, & Thebanos ad idem cohortante. Hic quidem oratorem se Quinctio alacriorem quàm senectus ea ferret præbere contendens, inter dicendum uertigine oborta, aut fluxu humoris decumbente, subitò sensibus obstupefactis corruit: neque multo pòst nauibus in Asiam reuectus, uitam clausit. Bœoti Romanis se adiunxerunt. Cùm Philippus Romam legatos mitteret, ablegauit eò Quinctius, qui hoc agerent, ut aut ipsi tempus à senatu ad bellum perficiendum prorogaretur, aut pacis componendæ potestas daretur: etenim, ut erat gloriæ cupidissimus, metuebat ne alio ad bellum duce misso, sua ipse laude priuaretur. Obtinuerunt hoc amici eius, ut neque Philippus quæ petebat impetraret, & imperium Quinctio eius belli causa prorogaretur. Hoc decreto in magnam spem erectus, statim in Thessaliam contendit aduersus Philippum. Habebat in exercitu suo uiginti & sex millia militum: ex his peditum millia sex, & quadringentos equites Aetoli suppeditauerant. Pares ferè erant Philippi copiæ: qui & ipse aduersus hostem ducebat. Cùm haud procul Scotusa abessent, & utrisque subire prœlij fortunam esset animus, alter imperatorum alterum propè adesse intelligens, nequaquam (ut uerisimile erat) metu correpti, sed ardore potiùs & gloriæ parandæ cupiditate incensi sunt. quam & Romani summam fore sibi existimabant, si Macedonas, quorum robur & potentia propter Alexandrum apud ipsos maximè celebrabantur, deuicissent: & Macedones Persis præstare Romanos arbitrati, his superatis Philippi se quàm fuisset Alexandri maius nomen reddituros sperabant. Itaque Flamininus suos milites hortatus est, bonos sese ac strenuos uiros præberent, quippe cum aduersario laudatissimo in pulcerrimo theatro (Græciam dicebat) decertaturi. At Philippus, incertum casu'ne fortuito, an quòd C præ festinatione eum hoc fefellisset, extra uallum sublimi conscenso aggere, qui multorum erat hominum sepulcris impositus, cepit ea, quibus ante conflictum milites cohortari moris est, disserere. Verùm grauiter ob id omen animis suorum deiectis, ipse etiam perturbatus eo die pugna abstinuit. Postridie sub auroram à molli & austrina nocte in nebulam nubibus conuersis, totus densa obductus est campus caligine, statimque sub ortum solis crassus ab alto aer in spacium quod erat inter castra decubuit, ipsaq; loca occultauit. Ibi qui utrinque excubiarum & speculandi gratia emissi fuerant, mox obuiam mutuò facti apud Cynos cephalas (Latinè canum aliquis capita diceret: sunt autem collium densorum & sibi mutuò oppositorum summitates, habentque id à similitudine figuræ nomen) pugnam commiserunt. Cùm alternis (ut in locis asperis fieri consentaneum est) fugerent, atque instarent cedentibus, utrinque ex castris subinde suis defatigatis atque cedentibus auxilia missa sunt: ac tandē aere à caligine repurgato, cùm uiderent quid rei ageretur, totis exercitibus concurrerunt. Dextro cornu Philippus superior fuit. Nam ab altiore loco totam phalangem Romanis in-

Attali mors.

Pugna ad Cynos cephalas.

Omen.

A nis inferebat: cuius hi densam testudinem, selectissimorúmque militum acrem impetum non sustinebant. Læuum autem dissipatum iam per colles, atque luxatum cùm esset: Quinctius desperatis ijs quos iam ab hoste uictos putabat, celeriter alteram in partem conuersus in Macedones impetum fecit, qui propter inæqualitatem & asperitatem locorum cogere phalangem, & densare ordines (in quo omnis inest illius exercitus uis) nequibant: uiritim autem ubi pugnandum est, graui & inefficaci armorum habitu motuq; impediuntur. Phalanx enim animalis similitudinem habet, inuicti, quandiu unum corpus est, & testudinem suam constanti ordine retinet: ea dissoluta, etiam singuli suum contra singulos pugnandi robur amittunt, cùm propter armaturæ genus, tum quòd omne totum magis propter mutuum membrorum complexum, quàm propter singula ualet. His ergo fusis, quidam fugientes persecuti sunt, reliqui incursu in Macedones adhuc pugnantes altero in cornu facto, à latere eos strauerunt: itaque mox ij etiam, qui iam uincebant, auersi retrò, armis proiectis fugam dederunt. Cæsa sunt millia octo, Phalanx. 13

B ad quinque millia capti. Vt autem Philippus tutò effugeret, Aetolorum culpa factum est: qui Romanis adhuc hostem persequentibus, ad diripienda castra conuersi sunt, ita quidem, ut Romanis reuersis nihil superesset. Hinc primùm inter eos contentiones & conuicia: inde magis subinde Quinctium offenderunt, sibi eam uictoriam arrogantes, eóque rumore animos Græcorum præoccupantes, ut à poëtis etiam literarum rudibus id factum decantantibus priore quàm Romani loco scriberentur Aetoli. Inter huiusmodi carmina, maximè in ore hominum uersabatur hoc epigramma scriptum ab Alcæo: qui in Philippi contumeliam, numerum quoque occisorum ampliorem mentitur. Ita autem habet: Aetolorum improbitas. Alcæus.

Thessaliæ hoc inhumata infletaq; turba, uiator,
Triginta tumulo millia contegimur,
Aetolûm uirtute, Latinorumq; perempti,
Quos Titus huc lata duxit ab Italia,
Perniciem Emathiæ. trux spiritus ille Philippi
Velceruos abijt prætereunte fuga.

C Hoc carmen uarijs in locis à multisq; cantatum, maiori Quinctiū, quàm Philippum affecit molestia. Hic enim Alcæum uicissim traducens, eius elegis hoc opposuit:

Quisquis es, Alcæo fixa hæc crux exit in auras
In rupe hac, folijs, & uiduata libro.

At Quinctium Alcæi uersus ita iritauerunt, ut quanuis Græcos summoperè coleret, tamen reliqua neglectis omnino Aetolis per se ipse gereret. Aegrè id tulerunt Aetoli: & cùm Quinctius legatos à Philippo de pacis conditionibus acturos admisisset, circum reliquas urbes profecti id clamitabant, pacem Philippo uendi, cum liceret hostem planè excindere, regnúmque, à quo primùm in seruitutem fuisset acta Græcia, euertere. Hæc illis uociferantibus, sociósque perturbantibus, ipse Philippus ad pacificationem profectus, suspicionem eam sustulit, Quinctij & Romanorum potestati se résque suas committens. Hoc pacto pax composita est, redditáq; Philippo Quinctius regnum Macedonicum, Græcia abstinere iusso, mulctatóque mille talentis Pax cū Philippo facta.

talentis, omnibusq́ præter decem solas nauibus: filium quoque eius A
Demetrium obsidem acceptum, Romam misit. Optimè profectò Quin-
Prudentia Quinctij. ctius est usus occasione, & futura animo præcepit. Iam tum Annibal
Afer, homo Romanis infensissimus, exul ad Antiochum regem uenerat:
Antiochus bellum molitur. eumq́ prosperis iam usum successibus, rerumq́ gestarum magnitudine
Magni cognomen adeptum, ideoq́ & ad principatum in omnes adspi-
rantem, & contra Romanos præsertim insurgentem, ut fortuna beni-
gnâ sese exhibente pergeret, instigabat. Quòd nisi prudenter Quinctius
præuidisset, ac propterea ad bellum pace componendum concessisset, fu-
turum erat ut & Antiochus bello aduersus Philippum in Græcia durante
aliquid moueret, hisq́ eius ætatis maximis atque potentissimis regibus
utrique communibus de causis societatem contra Romanos iungenti-
bus, in non leuiora denuò pericula atque certamina, quàm quibus bello
erat Annibalico defuncta, Roma incideret. Nunc ille opportunè pacem
inter duo interijciens bella, præsensq́ tollens antè quam alterum incipe-
ret, huius primā simul, & illius ultimam spem præcidit. Decem exinde le-
gati à Senatu missi Quinctio consuluerunt, ut libertate reliquis Græcis re B
stitutа, Corinthū, Chalcidem, ac Demetriadem præsidio imposito retine-
ret, ut eò tutiora ab Antiocho essent omnia. Hic uerò Aetoli calumnijs a-
lioquin noti apertis urbes Quinctij accusationibus agitabant, hunc com-
Compedes Græciæ. pedes (sic enim eas urbes solitus erat nominare Philippus) Græciæ sol-
uere iubentes, Græcos autem interrogantes, Ecquid propterea, quòd
numellam priore grauiorem quidem, læuiorem tamen ferrent, læto es-
sent animo, Quinctiumq́ ut benefactorem in oculis haberent: qui sanè
pedibus Græciæ solutis, collo eius uinculum iniecisset. Hæc grauiter
indigneq́ ferens Quinctius, deprecando apud Senatum tandem obti-
nuit, ut hæ quoque urbes præsidio liberarentur, utq́ integrum id eius
esset apud Græcos beneficium. Proinde cùm Isthmia celebrarentur, ac
multitudo hominum in stadio consedisset spectandi gymnici certaminis
causa, eò magis, quòd illo tempore Græcia à bellis uacabat, spemq́ liber-
tatis propositam cernens, manifesta in pace diem festum agebat: post-
quam tuba silentium undique est factum, progressus in medium præco,
Præconium libertate Græciæ. ita pronunciauit: Senatus Romanus, & T. Quinctius imperator con-
sul, deuicto Philippo & Macedonibus, absque præsidijs esse, liberos,
immunes, suis legibus uiuere iubet Corinthios, Locros, Phocenses, C
Euboenses, Achæos, Phthiotas, Magnetas, Thessalos, Perræbos. Pri-
mùm neque omnes planè, neque perfectè uocem præconis exaudie-
runt: erátque promiscua & tumultuaria in stadio commotio admiran-
tium, sciscitantium, repetique edictum poscentium. Vt uerò iterum
facto silentio altiori uoce eadem præco proclamauit, exauditúmque
èst ab omnibus edictum: tantus, quantum credibile uix sit, clamor præ
lætitia omnium exortus ad mare usque peruasit: quotquot in theatro
èrant, assurrexere omnes, neque iam quisquam certantium spectaculo
tenebatur, prosilire omnes, amplecti & alloqui Græciæ seruatorem at-
que propugnatorem properabant. Atque eo tempore id re ipsa appa-
14 tuit, quod de immenso immodicóque clamore dici solet. Corui enim
qui tum fortè præteruolabant, in stadium deciderunt. Cuius quidem
rei causa est aëris perruptio: nam cum uox magna atque multa effer-
tur, ea diuulsus aër uolantes non sustinet, facitq́ ut aues ita atque si in ua-
cuo sint loco, delabantur. nisi potiùs ictu tum quodam aëris aues, ueluti
sagitta

A fagitta transfixæ, deturbantur atq; decidunt. Poteſt & ad aëris uorticē ſeu procellam referri, cùm maris ille inſtar ob clamoris magnitudinem inuoluatur, rurſumq; cum impetu ſeſe explicet. Cæterùm Quinctius niſi celerrimè dimiſsis ludis impetum & concurſum populi, quem futurum præſenſerat, declinaſſet, haud profectò ſaluum potuiſſe euadere crediderim, tam multis ſimul undique ei ſe circumfundentibus. Poſtquàm eum uocando apud tabernaculum eius defatigati ſunt iam nocte appetente, amicis & ciuibus quos fortè uidiſſent conſalutatis, datoq; mutuo amplexu ad cœnam ſimul ſe, & potum contulerunt. Ibi aucta, ut fit, lætitia, in mentem uenit reputare, atque diſſerere de Græcia, quàm multis illa propter libertatem geſtis bellis, nunquam ea neque certiùs neque maiori cum uoluptate ſit potita, quàm alieno duce pro ipſis propugnante: cum quidem in præſentia propemodum abſque omni ea ſuo ſanguine luctúque præmium certaminum pulcerrimum optatiſsimumq; referret. Erant ſanè fortitudo & prudentia apud homines raræ: rariſsimum uerò ex omnibus bonis, uir iuſtus. Quippe Ageſilai, Lyſandri, Niciæ, Alcibiadesq; *Græcorum imperatorum facinora qualia.*
B terra mariq; duces bella rectè gerere, & hoſtem uincere norant: uictoria ad liberalem ineundam gratiam, & honeſtatem uti non norant. Quinimò ſi Marathonium prœlium, naualem pugnam Salaminiam, Platæas, Thermopylas, Cimonis ad Eurymedontem fluuium, & inſulam Cyprum 15
facinora tollas: omnes reliquas pugnas Græcia contra ſeipſam ſeruitutis inducendæ cauſa commiſit, omniaq; eius trophęa calamitati ipſius & turpitudini indicium præbent, plerunque malicia & contentionibus ducum euerſæ. Alienigenæ autem, qui fomites exiguos, leuemq; generis 16
communitatem annquitus deductam habere uiderentur, unde mirum erat ſi uel uerbo uel ſententia eorum in Græcos aliquid utilitatis redundaret, ij maximis periculis atque laboribus Græciam iniquis dominis atque tyrannis ereptam in libertatem uindicant. Hæc, & facta præconio conſentientia, Græcos mouebant. Statim enim Quinctius Lentulum in Aſiam amandauit, Bargyliatis libertatem redditum: Titillium in 17
Thraciam, qui ex urbibus ibi inſuliſq; Philippi præſidia deduceret: P. quoque Villius ad Antiochum nauigabat, cum eo de Græcorum, quos ſub ſe rex habebat, libertate collocuturus. Ipſe Chalcidem profectus, inde- *Græcia liberata.*
C q; naui ad Magneſiam aduectus, eiectis præſidijs reſpublicas populis reddidit. Secundum hæc Argis cum Nemea agerentur, præfectus ei ludicro, rectiſsimè confectis ludis, rurſum ibi præconis uoce libertatem Græcis confirmauit. Inde circum urbes profectus, bonas illis leges, iuſticiam, concordiamq; & amiciciam mutuam conſtituit, ſeditionibus ſedatis, reductiſq; exulibus. Nam neque minus gaudebat Græcorum à ſe facta reconciliatione, quàm uictoria de Macedonibus parta: & minima iam eius beneficiorum pars Græcis uidebatur eſſe libertas reddita. Xenocratem philoſophum, cùm eum Lycurgus rhetor publicanis ad 18
carcerem penſionis (quam inquilini Athenis pendere lege iubebantur) cauſa abducentibus eripuiſſet, illiſq; pœnas libidinis impoſuiſſet, ferunt obuiam factum Lycurgi filijs dixiſſe: Bonam ego parenti ueſtro gratiam refero: ab omnibus enim factum eius laudatur. Quinctio autem & Romanis ſua in Græcos beneficia, non laudem modò, ſed fidem præterea apud omnes homines, potentiamq; pepererunt: neq; accepere modò eorum duces miſſos, ſed ad ſe accerſerunt, ijſq; ſe dediderunt: & non populi tantùm atq; urbes, ſed & reges ab alijs iniuria affecti regib. ad Romanorum manus confugerunt. Itaq; breui tempore, fortaſsis Deo etiam

iuuante,

iuuante, omnia ipsis subdita sunt. Ipse uerò Quinctius liberatam à se Græ A
ciam summæ sibi glorię duxit. Delphis enim clypeos argenteos affigens,
suumq́ scutum, ita inscripsit:

Tyndaridæ reges, domini Lacedæmonis ample,
Veloces læti qui domuistis equos:
Hoc summum Græcis nos libertate reducta
Aeneades donum iussit habere Titus.

Auream quoq; Apollini coronam dedicauit, hac addita inscriptione:

Auro fulgentem Latona nate coronam
Hanc tibi in ambrosia cæsarie imposuit
Aeneadum dux magnus: & hoc te Phœbe precatur,
Sit uirtute sua gloria digna, Titus.

Bis Corinthiorum urbi de Græcis idem contigit. Nam & tunc Corinthi
Nero Græciam libertate donat.
Quinctius, & nostra ætate Nero ibidem Isthmijs celebratis Græcos li-
beros, suisq́ usuros deinceps legibus pronunciauit: Quinctius pręconis,
uti dictũ est, uoce: Nero autem ipse in foro de tribunali habita ad multitu
Bellum contra Nabidẽ
dinem concione. Porrò Quinctius mox honestissimo & iustissimo cõtra B
Nabidem Lacedæmoniorum sceleratissimũ & iniquissimum tyrannum
19 suscepto bello, in fine spes Gręcorũ delusit, cumq́ eum posset capere, pa-
cificationem prętulit, Lacedęmone in indigna seruitute relicta: seu quòd
uereretur ne tracto aliquandiu bello alius Roma dux missus gloriã inter-
ciperet: seu Philopœmenis honorib. offensus. Hũc em̃, cùm alijs in reb.
Philopœmenis gloria Quinctius offenditur.
omnib. Gręcorũ esset præstantissimus, tũ eo ipso in bello mira fortitudi-
nis atq; peritiæ militaris facinora edidisset, æqualem honore Quinctio
Græci statuẽtes, inq; theatris ornantes, Quinctiũ (ut erat æmulatio in eo
honorũ contentiosa) lędebãt, qui indignã putaret esse rẽ, si Romano con
suli pro Gręcia propugnanti Arcas, exigui & finitimi belli dux par habe-
retur. Veruntamen ipse Quinctius ita excusauit factũ suum, à bello se de-
stitisse, quòd uideret magno cum malo reliquorum Spartanorum, tyran-
num periturum. Quanquam autẽ Achęi multos ei honores decreuerunt,
nihil tamen magnitudinem beneficij æquare uidebatur, uno excepto mu
nere, quod ille omnibus habuit charius. Erat autem tale. Romanorum in
prœlijs contra Annibalem captorum permulti hinc inde uenditi in serui-
tute erant. Huiusmodi mancipia in Gręcia erant mille ducenta: quib. cùm C
semper misera fuit ista mutatio, tum uerò, ut par est, uel maximè, cùm in
filios, fratres, aut familiares inciderent liberos & uictores, serui ipsi atque
captiui. Hos etsi miserabatur Quinctius, dominis tamen non ademerat.
Achęi autem quingenis in capita denarijs persolutis eos redemerunt, in
unumq́ conductos uniuersos ei iam nauigaturo tradiderunt. itaq; ergo
læto animo soluit, cùm pro benefactis præclaram, & magno, ciuiumq́ a-
20 manti uiro conuenientem mercedem recepisset. Atq; hoc triumpho eius
multo, quàm reliqua omnia, plus splendoris attulit. Viri enim isti rasis
Triumphus Quinctij.
capitibus, & pileos gestantes (qui mos est seruorum cùm manumittun-
tur) Quinctium inuehentem sequebantur. Pulchrius etiam spectacu-
lum spolia longo ordine inuecta præbebant, Græcę galeæ, Macedonicæ
parmæ & sarissæ. Inferebatur uerò etiam pecuniæ haud exigua uis. Au-
21 tor est Itanus, inuecta eo triumpho auri conflati pondo fuisse ter mille
DCCXIII, argenti XLIII millia CCLXX, aureorum Philippeorum
XIIII millia DXIIII. Præter hæc, mille talenta Philippus debebat. Sed
hæc postea temporis maximè Quinctio persuadente Philippo remise-
runt, sociumq́ eum suum uocauerunt Romani, filio etiã obside liberato.

Cùm

A Cùm Antiochus multis nauibus, magnoq́ cum exercitu in Græciam traiecisset, urbesq́ ad defectionem moueret, & factionibus agitaret, Aetolis (hi iampridem aduersus populum Romanum hostiles animos gerentes, libertatem se Græcis reddituros ad prætexẽdam belli causam iactabant. Neq́ uerò Græci iam antè liberi eorum opera indigebant: sed cùm honestior in speciem causa belli deesset, pulcerrimum nomen saltem prætendebant, eoq́ Antiochũ uti docebant) illis igitur eum adiuuantibus: Romani magno metu defectionis Græcorum oblato, potentiaq́ Antiochi territi, ducem bello gerendo constituerunt M' Acilium, eiq́ T. Quinctium propter Græcorum cõsuetudinem legatum addiderunt. Hic ut primùm uisus est in Græcia, partim confirmauit, partim ægrotare incipientes, gratia apud eos sua ueluti tempestiuè exhibito medicamento sanos seruauit, & à peccando retinuit: pauci quidam eum fugerunt, præoccupati iam penitus, & corrupti ab Aetolis. Quin & Aetolos ipsos, quãquam iritatus ab ijs grauiter, post pugnam seruauit. Victus enim ad Thermopylas Antiochus, fugatusq́, confestim in Asiam nauigauit. Acilius autem consul Aetolos partim ipse obsidebat, partim Philippo excindendos permittebat. Antiochi bellum, & Aetolorum improbitas. Quinctius deprecator pro Aetolis.

B Ita cum Philippus Dolopum, Magnetum, Athamanum, & Aperantiorum res ageret atq́ ferret, consul Heraclea direpta Naupactum ab Aetolis occupatam in obsidione haberet: Quinctius Græcorum miseratione uictus ex Peloponneso ad hunc nauigauit. Ibi primùm increpauit, quòd uictor ipse præmiũ uictoriæ Philippo concederet, iraq́ indulgens unam urbem obsidendo tempus tereret, Macedonibus interim populos haud paucos, ipsosq́ reges deprædantibus. Deinde cùm obsessi eum à muro conspicati, manibus protẽtis ueniam & opem implorarent, nihil quidem tum dixit, sed auertit se, flensq́ discessit. Pòst cum Manio collocutus, irã eius leniit, & obtinuit, ut induciæ Aetolis darentur, spaciumq́ mittendi Romam legatos, & tolerabilem pacis conditionem petendi. In deprecando autem pro Chalcidensibus apud eundem plurimum certaminis atq́ laboris sustinuit, quib. Manius grauissimè irascebatur. Etenim Chalcide Antiochus, cõmisso iam bello, præter & ætatem (erat enim iam natu magno) & temporis rationem Neoptolemi cuiusdam filiam, omniũ (ut existimabatur) uirginum formosissimam amore correptus uxorem duxerat. His nuptijs factum est, ut impensè regis partes Chalcidenses amplecterentur, eiq́ urbem suam receptaculo belli futurã traderent. Antiochus à prœ

C lio celeritate summa fugiens, Chalcidẽ accessit, puellaq́, pecunijs, & amicis receptis in Asiam auectus est. Acilium autẽ illicò contra Chalcidenses irato animo proficiscentem, Quinctius subsecutus leniit atq́ deprecatus est: tãdemq́ & hunc, & primores Romanorũ orãdo placauit. Hoc pacto Chalcidenses salute recepta, pulcerrima & maxima eorũ quæ apud ipsos erant donaria, Quinctio consecrauerunt: quorũ inscriptiones etiam hodie ea leguntur: Chalcidenses seruat.

Populus Tito & Herculi Gymnasium D. & alibi: Populus Tito & Apollini Gymnasium. Nostra quoq́ adhuc ætate ibi sacerdos creatur Quinctio: & post rem diuinam ei factam, pæanem canunt, cuius nos finẽ, cætera enim prolixiora sunt, tantùm referemus:

Fidem Romanam candidissimam
Iuramentis constantibus colamus.
Puellæ canate Iouem magnum,
Romamq́, Titumq́, & Romanorum fidem.
Iò Pæan, ò Tite seruator.

Dignis

Dignis eum honoribus etiam Græci affecerunt: &, quod honor uerus ut A
sit efficit, mirabili sunt propter morum eius mansuetudinem prosecuti be
neuolentia. Etenim si cum quibusdã ei uel negocij alicuius causa, uel per
certamen de honore dissidium incidisset, ut cum Philopœmene, ac dein-
Quinctij in colloquto & contentione modus. de cum Diophane Achæorum prætore, non erat grauis ipsius ira, neq; ea
ad agendum quicquam asperius efferebatur: sed in sermonis ciuili liber-
tate consistebat. Neq; cuiquam acerbus, multis mobilior, & leuis natura
uisus est: alioquin in consuetudine iucundus admodum, inq; dicendo &
Dicta scitè. scitus & gratiosus. Achæos quidem Zacynthum insulam sibi uendicare
intendentes dehortans, periculosum fore dixit, quemadmodum testudi-
nibus extra testam, ita ipsis extra Peloponnesum caput protendentibus.
Philippo, quo tempore primùm pacificationis causa congressi sunt, di-
centi illum cum multis, se solum adesse: Istam, inquit, circa te solitudinem
Dinocrates. ipse occidendo amicos & propinquos effecisti. Dinocrates Messenius
Romæ in conuiuio inebriatus, sumpto muliebri indumento saltauit: po-
stridie ad Quinctium uenit, auxiliumq; ab eo petijt, Messenem ad defe-
ctionem ab Achæis pertrahere moliri se dicens. Tum Quinctius: De hac B
De copijs Antiochi. quidem re deliberabo: te uerò miror, qui tantas res aggressus, saltare & ca
nere inter pocula possis. Apud Achæos cùm legati Antiochi ingentem
exercitus regij multitudinem uarijs appellationibus enumerarent: Cœ-
23 naui, inquit, Quinctius, aliquando cum hospite meo: carpiumq; multitu-
dinem reprehendenti mihi, simulq; mirato ubi nam tam uarios cibos ue-
nales inuenisset, respondit ille, Suillas omnes esse carnes, coquẽdo & con
dimentis diuersitatem istam effectam. Proinde uos etiam, ô Achæi, noli-
te admirari copias Antiochi, cùm hastatos, contiferos, pedites auditis no
minari: Syri enim hi sunt omnes, armatura distincti. Confectis Græcis re-
Censura Quinctij. bus & Antiochico bello Quinctius censor (qui est maximus magistra-
tus, ac quodammodo graduum in repub. summus atq; postremus) factus
est cum Marcello, Marcelli eius qui quinquies consul fuit, filio. Senatu
24 mouerunt quatuor non admodum illustres uiros. Ciuium numero cen-
Mutatio cẽsure facta à trib. pl. Terentio. suerunt, quotquot liberis essent parentibus nati: coacti à Terentio Culeo
ne trib. plebis, qui in fraudẽ optimatium populo hæc decernere persuase-
rat. Eo tempore nobilissimi omnium, ac maximi duo uiri Romæ inter se
dissidebant, Scipio Africanus, & M. Cato. Ex his Scipionem Quinctius C
25 principem Senatus legit, ut optimum & primũ eius ordinis uirum. Cum
Catone autem inimicicias hoc motus casu suscepit. Fratrem habebat
L. Quinctij delictũ, & pœna. Quinctius L. Quinctium Flamininum, cùm alijs in reb. diuerso ingenio,
tum uoluptatibus illiberaliter deditum, decoriq; negligentissimum. Is
puerum à se adamatum, etiam magistratum gerens secum habebat, ac per
prouincias circumducebat. Atq; hic quodam in conuiuio lasciuẽ demul-
cendi amatoris causa, tanto se eius amore teneri dicebat, ut quanuis nun-
quam hominis necem inspexisset, uidere autẽ peruellet, tamen cùm esset
gladiatorum spectaculum, uoluptatem quam ex eo potuisset summam
percipere, amori posthabuerit, cumq; ipso, ludis neglectis, abierit. His
oblectatus Lucius: Nihil, inquit, mali est: ipse enim cupiditati tuæ satisfa-
ciam. Simulq; unũ de damnatis ex carcere adduci mandauit: eiq; in con-
uiuium accitus carnifex iussus est collum amputare. Valerius Antiàs, non
in amasii, sed meretricis gratiam factum ait. Liuius in oratione ipsius Ca-
tonis ita scriptum asserit: Sedente in conuiuio L. Quinctio, Gallum per-
fugam cum uxore & liberis ad fores uenisse: hunc intromissum, & in gra-
tiam amasii L. Quinctium sua eum manu interfecisse. Hoc exaggerandi
criminis

A criminis causa à Catone dictum probabile est. Equidem non perfugam fuisse cæsum, sed captiuum atque condemnatum, id & alij multi, & Cicero in libro de senectute testis est, ipsi quidem eius rei narrationē Catoni adscribens. Cato censor factus, & senatū repurgans, eo eiecit L. Quinctium consularem: & uerò ad fratrem quoque eius pertinere ea nota uidebatur. Quamobrem uterque Quinctius sordida ueste, lacrymisque madidi ad populum progresi, id quod iniquum non uidebatur petebant, uti causam ederet Cato & rationem, qua usus illustrem familiam tanta ignominia affecisset. Cato nihilo remissior factus, cum collega ad populum prodijt, quæsiuitque ex Tito, an conuiuij illius acta cognita haberet. Negante Tito, ipse narrauit, Lucioque, si quid dictum falsò putaret, iuramētū detulit. Hoc tacente, populus iustam censuræ causam fuisse iudicauit, Catonemque magnificè à tribunali deduxit. At T. Quinctius ob fratris casum ingenti dolore perculsus, cum ijs qui iampridem oderant Catonem facta coitione, omnes ab eo factas publicarum rerum locationes, & uenditiones rescidit, senatu in suam sententiam pertracto. Multa etiam & grauia contra

B eum iudicia constituit: haud scio quàm rectè aut ciuiliter extremas contra legitimum magistratum, ciuemque optimum propter meritò punitum necessarium suum inimicicias exercens. Veruntamen Romæ ludis quibusdam cùm senatus, ut erat moris, primo loco splendidè consedisset, L. Quinctium extremo loco abiectè & ignominiosè sedentem ut uidit multitudo, miseratione commota non tulit eum aspectum, sed clamore subla to honestiorem ad sedem transire iusserunt, & transeuntem consulares ad se receperunt. Porrò autem quandiu sufficientem materiam, ut istis, quæ diximus, in bellis, habuit honoris cupiditas, qua flagrabat Quinctius, laudem ei attulit: itaque etiam tribunus militum fuit, nulla eius necessitate incumbente. At postquàm priuatus esse cepit ætate iam prouectior, in repræhensiones incurrit, quod in reliqua etiam uitæ parte ab agendo uacante animi sui affectus, gloriæ cupiditate gliscentes, & sese iuueniliter efferētes reprimere non posset. Huiusmodi ut uidebatur impetu etiam contra Annibalem elatus, multos offendit. Is Annibal cùm Carthagine profugus apud Antiochum regem egisset, hoc post acceptam in Phrygia cladem cupidè pacis cō ditiones accipiente, iterum solum uertens post mul-

C tos erores tandem in Bithynia apud Prusiam substitit: nemine quidem Romanorum hoc ignorante, sed omnibus eum propter imbecillitatem & senectutem negligentibus, tanquam proiectum à fortuna hominem. T. autem Quinctius alijs quibusdam de causis ad Prusiam legatus à senatu, ibi degētem Annibalem uidens, indignè tulit eum hominem uita adhuc frui: ac Prusiæ multis deprecanti pro supplice ac familiari suo, nihil concesit. Oraculum fertur antiquum de Annibalis exitu tale fuisse:

L. Quinctium in suā dignationē restitutus.

Tribunus militum gesto consulatu fit Quinctius.

Vt Annibā lem ad mortem compulerit.

Libyssa gleba corpus Annibalis teget.

Oraculo falsus Annibal.

Itaque Annibal de Libya dictum opinabatur, seque uitam Carthagine finiturum, & ibi sepultum iri putabat. Est autem in Bithynia locus ad maris littus: iuxtaque pagus non magnus, Libyssa nomine: hic habitabat Annibal. Semper uerò Prusiæ molliciei diffidens, Romanosque metuens, ex suo domicilio septem exitus subterraneos habebat, cuniculis omnibus in diuersa loca occultè & procul ab eo domicilio ducentibus. Audito igitur Quinctij mandato, fugam per cuniculos tentauit: sed in regiam custodiam incidens, mortem sibi ipse consciscere decreuit. Quidam perhibent ueste collo circumiecta seruo mandasse, ut genu suo in eius coxendicem fixo, corporeque ad summum supinato, uehementer eam traheret

Libyssa.

Annibalis mors.

atque inuolueret, tantisper dum ipsum intercluso spiritu necaret. Alij, imitatum Midæ & Themistoclis interitum, sanguinem tauri hausisse. Liuius pharmacum quod in promptu haberet infudisse scribit, sumptoque calice hæc dixisse: Liberemus tandem diuturna solicitudine Romanos, qui inuisi senis mortem expectare longum putant atque graue. neque uerò Quinctius admiratione dignam referet uictoriam, neque maioribus dignam: qui Pyrrhum hostem, eumque bello superiorem missis nuncijs de futuro ueneficio monuerunt. Hunc fuisse uitæ finem Annibali memoriæ proditum est. Senatus postquam de his est factus certior, haud paucis importunus esse Quinctius est uisus, nimisque curiosus, & crudelis, qui ueluti auem pro senio iam uolandi facultate priuatã, eoque defectu cicuratã & uita ultro donatam, Annibalẽ interfecisset nulla urgente necessitate, sed ut gloriam sibi cædis eius autor dictus augeret. Tanto magis Africani Scipionis clementiam & magnanimitatem referentes admirabantur: qui inuictum ante & terribilem Annibalem in Africa cùm prœlio uicisset, neque expulerat, neque dedi sibi à ciuibus eum poposcerat: quin & ante pugnam amice fuerat cum eo collocutus, & parta uictoria pacem componens nihil contra eum tentauerat, neque fortunæ eius insultauerat. Hoc etiam traditum est, Ephesi eos iterum congressos: atque ibi honestiorem in deambulatione locum Annibale sibi uendicante, æquo animo id tulisse Africanum. De ducum inde præstantia quæstione oborta, atque Annibale præstantissimum imperatorum fuisse Alexandrum dicente, inde Pyrrhum, tertio loco sese, placidè subrisisse Scipionem, & dixisse: Quid ergo, si te ego non uicissem? Ad hæc Annibalem: Vtique, Scipio, tum non tertium mihi, sed primum tribuissem locum. Hæc plerique in Scipione laudantes, Quinctium reprehendebant, qui homini ab alijs prostrato manus intulisset. Neque defuere tamen, qui id factum laudarent. Annibalem, quantisper uixisset, ignem esse rati, qui nihil quàm exuscitantem desideraret: neque enim ætate adhuc ualida corpus eius manum'ue Romanis terrori, sed calliditatem peritiamque cum innata acerbitate & odio fuisse: horum nihil senectute ademptum. Idem nimirum ingenium manere, fortunam mutari: quæ spe oblata ad aggrediendum aduersarium eos incitet, qui perpetua odia hostiliter exercent. Et uerò quæ consecutæ sunt res, Quinctio patrocinatæ sunt. Nam & Aristonicus à citharœdo genus ducens, Eumenis nomine abusus omnem Asiam seditionibus & bellis repleuit: & Mithridates à Sylla & Fimbria superatus, tantamque militum ducumque suorum cladem passus, terra marique rursus contra Lucullum summis uiribus insurrexit. Imò autem ne C. Mario quidem abiectior tum Annibal erat, quippe cum & regem amicum, & res necessarias, & familiares haberet, nauibusque, equis & militibus exercendis instruendisque uacaret: & tamen Marij fortunam Romani ridentes uagantis, & in Africa mendicantis, paulo pòst eundem Romæ iugulati flagrisque cæsi adorauerunt. Adeò, si futura respicias, nihil in præsentia neque magnum est, neque paruum: sed idem & mutationum fortunæ & uitæ est finis. Idcirco etiam quidam hoc Quinctium non suo arbitrio egisse aiunt, sed legatum fuisse cum L. Scipione missum: nullo quidem, nisi Annibalis morte, alio fine ei legationi proposito. Sed enim quòd nulla post hæc neque ciuilis, neque bellica T. Quinctij actio nobis comperta est, atque is etiam in pace mortem obijt: restat ut comparationem ipsam inspiciamus.

Africani moderatio.

Annibalis cum Scipione congressus Ephesi.

Odia perpetua.

Aristonicus.

Mithridates.

Fortuna.

Philo-

A PHILOPOEMENIS ET T. QVINctij comparatio.

Ac primùm magnitudine beneficiorum in Græcos collatorum, neque Philopœmen, neq; quisquam etiam ex ijs, qui multi fuerunt eo præstantiores, æquari Quinctio potest. Illis enim contra gẽtiles suos bellum fuit: huic non Græco pro Græcis: & quo tempore Philopœmen ciuibus suis bello presis auxilium ferendi facultate destitutus in Cretã abijt, eo Quinctius in media Græcia uicto Philippo nationes & urbes Græcas liberauit. Si utriusque pugnas examines, plures Græcos Philopœmen dum Achæorum esset prætor, quàm Macedonas Quinctius Græcis opitulans interfecit. Si peccata eorum componas, peccandi causam huic gloriæ cupiditatem, illi in cõtendendo pertinaciam fuisse inuenies: eratq; hic irritabilis, ille implacabilis. Nam & Philippo regiam dignitatẽ seruauit Quinctius, atq; Aetolis ignouit: & Philopœmen per irã patriæ reditus ex agris uicinis ademit. Præterea ille quibus benefecisset, eosdem constanti beneuolentia prosecutus est: hic facilè iræ cedens gratiam abiecit. Nam de Lacedæmonijs præclarè meritus, pòst & mœnia eorum solo æquauit, & agrum ademit, & ipsam ad extremum reipub. formam mutauit atque perdidit. Videtur etiam iræ indulgens atq; contendendi studio uitam proiecisse, non capta occasione, sed celerius quàm ex re erat Messenem properans. Contrà Flamininus omnia sua militiæ consilia prudenter & tutò administrauit. At enim Philopœmen multitudine bellorum atque trophæorum suam rei bellicæ peritiam euidentiorem fecit. duobus enim pugnis aduersus Philippum debellatum est: ille innumeris prœlijs feliciter factis nullam omnino fortunæ de uictoria cum scientia disceptandi materiam reliquit. Et alter Romanorum opibus maximè florentibus usus est, alter iam ad interitum uergentibus rebus Græcis effloruit: ut huic propria laus factorum, illi cum suis communis esse uideatur: cùm quidem alter bonos duxerit, alter dux factus bonos & fortes suos effecerit. Sanè id quoque, quòd hic cum Græcis suis decertauit, infelix quidem, ualidum tamen uirtutis ei suæ declarandæ argumentum præbuit: nam inter pares præstantior utique habetur, qui uirtute est superior. Atqui ea ratione cum bellicosissimis Græcorũ Cretensibus ac Lacedæmonijs bella gerens, astutissimos dolo, fortissimos audacia uicit. Ad hæc Quinctius iam antè constituta militiæ & ordinum ratione usus est: Philopœmen nouam intulit, priorem q; mutauit. ut id quod uictoriam maximè continet, hic cùm non extaret inuenisse, ille auxilio eius tantùm usus intelligatur. Manu quoque propria Philopœmen multa & magna facinora edidit: alter nihil planè. Itaque eum cauillatus est Aetolus quidam Archidemus, quòd dum ipse stricto gladio in pugnãtes & confertos Macedones incurreret, Flamininus supinas interim cœlo manus intenderet, stansq; uota faceret. Porrò etiam Quinctius quæcunque præclarè gessit, aut imperator, aut legatus gessit: Philopœmen priuatum se nihilo quàm cum dux esset Achæis segniorem minus'ue utilem præstitit. Priuatus enim Nabidem Messena eiecit, & Messenios liberauit: priuatus Diophanem Achæorum prætorem, & Romanum consulem Sparta exclusit, Lacedæmoniosq; seruauit. Adeò natura ad gerenda imperia factus, non secundum leges, sed ipsis etiam legibus præesse ad utilitatem comunem norat: neque opus ei erat ut à subditis imperator crearetur, sed ipsis quoties res postulabat utebatur: eum potiùs, qui curam ipsorum gereret, quàm

Beneficia in Græcos.

Iracundia Philopœmenis.

Archidemi in Quinctij cõma.

B

C

F 2 quem

quem ipsi delegissent, ducem esse existimans. Generosi sane fuit animi A
humanitas & benignitas, quam Quinctius Græcis exhibuit: generosioris, constantia & libertatis studium, quibus aduersus Romanos usus est Philopœmen. Est enim facilius gratificari indigentibus, quàm resistendo potentiores offendere. Sed quoniam ita istis examinatis discrimen inter ipsos difficile est cernere, cogitandum tibi relinquo, si Græco rei bellicæ, artiumque imperatoriarum peritiæ palmam, Romano iusticiæ & bonitatis gloriam tribuamus, probe'ne arbitrium tulerimus.

PLVTARCHI PYRRHVS,

[redacted]

Augustano interprete.

1 T RADITVM est memoriæ, secundum diluuium Phaëthontem, qui unus de eorum numero fuerit qui cum Pelasgo in Epirum transiuerunt, primum Thesprotis & Molosis imperasse. Quidam Deucalionem & Pyrrham condito apud Dodonam templo, iuxta illud in Molosis habitasse ferunt. Postea temporis Neoptolemus Achillis F. populo adducto eam regionem tenuit, regumque successionem post se reliquit. Pyrrhidæ reges isti uocabantur: nam & Pyrrhus ipse (hoc est rufus) in puericia cognominatus fuit, & legitimorum suorum ex Anassa Cleodei filia, qui Hyllum patrem habuit, filiorum uni nomen id imposuit. Hinc Achilli honores in Epiro diuini sunt habiti, quem ipsi sua lingua Aspetum (quod est Magnum) cognominant. Cùm autem reges qui primis istis successere, ad Tharrytam usque barbari fere, & cùm uita, tum potentia ignobiles fuerint: hunc primum perhibent Græcis moribus literisque, & humanis legibus urbes composuisse, eaque re nomen sibi parasse. Tharrytæ filius fuit Alcetas, huius Arybas: hoc, & Troiade natus Aeacides. Hic in matrimonio habuit Phthiam, filiam Menonis Thessali, illustris uiri, & cuius bello Lamiaco inter socios post Leosthenem summa fuit autoritas. Phthia Aeacidæ filias duas, Deidamiam & Troiadem, peperit, filiumque Pyrrhum. Sed postquàm Molosi eiecto per seditionem Aeacide, Neoptolemi liberos in regnum reduxerunt, amicis Aeacidæ, quotquot compræhensi fuissent, necatis: Pyrrhum adhuc infantem Androclides & Angelus inimicis inquirentibus suffurati aufugerunt, seruis paucis & mulierculus quæ infantem nutrirent necessariò unà abductis. Is comitatus cùm fugam difficilem atque tardiorem efficeret, imminentibus hostibus infantem Androcleoni, Hippiæ, & Neandro, fidis atque robustis iuuenibus tradiderunt, mandato ut quàm possent maximè Megara, (oppidum est Macedonicum) contenderent: ipsi uero partim deprecando, partim pugnando insequentes usque ad uesperam detinuerunt. Vix tandem illis regressis, eos, qui Pyrrhum gestabant, cursu assecuti sunt. Iam tum sol occubuerat, cùm ad fluuium, qui iuxta urbem labitur, peruenerunt: hoc illis subitò impedimentum, cùm prope id quod sperabant, assecuti essent, obiectum est. Erat fluuius & aspectu hor-

Marginal notes: B (beside "Quidam Deucalionem"); Regni Epirotici origo.; 2 (beside "tus fuit"); Genus Pyrrhi.; C (beside "in matrimonio"); 3 (beside "cuius bello Lamiaco"); Megara.

A ctu horribilis, & transitum nulla ratione inueniebant: turbidus enim, aquaq; pluuia tumens fluebat: augebat etiam terrorem nox. Quare difficili transitum ipsi soli tentare, cum quidem infans & nutriculæ flumio essent commitendi: ubi in altera ripa incolas quosdam stare animaduerterunt, ut se in traijciendo amne adiuuarent, simul Pyrrhum ijs monstrantes supplici clamore orauerunt. Sed cùm his clamantibus, illis præ fragore & strepitu aquę uerba non percipientibus tempus traheretur, quidam eo animaduerso librum de quercu detraxit, eiq; fibula inscripsit suam necessitatem, infantisq; fortunam: tum corticem lapidi, ut ad iactum pondus esset, circumligans, trans amnem iecit: alij iaculo affixum, itaq; transmissum ferunt. Oppidani lectis literis, & festinatione opus esse cognito, cælis arboribus atque colligatis traiecerunt. Forte fortuna ei, qui primus traiecit, atq; Pyrrhum accepit, Achilles nomen fuit: reliquos cæteri, ut casus tulit, transportarunt. Sic seruati, & insequentium manibus elapsi, in Illyrium ad Glauciam regem eius gentis peruenerunt: hunc ubi domi cum uxore sedentem reperissent, puerum in medio ad terram de-
B posuerunt. At Glaucias, quòd Casandrum Aeacidæ inimicum metue- 4
ret, cogitabundus aliquandiu responsum retinuit. Interim Pyrrhus sponte sua prorepens uestem eius apprehendit, eamq; tenens ad genua se regis erexit: ut risum primò, inde miserationem mouerit, supplicis instar cum lacrymis deprecans. Quidam non Glauciæ supplicasse, sed aram Dei manibus complexum adstitisse aiunt: idq; diuinitus factum Glauciam putasse. Proinde Pyrrhum statim uxori tradidit, interq; suos liberos educari iussit: & paulò pòst hostibus eum poscentibus, Casandro etiam ducenta talenta offerente, non dedidit: sed annos natum duodecim, cum exercitu in Epirum reduxit, & regem constituit. Fuit Pyrrhus uultu regio quidem, sed terribiliore quàm uenerabiliore. Non habuit multos 5
dentes, sed suprà erat unum os continuum, in quo dentium interualla tenuibus ueluti sulcis delineabantur. Liene laborantibus salutem adferre credebatur, si gallum album mactans, supinatis illis dextro pede leuiter splenem premeret: neque fuit quisquam ita uel pauper, uel uilis cui rogatus eam medicinam facere dedignaretur: gallum ipse Pyrrhus accipiebat, atque immolabat, isq; ei erat honor gratissimus. Et ferunt pedis eius
C pollicem uim diuinam habuisse, atque etiam cremato post mortem corpore, hunc illæsum intactumq; ab igne fuisse repertum. Annum agens ætatis decimum & septimum, cum iam stabilissimè uideretur regnum tenere, ad nuptias unius de filijs Glauciæ, inter quos fuerat educatus, peregrè est profectus. eam nacti occasionem Molossi rursus seditione mota amicos eius expulerunt, pecunias diripuerunt, seq; Neoptolemo subiecerunt. Sic regno exutus Pyrrhus, & ab omnibus destitutus, ad Demetrium Antigoni F. concessit. nam Pyrrhi sororem Deidamiam puellam adhuc Alexandro Roxanæ F. desponsatam, rebus eorum calamitate euersis, Demetrius iam uiro maturã duxerat. In magno illo ad Ipsum prœ- 6
lio, quo omnes terrarum reges decertauere, Pyrrhus Demetrio adfuit, iuuenis adhuc, hostemq; à sua parte fudit, illustrisq; fuit ea ipsius pugna. Neque uerò Demetrium aduersa usum fortuna deseruit: sed & urbes Græciæ sibi ab eo commissas, custodijt, & Demetrij cum Ptolemæo facta pactione, in Aegyptum obses iuit. Ibi Ptolemæo in uenationibus & gymnasijs robur suum tolerantiamq; laborum probauit. Berenicen uerò inter eius uxores potentia, uirtute, & prudentia primas tenere cernens,

Pyrrhus regno suo excidit.

Demetrio se coniungit.

impensè coluit:(ut erat callidus sui commodi causa in gratiam potentio- A
rum se insinuandi, ac contrà abiectiorum contemptor) uitæ autem mo-
destam & elegantem rationem tenuit. His itaque artibus meruit, ut de
multis regijs iuuenibus unus deligeretur, cui Antigona (hanc Bereni-
ce Philippo pepererat, priusquàm Ptolemæi uxor fieret) in matrimo-
nium daretur. Post has nuptias aucta gloria, fideli usus uxore, effecit ut
accepta pecunia & copijs in Epirum regni sui recuperandi causa mittere-
tur. Plerique odio Neoptolemi, cuius graue erat & uiolentum regnum,
aduentum eius non ingratum habuerunt: ueruntamen metuens Pyrrhus,
ne is ad regem aliquem alium se adiungeret, communicato regno fœdus
cum eo & amiciciam inijt. Non defuerunt deinde, qui eos occultè alte-
rum aduersus alterum iritarent, atque suspiciones aduersas immitterent:
sed causa, quæ præcipuè Pyrrhum commouit, hæc fuit. Mos erat ut in Paſ-
sarone (Molossiæ locus est) reges Ioui Areo (Martium, seu bellicosum
Latini dicerent) sacrificantes, iuramento se populo obstringerent, impe-
raturos se secundum leges: ac uicissim iuraret populus, ex legum præ-
scripto se regnum conseruaturum. Id tum præsente utroque cum ami-
cis rege agebatur, donaq; multa & accipiebant, & largiebantur. Ibi Ge- B
lo Neoptolemo fidus uir Pyrrhum amicè complexus duobus boum ara-
torum iugis donauit. Hos à Pyrrho donum sibi petijt Myrtilus pocil-
lator, & alij bobus illis dono datis, indignè repulsam tulit. Non fefel-
lit Gelonem: is itaque Myrtilo ad cœnam uocato (quidam inter pocu-
la etiam obscœnam libidinem Gelonis propter pulcritudinem passum
aiunt) persuadere aggressus est ut Neoptolemi partibus accederet, Pyr-
rhumq; ueneno necaret. Myrtilus cùm probari sibi consilium simulaſ-
set, Pyrrho renunciauit, iussuq; eius (uolebat enim pluribus testibus
flagitij huius inimicum conuincere) Alexicratem pincernarum primum
Geloni tanquã insidiarum socium futurum commendauit. Hoc pacto
Gelone decepto, etiam Neoptolemus unà falsus, insidiasq; processuras
ratus, non continuit se quin rem cum amicis communicaret. Et quodam
tempore cum sorore Cadmia conuiuium agitans, idem effutijt, nemi-
nem alium audire putans: neque enim aderat quisquam, præter Phæna-
retam, uxorem Samonis, qui Neoptolemi armentis & gregibus præ-
erat. ea quodam in lectulo iacens, faciemq; parieti obuertens cùm dor- C
mire putaretur, inscijs ipsius omnia audijt: ac postridie quæcunque au-
dijsset Neoptolemum sorori referentem, omnia Pyrrhi uxori indicauit.
His cognitis Pyrrhus, in præsens re dilata, pòst sacrificio celebrato Neo-
ptolemum ad cœnam uocatum interfecit: primos Epirotarum sibi fa-
uere intelligens, hortariq; ut Neoptolemum tolleret, neque exigua par-
te regni contentus esset, sed naturam suam secutus maiores res aggrede-
retur: simulq; suspicione insidiarum accedente, eum necare occupans.
Porrò in memoriam Ptolemæi, & Berenicæ filiolũ sibi ex Antigona na-
tum Ptolemæum nominauit, & urbe quam in Epiri Chersoneso condi-
derat, Berenicidis nomen imposuit. Post hæc multa iam & magna ani-
mo agitans, maximè autem ac primò omnium uicinis rebus spe inten-
tus, ut se Macedonicis negotijs immisceret, hanc nactus est ansam. An-
tipater Casandri filiorum maior, matrem Thessalonicam occiderat, &
fratrem suum Alexandrum expulerat. Hic & ad Demetrium auxilij
petendi causa misit, & Pyrrhum acciuit. Demetrio igitur propter oc-
cupationes cunctante, Pyrrhus auxilij præmium Nymphæam, & Mace-

doniæ

In Epirum redit.

Neoptolemum interficit.

A doniæ oram maritimam, & ex gentibus bello subactis Ambraciam, Acarnaniam, atque Amphilochiam poposcit: hæcque tradente Alexandro præsidijs tenuit, reliqua illi recuperans Antipatri opes accidit. Cæterùm Lysimachus rex Antipatro opitulari cupiens, cùm & ipse occupationibus ab ea re detineretur, Pyrrhum uerò nosset nulla in re ingratum esse Ptolemæo uelle, aut quicquam ei denegare: fictas Ptolemæi nomine literas ad Pyrrhum misit, quibus eum hic acceptis ab Antipatro trecentis talentis bellum deponere iuberet. Epistola aperta Pyrrhus statim fraudem Lysimachi deprehendit: non enim usitata illa salutatio, Pater filio salutem; sed ita scriptum erat: Rex Ptolemæus regi Pyrrho. Id etsi exprobrauit Lysimacho, tamen pax facta, & conuentum est in unum locum, ut hostijs cæsis fœdus sanciretur. Capro, tauro, & ariete adducto, aries fortuitò mortuus est: id alijs ridentibus, Theodorus aruspex Pyrrhum ne iuraret prohibuit, dicens diuinitus uni ex regibus mortem portendi. Hoc modo à pace componenda Pyrrhus destitit. Demetrius autem rebus Alexandri iam constitutis *Hostiæ ostentum.*
B aduenit: & statim metum ei obijciebat, quòd eo tempore uenisset, quo præsentia ipsius non desideraretur. Paucis diebus cum una fuissent, & alteri alter diffidens insidias tenderet, Demetrius capta occasione præuertit Alexandrum, eóque adolescente necato rex Macedoniæ est dictus. Iam Pyrrho Demetrius & alia quædam obijciebat, & incursiones etiam ab eo in Thessaliam factas: & auaricia, potentiæ innatum malum, uicinitatem suspectam ipsis atque infidam reddebat: auctæ erant etiam offensæ, postquàm Deidamia è uiuis excesserat. Itaque ut Macedoniæ partem uterque tenentes mutuò commissi sunt, maioresque dissidium occasiones reperit, Demetrius contra Aetolos profectus, ijs superatis, & Pantaucho duce cum magno exercitu ibi relicto, ipse contra Pyrrhum, Pyrrhusque ut se peti sensit contra Demetrium duxit. Verùm in itinere errore factum est, ut mutuò non occurrerent. Demetrius in Epirum facta impressione prædatus est: Pyrrhus in Pantauchum incidit, ac cum eo prœlium commisit. Et militum, & ipsorum multo magis imperatorum aere fuit illud certamen. Etenim Pantauchus, qui inter Demetrij duces extra controuersiam uirtute,
C manu, ac uiribus corporis esset præstantissimus, audax, elatique uir animi Pyrrhum ad pugnam prouocârat: & Pyrrhus, qui nemini regum fortitudinis gloriæque palmam concederet, Achillisque nomen uirtute magis quam natalibus sibi uendicare uellet, per primam aciem Pantaucho obuiam prodierat. Primùm hastis res, inde comminus gladijs perite aeritérque gesta est. Pyrrhus uno uulnere accepto, impositis duobus uno in femur, altero in collum deiecit Pantauchum: sed is ab amicis cædi ereptus est. At Epirotæ uictoria regis sui elati, mirantique eius uirtutem, Macedonicam phalangem ui dissiparunt, instantésque fugientibus multos trucidarunt, quinque millia uiuos ceperunt. Certamen hoc non tantum apud uictos iræ, odij'que contra Pyrrhum, quantum eius gloriam, uirtutisque admirationem & prædicationem apud eos excitauit, qui facinora eius coràm in pugna uidebant. Nam & uultu, & celeritate, & motu eum similem esse Alexandro arbitrabantur: eiúsque in prœlio impetus atque uiolentiæ in hoc umbram atque imitationem cerni: reliquos reges purpuris, satellitibus, ceruicis flexu, & altiore uoce, Pyrrhum armis & manu Alexan- *Pyrrhus Alexandro Magno similis.*

drum repræsentare. De eius in acie ordinãda, ducendoq; exercitu peritia indicia sumere licet, ex scriptis quæ ea de re reliquit. Fertur & Antigonũ interrogatũ quisnã optimus dux esset, respõdisse: Pyrrhus, ubi senuerit. Is quidem de suæ tantùm ætatis ducibus iudicauit. Sed Annibal omniũ imperatorum peritia atque calliditate præstantissimum Pyrrhum, Scipionẽ secundum, se tertium pronunciauit: ueluti in uita Scipionis scripsimus. Et uerò hoc unum semper meditatus, huicq; soli rei studuisse uidetur Pyrrhus: cùm eam disciplinarũ omniũ maximè regiã cẽseret, reliquas illas ad ornatũ & oblectationẽ facientes nullo in precio haberet. Traditum enim est eum inter pocula aliquando interrogatum, Pythonémne an Caphisiã A

7 meliorem tibicinem existimaret: Polysperchõtem bonum esse ducem respondisse, quasi de his tantùm regẽ quærere & cognoscere deceret. Benignus erat aduersus familiares suos, & iræ temperans, inq; gratia referenda promptus & diligens. Aëropi sanè mortem haud mediocriter tulit, fassus quidem humanitus ei accidisse, se uerò incusans, quòd subinde moras nectendo gratiam ei non retulisset: quippe æs alienum etiam hæredibus creditorum reddi posse: compensationem beneficiorum nisi sentiente benefactore fiat, à bonis iustisq; repræhendi. Cùm Ambraciæ quidam Pyrrhum conuicijs proscinderet, eúmque alij relegandum putarent: Hîc, inquit potiùs apud paucos, quàm oberrans apud omnes homines malè nobis dicat. Eos qui inter potandum ipsi obtrectassent, ac delati deinde essent, interrogauit, itáne de se fuissent locuti: & cùm quidam ex illis adolescentibus respondisset, Ita ò rex: sed & plura his dixissem, si plus uini habuissemus. risit, & missos eos fecit. Post mortem Antigonæ, necessitudinum gociorum & potentiæ causa plures duxit uxores: Autoleontis Pannoniæ, & Bircennam Bardyllij Illyriorũ, & Lanassam Agathoclis Syracusarum regis filias: quarum postrema dotis nomine Corcyræorum urbem à patre captam ei attulit. Ex Antigona Ptolemæum filium habuit, ex Lanassa Alexandrum, ex Bircenna nouissimum Helenum: hos omnes statim à prima ætate ad bellum acuens armis præclaros, & feroces reddidit. Dicitur enim uni filiorum suorum adhuc puero interroganti cuinam ex ipsis esset regnum relicturus, respondisse: ei, qui acutissimum habuerit gladium. quod profectò nihil differt ab execratione ista tragica: B

Pyrrhi bonitas.

Vxores Pyrrhi plures.

Filij.

Fratres acuto diuidant ferro domum. Adeò aliena concordiæ, & fera est cupiditatis materia. Cæterùm à pugna Pyrrhus domum reuersus, gloria & animo elatus exultauit, Epirotisque Aquilæ cognomen ipsi tribuentibus, Vobis inquit, hoc debeo: qui enim non sim aquila, uestris armis pẽnarum instar subleuatus. Paulo pòst cùm audiuisset Demetriũ periculosè ægrotare, subitò in Macedoniam irrupit, populandi nimirum & prædæ auertendæ causa: sed parum abfuit, quin omnibus simul potiretur, ipsúmque citra ullam pugnam regnum occuparet. quippe usque ad Edessam progressus est, nemine prohibente, multis se dedentibus & castris eius adiungentibus. Ipsum quidem Demetrium tametsi uiribus destitutum, illud periculum excitauit: amiciq; eius & legati exiguo tempore magna multitudine contracta, Pyrrho animosè obuiam contenderunt. Verùm is, quia ad latrocinium magis quàm ad prœlium instructus uenisset, fugã fecit: inq; ea fuga partem sui exercitus aliquam à Macedonibus interceptam amisit. Neq; uerò Demetrius quia facilè & celeriter Pyrrhũ Macedonia expulisset, ideò ocio sese dedidit. Verùm magnas res aggressus, collectóque centies mille hominum exercitu, & quingentarum nauium C

Pyrrhi in Macedoniam impressio.

Demetrij apparatus.

A uium classe paterni regni recipiendi causa, neque bello contra Pyrrhum uires suas atterere, neque cum Macedonibus difficilem & inquietum uicinum relinquendũ iudicauit: sed quia bello persequi non uacaret, at pace cum eo facta, ita demum in reliquos reges arma conuertendum. Cùm esset hac de causa cõuentum, simulq; & institutum Demetrij, & apparatus bellici magnitudo appareret, territi reges nuncios, atque literas in hanc sententiam scriptas ad Pyrrhum miserunt. Mirari se q: òd sua occasione dimissa expectare uelit, dum tẽpore Demetrio apto bellũ gerere cogat: ac cùm eum uarijs negocijs distractum atq; perturbatũ in præsentia ejicere Macedonia posit, præstolari malit dum sibi cum ocioso, & uiribus aucto de fanis & sepulcris Molossiæ dimicandum sit: pręsertim uerò cùm & Corcyra nuper, & uxore sit à Demetrio spoliatus. Etenim Lanassa Pyrrhum incusans, quòd barbaris uxoribus quàm sibi esset addictior, in Corcyram secesserat, & regij coniugij cupida Demetrium (quem prę reliquis regibus facilè ad nuptias allici intelligebat) acciuerat: isq; eo nauigarat, cum Lanassa rem habuerat, præsidiumq; Corcyræ reliquerat. Hęc ad Pyrrhum illi scribentes, simul & ipsi bellum Demetrio cunctante & se parãte *Literæ regũ ad Pyrrhum.*

B mouebãt. Ptolomæus enim magna aduectus classe, urbes Græcas ad defectionẽ solicitabat: Lysimachus in superiorem Macedoniam ex Thracia irrumpens, eam uastabat. Simul etiã Pyrrhus insurgens ad Berrhœã duce bat, id, quod euenit, futurum censens: nimirũ ut Demetrio contra Lysimachum profecto, inferiorẽ regionẽ uacuã defensoribus offenderet. Ea nocte per somnum imaginatus est se ab Alexandro Magno uocari: cumq; accessisset, ab eo in lectulo decumbẽte amicè atq; benignè cõpellari, auxilium se ei gnauiter laturum promittente: interrogare deinde regem au so quinam ægrotans ipsum adiuuare posset: Ipso nomine id se præstiturum respondisse: simulq; eum Nisæo equo conscenso, præiuisse. Hoc insomnio animũ confirmauit, celeriterq; spacio medio confecto, Berrhœã occupauit: ibi maxima exercitus parte imposita, reliquas urbes opera legatorum in potestatẽ suam redegit. Demetrius autem his perceptis, cùm unà in castris suis tumultum Macedonũ animaduerteret, ueritus est progredi, ne sui ad regem Macedonem illustremq; gloria propiùs adducti, ad eum deficerent. Itaq; retrò uersus contra Pyrrhum ut peregrinum & Macedonibus inuisum duxit, castraq; eius castris opposuit. Tum uerò *Pyrrhus Demetrio eiecto Macedoniæ pótitur regno.*

C multi à Berrhœa in castra Demetrij uenire, Pyrrhumq; prædicare, ut armis inuictum atque præclarum, clementer autem & humaniter captiuis usum. Fuerunt etiã quidam à Pyrrho submissi, qui se Macedonas esse fingerent, ac nunc tempus Demetrij importunitatem effugiendi, & ad popularem militibusq; beneuolum Pyrrhum transeundi dicerent. His dictis plerique militum excitati, Pyrrhum circumspiciebant: nam quia fortè tum cassidem deposuerat, non est agnitus, nisi postquam re intellecta im posita capiti casside cristis insignibus & cornibus hircinis agnoscendum se dedit. Ibi uerò Macedones accurrere, & tesseram petere: alij frondibus quernis contortis sese redimire, cùm Pyrrhi etiam milites serta gerentes uiderent: & iam ipsi Demetrio dicere non uerebantur, bene cum sibi consulturum si Pyrrho cederet, & à proposito desisteret. Quibus ille sermonibus cum similem esse in exercitu motum sentiret, territus, occultè castris exijt, causia & uili palliolo amictus. Pyrrhus autẽ in castra eius profectus, à militibus absq; ullo certamine acceptus, & rex Macedonum est nominatus. Superuenit Lysimachus, eiectumq; Demetriũ tam sua q; Pyrrhi opera iactans, diuidi regnum secum postulauit. Pyrrhus, quia nondũ satis

firmam

firmam in Macedonibus haberet fiduciam, Lysimachi petitionem admi- A
sit, atq; hi regionem tum, urbesq; inter se sunt partiti. Profuit hoc in præ-
sentia, bellumq; composuit: sed paulo pòst senserunt, partitionem istam
non inimiciciarum finem, sed querelarum & discordiarum principium fu
,, isse. Quorum eñ cupiditatem neq; mare, neq; mons, neq; uasta solitudo,
Cupiditas. non qui Europam ab Asia diuidunt limites definiũt, ij ne uicinia se attin-
,, gentes à maleficijs mutuò ut abstinerent: Imò autem insidiandi stu-
,, dium, inuidiamq; innatam gerentes, perpetuò inuicem infensi sunt: belli
,, autem & pacis nominibus, ueluti nomismate aliquo, promiscuè non iuris
,, sed utilitatis ratione utuntur: quãdo quidē etiam meliores sunt cùm aper-
,, tè bellum gerunt, quàm cùm uacantem & ociosam iniustitiam iustitiæ &
,, amicitię nomine afficiunt. Id Pyrrhus demonstrauit. Rursus enim Deme-
,, triò se erigenti, uirésque suas ueluti graui ex morbo colligenti obstans,
auxiliũ Græcis tulit, & iccirco Athenas uenit. Ibi cum in arcem adscendis-
set, Mineruæq; rem sacram fecisset, eadem adhuc die descendit. & conten
tum quidem se populi fauore & fide dixit: ipsi uerò, si saperent, nullum in
posterum regem in urbem intromitterent, neq; portas ulli aperirent. Se-
cundum hæc & cum Demetrio pacē contraxit: & rursus eo in Asiam pro-
fecto, instinctu Lysimachi Thessaliã ad defectionē ab eo pertraxit: melio B
Lysimachus Pyrrhum Macedonia eijcit. ribus in bello quàm in ocio Macedonibus utens, & omnino ipse natura
ab ocio alienus. Tandem Demetrio in Syria debellato, Lysimachus metu
liberatus & occupationibus, statim cõtra Pyrrhum sese uertit: ac primùm
in eius ad Edessam castrametati commeatum, qui tum aduehebatur, inci-
dit, eoq; capto ad penuriã Pyrrhum redegit: deinde literis & colloquijs
11 corrupit primores Macedonum, exprobrans ijs, quòd peregrinum homi
nem, cuius maiores Macedonib. semper seruiuissent, dominum sibi cõsti-
tuissent, & Macedonia Alexandri amicos & familiares extruderent. Mul
tis ita commotis metuēs sibi Pyrrhus, cum Epirotico & sociorum exerci-
tu abijt, Macedonia eodem modo quo potitus fuerat amissa. Itaque reges
immerito populum culpant, si is utilitatis causa modò huic, modò alteri
,, pareat: ipsos enim imitatur, infidelitatisq; ipsos & proditionis habet ma-
,, gistros, qui plurimum lucrari existimãt eum, qui quàm minimè ius sequa
,, tur. Tunc autem Pyrrho in Epirum reiecto, Macedoniaq; exuto rebus
Pyrrhus quietis impatiens. suis quiete uti, regnumq; in suos pacatum tenere per fortunam licuit. At C
ille quietem fastidiens, nauseaq; plenam socordiam ducens, si neque ue-
xaret alios, neque ab alijs infestaretur, exemplo Achillis ocium non po-
12 terat perferre:

Verùm inusa quies cor consumebat: & unum
Pugnandi desiderium, bellíq; tenebat.

Nouas igitur res expetenti, hæc est materia oblata. Romani Tarentinos
bello urgebant. Hi cùm neq; sustinere bellum, neq; propter audaciã & im
13 probitatē oratorũ deponere possent, Pyrrhũ, ut cui omniũ regũ maximè
uacaret, summusq; esset imperator, uocandum, ducemq; belli faciendum
Tarentini Pyrrhũ ducem belli cõtra Romanos uocant. statuerunt. Qui inter ciues ætate præstabant & prudentia, aut palàm ei
sententiæ repugnantes propter clamorem & uim uulgi nihil agebant,
aut horum exemplo moti concionibus abstinebant. Vnus quidam haud
malus uir Meto, cùm dies instaret, qua die lex de uocando Pyrrho erat
perferēda, populo in foro sedente, serto iam emarcescēte capiti impo-
sito, & facula sumpta ebriorum more præcedente tibicina in concionem
per ludicrum prodijt: eum (ut in turba hominum, ubi populare imperiũ
non est ordinatum,) quidam risu, quidam plausu exceperunt, prohibuit
nemo

A nemo, sed & mulierculam inflare tibiam, & illũ canere in medium progressos iusserunt: atq; is ita se facturũ simulauit. Inde orto silentio, Viri, inquit, Tarentini, bene facitis, quòd ludere & iocari qui uolunt, eius rei facultatẽ dum licet non inuidetis: quòd si saperetis, omnes in præsentia hac utere- mini licentia, alias res, aliam uitam atq; uitæ degendæ rationem habituri, ut primùm in urbem Pyrrhus uenerit. Hæc uerba pleriq; Tarentinorum approbarunt, & rectè eum locutum rumor per concionem spargebatur. At qui metuebant ne facta pace Romanis dederentur, populum crimi- nati, quòd per ebrietatem & lasciuiam se ludificari tam æquo animo pa- teretur, contione facta Metonem eiecerunt. Ita demum lex perlata, missiq; in Epirum legati non à Tarentinis modò, sed & alijs Italiæ conuentibus quibusdam, Pyrrho munera ferentes, & dicentes: Ducem sibi bello pru- dentem & gloriosum opus esse: copias quidem suppetere magnas à Lu- canis, Messapijs, Samnitibus, & Tarentinis contractas, nempe equitum ad uiginti millia, peditum millia CCCL. Hæc non Pyrrhi modò animum erexerunt, sed & Epirotis cupiditatem eius expeditionis iniecerunt. Erat B Cineas quidam Thessalus prudentia, ut existimabatur, magna, & qui, ma gis quàm eo tempore quisquam, Demosthenis, cuius auditor fuerat, in di cendo uim quasi in imagine quadam auditoribus repræsentare credeba- tur: & cum Pyrrho agens, ab eoq; ad ciuitates dimissus, re confirmauit il- lud, quod est ab Euripide dictum,

Orationem conficere omnia,
Quæcunq; ferrum hostile possit consequi:

quando Pyrrhus etiam fassus est plures Cineam urbes dicendo, quàm se armis cepisse: ideoq; plurimum eo utebatur, summoq; in honore habe- bat. Is tum Cineas Pyrrhum expeditioni in Italiam intentum cernens, for tè ociosum nactus, ita compellauit: Bellicosi, ô Pyrrhe, Romani esse ferun « tur, multisq; fortibus imperare gentibus: quòd si Deus nobis de ijs uicto « riam concesserit, ecquis eius erit usus? Ad hæc Pyrrhus: De re manifesta « quæris Cinea. Victis Romanis, nulla neq; barbara neq; Græca urbs istis « est, quæ resistere nobis possit: itaq; statim uniuersam obtinebimus Italiã, « C cuius magnitudinem, bona, & potentiam quemuis potiùs quàm te igno- « rare consentaneum est. Tum Cineas paululùm moratus: Italia uerò, « inquit, occupata, quid agemus? Et Pyrrhus nondum quid sibi is uellet in- « telligens: Sicilia, ait, proxima est, insula diuitijs & hominibus abundans, « manusq; nobis protendit: ibi enim nunc defuncto Agathocle omnia sedi « tionibus plena, confusioneq; magistratuum, & oratorum certaminibus. « Probabilia dicis, respondit Cineas: sed erit ne is nobis finis expeditionis, « ut Siciliam capiamus? Deus, inquit Pyrrhus, uictoriã nobis hanc si concef « ferit, ad magnas res ea quasi exordio utemur. Quis enim Africa abstineat « se & Carthagine, cùm & hęc capi possit? quã Agathocles furtim Syracusis « elapsus, paucis cum nauibus traiecto mari minimum abfuit quin caperet. « Quid uerò attinet dicere, eorum, qui nunc nobis insultant, hostium his ui « ctis nullum nobis resistere posse? Nihil, ait Cineas: & uerò perspicuum « est, tanta te auctum potentia & Macedoniam recepturum, & imperium « in Græcos stabile habiturum. uerùm his omnibus confectis, quid tum a- « gemus? Ibi sublato Pyrrhus risu: Multo, ait, ocio fruemur, ac quotidiano « potu & colloquijs inuicem exhilarabimur. Hucusq; regem Cineas cùm « sermone deduxisset: Quid ergo obstat, inquit, quin iam cõuiuemur, & in « ocio nos inuicẽ oblectemus: cùm iam in prõptu id nobis sit, possimusq; « eo sine ullo labore frui, quod multo sanguine multisq; ærumnis quęsitum «

imus,

imus, multa alijs mala illaturi, multa ipsi passuri. Hac oratione Cineas Pyrrhum magis perturbauit, quàm ut à proposito auerteret: intelligentem sanè quantam in præsens felicitatem dimitteret, sed eorum quæ cupiebat spem deponere non ualentem. Primùm itaque Cineam ad Tarentinos misit cum tribus millibus militū. Inde multis hippagogis, tectisque nauibus

Pyrrhi expeditio in Italiam.

17 & lembis Tarēto allatis, uiginti elephantos, equitum tria, peditum uiginti, sagittariorū duo millia, & funditores quingentos imposuit. Omnibus paratis soluit, & medium iam Ionij maris tenens, Boreæ prȩter anni tempus erumpentis flatu abreptus, ipse uirtute & alacritate remigum atque gubernatorum non sine magno labore & periculo ad terram contendit: sed classe turbata, nauibusque dissipatis, quædam ab Italia aberrantes in Africam & Siculū mare eiectæ sunt: quasdam, cùm Iapygiam promontorium superare non potuissent, nox obruit, ac mare tumidum & sæuiens in loca importuosa & occultas sub aqua rupes habētia impulit, omnesque

Naufragiū eius.

18 perdidit, sola regia naui excepta. Hȩc dum adhuc ab alto irruerūt fluctus, mole sua & robore maris impetum sustinuit: postquam mutato loco à terra etiam incubuit uentus, periculumque fuit ne nauis proram ingenti procellæ obuertens subuerteretur, neque uerò inter præsentia mala quicquam terribilius uidebatur, quàm sæuienti mari & uento omnes in partes se conuertenti nauim credere, Pyrrhus in aquam desiluit. Summo studio & alacritate illicò amici & stipatores in rege seruādo certatim laborauerunt: nox & undȩ ingenti fremitu asperaque collisione auxilium difficilius reddiderunt: itaque ut illuxit, & uentus elanguit, ægrè demum terram attigit, corporis uiribus omnino collapsis, audacia tamen & animi robore contra hunc casum obfirmatus. Simul & Messapij, apud quos eiectus fuerat, promptè ad auxilium ei ferendum accurrerunt, quasdamque naues quæ uim tēpestatis superauerāt, adduxerūt in, qbus erāt perpauci eqtes, pedium nō duo integra millia, duoque elephāti. His tum receptis Pyrrhus, ad Tarētum accessit, Cineaque, ut de eius aduentu rescivit, milites obuiam ei ducente, ingressus urbem dum ex mari seruatæ naues appellerent, atque copiarum maxima pars cōueniret, nihil inuitis Tarentinis egit. Tum uero intelligēs multitudinem eam sine magna ui neque per sese seruari, neque per alios posse, sed quòd cum pro ipsis propugnare sentirent, domi desidere, ac balneis, & congressibus uacare: gymnasia & ambulationes clausit, in quibus uagantes uerbis de bello rectè administrando nugabantur, potationes quoque, comessationes, & conuiuia intempestiua sustulit: ad arma populum uocans, acerrimū & ita molestum uulgo delectum habuit, ut ex urbe multi discederent, quibus ita insolens erat imperata facere, ut non ex libidine sua uiuere, seruitutem esse putarent. Postque Læuinum Ro

B

Pyrrhus à Tarentinis receptus quæ egerit.

C

19 manorū consulē Lucaniā populari, & multo cum exercitu contra ipsum ducere renunciatum est: Pyrrhus, etsi nondum sociorum auxilia cōuenissent, tamen indignum ratus, si hostes propiùs accedere pateretur, castra aduersus eum mouit: prȩmisso caduceatore qui Romanis indicaret, se libenter arbitrum fore, si loco belli uellent ipso iudice & arbitro cum Italis disceptare. Respondit Læuinus, neque Pyrrhum Romanos árbitrum delegisse, neque eum hostem timere. Itaque progressus, in campo inter Pandosiā & Heracleam castra fecit. Inde cùm Romanos propè adesse, & trans flu-

20 uium Sirin castra habere audiuisset, speculandi causa ad fluuium obequitauit: ordinibusque, excubijs, ornatu, & castrorum figura inspectis, admiratus ea, Megacli, qui tunc amicorū proximus ei stabat, dixit, militiæ hanc institutionem neque barbaricam, neque barbarorū esse sibi uideri: sed facto se cognitu-

A ſe cogniturum. Exinde de futuro ſolicitus, ſociorum auxilia expectare
ſtatuit:Romanis,ſiquidem priores fluuium tranſire eſſent tentaturi, ſta-
tionem ad ripam obiecit.Romani uerò ea,quæ Pyrrhus operiebatur,pre
uertere properantes tranſgredi fluuium auſi ſunt,miſsis, per uadum pedi
tibus,equitatu autem uarijs fluuij partibus traijciente: ita ut Græci ne cir
cumuenirentur, ſtationem deſeruerint. Hoc ut ſenſit Pyrrhus,perturba-
tus animo,ducibus peditum mandauit uti aciem ſtatim inſtruerent,mili-
teſq; in armis tenerent: ipſe cum tribus equitum millibus præiuit, ſpe-
rans adhuc in tranſitu amnis diuulſos, incompoſitoſq; Romanos ſe de-
prehenſurum. Verùm ubi ſcuta ſupra fluuium plurima obiecta, equites
ordine incedere uidit,in aduerſum ſe hoſtem primus intulit,cùm armorũ
pulcritudine,ornamentorumq; eximio ſplendore conſpicuus, tum glo-
riæ ſuæ facta paria oſtentans: eoq; inprimis,quòd manibus & corpore in *Pyrrhi uir-*
prœlio laborans,fortiterq; in obuios hoſtes pugnans, conſilio tamen ſi- *tus.*
bi,prudentiaq; conſtitit: & quaſi extra aleam prœlij poſitus omnia con-
ſideraret,bellum temperauit,ſubinde accurrẽs,& ijs qui pelli uidebantur
B auxilium ferens.Ibi Leonnatus Macedo cum Italum quẽdam Pyrrho [in-
tentum,equoq; in eum conuerſum omnes eius motus obſeruare & ſequi
conſpexiſſet: Cernis'ne, inquit, ô rex,barbarum illum equo albis pedi-
bus,cætera nigro,inſidentem? magnum aliquid meditari & arduum ui-
detur: in te enim unum reliquis neglectis intuetur, & aduerſum te conſi-
ſtit ferociæ plenus: proinde ab eo tibi caue. Huic ita Pyrrhus reſpondit:
Fatum quidem,Leonnate,euitari non poteſt: ſed neq; iſte, neq; quiſquã
alius Italorum ſe mihi manum contuliſſe lætabitur.Hæc illis adhuc collo-
quentibus,Italus ille equo conuerſo,inſenſaq; haſta contra Pyrrhum im-
petum fecit,ſimulq; & regis equum ferijt,& ipſius equus eſt à Leonnato
confoſſus: utriuſq; autẽ lapſo equo,Pyrrhum amici eripuerunt,Italus pu-
gnans interfectus eſt.Fuit is Frentanus natione,turmæq; eius dux,Opla- 21
cus nomine.Pyrrhum hoc in poſterum cautiorem reddidit: & cùm equi-
tatum ſuum inclinari uideret,phalangem accerſijt atq; inſtruxit: ipſe ſo-
ciorum ſuorum cuidam,Megacli nomine, arma ſua & chlamydem tradi-
dit,eiuſq; uiciſsim ſe habitu texit,atq; ita aciem contra Romanos mouit.
Commiſſo prœlio diu incerta fuit uictoria,ſeptenisq; uicibus fugiſſe eoſ-
C dem & hoſtem inſecutos aiunt. Et armorũ mutatio cùm ſuo tempore re-
gi ſaluti fuiſſet, parum abfuit quin res eius euerteret, uictoriamq; perde-
ret. Nam multis Megaclem petentibus, primus eum Dexous percuſsit
atq; ſtrauit,& caſsidem chlamydemq; abripiens, ad Leuinum attulit, o-
ſtentans clamansq; Pyrrhũ ſe interfeciſſe. His exuuijs per aciẽ circũlatis
atq; mõſtratis apud Romanos gaudiũ & uociferatio læta, apud Græcos
mœſticia & terror ortus eſt: donec Pyrrhus re percepta nuda facie accur-
rit,manuſq; intendens,uoce ſe pugnantibus agnoſcendum præbuit. Ad *Pyrrhi ui-*
extremum cùm elephanti maximè Romanos pelleret, equis eorum ante *ctoria.*
quàm ad hoſtem ueniſſent belluas non ſuſtinentibus, ſeſſoreſq; in diuer-
ſum efferentibus, turbatis Theſſalicũ equitatũ immiſit, eoſq; multa cum
cæde fudit. Dionyſius refert paulo minores quindecim millibus Roma-
nos cecidiſſe: Hieronymus tantùm ſeptem millia. à Pyrrhi parte ille tre-
decim,hic non prorſus quatuor millia: fuerunt aũt præſtantiſsimi amico-
rum & ſociorũ,quib.maximè antè uſus Pyrrhus, & tunc potiſsimùm fre-
tus fuerat.Porrò & caſtra Romanorũ ab illis relicta cepit, & urbes ad ſo-
cietatẽ belli pertraxit,multaq; regione uaſtata eò uſq; proceſsit,ut trecen
tis tantũ ab urbe abeſſet ſtadijs. Poſt pugnam multi ad eum ex Lucanis

& Samnitibus uenerunt: quorum etsi morā culpauit, tamen haud obscu- A
rè læticiam & animi elationem tulit, quòd ipse solus cum Tarentinis ma-
gnam Romanorum potentiam superasset. Romani autem Læuino ma-
gistratum non abrogauerunt: tametsi C. ferunt Fabricium dixisse, non
ab Epirotis Romanos, sed à Pyrrho Læuinum uictum fuisse: quippe non
copiarum, sed imperatorum culpa cladem acceptam. Enimuerò refectis
ordinibus, cùm de bello multa intrepidè & ferociter dicerent, stupefece-
runt Pyrrhum. Itaq; priùs experiendū ratus, an ad pacificationem inclina
rent, cùm & urbē non facilè, neq; istis quas habebat copijs capi penitusq;
Romanos uinci posse, & fœdus pacemq; post hanc uictoriam gloriæ si-
Cineas Romam missus de pace agit. bi summæ futuram iudicaret. Missus itaq; Romam Cineas, cum proceri-
bus collocutus est, ijsq; omnibus & eorum uxorib. regis nomine munera
obtulit: accepta sunt à nemine, sed ab omnib. & uiris & mulierib. respon-
sum, publicè contracto fœdere, se quoq; libenter & promptè regi grati-
ficaturos. Ad senatum à Cinea multa humaniter, & ad pelliciendū appo-
sitè dicta cùm essent, quanuis & captos in pugna sine precio se dimissu-
rum Pyrrhus, & in Italia subigenda ijs auxilio futurū polliceretur, nihilq; B
eo nomine nisi societatē secum fieri, & Tarentinis impunitatē dari pete-
ret: nihil tamen promptè acceptū est. haud obscurè quidem ad pacem in-
clinabant pleriq;, quòd & uicti essent magno prœlio, & aliud maius au-
ctis Italorum accessione Pyrrhi uirib. expectarent. Eo tempore Appius
22 Claudius uir illustris, cum propter senectutē & cæcitatem in repub. uer-
sari iam antè desijsset, renunciatis ipsi regis postulatis, obtinenteq; simul
rumore, fore ut pacem senatus decerneret faciendam, non se continuit,
quín à famulis lectica per forum in Curiam gestari se iuberet. Apud fores
filij eum & generi exceptum in senatum introduxerunt. senatus reueren-
tia tam honorati uiri silentium tenuit: Appius autem assurgens, hanc ha-
Appij Caeci oratio. buit orationem. Hactenus quidem, P. C. uisus mei calamitatem graui-
ter tuli: nunc autem hoc mihi molestum præterea est, quòd non surditas
» mihi ad cæcitatem accessit: sed turpia uestra audio consilia & decreta,
» quibus gloriam Romanam euertitis. Vbi nunc uestra illa quæ per omni-
» um hominum ora est uagata oratio? Si Alexander, dicebatis, Magnus in
» Italiam uenisset, ac cum nobis iuuenibus, aut patribus nostris ætate flo-
» rentibus rem habuisset, non inuictus hodie cantaretur: sed aut fuga, aut C
» morte sua Romæ gloriam auxisset. Nunc ea inani futilitate & uana ia-
» ctantia à uobis dicta fuisse ostenditis, Chaonas & Molossos, qui sem-
» per Macedonum præda fuerunt, timentes, & Pyrrhum metuentes, qui
» uni satellitum Alexandri perpetuò se asseclam præbuit. Atque is nunc
» non auxilium Græcis qui in Italia sunt ferens, sed quos in Græcia habet
» hostes fugiens hîc oberrat: hisq; copijs imperium Italiæ se nobis paratu-
» rum promittit, quibus exiguam Macedoniæ partem seruare sibi non
» ualuit. Nolite igitur existimare, amiciciæ pactione uos ab eo libera-
» tum iri: quinimò illos alteros contra uos excietis: arbitrabuntur enim
» facilimè uos à quouis posse subigi, cùm Pyrrhus ex Italia recedat non
» modò impunè suas in uos iniurias, sed & mercedis loco id secum aufe-
» rens, quòd Romanos Samnitibus atque Tarentinis deridendos propi-
» nauerit. Hæc oratio Appij animos suorum ad bellum excitauit. Itaque
Cineas dimissus est, iussusq; Pyrrho renunciare, ut ex Italia discederet,
atque tum si uideretur, de amicicia cum Romanis ageret: quandiu uerò
in armis esset futurus, Romanos totis uiribus bellum contra eum gestu-
ros, etiam si plures adhuc Læuinos pugna uinceret. Ferunt Cineam in-
terim

A terim dum legationem obiret, operæprecium duxisse uti in uitas Romanorum inspiceret, & reipublicæ uirtutes cognosceret, habitis cum præstantissimis Romanorum sermonibus: eumq́ inter alia Pyrrho dixisse, Romanum senatum sibi regum multorum concilium uisum fuisse. & de populi multitudine, uereri se, ne contra Lernæam aliquam hydram sit pugnandum. nam & duplum eorum qui in acie priùs stetissent, iam à consule collectum haberi, multotiesq́ totidem adhuc Romæ esse ferendis armis habiles. Sub hæc cum C. Fabricio de redimendis captiuis legati ad Pyrrhum uenerunt: quem apud Romanos plurimũ fieri retulerat Cineas, uirum quippe bonum, & bellica uirtute nobilem, iuxtaq́ pauperrimum. Hunc Pyrrhus priuatim amicè compellatum, ut abs se aurum acciperet, nullius rei turpis causa, sed in amicitiæ saltem, hospitijq́ argumentum, hortatus est. Cum Fabricius donum repudiasset, destitit: & postridie eum, quòd nunquam elephantum uidisset, terrere uolens, iussit ut ipsis iterum congressis maximus elephantorum à tergo post aulæum constitueretur. Factum est ita: & dato signo, aulæo sublato, bellua subitò pro-B boscidem supra caput Fabricij protulit, terribilemq́ & asperam uocem edidit. At Fabricius placidè conuersus, atque subridens: Neque heri, inquit, aurum, neque hodie bellua me mouit. In cœnam omnis generis sermonibus inductis, ac plurimis de Græcia & philosophis, forte Cineas Epicuri mentionem fecit, atque exposuit quemadmodum qui ab ea sunt secta, summum bonum in uoluptate ponentes, rempublicam, ueluti detrimentum & confusionem beatitatis, fugerent: Deum autem longissimè ab ira & gratia, curaq́ rerum humanarum in ociosa & uoluptatum plena uita collocarent. Nondum finierat sermonem, cùm Fabricius alta uoce exclamauit: Vtinam, ô superi, Pyrrho & Samnitibus tantisper dum contra nos bellum gerunt, placita istorum hæc philosophorum cordi sint. Pyrrhus animi magnitudinem, moresq́ Fabricij admiratus, pacem omisso bello ea cum ciuitate facere cupijt: & priuatim ei promisit, siquidē effecisset ut pax coiret, secum si uellet futurum, seq́ eum primo inter amicos & duces suos loco habiturum. Ad hæc Fabricius, nihil à suo ingenio recedens, submissa uoce: Atqui, inquit, id ex re tua futurum non est: qui enim te nunc colunt & admirantˉ, ubi qualis ego sim experti fuerint, à C me potiùs quàm à te regi uolent. Hunc sermonem Pyrrhus non irato aut tyrannico animo accepit: sed & amicis suis de Fabricij magnanimitate retulit, & ei soli captiuos permisit, ut si senatus pacem non decreuisset, ij salutatis amicis, & Saturnalibus celebratis, ad se remitterentur. Et uerò sunt à senatu remissi, mortisq́ supplicium ijs qui non redijssent constitutum. Post hæc ad Fabricium delato imperio, quidam in castra eius uenit, epistolam ferens à regis medico scriptam, pollicente Pyrrhum se ueneno necaturum, si Romani gratiam se ipsi, quòd bellum citra periculum eorum dissoluisset, habituros reciperent. Sed Fabricius indignè facinus hoc ferens, collega in eandem adducto sententiam, missis celeriter ad Pyrrhum literis, cauere sibi ab istis insidijs iussit. Exemplum literarum hoc fuit. C. Fabricius, Q. Aemilius coss. Pyrrho regi S. Videris neq́ in amicis neque in hostibus iudicandis felix: etenim lectis nostris ad te literis cognosces, bonis te & iustis uiris bellũ facere, malis & iniustis credere. Neque uerò hæc in tuam gratiam tibi indicamus, sed ne tuus casus calumniam aduersus nos excitet, & uideamur bellum cùm uirtute non potuissemus, fraude confecisse. Lectis literis, depræhensisq́ insidijs

Cineæ de Romanis iudicium.

Fabricij legati ad Pyrrhum missi magnanimitas.

Fabricius Epicuri dogma suis hostibus probari optat.

Insidias contra Pyrrhũ factas Fabricius ipsi indicat.

Pyrrhus medicum supplicio affecit, Romanis referendæ gratiæ causa A captiuos dono dedit, simúlque Cineam iterum misit ut is de pace ageret. Romani captiuos neque beneficij loco, neque mercedis nomine ab hoste accipiendos rati, totidem ei de Samnitibus & Tarentinis captos sine precio reddiderunt: de amicicia & pace nullum admissuros sermonem responderunt, nisi antè armis & milite ex Italia amoto in Epirum redijsset. Pyrrhus altero prœlio agendum cum hostibus intelligens, cum exercitu ad Asculum profectus est. Ibi Romanos obuios habuit, & collatis signis, cùm ui per loca equitatui iniqua, apud amnem rapidum & cuius ripæ essent arbustis obsitæ, eniteretur, cùm elephantis aditus in Romanam aciem non pateret, multis utrinque uulneratis & cæsis, nox tandem prœlium diremit. Postridie ut æquali loco pugnam committeret, elephantique in Romanos irruere possent, iniquiores locos præsidio occupauit, multisque uelitibus & sagittarijs inter elephantos admixtis, densis ordinibus exercitum ingentem multa cum ui in hostem duxit. Romani cùm flectere, & ab altero latere irrumpere, ut superiori pugna, non possent, sed in obiectos à fronte in planicie esset pu B gnandum, ut ante elephantorum impetum phalangem funderent, intenderunt: itaq; uehemens fuit eorum pugna, gladijs contra sarissas contendentium, neque uitæ parcentium suæ, sed ut sauciarent aut deijcerent hostem, nihil solicitorum quid ipsis fieret. Cùm diu esset pugnatum, pelli tandem ceperunt (ut fertur) ab ea parte, qua Pyrrhus ipse hostibus repugnabat. Maximè autem elephantorum robore & impetu sunt pulsi, cùm propter eos uirtute sua uti non possent, sed ueluti fluctu aut terræmotu ingruente, cedendum sibi intelligerent, neque nulla re gesta occumbendum, nullóque fructu atrocissima quæuis sustinenda. Fuga non longa fuit, castris in uicinia positis. Millia Romanorum sex cecidisse Hieronymus ait: à parte Pyrrhi millia tria, quingentos quinq; occubuisse, ita esse in regijs annotatum commentarijs. Dionysius neque duas ad Asculū pugnas, neq; certam de Romanis uictoriam refert: semel usq; ad occasum solis pugnatum, Pyrrho ad extremum pilo brachium ictum, eo uulnere, simúlque Samnitibus impedimenta eius diripientibus, pugnam finitam: ab utraque parte seorsim supra quindecim millia C desiderata fuisse. Sanè Pyrrhum post hanc pugnam cuidam gratulanti respondisse ferunt: Si uno adhuc prœlio Romanos uincemus, funditus perijmus. Etenim magnam eorum quos secum adduxerat militum copiam, amicos & duces propè omnes amiserat: alios quos euocaret, non habebat: socios Italicos remissiùs agere uidebat. contrà Romanis tāquam ex fonte domestico affluere milites, quibus quàm primùm repararent exercitum, & explerent legiones: aduerso prœlio facto, fiduciam eorum non imminui, sed & uires & cupiditatem belli augeri. His in difficultatibus constitutus, in spes iterum uanas ingressus est, ijs obiectis negocijs, quæ ancipitem cogitandi curam adferebant. Simul enim ex Sicilia aderant, qui Agrigentum, Syracusas, Leontinosq; ipsi dederent, orarentq; ut eos in Carthaginensibus eijciendis, insulaq; tyrannis liberanda adiuuaret: & ex Græcia nunciabatur, Ptolemæum Ceraunum in prœlio cum exercitu à Gallis cæsum, nuncq; ipsum in Macedoniam rege carentem commodissimè posse uenire. Multa itaq; fortunam incusans, quæ in unum tempus ita magnarum rerum occasiones coniecisset, ita ut alteram earum omittendam haberet: post longam deliberationem ad res Sicilienses

Captiui liberati utrinq.

Pyrrhi apud Asculū pugna cum Romanis.

A mum adiecit, quas maiores Macedonicis cēsebat propter Africā in proximo sitam. Itaq; Cinea statim in Siciliā præmisso, ut cum ciuitatib. more suo de rebus instantib. cōmunicaret, ipse Tarentinis præsidiū imposuit: & indignè hoc ferentibus, postulantibusq; ut uel bellū, qua de causa uenisset, contra Romanos prosequeref, uel Tarentina regione missa facta urbem ipsis suam qualē accepisset, restitueret: nihil humanius responso, sed imperato uti quiescerent, suamq; ipsius occasionem præstolarentur, inde soluit. Cùm Siciliam attigisset, statim quæ sperauerat firma omnia inuenit, ciuitatib. se illi studiosè adiungentibus. Quæ etiam certamen & uim requirebant negocia, initiò successerunt: triginta enim millibus peditum, bis mille quingentis equitibus, ducentisq; nauibus Pœnos adortus profligauit, eorumq; ditionem subegit. Erycem oppidū & natura loci munitissimum, & multis propugnatoribus armatū, ui expugnare statuit: exercituq; promptum se exhibēte, armatura sua indutus, & ad mœnia accedens, Herculi ludos & sacrificium solenne uouit, si eius ope dignum se genere & fortuna sua bellatorem Siciliam incolentibus Græcis demon-
B straffet. Dato inde tuba signo, iaculis barbaros eminus à propugnaculis depulit, scalisq; admotis primus in murū euasit: & cōtra multorum uim se defendens, nonnullos ab utraque parte muro deturbauit, plures gladio interfecit, cumulumq; circa se cadauerū strauit, illæsus ipse, & aspectu hostibus terribilis. ostenditq; Homerum rectè & peritè pronunciasse, solam uirtutū fortitudinē sæpe impetu furioso ferri. Barbari eo tēpore Messanam tenentes Græcis multum molestiæ exhibebant, stipendiarios etiam eorum quosdam habebant, erantq; & multi numero, & bellicosi: unde Latina lingua Mamertini, quod est Martij seu bellatores, dicebantur. 24
Horum Pyrrhus exactores deprehensos interemit: reliquos pugna uicit, & castella multa eorum euertit. Carthaginensib. ad pacē propēdentibus, ac, si fœdus coiret, pecuniā se daturos & naues promittentibus, plura adhuc cupiens, respondit unam esse pacis & amicitiæ cum ijs iungendæ rationem, ut tota Sicilia relicta, Africū mare Carthaginensiū & Græcorum limitē faciant. Inde successu & uirib. suis elatus, spesq; eas quib. inductus ab initio in Siciliā uenerat secutus, Africæ primùm appetens, cùm haberet naues, classiarijs aūt egeret, in his exigendis ciuitates non benignè, ut
C antè, sed imperiosè, & ui cogens recusantes, plectēsq; tractauit. Initio enī non talem se exhibuerat, sed orationib. in uulgus gratis, omnia credēdo, nullamq; molestiā exhibendo animos ad se, ut haud quisq; magis, allexerat. Pòst ex oratore populari tyrañus factus, inhumanitate sua ingratitudinis de se & perfidię opinionem excitauit. Cęterùm ciuitates etsi inuitę, classem eius instruxerunt: necessarium hoc esse ratæ. At postquam Thœnonem & Sostratū (uiri hi inter Syracusanos erant principes, qui & primùm Pyrrho in Siciliam ueniendi autores fuerant, & uenienti urbem statim tradiderant) suspectos habere cepit, ac secùmne abduceret an in Sicilia relinqueret incertus, cùm Sostratus sibi metuens ab eo defecisset, Thœnonem idem sentire criminatus ipse necasset: nō paulatim, neq; singulatim res ipsius in Sicilia mutari ceperunt: sed graui aduersus eum per ciuitates odio exorto, aliæ Carthaginensib. se adiunxerunt, aliæ Mamertinos acciuerūt. Cùm nihil in Sicilia præter defectiones, nouarum rerum consilia, & ualidā contra se conspirationē cerneret, à Samnitib. & Tarentinis literas accepit, qui uix urbib. ipsis hostem arcebant, agris undiq; expulsi, auxiliumq; Pyrrhi inuocabant. Hoc ille usus honesto prætextu, ne desperatis reb. ex Sicilia uidereī aufugere, cùm quidē re uera eam ueluti 25

Pyrrhi in Siciliā profectio, & res ibi gestæ.

Pyrrhus tyrannus factus Sicilia excidit.

nauim concussam regere non posset, sed egredi cuperet, rursus in Italiam se coniecit. Fertur iam recedens ad insulam respexisse, suisq; dixisse: Qualem nos, ô amici, Charthaginensibus & Romanis palęstram relinquimus: idq;, ut is coniecerat, haud diu pôst ita euenit. Cæterùm barbari coitionem cõtra eum iam abeuntem ex Sicilia fecerunt. Et in ipso quidem freto cum Carthaginensibus nauali prœlio contendens, multis nauib. amissis, cum reliquis in Italiam effugit. Mamertini autem haud pauciores decem millib. cùm priores ad Italiã appulissent, & acie concurrere nõ auderent, infestis locorum angustijs, atq; inde adorti totum exercitum conturbauerunt, duos elephantos, & multos eorũ qui agmini claudendo præerant occiderũt. Ipse Pyrrhus à fronte congressus cum hoste feroci & pugnæ adsueto, ictus gladio caput cùm aliquantulum prœlio excessisset, fiduciã hostiũ auxit: quidamq; corporis magnitudine, & armorũ splendore pręcipuus longe ante alios procurrens, uoce minaci Pyrrhum, si uiueret, progredi iussit. Pyrrhus ira accensus cum stipatoribus se conuertit, utq; erat sanguine conspersus, & terribili uultu, per medios se proripiens, barbarum anteuertit, eiq; gladio caput ita percussit, ut ictus ille robore manus & ferri tinctura adiutus ad infimum usque corpus pertinuerit, unoq; momento corporis per medium dissecti utrinq; partes deciderint. Id barbaros inhibuit, ne procederent amplius: Pyrrhum enim tanquam humana sorte præstantiorem aliquem admirabantur atque stupebant. Itaque reliquo itinere tutò confecto, cum uiginti peditum, tribus equitum millibus Tarentum peruenit: Tarentinorumq; delectu habito, rectà contra Romanos in Samnio tunc castra habentes duxit. Samnites rebus perditis, animis fracti ob multas à Romanis acceptas clades, etiam Pyrrho ob profectionem Siciliensem nõnihil irati, paucis se ei addiderũt. Diuisis in duas partes copijs, alteraq; missa in Lucaniam quæ consulem detineret, ne collegę suo auxilium ferre posset: ipse aduersus M' Curium alterum cõsulem iuit. Is ad Beneuentum castra habebat, tuto loco, & subsidium ex Lucania operiebatur: aliquoties etiam monitu augurũ & aruspicum re gerenda supersederat. Hunc Pyrrhus antequam subsidium accederet adoriri properans, cum lectissimis militum & quibusdam elephantis noctu ad eius castra contendit. Sed per longã & densis cinctam syluis uiam proficiscentem lumina defecerunt, & aberrauerũt milites: id cùm moram iniecisset, albente cœlo uisus est ab hostibus per summitates montiũ accedere, motumq; ea res & tumultũ in castris Romanis excitauit. Curius sacris operatus, cùm necessitas ita posceret, castris egressus in primos impetũ fecit, hisq; fugatis totum exercitum hostilem terruit, itaq; & multos necauit, & quosdam elephantos cepit. Hac uictoria cõfirmatus in campum descendit, collatisq; palàm signis quà hostes fudit, quà ui belluarũ pressus & ad castra repulsus custodes inuocauit, qui in uallo adstabant permulti, & uirib. integris. Hi de sublimi elephantos iaculis impetẽtes, auerterunt: auersi retro per socios fugerunt, tumultuq; edito & confusis aciei ordinib. uictoriã Romanis parauerunt. Hanc uictoriã Imperij Romani cõfirmatio secuta est: istis enim ex certaminibus animos, potentiamq; nacti, & pro inuictis habiti statim totam Italiam, mox etiam Siciliam occupauerunt. Hoc modo Pyrrhus Italicarum & Siciliensium rerum spe excidit, sexennio toto illis bellis impenso: ac quamuis succubuisset, tamen animum adhuc inter istas clades inuictum seruauit. Creditum est, peritia eum rei bellicæ, manu, & audacia longè omnium eius tempestatis regum primum fuisse: sed quæ agendo esset adeptus, ea propter

Margin notes: Pyrrhi de Sicilia uaticinium. — Pugnæ cũ barbaris. — Pyrrhus in Italiam reuersus, à Curio uincitur.

Section letters in right margin: A, B, C

A propter spem eum amisisse, cùm præ absentiũ cupiditate nihil eorũ quæ consecutus iam esset retinere, eoq; ut par erat, uti posset. Itaq; Antigonus eum lusori comparauit, qui, cùm optimè caderent tesseræ, arte utendi ijs quæ iecisset destitueretur. Enimuerò cùm in Epirum peditũ octo millia, equites quingentos retulisset Pyrrhus, neq; pecuniã haberet, bellum quo aleret exercitum quærens, statuit in Macedoniam, quam tum Antigonus Demetrij filius regno obtinebat, prædæ causa proficisci. Verùm cum & urbes multas cepisset, & duo millia militum ad ipsum defecissent, maius aliquid animo concipiens, contra ipsum Antigonum profectus est, & apud fauces (quæ Stena Græcis sunt) eum assecutus totum exercitum in 26 aciem deduxit. Galli in extremo Antigoni agmine erant, ingenti numero: hi fortiter substiterunt hostem, acriq; commisso prœlio plerique occisi sunt: elephantorum duces depræhensi, se & belluas Pyrrho dediderunt. Pyrrhus tanta accessione reb. suis auctis, fortunam magis quàm consilium secutus contra phalangem Macedonicam duxit, tumultus plenam & terroris ob cladem acceptam: itaque etiam pugna abstinuerunt:

Pyrrhus Italia pulsus Antigonum Macedonia pellit.

B Pyrrhus dextram intendens, omnes ex æquo duces & centuriones inuocans, peditatum ab Antigono ad se traduxit. Antigonus in fuga, maritimas quasdam urbes obtinuit. Pyrrhus autem in hoc rerum successu maximè ad gloriam sibi facere uictoriã de Gallis iudicans, spolia de illis pulcerrima & splendidissima legit, inq; templo Mineruæ Itonidis suspendit, 27 hac inscriptione:

Hos clypeos donum tibi Pallas Itoni Molossus
Suspendit Pyrrhus de trucibus Galatis,
Deuicto Antigono. Res non ita mira: fuerunt,
Nunc bellatores Aeacidæq; manent.

Post pugnam statim urbes recepit. Aegas autẽ cùm occupasset, non modò male tractauit ciues, sed & præsidium Gallicum in urbe reliquit ex ijs qui castra ipsius sequebantur. Est autem nulla gens, quæ insatiabili pecuniæ cupiditate Gallos æquet. Itauqe monumenta regum ibi sepultorum effodere aggressi, pecuniam diripuerunt, ossa per libidinem disiecerunt. Leuiter hoc tulisse, & neglexisse uisus est Pyrrhus, siue dilata propter occupationes uindicta, siue barbarorum metu omissa: malè quidem apud

Gallorum auaritia.

C Macedones propterea audiuit. Rebus ad hunc modum stabilitis & con- 28 firmatis, rursus ad alias spes animum applicuit: & Antigono quidem insultans, impudentem uocabat eum, quòd nondum priuatam togam purpura regia deposita sumeret: ipse Cleonymo ad se profecto, & contra Lacedæmonios auxilium imploranti, promptè assensus est. Is Cleonymus regio apud Spartanos genere natus, cum uiolentus uideretur atq; impatiens collegæ, neque fauorem apud suos neque fidem habebat: sed Areus eius loco regnum tenebat: hoc ei & publicum, & antiquum crimen quod ciuibus intenderet erat. Præterea autem Chelidonidem Leotychidæ filiam, pulcram, ipsamq; etiam regio genere editam, uxorem Cleonymus iam ætate prouectior duxerat: hæc cùm Acrotatum Arei filium, adolescentulum ætate & forma florentem deperiret, coniugium Cleonymo amanti eam triste simul & ignominiosum faciebat: neq; enim quisquam ciuium eum ab uxore ludibrio haberi ignorabat. Itaq; ut ad ciuilem iniuriam dedecus etiam domesticum accessit, ira & mœrore percitus, Pyrrhum cum XXV peditum, duobus equitum millibus, & XXIIII elephantis contra Spartanos adduxit: ut facilè ex magnitudine apparatus bellici appareret, hunc non Cleonymo Spartam, sed sibi Peloponnesum

Cleonymus Spartanus patriæ bellum facit.

Pyrrhi in Spartanos expeditio.

quæreret. Et sanè illud alterum inficiatus fuerat Megalopoli coram Lace- A
dæmoniorum legatis, seq; uenisse ut ab Antigoni dominatione urbes li
beraret, affirmârat: imò autem profectò statuisse minores natu filios suos
Spartam, nisi quid obstaret, mittere, ut Laconicis morib. instituti, eo iam
ipso alios reges præstarent. Hæc fingens, atq; ita eos qui obuiã facti fuis-
sent decipiens, ut primùm Laconicũ agrum attigit, prædationes & dire-
ptiones exercuit. Incusantib. inde legatis, quod bellum non indictũ antè
ipsis intulisset: Atqui, inquit, notum est ne uos quidẽ, Spartani, alijs præ-
dicere quid acturi sitis. Vnus ergo ex illis, nomine Mandracidas, dixit:
At tu si Deus es, nihil nobis mali eueniet: nihil enim peccauimus. sin ho-
29 mo es, fortasis à te tuti erimus. Post hęc Pyrrhus ad Lacedęmonem pro-
gressus, cùm Cleonymus statim ex itinere iuberet urbem oppugnare, ue-
ritus ipse (ut aiunt) ne noctu irruentes milites urbem diriperent, distulit,
& idem se de die facturum dixit: erant enim in urbe pauci, ijq; ad subi-
30 tam obsidionem imparati: aberat & Areus, Gortynijs in Creta bello im-
plicatis opem ferens. Id maximè urbi salutem attulit, quòd ob paucita-
tem ciuium & imbecillitatem contemnebatur. Itaque Pyrrhus neminem B
secum pugnaturum existimans, sub noctem castra fecit: & amici seruiq;
Cleonymi domum eius ita adornabant atque apparabant omnia, ut qui
Pyrrhum ibi cœnaturum putarent. Facta nocte, primùm de exponendis
Mulierum Spartanarum fortitudo.
in Cretam mulieribus consultauerunt Spartani. at mulieres repugnarũt,
& earum una Archidamia gladio sumpto in senatum uenit, nomine mu-
lierum uiros obiurgans, quòd eas Sparta pereunte uiuere uoluissent. In-
de fossam æqualiter utrinq; distantem ab hostium castris statuerunt du-
cere, atque super hac carros collocare, aggere usque ad medias rotas fa-
cto: ut carri eo contra impetum obfirmati elephantis impedimẽto essent.
Cùm opus id inchoarent, uirgines & mulieres partim succinctæ togulis
tunicas, partim tunicatæ tantùm præstò adfuerunt, & sese cum seniori-
bus uiris id opus facturas receperunt, eosq; quibus pugnandum foret
quiescere iusserunt: atque ita mensura illis asignata, tertiam totius ope-
ris partem perfecerunt: cuius latitudo sex, altitudo quatuor cubitorum,
31 longitudo octo iugerum Phylarcho autore (Hieronymus minorem tra-
dit) fuit. Sub auroram hostibus se commouentibus, arma iuuenibus por-
rigentes, uallumq; tradentes, propugnare iusserunt: etenim & iucundam C
fore in conspectu patriæ partam uictoriam, & gloriosum, mortem Spar-
ta dignam oppetendo inter matrum & uxorum manus expirare. Cheli-
donis autem seorsim ab alijs laqueum sibi aptauerat, quo Sparta capta
mortem sibi cõsciscerct, ne in manus Cleonymi perueniret. Ipse primùm
Pyrrhus recto phalangitarum agmine aduersus scuta Lacedæmonio-
rum magno numero contrà collocata enitebatur, perq; aggerem transitu
difficilem, & qui ob raritatem materiæ non pateretur pugnantes uestigia
figere. Filius autem Ptolemæus cum duobus Gallorum millibus & dele-
ctis Chaonibus ambita fossa iuxta carros ad hostem perrumpere cona-
batur: illi uerò & altè infixi, & densi iuxta sese positi non illis modò irru-
ptionem, sed & Lacedæmonijs propugnationem difficilem reddebant.
Acrotati fortitudo.
Gallis autem rotas reuellentibus, atque carros in fluuium detrahenti-
bus, periculum imminere cernens adolescens Acrotatus, cum trecen-
tis per urbem discurrens circumuenit Ptolemæum, non conspectus
ab eo propter quasdam conualles, donec extremos adortus coegit ut se
obuerterent inuicem sese trudentes, inq; fossam & carros inciden-
tes, & tandem magna cæde eorum repulsos. Spectauerunt, & seniores &
mulie-

A mulierum multitudo Acrotatum egregiè pugnantem: & cùm sanguine oppletus, uictoriáque exultans per urbem in suam rediret stationem, maior quàm ante pulcriórque Lacænis uisus est, inuiderúntque hunc Chelidonidi amorem. Quidam autem seniorum cum subsecuti, Vade, aiebant, Acrotate, & Chelidonidem habe: tantùm bonos Spartæ liberos gigne. Circa ipsum uerò Pyrrhum cùm esset acre prœlium, & aliorum nobilis fuit pugna, & Phyllij præcipuè: qui cùm diu admodum restitisset, plurimósque hostium irrumpentium strauisset, ut præ uulnerum multitudine se deficere sensit, quendam iuxta se collocatorum in locum suum recepit, atque intra armatos suos concidit, ne corpore hostes potirentur. Nox prœlium diremit. Ea nocte per quietem uidit se fulminibus Lacedæmonem ferire, totamq; ardere eam, se gaudente. Hoc gaudio expergefactus, duces in armis habere exercitum iussit, amicisq; insomnium exposuit, conijciens se Spartam expugnaturum. Cùm id reliquis mirificè probaretur, soli Lysimacho secus uisum est: dixitq; is, uereri se, ne quemadmodum de cœlo tacta loca in-

Phyllij uirtus.

Insomnium Pyrrhi.

Lysimachus.

B accessa manent, ita Lacedæmonem quoque non intraturum Pyrrhum Deus præmonstret. Pyrrhus autem respondit, nugas esse has ociosorum & ad garriendum conuenientium hominum, & multum habere stulticiæ: ipsi potiùs arma manibus tenentes, hoc secum cogitarent, 32

Optimum id augurium esse, armis defendere Pyrrhum: 33

his dictis surrexit, & sub diluculum copias in hostem duxit. Lacedæmonij alacritate & uirtute etiam uiribus suis superiore pro patria propugnabant: adstabant mulieres, tela, cibum, & potum ijs qui opus habebant porrigentes, saucios ad se recipiebant. Iam & fossam omnis generis materia super arma & cadauera mortuorum ingesta implere Macedones conabantur: & eò Lacedæmonijs adcurrentibus, præter fossam & carros Pyrrhus equo admisso in urbem contendens cernebatur. Edito ab ijs qui eò erant collocati clamore, factóque concursu, & mulierum clamore sublato, Pyrrhum iam perrumpere conantem, & obiectis à fronte instantem, equus Cretico ictus sub uentrem telo exiliens, & morte imminente calcitrans excussit, inq; locum lubricum & decliuem

Pyrrhus à Sparta reiectus.

C abiecit. Turbatis circa eum socijs, Lacedæmonij accurrunt, telisq; omnes repellunt. Propterea Pyrrhus reliquos etiam à prœlio reuocauit, Lacedæmonios, quorum plerique saucij erant, multi ceciderant, remissuros aliquid sperans. Sed bona urbis Spartanæ fortuna, seu Lacedæmoniorum omni auxilio destitutorum uirtutem satis experta, seu ostensura quantam rebus aduersissimis uim haberet, Aminiam Phocensem Antigoni legatum cum mercenarijs militib. auxilio Lacedæmonijs iam prope desperationem constitutis adduxit: atque his uix dum receptis, Areus rex cum duobus millibus militum ex Creta superuenit. Itaq; mulieres domum quæq; suam confestim discesserunt, nihil iam de hoste sollicitæ: & qui præter ætatem necessitate urgente arma sumpserant, dimissi, eorumq; in locum alij suffecti sunt. At uerò Pyrrhum, quo erat animi robore, & magnarum rerum cupiditate præditus, tanto maior incesserat urbem accessione facta iam confirmatam capiendi ardor: sed frustra eo tentato plagisq; acceptis à proposito depulsus, missa obsidione agrum uastauit, ibique hyberna habere constituit. Sed enim ineuitabile est fatum. Argis Aristeæ & Aristippo factiones erant contrariæ. Cùm ergo 34

Pyrrhus Argos euocatus.

Aristippus amico uideretur uti Antigono, prior Aristeas Pyrrhum Ar- A
gos acciuit. Pyrrhus ex una subinde spe in aliam delabens, prosperosq;
successus tanquam aliarum rerum occasiones accipiens, aduersas res
alijs actionibus sarcire studens, neque in clade neque in uictoria acqui-
escebat. Statim itaque Argos uersum castra mouit. Areus insidijs mul
tis constitutis, angustijsq; uiæ occupatis, Gallos & Molossos agmen
claudentes carpebat. Prædixerat Pyrrho uates ex hostiarum iocinori-
35 bus mutilis, fore ut aliquem suorum necessariorum amitteret. Verùm is
tunc inter festinationem & tumultum cogitationibus perturbatis, Pto-
lemæum filium cum socijs subsidium suis ferre iussit: ipse celeriter angu-
stijs exercitum eduxit. Orto acri circa Ptolemæum prœlio, delectisq;
Lacedæmonijs, quorum dux erat Eualcus, cum hoste decertantibus,
36 Cretensis quidam Oræsus, ex urbe Aptera, manu promptus, cursuq; ce-
ler ex obliquo accurrit, Ptolemæúmque acriter pugnantem percussit at-
que deiecit. Vt is cecidit, reliquos fugam dantes Lacedæmonij perse-
quentes atque cædentes, in campum imprudentes deuenerunt, à gra-
uis armaturæ militibus auulsi. In hos Pyrrhus, recens audito filij interitu B
præ dolore sæuiens, equitatum Molossorum uertit, primusq; inuectus,
cæde Lacedæmoniorum se expleuit. Semper quidem in armis inuictus
terribilisq; apparuit: tum uerò maiori, quàm prioribus unquam pugnis
audacia & ui usus est. Equum inde in Eualcum immisit: ille uerò ex ob-
liquo adstans parum abfuit quin manum, qua Pyrrhus frænum tene-
bat, gladio amputasset, habenam quidem præcidit. Pyrrhus simul &
hasta eum transfixit, & ab equo ipse defluxit: pedestriq; exinde prœlio
totam delectorum manum super Eualcum strauit. Hoc & magnum &
quod uitari omnino potuisset bello iam finito damnum Spartanis du-
cum suorum nimia cupiditas addidit. Porrò Pyrrhus cùm hoc modo
quasi parentasset filio, certaménque in funere eius præclarum celebras-
set, magnámque etiam luctus partem cum ira in hostes effudisset, ad Ar-
gos processit: & cognito Antigonum iam in uerticibus montium supra
37 campos consedisse, ad Naupliam castra posuit. Postridie præcone ad
Antigonum misso, pestem eum appellauit, ut in campum degressus de
regno secum dimicaret, prouocauit. Respondit Antigonus: suas non
armis magis, quàm occasione constare militię rationes: Pyrrho, si nõ ua- C
caret uiuere, multas mortis patere uias. Venerunt deinde ad utrunque
legati Argiuorum, orantes uti discederent, Argosq; paterentur neutri
subditam, utriq; amicam esse ciuitatẽ. Antigonus assensit, filiumq; suum
Argiuis obsidem dedit. Pyrrhus idem pollicitus, quia tamen fidem nul-
lo testimonio confirmaret, suspectus habebatur. Ostentum præterea in-
gens ipsi oblatum est. Bobus enim mactatis, capita eorum iam abscissa
38 linguis exertis lambere cruorem suum uisa sunt. Et Argis uates Lycij
Apollinis foràs se proripuit cursu, clamauítque uidere se cadaueribus &
cæde oppletam urbem: aquilamq; ad certamen hoc aduentantem, mox
euanuisse. Densatis iam tenebris Pyrrhus ad muros uenit, portámque,
quæ Diamperes (quasi rectà pertranseuntẽ uoces) dicitur, ab Aristea si-
bi apertam inuenit, & Gallos, quos secum habebat, induxit, & forum
occupauit, nemine ciuium hoc animaduertente. Cùm uerò elephantos
porta ob angustiam cum turribus non admitteret, hisq; deponendis &
rursus in tenebris imponẽdis morę aliquantũ fieret, senserũt rem Argiui,
concursuq; ad Aspidem & alia munita urbis loca facto, Antigonũ missis
nuncijs

Ptolemæi mors.

Pyrrhus Argos intrat, ibiq; perit.

A nuncijs uocauerunt. Ille immissis in urbem filio & ducibus cum magno auxilio, prope urbem in subsidio constitit. Venit & Areus cum mille Cretensibus, & expeditissimis Spartanorum. Hi uniuersi cum Gallis congressi, magnam inter eos trepidationem fecerunt. Pyrrhus autem magno cum clamore iuxta Cylarabin in urbem ingressus, ut Galli clamorem 39 reddiderunt: non ferocem eum, neque audacium, sed turbatorum & laborantium ratus, celerius equitatum qui ante ipsum ibat impulit, difficulter admodum se ex cloacis, quarum urbs plena est, expedientem, periclitantemq́ue. Hac in nocturna pugna magna erat & eorum quæ agerentur, & quæ duces suis mandarent, incertitudo: circum angiporta uagabantur passim atque errabant: neque istis in tenebris, confuso clamore, & angustia loci quicquam opera ducum præstare poterat. itaque utrinque ociosi diem expectabant. Vt illuxit, Pyrrhum & Aspis armorum plena hostilium perturbauit: & inter multa quæ in foro suspensa sunt monumenta lupum æneum taurumq́ue ita fictos ut imitarentur pugnam inituros conspiciens, perterritus est. Recordabatur enim secum antiqui oraB culi, quod eo in loco mortem ipsi fato destinatam prædixerat, ubi lupum uidisset cum tauro certantem. Id uerò monumentum casus perantiqui apud se extare Argiui dicunt. Danao enim cum primùm Argolicam regionem attingeret, ac iuxta Pyramia Thyreatici agri ad Argos iret, lupum cum tauro congressum uisum fuisse: cumq́ue is lupi omen ad se, (quia more lupi peregrinos adoriretur) pertinere ratus finem certaminis expectasset, lupusq́ue uictor discessisset, tum uotis Apollini Lycio (lycum Græci lupum dicunt) factis aggressum ad rem propositam, & Gelanore qui tunc Argis regnabat per factionem expulso regnum obtinuisse. Enimuerò hoc aspectu, & sinistro omnium quæ sperauerat successu consternatus, recedere decreuit: & quia portæ angustiam sibi incommodam metuebat, misit ad Helenum filium, quem cum magna exercitus parte extra urbem reliquerat, mandauitq́ue ei ut muri partem subrueret, perque ruinam eam suos effugientes reciperet, & si hostes urgerent, tueretur. Eo autem qui missus erat præ festinatione & tumultu nihil perspicuè renunciante, & errore insuper accidente, Helenus cum reliquis elephanC tis & militum optimo quoque per portam ad ferendum patri auxilium contendit. Iam retrò cedere Pyrrhus ceperat: & quandiu forum ei abeundi simul & pugnandi spacium præbebat, conuersus in persequentes se defendebat. Postquam uerò è foro in angiportum quod ad portam pertinet compulsus, suos auxilio uenientes contra se uenire uidit, in eosq́ue incidit, clamantem ut retrò cederent partim non exaudierunt, partim propter eos qui à tergo apud portam instabant non potuerunt gradum referre. Nam & maximus elephantorum in porta ipsa in latus collapsus, atque infrendens dentibus, exercitum prohibebat: & alius eorum qui antè fuerant ingressi, Nico nomine, delapsum propter uulnera rectorem requirens, ac per aduersos sese inferens, hostes pariter 40 & amicos proruebat, donec inuentum cadauer proboscide sustulit, dentibusq́ue imposuit, atque ita furenti similis reuertens obuios quosque euertit atque necauit. Sic itaque coactis in unum locum atque stipatis, nemini cuiquam sese mouendi facultas erat: sed tota multitudo, ueluti unum aliquod corpus compactum uariè in utranque partem mouebatur, uariè inclinabatur. Paucis admodum cum hoste à fronte aut à tergo ingruente pugnandi copia fiebat, ipsi sese multis modis lædebant: nam qui semel strinxisset gladium aut intentasset hastam, recondere eam aut ad se recipere

Apollo Lycius.

Helenus Pyrrhi filius.

recipere nullo modo poterat, sed per proximum quenq; exigebat: itaq; mutuis cædibus peribant. Ibi Pyrrhus præsentem tempestatem cernens, apicem qua galea ipsius insignibatur detractum amicorum cuidam tradidit: & equo suo fidens in persequentes hostes impetum dedit: ubi per thoracem hasta ictus, uulnere neq; lethali neq; magno, in eum qui sauciauerat sese conuertit. Erat is Argiuus haud nobili genere ortus, sed mulierculæ pauperis & iam uetulæ filius. Ea de tecto, sicut & reliquæ mulieres, pugnam spectans, cùm filium Pyrrho congressum cerneret, periculi magnitudine territa, utraque manu arreptam tegulam in Pyrrhum coniecit: quæ infra galeam capiti illapsa, uertebras ceruicis imæ comminuit: itaque Pyrrhus oborta ante oculos caligine, manibus habenas dimisit, ipseq; ad Licymnij sacrarium decidit, plerisque ignotus. Zopyrus uerò quidam, unus de ijs, qui sub Antigono militauerant, cumq; eo duo uel tres alij accurrentes, cùm quis esset agnouissent, ad fores quasdã attraxerunt, iam ab ictu uires colligentem. Et Zopyrus gladio Illyrico stricto caput ei præcisurus, Pyrrho terribilem ei uultum obuertente ita cõsternatus est, ut trepidans totus, manibusq; tremens, non rectà ceruicem ipsam amputârit, sed iuxta os & mentum collo secato, tardè & ægrè caput auellerit. Iam & ad plures id factum emanauerat: & Alcyoneus citato equo accurrens, caput sibi cognoscendę rei causa præberi postulabat. Acceptum ad patrem Antigonum statim detulit, & apud eum cum amicis tum sedentem proiecit. Antigonus ut uidit, filium sceptro percussum abegit, barbarum & scelere contaminatum dicens: ipse Demetrij patris, auiq; Antigoni (quę domestica habebat commutatæ fortunæ exempla) recordatus, chlamyde oculis obducta fleuit. Caput etiam & corpus Pyrrhi honestè ornatum cremauit. Posteà cùm Alcyoneus in Helenum incidisset abiectum, & uili palliolo amictum, eumq; humaniter compellatũ ad patrem adduceret: Hoc, inquit Antigonus, quàm prius tuum factum, fili, meliùs habet: quãquam id quoq; non satis rectè actum est, quòd uestitum ei hunc non detraxisti, qui nobis, qui uicisse iudicamur, maiori est dedecori, quàm ei qui fert. Porrò autem Helenum amicè acceptum, ornatumq; in Epirum remisit: atq; castris Pyrrhi, omnibusq; copijs in suam redactis potestatem, eius amicis humanum se benignumq; præbuit.

A

Pyrrhi interitus.

B

Alcyoneus Antigoni filius.

PLVTARCHI MARIVS,

C

[redacted]

Augustano interprete.

De nominibus Romanorum.

C. MARII tertium nomen non extat: sicuti neq; Q. Sertorij, eius qui Hispaniã obtinuit, neq; L. Mummij, à quo Corinthus deleta est. Quod enim hic Achaicus dicitur, id à re gesta cognomentum ei est factum, sicut Africani Scipioni, & Macedonici Metello. Hoc argumento Posidonius potissimùm refutari eos cẽset, qui tertium nomẽ Romanis proprium esse putant, Camillum uerbi causa, Marcellum, Catonem: nempe ea ratione effici ait, ut quibus duo tantum nomina essent, ij nomine uero carerent. Atqui id nõ sensit, hac ratione simul & illud adstrui, nullam mulierem habere nomen: quandoquidem inter genera ista nominum primũ, quod Posidonius propriè nomen Romanis esse arbitratur, nulli mulieri imponitur. De reliquis duobus nominum generibus, alterum commune est, à familia ductum, ut Pompeij, Manlij, Cornelij, sicuti Heracli-

darum

A darũ apud Græcos & Pelopidarũ, id est Herculis uel Pelopis posterorũ. Alterũ cognomẽtum, à natura, aut actione aliqua, aut corporis figura seu uitio ductum, ut Macrini, Torquati, Sullæ: qualia Græci sunt, Mnemon à memoria, Grypus à naso adunco, Callinicus à uictoria. Hac quidem de re disputandi multa argumenta inæqualitas consuetudinis suppeditat. Vultum autem Marij in marmorea effigie Rauẽnæ in Gallia expressum uidimus, omnino austeritati & sęuitiæ, quæ de eo prædicantur, conuenientẽ. quippe fortis natura & bellicosus, magisq; ad bellum quàm ciuilem uitã eruditus, potentiam adeptus immodica ira ferebatur. Fertur neque didicisse literas Græcas, neque sermone Græco ulla in re seria usus: ridiculum ratus ea discere, quorum magistri alijs seruirent. Post secundum etiam triumphum, cùm in templi cuiusdam dedicatione Gręca spectacula exhiberet, ingressum in theatrũ, tantùm consedisse, statimq; rursus abijsse perhibent. Quare ut Plato Xenocrati philosopho moribus austerioribus prędito sępenumerò solebat dicere, Rem diuinam, optime Xenocrates, fac Gratijs: ita si Marius persuaderi sibi passus fuisset, uti Gręcis Musis & Gratijs sacrificaret, haud profectò turpissimam pulcerrimis rebus bello

Facies Marij.

Marius Græcarum literarũ cõtemptor.

B paceq; à se gestis coronidem imposuisset, per iram, intempestiuamq; ambitionem, cupiditatesq; immedicabiles in crudelissimam & sęuissimam prouectus senectutem: quod in ipsis eius actis perspicietur. Natus perobscuris pauperibusq;, & qui opere faciundo se alerent parentibus, patre C. Mario, matre Fulcinia, serò urbem & urbana studia uidit: antè in uilla agri Arpinatis Cirręatone uitam ciuili quidem ista & eleganti rudiorem, frugalem tamen, & antiquę Romanorum educationi similem exegerat. Prima eius militia fuit contra Celtiberos, quo tempore Scipio Africanus Numantiam obsedit: neq; latuit imperatorem, fortitudine eum alijs iuuenibus præstare, uictusq; rationem, quam luxu corruptis militibus instituerat Scipio, facilimè eum ferre: dicitur etiam hostem inspiciente imperatore congressus strauisse. Itaq; & alijs honoribus eum Scipio sibi deuinxit, & in cœna aliquando de ducibus sermone oborto, cuidã seu quòd re uera dubitaret, seu blandiẽdi causa interroganti, quemnam ipso defuncto similem esset ducem populus Romanus habiturus, Marij humerum leuiter manu percutiens, Hunc fortasis, respondit. Ea in utroque uis erat naturæ, ut hic statim in adolescentia sua magnus uideri, ille ex initio

Genus Marij & patria.

Militia prima.

Scipionis de Mario testimoniũ.

C finem cognoscere posset. Sanè Marium hac uoce potissimum, tanquam diuino aliquo oraculo erectum in amplam spem ferunt, ad rempublicam se contulisse, operaq; usum Cæcilij Metelli, cuius à maioribus tradita iam inde à puero usus fuerat clientela, Tribunum plebis creatum fuisse. Rogationem in tribunatu suo tulit de ferendis suffragijs, quæ uidebatur potentiũ in iudicijs uires imminuere: itaq; Cotta consul senatui persuasit, uti legem impugnarent, Mariumq; ad rogationis eius rationem reddendam uocarent. Facto decreto, Marius in senatũ uenit: neque uerò id ei, quod iuueni qui recens nulla splendida occasione adiutus in rempublicam uenisset, euenire cõsentaneum erat, accidit: sed eos sibi sumens tum spiritus, qui rebus deinde ab ipso gestis digni essent, Cottæ nisi decretum abrogaret, carcerem minatus est. Cùm is ad Metellum conuersus, sententiam rogasset, & Metellus consuli patrocinaretur, Marius uiatorem intrò uocauit, ipsumq; Metellum in carcerem abduci iussit: hoc reliquos tribb. pl. inuocante, neq; ullo auxilium ferente, senatus decretum rescidit: Marius magna cum gloria ad populum egressus legem petulit. Videbatur itaq; is esse, qui neque metu flecti, neq; reuerentia cuiusq; teneri se pateretur.

Marij tribunatus pleb.

H Sed in

sed in gratiam populi acriter contra senatum insurgeret: quam tamen de A
sese opinionem mox alio facto extinxit. Legi enim promulgatæ de distri
buendo inter ciues frumento cùm se acerrime opposuisset, atque uicisset,
æqualem sibi apud patres & plebem honorem parauit, creditusq; est neu
tri parti quicquam nisi è republica esset, gratificari. Post tribunatum, ædi-
Aedilitatis petitio.
litatem curulem ambijt. Duæ enim sunt ædilitates, una curulis, quæ & ma
gistratus nomen gerit, à sella curuli sic dicta: plebis altera, & inferior di-
gnitate. Et curulibus ędilibus creatis, inde de plebeijs suffragia ineuntur.
Itaque Marius cum curulem se non obtinere palàm cerneret, statim alte-
ram petijt: uisusq; audax esse, & contumax, hac quoque excidit. Duas
3 uerò eodem die passus repulsas, quod nemini accidit alteri, nihil planè de
animi sui elatione remisit. paulo pòst præturam ambiuit, ac propemodū
repulsus, postremo omnium loco prætor creatus, ambitus reus est fa-
Praetura eius, & ambitus iudicium.
ctus. Maximè suspicionem mouit Cassij Sabaconis (qui sociorum Ma-
rij præcipuus erat) seruus intra cancellos conspectus, permixtus ijs qui
suffragia ferebant. Cassius à iudicibus uocatus, se contracta ob æstum siti
frigidam poposcisse, famulúmque cum poculo septa intrasse, & aqua
allata e uestigiò abijsse dixit: sed tamen à censoribus posteà senatu motus B
est, siue ob falsi testimonij dictionem, siue ob intemperantiam meteri id
4 creditus. C. quoque Herennius testis aduersus Marium adductus, patro-
num dicendi contra clientem testimonij necessitate antiquitus recepta
Romanorum lege liberari respondit: Marij parentes, ipsumq; ab incun-
te ætate Marium Herenniæ domus clientes fuisse. Accipientibus hanc
excusationem iudicibus, ipse Marius contradixit: se cùm primùm magi-
stratum occepisset, clientelam exiuisse prætēdens. Non erat hoc omnino
uerum: neque enim nisi curulis magistratus ius patronatus in eos qui &
ipsi & maiores ipsorum clientes fuerunt, tollit. Enimuerò primis diebus
in iudicio cùm malè stetisset, expertusq; esset iniquos iudices Marius, ulti
ma inopinato absolutus est suffragijs æqualibus inuentis. In prætura me-
diocri laude parta, post hanc exteriorem Hispaniam pro prætore sortitus
obtinuit. Fertur eam prouinciam cùm adhuc inhumanis uiuentem mo-
ribus atque belluinis accepisset, Hispanis etiamnum prædationes pul-
cerrimam omnium rem ducentibus, à latrocinijs expurgasse. In republi-
ca autem uersanti, cum neque diuitiæ neque facundia essent, quibus ea
tempestate maximè populi studium, honoresq; inde parabantur: ipsam C
tamen elationem animi in eo, laborum adsiduitatem, uitámque popula-
Vxor Marij.
rem ciuibus amplectentibus, ad honores & potentiam euadebat. Quo
modo uxorem etiam ex illustri Cæsarum familia Iuliam nactus est: cuius
fratre Cæsaris, qui posteà summus Romanorum extitit, natus est, Mari-
um ipse quoque ob propinquitatem nonnihil imitans: ut in eius uita o-
stensum est. Mario præterea & temperantię & tolerantiæ testimonia per-
hibentur: & huius quidem indicium extat. Varicibus enim magnis cum
utrunque eius crus laboraret, deformitatem ægrè ferens, medicum accer
siuit, eique non ligatus crus alterum præbuit, ac nihil ipse motus, nullo
edito gemitu, constanti uultu tacitus incredibiles secturæ dolores pertu-
lit: ad alterum uerò transeunte medico, non sustinuit, remedium hoc non
Gesta Marij bello Iugurthino.
dignum esse inquiens, cuius causa tanti cruciatus tolerarentur. A` Cæci-
lio inde Metello, cui consuli bellum in Africa contra Iugurtham manda-
tum fuerat, legatus abductus, magnas ibi res, & præclara certamina ag-
gressus, Metelli gloriæ, id quod reliqui faciebant, augendæ, fauorique
eius conciliando studendum sibi nequaquam existimauit: neque à Me-
tello

A tello se legatum, sed à fortuna in commodissimam occasionem, maximorumque facinorum theatrum introductum iudicans, omnia uirtutis ope ra exercuit: cúmque bellum multa difficilia secum ferat, neque magnum ullum subterfugiendo laborem, neque paruum se indignum ducendo, & æquales quidem consilio, utiliúmque rerum prouidentia superando, cùm militibus frugalitate & laborum tolerantia certando, multam sibi suorum beneuolentiam conciliauit. Omnino enim laboris hoc solatium homines habent, si quem alium sponte eundem perferre laborem uideant: ita enim necessitas uidetur sublata. Romanis uerò iucũdissimum est spectaculum dux in oculis militum eodem pane uescens, aut in uili toro quiescens, aut in fossa uel aggere faciendo operam communẽ præstans: non enim eos perinde duces in oculis ferunt, qui honorem aut pecuniam largiuntur, quàm hos, qui laboris periculorumq́ in sese patem recipiunt: magisque amant laborum societatem eos ineuntes, quàm otium indulgentes. His omnibus Marius milites sibi deuinciẽs, nomine suo & gloria celeriter Africam impleuit, & Romã: scribebant enim suis domũ milites, nullum belli contra Iugurtham finem futurum, nisi C. Marius consul B crearetur. Hæc Metellum haud obscurè molestia afficiebant: præsertim uerò Turpilij casus. Erat is Turpilius paternus Metelli hospes, & sub eo tum dux sociorum militabat. bello Iugurthino Vaccam urbem magnam præsidio tenens, dum oppidanis, quos nullo maleficio uexabat, sed humaniter ijs ac benignè utebatur, incautus fidit, in manus hostium peruenit: ab oppidanis tamen Iugurtha recepto deprecantibus pro eo, saluus dimissus fuit. Huic proditionis accusato Marius in iudicio præsens grauem se præbuit, multisque contra eum irritatis effecit, ut damnare eum & capitali supplicio afficere coactus fuerit Metellus. paulo pòst falso crimine oppressum Turpilium apparuit: cúmque alij Metello rem grauiter ferenti socios se doloris præberent, Marius præ gaudio sibi hoc facinus uendicare, ac ubique iactare non erubuit, diras se ultrices contra Metellum propter cædem hospitis excitauisse. Apertæ post hæc fuerunt inimicitiæ: feruntq́ præsenti aliquando Mario Metellum ueluti per contumeliam dixisse: Tu ergo, bone uir, relinquis nos, domúmque ad petitionem consulatus contendis: non enim satis tibi erit collega hoc meo filio (erat is adhuc adolescentulus) consulatum gerere. Proinde Marium commea- C tum petentem diu remoratus, tandem residuis adhuc ante comitia consularia duodecim diebus dimisit. Marius à castris ad mare Vticã duobus diebus, unáque nocte confecto ingenti itinere perrexit, ibique antequam solueret sacris operatus est. Ferunt ei aruspicem dixisse, incredibiles omníque spe meliores ei successus portendi. His fretus soluit, & quatriduo superato mari secundi uenti auxilio, Romam uenit. Hic & expectatus eius populo fuit conspectus, & ad multitudinem à tribuno plebis quodam productus, multa Metellum calumniatus, consulatum petijt, promittens se aut uiuum Iugurtham, aut mortuum in potestatem P. R. redacturum. Magno consensu consul creatus, confestim delectum contra leges & consuetudinem instituit, multis pauperibus atque seruis scriptis: cùm priores duces hos non admisissent, sed arma, ut rem iuxtà alijs præclaram, eo honore dignis tantum dedissent, bona eorum pignoris loco esse arbitrati. Non tamen hoc caput fuit reprehensionum, in quas incurrit Marius: sed ferocia eius dicta quæ superbè & contumeliosè fundebat, nobilibus dolorem adferebant. Consulatum suum spolia de mollicie nobilium & diuitum se habere: se uulneribus suis, non mortuorum

Ducis exemplum.

Turpilius falso proditionis dãnatus.

Marij in Metellum iniuria.

Marius ut Romã profectus, consulatũ obtinuerit.

monumentis, aut alienis imaginibus sese ad populum iactare: sæpe eti- A
am duces, qui eo bello in Africa rem inseliciter gesserant, Bestiam & Al-
binum, nobiles uiros, sed imbelles, & ob imperitiam rei bellicæ eladem
passos, nominatim perstringens, ex adstantibus quærebat, Nónne existi
marent horum maiores optaturos Marij potiùs similes, quàm quales reli
quissent, posteros? cùm ne ipsi quidem nobilitate generis, sed uirtute &
præclaris facinoribus gloriam essent adepti. Hæc ille neque uana iacta-
bat, neque procacitate, aut inani exercendi odia contra potentiores stu-
dio ductus: sed populus senatus ignominia, orationisq́; fastu gaudēs, sub-
inde animum eius elatum iam antè immodicè augebat, incitabátque ut
sibi gratificans optimatibus non pareeret. Postquam in Africam traiecit,
Metellus inuidiæ cedens, impensèq́; dolens quòd bello iam à se confecto,
eóque tantùm restante, ut corpore Iugurthæ potiretur, Marius malam
ipsi gratiam referendo auctus adesset ad præripiendam rei gestæ coro-
nam, atque intercipiendum triumphum, congredi cum ipso non susti-
nuit, sed aliò concessit: Rutilius Metelli legatus Mario exercitum tradi-
dit. Et quidem in fine Marium ultio diuinitus consecuta est: nam Syl-
la ei gloriam rei gestæ perinde atque ipse Metello, eripuit: quo modo

Sylla Iugurtha capto Marij gloriæ officit.

id sit actum, paucis narrabo, cùm singula sim in historia Syllæ persecu- B
tus. Bocchus rex Mauritaniæ socer erat Iugurthæ. Huic bellum gerenti
nihil admodum opitulatus erat, infidelitatem eius causatus, & incre-
menta timens: fugientem, ac uagantem, necessitatéque eò compul-
sum, ut in socero ultimam spem reponeret, ideóque ad se profectum,
magis uerecundia supplicis, quàm fauore motus recepit, secúmque
habuit. Palàm inde Mario se excusare, & Iugurtham se non deditu-
rum ei liberè scribere: occultè proditionem contra hunc componere,
& ad se uocare L. Syllam, Marij tum quæstorem, ut à quo isto in bello
beneficiorum aliquid accepisset. Vbi Sylla fidem habens promisso ue-
nit, Bocchus sententiam mutare, pœnitere instituti, multósque dies an-
cipiti deliberatione teneri, traderétne Iugurtham, an Syllam quoque
detineret. tandem proditionem primò cogitatam, ratam habuit, Syllæq́;
Iugurtham uiuum tradidit. Hoc primum fuit grauis istius & implacabilis
inter Syllam & Mariū dissidij initiū, quod parum abfuit quin Romā euer
teret. Multi enim inuidia Marij adducti, Syllæ Iugurtham captum adscri-
bebant: & ipse Sylla traditum sibi à Boccho Iugurtham in annulum su- C
um insculpsit, eóque sigillo semper est usus: ambitiosum hominem, &
socij gloriæ impatientem, contentiosumq́; iritans Marium, eius inimi-
corum præcipuè instinctu: qui ut populi admirationem studiáque in
Marium tollerent, Metello primas maximasq́; belli eius laudes, Syllæ fi-
nem adscribebant. Hanc inuidiam, odiaq́; in Marium & calumnias statim

Causa prima discordiæ inter Syllam & Marium.

Syllæ sigillum.

6 deleuit periculum ab occidente Italiæ imminens. Nam ubi primùm ma-
gno duce opus esse constitit, & aliquem urbs circumspexit, cui uelu-
ti rectore usa belli hanc tempestatem effugeret, nemo quisquam eo-
rum qui generis freti nobilitare, aut diuitijs consulatum petebant, ha-
buit rationem, sed Marium absentem uno ore omnes consulem desi-
gnarunt. Etenim simul & Iugurtham captum esse renunciatum fuit,
& de Teutonis atque Cimbris rumores allati tanta multitudine tantoq́;
robore aduentantibus, ut fidem primò non inuenerint, pòst rei grauitate
minores apparuerint. Quippe hominum armatorū & bellicosorū CCC.
millia erant: mulierū & liberorū eos numerus lōgè amplior comitari fere-
batur. Agrū qui eam multitudinē aleret, urbesq́; quas habitarēt petebāt,

Bellū Cimbricum & Teutonicū.

A sicuti antè Gallos audierant optimam Italiæ regionem Etruscis ademptã obtinuisse. Ipsi quidem quia & nulla cum aliis commercia habebãt, & longissimo itinere adueniebant, quinam homines essent, aut unde terrarum profecti nubium instar in Italiam & Galliam decubuissent, ignorabatur. Maximè tamen coniectura erat, Germanorũ esse nationes eorum qui ad septentrionalem Oceanum pertinent: sumpta ex magnitudine corporum, uultu terribili, & quia latrones Germani Cimbros dicunt, coniectura. Alij Germaniam, nimirum regionem amplissimam, ab exteriori mari & partibus ad septentrionem uergentibus ad ortum solis iuxta Mæotidem paludem reflecti, atq; ibi Scythiam Ponticam contingere dicunt: inde gentes eas inter se permisceri. Hos non uno omnes impetu neq; continenter, sed quotannis uerno tẽpore sedibus suis exire, atq; semper ad ulteriora progredi: hoc modo per multũ tempus illos per cõtinentem armis uagatos: itaque etsi multa sint peculiaria adepti nomina, tamen Germanoscythas eum exercitum uocari. Quidam Cimmerios, primùm à priscis Græcis cognitos, non magnam mortalium portionem, sed exules quosdam aut factionem Scythicam ui domo pulsam in Asiam à Mæotide transiuisse autumant, duce Lygdamide. Horum maximam & bellicosissimam partem
B in extremis ad mare exterius partibus sedes posuisse loco umbroso & syluestri, solisq; radiis planè inaccesso propter densitatem nemorum, quæ usque ad Hercyniam syluam inrrorsum pertingãt: polum porrò septentrionalem haud multum ab eo cœli puncto, quòd directè eorum uertici imminet, abesse: itaq; diem integrã anni medietatem, reliquum noctem occupare: inde occasionẽ Homericę in Necya de Cimmeriis fabulæ prębitam. Hos ergo affirmant Cimmerios ab initio, tunc Cimbros (neq; hoc à uitæ instituto) dictos, tum in Italiam irrupisse. Verùm hęc quidem coniectura magis quàm certò narrantur. Multitudinem sanè non inferiorem, sed ampliorem rumore fuisse traditum est. Ferociam eorum & audaciam sustinere poterat nemo, inq; pugnis manuum ui & celeritate equis similes erant: neque quisquam eorum impetum subsistere ualebat. Ad quos ueniebant in itinere, eorum bona agebant atque ferebant. Romanos autem multos duces cum magnis exercitibus Galliæ transalpinæ prȩfectos deleuerant: quorũ turpibus maximè prœliis incitati, cùm obuios quosq; uicissent, & magnam uim bonorum parassent, statuerunt non nisi Roma
C euersa, Italiaq; uastata sedes sibi locare. Hæc cùm ad Romanos afferrẽtur, Marium crebrò ad gerendum bellum uocabant: & cõsulem iterum creârunt, quantumuis lex prohiberet ne uel absens quisquam, uel iterum consul non interiecto eo quod erat legibus definitum temporis spacio fieret. Verùm hoc tempore populus eos qui legem obtenderent, comitiis expulit: non tunc primùm legem eam utilitati cedere sentiens, neque causam præsentem illa minùs idoneam, ob quam Scipio contra leges consul erat factus, non metu amittendæ patrię, sed Carthaginis cupiditate potiundę impellente. Hoc facto decreto, Marius ex Africa cum exercitu transuectus, ipsis Kalendis Ianuariis (quod initium anni Romanis est) & consulatum occepit, & triumphum duxit, Iugurtham captiuum incredibile Romanis spectaculum exhibens, quo uiuo uictoriam de hostibus nemo ne sperasset quidem: adeò ad omnem fortunam se accommodare callidus, astutiæ magnæ admixtam ferociam habebat. Verùm in triumpho inductus Iugurtha, de potestate rationis exiit: ac pòst in carcerem coniectus, cùm quidam ui ei tunicam eriperent, quidam aui eam inaurem reuellere contendentes, simul auriculam auellissent, nudus in barathrum detrusus

De Cimbris & Cimmeriis.

Marium legib. solutum.

Marij de Iugurtha triumph.

est: ibi perturbatus planè, uultu in risum uerso, Hercules, inquit, quàm A
frigidum nobis est balneum: sex totos inde dies cum fame colluctatus, & usque ad extremam horam cupiditate uitæ suspensus, dignas
tandem flagitijs suis pœnas dedit. In triumpho præterea illata narrant auri ter mille, ac septem pondo, argenti non signati pondo quinquies millia, DCCLXXV. signati CCLXXXVII millia denariûm. A triumpho senatum in Capitolium uocauit: & siue imprudens, siue fortuna inciuiliùs utens, triumphali habitu in senatum ipse uenit: mox uerò senatum id ægrè ferre sentiens discessit, prætextámque indutus rediit.

Marius ut milites laboribus durauerit. Proficiscens autem ad bellum, milites magnis laboribus exercuit, cursibus uarijs & longis itineribus fatigans, cogénsque ipsos impedimenta sua ferre, & sine lixis atque calonibus ad uictum necessaria parare. Inde tractum, ut laboriosi, & qui taciti imperata promptè facerent, muli Mariani dicerentur. Quidam adagij eius aliam rationem afferunt. Scipioni Numantiam obsidenti cupiditatem incessisse nõ arma modò & equos, sed mulos etiam & carros suorum inspiciendi, quo modo singuli ea omnia parassent atq; adornassent. adductum fuisse à Ma-
rio equum ab ipso optimè nutritum, & mulum cæteris & habitiorẽ mul- B
to, & cicuritate atq; robore præstantem. imperatorem Marij iumẽtis oblectatum, sæpe eorum meminisse: inde ortum ut qui per cauillum ob laborum adsiduitatem & tolerantiam laudaretur, Marianus mulus appellaretur. Marij autem magna fortuna factum uidetur, quòd barbaris impetu eorum æstus marini in morem reciprocante prius in Hispaniam conuersis, spacium ipse nactus est interim & exercendi milites & animos eorum confirmandi, & (quod erat summum) se, qualis esset, ipsis ad cognoscendũ proponendi. Nam austeritas eius in imperio, inq; supplicijs imponendis inexorabilis seueritas, ad nihil peccandum, neq; mandata detrectandum adsuefactis, & iusta, & salutaris apparuit esse: animíque uehementia, uocis duricies, sæuicia uultus paulatim familiaris militib. ita facta est, ut non sibi ea, sed hostibus terrori esse censerent. Præcipuè autem iudiciorum rectitudo militibus placuit: cuius hoc exemplum recitatur. C. Lu-
9 sius, Marij sorore natus, tribunus militum sub ipso erat: uir cætera non ma-
Iusticia eius. lus, nisi amore adolescentulorum formosorum uinci se passus fuisset. Amabat quendam eorum quos sub se habebat adolescentum, nomine Tre-
bonium, & sæpe pudiciciam eius tentârat. quod cum frustra esset, tan- C
dem noctu misso apparitore ad se uocauit: uenienti (neque enim uocato non uenire licebat) in tentoriúmque ad se adducto uim facere conatus, gladio est ab eo cæsus. Actum est hoc Mario absente: reuersus Trebonium causam dicere iussit. Multis accusantibus, nemine patrocinante, audacter ipse Trebonius rem exposuit, testésque habuit, qui eum sæpe à Lusio tentatum, magnis etiam donis oblatis, nulla re ut corpus prostitueret adduci potuisse affirmarent. Miratus id factum, oblectatúsque Marius, coronam, quæ rebus præclarè gestis more maiorum dari solet, afferri iussit, eaq; Trebonium ornauit: ut qui pulcerrimum facinus exempla egregia tempore postulante edidisset. Hæc res Romam

Consulatus eius tertium. renunciata, haud parum Mario ad tertium consulatum momenti attulit adipiscendum: simul etiam cùm barbarorum aduentus uere appetẽte expectaretur, nulli alij duci bellum contra eos committendum uidebatur. Barbari expectatione multo tardiùs uenerunt: atq; rursus re contra eos nulla gesta Mario tempus cõsulatus sui exiuit. Comitijs ergo instantibus, collega suo uita defuncto, castris M. Aquillio præfecto, Romam se con-
tulit,

A tulit. Multis, iisq; egregijs uiris, consulatum ambientibus, L. Saturninus tribunus plebis, qui omnium suorum collegarum maxime populum orationibus trahebat, & quem Marius demerendo suum fecerat, concione habita Marium creari consulem suasit: Mariumq; nugantem, & recusare se consulatum, quo nihil opus sibi esset, simulantem, patriæ proditorem appellauit, qui tanto impendente periculo imperij administrationē subterfugeret. Haud erat obscurum, frigide Saturninum fabulæ, quam agebat Marius subseruire: sed pleriq; tempus præsens uirtutem eius fortunamq; requirere uidentes, consulem eum quartum constituerunt, collega addito Lutatio Catulo, qui & in honore apud optimates, neque plebi molestus erat. Marius cognito prope adesse hostem, celeriter Alpibus superatis castra ad flumen Rhodanum muniuit: inq; ea magnā uim commeatus conuexit, ne utilitatis ratione aliter postulante, penuria necessariarum rerum in aciem descēdere cogeretur. Cum autem subuectio commeatus & longa ante & sumptuosa fuissent, breuem ipse atque expeditam effecit. Etenim in ostijs Rhodani recursus maris limum multū congerebat, profundoq; cœno à fluctibus eò compacto tumulus excitatus, *Marius cons. IIII.*

B laboriosam & tardam per ea ostia nauibus frumentarijs subuectionem reddebat. Marius autem ocio suorum militum in eam necessitatem abutens, à Rhodano magnam fossam ad maris littus commodius perduxit, eoq; auersa magna fluminis parte, alueum profundum & magnis nauigijs habilem, cuiusq; ostia ad mare læuia essent, neque alluuie obstruerentur, perfecit. Vocatur etiamnum fossa Mariana. Barbari autem copias suas in duas partes distribuerūt, ita ut Cimbri per Noricum supernè contra Catulum irent, uiq; transitum eum aperirent: Teutones & Ambrones per Liguriam secundum mare ad Marium pergerent. Cimbri aliquanto segnius iter suum confecerunt. Teutones autem & Ambrones confestim peragrato quod in medio erat regionis, ingenti multitudine, horrendo aspectu, uoce & tumultuatione alijs gentibus dissimiles, Romanis se ostenderunt, magnaq; planicie castris occupata Marium ad pugnam prouocauerunt. At Marius nihil eorum prouocatione motus, milites suos castris continere, qui ferocius se gererent, acerbè obiurgare, tribunos militum & præfectos barbarorū minis irritatos, atque pugnam committi postulantes, proditores patriæ appellare: non enim triumphi trophæi'ue sta- *Fossa Mariana.* *Marij stratagema.*

C tuendi causa laborari in præsentia, sed ut nube hac & quasi fulmine belli profligato, Italia seruetur. Milites uerò alios subinde atq; alios super uallo constituere, & spectare hostes iubens, ad ferendum eorum aspectum, uocemq; planè barbaram & belluinam sustinendam, nec non armaturam eorum motusq; in armis perspiciendum adsuefecit: paulatim'ea quæ terribilia ante uidebantur, quotidiano aspectu quasi familiaria reddens. Existimabat enim terrorem absentium rerum ipsa nouitate falsò augeri: consuetudine autē effici, ut ea etiam quæ horrenda sint natura, terrendi uim amittant. Et uerò non terrorem modò apud milites quotidianus ille aspectus extinxerat, sed minæ barbarorum, fastus'que intolerabilis animos eorum excitauerat, ira'que inflammauerat: cùm non modò omnia circùm barbari diriperent, sed & ad castra ipsa hostium petulanter atque ferociter accederent. Itaque ad Marium huiusmodi uoces militum, indignationes'que perferebantur: Quid ita tandem Marius ignauos nos iudicans, ueluti mulieres seris & ianitoribus à prœlio arcet? agedum faciamus, quod liberos decet uiros, percontemur aliósne expectet pro libertate pugnaturos, nobis uerò semper ad fodiendas fossas,

H 4 cœnum

cœnum expurgandum,& auertēda flumina sit usurus operarijs?nimirū A
in hunc finem multis nos istis laboribus exercuit, his suorum cōsulatuum
10 egregijs factis ad ciues redibit? Nisi si Carbo eum,& Cæpio terrent,ab hostibus uicti,longè ipsi & gloria Mario inferiores,& copijs instructi deterioribus:& quidem aliquid agēdo,sicuti illi,perire,quàm depopulationes sociorum ociosè spectare pulcrius est.Hæc audienti Mario uoluptati fuerunt:milites$\text{q}$; uerbis lenijt,non se illis diffidere,sed oraculis quibusdā motum,uictoriæ & locum & tempus expectare opportunum indicans. Etenim Syriam quandam mulierculam,nomine Martham,fatidicam(ut ferebatur)in lectica secum honorificè circumuehebat,iussu$\text{q}$; eius sacra faciebat.Hanc senatus uaticinari de bello præsenti uolentē repulerat.Postquàm uerò ad matronas ingressa diuinationis documenta dedit,& maximè ad pedes uxoris Marij adsidens, congressis fortè duobus gladiatorib. uter uicturus esset ei prædixit:ab hac ad maritū missa in admiratione fuit. Plerunq; lectica ferebatur,ad sacrificia descēdebat duplici punicea ueste induta,hastamq; fascijs & sertis redimitam gestans.Multis id spectaculū disputandi ansam præbuit:cùm alij fidem uati Marium uerè habere,alij simulantem,fabulamq; agentem eam ostentare uulgo putarent.Id mirum est,quod Alexāder Myndius refert,duos uultures semper ante uictoriam B exercitū Marij uisos fuisse sequi:cognitos eos esse æreis torqbus, quos ijs captis milites imposuissent, atq; sic dimisissent:eos proinde milites solitos salutare,ipsisq; in expeditione apparere,feliciterq; gerendę rei omen obijcere.Cùm multa alia ostenta extitissent unius ferè omnia generis,renunciatum etiam hoc est ab Ameria & Tuderto,Italiæ urbibus,noctu in cœlo uisas fuisse hastas ignitas, clypeosq;:primùm in diuersas partes se commouisse,inde concurrisse,formamq; & motum pugnātium uirorum exhibuisse: deniq; parte altera fugiente,altera insequēte, omnes uersus occidentem se pronpuisse.Sub idem tempus Batabaces matris deûm sacerdos Pessinunte Romam uenit,nūcians deam è delubro sibi locutam,magna uictoria Romanos potituros,senatu adsentiente,dcæq; ea parta ædē uouente,Batabacen ad populum ut eadem diceret progressum A.Pompeius tribunus plebis prohibuit,circulatorē appellans,ac per contumeliā de suggesto pellens.Id uerò maximè fidem uerbis Batabacæ conciliauit. Vix enim domum à concione redijt Pompeius,cùm tanta subitò eum febris inuasit,ut intra septimum diem morte obierit,omnibus casu eius cognito.Teutones Mario castris sese continēte,ipsa castra oppugnare adorti,multis à uallo iaculis petiti,amissisq; suorum nonnullis,statuerunt ulteriùs progredi,nullam fore in transeundis Alpibus difficultatem opinati. Itaq; conuasatis omnibus præter castra Romanorum abiuerunt. Atq; ibi demum eorum esse immensum numerum ex longitudine & mora profectionis apparuit. Sex enim diebus continenti itinere præter castra Marij transierunt,proximè apud uallum,simulq; per ludibrium Romanos interrogabant,Ecquid mulieribus mandarent? Se enim propediem apud eas futuros.Postquàm præterierunt barbari, ipse etiam Marius motis castris sensim eos insecutus est,castra semper prope eos in locis tutis ponens, C
11 muniēsq; contra nocturnas incursiones.Postquàm ad Aquas Sextias per uentum est,unde haud longè iam Alpes aberant,ad prœlium committendum se Marius composuit.Castra loco satis munito,sed aquę inope fecit, hoc ipso uolens(ut aiunt)animos militum irritare.multis enim indignantibus,& siti laborandum dicentibus, manu amnem prope barbarorum castra fluentem monstrans,inde posse sanguine aquam redimi respondit. Quærenti-

Batabaces.

Spreta religio.

A Quærentibus inde, cur non continuò eos, dum sanguinem adhuc humi-
dum haberent, in hostem duceret, submissa uoce, priùs castra esse munien
da dixit: eiq; mandato milites, quantumuis molesto, obtemperârunt. Li-
xarum uerò & calonum turba cum neq; ipsi neq; iumenta haberent unde
biberent, confertim ad fluuium descenderunt, cum urnis unà secures, bi-
pennes, gladios etiam & hastas quidam ferentes, aquam uel pugna, si ita
usus esset, quæsituri. Cum his primùm pauci hostiū congressi sunt: (nam
pleriq; aut lauabantur, aut à balneo iam prandebant. Sunt enim ijs in lo-
cis calidarum aquarum fontes: ijsq; sese delectantes & securiùs ob uolu-
ptatem & amœnitatem loci agentes barbaros Romani assecuti erant) plu
ribus ad clamorem accurrentibus, neq; Marius facilè iam milites famulis
suis metuentes retinere poterat, & Ambrones (totius hostilis exercitus e- Ambrones
rant hi bellicosissimi, priusq; Mallium & Cæpionem cum legionibus fu-
derant) numero supra triginta millia seorsim ad arma cōcurrebant. Erant
horū corpora cibo atq; potu distenta, animi feroces uinoq; in exultatio-
nem soluti, cursus non incompositus aut qualis est furiosorum, clamor
quoq; non confusus: sed in numerū arma pulsantes, salientesq;, suum sub
inde nomen Ambronas inclamabant, seu mutuò se ita cohortantes, seu Ligures
B ut hostibus nominis sui mentione terrorē inijcerent. Primi Italorum con-
tra eos descendentes Ligures, cum eorum uociferationem percepissent,
ipsi quoq; Ambronas mutuò conclamarūt: id enim nomen sibi originis 12
suæ & gentis ratione Ligures uindicant. Creber ergò alternis antequàm
manus confererentur, reddebatur clamor: & ducibus utrinq; suis accla-
mantibus, aduersamq; partem magnitudine uociferationis superare con-
tendennbus, iritati sunt accensiq; ea re militū animi. Ambronas amnis
diuellebat, quem transgressi priusq; aciē instruere possent, Liguribus pri
mos inuadentibus pugnam commiserūt: itaq; ut Romani Liguribus au-
xilium ferētes ab edito loco in barbaros irruerunt, pulsi sunt Ambrones,
inq; fuga pleriq; se mutuò trudentes ceciderunt, suisq; cadaueribus am-
nem repleuerunt. Qui uerò transgressi amnē, terga dare non audebāt, eos
cædendo Romani usq; ad castra hostium & carros insecuti sunt. Ibi mulie-
res gladijs securibusq; armatæ occurrerūt, terribili & feroci cum fremitu,
& tam fugientib. quàm persequētib. repugnarūt, illos proditorū loco, hos
hostes habentes: permixtæq; pugnāntibus, nudisq; manibus scuta Roma-
C norum reuellētes, & gladios cōpræhendentes, sauciari se, & corpora dif-
findi sustinebant, pertinaci usq; in mortem ira. Hoc modo ad fluuium for-
tunæ magis quàm imperatoris opera rem gestam perhibēt. Postquā mul-
tis Ambronum interfectis Romani in castra rediere, & nox appetijt: non
ad pæanas pro tam prospero successu canendos, non ad compotationes,
neq; cœnas & læta conuiuia, ac ne ad mollem quidem somnum (quo ni-
hil dulcius uiris feliciter prœlio defunctis est) se conuerterūt milites: sed
eam noctem tanto cum terrore & trepidatione, quanto uix aliam ullam,
exegerunt. Quippe neq; munita aggere & uallo castra erant: & permulta
adhuc barbarorū millia inuicta supererāt, ad quos cum Ambrones, quot
quot fuga cædē euitauerāt, sese recepissent, lamēta per noctem exaudita
sunt nō eiulatibus aut gemitibus hominū conuenientia, sed bellulino cui-
dā ululatui, fremituiq; minis & questib. permixto ab ingēti multitudine
edito: sonū mōtes circùm positi, & ripæ fluminis reddebāt, horribilisq;
per totā planiciē repercutiebatur uox: Romanos metus, ipsumq; cōster-
natio Mariū incesserat, nocturnū aliquod incōpositū & tumultuariū prœ
liū timētē. Verùm neq; hac nocte, neq; quę eā est insecuta dies barbari eos
aggressi sūt: idq; tēpus apparādo & instruēdo extraxerūt. Interim Marius
supra

supra hostium capita deuexos quosdam saltus, conuallesq́ nemoribus te A
ctas conspicatus, eò Claudium Marcellũ cum tribus grauis armaturæ pe
ditum millibus mittit, ut clàm locis ijs insessis, à tergo in hostes pugnãtes
inde erũperet. Reliquos tempestiuè curatis corporibus somnũ capere ius
sit: eosq́ sub auroram extra castra in aciem produxit, præmissis in campũ
equitibus. Quod ubi uiderunt Teutones, ne cõtinuere quidem sese dum
cum Romanis in planiciẽ degressis æquo loco pugnandi facultas fieret:
sed celeriter sumptis per iram armis, aduersum tumulum subiuerunt. Ma
rius in omnes partes dimissis ducibus, stare loco suos iussit, atq; expecta
re dum intra teli iactum barbari accederent: tum uerò pila eiacularentur,
gladijs uterentur, scutisq́ oppositis eos propulsarẽt: etenim barbarorum
loco iniquo succedentiũ, neq; ictus ualidos futuros, neq; uim ullam testu
dinis actę, singulis inęquali loco labentibus atq; nutantibus. Simul hęc a
lijs mandabat, & ipse omnium primus exequi conspiciebatur: ut neq; de
teriùs ullo exercitatus ad militiam, & longè omnibus audacia superior.
13 Quo factũ est ut barbari Romanis resistentibus, ac sursum contendentes
reprimentibus, pulsi paulatim in planiciẽ retrocederẽt. Vix primi eorum
ordines ibi explicuerant, cùm apud postremos clamor, & ob hostium im B
pressionẽ trepidatio extitit. Nam Marcellus occasionẽ attentè operiens,
ut primũ uociferatio sursum per colles elata est, cum suis ex insidijs cum
cursu atq; clamore in terga hostiũ inuasit, extremosq́ cecidit. Cõtra eum
se ijs qui in postrema acie locati erant obuertentibus, totus barbarorũ ex
ercitus perturbatus est: & utrinq; cũ cæderentur, mox ordinibus relictis
fugerunt. Romani in terga instantes, supra centũ millia hominũ occidere
aut cepere: tentorijs etiam, & curribus, & pecunia sunt potiti. Totã eam
prædã (nisi quę furtim subtracta sunt) Mario decreuerunt: idq́ splendidis
simum donũ ob periculi tamen magnitudinẽ non respõdere meritis eius
in eo bello administrãdo uisum est. Sũt qui neq; in prędæ istã donationẽ,
neq; numerũ cæsorum consentiant. Massilienses quidem ferunt ossibus
uineas sepijsse: tellurẽ uerò cõsumptis in ea cadaueribus, ac per hyemem
imbribus delapsis, ita pinguẽ redditã, putredine in profundũ penetrante
repletam, ut legitimo tempore abunde fructuũ protulerit: & quod Archi
lochus dixit, hoc modo agros pinguescere, id tum fuisse cõfirmatũ. Neq;
ab re est quòd post magna prœlia immodicæ pluuiæ decidant: siue Deus
aliquis terrã puris & cœlestibus aquis lustrat atq; proluit: siue cadaueri C
bus & putredine humidã grauemq́ emittẽtibus exhalationẽ, ita aër coit,
alioquin facilè etiam leuissimis de causis mutationi obnoxius. Secũdum
pugnam Marius de armis & spolijs barbaricis pulcerrima quæq; & inte
gra legit, quæ ad exornandum triumphũ conducerent: reliqua omnia ma
gnũ super rogũ cõgerens, magnifico appatu sacrificiũ adornauit. Et mili
tibus armatis omnibus, coronatisq́ circùm adstantibus, præcinctus ipse
(ut est moris) prætextataq́ ueste indutus, facem accẽsam utraq; manu ad
cœlum tendebat: iamq́ rogum incensurus erat, cùm amici admissis equis
ad ipsum contendere uisi sunt. Omnibus silentiũ tenentibus, & quidnam
rei esset expectantibus, ut ad Mariũ illi peruenerunt, ab equis desilientes,
V. consulatus Marij. Mario dextras iungebãt, quintum ei consulatum decretũ nunciabant, li
terasq́ ea de re exhibebant. Accessit ingens illicò lætitiæ de uictoria cõn
ceptæ gaudium, quod milites plausu armorum percussorum testati sunt:
Marius à tribunis militum statim laureo serto redimitus, rogum incen
dit, sacrificiumq́ perpetrauit. Verùm enimuerò quæ nullam magnam
hominum prosperitatẽ integram, molestiæq́ expertem esse patitur, sed
uitam

A uitam humanã lætis aduersa miscendo temperat siue fortuna,siue rerum uicissitudo,siue Necessitas,ea paucis post diebus Mario nunciũ de collega Catulo attulit:perinde ac si sereno cœlo & tranquillo,alias rursus Romæ nubes tempestatesq; immitteret. Catulus enim Cimbris oppositus, cùm de iugis Alpium tenendis desperasset, ne diuidere in multas partes exercitum coactus uires ipse suas debilitaret,in Italiam statim descenderat, fluuiumq; Athesim propugnaculi loco sumpserat, traiectum utrinq; ualidis munitionibus occupauerat,ponte utraq; ripa iuncta:ut si barbari per fauces ad castella oppugnanda uiq; contẽderent,ijs qui trãs flumen erant opitulari posset. Verùm tanta illis ferocia,tantus hostium contẽptus aderat, ut robur potius audaciamq; ostentantes,quàm necessariæ quicq; rei agentes, niuem nudis corporibus incidẽtem pertulerint,perq; glaciẽ & altam niuem ad summitates montium euaserint:inde scuta corporibus lata supponentes,per præcipitia sese demiserint,cùm & lapsus periculosi, & in immensam profunditatẽ abeũtes deiectus ante oculos essent. Postquam ijdem prope hostem castra metati,fluuijq; transitu inspecto cepere aggerem injcere,proximosq; tumulos Gigantum in morem,& arbores radicitus euulsas,& scopulorum fragmẽta,tumulosq; terrestres in flu

Cimbrorũ ferocia.

B men immittere,uti aqua elisa extra alueũ dimanaret: simulq; secundo amne magna pondera demiserunt, quæ fulcra pontis,ipsumq; pontem illisa cõcuterent. ibi uerò plerique militum timore perculsi,ex maioribus castris discesserunt. Eo rerum statu Catulus demonstrans(quod est boni & omnibus numeris absoluti ducis officium)suam se gloriam post ciuiũ famam ponere,cùm militibus uti manerẽt persuadere nequiisset,sed magno cum metu discedere uideret,aquilam tolli iussit,interq; abeũtium primos accurrit,ac ducem se præbuit:turpitudinem rei non patriæ,sed sibi imputari uolens,idq; agens,ut non fugisse,sed ducẽ secuti uiderẽtur milites. Barbari propugnaculũ quod erat trans Athesim aggressi ceperunt: Romanorũq; uirtutem,qui se optimos uiros præstiterant,utq; patria dignũ fuerat pugnauerant, admirati, data fide dimiserũt,iurato æneo tauro, quem postea captum in Catuli domum ueluti spoliorum primitias deductũ ferunt. Porrò autem regionem præsidio carentem effusè populati sunt. Interim Marius reuocatus in urbem redijt: cumq; omnes eum triumphaturũ putarent,idq; senatus lubens decreuisset,ipse renuit:siue ne militũ suorũ

C animos ad bellum remissiores redderet,siue ut animos ciuium præsenti periculo territos in spem bonam erigeret,cùm ipse apud fortunã populi priorũ suorum facinorũ gloriam deponeret,re iterum bene gesta amplio rem eam se recepturũ fidens. Collocutus inde ea quæ instantis essent temporis,ad Catulũ contendit,eum confirmauit,suosq; è Gallia milites acciuit:his receptis,transgressus Padum, barbaros ab interiori Italia arcere statuit. At Cimbri expectare se Teutonũ aduentũ,mirariq; eorum moram ferebant,siue omnino cladem illorũ ignorãtes,siue non habere se pro uera simulantes:(nam & nuncios eius rei grauibus afficiebant supplicijs) itaq; & pugnam differebant, & missis ad Mariũ legatis petebant,ut sibi fratribusq; suis regionẽ & urbes quantũ habitationi eorũ satis esset,cõcederet. Mario sciscitante,ecquós nam fratres suos dicerẽt,ijsq; Teutonas respondentibus,risum omnes sustulerunt:& Marius salse, Omittite (inquit) fratres istos,obtinẽt enim obtinebuntq; in perpetuũ terram à nobis datam. Legati subsannari se intelligentes,Mario conuiciũ facere,minitariq; eum statim Cimbris,post etiã Teutonibus,ut primùm hi redijssent,pœnas daturũ. Atqui adsũt,inquit Marius:& uos discedere hinc nisi salutatis priùs

fratribus non conuenit. Simulq; reges Teutonum, qui fugientes in Alpi- A
bus erant à Sequanis capti, uinctos produci iussit. Quæ postquam Cim-
bris sunt renunciata, extemplò aduersus Marium, quietè tum castra sua ser
uantem, duxerunt. Cùm ad id usq; tempus pila ita essent usurpata, ut cu-

Pila Marij mutat.

spis hastili duabus ferreis fibulis affigeretur, ad eam primùm pugnã Ma-
rius fertur alteram ferream retinuisse, loco alterius clauum ligneum fragi-
lem supposuisse. id enim machinabatur, ut pilum in scutum hostis delatũ,
non rectũ staret, sed fracto ligneo clauo cuspide fixa hastile per obliquũ
traheretur. Boiorix autem Cimbrorum rex cum paucis suorum ad castra
Romanorum adequitans, prouocauit Marium, ut loco & die definito se-
cum acie de ea regione decertaret: Marius, nunquam Romanos solitos
in consilium de faciendo prœlio hostem adhibere, sed tamen se hoc Cim
bris daturum, respondit: ita dies certamini ab eo tertius dictus est: locus
14 pugnæ, campus ad Vercellas, & equitatui Romano, & explicandę barba
rorum multitudini commodus. Vt dictus dies appetijt, utrique suos in
aciem eduxerunt. A' Romanis Catulus uiginti millia, trecentos milites
habebat: Marius millia XXXII: hos eum in utrunque cornu distribuisse
omnes, ita ut mediam aciem Catulus teneret, Sylla qui ei prœlio interfuit, B
scriptum reliquit. Feruntq; Marium cùm à cornibus maximè se in hostem
pugnaturum speraret, ut sibi suisq; militibus totam uictoriam uẽdicaret,
neq; Catulus cum hoste congredi, & in partem certaminis subire posset,
sinum recessumq; mediæ aciei (ut moris est fieri, cùm longa fronte acies
instruitur) effecisse: & idipsum tradunt Catulum sui purgandi causa attu-
lisse, Marioq; multam contra se maleuolentiam obiecisse. At Cimbrorum
peditatus ex castris progressus quadrato agmine incedebat, triginta in
longũ latumq; stadia occupans. Equites autem, XV millia numero, splen
didis in armis prouehebantur: galeas ferebant rictibus terribiliũ ferarum,
rostrisq; rari aspectus adsimilata, quas alatis cristis in altum attollentes,
eo maiores uidebantur: thoraces ferrei, alba ac coruscantia scuta, telũ sin-
15 gulis bidens, comminus magnis grauibusq; pugnabãt gladijs. Ii tum non
à fronte Romanos inuadebant, sed ad dextram flectentes, sensim in eum
locum qui inter ipsos & peditatum ad læuam in acie stantẽ erat medius,
hostem subducebant. Non fefellit Romanos duces ea fraus: sed milites re
tinere non potuerunt, quin ij, ut semel quispiam fugere barbaros uocife-
ratus est, uniuersi ad persequendum hostem se proriperent. Interim pedi- C
tatus Cimbricus uasti maris in modum agitatus, in hostem ibat. Hic Ma-
rius manus lotas ad cœlum intendens, opimum sacrificium dijs promisit:
similiter etiam Catulus elatis palmis dedicaturum se eius diei Fortunam
uouit. Additur hoc, Marium, cum ei immolanti hostia esset monstrata, ma
gna uoce dixisse: Mea est uictoria. Cepto prælio, Mario dignum graui
reprehensione errorem accidisse Sylla narrat. Etenim sublato, ut par erat,
immenso puluere, qui exercituum conspectum adimeret, eum rapto se-
cum suorum agmine ad persequendos, uti primùm intenderat, hostes, ab
his aberasse, præteruectumq; eorum aciem diu in campis oberrasse: in Ca
tulum autem forte fortuna hostes incidisse, pugnamq; ipsius potissimùm
milites (in quibus & sese fuisse Sylla scribit) sustinuisse. Romanis porrò
æstum, & solem Cimbris tum aduersum auxilio fuisse: nam frigoris pa-
tientissimi, nimirum umbrosis (ut dictum est) & gelidis locis educati, à ca
lore uincebantur, sudoremq; toto corpore emittentes, & anheli, scuta fa-
ciebus obijciebant. Pugnatũ est enim post solstitium æstiuum, tertio Ka-
lendas sextiles: ut quidẽ hodie Romani diem eum celebrant. Fecit etiam
ad auda-

A ad audaciã pulsis, hostes occultans, ne multitudine eorum cõspecta ante congressum Romani perterrerentur: itaq; incursu tantùm in oppositos sibi facto, reliquorum securi, pugnabant. Adeò autem laboribus & exercitationibus corpora sua durauerant, ut tanto in æstu, cum cursu confligentium & pugnantium eorum nemo sudare aut anhelare situisus: id quod ipse Catulus prædicans uirtutem militum narrasse fertur. Proinde eo in loco maxima & ualidissima pars Cimbrorum cõcisa est: etenim qui primum in acie locum tuebantur, longis catenis balteis infixis inter sese copulati atq; connexi erant, ne diuelli ordines possent. Fugientes autem ad castra usq; persecuti, in atrocissimum inciderunt spectaculũ. Mulieres barbarorum nigris indutæ uestibus supra carros stantes, fugientes suos, maritos aliæ, fratres aliæ aut patres cædebant: infantiumq; fauces manib. elidentes, mortuos sub rotas & pedes iumentorum proijciebant, seq; inde ipsæ iugulabant. Quandam ferunt de summo temone, utrinq; laqueo appensis ad imos pedes infantibus pependisse: uiros autem, cùm arbores suspendijs non sufficerent, colla sua cornibus aut cruribus boum alligasse: stimulos inde bobus adhibuisse, ab ijsq; ita exilientibus raptatos et

B obtritos perijsse. Verùm ut hoc modo multi perierũt, ad L X. tamẽ millia capti sunt, C X X. millia cęsi. Porrò hostium opes Marij milites diripuerũt: spolia, signa militaria, & tubę, omnia in castra Catuli relata feruntur: coq; maximè argumento Catulum ostendisse, sibi laudẽ uictoriæ deberi. Cùm uerò inter milites ea de re contentio extitisset, ad legatos Parmensiũ, qui tum fortè aderant, arbitrium est delatum: quos Catuli milites per cadauera hostium circumduxerunt, transfixos eos suis pilis ostendentes: etenim pilorum hastilibus prope cuspidem Catuli nomen insculpserãt. Sed tamen Mario ut tota res gesta accepta ferretur, prior eius uictoria, & consulare imperium effecerunt. Præsertim uerò uulgus tertiũ eum urbis conditorem nominabat, ut qui periculum Gallico non minus depulisset: seq; domi cum uxoribus & liberis oblectãtes singuli post Deos Mario etiam libabant: solum etiam eum utrunq; triumphum agere uolebant. Verùm non ita, sed unà cum Catulo triumphauit, moderatum se tanta in felicitate gerere uolens: id simul metuens, ne si Catulus triumphi honore priuaretur, milites qui in acie steterant ipsum quoq; triumphare non permitte-

C rent. Hæc Marius quintùm consul gessit. Sextum consulatum nouo inusitatoq; more ambiuit, populum demerendo, multitudinis gratiæ inseruiendo, non contra dignitatem modò & maiestatem magistratus eius, sed præter naturam etiam suam popularẽ sese & facilem effingendo. Fertur quidem cùm in repub. uersaretur, turbas forenses præ ambitione maximè pertimuisse, constantiamq; ei & animi robur, quo in bello utebatur, in concionibus defuisse, & facilè quauis uel laude uel uituperatione circumagi potuisse. Tametsi perhibitum sit, eum cùm mille Camerinos ob præclaram in prœlio nauatam operam ciuitate donasset, factum id ut legibus contrarium culpantibus respondisse, præ strepitu armorum se legum uocem exaudire nequisse. Verùm magis uidetur clamorem concionalem exhorruisse. cùm enim armis patriæ utilis in militia autoritate atq; potentia ualeret, in repub. autem primo loco excluderetur, ad multitudinis fauorem atq; gratiam confugit: maximusq; fieri quàm optimus maluit. Ea re cùm omniũ optimatũ animos offendisset, tum uerò Metellum, cui pessimam se retulisse gratiam nouerat, metuebat, uirum uera præditum uirtute, naturaq; omnibus qui non optimo publico auram popularem captarent, sed plebem gratificando sibi obstringeret, infestum. Huic

Romanorũ militum patientia.

Cimbricarum mulierũ in se & suos sæuicia.

Summa uictoriæ.

Marius Catuli gloriã aufert.

Triumphus Marij & Catuli.

Sextum cõsulatũ adeptus ut sit Marius.

Marius Glauciæ & Saturnino se adiungit.

itaq; exilium moliens, Glauciam & Saturninum turbulentißimos homi- A
nes, multitudineq; egenorum & factiosorum ciuium stipatos, sibi conci-
liauit: eorumq; opera leges promulgans, admixta in concionem militari
turba, Metellum factione sua superauit. Rutilius, bonus alioqui uir, & ue-
rax, sed cui priuatim cum Mario offensæ intercesserint, autor est diuisa
tributim pecunia Marium sextum consulatum obtinuisse: simulq; id, ut
Metello repulso Valerius Flaccus sibi administer magis quàm collega da-
retur. Præter Valerium Coruinū nemini unquam P.R. tot cōsulatus detulit,
aut cuiusquam petitiones ita ratas habuit. Verùm inter eius primū sextumq;
consulatum annos quadragintaquinq; interuenisse narrant: Marius à pri
mo consulatu quinq; reliquos uno fortunæ impetu exegit. Inuisus autem
fuit præsertim sextus eius consulatus, quòd in eo Saturnini multa mala faci-
16 nora adiuuisset: inter quę etiā Nonij cædes fuit. Hunc tribunatus pl. com
petitorem Saturninus necauerat. Idem factus deinde tribunus pl. legem
tulit agrariam, cum hac clausula, Vti Senatus in concione iuraret, se quic

Marij perfidia, qua Metellum circūuenit.

quid populus iussisset, ratum habiturum, nihilq; impugnaturū. Eam legis
particulam in Senatu Marius insectari se enixè simulans, nequaquam iuratu- B
rum, dixit, neq; uerò quenquam sanum id facturum putare: etenim si lex non
sit mala, iniuriā Senatui fieri, à quo assensio ui extorqueat. Hoc non quòd
ita sentiret, sed ut Metellum ineuitabili fraude circumueniret, ideo dice-
bat. Ipse enim mendacium in uirtutis & calliditatis parte putans, nullam
eorum quę in Senatu fassus fuisset, rationem erat habiturus: Metellum au
tem constantem uirum, & qui ueritatem (ut est apud Pindarum) magnæ
uirtutis principiū duceret, iuramentū in Senatu detrectaturū palàm intel
gebat, atq; ita depræhensum in extremū populi odium conijcere statue-
bat. Et successit res. Metello enim iuraturum se negāte, Senatus dimissus
est. Paucis pòst diebus Saturninus ad tribunal senatores aduocauit, ac
iurare iussit. Ibi Marius accedens, facto silentio, cunctisq; in ipsum inten-
tis, ualere iussis ijs, quæ uerbotenus in Senatu iactauerat, Nequaquam tan-
17 tum se in humeros suos impositurum onus dixit, uti de re ita magna ante
cognitionē sententiam ferret: iuraturum tamen se, & legi staturum, siqui-
dem lex sit. Has enim argutias quasi uelum suæ impudentiæ appendebat.
At populus iuràte eo uoluptate perfusus, plausum dedit, eumq; lætis ac-
clamationibus collaudauit. apud optimates autem Marij mutatio mœ- C
stitiam odiumq; eius excitauit: metu tamen populi adducti, omnes ordi
ne iurauerūt, usq; ad Metellum. Is ut idem faceret nullis amicorū precib.
moueri potuit, obtestantibus ne tantum discrimen (nam Saturninus iura
mentum detrectantibus pœnas atroces rogatione sua minabatur) subire
uellet: uerùm de animi magnitudine, ingenioq; suo nihil omnino dimo-
tus, paratusq; quiduis potius mali perferre, quam turpe aliquid cōmitte-
re, ex concione discessit, ijs qui unà ibant, exponens, Turpe esse quicquā
mali perpetrare: bene autem agere nullo periculo proposito, multorum:
id uerò proprium boni uiri esse, etiam cum periculo suo honestatem in
agendo sequi. Secundum hæc Saturninus rogationem tulit, ut consules
aqua & igni Metello interdicerent: & erāt præstò haud pauci mali ciues,
Metellum occidere parati. Optimo autem quoq; indignitatē rei grauiter
dolente, & ad Metellum concurrente, non passus sui causa seditionē exci
tari, Roma abijt, prudenti usus consilio: aut enim (dicebat) reb. in melius
mutatis, populoq; resipiscente, reuocatus in patriam ueniam: aut, si idem
manebit status rerū, nihil fuerit melius, quàm hinc discedere. Enimuerò qua
beneuolētia acceptus, quantoq; in honore fuerit dum exularet Metellus,

A utq; Rhodi philosophiæ uacans tempus triuerit, commodiùs in eius uita exponemus. Marius autem cum Saturninum huius ministerij causa cogeretur ferre, eoq; ad summum audaciæ potentiæq; euadente conniuere, imprudens eo ad extremum periculi ciuitatem deduxit, ut palàm armis atque cædibus ad euertendam rempublicam, occupandamq; tyrannidem ille sit grassatus. Tandem cùm & pudore optimatium moueretur, & plebem demereri uellet, illiberale facinus perfidè patrauit. Primarijs enim uiris noctu ad se conuenientibus, & ad reprimendum Saturninum cohortantibus, eum ipse ijs inscijs per aliud ostium recepit: tum apud utrosq; fluxum alui causatus, modò ad Saturninum, modò ad alteros accurrendo, animos ab utraq; parte accendit, & inter se commisit. Denique senatoribus & equitibus coitionem facientibus, querelis eorum uictus, arma in forum protulit, seditiosos in Capitolium armis persecutus, incisis aquarum fistulis siti ad deditionem compulit: qui cum se ei publica fide data tradidissent, frustra ipso pro eorum salute omnia experto, in forum degressi, trucidati sunt. Hoc factum præter offensas patrum, plebis etiam odium ei conflauit. Itaq; cum censores essent creandi, putareturq; am-

Marij perfidia in Senatum & socios suos.

Saturninianæ factionis exitus.

B biturus utique, petitione ea supersedit metu repulsæ, passusq; est alios se inferiores creari: ipse quidem eo colore utebatur, ut noluisse se uitam & mores seuerè examinando multorum animos offendere diceret. Cùm de reducendo Metello esset relatum, cùm uerbis & factis diu repugnasset, nihilq; efficeret, desperato tandē negocio, cùm populus lubens legem eam iuberet, reuertentis ab exilio Metelli aspectum non ferens, ante aduentum eius in Cappadociā & Galatiam nauigauit: uota matri Deûm facra se perfecturum uerbis prætendens, sed aliam plerisq; ignotam suę peregrinationis habens causam. Quippe natura à pace & repub. alienus, bellis eucctus ad potentiā atq; gloriā, cùm paulatim ocio ea marcescere iudicaret, nouarum actionū exordia quærebat: sperabatq; fore, ut si inter reges discordiā excitasset, Mithridate, à quo iam tum bellum expectabat, irritato & ad arma conuerso, dux ipse cōtra eum statim deligeret: atq; ita & nouis urbem triumphis, & domum suam manubijs Ponticis, diuitijsq; regijs posset explere. Iccirco quāuis à Mithridate omni studio coleretur, summoq; in honore haberet, nihil tamē flexus, nihilq; remittens, eum apertè monuit, ut uel potentiā Romana maiorem sibi pararet, uel eorum

Censuram Marius cur non ambierit.

Marij ad Mithridatē uox.

C imperata tacitus exequeret. quę quidē uox Mithridatē exterruit, famā sępe, tunc aūt primùm libertatē in dicendo Romanā expertum. Romā reuersus Marius, domū propinquā foro ædificauit: seu (quod ipse ferebat) ne molestiā ijs qui honoris causa ipsum deducere solebant, exhiberet: siue ratus fore, ut co plures limina ipsius frequentarent. Verùm hoc ab re fuit. Consuetudine em̄ familiari, utilitatibusq; urbanis inferior alijs, in pace ueluti bellicum instrumentū negligebatur. Aequiore animo alios sibi præponi tulit: sed odio potentiū erga se, Syllam augeri, dissensioneq; ab ipso aditū ad remp. sibi parare iniquissimè ferebat. Vt uerò Bocchus Numida socius à Romanis appellatus, in Capitolio uictorias trophæa gestantes dedicauit, interq; has imago fuit aurea Bocchi Iugurthā Syllę tradentis: ira studioq; contendendi percitus, quasi suorū factorū gloriā Syllā ad se traheret, deijcere ui ea donaria intendit, acriter quidē Sylla repugnante. Non erupit planè ea contentio, sociali bello, quod subitò exarserat, repressa. Nam bellicosissimæ & maximæ per Italiā gentes contra Romanos conspirauerant, ac parùm abfuit quin principatū P.R. euertissent: tantę illis armorū corporūq; uires, tanta erat ducū audacia atq; peritia.

Syllæ & Marij odia.

Bellum sociale siue Marsicū.

I 2 Id

Id bellum uaria admodum fortuna gestum, quantum Syllæ gloriæ atque A
potentiæ attulit, tantum Mario ademit. Segnis enim Marius in hostibus
inuadendis, planeq; tarditate & cunctatione detineri uidebatur: siue iam
senectus (annum enim tum sexagesimumquintum excesserat) uim istam
efficacitatemq; & feruorem extinxerat: siue neruorum morbo (id enim
ipse causabatur) afflictus, corpore ad agendũ minus habili, pudoris tamẽ
causa ultra uires ducis munus obibat. Et tamen hostib. magno tum prœ-
lio uictis, cæsisq; sex millibus, nullam ijs sui lædendi ansam præbuit: quin
& munitione ab ijs circũuentus, irrisusq; & prouocatus, irritari se, & à con
18 silio detrudi non est passus. Ferunt eum Popedio Siloni, cuius inter ho-
stes summa erat autoritas atq; potestas, cùm is ab eo postulasset, ut siqui-
dem magnus esset dux, in planiciem ad pugnam suos deduceret, respon-
disse: Imo tu, si præclarus es imperator, eò me compelle, ut inuitus tecum
confligam. Alio tempore cùm occasio hostes inuadẽdi ab ipsis esset obla
ta, Romani autem præ metu rem gerere non ausi fuissent, ut utrinq; est
discessum, suis in cõcionem aduocatis, Dubitare se dixit, hostésne, an ipsi
molliores fuissent: nam neq; illos horum terga, neq; hos eorum occipitia B
19 intueri ausos. Ad extremum uerò, tanquam ob imbecillitatem corporis
inutilis, militia se abdicauit. At uerò postquam rebus iam Italorum indi-
natis, multi opera eorum quorum sermonibus plebs regebatur bellũ Mi-
thridaticum Romæ ambierunt: Sulpicius tribunus plebis homo extre-
mæ audaciæ præter omnium opinionem Marium in concionem addu-
xit, rogationemq; tulit, ut is pro consule bellum contra Mithridatem ge-
reret. Hic populus in diuersas abijt partes, alijs Marium probãtibus, alijs
Syllam uocantibus, Mariumq; ad Baias ire, corpusq; senio & fluxibus
(quod ipse aiebat) confectum ibi curare iubentibus. Erat ibi apud Mise-
num Mario domus magnifica, sumptuosior atq; delicatior, quàm tanto
20 imperatori cõueniret. Hanc cum emeret Cornelia, trecenta sestertia pre-
cium persoluisse traditur: non multo pòst tempore L. Lucullus centies
sestertiũm pro eadem expẽdit: adeò breui spacio sumptus excreuit, & lu-
xus auctus est. Enimuerò Marius arroganter admodùm atq; ineptè sene-
ctutem & imbecillitatẽ amoliens, quotidie in Campũ descendere, inter
iuuenes exerceri, corpus in armis agile & ad equitationem habile osten-
tare: quanq; in senio nequaq; gracilis, sed obesus planè grauiq; corpore C
fuerit. Quibusdam hæc eius facta placebant, spectatoresq; eius se exerci-
tationibus præbebant. At optimis quibusq; ista uidẽtibus, miserari subi-
bat hominis auariciam, atq; ambitionẽ: qui ad summas diuitias & digna-
tionem maximã de loco abiecto euectus, finem felicitatis nullum cogno
sceret: neq; cõtentus in admiratione esse, ac per ociũ suis bonis frui, tanq;
gloriæ & opũ indigens extrema ætate pòst tantos triumphos in Cappa-
dociam & Euxinũ pontum abiret, ut cum Archelao & Neoptolemo Mi-
thridatis præfectis decertaret: delirium enim omnino uidebatur, quod
ipse prætendebat, uelle se præsente ipso filium in bello exerceri. Hoc de-
mum in negocio morbi ciuitatis, iampridem occultè aliti, erupẽrũt: cùm
ad communem perniciem aptissimum esset nactus instrumentum Sulpi-
cianam audaciã Marius. Etenim Sulpicius cętera Saturnini laudans atq;
imitans, timiditatem in eo tantùm, & cunctationẽ repræhendebat: ipse
nihil cunctatus, equestris ordinis sexcentos uiros satellitij loco secũ ha-
21 bebat, Contrasenatum nominans: his stipatus armata manu in consules
concionem habentes inuasit, & alterius qui se è foro subduxerat, filium
ibi trucidauit: Sylla, ipse tunc consul, præter domũ Marij fugiens instan-
tibus

Marius bellum Mithridaticũ ambit.

Sulpicij temeritas & pro Mario actio.

A tibus inimicis in eã, quod facturũ nemo putaſſet, irrupit: curſuq; præter-
uectis illis, ita ut quò ſe proripuiſſet non animaduerterent, ab ipſo Mario
per aliã ianuã tutò dimiſſus, ad exercitũ eo modo perueniſſe perhibetur.
Sed ipſe Sylla in Cõmentarijs, ſe non confugiſſe ad Mariũ, ſed cùm de ijs 22
deliberaret, quæ eum Sulpicius gladijs ſtrictis circumdatũ præter animi
ſententiam uti probaret urgebat, eo modo de foro ad Mariũ uſq; cõpul-
ſum fuiſſe: tandemq; inde in forũ redijſſe, & quod illi poſtulabant, iuſtitiũ
ſuſtuliſſe. Porrò autẽ his ita actis Sulpicius uictoriam Mario imperiũ de-
cernit: iſq; ſe ad bellũ parans, duos tribunos militum mittit, qui Syllæ ex-
ercitum reciperent. Erant in eo exercitu tribus equitũ, & quinq; legiona-
riorum millibus haud pauciores. Horum contra Marium iritauit animos
Sylla: cumq; ijs ad Romam duxit, occiſis iam antè militum impetu ijs, *Sylla exer-*
quos miſerat Marius, tribunis. Marius quoq; multis Syllæ amicis in urbe *citus ope,*
trucidatis, ſeruos propoſita libertatis mercede ad arma uocauit (tres tan- *Roma ca-*
tùm ei ſe adiũxiſſe ferunt) Syllæ in urbem irrumpenti leuiter reſtitit, mox *pta Mariũ*
pulſus aufugit. Diſsipatis (iam enim tenebræ obortæ erant) ijs qui eum *pellit.*
erant ſecuti pulſum, in prædium quoddam ſuum Solonium confugit: fi-
B lio inde emiſſo, ut is de propinquis Mucij ſoceri ſui prædijs commeatum
pararet, ad Oſtiam deſcendit: operaq; Numerij cuiuſdam amici ſui naui-
culam nactus, non expectato filij reditu, cum Granio priuigno ſuo auec-
tus eſt. Marius iunior cum in Mucianam uillã ueniſſet, & aliquid rerum *Marij iu-*
neceſſariarum accepiſſet atq; apparaſſet, orta luce hoſtes non planè feſel- *nioris fuga.*
lit, ſed quidam ſuſpicione ducti equites eò aduenerunt. Villicus aũt cùm
id præuidiſſet, Marium in curru fabis onerato abſcondit, bobuſq; currui
iunctis equitibus obuiam ad urbem uexit. Sic Marius in domum uxoris
perlatus, ſumptis quæ opus erant, noctu ad mare progreſſus, nactuſq; na
uim quæ Africam peteret, in eam traiecit. Interim ſenior Marius ſecundo
uento Italiæ oram legens, Geminiũ quendam, unum ex potentibus Tar- *Marij pa-*
racinæ, inimicũ ſuum, metuẽs, prædixerat nautis, ut Tarracinam uitarẽt: *tris erro-*
qui etſi cuperent obſequi, tamen cum uentus à mari incubuiſſet, multiq; *res & pe-*
fluctus urgerent, ita ut & nauis periclitaretur, & Marius nauſeã & iacta- *ricula.*
tionem uix perferret, ægrè ad littus iuxta Circeios appulerunt. Augeſcen
te porrò tempeſtate, & cibarijs deficientibus, nauicula egreſsi nullo cer-
to conſilio uagabantur, & (quod magnis fieri ſolet in difficultatibus)
C ſemper præſentia, tanq; maximè periculoſa, fugientes, in incognitis ſpem
collocabant: cùm & terra hoſtilis eſſet, & mare: periculoſum in homines
incidere, atq; rurſus periculoſum ob rerum neceſſariarum inopiã, nõ per-
uenire ad homines. Tandem paucos paſtores quoſdã offenderunt, qui,
quod darent, nihil habebant: Marium aũt agnitũ fugere quàm primùm
iubebant: etenim paulo antè ibidem equites, qui ipſum indagarent, plu-
rimos uiſos fuiſſe. Ita in extremũ diſcrimen adductus Marius, maximè co-
mitibus ob famẽ animos deſpondentibus, ab itinere digreſſus in denſam
ſyluam ſe eo die recepit: miſereq; ibi nocte acta, poſtridie uictus penuria,
corporeq; utendũ priuſq; planè cõficeretur ſtatuens, iuxta littus proceſ-
ſit, uerbis ſuorũ animos confirmans, rogansq; ne in ultima ſpe, ad quam *Marij ſpes*
ſeruari ſeſe antiquis diuinationibus crederet, fatigati deficerent. Seſe te- *VII con-*
nera admodum ætate cùm in agro eſſet, nidum aquilæ cum ſeptem pul- *ſulatus.*
lis delapſum ueſte ſua excepiſſe: id cùm parẽtes eius uidiſſent, ſuperq; eo
miraculo coniectores conſuluiſſent, reſponſum fuiſſe, fore ipſum homi-
num illuſtriſsimum, fatoq; ſepties ad eum ſummum magiſtratum atque
imperium delatũ iri. Quidam uerè hoc eueniſſe Mario affirmant: alij rem

I 3 eam

eam planè fabulosam à comitibus fugæ eius, qui inter alia hæc ex ipso au- A
dita credidissent, perscriptã asserunt. Non enim duob. pullis plures aqui-
lam párere: sed & Musæum mentitum fuisse, cùm de aquila ita scriberet,

Oua parit tria: & excludit duo, nutrit at unum.

23 Id sanè in confesso est, Marium in fuga & extremis difficultatibus sæpe di-
xisse consulatum sibi septimum esse fatalem. Cum iam à Minturnis ad ui-
ginti stadia abessent, turmam equitum conspiciunt à longinquo aduer-
sum se uenientium, simulq; forte fortuna duas onerarias naues prope lit-
tus. Itaque statim quantum cursu quilibet & uiribus poterat contendere,
ad mare accurrerunt, in id insiluerunt, & ad naues adnatauerunt. Granius
alterã arripuit, inq; insulam oppositam (Aenariæ nomen est) traiecit: in al-
teram Marium corpore onustum ægrè duo serui super mare eleuatũ por-
tantes imposuerunt, cùm iam in littore adessent equites, nautisq; man-
darent, ut aut subducerẽt nauim, aut Mario eiecto irent quò uellent: con-
trà Mario supplicante & flente, nauis domini cùm paruo temporis spa-
cio in utranq; partẽ uariè inclinassent animis, tamen responderunt equi-
tibus, se Marium non udituros. Inde, cùm equites iam irati abijssent,
mutata sententia terræ nauim applicuerunt, & ad ostia Liris fluuij, quâ is B
paludis in modum se effundit, ancoris iactis, Marium ut egrederetur in
terram, atque inde cibum quęreret, corpusq; malè afflictum reficeret, in-
terim dum nauigatio daretur, hortati sunt: fore autem tempus nauigatio-
ni idoneum, ubi primùm uentus à mari flans elanguisset, paludesq; au-
ram satis copiosam ederent. His persuasus Marius, & à nautis expositus
in terram, in gramine sese reclinauit, quàm longissimè ab eo, quod euen-
turum erat, cogitationibus abductis. Nautæ enim statim ad nauim reuer-
si, euulsis ancoris fugerunt, neq; prodere honestè Marium, neq; sine peri-
culo suo seruare eum se posse rati. Hoc pacto Marius solus, & omniũ nu-
dus, ut se destitutum uidit, aliquandiu mutus in littore iacuit: uix tandem
se collegit, miserecq; per inuia progressus, perq; paludes profundas & fos-
sas aqua cœnoq; oppletas, ad tugurium senis, qui lacus foderet, perrexit.
Ab hoc supplex petijt, uti se, hominem qui si præsentia pericula euitasset,
longè omni spe ampliorem gratiã esset relaturus, seruaret, atq; adiuuaret.
Ille seu Mariũ iam olim nosset, siue quòd ab ipso aspectu tanq; præstantẽ
uirum admiraretur, respondit, si requiescere cuperet, casulã ei id præsti-
turã: sin alios fugiens erraret, quietiori in loco se eum abditurum. idq; pe- C
tentem, ad paludes abduxit, inq; cauernam prope fluuium subiri iussit,
atq; calamis desuper & alia leui materia, quæ illapsa nihil damni adferret,
ingesta operuit. Non multum pòst temporis exiuit, cùm à tugurio strepi-
tus & tumultus ad Marium peruenit. Nam Geminius à Tarracina multos
emiserat, qui eum persequerentur: horum quidam ad tugurium illud ca-
su delati, senem terrebant, hostem ab eo populi Romani occultari uoci-
ferantes. Marius ex cauerna prorepens, in paludem sese immisit aquę tur-
bidæ & cœnosæ: itaq; non latuit indagantes, sed ab ijs, ut erat nudus, &
cœno oppletus, abreptus, Minturnas abductus, & traditus magistratui
est. Iam enim toti ibi ciuitati mandatum erat, ut Marium publicè perse-
querentur, inuentumq; necarent. Tamen consultare prius ea de re tum
magistratibus uisum fuit, decretumq;, ut Marius in domum Fanniæ cu-
stodiendus traderetur. Hanc Fanniã Mario infensam esse antiqua de cau-
sa iudicabant. Nam à Tinnio marito suo repudiata cùm dotem (quam sa-
tis amplam attulisset) reposceret, ille adulterium obijceret, ad Marium,
sextum eo tempore consulatum gerentem, causæ cognitio delata fuerat:

Marius capitur, & Minturnensibus traditur.

Fanniæ in Marium humanitas.

isq;

A Isq; cùm causis peroratis appareret Fanniam pudicitiæ parum fuisse tem
perantem, Tinnium uerò cum id cognitum haberet, duxisse tamen eam,
inq; matrimonio diu habuisse, utrisq; succensens, uirum dotem reddere
iusserat, Fanniæ litem ignominiæ causa quatuor insuper æreis æstimaue-
rat. Verùm Fannia nequaq; mulieris iniuria affectæ animum tunc gessit:
& conspecto Mario, à memoria offensarum longissimè sese abducens,
quantum potuit, eum curauit, atq; confirmauit. Ipse eam laudauit uicis-
simq;, bonoq; esse animo iussit: bonum enim sibi omen oblatum. Id fuit
huiusmodi. Cùm ad domum Fanniæ adduceretur, foribus iam apertis a-
sinus foras ex ædibus cursu se proripuit, & è fonte propinquo bibit: in-
tuitusq; deinde Marium hilari uultu, primùm e regione adstitit, deinde
uocem claram edidit, atq; præ exultatione iuxta Marium saltauit. Ex eo
se coniecisse Marius dicebat, à mari potiùs quàm à terra salutem sibi diui-
nitus portendi: asinum enim sicco cibo non contentũ, ab ipso ad aquam
procurrisse. Hæc tum cum Fannia locutus, ianuam domus operiri iussit,
& sese quieti dedit. Interim Minturnensium principib. atq; senatorib. con
sultantibus, non cunctandum, sed statim esse necandum Marium placuit.

Ostentum Mario oblatum.

B Quod cùm nemo ciuium in se reciperet facinus, eques quidam Gallus na
tione siue Cimber (nã utrunq; fertur) sumpto gladio ad Mariũ ingressus
est, in cubiculo umbroso, & lucẽ non admodũ claram admittente recum-
bentem. Fertur ibi ex Marij oculis multas flammas emicare militi uisum
fuisse, & ex umbroso loco magnam uocem exauditam in hæc uerba: Tú
ne homo C. Marium necare audes? Itaq; barbarus statim è domo profu-
git, abiectoq; gladio per fores se proripuit, id tantùm uociferans, nõ pos-
se se C. Marium interficere. Primùm ea re terror, miseratio inde apud om-
nes, & pœnitentia sententiæ extitit, quam iniustam & ingrato aduersus
Italiæ uindicem animo tulissent, cui opem non ferre, graue esset. Eat po-
tiùs (dicebant) quòcunq; uelit exul, & fatum alibi locorum expleat: nos
Deos deprecemur, ne succenseant nobis, quòd inopem nudumq; urbe
eijcimus Marium. Has cogitationes secuti, frequentes ad Marium in-
gressi sunt, stipatumq; ad mare eduxerunt. Et quanuis singuli promptè
aliquid subministrarent, atq; uniuersi festinarent, tamen aliquod tempo-
ris tractum est: quòd Maricæ lucus, quem sacrum isti habent, & quod ei
inuectum sit, educere inde religioni ducunt, in itinere ad mare obstabat,

Cimber Marium necare non ausus.

Marius à Minturnensibus ad mare deducitur.

C circumirìq; non sine mora poterat. Tandem quidam seniorum, uocifera-
tus nullam inuiam esse uiam, aut religiosam, qua Marius ad salutem iret,
primus eorum quæ ad nauem deferebantur aliquid sumpsit, perq; lucum
transijt: reliquis promptè subsequentibus. Huius rei picturam in tabu-
la expressam Marius posteà in fano ibi dedicauit. Tum naui, quam Be-
læus quidam præbuit, auectus, uento se tradidit: & forte fortuna ad
Aenariam est delatus: ibiq; Granio & cæteris amicis receptis, cum his
uersus Africam soluit. Aquæ autem defectu coacti, ad Siciliam apud
agrum Erycinum appulerunt. Ea loca tum Romanus quæstor obti-
nebat: is ex aquatoribus Marij circiter sedecim homines occidit, & quin
ipsum Marium naui egressum caperet, parum abfuit. Marius ergo ce-
leriter inde soluit, transmissòque mari ad Meningem insulam per- 24
uenit. Ibi primùm inaudiuit, filium suum cum Cethego saluos in Afri-
cam peruenisse, & auxilij implorãdi causa ad Hiempsalem Numidarum
regem proficisci: quo paululũ recreatus nuncio ab insula ad agrum Car-
thaginensem traijcere ausus est. Prætor tum P. R. nomine Africam re-
gebat Sextilius, nullo neq; beneficio neque iniuria à Mario affectus, sed

qui miseratione ductus ei commodaturus sperabatur. Huius apparitor ad Marium uix dum cum paucis suorum in terram egressum peruenit, & contrà assistens, Edicit tibi, inquit, Mari, prætor Sextilius, ne in Africa pedem ponas: si contrà feceris, decretum senatus sese defensurũ, teq; ut populi Romani hostem tractaturum affirmat. Hæc ut audiuit Marius, mœrore & solicitudine uocem opprimente aliquandiu mutus adstitit, toruo lictorem uultu intuens. Interroganti uerò, ecquid prætori responderet, ab imo pectore gemitum edens, Renũcia, inquit, ei, uidisse te C. Marium exulem in ruderibus Carthaginis sedentem: haud malè fortunam eius urbis, & suarum rerum mutationem in exemplũ ei proponens. Interim Hiempsal Numidiæ rex in utranq; partem cogitationibus alternans, Marium filium & socios in honore habebat quidem, sed discedere cupientes nouis subinde prætextibus detinebat: neq; erat obscurũ, dilationẽ istam mali alicuius gratia fieri: nisi fortuitus casus (quales euenire aliquando solent) salutem ipsis attulisset. Marius iunior cum formosus esset, indignam eius fortunam quædam ex pellicibus regijs molestè tulit: eaq; eum occasione diligere cepit. Eam cùm initiò Marius reiecisset, ubi nullã aliã effugiendi uiã esse sensit, & ipsam quoq; maiori studio, quàm quę inhonestã tantùm uoluptatem affectaret, agere: amori locum dedit, ab eaq; pellice emissus cum suis ad patrem confugit. Postquã sese mutuò consalutauere, secundum littus maris profecti, in scorpios pugnantes inciderunt. Id malum omen ratus Marius, statim cum suis in piscatorium nauigium conscendit, inq; insulam Cercinam, haud longè à continenti sitam, traiecit: uixq; soluerant, cùm ad eum unde soluerant locum equites à rege missi properare cõspecti sunt. Haud ullum aliud maius periculum euitasse Marius uidetur. At uerò in urbe Syllam contra Mithridatis duces bellum apud Bœotiam gerere audiebatur: consules seditionem excitauerant, & commissa pugna Octauius uictor Cinnam collegam tyrannidem affectantem urbe eiecerat, suffecto in eius locũ Cornelio Merula: Cinna collectis per Italiã copijs, consulib. bellũ faciebat. Hæc ut Marius accepit, statuit quàm primùm in Italiã nauigare. Itaq; assumptis ex Africa Maurusijs nonnullis equitibus, alijsq; ex Italia ad ipsum delatis quibusdã, ut omniũ summa millenarium numerum haud superarent, soluit. Cumq; ad Tela-

25 monem Etruriæ portum appulisset, egressus ibi in terrã, seruos ad libertatem uocauit, colonis & pastorib. liberis (qui opinione uiri ducti, ad mare concurrerant) qui ætate maximè erant militari, sibi persuadendo adiunctis, paucis diebus tantas contraxit copias, ut quadraginta impleret naues. Octauium porrò sciens optimum esse uirum, ac qui magistratum uellet quàm iustissimè gerere, Cinnam autem Syllæ suspectum, & probè constitutæ reip. arma inferentẽ, huic se cum suis copijs cõiungere statuit: itaq; missis nuncijs, se eius, tanquam consulis, imperata facturum recepit. Cùm Cinna hoc probaret, eumq; proconsulem appellaret, lictoresq; & reliqua eius imperij insignia mitteret, ornatum hunc suæ fortunæ non conuenire respondit: ueste sordida utens, comamq; ab exilij primo die alitam ferens, maior septuagenario tum, pedes ad Cinnam accessit, miserabilem se ostendere cupiens: sed in miserando aspectu magis tamen terribilis eius (quẽ à natura habebat) uultus emicabat, & mœsticia animum nequaquam deiectum, sed mutatione fortunæ exasperatum ostendebat. Consalutato Cinna, & cõpellatis militibus, statim rẽ gerere cepit,

26 magnamq; mutationẽ reb. attulit. Primùm nauigijs circũuectus frumẽta quę hostib. aduehebantur auertit, & mercatorib. spoliatis, omnẽ commeatum

Hiempsalis infidelitas.

Seditio Cinnana Romæ.

Marius in Italiã redit.

Cinnæ se coniungit.

A tum in suam potestatem redegit. Deinde ad urbes maritimas aduectus, ijs potitus est. Tandē Ostiam proditione cepit: ibiq; direptis bonis, multis hominum interfectis, Tiberis ripas ponte iunxit, eoq; effecit, ne quid rerum necessariarum à mari ad hostes posset subuehi. Post hæc cum exercitu ad urbem profectus, Ianiculum occupauit. Non tantum imperitia Octauius reipublicæ tunc damni dedit, quantum iuris obseruandi nimia diligentia, propter quam contra commodum patriæ utilia sæpe negligebat. Etenim multis eum iubentibus proposita libertate seruos ad arma uocare, respondit nullo modo se patriā, qua Marium defendēdarum legum causa arceret, seruis traditurum. Itaq; cum Metellus (Metelli eius qui bello in Africa gesto Marij opera in exilium pulsus fuit, filius) Romam uenisset, ac longè ad gerendum bellum Octauio aptior putaretur, milites relicto Octauio ad eum uenerunt, orantes ut ipsorum ad seruandam rempub. dux esset: peritum enim & strenuum ducem nactos se præclarè militaturos, uictoriaq; potituros: Metello succensente, & ad consulem reuerti iubente, ad hostem se contulerunt. proinde Metellus etiam ex urbe, de cuius salute desperabat, discessit. At Octauium Chaldæi quidam,

Octauij segnicies.

B & sacrificuli, & Sibyllinorum oraculorum interpretes, in urbe retinuerunt, persuadentes bonum fore rerum statum. Namq; is uir, cum uideatur 27 cordatißimus Romanorum fuisse, qui dignitatem consulatus ab omni adulatione remotam iuxta leges & mores maiorum, tanquam immutabiles quasdam delineationes, conseruaret, eo uitio laborauit, quòd plus temporis inter circumforaneos impostores & ariolos, quàm uiros in republica & militia præclaros exegerit. Atque is prius quàm in urbem intrauit Marius, à præmissis ab eo de tribunali detractus, & iugulatus est. Aiunt in eius interfecti sinu descriptionem quandam Chaldaicam fuisse repertam. multumq; ea in re absurdi fuit, quòd obseruatio diuinationis ex duobus clarißimis ducibus alterum corroborauit, alterum perdidit. Rebus ita habentibus, senatus frequens missis legatis, Cinnam & Marium ut intrarent in urbem, & ciuibus parcerent, rogauit. Et Cinna, tanquam consul, sella curuli sedens legatos audijt, humaniterq; respondit: Marius sellæ adstans, tametsi nihil diceret, uultus tamen constanti toruitate, terribiliq; aspectu innuebat, se statim cædibus urbem impleturum.

Octauij interitus.

Marius & Cinna, Romam uocantur.

C Cùm ad urbem accesßissent, Cinna stipatus satellitio introiuit: Marius uerò ad portam constitit, iratoq; animo iocans, exulem se esse, & lege lata eiectum patria dicebat: quòd si suam præsentiam desiderarent, alio decreto legem exilium irrogantem abrogarent. scilicet uir legum obseruans, & qui in urbem liberam ueniret. Proinde in concionem aduocata multitudine, missisq; tribus aut quatuor in suffragia tribubus, commentū in de suum iudicij de exilio missum faciens, cum stipatoribus (quos ex seruis qui se ad ipsum contulerant, delegerat, Bardiæos appellans) descendit. Hi Mario uel uoce, uel nutu iubente, plurimos occiderunt: inter quos etiam Ancharium, senatorij atque prætorij ordinis uirum, cùm is Marium adijsset, neque ab eo esset resalutatus, ante ipsum gladijs confossum strauerunt: eodemq; præterea modo omnes alios, quos salutātes ille non compellasset aut resalutasset. id eñ signū erat datum eis, statim in uia trucidādi: quare & amicorū quilibet, cùm salutādi causa Mariū adiret, anxietate & horrore perfundebaī. Multis necatis, Cinna remissior iam & satur cædium erat: at Marius indies ira increscente, sanguinemq; sitiente omnes quocunq; modo sibi suspectos inuadebat. itaq; oēs semitæ, tota urbs corū qui fugientes persequerētur, ac latitātes indagarent, plena erat. De-

Cædes Marianæ. 28

præhen-

prehēsum quoq; tunc est, hospitij amicitiæq; fidem a duersa fortuna nihil A habere firmi: adeò tum pauci fuere, qui ad se confugientes inquisitoribus non proderent. Digni itaq; admiratione fuerunt Cornuti serui, qui cùm domi herum suū occuluissent, aliud quoddā cadauer de mortuorum aceruo arreptum collo trahentes, aureum annulū digito accōmodantes, Marianis ita satellitib. ostenderunt, & ornato funere, quasi herile id esset, sepeliuerunt: neq; id quisquam sensit, eoq; modo Cornutus clàm opera seruorum in Galliam euasit. M. aūt Antonius cùm in fidelē amicū incidisset, iniquitate fortunæ perijt. Vir enī plebeius & pauper, cùm primi inter Romanos ordinis uirū eum suscepisset, ac pro facultate tractaret humaniter, seruum misit, ut de propinquo caupone uinum emeret: seruus uinū cùm gustaret accuratius, meliusq; posceret, à caupone rogatus, quidnam rei esset, cur non, ut antè, nouum & cōmune uinum, sed generosum atque preciosius emeret, simpliciter ei, tanquam familiari suo & noto respondit, M. Antonium apud herum suum latentem cœnare: caupo, impius homo atq; impurus, ut primùm seruus abijt, ad Marium cœnantem iam accurrit, adductusq; in conspectum, traditurum se ei M. Antonium B promisit. Fertur Marius ad eum nuncium magna uoce exclamasse, ac præ gaudio manibus plausum dedisse, uoluisseq; ipsum eò contendere: detentus ab amicis, Annium cum militibus misit, mandato ut celeriter caput Antonij sibi afferrent. Qui postquam ad domum peruenerunt, Annius ad fores constitit, milites admotis scalis ascenderunt, conspectoq; Antonio, unus alteri cædem perpetrandam iniunxerūt. Tanta uerò aderat Antonij sermonibus uis demulcendi atque gratia, ut cùm is orsus fuisset dicere, atque cædem deprecari, nemo militum tangere eum ausus fuerit, aut intueri, sed deiectis in terram oculis uniuersi fleuerint. Moram fieri Annius sentiens, cùm & ipse adscendisset, Antonium orantem, milites consternatos delinitosq; eius uerbis uidit: his obiurgatis, ipse accurrit ad Antonium, caputq; ei amputauit. Catulus porrò Lutatius, qui Marij pridem collega fuerat, triumphiq; de Cimbris consors, cum pro salute ipsius deprecantibus id modò respondisset Marius, Moriendum ei esse, in parte domus se inclusit, multisq; carbonib. ibi succensis, fumo sese suffocauit. Trunca autem capitum cadauera passim proiecta cùm in compitis calcarentur, non misericordiam, sed horrorem atque tremorē aspectu suo mouebant. Maximè uerò Bardiæorum libido molesta fuit. Dominos enim in ædibus proprijs iugulantes, liberis eorum ad suam turpitudinem abutebantur, & dominas per uim constuprabant: neque prius finem rapinarum, atque cædium fecerunt, quàm Cinna & Sertorius re animaduersa, dormientes eos in castris adorti uniuersos iaculis confecerunt. Interea, quasi uicissitudine aliqua rerum existente, undiq; nuncij adferebātur, Syllam confecto Mithridatico bello, prouincijsq; receptis, magno cum exercitu Romam uersus nauigare. Id infandorū cursum malorum aliquantùm inhibuit, exiguamq; quietem attulit: cùm sanè imminere iam bellum Romani arbitrarentur. Proinde Marius septimùm consul est creatus: progressusq; ipsis Ianuarij kalendis, Sex. quendam Lucium de saxo præcipitauit. id quod Romanis, urbiq; malorū, quæ pòst paulò euenerunt, euidens uidebatur signum. At uerò Marius iam & laborib. confectus, curisq; animo quasi oppresso & fatigato, erigere mentem ad tantas de nouo bello, recentibusq; certaminib. & periculis atq; laboribus (quorum omnium, iam antè ea expertus, molē nouerat) cogitationes trepidantem, non ualuit: ueniebatq; ei in animū non se cum Octauio C

Cornutus seruatus à seruis.

M. Antonij oratoris interitus.

Catuli obitus.

Bardiæorū libido & exitium.

Marius VII. cos.

A aut Merula, promiscuæ turbæ, seditiosæq; cateruæ ducibus, sed cum
Sylla congressurum eo, qui & ipsum antè Roma eiecisset, & nunc com-
pulso ad Euxinum pontum Mithridate adduceret exercitum. His fractus *Marij tre-*
cogitationibus, longumq; suum errorem, fugas, & pericula quę mari ter- *pidatio, &*
raq; pulsus pertulerat ante oculos sibi fingens, in anxietates incidit gra- *mors.*
ues, nocturnosq; terrores, & turbulenta somnia, semper aliquem audire
putans, qui diceret:

Terribile absentis etiam esse cubile leonis:

maximè quoq; insomniam metuens, potationibus se dedit, ebrietatiq; ab
ætate sua alienæ indulsit, somnum ueluti effugium solicitudinũ alliciens.
Tandē à mari allato nuncio, & nouis insuper terrorib. accidentibus, par-
tim metu futurorum, partim præsentium fastidio atq; molestia leui addi-
to momēto, in morbum laterum incidit: ita enī Posidonius narrat, qui se
ad eum iam decumbentem intrasse, & legationem suam obiuisse ait. C.
uerò quidam Piso historicus, refert eum cùm à cœna inter amicos deam-
bulans de rebus suis disseruisset, & ab initio earum uarias in utranq; par-
B tem mutationes recensuisset, addidisse: Non esse sani hominis, prætereà se
fortunæ credere: secundum hoc salutatis amicis, decubuisse septem con
tinuis diebus, & ita uitam cum morte commutasse. Quidam in morbo *Insania Ma-*
planè eius ambitionem detectam scribunt, inq; absurdam uertisse insa- *rij.*
niam: cùm se bellum contra Mithridatem gerere imaginaretur, & (ut
militiæ solebat) uarias figuras, uariosq; motus corporis uehementi cum
uociferatione militariq; clamore ederet. Adeò ingentem ei, & qui nul-
la reuelli ratione posset amorem istarum rerum ambitio & æmulatio in
pectore infixerat. Itaque qui septuaginta uitæ annos expleuerat, pri-
mus omnium hominum septies consul factus fuerat, multisq; suffecturas
regibus opes parauerat: is fortunam suam lamentabatur, quòd antè sibi *Plato mo-*
moriendum esset, quàm quæ cupiebat assecutus fuisset. Sanè Plato iam- *riturus, for-*
iam moriturus, geniũ suum fortunamq; laudauit, primùm, quòd homo, *tunam suã*
deinde quòd Græcus, non barbarus, neque bruta bestia natus fuisset, de- *prædicat.*
nique, quòd in ætatem Socratis natiuitas sua incidisset. Et Antipatrum 29
profectò Tarsensem similiter perhibent cùm sub mortem reputaret quæ
felicia sibi in uita euenissent, ne prosperam quidem à patria sua Athenas
C nauigationem præterijsse: nimirum propiciæ bonis fortunæ omnia do-
na in magno beneficio reponēs, & usq; ad finē memoria tenēs. Neq; sanè
ullũ ad retinenda bona certiùs quàm memoria est ęrariũ. Immemorib. enī
& stupidis ea cum tēpore effluunt: itaq; nihil seruātes, in perpetuũ uacui
bonorũ, spe pleni futura pręsentib. dimissis spectāt. Et uerò cùm illa pos-
sint à fortuna impediri, hæc eripi non queant, ij tamen dona fortunæ prę-
sentia tanq; aliena abijciũt, futura & incerta somniant. Id quod euenire ijs
consentaneum est, quando externa bona, priusq; rationis & disciplinæ
opera istis sedem atque fundamentum locauerint, congerentes atque
coaceruantes, insatiabilem animi cupiditatem explere non possunt. Mor-
tuus est Marius decimoseptimo consulatus septimi die: magnumq; tum
Romæ gaudium exortum, animique ciuium in bonam spem erecti, gra-
ui se tyrannide liberatos putantium. Paucis autem pòst diebus nouum
se, & ætate uigentem dominum in locum senis accepisse uiderunt: tan-
tam sæuiciam Marius iunior optimos laudatissimósque uiros trucidan- *Marius iu-*
do ostendit. Atque is cùm audax, bellicorumq; periculorum adeundo- *nior.*
rum cupidus uideretur, initiò Martis filius dictus, mox reipsa qualis esset
depræhensus, Veneris filius audiuit: ad extremum Præneste obsessus

à Sylla,

à Sylla, cùm uitæ retinendę causa multa frustra tentasset, & capta urbe ef- A
fugere non posset, mortem sibi ipse consciuit.

PLVTARCHI LYSANDER,

[redacted]

Augustano interprete.

Lysandri effigies.

D ONVM ab Acanthijs apud Delphos dedica-
tum, hanc habet inscriptionem: Brasidas & A-
canthij de Atheniensibus. Quamobrem multi la
pideam statuam, quæ intra ædem iuxta fores sita
est, Brasidæ esse putant. Ea uerò Lysandri est ef-
figies, cæsariem more antiquo, barbamq́ proli-
xam habens. Quod enim nonnulli dicunt Argi-
uis post magnam illam cladem crines tondenti-
2 bus, Spartanos cõtrà uictoria exultãtes comam B
3 aluisse, falsum est: sicut id quoq;, cùm Bacchiadę Corintho expulsi Lace-
dæmonem exules aduenissent, abiecto & ob tonsa capita deformi habi-
tu, cupiditatem Spartanis nutriendorum crinium incessisse. Enimuerò
Lycurgi instituto id quoq; fecerunt, quem dixisse ferunt, propter comam
4 pulcros formosiores aspectu, deformes terribiliores effici. Aristoclitum
Lysandri patrem familia non quidem regia, genere tamen Heraclidarum
natum perhibẽt. In paupertate Lysander educatus, ad exercitationes pa-
trias sese, ut quisquam alius, obsequentem præbuit, uirilemq́;, & omnis
uoluptatis abstinentem, nisi quam honor ob rem bene gestã habitus ad-
ferebat. Huius uoluptatis appetentem esse adolescentem, apud Sparta-
nos in turpibus rebus non habebatur. Statim enim à puero ij suos uole-
bãt aliqua glorię cupiditate affici, & repręhẽsos dolere, laudatos animo
efferri: qui non hoc modo afficeret atq; moueretur, eum uirtutis nequa-
quam studiosum, sed ignauum iudicabant. Ergo gloriæ studium & per-
uicacia ei ab disciplina Laconica inhæsit, neq; adeò ad naturam eius hæc
sunt referenda. Videtur porrò colendis potentib. magis se dedisse, quàm
Spartani esset moris: & (quam nonnulli ciuilis facultatis haud exiguam C
esse partem iudicant) commodi sui gratia magnatum fastum facilè pertu-
5 lisse. Aristoteles, ubi magnorum uirorum temperamẽta fuisse melancho-
lica asserit, ut Socratis, ut Platonis, ut Herculis, Lysandrum ingrauescente
demum ætate in melancholiam incidisse tradit. Id ei peculiare fuit, quòd
cùm paupertatem ferret præclarè, neq; unquam capi aut corrumpi pecu-
nia potuisset, patriam diuitijs, earumq́; cupiditate repleuit, effecitq́; ne
ob id ea, uelut antè, in admiratione esset, quia diuitias non magni faceret:
cùm quidem post Atheniense bellum ingesta in eam magna ui auri atq;
argenti, sibi ipsi ne denarium quidem seruauit. Dionysio etiam tyranno
filiabus suis preciosas Sicilienses tunicas mittente, non accepit, uereri se
inquiens, ne filiabus ex dedecori potiùs essent. Et tamen breui pòst tem-
pore ad eundem tyrannum Lacedæmone legatus, cùm is duabus missis
stolis mandasset uti utram uellet filiæ dono ferret, respõdit, ipsam rectiùs
d iudicaturam, & utraq; accepta secum discessit. Posteaquàm tracto bel-
6 lo Peloponnesiaco, ab Atheniensibus, quos ob cladem in Sicilia acce-
ptam cõtinuò mari toto cessuros, atq; paulo pòst planè de bello sustinen
do desperaturos erat opinio: Alcibiades ab exilio reuocatus, ac summæ
belli

Lysander pecuniæ abstinens, patriam ditat.

A belli præfectus, eam rerum mutationem effecit, ut iam cum hostib. mari
decertare æquis uiribus posse uideretur. Proinde Spartani nouo terrore
oblato, studijs belli denuò accensis, cùm intelligerent duce optimo, ua-
lidioreꝗ apparatu opus esse, Lysandrum rei naualí præfectum emiserűt.
Is cùm Ephesum peruenisset, urbemꝗ sibi amicam, & rebus Laconicis
enixè cupientem offendisset, sed aduersa tum utentem fortuna, in peri-
culoꝗ constitutam ne barbarie penitus occuparetur ob Persarum com-
mercia: (etenim Lydia urbi uicina est, ideoꝗ regij in ea duces plerunque
agebant) castra ibi metatus, mandatoꝗ ut naues onerariæ undiꝗ eò con
ducerentur, ibidemꝗ triremium fabricationem instituens, Ephesiorum
portus mercatoribus, opificibus forum, domos & artes quæstu faciendo
occupauit: ut ab eo primùm tempore Ephesus Lysandri opera in eius,
quem nunc tenet, splendoris atꝗ maiestatis spem sit ingressa. Inde cùm
Cyrum regis filium Sardes uenisse accepisset, eò adscendit colloquij, &
Tisaphernis accusandi gratia. Namꝗ is cùm à rege iussus esset Lacedæ-
monijs opem ferre, & mari Athenienses pellere, uidebatur in gratiam Al
B cibiadis remissiùs agere, sumptusꝗ malignè suppeditando naualem po-
tentiam corrumpere. Gratum uerò erat Cyro, Tisaphernem culpari &
malè audire, improbum hominem, ipsiꝗ priuatim inimicum. Ob hæc, &
reliquam in conuersando comitatem, qua præcipuè adolescentem deme
rebatur, Cyri fauorem nactus, ad bellum eum cohortatus est exequen-
dum. Cumꝗ is eum discessurum cõuiuio accepisset, atꝗ orasset, ne suam
liberalitatem aspernaretur, sed securus repulsæ peteret quod uellet: Ly-
sander, Quando (inquit) tantopere mihi Cyre cupis, oro te atꝗ hortor,
ut obolum stipendio nautico, quod hactenus fuit ternûm obolorum, ad-
ijcias. Delectatusꝗ eius liberalitate Cyrus, decem millia ei Daricorű do
no dedit. Hac de pecunia Lysander obolű nautis uiritim distribuit, splen
dideꝗ agens, paruo tempore naues hostium classiarijs uacuas effecit. hi
enim aut ei qui plus numerabat, se adiungebãt: aut si manerent, officium
inuiti faciebant, quotidianisꝗ tumultibus duces uexabant. Verùm Ly-
sander tametsi ita ad se pertractis, incommodoꝗ affectis hostibus, prœ-
lium tamẽ nauale formidabat, Alcibiadem metuens, acrem uirum, & nu-
mero nauium superiorem, nullaꝗ ad id usꝗ tempus neꝗ terra neꝗ mari
C uictum pugna. Vt uerò Alcibiades præfecto classi Antiocho gubernato
re à Phocæa in Samum traiecit, Antiochus uelut in contumeliam Lysan-
dri audacter duabus triremibus ad portum Ephesinum aduectus, præter
stationem ipsam nauium cum risu & plausu superbè nauigauit: ibi indi-
gnatione concitus Lysander, paucis initio triremibus deductis, cum inse
cutus est: cumꝗ ab Atheniensibus Antiocho auxilium ferri cerneret, plu
ribus instructis ipse quoꝗ nauibus nauali prœlio commisso uicit, ac ca-
ptis quindecim triremibus, trophæű erexit. Ob hoc populus Athenien-
sis imperium Alcibiadi abrogauit: isꝗ à militibus in Samo contumeliosè
habitus, maleꝗ audiens, ex castris in Chersonesum auectus est. Hanc ue-
rò pugnam, etsi nihil magni gestum fuit, fortuna Alcibiadis nomine ce-
lebrem fecit. Lysander autem à ciuitatib. socijs Ephesum euocatus, quos
audaciores reliquis esse, altioresꝗ ducere spiritus animaduertit, apud
eos occulta iecit eorum decemuiratuum & nouarum rerum, quas dein-
de perfecit, principia, hortans uti sodalitates instituerent, animumꝗ re- 7
bus attenderent: etenim simul atꝗ Athenienses essent euersi, fore ut po-
puli imperio sublato, ipsi in patrias suas principatum obtinerẽt. Id re ipsa
singulis cõfirmauit, eos cum quibus amiciciam aut hospitium iunxisset,

Lysander classis præfectus, quæ cum Cyro egerit.

Ephesus ornata.

Victoria naualis Lysandri.

ad magnas res, honores, & imperia euchens, eorum se in peccando so- A
ciũ pr[e]stans, cupiditatesq; eorũ suis delictis explens: hinc omnes illũ ob-
seruare, colere atque diligere, sperantes ipso summa rerum potito, ma-
xima se quæuis adepturos. Quo factũ est, ut Callicratidas Lysandro suc-
cessor missus, neq; initio ipsis acceptus esset: & posteà (cum edito speci-
mine uirum se optimum esse atq; iustissimũ demonstrasset) formam im-
perij sui simplicem, Doricamq; planè & ingenuam non probaret. uerùm
huius uirtutem tanquam pulcritudinem heroicæ imaginis alicuius ad-
mirati, Lysandri in amicos studium, commoditatesq; societatis eius desi-
derabant: cuius quidem abitus mœrorem ipsis reliquerat, lacrymasq; ex-
ciuerat. Et quidem horum aduersus Callicratidam odia auxit Lysander:
missisq; sibi à Cyro ad persoluenda nautis stipendia pecunijs, quod su-
perfuit, Sardes remisit, ipsum iubens Callicratidam petere à Cyro, si uel-
let, ac curare quomodo exercitum aleret. Deniq; in patriam nauigaturus
coràm Callicratidæ professus est, ei se classem mare omne in potestate sua
habentem tradere. Quam illius arrogantiam ut inanem esse atq; super-
bam is ostenderet, Quin tu, inquit, ergo, ad læuam Samo relicta ad Mile- B
tum classem circumducis, eamq; ibi mihi tradis? si enim mare in nostra
est potestate, nihil attinet eo in cursu metuere nobis ab hostibus qui in
Samo sunt. Lysander uerò, non se porrò, sed illum præesse nauibus re-
spondens, in Peloponnesum abijt, relicto in magnis difficultatibus Calli-
cratida. Nam neq; secum pecuniam aduexerat, neq; exigere à ciuitatibus
& extorquere, alioquin malè affectis, sustinebat: reliquum erat, ut limina
regiorum præfectorum accedens Lysandri exemplo peteret. Verùm ab
ea re ingenio erat alienissimo, ingenuus uir & magnanimus, & qui Græ-
cos à suis gentilibus cladem accipere minori turpitudine posse putabat,
quàm adulari, & adire ad fores barbarorum, quibus præter auri copiam
nihil adesset boni. Tamen necessitate compulsus, in Lydiam ascendit, re-
ctaq; ad Cyri domum profectus, referri ei iussit, Callicratidam classis du-
8 cem adesse, & colloqui cum eo uelle. Cùm eorum, qui ad fores stabant,
quidam responderet, Non uacat, ô hospes, in præsentia Cyro: bibit enim.
simpliciter admodum Callicratidas, Nihil, inquit, est incommodi. adsi-
stens enim iuxtà, expectabo dum biberit. Tunc igitur rusticus homo ha-
bitus, & à barbaris derisus, discessit. Vt uerò iterum ad fores regias ue- C
niens non est admissus, indignè ferens, Ephesum abijt, multa imprecatus
ijs mala, qui primi se à barbaris illudi passi fuissent, eosq; propter diuitias
superbire docuissent: iurauit etiam coram suis se cùm primùm Spartam
redijsset, totum in reconciliandis Græcis futurum: ut barbaris ij deinde
terrori essent, neq; in posterum auxilia eorum contra sese mutuò require
rent. Sed is Callicratidas digna Lacedæmone meditatus, primisq; Græ-
corũ iusticia, magnanimitate & fortitudine non inferior, non multo pòst
9 tempore apud Arginusas, nauali pugna uictus interijt. Inclinatis tum re-
bus, socij fœderis legatis Spartam missis petierunt, ut Lysander classi pr[e]
ficeretur, eo duce longè alacriùs bellum se gesturos innuentes. Eadem &
Cyrus per suos petebat. Sed cùm lex obstaret, qua cautum erat ne quis-
quã bis classem duceret, Spartani ut socijs gratificarentur, Araco cuidam
nomen naualis imperij contulerunt, eiq; Lysandrum uerbo legatum, re
ipsa summæ rerum præfectum, addiderunt. Fuit Lysandri aduentus ple-
risq; eorum qui in repub. uersabantur, inq; ciuitatibus suis potentia uale-
bant, iampridem desideratus: sperabant enim suam potentiam populari
imperio deleto auctiorem fore. At qui in imperatore simplex & can-
didum

Callicratidæ ingeniũ & facta.

Lysandri malignitas & arrogantia.

Lysander classi iterũ præfectus.

A didum ingenium probabant, ijs cum Callicratida comparatus Lysander, uersutus homo, & impostor uidebatur. Quippe fraudem plerunque in bello gerendo adhibebat, iusticiam utilitati coniunctam magnificiens: sin minus, honesti loco commodum usurpans, uerum falso non natura præstantius iudicans, sed ex utilitate utrunque æstimans. Qui Herculis stirpe ortos sine dolo bellum gerere uolebant, eos rideri iussit: nam ubi pellis leonina non sufficeret, ibi uulpinam adsuendam esse. Eius generis est, quod traditū est cum Milesijs eū egisse. Cùm amici & hospites eius ciues Milesij, quib. pollicitus fuerat summam in populi potestate abolenda, & pellendis aduersarijs operam, mutata sententia cum inimicis in gratiam redijssent: palàm quidem delectari se ea reconciliatione, in eamque cōsentire simulauit, occultè uerò eos obiurgauit, & ad inuadendam multitudinem stimulauit. Deinde ut sensit motam seditionem, celeriter auxilij ferendi causa Miletum intrauit, & in quos primùm incidisset nouarum rerum autores, eos grauiter increpauit, suppliciumque minatus est: reliquos bono animo esse iussit, nihilque ipso præsente mali metuere. Id aūt præ se tulit, hoc agēs ne qui erant quam maximè populares & præstantissimi, ex urbe B fugerent, sed ibi perirent. sicque est factum: quotquot enim fide ipsi habita in urbe manserunt, trucidati sunt. Androclidas sermonem eius retulit, qui magnam in iurando leuitatem arguit: dixisse enim Lysandrum, pueros taxillis, uiros iureiurando decipiendos esse. Imitatus est in hoc Polycratem Samium, non rectè quidem, tyrannum imperator: neque Laconicum est Deos eodem quo hostes modo tractare. Imò autem in Deos contumelia maior est: qui enim iureiurando fallit hostem, hunc se metuere, Deum contemnere fatetur. Enimuerò Cyrus Lysandro Sardes accito & dedit multa, & pollicitus est, in gratiam eius id quoque iactans, si pater nihil esset daturus, de suo se impensas facturum, & omnib. absumptis, solium suum (solebat autem ex auro & argento confecto solio sedens responsa dare) concisurum. Tandem cùm ad patrem in Mediam proficisceretur, Lysandrum ad recipienda ab urbibus tributa substituit, suumque ei imperium commisit: eoque salutato, & orato ne ante suum reditum (adducturum enim se multas ex Phœnice & Cilicia naues) cum Atheniensibus bello nauali decerneret, ad regem abijt. Lysander cùm neque pugnam, multitudine hostibus impar, auderet, neque tot cum naC uibus ociosus esse uellet, auectus nonnullas insulas in suam potestatem redegit, Aeginam quoque & Salaminam adiuit, & incursionibus uexauit. In Atticam inde egressus, salutato Agide (nam ab Decelea is ad eum descendit) ut pedestribus tum copijs ostenderet, se in sua potestate mare habere, insequentibus Atheniensibus, alio cursu per insulas instituto in Asiam fugit. Cumque Hellespontum desertum inuenisset, Lampsacum urbem à mari oppugnare cepit: eodem simul cum terrestribus copijs Thorax perrexit, easque muris admouit. Expugnatam ui urbem Lysander militibus diripiendam dedit. Cæterùm Atheniensium classis, centum & octoginta triremibus constans, recens ad Eleuntem Cherronesi urbem in stationem subierat. Hi audita Lampsaci calamitate, statim Sestum appulerunt, atque ibi alimentis assumptis, ad Aegospotamos nauigauerunt, hostium classe adhuc e regione apud Lampsacum stante. Duces erant Atheniensium cùm alij multi tum Philocles, qui pridem populo persuaserat, ut qui eo bello ex hostibus caperetur, ei dextræ manus pollex amputaretur, ut hastam ferre nequiret, remum ducere posset. Ea die utrinque

K 2 cessatum,

Lysandri uersutia & perfidia.

Polycratis peruicia.

Cyri in Lysandrū studium.

Lampsacū Lysander capit.

cessatum, & in sequentem diem nauale prœlium expectatum est. At Ly- A
sander alias animo cogitationes uoluens, nautis & gubernatoribus tanquam prima luce pugnam commissurus mandauit, ut sub auroram in naues conscenderent, in ijsq; ordine & silentio seruato sederent, atque ipsius iussum expectarent: eodem modo pedestres etiam copias iussit explicatis in littore ordinibus quiescere. Orto Sole, & Atheniensibus tota cum classe in conspectum à fronte adnauigantibus, atque prouocantibus, naues proris in hostem obuersas, quas classiarijs nocte adhuc durante impleuerat, continuit: missisq; ad primas naues lembis, quales ad obeunda ministeria haberi solent, quiescere iussit, ordinibusq; seruatis nihil turbari, neque contra hostem prouehi. Cùm recessissent iam aduesperascente Athenienses, non antè milites ex nauibus dimisit, quàm duæ aut tres triremes, quas speculatum emiserat, reuersæ sunt, cùm hostem nauibus egressum uidissent. Idem postridie, tertio etiam, & usque ad quartum diem egit: unde Atheniensium aucta est fiducia, contemptioq; extitit hostium, quos metu se à pugna abstinere putabant. Interim Alcibiades, qui tum in suis castellis apud Cherronesum agebat, citato equo ad castra Atheniensium aduectus, duces repræhen- B
dit: primùm quòd in littore importuoso & aperto neque rectè, neque tutò castra posuissent: deinde in eo peccatum, quòd ex Sesto commeatum petere cogerentur: ex re potius fuisse, si sensim ad portum & urbem Sestum nauigassent, atque ab hostibus se longiùs remouissent, qui cum copijs unius imperio parentibus, eiusq; metu iussa celeriter dato quouis signo exequentibus stationem contrà haberent. Hæc docenti nemo obtemperauit: Tydeus etiam contumeliosè non illum, sed alios imperare respondit. Itaque Alcibiades concepta etiam proditionis de ipsis suspicione, discessit. Quinto die Atheniensibus classem admouentibus, rursusq; ut solebant, contemptis planè hostibus recedentibus, Lysander speculatorijs nauibus emissis, mandauit ut cùm uidissent egressos nauibus Athenienses, retrò quàm possent celerrimè aueherentur, & ubi in medium traiectum peruenissent, æreum scutum inuadendi hostis signum de prora attollerent. Ipse gubernatores & præfectos triremium circumuectus lembo hortatus est, ut quilibet socios nauales & classicos milites in ordine contineret, datoq; signo alacriter & summa ui in hostem contenderent. Postquam à nauibus scutum sublatum est, & C
à prætoria naui tuba classicum cecinit, naues contra Athenienses subuectæ sunt: & in littore terrestres copiæ certatim ad promontorium contenderunt. Est ibi inter utranque continentem quindecim stadiorum intercapedo: id spacij studio & alacritate remigum citò fuit confectum. Primus à terra hostilem classem aduenire uidit Conon dux Atheniensium, subitoq; elata uoce conscendere naues iussit: & summum ex infortunio suorum dolorem capiens, hortando alios, alios rogando, quosdam ui ad triremes compulit. Verùm nihil eius studium profecit, dissipatis hominibus: quippe ut primùm nauibus fuerant egressi, nihil tale ueriti aut res necessarias emebant, aut per agrum uagabantur, aut in tentorijs dormiebant, aut cœnabant: imperitia enim ducum eos quàm longissimè à cogitatione eorum quæ euentura erant abduxerat. Hostibus iam cum clamore & impetu aduehentibus, Conon cum octo nauibus auectus euasit: & in Cyprum ad Euagoram regem perfugit. Reliquas adorti Peloponnesij, partim omnino uacuas ceperunt, partim

Lysander ut Athenienses ad Aegos potamos uicerit.

Alcibiadis bonum consilium spretum.

Cononis studium & fuga.

A partim adhuc in eas conſcendentibus hoſtibus diffiderunt: homines
partim ad naues inermes & promiſcui contendentes cæſi ſunt, partim
in terra, egreſsis eodem hoſtibus necati. Tria millia hominum cum
ipſis ducibus cepit Lyſander & uniuerſam claſſem, naui Paralo, & il- 10
lis quæ cum Conone abierant exceptis. Caſtris hoſtium direptis, naui-
busq́ ad ſuas alligatis, ad tibiæ cantum & pæanas Lampſacum reuertit:
cùm quidem maximam rem minimo labore, unaq́ hora longiſsimum *Lyſandri*
bellum confeciſſet. Quod bellum uarijſsima fortuna, dubijsq́ & in- *uictoria*
conſtantibus euentibus diu geſtum, infinitisq́ rerum mutationibus & *quantum*
certaminibus omnis generis, abſumptis, quot ne omnibus quidem *actum.*
reliquis Græciæ bellis perierant, ducibus, unius tandem uiri conſilio
& peritia conſummatum eſt: ita ut quidem ad Deos id Lyſandri facinus
retulerint. Fuere qui iuxta eius nauem, cùm primùm ex portu con-
tra hoſtes proueheretur, ab una parte Caſtoris, ab altera Pollucis ſtel-
lam ad gubernacula affulſiſſe dicerent. Quidam lapidis caſu eam rem *Lapis de*
præmonſtratam fuiſſe aſſerunt. Decidit enim ex cœlo (quæ commu- *cœlo lapſus*
nis eſt opinio) ingens lapis ad Aegos potamos, oſtenditurq́ adhuc, & 11
B ab ijs qui Cherroneſum inhabitant, colitur. Ferunt Anaxagoram præ- *Anaxago-*
dixiſſe, quoniam cœleſtia corpora mutuò eſſent connexa, fore ut agi- *ræ philoſo-*
tatione eorum unum aliquando labefactatum, auulſumq́ decideret. *phia.*
Neque uerò ſtellas eſſe ijs in locis, ubi cernuntur: ſed quia lapidea ſint &
grauia corpora, lucere ea refracto in ipſis æthere: circumagi autem
conſtricta uertigine & uehementia motus cœleſtis: eumq́ motum
compactorum corporum ita ab initio obtinuiſſe, ne cœlum rueret, frigi- *De ſubitò*
dis iſtis & grauidis corporib. à ſe mutuò auulſis. Eſt alia ueriſimilior hac *emicantib.*
opinione ſententia eorum, qui ſtellas ſubitò emicantes atque per aë- *ſtellis.*
rem ſaltantes non fluxum aut diſtributionem ætherij ignis eſſe, qui ita
incenſus ſtatim reſtinguatur, neque aëris præ multitudine rupti por-
tionem in ſuperiora elatam ibiq́ inflammatam cenſent: ſed iactationes
eſſe & lapſus cœleſtium corporum quæ conuerſionis uiolentia ueluti
eliſa, & per obliquum lata, ideò non conſpiciantur plerunque, quia ferè
non in eam terræ partem quæ incolitur, ſed oceanum extra ambientem
decidant. Anaxagoræ quidem teſtimonium fert Damachus, in ope- *Damachi*
re de Religione ſcribens, antequàm is lapis deciderit, ſeptuaginta & *narratio.*
C quinque continenter diebus uiſum fuiſſe in cœlo corpus igneum præ-
grande, & nubis inflammatæ ſimile, non ocioſum, ſed quod uarijs neq́
continentibus, ſed ueluti fractis motibus ferretur, ita ut eius iactatione
auulſa, & dilata in uarias partes fragmenta fulſerint ſtellarum ſalientium
modo: id poſtquam in terram tandem eò locorum decubuerit, metuq́
& terrore liberati incolæ conuenerint ad ſpectaculum, nullum in eo
ignis opus, nullum ueſtigium apparuiſſe, ſed magnum lapidem, qui
tamen uix exiguam ignitæ iſtius molis portiunculam expleret. Liquet
ſanè Damachum benignis auditoribus opus habere: ſi tamen uera eſt
eius narratio, omnino eos redarguit, qui ſaxum à promontorio aliquo
uenti ui auulſum, & abreptum turbinis in morem, ut uenti uehementia
remiſit, ac procella id circumuehens deſiit, abiectum decidiſſe aiunt. Ni
ſi ita potius iudicandum ſit, id quod per multos dies apparuit, re ipſa
ignem fuiſſe, qui extinctus in aëre mutationem & uentos ualidiores ex-
citarit: ab his & lapidem eum proiectum. Verùm hæc diligentiùs a-
lio ſcriptionis genere perſequenda ſunt. Lyſander porrò cùm in con-

Philocles & Atheniensium captiui trucidantur. cilio decretum esset, Atheniensium tria millia captiuos morte mulctandos esse, Philoclem eorum ducem ad se uocans interrogauit, quódnam sibi ipse supplicium statueret, qui ciuibus suis huiusmodi contra Græcos decreti autor fuisset? Philocles nihil calamitate fractus, non esse ei opus accusatione respondit, nullo extante causæ iudice: ageret proinde uictor ea, quæ uicto ferenda fuissent: inde lotus, splendida ueste sumpta, primus ciuium ad necem iuit. Autor Theophrastus. Inde circum urbes nauigans Lysander, quotquot Athenienses reperit, eos omnes ire Athenas iussit, iugulaturum quoscunque extra urbem offendisset addens: id agebat, ut omnibus in urbem compulsis, statim ibi caritas annonæ & fames oboriretur, atque ipse in ea obsidenda tanto minùs negocij haberet. Per urbes autem populari reipublicæ administratione sublata, singulis unum Lacedęmonium prætorem reliquit, & decem præfectos ex ijs quas instituerat sodalitatibus. Hæc & in hostium, & amicorum in urbibus agens, lentaq; nauigatione urbes inuisens, sibi ipsi principatum Græciæ machinabatur: non enim optimates, non ditissimos quosque ad magistratum euehebat, sed socijs suis atque hospitibus eam dignitatem, iusq; supplicij & honoris deferendi donabat. Et ipse multis cædibus interfuit, socijsq; in aduersarijs pellendis suam operam nauauit, specimen Lacedæmonij imperij nequaquam commodum Græcis exhibens. Quare Theopompus comœdiarum scriptor nugari mihi uidetur, Lacedæmonios mulierculis cauponantibus comparans, quòd cùm Græcis suauissimum libertatis potum gustandum dedissent, pro eo acetum infuderint: nam ipse etiam primus gustus grauis fuit, & amarus, Lysandro neque populis summam rerum permittente, & rempublicam paucis quibusdam, ijsq; ferocissimo cuique inter paucos & contentiosissimo tradens. His agendis cum non multum temporis impendisset, præmissis Lacedæmonem qui aduenire ipsum cum ducentis nauibus nunciarent, in Attica ad Agidem & Pausaniam reges peruenit, sperans se cum his statim urbe potiturum. Sed cum resisterent Athenienses, rursus accepta classe in Asiam traiecit. Ibi in omnibus urbibus potestate populi sublata, ac decemuiratu constituto, multis ubique cæsis, aut exilij causa solum uertentibus, Samios omnes extorres egit, urbésque eorum exulibus concessit. Sestum Atheniensibus cùm eripuisset, non passus est eam à Sestijs habitari, sed gubernatoribus suis & remigum magistris urbem agrosq; tribuit: quod & primum Lacedæmonij improbauerunt, Sestiosq; in patriam restituerunt. Verùm eas actiones Lysandri omnes Græci cum gaudio uiderunt, Aeginetas longo pòst tempore in patriam suam reduci, Melios & Scionæos pulsis ab eo Atheniensibus, urbesq; reddentibus, postliminio reuerti. Cùm iam Athenienses in urbe fame laborare inaudiuisset, ad Piræeum uenit, coegitq; eos acceptis quas ipse uellet conditionibus deditionem facere. Lacedæmonios inuenias, qui dicant Lysandrum ephoris scripsisse, Captæ sunt Athenæ: & eos rescripsisse, Sufficit esse captas. Sed hoc confictum est rei exornandæ causa. Verum ephororum decretum ita habuit: Magistratus Lacedęmoniorum ita decreuerunt: deiecto Piræeo, & longis muris, omnes urbes relinquentes, uestro agro contenti, ita pacem habete: quæ danda sunt, date, exules accipite, quod de nauium numero statutum fuerit, id facite. Hanc scytalam

Theopompi dictum.

Athenæ obsessæ.

accepe-

A acceperunt Athenienses, Theramene Anconis filio suadente. quo tempore is iuueni cuiusdam oratori Cleomeni interroganti, ecquid Themistocli contrarium facere & dicere auderet, muros Lacedæmonijs tradens, quos ille inuitis Spartanis extruxisset: respondisse fertur, Ego uerò, adolescens, nihil planè Themistoclis sententiæ repugnans facio: eosdem enim muros & is propter salutem ciuium ædificauit, & nos eandem ob causam demoliemur. quod si felicitas urbium è muris penderet, Spartam, quæ muris omnino caret, omnium miserrimam esse oportebat. Enimuerò Lysander nauibus Atheniensium præter duodecim omnibus acceptis, murisq; Atheniensium, decimosexto Munichionis die (quo die barbaros antè apud Salaminam nauali prœlio uicerant) statim etiam rempublicam mutare aggressus est. Atheniensibus autem contumaciter resistentibus, misit ad populum, qui dicerent, non stetisse ciuitatem pactis: stare enim muros ultra definitum tempus: itaque se de illis, ut pactionis ruptoribus, denuo sententias suorum auditurum. Ac sunt qui re uera eum apud socios proposuisse rogationem de agenda in seruitutem ciuitate Atheniensium referant: ac censuisse quidem Erianthum Thebanum, urbem euertendam, agrúmque pecoribus ad pascua relinquendum esse: pòst ducibus in conuiuium collectis, cum inter pocula quidam Phocensis ex Euripidis Electra chori primam in scena uocem retulisset, 13

Rogatio de excindēdis Athenis.

Electra Agamemnone nata, cæsam
Ad tuam agrestem ueni. ——

fractos omnium fuisse miseratione animos, uisúmq; cunctis indignum facinus, si tam illustris urbs, quæ tantos protulisset uiros, excinderetur. Proinde Lysander Atheniensibus nihil non concedentibus, multas ex urbe tibicinas euocauit, omnes etiam quas in castris habebat, conduxit, & ad tibiæ sonitum muros deiecit, triremesq; cremauit, coronatis, & ludentibus socijs, perinde ac si illa dies libertatis initium esset. Statim etiam rempublicam mutauit, triginta in urbe, decem in Piræeo constitutis præfectis, impositóque in arcem præsidio, eiq; Callibio Spartano prætoris uice præposito. Qui Callibius cum Autolyco athletæ (apud quem conuiuium suum actum Xenophon scribit) 14

Muri Athenarum destructi.

C baculo ictum intentasset, isq; eum pedibus apprehensum in solum prostrauisset, Lysander non modò non succensuit Autolyco, sed & Callibium increpauit, quòd ignoraret se liberis hominibus imperare: Autolycum in Callibij gratiam triginta præfecti paulo pòst interfecerunt. Lysander his confectis in Thraciam nauigauit: pecuniæ quod superarat, dona & coronas (quæ ei permulti offerebant, uiro nimirum potentissimo, & quodammodo Græciæ domino) Gylippo, qui in Sicilia bellum gesserat, Lacedæmonem ferenda dedit. Gylippus (ut aiunt) commissuras uasorum infernè aperiens, ac de singulis multum argenti auferens, compegit iterum ea, ignorans in uno quolibet schedulam esse, pecuniæ numerum indicantem. Vt uenit Spartam, pecuniam furtiuam sub tegulis domus suæ abdidit, uasa Ephoris tradidit, sigilla integra ostendens. Quibus apertis cùm pecunia numero non responderet, dubitatione Ephoris obiecta, per ambages indicium fecit famulus Gylippi, in ceramieo multas noctuas cubare dicens, nam eo tempore plerunque nomisma- 15

Triginta tyranni.

signabatur noctua propter Athenienses: & tegulas ille heriles notabat, quas ceramon Graeci uocant. Ita Gylippus post praeclara sua & magna facta turpi & sordido perpetrato facinore effecit, ut Sparta eijceret. At qui erant prudentia inter Spartanos primi, eo magis pecuniae uim metuentes, quae non uilissimos etiam ciues corrupisset, Lysandro maledicebant, obtestabanturq; ephoros, ut omne aurum & argentum, tanquam illecebras pestiferas, urbe exterminarent. Re in concilio proposita, Sciraphidas (ita enim Theopompus habet, Ephorus Phlogidam) sententiam tulit, non esse in ciuitatem recipiendum argenteum aut aureum nummum, sed à maioribus tradito utendum. Etenim antiquitus ferreo utebantur nummo: & quidem ferrum prius ignitum aceto restinguebatur, ne recudi posset aut fundi, sed propter tincturam omni acie & robore careret: erat & ponderosa ea pecunia, & translatu difficilis, cùm magni acerui atque ponderis exiguum esset precium. Atque omnino consentaneum est priscos ferreis & aereis obeliscis (hoc est seu ueribus pusillis, seu uirgulis) usos pro nomismate: atque inde remansisse ut minutissimi nummi, oboli dicantur: & drachma, sex obolorum sit: tot enim 16 oboli manu comprahendi possunt una. Caeterùm Lysandri amicis resistentibus, & hoc agentibus ut pecunia in urbe remaneret, decretum factum est publicè eam recipiendam: quòd si quisquam priuatim aureum aut argenteum nomisma possidere deprahenderetur, morte puniendum. Quasi uerò Lycurgus nummi genus, non cupiditatem eius possidendi metuerit: quae quidem non ita tollebatur edicto ne quis priuatim haberet, ut excitabatur permisso ut eam respublica possideret, quo ad utilitatem eius etiam dignitas atque aemulatio addebatur. Neque enim qui publicè magnifieri pecuniam uiderent, priuatim eam contemnere poterant, aut domesticis rebus inutilem arbitrari, quae publicè tanto honore & studio coleretur. Et uerò multo citiùs priuati mores & conatus suos secundum publica studia componunt atque accommodant, quàm ut singulorum lapsus & affectus urbem malis rebus impleant. consentaneum est enim cum toto in peius uergente, una etiam partes abripi: cùm quod ab una particula aduersus totius naturam peccatur, corrigi facile à sanis membris queat. At Lacedaemonij priuatorum domibus, ne in eas nomisma ingrederetur, metum & legem custodię loco constituerunt: cum uerò eam opinionem excitassent in ciuium animis, magnam esse & praeclaram rem quòd uniuersi diuites essent, eos à pecuniae cupiditate intactos praestare nullo modo potuerunt. Verùm nos eo nomine etiam alio quodam commentario Spartanos reprehendimus. Lysander ex manubijs aeream sui statuam Delphis posuit, & uniuscuiusq; praefectorum nauibus, & stellas Castorum aureas, quae ante Leuctricam pugnam de medio sublatę sunt. In Brasidę & Acanthiorum donarijs, triremis sita fuit bicubitalis, ex auro & ebore confecta, quam Cyrus Lysandro ob partam uictoriam gratulans misit. Alexandrides Delphicus scriptum reliquit depositum etiam ibi Lysandri fuisse, talentum scilicet argenti, & minas quinquaginta duas, undecimq; stateres: quae cum ijs quae de paupertate eius in confesso sunt, non conueniunt. Enimuerò Lysander cum ad maiorem quàm ullus unquam Graecus homo potentiam peruenisset, fastu tamen uidetur maiori quàm pro sua potentia elatus fuisse. Primo enim ei Graecorum arae sunt à ciuitatibus positae, ut Duris tradit, tãquam Deo, & sacrificia peracta in eius honorem: primo omnium

Decretum de recipienda Spartã pecunia.

Priuati publica imitamur.

Lysandri donaria.

Lysandri gloria & fastus.

A

B

C

A omnium Græcorum pæanes sunt cantati, quorum unius hoc initiũ commemoratur,

Nos Græciæ inclytæ ducem
Lacedæmone ampla natum
Celebremus: iò Pæan.

Samij templa Iunonis sua Lysandria uocanda sanxerunt. Ipse Chœrilum semper secum habuit, ciuem suum, qui carmine res eius gestas exornaret: Antilocho, quòd de ipso mediocres aliquot uersus scripsisset, oblectatus pileum argento repleuit. Antimacho Colophonio, & Nicerato quodam Heracleota Lysandria poematis decertantibus ipso iudice, Niceratum coronauit: Antimachus indignatione motus poëma suum aboleuit. Plato autem, iuuenis tum, miratus Antimachũ grauiter ferre quòd in re poetica esset superatus, consolatus eum est, ostenditq; ignorationem ijs quibus inesset tantùm nocere, sicut cæcitatem ijs modò, qui capti luminibus essent. Sanè Aristonus citharœdus cùm sexies uicisset Pythia, Lysandro blandiens pollicitus ei est se, si rursus uicisset, Lysandri sese esse per præconem, seruumq; eius professurum. Ac Lysandri qui-

B dem arrogantia primarijs tantùm uiris, & eodem in dignitatis gradu constitutis, molesta erat. Postquam ad eam morositas etiam accessit, suspicionesq; de multis sinistræ, assectarum culpa excitatæ, neque honoris iam, neque supplicij modum popularem seruabat: sed & amicitiæ præmia & hospitij imperia in ciuitates nullius iudicio obnoxia, tyrannidesq; nulli inquisitioni subiectas dabat: & iram aliter nisi occiso eo quem odisset, explere non poterat, nulla effugiendi permissa facultate. Nam & postea temporis Milesiorum populi proceribus infensus, quia metuebat ne effugerent, simulq; eos qui se abdiderant, elicere cupiens, iureiurando confirmauit, nemini se uim facturum: cumq; fidem habuissent, atque in medium processissent, uiri haud pauciores octingentis, his qui paucorum in republica principatui studebant omnes eos trucidandos tradidit. Et per alias urbes innumeri eorum qui popularem reipublicæ administrationem præferebant, cæsi sunt: cùm non sui modò odij caussa, sed & in gratiam amicorum illos tolleret. Itaque Eteoclis Lacedæmonij uox probata est, qui Græciam non potuisse duos Lysandros perferre, dixit: quod idem de Alcibiade Archistratum pronunciasse Theophrastus ait.

Crudelitas Lysandri.

Milesiorũ calamitas.

C Verùm huius petulantia tantùm, & contumacia libidini iuncta odio fuit: Lysandri potentiam morum acerbitas grauem, terribilémque reddidit. Quæ de eo adferebantur querelæ, earum nullam fere rationem habebant Lacedæmonij. Sed postquam Pharnabazus iniuria ab eo affectus, regionem ipsius populante, Spartam misit qui eum accusarent: ibi demum ephori indignatione correpti, Thoracem, qui ex amicis eius & collegis in bello gerendo unus fuerat, deprehensum quòd priuatim argentũ possideret, interfecerunt: ipsum Lysandrum scytala missa reuocarunt. Quod de scytala dixi, tale est. Cùm classis aut exercitus ducem emittunt ephori, duo teretia ligna longitudinis & crassiciei exactè eiusdem habent: horum unum duci proficiscenti peregrè dant, ipsi alterum retinent. Pòst ubi arcanam aliquam aut magnam rem ei indicare uolunt, schedam longã lori instar atq; arctam efficiunt, suæ eam circumuoluunt scytalæ, ita quidem, ut nullo uacuo relicto spacio tota scytalæ superficies eo libello integatur: ita circũplicata scheda inscribũt quidquid uisum fuerit: libellum inde scytalę detractum, seorsim ad ducem mittunt.

Scytalæ Laconicæ explicatio.

Is

Is ubi accepit, scytalæ suæ (aliter enim legi nequaquam potest, literis non A
cohærentibus, sed in apices uariè diuulsis) circumligat, atque ita curui-
tare ista in rectum ordinem ligni ope restituta, & primis cum sequenti-
bus coniunctis, circumferens oculos per circularem eum ambitum epi-
stolam legit. Nomine autem ligni etiam ipsa epistola scytala dicitur, ut
cùm mensurato mensuræ nomen tribuitur. Eam tum in Hellesponto Ly-
sander scytalam cùm accepisset, perturbatus animo, & maximè Pharna-
bazi metuens accusationes, operam dedit, ut eum conueniret, sperans co

Lysander à Pharnabazo deceptus.

ràm se litem compositurum: & congressus, orauit eum uti alias ad epho-
ros scriberet literas, quibus priores querelas tolleret. Sed non animad-
uertit Lysander se contra Cretensem (quod aiunt) Cretisare. Pollicitus
enim Pharnabazus omnia se facturum, palàm epistolam qualem Lysan-
der petierat scripsit: occultè autem diuersam à se seantè scriptam secum
habebat: atque inter obsignandum permutatis epistolis, quæ aspectu ni-
hil differebant, eam quam occultè scripserat, Lysandro tradidit. Lysan-
der Spartã perrexit, adeq; curiam de more progressus ephoris literas Phar
nabazi reddidit, haud dubiè maximũ crimen se diluisse putans. Erat enim
charus Lacedæmonijs Pharnabazus, quòd ex omnibus regijs præfectis B
promptissimam in bello operam ipsis nauasset. Postquam ephori lectam
epistolam ipsi exhibuerunt, sensitq;

17 *Non solum Vlyssem scilicet esse callidum,*

confusus planè perturbatusq; abijt. Paucis interpositis diebus ad epho-
ros se contulit, sibiq; ad templum Ammonis adscendendum, & sacrificia
Deo in bello uota, peragenda dixit. Quidam pro re uera narrant, obsi-
18 denti ipsi Aphytim urbem in Thracia, noctu Ammonem apparuisse:
ideoq; eum soluta obsidione, quasi Deo ita iubente, mandasse Aphytæis
uti Ammoni rem sacram facerent: & ipsum placandi numinis eius cau-
sa in Africam contendisse. Plerique uerò prætextu eo usum censent, cùm
& ephoros metueret, & iugum in patria non ferret, neq; sub magistratu
esse sustineret, atq; ideo profectionis & uagandi occasionem quæreret:
ueluti equus ex liberis pascuis, pratoq; rursus ad præsepe, & solitos labo-
res abductus. Quam autem Ephorus huius peregrinationis causam re-
fert, eam mox indicabo. Aegrè impetrata abeundi uenia ab ephoris, nauì
auectus est. At reges per absentiam eius cùm animaduerterent eum soda
licijs urbes occupauisse, planeq; ita totam in sua potestate habere Græ- C
ciam, consilia iniuerunt de eijciendis eius amicis, req; publica populis
reddenda. Verùm motibus hanc ob rem existentibus, & Atheniensibus
19 à Pyla triginta tyrannos adortis, uictoriaq; potitis, reuersus celeriter Ly-
sander Lacedæmonijs persuasit, ut paucorum in rebus publicis potestati
opitularentur, populi uim reprimerent: hiq; primum triginta tyrannis
centum talenta miserunt ad bellum gerendũ, ducemq; belli Lysandrum.
Sed reges inuidia ducti, ueritiq; ne is rursus Athenas caperet, statuerunt
ad id bellum debere alterum ipsorum proficisci. Profectus Pausanias,

Pausanias pacem cum Atheniensibus reficit.

uerbo quidem, ut triginta uirorum potestatem contra populum defen-
deret, re ipsa ut bellum pace solueret, ne iterum Lysander per amicos A-
thenas obtineret, facilè quod uoluit effecit, reconciliatisq; Athenien-
sibus, & seditione sedata, Lysandri conatum irritum fecit. Sed non mul-
to pòst tempore iterum desciscentibus Atheniensibus, culpatus est,
quòd paucorum imperio refrænato populo rursus lasciuiendi & fero-
ciendi potestatem dedisset. Lysandro autem gloriæ fuit ea res, qui

non

A non in gratiam aliorum, aut ostentandi sui causa, sed respectu commodi reipublicæ Spartanæ suo arbitrio imperia obiret. Fuit Lysander etiam in sermone ferox, & aduersarijs eo terrorem obtulit. Argiuis de finibus agri cum Spartanis litigantibus, & sua argumenta, quàm eorũ iustiora esse confirmantibus, gladium ostendens, Hunc (inquit) qui tenet, optime de finibus disseret. Megarensi cuidam in concilio liberè in ipsum inuehenti: Tua (dixit) uerba, ô hospes, ciuitate opus habent. Bœotios utri parti studerent, haud palàm præ se ferentes interrogauit, Rectisne an demissis hastis se per ipsorum regionem ire uellent. Corinthij cùm defecissent, ideoq; admouisset ipse exercitum, ubi sensit milites murum aggredi non audere, & lepus fortè fossam transilire uisus est, Non pudet, inquit, eos hostes metuere quorum ob ignauiam muris lepores indormiũt. Agis rex uita functus, fratrem Agesilaum, & filium (ut putabatur) Leotychidem reliquit. Lysander Agesilao, quem diligebat, autor fuit regni petendi, ut qui uerè Herculis sanguine esset ortus. Leotychidam enim rumor erat Alcibiadis filium esse, qui quo tempore Spartæ exul uixit, cum

Lysandri intentio, & dicta quædam.

B Agidis uxore Timæa adulterij consuetudinem furtiuam habuisse credebatur. Et Agidem ferunt temporis subducta ratione depræhendisse, uxorem non ex se grauidam esse: ideoq; Leotychidam nihil curasse, & in posterum haud obscurè suum negasse. Postquàm ægrotans Heræam perlatus est, iam moriturus, partim Leotychidæ, partim amicorum precibus concessit, ac multis præsentibus eum suum esse filium pronunciauit, rogatisq; qui aderant, ut eius rei testes apud Lacedæmonios essent, uiuendi finem fecit. Atque hi quidem id Leotychidæ testimonium ferebant, Agesilao uerò, alioquin uiro illustri, & Lysandri opera utenti, Diopethes obstitit, diuinandi facultate nobilis, qui aduersus claudicationem eius hoc oraculum proferebat:

Sparta caue, quamuis altè te gloria tollat,
Rex ualidæ tibi det pedibus ne incommoda claudis:
Namq; insperatos cogeris ferre labores,
Pestiferosq; diu belli subsistere fluctus.

Id oraculum cùm animos multorum inclinasset, & ad Leotychidam conuertisset, Lysander non rectè accipere oraculum Diopethem asseruit.

C neque enim ob id Deum indignari, si quis pede læsus Spartæ imperet: sed tum fore claudum regnũ si spurij & malè nati inter Heraclidas id teneant. Hæc ille locutus, cùm plurimum apud populum posset, persuasit, rexq; Agesilaus est constitutus. Proinde statim hunc Lysander ad expeditionem in Asiam suscipiendam incitauit, & in spem adduxit, fore ut Persarum rege debellato, summam potentiam obtineret: amicos etiam, quos in Asia habebat, per literas iussit ut ad bellum contra barbaros Agesilaum à Spartanis ducem poscerent: ijq; obtemperarunt, missisq; Lacedæmonem legatis obtinuerunt. Id beneficium haud minus ipso regno Agesilaus à Lysandro uidetur accepisse. Enimuerò ambitiosa ingenia, alias ad imperia gerenda non inepta, quòd æqualibus gloriæ causa inuident, id non exiguo ijs in rebus pręclare gerendis impedimento est: eos enim uirtutis suæ aduersarios reddunt, quibus adiutoribus uti poterant. Etenim Agesilaus inter triginta consiliarios Lysandrum secum abduxit, ut eo primo atq; pręcipuo omnium amicorum uteretur. Verùm ut est in Asiam peruentum, homines rarò cum Agesilao, nondum familiariter sibi noto, collocuti sunt: ad Lysandrum uerò ob diuturnam consuetudinem & colentes amici, & inimici metuentes, crebrò uenerunt, & frequen-

Agesilai in Asiam expeditio.

frequentes euntem comitati sunt. Vtq; in tragœdijs usuuenire solet hi- A
strionibus, ut qui nunc ij aut famuli personam sustinet, is primas partes
gerat atq; laudetur, cùm interim regijs insignibus ornatus alius ne loqua-
tur quidem quicquam: ita omnis imperij maiestas tum apud consiliari-
um cernebatur, regi ipsi solum potestatis suæ nomen aderat. Haud ab-
nuerim fane debuisse Lysandrum ambitionem istam nimiam reprimere,
secundoq; dignitatis loco contentum esse: sed gloriæ causa hominem de
se bene meritum, & amicum abijcere, atque circumscribere: id uerò indi-
gnum Agesilao fuit. Principiò occasiones agendi Lysandro nullas præ-
buit, nulli præfecit negocio: deinde quibus studium suum & operam na-
uare eum uidebat, semper eos rebus infectis, minusq; alio quouis conse-
cutos dimisit: sensim ita Lysandri destruens, & quasi refrigerans poten-
tiam. Lysander ubi omnia se frustra agere, suamq; amicis obesse operam
sensit, auxilium ijs ferre desiit, ipsosq; orauit ne se accederent, neue
colerent, sed regem ipsum compellarent, aut alios, qui magis quàm ipse
eo tempore sui obseruantibus prodesse possent. Hoc audito, plerique
de negocijs quidem suis eum interpellandi finem fecerunt, ob officio B
tamen colendi non destiterunt, sed in ambulationibus & gymnasiis
crebrò ad eum salutandi causa accesserunt. Auxit hoc Agesilai æmulatio-
nem ab ambitione profectam: itaq; eùm multos etiam milites rebus ge-
rendis, aut urbibus gubernandis præficeret, Lysandrum diuisorem car-
nis constituit: & quasi insultans Ionibus, Eant, inquit, nunc, & structorem
Lysandri cum Agesilao expostulatio. meum colant. Ob hæc Lysander cum Agesilao colloqui statuit: planeq;
Laconico more uerba commutârunt. Egregiè, dicebat Lysander, ami-
cos deprimere scis Agesilae. Siquidem, inquit Agesilaus, me ipso esse
maiores studeant: qui uerò meam augent potentiam, in partem eius
uenire hos æquum est. Tum ille: Fortaßis hæc à te rectiùs dicta, quàm
à me facta sunt: oro autem te etiam propter alienos homines, qui in nos
intuentur, ut in ea me tui imperij parte colloces, ubi me minimè molestũ,
magis autem utilem tibi fore iudicas. Exinde ab Agesilao in Hellespon-
tum missus legatus, etsi infensus ei erat, tamen officium facere non negle-
22 xit: Spithridatemq; Persam, uirum strenuũ, copijsq; instructum à Pharna
bazo, interpositis tum eorum offensionibus, ad Agesilaum traduxit. Ni-
hil aliud eo in bello commodauit: & exacto tempore Spartam non sine C
ign ominia redijt, infensus Agesilao, ac maius priore odium in rempubli-
cam gerens, ideoq; ea, quæ iampridem ad immutandum eius statum, &
res nouandas machinatus fuerat atq; composuerat, omni mora sublata
Lysander à regijs familijs regnum transferre aggressus. persequi statuens. Erant autẽ huiusmodi. Heraclidarum qui Doriensib.
permixti in Peloponnesum redierant, magnum & splendidum Lacedæ-
mone florebat genus: uerùm non omnes ad regiam successionem admit
tebantur: ex duabus tantùm familijs (Eurytionidas uocabant, & Agia-
das) reges creabantur, cæteris nobilitas sua nullam in repub. præstantiam
parabat, & uirtutis præmia omnibus ea præditis communia erant. Lysan
der autem, cùm & ipse genere Heraclidarum natus esset, rebusq; gestis
magnam gloriam sibi, potentiamq; & amicos parauisset, grauiter tulit ur-
bem à se auctam ab alijs nulla re ipso præstantioribus regi: statuitq; re-
giam dignitatem duabus istis familijs ademptam, omnibus Heraclidis
communẽ efficere. Quidam non Heraclidis, sed omnibus ex æquo Spar
tanis dicunt: ut non ab Hercule genus ducentes, sed uirtutem Herculis
(qua is diuinos honores inuenit) imitantes eo honore afficerentur. Om-
nino autem si ea lege reges designarentur, nullum sibi Spartanum præ-
latum

A latum iri fidebat. Primùm itaq; intendebat ciuibus id quod uolebat per-
suadere, orationemq; ea de re scriptam à Cleone Halicarnasseo meditaba
tur. Pòst nouitatē negocij, magnitudinemq; perspiciens, audacius requi-
rere auxiliū, uelut sublata in Tragœdia machina, sortes Delphicas & ora-
cula aduersum ciues parabat: quos nisi obiecta priùs animis religione per
terruisset, & superstitione inducta ad orationem submisse audiēdam com
mouisset, Cleonis eloquētiam parum sibi profuturam sentiebat. Ephorus
quidem autor est, eum Pythiam corrumpere frustrà conatū, frustra etiam
solicitatis per Phereclem Dodonidibus, ad Ammonis tēplum profectū,
multo auro falsum responsum redimere conatum: sed ciues indignè eam
corruptelam ferentes, misisse Spartam, qui Lysandrum accusarent: abso-
luto eo, Afros discedētes dixisse, At nos, ô Spartani, rectiùs iudicabimus Ammonij.
cùm ad nos in Africa habitatum uenietis. nimirum antiquitus fuisse prędi
ctum, fore ut Lacedæmonij in Africa sedes ponerent. Nos omnem frau-
dem insidiosamq; commēti machinationem, quæ nequaquam leuis fuit,
aut uilibus ab initijs ꝑfecta, sed multis grauibusq; immixta (ueluti in ma-
thematicis demonstrationibus fieri solet) propositionibus per difficiles
B atq; arduas præmissas ad conclusionem processit, secuti narrationem uiri
in historia & philosophia clari exponemus. Fuit in Pōto muliercula quę-
dam, quę se ex Apolline grauidam ferens, fidem multis non fecit: quidam
ita fidem ei adhibuerunt, ut cùm puerum peperisset, magno is à multis &
claris hominibus studio educatus sit: puero certa aliqua de causa Sileni
nomen inditum fuit. Hoc initio sumpto Lysander, reliqua ipse affinxit, fa
bulamq; pertexuit, multis & non uulgaribus ei ad partes paratis homini- 23
bus, qui & procreationis eius pueri fidem haud dubiam facerēt, & alium
rumorem Delphis allatum Spartæ seminarent: nempe ibi à sacerdotibus
Delphis inter arcanas literas adseruari oracula quædā uetustissima, quæ
nefas esset cuiquam accipere aut legere, nisi quis tandem Apolline natus
Delphos adueniens, custodibus sacrorum certum & perspicuum suæ ori
ginis signum perhiberet, atq; ita tabulas, in quibus oracula ista scripta es-
sent, auferret. His ita præparatis, cōposita erat fabula, ut Silenus Delphos
adueniret, seq; filium Apollinis diceret, atq; oracula ista peteret: sacerdo
tes, qui fabulæ subseruiebant, diligenter scilicet de eius procreatione per-
quirerent, singulisq; examinatis, tandem comperto (si dijs placet) Apolli
C ne cum gemitu, oracula ostenderēt: Silenus multis præsentibus cùm mul
ta alia recitaret uaticinia, tum id cuius gratia commentum totum erat in-
stitutum, de regibus Spartanorū, Spartanis uidelicet melius fore atq; uti
lius, si ex optimus ciuium reges suos deligant. Cùm iam adoleuisset Sile
nus, & ad agendum negocium accederet, fabulæ Lysander excidit actio-
ne, timiditate unius histrionū suorum, qui ut ad rem ipsam uentum fuit,
formidine perculsus personam suam subterfugit. Nihil tamen uiuente Ly
sandro depræhensum est, sed post mortem demum eius. Priusquàm enim
ex Asia rediret Agesilaus, mortuus est Lysander, cùm in bellum Bœoti-
cum incidisset, aut potiùs id in Græciam intulisset. Vtrunq; enim fertur: Causæ belli
& quidam eius belli causam Lysandro, quidam Thebanis, quidam utriq; Spartanorum contra
adscribunt. Thebanis uitio datur, quòd in Aulide sacrificia dissiparint: Bœotios.
quòd Androclidas & Amphitheus Thebani regis Persarū pecunia corru 24
pti, ut contra Lacedæmonios bellū apud Græcos excitarent, Phocenses
adorti, & agrum eorum populati sint. Lysandrum uerò iratum Thebanis
fuisse ferunt, quòd ij soli decimam manubiarū partem petijssent, reliquis 25
confœderatis omnibus quiescentibus: quòd à Lysandro missam Lacedæ-

L monem

monem pecuniam indignati essent: maximè autem, quòd Atheniensibus A recuperandæ libertatis ansam præbuissent. Etenim Lysander triginta tyrannos Atheniensibus imposuerat, & Lacedæmonij eorum potentiam atq; terrorem auxerant, lata lege, ut quicunq; Athenis profugisset, is in uincula abduci posset: qui abducentem prohibuisset, is contra fœdus Spartanum egisse iudicaretur. Contra hæc decretum fecerunt Thebani honestum, Herculisq; & Liberi factis germanum: patere omnes domos & urbes per uniuersam Bœotiam Atheniensibus, ijs indigentibus: qui exulem abduci uidens, non opitularetur, talento mulctādum: si quis per Bœotiam Athenas uersus arma contra tyrannos ferret, Thebanos ita dissimulare omnino debere, ac si neq; uiderent id, neq; audirent fieri. Neque uerò decretum ita Græcanicum atq; humanum fecerūt, & non idem reipsa egerunt. Nam Thrasybulus cum socijs Philam occupans, à Thebis profectus est, arma, pecuniam, latendiq; & incipiendæ rei facultatē Thebanis præbentibus. Has iræ in Thebanos causas nactus Lysander, aucta ea propter melancholiam, quæ per senectutem ingrauescebat, animos ephororum iritauit, persuasitq; ut ipsum ducem cum præsidio contra Thebanos emitterent. Post eum Pausanias quoq; rex cum exercitu missus, Cithæronem montem circumire, atq; ita in Bœotiam irrumpere statuit. At B Lysander per Phocidem multis cum militibus profectus, Orchomenum deditione recepit, Lebadiam ui captam diripuit: missis deinde ad Pausaniam literis, eum à Platæis ad Aliartum iussit accedere: se enim quoque prima luce apud muros eius urbis futurum. Hæ literæ capto ab exploratoribus tabellario, in manus Thebanorum peruenerunt: atq; ij Atheniensibus auxilio uenientibus urbe sua commissa, prima noctis uigilia profecti, Lysandro præuēto ad Aliartum perrexerunt, & cum parte copiarum in urbem ingressi sunt. Lysander cùm initiò statuisset positis in colle castris Pausaniæ aduentū præstolari, augescente die quietis impatiens, milites arma capere iussit, eosq; cohortatus, rectam phalangem iuxta uiam ad muros adduxit. Thebani uerò, qui extra mœnia consederant, Aliarto ad læuam relicta in extremos hostium inuaserunt, infra fontem, qui Cissusa (quasi hederaceum dicas) cognominatur. Ibi nutrices Bacchum in lucem editum abluisse fabulantur: nam & uini colorem aqua habet, & perlucida est, potuq; suauissima. Haud procul inde Cretensis styracis stirpes enatæ in orbem conspiciuntur: quod certum esse signum Aliartij perhibent, habitasse apud ipsos Rhadamāthum: cuius etiam sepulcrum ostendunt, Alea uocantes. Propè est etiam Alcmenæ monimentum: ibi enim C sepultam ferunt, cùm post Amphitryonis mortem Rhadamanthum maritum habuisset. Qui uerò Aliartum intrauerant Thebani, unà cum oppidanis acie instructa, tantisper se continuerunt, dum Lysander cum primis muro appropinquare cerneretur: ibi repentè aperta porta eru-
26 pērunt, adortiq; hostem, Lysandrum unà cum Mante, & alijs non multis interfecerunt: reliqui celeriter ad phalangem refugerunt: Thebanis autem instantibus acriter, omnes fuga ad tumulos conuersi sunt, milleq; homines interfecti. Occubuerunt etiam trecenti Thebani, qui hostem insequendo in aspreta & iniqua loca se coniecerant. Hi cùm ad Lacedæmonios inclinare putarentur, ut eo se crimine apud ciues liberarent, persequendo hostem auidiùs, neq; salutis suæ curam gerentes, perierunt. Pausaniæ cum à Plateis Thespias iret, ea de re allatus est nuncius. Itaq; composito agmine ad Aliartum accessit: eòdem & Thrasybulus à Thebis Athenienses adduxit. Cogitāte Pausania de inducijs repetendorū cadauerum causa

Lysandri contra Thebanos expeditio.

Lysandri mors.

A causa faciendis, ęgrè id ferentes seniores Spartanorum & ipsi inter se murmurabant, & ad regem aggressi, obtestabantur ne per inducias Lysandri corpus auferretur. armis de eo certandum, partaq; uictoria id humãdum: si quid secus euenisset, pulcrum fore iuxta ducem oppetijsse. Sed Pausanias Thebanos uictores superari non nisi ingenti suorum labore & discrimine posse intelligens, ad hæc Lysandrum proximè murum cecidisse, ita ut uictores etiam haud facilè sine inducijs cadauer auferre possent: misso præcone, & inducijs factis, exercitum abduxit. Spartani Lysandrũ auferentes, ut primum finibus Bœotiæ superatis in Panopæorũ, sociorum tum & confœderatorum, agrum peruenerunt, ibi humauerunt: & adhuc monumentum eius extat in uia quæ à Chæronea Delphos ducit. *Lysandri sepulcrum.* Ibi cum exercitus castra fecisset, fertur quendam Phocensem alteri, qui non interfuerat, pugnam eam exponentem dixisse, hostes impetum in ipsos fecisse, cùm iam Hopliten transiuisset Lysander. Id quendam Spartanum amicum Lysandri admiratum fuisse, & quisnam ille Hoplites esset, quæsiuisse: sibi enim id nomen ignotum haberi. At uerò (respondisse Phocensem) ibi hostes primos nostros deiecerũt: amni enim qui apud urbem defluit, Hoplitæ nomen est. Spartanum his auditis, illacrymasse, dicentem, Adeò
B tandem homini fatum ineuitabile esse. Etenim oraculum Lysandro datum ferebatur tale:

Hoplitam (moneo) uitare memento strepentem, *Oraculum Lysandro datum.*
Terrigenamq; draconem, à tergo qui subit astu.

Alij Hoplitam non apud Aliartum fluere, sed iuxta Coroneam riuum esse, qui apud urbem in fluuium Phliarum illabatur, antiquitus Hoplias, nunc Isomantus dictus. Aliartius autem ciuis, qui Lysandrum interfecit, nomine Neochorus, insigne in clypeo gestauit draconem: idq; indicare oraculum uidebatur. Memoriæ traditum est, Thebanis sub bellum Peloponnensiacum in Ismenio oraculum datum, quòd & pugnam apud Delium, & (quæ trigesimo ab ea anno facta est,) hanc apud Aliartum prædixerit: idq; ita habet,

Oram agri uitato: lupos perquirito palis,
Et tumulum Orchalidem, haud uulpes quem deserit unquam. 27

Locum qui est ad Delium, agri extremitatem dixit, quòd ibi Bœotia Atticam attingit: Orchalidem collem, quem nunc uulpinum dicunt, in
C partibus Aliarti uersus Heliconem situm. Lysandrum hoc modo extinctum confestim ita grauiter tulerunt Spartani, ut Pausaniæ iudicium capitis cõstituerint: quod ille subire non ausus, Tegeram fugit, ibiq; Mineruæ supplex in templo uitam peregit. *Pausaniæ exilium.* Quippe Lysandri paupertas post obitum demum patefacta, eo illustriorem eius uirtutem reddidit, quòd ex tantis diuitijs, tantaq; potentia, tot urbium studio, & tãto imperio, ne minimum quidem rei familiaris augmentum fecerat: id enim Theopompus scribit, cui laudanti quàm reprehendenti faciliùs crediderim, quãdo ad uituperandum sumus quàm ad laudandum procliuiores. Aliquanto pòst tempore (ut Ephorus narrat) cùm Lacedæmone confœderatorum disceptatio extitisset, ita ut inspicere literas, quas domi habuerat Lysander, oporteret, Agesilaus in ædes ipsius uenit: cumq; orationem eius de repub. scriptam quodã in libro reperisset, qua persuadere conabatur trãslatũ ab Eurytionidis & Agiadis regnũ in medio omnibus ponendũ, atq; ex optimis ciuiũ reges deligendos esse, uoluit ad ciues eam efferre, & demonstrare, qualis fuisset occultè Lysander ciuis. *Lacratida prudens consilium.* Lacratidas autem uir prudens, tuncq; inter ephoros primus, Agesilaũ inhibuit, non effodiendum

esse Lysandrum dicens, sed orationem potiùs tam probabiliter atq; callide compositam, iuxtà defodiendam. Veruntamen & reliquos ei honores Spartani defuncto habuerũt, & eos qui cum filiabus ipsius sponsalia contraxerant, posteà morte eius pauperiem arguente abnuebant, mulcta adfecerunt, quòd ij quem diuitem rati coluissent, eum iustum & uirum bonum paupertatis argumento cõpertum desererent. Fuit enim (ut consentaneum est) apud Spartanos & cœlibatus, & serò, & malè contractarum nuptiarum iudicium: & postremò ij maximo puniebantur, qui in affinitate coeunda bonis atq; agnatis diuites prætulissent. Hæc ergo sunt quæ de Lysandro commemoranda habuimus. A

Filiarũ Lysandri nuptiæ.

PLVTARCHI SYLLA,

[illegible]

Augustato interprete.

CORNELIVS Sulla patricio genere editus est. Ex maioribus eius Rufinus consulatũ gessit: sed ignominia eius quàm honor illustrior fuit. Nam cum depræhensum esset eum (quod legibus prohibebatur) argenteorum uasorum supra decem libras possedisse, senatu eiectus est. B Ab illo cætera progenies humili statu uixit: & ipse Sylla in patrimonio non amplo educatus est. Adolescẽs apud alios habitauit, pro habitatione mercedem non magnam soluens: quod ei postea temporis probri loco obiectum est, cùm fortuna quàm dignus esset prosperiore uti uideretur. Post militiam Africanam iactanti se, gloriosèq; uerbis efferenti dixisse quidam optimatum fertur: Qui nam uerò tu bonus sis, qui cum tibi nihil à patre sit relictum, tantas opes habes? Cùm enim pauci rectis inculpatisq; moribus essent, sed uulgo iam ad uitiũ inclinauissent, & luxus splendorisq; cupiditate correpti essent, eodem tamen in uitio esse censebantur cum his qui bona sua prodegissent, ij qui in paterna paupertate non permansissent. Postmodo etiam cùm iam rerum potitus multas cædes faceret, quidam libertus de saxo præcipitandus quòd proscriptorum quendam occultasse putaretur, exprobrauit ipsi, quòd diu eadẽ domo usi fuissent, cuius ipse duobus millibus nummorum superiorẽ partem, Sylla tribus millibus nummûm inferiorem conduxisset: nimirum inter eorum fortunas tunc mille nummos, hoc est drachmas Atticas ducentas quinquaginta interfuisse. Hæc de antiqua Syllæ fortuna perhibentur. Corporis ipsius figurã ex statuis licet cernere. Oculos habuit immodicè cæsios atq; truces, quos & ipse faciei color terribiliores efficiebat, in qua ex albedine rubor sparsim emicabat. Atq; inde ei cognomentũ Syllæ factum ferunt: & Atheniensium scurrarum quidam hoc uersu id notauit, C

Syllæ facultates.

Forma.

Morum farina Sylla conspersum sonat.

Talibus de eo uiro uti indicijs non est absurdum, quem adeò natura ad dicacitatẽ propẽsum fuisse ferũt, ut iuuenis adhuc & inglorius inter mimos & scurras per lasciuiam conuersatus fuerit: ac postmodò rerũ potitus conducto à scena & theatro petulãtissimo quoq;, quotidie inter eam turbam compotando & salibus certando uacauerit, præter & ætatem senectã, & imperij maiestatem, multorũ cum grauium negociorũ neglectione. Neque enim Sylla cœnans quicquam seriæ rei admittebat: qui cum reliquo tempore impiger esset & austerior, ubi primùm cõuiuio se dedisset, ita subitò mutabatur, ut mimis & histrionibus obnoxius planè, totusq; in corũ manu esset. Huius remissionis uitio etiam factum uidetur, ut amoribus & uoluptate

A uoluptate tam facilè caperetur, à quibus eum ne senium quidem retraxit.
Metrobium quendam scenicum à puero amauit: isq; amor cum ætate cre-
uit. Etenim Nicopolim diuitem mulierem, sed quæ corpus suum uulgas-
set, adamauit: ab ea deinde ob consuetudinem & formã amasius habitus,
testamentoq; hæres eius relictus est. Nouercæ etiam hæreditatem adijt,
quę eum non minori quàm filium amore amplexa fuerat. Inde mediocres
ei opes fuerunt. Quæstor creatus, cum Mario primum tum consulatũ ge-
rente in Africam ad bellum Iugurthinum nauigauit. Ibi cùm alijs in rebus
laudem meruit, tum occasione oblata rectè usus, Numidarũ regem Boc-
chum amicicia sibi iunxit. Huius enim legatos, cùm ij Numidarum latro-
num manus euasissent, humaniter acceptos tractatosq;, donisq; affectos
addito tuto comitatu regi remisit. Bocchus autẽ qui iam pridem generũ
suũ Iugurthã in odio atq; suspicione habuisset, uicto ei & ad ipsum cõfu-
gienti insidiatus Syllã ad se uocauit: ab hoc enim quàm à se Iugurthã capi
atq; Romanis tradi malebat. Sylla re cum Mario communicata, & paucis
acceptis militibus in summum se dedit periculũ, cùm se barbaro & dome-
sticis suis infideli crederet, capiẽdiq; alterius causa in manus eius traderet.
B Verùm Bocchus cùm in sua utrunq; potestate haberet, atq; omnino alte-
rum eorũ perfidiosè tractare cogeretur, diu animi dubius, tandẽ proditio-
nem priorem prætulit, Iugurthãq; Syllæ tradidit. Ea de re Marius quidẽ
triumphauit: at gloria facti, quam Marij inuidia Syllæ tribuebat, occultè
urebatur. Nam ipse quoq; Sylla, homo natura arrogans, tum primùm ex
obscuro loco emergens, inq; aliquo inter ciues numero haberi incipiens,
gustumq; honoris percipiẽs, eò ambitionis processit, ut rei imaginem in
annulo sculptã pro sigillo semper usurpauerit. Quæ etsi Mario erant mo-
lesta, tamen Sylla, quem minori esse inuidiæ obnoxiũ censebat, in militia
usus est, consul iterum legato, tertiùm tribuno militũ: multaq; eius ope-
ra utiliter confecit negocia. Nam Sylla legatus Copillum Tectosagũ du-
cem cepit, & tribunus militum Marsos, magnam atq; populosam gẽtem,
ad societatem P.R. perduxit. Ob hæc animaduertens se Mario inuisum es-
se, neq; ab eo præterea sibi rerũ gerendarũ occasiones suppeditari, sed in-
crementis eum suis obstare, Catulo Marij collegæ se adiunxit, uiro bono, *Sylla Catulo se adiungit.*
sed ad certamina segniori: ab eoq; præcipuis & maximis negocijs præfe-
ctus, ad potentiam & gloriã progressus fecit. Nam & prœlio magnã bar-
C barorũ qui insederant Alpes partem superauit: & penuria oborta, cõmea-
tus sibi commissos ita explicauit, ut abundantes reb. necessarijs Catuli
milites etiam Marianis suppeditarent. Idq; ægerrimè tulisse Mariũ ait. Ho-
rum itaq; inimicicia leui ab initio & puerili causa profecta, inde per ciuilẽ
sanguinem & exitiosas seditiones ad tyrannidem & omnium rerum con-
fusionem progressa, ostendit sapientem fuisse Euripidem & ciuiliũ malo- 2
rum gnarũ, qui uitandã ambitionem, & honorũ contentionem præcipit,
tanquam pestilentissimũ & nocentissimũ ijs, qui ei obtemperant, geniũ.
Sylla porrò bellicam gloriam sibi etiã in rebus ciuilibus suffecturã ratus,
statim ut militaribus officijs defunctus est, populo se cõmisit: præturãq;
urbanam ambiens, repulsam tulit. Ipse multitudini culpam adscribit: cùm
enim amicitiam ipsius cum Boccho cognitã haberent, ratos ipsum si an-
te præturam ædilitatem gereret, uenationes splendidas, & bestiarũ Afri-
canarum spectacula exhibiturũ: ideoq; alios fecisse prætores, ut ipsum æ-
dilitatem petere cogerent. sed uidetur res ipsa ostendere Syllam repulsæ
ueram causam dissimulasse. Anno enim posteriore, multitudine partim
demerendo, partim pecunia corrumpẽdo sibi conciliata, pręturam obti-

nuit.Itaq; cum præturam gerens Cæsari minaretur, usurum se sua in illum A
potestate, ridens Cæsar: Rectè, inquit, dicis tuam esse potestatem, emisti
enim eam. A' prætura in Cappadociã missus est, eo prætextu ut Ariobar-
zanem reduceret: in re autem hoc erat, ut Mithridatem, qui dominationẽ
& potentiã ea quam antiquitus possidebat, haud minorẽ ad se trahebat,
nouisq; reb. studebat, reprimeret. Eò Sylla cùm exiguas adduxisset copi-
as, sociorũ prompta usus opera, multis Cappadocũ, plurib. Armeniorũ,
qui illos adiuuabãt, cæsis Gordium profligauit, Ariobarzanemq; regem
constituit. Cùm circa Euphratẽ ageret Sylla, uenit ad eum Orobazus Par
thus Arsacæ regis legatus: cùm in eum usq; diẽ nihil rei Romanis cũ Par-
this fuissent. Et uidetur hoc ipsũ magna fortuna Syllę accidisse, ut cũ ipso
Romanorũ primo Parthi amicicitiæ & societatis iungendę causa colloque
rentur. Cùm quidẽ (ut perhibent) trib. sellis positis, medio inter Ariobar-
zanẽ & Orobazũ loco adsidens respõsa dedit. quam ob rem pòst Oroba
zũ Parthorũ rex necauit: Syllã alij quòd barbaros ludibrio habuisset, lau-
dauerunt, alij superbiã intẽpestiuamq; ambitionem uitio uerterunt. Tra-
3 ditum memoriæ est, Chalcidẽsem quendam, qui cum Orobazo ad Syllã
uenerat, inspecta Syllæ facie, motibusq; corporis eius & animi curiosè B
obseruatis, naturã ipsius secundũ artis suæ præcepta considerasse, atq; di
xisse: Necesse est hunc uirum maximũ fieri: atq; adeò miror, qui iam nunc
ferre possit se non primas inter omnes obtinere. Reuerso Censorinus diẽ
dixit, quòd multam pecuniã ex regno societate P.R. iuncto exportasset:
sed ab accusatione ultrò destitit. Cæterum discordia Syllę cum Mario no
ua occasione, quam Bocchi ambitio obtulit, excanduit. Is enim ut & po-
pulum Romanũ demereretur, & Syllę rem gratam faceret, imagines trò-
phęum ferentes in Capitolio dedicauit: & iuxtà aureũ Iugurtham Syllę à
se traditum. Iritatus grauiter Marius cùm deijcere eas uellet, alij autẽ Syl-
lam adiuuarẽt, & iam factionib. ciuitas eorũ studijs inflãmaretur: bellum
sociale, quod diu gliscens tum exarsit contra Romam, seditionem inhi-
buit. Eo in bello, quod & maximum fuit, & maximè uarium, ac mala plu-
ma & pericula grauissima Romanis attulit, Marius cùm nullum egregiũ
facinus edere posset, ostendit bellicam uirtutem ætate atq; uiribus inte-
gris opus habere: Sylla autem multis præclarè gestis rebus, apud ciues
magni, apud socios maximi, apud hostes fortunatissimi imperatoris no-
men inuenit. Verùm hoc non eo modo, quo Timotheus Cononis F. tu- C
lit. Is cùm ab inimicis suis uictorias ab ipso partas fortunæ adscribi (pin-
gebant enim eum etiam dormientem, fortunamq; interim urbes reti ip-
sius implicatem) morositate quadam adductus grauiter ferret, quasi glo-
ria actionum suarum ab ijs spoliaretur: aliquando ad populum ex bello
reuersus dixit, Rei à se gestæ nullam partem fortunæ imputandam esse.
Atq; ambitione Timothei iritatã fortunã effecisse aiunt, ut is in posterum
nullũ insigne facinus ederet: sed omni successu destitutus, in offẽsas popu
li incideret, adq; extremũ patria excideret. At Sylla fortunatũ se dici, for-
tunęq; causa in admiratione hominũ esse non modò delectatus est, sed &
auxit eam opinionẽ, omnia fortunę accepta referendo: siue ita se iactans,
siue ita potius de fortuna sentiens. Nam & in cõmẽtarijs scriptũ reliquit,
Res quas non ex cõsilio suo gessisset, sed subita occasione data aggressus
fuisset, meliùs sibi cecidisse, quàm eas de quib. probè consilia iniuisse uide
retur. Iã cùm dicit magis ad fortunã q; ad bellũ se natũ fuisse, uidetur sanè
plus fortunæ q; uirtuti tribuisse. Et omnino omnia sua ei deæ uidetur tri-
buisse: quãdo & concordiã suã cum Metello, eiusdẽ dignitatis uiro, & suo
socero,

Sociale bellum.

Sylla fortunæ plurimũ tribuit.

A socero, prosperitatem quandã diuinitus oblatã agnoscit: cum enim cùm
putaret sibi plurimũ molestiæ exhibiturũ, in societate magistratus mãsue- 4
tißimũ habuisse. Lucullũ etiã in cõmentarijs quæ ei inscripsit, hortatur ne
quidquam perinde firmum existimet atque id, quod ei per noctem numẽ præ-
cepisset. Sibi autẽ cum copijs ad sociale bellũ emisso scribit hiatũ terræ in-
gentẽ apud Lauernã uisum: ex eo ignẽ copiosum, flãmamque clarã uersus 5
cœlũ emicasse: à uatibus uerò respõsum, Fore ut quidã uir bonus faciei di
gnitate eximia cõspicuus principatũ adeptus, urbẽ præsentib. tumultib.
liberaret. Hunc se fuisse Sylla asserit: quòd enim de facie dixerint, aureo co-
mæ suę colore id representari: neque uerò id sibi dedecori ducere, quòd uir
tutis suæ sibi ipse tot & tantis rebus gestis testimonium ferat. Hæc de reli-
gione eius & signis diuinitus ei mõstratis. Cæterùm ea in moribus ipsius *Inæqualitas morum Syllæ.*
fuit inæqualitas, ut secum ipsi nõ cõuenerit. Multa eripiebat, donabat plu
ra, inopinatis & honorib. & cõtumelijs homines afficiebat, colebat quo-
rum opera indigebat, ludificabat ipsum implorantes: ut haud cõstet, natu
rá ne contẽptor hominũ magis, an adulator fuerit. De inæqualitate enim in
irrogãdis supplicijs, quod leuißimis de causis alios excruciauit, aliorũ grauis-
B sima peccata æquo animo tulit, quòd facilẽ se & placabilẽ infensißimis
prębuit, leues offensas cędibus & bonorũ publicatione ultus est, hoc mo
do aliquis rectè statuerit: eum cùm natura esset iracundus & uindictæ cu-
pidus, utilitatis ratiõe motũ aliquãdo sæuiciã repreßisse. In eo ipso quidẽ
sociali bello cum milites eius legatũ Albinũ, prætorię dignitatis uirũ, lapi 6
dibus & fustibus occidissent, inultũ id facinus reliqt: quin & hoc iactauit,
habiturũ se eò alacriores milites, q pro peccato hoc uirtute essent satisfa-
cturi. Incusantes autẽ nihil curauit: sed iam de Mario euertẽdo, & (quia fi
nitum iam sociale bellũ uidebatur) obtinẽdo Mithridatico cogitãs, exer
citũ obsequio sibi deuinxit. Romã inde reuersus, cõsul creatur cum Q. Põ *Consulatus Syllæ.*
peio, annos tum natus quinquaginta. Matrimonium quoque cõtrahit nobi
lißimum ducta Cæcilia Metelli Pontificis maximi filia: de quibus nuptijs
multa sunt à plebejs cantata, multique eas primarij uiri repræhendebãt, in-
dignum uxore ea Syllã iudicãtes, quẽ cõsulatu dignati essent: ut refert Li-
uius. Hãc quartã demum uxorẽ habuit. Primã adolescens adhuc Iliã, quæ 7
ei filiolã peperit: post hãc Aeliam: inde Cœliã, quam sterilitatẽ prætexẽs,
honestè tamen & donis datis repudiauit. Paucis pòst diebus Metellã du-
C cẽs, uisus est falsò Cœliã accusasse. Certè Metellã usque ad extremũ coluit:
ita ut populus quoque Romanus cum à Sylla impetrare non posset, ut qui
cum Mario in exilium iuerãt, ijs reditus cõcederetur, Metellæ auxiliũ im-
plorauerit. Atheniẽses quoque urbe capta proptereà duriùs accepisse ui-
derẽ, quòd ij Metellã de muris fuerãt cõuicijs insectati. Sed hęc posteriùs.
Tunc uerò cõsulatũ ad ea quæ animo pceperat nõ satis momẽti allaturũ
existimãs, ad Mithridaticũ bellũ animũ adiecit. Cõtra eũ Marius insurre- *Marij & Syllæ dißidium.*
xit, insano gloriæ amore atque ambitione (quos affectus ne senectus qdem
extinguit) eò adductus, ut graui uir corpore, & q nuper ætatis causa bel-
licis laborb succubuisset, peregrinũ adeoque trãsmarinũ bellũ appeteret. Is
tum Sylla ad exercitũ pfecto, ut reliqas belli cõficeret, domi exitioßissimã
illã, & q plures quam uniuersi hostes Romæ calamitates intulit seditionẽ cõ-
citauit. Quod sanè Romanis diuinitus psignificatũ est. Ignis enim spõte sua *Ostenta.*
ex cõtis qbus signa ferunt militaria, emicuit, uixque extingui potuit: corui
tres pullos suos pductos uorauerũt, ac reliquias in nidũ retulerũt: & cùm
mures in tẽplo sacrũ aurũ corrosissent, unã æditui laqueo ceperunt, eaque
laqueo etiamnum detenta quinque musculos enixa, tres de ijs uorauit. Ma

ximum uerò omnium fuit ostentum, quòd sereno cœlo ac per sudum acu A
ta & lugubris tubæ uox exaudita fuit, cuius ad magnitudinẽ omnes perterriti obstupuerunt. Etrusci autem uates, portendi mutationem sęculi, & exordium alterius ætatis mundi dicebant. Esse enim mundi ætates siue sæcula omnino octo, moribus & uitæ rationib. diuersa: unicuilibet harũ ætatum definitum à Deo certum tempus, magni anni circuitu cõpræhensum. Vna porrò ętate completa, initioq́ alterius, terram uel cœlum miraculum aliquod edere: unde harum rerum studiosis atq́ peritis statim constet, quòd homines alijs exinde & moribus & uitæ rationibus sint usuri, Dijsq́ magis minúsue quàm priores curæ futuri. Cùm in alijs uerò rebus multa mutatione noua & inusitata existere: tum diuinandi artem modò incremẽtum honoris adipisci, prædictionesq́ futurorum certas fieri, pura & perspicua signa dijs submittentibus: modò exiguo in precio haberi, cum ex tempore plerunq́, ex obscurisq́ indicijs de futuro coniecturam faciat. Hæc tum Etruscorum doctissimi, & hac re alijs pręstantiores disserebant. Cùm senatus ariolis hac de re uacaret, inq́ æde Bellonæ consedisset, omnibus inspicientibus passer cicadam ore gerẽs intrò aduolauit, partemq́ cicadæ ibi reliquit, cum altera abijt. Itaq́ coniectores seditionẽ B

Secula.

8 inter agrorum possessores & urbanam forensemq́ turbã portendi uideri responderunt: hanc enim uocalem esse, instar cicadæ: rusticã uerò, forensem. Enimuerò Marius sibi adiungit Sulpiciũ, extrema malicia omnibus superiorem, ac de quo non id quæreretur, quonam alio deterior, sed qua in re seipso peior esset: tanta in eo crudelitas, audacia, atq́ auaricia erat, neq́ de turpitudine aut malo quicquam pensi. Is ciuitatẽ Romanã libertis & inquilinis palàm uendẽs, precium posita in foro mensa numerabat. Idem tria millia sicariorum alebat, stipatusq́ erat caterua iuuenum equestris ordinis ad omne facinus paratorum, quos Contrasenatum appellabat. Cumq́ legẽ tulisset, ne quis senator supra duo millia denariûm deberet, repertum est eum cùm moreretur ære alieno obstrictum fuisse ad centies & uicies sestertiûm. Is tum à Mario in populum immissus, omnia ui & ferro perturbans, cùm alias rogationes improbas tulit, tum eam, qua Mario bellum contra Mithridatem decernebat. Consulibus eam ob causam iustitium indicẽtibus, in cõcionem apud Castoris ædẽ habentes turbam adduxit, multosq́, & inter hos Pompeij consulis filiũ adolescentem in foro interfecit. Pompeius fuga salutem inuenit: at Sylla in domum usq́ C
Marij ab urgentibus inimicis compulsus, coactus est in forum prodire, &

Sulpicij trib. pl. improbitas.

9 iustitium tollere. ob id Sulpicius cùm Pompeio cõsulatũ abrogasset, eum Syllæ non ademit, belli tantùm contra Mithridatem administrationem ad Marium transtulit: & confestim tribunos militũ Marius Nolam misit, qui exercitũ ad se traduceret. At uerò Sylla prior ad exercitũ perfugerat: itaq́ milites re audita tribunos istos lapidibus obruerunt. Propter hoc Mariani Romæ amicos Syllæ necauerunt, eorumq́ bona diripuerunt. Erant uerò migrationes & fugę ex urbe in castra, atq́ uicissim. At senatus quinõ in sua, sed Marij & Syllæ erat potestate, cùm Syllam ad urbem adducere exercitum audiret, missis duobus prætoribus, Bruto & Seruilio, edixit ne progrederet. Hos ferociùs Syllam cõpellantes etiã occidere milites statuerũt: fascibus quidem cõfractis, & prætextis direptis, multã per contumeliam habitos dimiserũt. ij & indignã dolendamq́ rem prætorijs insignibus spoliati spectandam retulerũt, & seditionẽ omni iam remedio superiorem esse renunciarũt. Itaq́ Marius in apparatu erat. At Sylla cum sex integris legionibus & collega à Nola castra mouebat, Cumq́ militũ

Sylla Romæ potitur.

A cõsulderet esse animos, ut rectà ad ipsam Vrbem ire uellent, periculi tamen consideratione dubius animi teneretur: sacrificante ipso Posthumius uates exta cùm inspexisset, utraq; ad Syllã porrecta manu, ligari sese, & in uinculis teneri tãtisper dum pugna cõmitteretur iussit, nisi celeriter omnia & feliciter Sylla expedijsset, extremum supplicium subiturum. Ferunt etiam per quietem Syllæ apparuisse Deam, quam Romani colunt à Cappadocibus edocti, siue ea Luna est, siue Minerua, siue Bellona: hãc itaq; imaginatus est in somnis sibi adstare, atq; fulmẽ porrigere, nominatimq; recensentem singulos ipsius inimicos, iubere ut eos feriret: illos autem ictos cecidisse, atq; è medio sublatos fuisse. Hoc uiso ad fiduciam erectus, die orto re cum collega communicata, Romam uersus duxit. Apud Picinas legati ad ipsum peruenerunt, orantes ne ita cum impetu ad urbẽ adiret: ius enim cum suum omne senatu decernente consecuturum. Pollicitus est, ibi se castra facturum, ducesq; locum castris pro more dimetiri iussit: itaq; fidem eius responso habentes legati abierunt. Digressis ijs, cõfestim L. Basilo, & C. Mummio missis portã & muros apud collẽ Exquilinũ occupauit: ipse summa celeritate eos subsecutus est. Basilus cum suis in urbem capta porta irrupit. Sed multitudo ciuiũ inermis de muris tegulis lapidibusq; coniectis eum ne progredi posset prohibuerunt, & ad murum represserunt. Interim Sylla superuenit: cernensq; quid ageretur rei, domos incendi alta uoce iussit: primusq; arrepta face iuit, sagittarijs ut ignita tela tectis inijcerent mandans. Nihil enim tum præ animi feruore pensi habebat, sed iræ totam rem committebat: itaq; hostibus tantùm intentus, nullam amicorum aut necessariorum rationem habens, nullius misericordia tactus, incendio uiam sibi faciebat, eodem sontes atq; insontes loco & conditione ponens. Ita Marius ad fanum Telluris compulsus, seruos ad libertatem uocauit: & uictus ab hostibus eò irrumpentibus, urbe excidit. Proinde Sylla senatu conuocato Marium & Sulpicium trib. pl. cum alijs paucis quibusdam capitis damnat. Sulpicius à seruo ꝓditus, interfectus est: seruum Sylla, manumissum tamẽ priùs, de saxo pręcipitauit. Marium autem qui necasset, ei pecuniam præmij loco edixit: quod neq; grati hominis, neq; ciuile fuit. quippe paulo antè Mario domi eius in manus se cùm tradidisset, incolumis ab eo dimissus fuerat. Et quidem si Marius Syllam non dimisisset, sed Sulpicio necandum tradidisset, potiri rerũ potterat: pepercit tamẽ, paucisq; pòst diebus in idem discrimẽ adductus, non eodem modo à Sylla est tractatus. Obscurè hoc senatum offendit: populi uerò indignationẽ apertè reipsa sensit. Cum eñ Nonius cõsobrinus, & Seruius freti Syllæ potẽtia magistratũ ambirent: per cõtumeliã repulsi sunt, alios populo cõstituẽte, quos ut Syllam id malè haberet summo honore ꝓsequebañ. At Sylla grata sibi hæc accidere simulabat, ꝙ populus per ipsum libertate agẽdi q̃ uellet frueref: utq; odia multitudinis mitigaret, cõtrariæ factionis hominẽ Cinnã consulẽ creauit, priùs sacramẽto & deuotionibus obstrictũ, uelle Syllanis rebus fauere. Atq; is Cinna in Capitolium adscendit, lapidemq; manu tenens iurauit: execratus deinde in caput suũ, ut nisi beneuolentiam erga Syllam conseruaret, sic urbe excideret, quemadmodum manu eius lapis, multis corã testibus lapide in terram proiecit. Consulatu accepto statim nouas res agitare cepit, Syllamq; in ius uocare statuit, & accusatorem Verginium trib. pl. subornauit. Sylla accusatore & iudicio ualere iusso ad bellum Mithridaticum abijt. Ferunt ijs diebus, quibus Sylla exercitũ ex Italia abduxit, Mithridati apud Pergamum agenti cùm alia multa diuinitus oblata signa, tum uictoriam

Sulpicij interitus.

Cinna consul peierat.

sertum

sertum gerentem desuper quibusdã machinis in ipsum à Pergamenis demissam, cùm tantùm non caput iam eius contingeret, fractam fuisse, coronamq; excidisse, & laceratam per theatrum deorsum ad terram delatam esse: quæ res & horrorem populo, & anxietatem Mithridati incusserit, tametsi res eius isto tempore etiam spe lætioribus successibus ferrentur. A

Mithridatis successus.

Etenim ipse Romanis Asia, Bithynia & Cappadocia regibus adempta, Pergami sedebat, opes, imperia, & tyrannides inter amicos diuidens. Filiorum alter regnum in Ponto & Bosporo usque ad deserta supra Mæotin loca auitũ obtinebat, nemine interpellante: Ariarathes autem Thraciam & Macedoniam magno subigebat exercitu: reliqui duces eius alia alij loca cum copijs suis in potestatem redigebant. Horum maximus erat Archelaus: qui nauibus totum ferè mare obtinebat, Cyclades insulas, reliquasq; quotquot intra Maleam sunt positæ, ipsamq; Eubœam sub se habebat: & Athenis profectus populos Græciæ usq; ad Thessaliam omnes ad defectionem à Romanis pertraxerat, apud Chæroneam tantùm nonnihil aduersi passus.

Archelai res gestæ.

Ibi enim, cùm fluminis quasi impetu per Bœotiã rueret, Brutiũ Suram, legatum Sentij qui Macedoniam prætor obtinebat, uirum audacia & prudentia præstantem habuit obuium: qui diu ipsum inhibuit, tribusq; apud Chæroneam factis prœlijs repressit, & in Thessaliam reiecit. B L. autẽ Lucullo iubente, ut Syllæ uenienti cederet, bellumq; decretum ipsi relinqueret, statim Bœotia excedens ad Sentium rediit: quanquam & spem successus rerum ab eo gestarum uinceret, & uirtus eius effecisset, ut plerique Græcorum ad defectionem spectarent. Verùm hoc inter facinora Brutij fuit nobilissimum.

Sylla ut Athenas receperit.

Sylla autem in Græciam ueniens, cæteras urbes legatis missis se ei dedentes recepit: Athenas, quas tum Aristio tyrãnus obtinebat, omni ui adortus est. Itaq; Piræeum munitionibus clausum omnis generis machinis admotis, uarie oppugnauit. Poterat absq; periculo suo ipsam urbem penuria rerum necessariarũ iam in extremas difficultates adductam capere, si paululũ temporis expectare uoluisset. Verùm Romam redire properans, nouasq; ibi res metuens, multis periculis, multis dimicationibus, ingẽtibus sumptibus bellum accelerauit. Ne dicã de reliquo apparatu, ad machinas quidem ministerio iugorum decies mille mulinorũ quotidie utebatur, eaq; in hunc usum alebat. Cùm materia deficeret (nam & multæ machinæ suo pondere frangebantur, & ab hostibus adsiduè ignem inijcientib. cremabantur) sacros lucos aggressus Academiã quę plurimas omnium suburbanorũ arbores ferebat, & Lyceum cecidit. C Et cum pecunia opus esset multa ad bellũ, sacris Græcię thesauris manũ iniecit, donaria q̃ pulcerrima & preciosissima Epidauri & Olympię erant, ad se aduehi mandãs. Scripsit & Amphictyonib. Delphos, ex re esse, ut ad se mittant pecuniæ Deo sacræ: se em̃ uel rectiùs seruaturũ eas, uel si cõsumpsisset, tãtundem redditurũ. Misitq; eò Caphin Phocẽsem, amicũ suum, ut singula põderata acciperet. Hic ubi Delphos peruenit, tangere sacras res ueritus, multis lacrymis corã Amphictyonib. necessitatẽ istam deplorauit: & quibusdã dicentib. auditũ citharæ, quę in sacrario est, sonum, Syllę de eo ꝓdigio siue credens ipse, siue ut religionẽ ei obijceret, perscripsit. Ei per iocũ rescripsit Sylla, mirari se Caphin, q nõ intelligat canere nõ dolẽtis, sed lętantis esse: ꝓinde bono animo esset, acciperetq; quę deus hilaris daret. At reliqua donaria cũ nescientib. plerisq; Grecorũ Delphis aueherẽt, doliũ argenteũ (quod unũ de donis regijs restabat) q̃a id ꝓpter magnitudinẽ & põdus iumẽta integrũ ferre nequibãt, coacti cõscindere Amphictyones, Flaminini & M' Acilij atq; Pauli

Aemilij

A Aemilij recordati sunt: quorũ ille cùm Græcia Antiochũ eiecisset, hi Ma-
cedonum reges debellauissent, non modò sacris Græcorũ thesauris absti
nuerant, sed & dona & honorẽ & splẽdorem ijs addiderãt. Enimuerò illi
legitimo imperio uiros modestos, & qui taciti mandata magistratuũ exe-
qui didicissent, rexerant: ipsiq; regijs animis præditi, atq; frugales, medio-
cribus & definitis sumptib. usi erãt, adulari milites, quàm metuere hostẽ,
turpius censentes. Syllæ uerò tempestate cùm ad imperia gerẽda nõ tam
uirtute quàm ui perueniretur, armisq; cõtra ciues maior quàm aduersus
hostes usus esset, in bello administrãdo simul multitudinẽ demulcere atq; *Corrupta*
demereri opus habebãt, neq; animaduertebãt, quæ in uoluptates militũ *Romanorũ*
impenderent, ut eorũ operas redimerent, his ipsis suã patriã se uenalẽ red *militia.*
dere, utq; meliorib. imperare possent, ideo pessimorũ seruos fieri. Hæres
Marium urbe eiecerunt, rursusq; eundẽ contra Syllã reduxerunt: hę Cin-
næ in Octauij, hæ Fimbriæ in Flacci cædem manus cõuerterunt. Cui rei
magnã profectò Sylla occasionẽ præbuit, corrumpẽdi & ab alijs ad se tra
ducẽdi milites gratia ita prodigus in suos: quo effectũ est, ut ad proditio-
nẽ hostes, suos ad intẽperantiã corrũpendo adducens, magna pecunię ui
B opus habuerit: præsertim uerò ea in obsidione. Grauis em̃ & immedicabi
lis eum eius urbis capiẽdę cupiditas incesserat: siue quòd antiquam illius
gloriã cogitatiõe sibi adumbrãs, magnũ ea re gesta nomẽ affectabat: siue
iritatus scurrilib. insectationibus, quibus ipsum & Metellã Aristio tyran-
nus subinde à muris uoce gestuq; ad subsannãdũ cõposito exasperauerat.
Erat is tyrannus homo & impurus & crudelis: & recepto ad se Mithri- *Aristio ty-*
daticæ factionis perditissimo quoq;, Athenas, quæ infinita antè bella se- *rannus.*
ditiones & tyrannides innumeras euaserãt, tunc quasi pestilẽs aliqua lues
in extremũ periculũ cõiecerat: cumq; mille denarijs medimnus tritici ue
niret, & Parthenio herba quę circa arcẽ ꝓueniebat homines uescerent̃,
calceosq; & utres elixos comederẽt: ipse continẽter diurnis cõpotationi
bus & comessationib. uacabat, hostesq; saltãdo & ridiculis ineptijs exa-
gitabat. Interim sacrã Mineruæ lãpadẽ penuria olei extingui passus, anti-
stitæ sacrorũ unciã medimni tritici petenti, tãtum piperis misit: sacerdo-
tes & senatores suppliciter ab ipso petẽtes, ut misereretur urbẽ, & cũ Syl-
la pacẽ iniret, iaculis immissis disturbauit. Vix tandẽ duos aut tres de suis
cõpotoribus emisit ad Syllã, qui de pace agerent. Hi cùm nihil salutare ur
C bi proponerẽt, sed Theseũ modò, Eumolpũq;, & belli Medici res gestas
iactarẽt: Facessite hinc, inquit Sylla, pręclari homines, cum istis uestris ser
monibus: nõ em̃ discẽdi causa à Romanis huc missus sũ, sed ut defectores
subigã. Interim quorũdã senũ in Ceramico colloquẽtiũ, q tyrannũ repræ
hẽdebãt, q̃d murũ q est apud Heptachalcũ (q̃ unico loco facilè adire ho-
stes, & euadere in urbẽ possent) nõ custodiret, sermonẽ exaudiuere qdã,
& Syllę de eo renũciauerũt. Isq; minimè negligẽdũ ratus, noctu eò acces-
sit, cumq; capi eum locũ posse uidisset rẽ aggressus est. Ipse in cõmentarijs
Sylla scribit, M. Teiũ, q primus in murũ euaserat, cùm hosti occurrẽti ictũ
intẽtasset uiolẽtiùs, gladiũ in eius casside fregisse: nihilominus tamẽ locũ
eũ cõstanter tenuisse. Ab ea parte urbẽ captã fuisse Atheniẽsiũ antiqssimi
memorię tradiderũt. Ipse aũt Sylla suffosso cõplanatoq; eo quod est inter
Piraicã & sacrã portã muri spacio, circa mediã noctẽ ingressus est tubarũ
cornuũq; multorũ cãtu perterrẽs Atheniẽses, militesq; cũ uociferatiõe &
cõclamatiõe ad cędes atq; direptionẽ dimittẽs. Ii strictis gladijs per angi
porta grassantes eã cędẽ ediderũt, q̃ nõ numero, sed loco per quẽ sanguis
ꝓfluxit, hodie quoq; ęstimaret̃, nã p̄ter eos q in alijs urbis partib. cęsi sunt,
occi-

occidio quæ apud forum extitit, quantũ Ceramici intra Dipylum est occupauit: multi per portas etiam in suburbiũ eluuionem sanguinis exundasse aiunt. Et tamen ijs, qui hoc modo perierunt, pauciores non fuerũt, qui seipsos interfecerunt, patriæ miseratione compulsi, quam funditus excisum iri putabãt: etenim optimus quisq; salutem eius desperabat, nihil humani aut moderatè à Sylla expectantes. Enimuerò & Midia atq; Caliphonte exulibus supplicantibus, & seruatoribus qui castra sequebantur pro urbe deprecãtibus, Sylla satur iam uindictæ, cum collaudatione quadam priscorum Atheniensium, multos se paucis istis atq; uiuos mortuis condonare dixit. Captas Athenas à se ipse in commentarijs ait Kalendis Martijs: qui dies ferè in nouilunium Anthesterionis mensis incidit: quo mense Athenienses fortè multa in memoriam exitiosi istius diluuij agunt, eo tempore accidisse putantes. Capta urbe tyrannus in arcem confugit, ibiq; à curione obsessus cùm diu perseuerasset, siti tãdem compulsus deditionem fecit: statimq; signa diuinitus extiterunt, quæ probari numini calamitatem eius ostenderent. Eadem enim die atque hora, qua Aristionem Curio ab arce deduxit, sereno cœlo nubium concursu facto, largus imber decidit, arcemq; aqua oppleuit. Paulo pòst Piræeum quoque recepit Sylla, ibiq; plurima combusit: atque inter ea Philonis armamentariũ, opus admirabile. Interim Taxilles Mithridatis dux cum centum millibus peditum, decem millibus equitum, nonaginta falcatis curribus ex Thracia & Macedonia descendẽs, ad se Archelaum uocabat, qui naues adhuc in statione apud Munychiam tenens, neque decedere mari uolebat, neque ad pugnam cum Romanis conferendam satis animi habebat, trahere tantùm bellum, & hostem commeatu intercludere statuebat. Quod ipsum multo magis conspicatus Sylla, ex locis sterilibus, & quæ uix in pace satis alimentorum possent præbere, castra in Bœotiam transtulit. Ac uidebatur plerisque malè consuluisse rebus suis, quòd Attica, quæ aspera & equitatui incommoda esset, relicta, in campestria & aperta Bœotiæ loca se coniecisset, cùm uideret barbarorum omnem uim in equis & curribus positam. Sed is famem & penuriam (ut retulimus) fugiens, discrimen pugnæ potiùs subire cogitabat. Attulerat etiam Hortensius metum, artibus imperatorijs præditus uir, & certandi cupidus, cui ex Thessalia copias ad Syllam adducenti barbari in angustijs insidiabantur. Hæ Syllæ traducendi in Bœotiam exercitus causæ fuerunt. Sed Caphis Romanorum fauens partibus, Hortẽsium deceptis barbaris alio itinere per Parnassum ad Tithoræam deduxit: quæ tum nõ tanta, quanta est hodie, urbs fuit, sed oppidulum præcipiti rupi impositũ, in quod & olim Phocenses Xerxem aduectãtem fugientes conuasatis rebus euaserant. Ibi Hortensius castris positis, interdiu hostes repulit: noctu per angustias ad Patronidem descẽdẽs occurrẽti Syllæ cum exercitu se coniunxit. Coniunctis ita copijs collẽ occupauerũt, qui medijs ex cãpis Elaticis exurgit fertilis atq; amplus, & ad radices aquã habet: Philobœoto est nomen, eiusq; situm & naturã mirificè prædicat Sylla. Planè paruam eam manum esse hostes iudicauerunt, cum castrametatos uidissent: & erãt equites haud supra mille quingentos, peditum non omnino quindecim millia. Propterea Archelaum coegerunt reliqui duces, ut in aciem copias educeret. Ita equis, curribus, aspidibus, scutis totus opplebatur campus: clamorem & strepitum tot simul populorum in aciem prodeuntium uix sustinebat aër, iam fulgur armorum, & superbæ preciosis ornamentis armaturæ haud parum ad incutiendum terrorem faciebãt, cùm & nitor armorũ auro argentoq; decoratorum,

Taxilles.

Sylla in Bœotiam transit.

A torum, & tincturæ Medicarum Scythicarumq; tunicarũ æri ferroq; splen
denti intermixtæ inter agitandum igneum terribilemq; aspectum obijce
rent. Itaq; Romani castris se continebant, neq; ulla oratione metum exi-
mere eis Sylla poterat, quin eius iussa subterfugerent: nam præter animi
sui sententiam cogebatur quiescere, & barbarorum per ludibrium atq; ri-
sum insultantium superbiam tolerare. Quãquam id quidem apprimè re-
bus Syllæ utile fuit. Hostes enim contemptis Romanis pleraq; nullo or-
dine agere confusè ceperũt, iam antè ob imperantium multitudinem nõ
admodum dicto ducum audientes. Pauci in castris remanserunt: maxima
turba rapinis & populationibus illecta multorum dierum itinere sparsim
à castris diffluxit: feruntur q; tum & Panopeam excidisse, & Lebadiam di
ripuisse, oraculumq; despoliasse nullius ducis iussu. Sylla uerò ægerrimè Syllæ in mi-
ferens ante oculos suos urbes euerti, ociari milites non est passus: sed & lites seueri-
Cephisum auertere suo alueo imperauit, & fossas eruere, nulla cuiquam tas.
quiete cõcessa, & graui supplicio segnes afficiens: id enim agebat ut labo-
ribus illis lassati, mallent aleam prœlij subire. Neq; id fefellit. Tertium eñi
diem operati, cum Sylla inspiciendorum operum causa accessisset, edito
B clamore precati sunt, ut se contra hostes duceret. Respondit Sylla, nõ pu
gnare cupientium, sed laborem detrectantium esse eam uociferationem:
sin uerè decertandi cupiditas adesset, statim cum armis eò contenderent.
ostendebat autem collem, ubi olim arx Parapotamiorũ fuerat, tunc post 12
euersam urbem collis supererat saxosus atq; præcipites circùm deiectus
habens, tantum ab Edylio monte auulsus, quantũ Assus interfluens occu
pat spacij, qui sub ipsam radicem in Cephisum incidens, unaq; rapidior
factus, locum castris tutum atq; munitum reddebat. Itaque Sylla cernens
Chalcaspides hostium ad eum contendentes, statuit anteuertere, col-
lémque eum alacritate militum adiutus occupauit. Posteaquam uerò in-
de repulsus Archelaus aduersus Chæroneam se conuertit, Sylla oranti-
bus qui in castris erant Chæronensibus ne urbem suam destitueret, Ge-
minium tribunum militum cum legione una eò mittit, dimissis etiam
Chæronensibus: sed ij quanquam anniterentur, non potuerunt tamen Chæronea
Geminio præuertere, adeò bonus ille uir erat, & ad salutem ferendam à Sylla ser-
ijs ipsis qui eam petebant celerior. Iuba non Geminium, sed Hircium uata.
missum scribit. Sic tum patria nostra præsens periculum effugit. A' Le-
C badia autem & oraculo Trophonij omnia secunda, & uaticinia uicto-
riam promittentia Romanis mittebãtur: de quibus Bœoti plura dicunt.
Ipse Sylla libro commentariorum decimo scriptũ reliquit, Q. Titium ui- 13
rum haud ignobilem, qui in Gręcia negociabatur, ad se uictoria iam apud
Chæronęam potitum uenisse, & annũciasse Trophonium prædicere, ite-
rum ipsum non multo pòst tempore eodem in loco prœlio uicturum.
Post hunc Saluenius, unus de militibus eius, renunciauit quem finem re-
rum Italicarum Deus præmonstrasset. Vterq; autem idem uaticinium af-
ferebat: nimirum uisam sibi fuisse formam atq; magnitudinem Ioui Olym
pio parem. Sylla traiecto Asso præter Edylium montem progressus, con-
tra Archelaum castra posuit, qui tunc inter Acontium & Edylium ad As-
sios uallo se robusto munierat: isq; locus ab eo etiamnum Archelaus dici
tur. Intermisso uno die, Murenam cum legione & duabus cohortibus reli
qt, qui perturbatos hostes uexaret. Ipse hostia apud Cephisum mactata,
ad Chæroneam iuit, ut copias quæ ibi erant ad se reciperet, & Thurium,
quod occupauerant hostes, contemplaretur. Est autem Thurium uertex
asper montis in metę formã erecti, qui Orthopagus à nobis dicitur: infra

Thurius Apollo. amnem Morij & Thurij Apollinis templum. Nomen deo fecit (ut perhibent) Thuro Chæronis mater, eius qui Chæroneam condidisse traditur. Alij bouē, quam Cadmo ducem Pythius Apollo dedit, ibi apparuisse ferunt, atq; inde locum cognominatū: est enim Thor Phœnicū lingua bos. Vt ad Chæroneam accessit Sylla, tribunus militū qui urbem præsidio tenuerat milites in armis obuiam Syllæ eduxit, laureum sertum ferens. Quo accepto cùm milites cō salutasset, & ad fortitudinē esset cohortatus, compellauerunt eum duo Chæronenses uiri Homoloichus & Anaxidamus, promittētes se uelle Thurij præsidium paucis ab ipso datis militibus deijcere: esse enim callem barbaris ignotum, qui à Petrochoo iuxta Museum supra uerticē Thurij adducat: eò se accessuros, atq; inde facto impetu hostes aut saxis obruturos, aut in planiciem depulsuros. Geminio his uiris testimoniū fortitudinis fideiq; ferente, rem aggredi Sylla iussit. Ipse interim phalangem instruxit, equitibus in utrunq; cornu distributis, de quibus ipse dextrum, læuum Murena ducebat: Gallus & Hortensius legati cum instructis cohortibus nouissimi apud montes ordinem seruabant, curaturi ne ab hoste circumueniri acies posset. Apparebat enim hostes multis equitibus, leuisq; armaturę militibus cursu celerib. cornu efficere, quod incerti & flecti facilè posset: ut eo in longum porrecto Romanos circundarent. Interim Chæronenses illi cum Hircio, quem ipsis Sylla præfecerat, occultè ad Thurium peruenerāt, subitoq; hostib. se ostendētes, magnum apud eos tumultū, fugamq;, in qua ipsi sese mutuò plurimi necabant, cōcitarunt: non enim substiterūt hostib. uisis, sed per decliue ruentes, in hastas suorū inciderunt, inuicēq; per pręcipitia sese deturbarūt, desuper impetū facientib. hostibus, & nuda corpora ferientibus. Ita tria barbarorū millia apud Thurium cæsa sunt: fugientes partim Murena composito iam agmine occurrens trucidauit: partim ad castra sociorū erumpentes, in phalangē promiscuè se ingesserunt, maximāq; suorum partē terrore & trepidatione repleuerunt, & (quæ nō minima cladis fuit causa) ut duces aliquandiu quid agendum esset incerti hærerēt, effecere. Sylla enim in perturbatos cōfestim irruens, celeriter superato quod erat interiectum inter acies spacio, usum omnem falcatis curribus ademit. ij enim maximè longitudine cursus uehemētiam & impetum præbente ualent: è propinquo autē emissi, nihil aut parum habēt uirium, sicut & iacula quæ cominus coniecta terrorem & uim nullam habēt. Idem tunc barbaris usu uenit: & cùm primi currus tardiùs incitati nulla ui ad hostes ferrētur, Romani eos cum plausu & risu auertentes, alias mitti iubebāt: sicuti ludis Circensib. aliæ solēt peti à spectatorib. post alias quadrigę. Proinde pedestres copiæ prœlium conseruerunt. Barbari sarissas lōgas protendēres, testudinis in morē stipata acie conabātur phalangis suæ ordinē tueri. Romani proiectis pilis, strictis gladijs irruebant, & sarissas repellebāt, ira accensi q primùm cōserere manum cupientes. Videbant enim primam hostium aciem tenere seruorum quindecim millia, quos ab hostib. ad libertatē proposito edicto uocatos regij duces inter grauis armaturæ milites collocauerāt. Ac fertur quidam centurio Romanus dixisse, Nunq sibi, nisi Saturnalib. uisos seruos libertate frui. Eos sanè hostes cùm propter densitatē ordinū tardè pellerentur, & præter ingeniū suum subsistere auderent, fundæ quib. missilia torquebātur, & iacula, quorum Romani post principia cōstituti magnam copiā emittebant, auerterunt atq; perturbārunt. Cùm uerò Archelaus dextrum cornu ad circudādos Romanos educeret, Hortēsius cohortes excurrere, & à latere in hostē impetū facere iussit: quib. cùm celeriter obiecisset Archelaus

Pugna et uictoria Syllæ ad Chæroneam.

A chelaus bis mille, quos secũ habebat, equites, multitudine pressus Hortẽsius ad montes se subduxit, ac paulatim à phalange diuulsus, ab hostibus cingi cœpit. Quod ubi Syllæ renunciatũ est, à dextro cornu, quòd nõdum conflixerat cum hoste, raptim suis auxilio accurrit. Sed Archelaus, id ex orto puluere cõijciens, omisso Hortensio, ad dextrũ conu, unde Sylla discesserat, se cõuertit, ut id duce absente circũueniret. Simul & Taxilles chalcaspidas in Murenã adduxit. Itaq; sublato duabus è partibus clamore, sonumq; mõtibus reddentibus, Sylla dubius animi utri parti accederet, statuit tamen ad suum cornu redire: & Murenæ Hortensiũ cum quatuor cohortibus auxilio mittẽs, ipse cum qnta ad dextrũ cornu cõtendit. Ibi cùm Romani sua sponte Achelao fortiter repugnassent, imperatore uiso, hostẽ protinus fuderũt, effuseq; fugiẽtes ad fluuiũ & Acontiũ mõtem persecuti sunt. Neq; uerò Sylla Murenæ in periculo constituti oblitus est: sed tum demũ persequẽdis hostib. se dedit, cùm & ab illa parte suos (qbus subuenire intẽderat) uincere uidit. Multi barbarorũ in campo cæsi sunt, plurimi cùm ad castra cõtenderent: ita quidẽ ut de tot hominũ millib. decẽ tãtùm millia Chalcidẽ perfugerint. Sylla de suis quatuordecim modò desidera- *Summa uictoria.*

B tos sed fuisse scribit: atq; ex his duos sub uesperã redijsse. Iccirco trophæis inscripsit Martẽ, Fortunã, & Venerẽ, fassus ad uictoriã nõ minùs prosperã sibi fortunã, q̃ peritiã & uires cõduxisse. Id trophęũ de cãpestri pugna stattuit, postquam primùm Archelaus usq; ad Molũ amnẽ recessit. Alterũ est trophęũ in Thurij uertice positũ de circundatis ibi barbaris, q̃d Græcis literis Homoloicho & Anaxidamo primã eius facti laudẽ tribuit. De hac uictoria Thebis edidit certamina, scena apud fontẽ Oedipodis extructa: iudices certaminũ ex alijs Græciæ urbibus cõuocauit. Implacabili ẽm ira Thebanos prosequebat: agriq; eis partẽ dimidiã ademptã Pythio & Olympio dijs cõsecrauit, ex reditibus persolui eam pecuniam iubẽs, quam ipse abstulerat. Secundũ hæc cùm Flaccũ cõtrarię factionis cõsulem creatum audiret cum exercitu Ioniũ mare trãsmittere, in Thessaliam cõtendit: uerbo quidẽ aduersus Mithridatẽ, re ipsa ut Flacco occurreret. Cùm ad Meliteã peruenisset, undiq; multi nuncij allati sunt, à tergo omnia uastari ab exercitu regio, qui nõ minor esset priore. Etenim Dorylaus Chalcidẽ *Dorylaus à* magna classe appulerat, octoginta hominũ millia adducẽs, ita instructos *Sylla uincitur.* atque exercitatos, ut nulli meliùs in omnibus Mithridatis copijs essent.

C Atq; is statim in Bœotiã facta impressione regionẽ obtinebat, Syllã ad pugnã allicere quantũuis reclamãte Archelao cupiẽs: rumoreq; de priori pugna ferens, haud sine ꝓditione tam multa hominũ millia perijsse. Sed Sylla celeriter reuersus, Dorylao ostẽdit, Archelaũ prudentẽ esse uirũ Romaneq; uirtutis peritissimũ. Nam Dorylaus cùm apud Tilphosiã in Syllam incidisset, atq; paululum modò cum esset expertus, primus deinde eorum fuit, qui nõ pugna decernendũ, sed tempore & impendijs ducendum bellũ cõsulerent. Addidit tamen Archelao aliquid animi loci apud Orchomenum natura, in quo castra fecerant: ijs qui eqtatu præstarent ad decertandũ aptissimus. Quod ẽm Bœotij cãpi pulcerrimũ est & amplissimũ, ad Orchomeniorũ urbem pertinet: ijq; soli campi aperti sunt, & arboribus uacui usq; ad paludes extenduntur, in quas Melas absorbetur. Is fluuius infra urbem Orchomenũ ortus, solusq; omniũ Græciæ amniũ statim in ipsis fontibus ingẽs atq; nauigabilis, sub solstitiũ æstiuũ Nili instar augeť, eademq; quæ Nilus ꝓducit, nisi quòd semine & incremẽtis caret: haud ꝓcul excurrit, sed maiori parte statim in paludes cęcas & herbis tectas absorbeť: pars haud magna Cephiso misceť, quo maximè loco palus

 uidetur

uidetur calamos fistulis aptos ferre. Propè iam collatis castris, Archelao A
nihil mouēte, Sylla actis utrinq; fossis hostes locis solidis & equitatui cō
modis excludere, inq; loca palustria adigere conabatur: qui cùm id per-
mittere nollēt, emissiq; à ducibus magno cum impetu in Romanos irrue
rent, non fossores modò dissipati sunt, sed & ordines aciei plerīq; disiecti
fugam ceperunt. Ibi Sylla equo desiliens, arrepto signo per suos fugiētes
in hostem se proripuit, uociferans: Mihi quidem, Quirites, hîc occūbere
expedit: uos interrogati quo loco imperatorem uestrum prodideritis, a-
pud Orchomenum memineritis respōdere. Inhibuit hoc dictum fugā, &
duæ à dextro cornu cohortes auxilio uenerūt: ita in hostem duxit, eumq;
repulit. Tum aliquantulū retro suos abducens, prandiumq; præbens, rur-
sum fossa circumuenire castra hostium intendit. Rursum hostes meliori q̃
antè ordine impetū fecerunt. Ibi Diogenes Archelai priuignus in dextro
cornu præclara edens uirtutis opera cadit: sagittarij cùm Romanorū uim
non sustinerent, neq; locus esset quò se reciperent, cōminus eos frequen-
tibus sagittis tanq̃ gladijs feriētes repulerunt: tandem in castra inclusi no
ctem ob uulnera & cædes difficilem exegerunt. Facta die, rursus milites
suos ad hostium castra adduxit Sylla, & fossas egit: eosq; multa manu ad B
pugnam exeuntes commisso prœlio fudit: cumq; hi tantum reliqs terro-
rem incussissent, ut manere nemo auderet, castra cepit. Sanguine & cada-
uerib. barbarorū qui tum cæsi sunt paludes lacusq; repleti sunt, atq; adeo
hodie etiā, elapsis ab ea pugna annis ꝓpè ducētis, barbarici arcus, galeæ,
thoracum ferreorum fragmēta, & gladij lacubus immersi reperiunt. Hoc
modo res apud Chæroneam & Orchomenum gesta fert. Cinna autem &
Carbone Romę præclarissimos uiros ui & iniuria afficientibus, multi ty-
rannidem fugientes in Syllæ castra tanq̃ portum aliquem confugiebant,
ac breui temporis spacio senatus quædam forma circa ipsum extitit. Me-
tella etiam cùm sese & liberos haud absq; difficultate furtim subduxisset,
uenit marito annunciās domum eius & uillas ab inimicis incēsas, oransq;
Syllæ cum Archelao pacificatio. uti rebus domesticis subueniret. Incerto tum animi Sylla, cùm neq; patriā
afflictam destituere uellet, neq; rationem inueniret discedendi bello Mi-
thridatico nō cōfecto, Deliacus quidam mercator Archelaus ad eum ue-
15 nit, sermonib. quibusdam Archelai regij ducis renunciatis in bonam spē
eum deducens. Id adeò gratū fuit Syllæ, ut nihil prius duxerit, q̃ cum ipso
Archelao colloqui. Conuenerunt apud Delium ꝓpe mare, ubi Apollinis C
fanum est. Ibi cùm Archelaus initio colloquij facto Syllam hortaretur ut
acceptis à rege pecunijs, triremibus, & quātis uellet copijs ad bellum Ro
manum ꝓficisceretur, Asia & Pōto omissis: Sylla excipiens sermonem, Ar
chelaum Mithridate neglecto ipsum regnum occupare, traditisq; naui-
bus socium Romanorum fieri iussit. Abomināte ꝓditionem homine, Tu
ergo, inquit, Cappadox cùm sis Archelae, & barbari regis seruus, aut (si
ita uis) amicus, rem turpem tanta proposita utilitate non admittis: me ue-
rò Romanum ducem, & quidem Syllam, audes de proditione appellare?
quasi uerò non iste sis Archelaus, qui cum perpaucis ex centū uiginti mil
libus tuorum superstitib. à Chærone a fugit, biduum in lacubus apud Or-
chomenum delituit, Bœotiam cadaueribus inuiam effecit. Mutato inde
consilio Archelaus, Syllæ supplicauit, orauitq; ut bellum desineret, & cum
Mithridate pacta iungeret: idq; Sylla his conditionibus annuit, si Mithri-
dates Asia & Paphlagonia missis factis, Nicomedi Bithyniam, Cappado
ciam Ariobarzani concederet, bis mille talenta Romanis numeraret, se-
ptuaginta naues æratas cum instrumēto daret: ita Sylla reliqua ipsi regna
stabiliret,

A stabiliret, ac socium P. R. nuncuparet. His ita conuentis, Sylla per Thessaliam & Macedoniam ad Hellespontum perrexit unà cum Archelao: quem & in honore habuit, & periculoso morbo correptum apud Larissam, itinere interrupto perinde atq; suorum aliquem collegarum aut ducum curauit. Cùm hoc sermoni occasionem dedit, apud Chæroneã mala fide pugnatum fuisse: tum quòd reliquos Mithridatis amicos quos captiuos habebat, reddens, solum Aristionem tyrannũ ueneno sustulit, Archelai inimicum: maximè autem, quòd Archelao in Eubœa decem millia iugerûm agri dedit, eumq; P. R. amicũ & socium pronunciauit. Verùm hæc ipse in cõmentarijs Sylla refellit. Cum legati à Mithridate eòdem peruenissent, qui Mithridatem probare conditiones referebant, Paphlagoniã tamẽ ne eriperet ei orabant, de nauibus quoq; conuenisse negabant: stomachatus Sylla, Quid narratis, inquit? Mithridates de Paphlagonia contendit, & de nauibus actum negat? quem ego flexis genibus dijs actum gratias censebã, si dextram ipsi manum nõ amputassem qua tot Romanos necauit. næ is mox alias uoces emittet ubi in Asiam ego traiecero: nunc Pergami sedens de bello nõ uiso quantũ libet disputet. His territi legati obticuerunt. Archelaus autem Syllæ manũ prænsans atq; lacrymans & flagitans iram lenijt, tandemq; persuasit ut ad Mithridatem ipse mitteretur: se enim ex sentẽtia Syllæ pacem compositurum, ac nisi id obtinuisset, sua se manu occisurum. Ita misso Archelao Sylla in Mædicam irrupit, populatusq; magnam regionis eius partem, in Macedoniã redijt. Apud Philippos Archelaus eum conuenit, omnia rectè habere nuncians: cupere autem omnino Mithridatem cum ipso colloqui. In causa potissimùm fuit Fimbria, qui diuersæ factionis duce Flacco interfecto, ipsum Mithridatem uictis eius ducibus petebat: hunc rex metuens, maluit cum Sylla amiciciam iungere. Conuenerunt Dardani in Troade: Mithridates cum nauibus uniremibus ducentis, terrestribusq; copijs, nempe uiginti millibus grauis armaturę militũ, & equitum sex millibus, multisq; falcatis curribus: Sylla cum quatuor cohortibus, & ducẽtis equitibus. Obuiam procedẽtem Mithridatem, & dextram protendentem Sylla interrogauit, pacémne ijs quibus receperat Archelaus conditionibus acciperet: & tacente rege, Atqui, inquit, eorũ qui petunt est, ut priores uerba faciant: uictori satis est tacuisse. Vt uerò rex orsus sui purgationem, belli partem dijs, partem ipsis Romanis imputare conatus est, ita ei subiecit Sylla: equidem & audiui ex multis, & nunc ipse experior summa te ui dicẽdi præstare, cùm honestis in speciem sermonibus pro factis pessimis & iniustissimis non destituare. Facta proinde eius crudelia demonstrans atque culpans, rursus idem interrogauit: cùm is annuisset, ita demum salutauit, amplexusq; osculũ iunxit. Ariobarzanem inde & Nicomedem reges adduxit & cum eo cõciliauit. Ita Mithridates traditis septuaginta nauibus, & quingentis sagittarijs, in Pontum nauigauit. Sylla autem militibus suis pacificationem eam ægrè ferentibus (quippe infensissimum regem, & qui CL. Romanorum millia per Asiam uno die ut iugularentur effecerat, indignum putabant uidere cùm spolijs & opibus ex Asia nauigantem, quam continuos quatuor annos rapinis & exactionibus uexauerat) ita se purgauit, ut diceret non fuisse sibi satis uirium contra Fimbriam simul & Mithridatem, si hi copias aduersus ipsum coniunxissent, belligerandi. Inde uersus Fimbriam duxit, castra apud Thyatira habentem: & iacto prope eum uallo, castris fossam circumduxit. At Fimbriani milites tunicati ex castris ęgressi Syllanos cõsalutauerũt, & in opere faciẽdo

Syllæ in legatos Mithridatis seueritas.

Cum Mithridate colloquiũ, & pacificatio.

strenuè eos adiuuerunt: Fimbria defectionem suorum cernens, Syllæq; A
iram implacabilem ueritus, ipse sibi in castris mortem consciuit. Sylla to-
Asia à Sylla uexata. tam Asiam uiginti millibus talentorum mulctauit: priuatim autem luxu
corū quos in statiuis posuerat domos exhausit. Cogebatur enim hospes
ei quem excipiebat hospitio quotidie sedecim denarios pēdere, eidemq;
& amicis quotquot is uocasset, cœnam præbere: qui ordines ducebat, is
in diem quinquagenos accipiebat denarios, & aliā ueste qua domi, aliam
qua in publicum progrediēs uteretur. Omnibus post hæc nauibus soluit
Bibliothecam Sylla Romā deuehit. ab Ephesō, tertioq; die in Piræeum appulit. Ibi sacris initiatus, Apellico-
nis Teij bibliothecā sibi exemit, in qua plerīq; Aristotelis & Theophra-
sti habebantur libri, nondum plane uulgò cogniti. Fertur ea bibliotheca
Romā perlatæ, Tyrannionem grammaticum plerosq; libros compilas-
se: ab eo adeptum exemplaria Andronicum Rhodium, in medium protu-
lisse, atq; edidisse ea, quæ hodie circūferunt uolumina. Et quidē apparet
superioris ætatis Peripateticos ipsos elegantis ingenij studijq; fuisse: Ari
stotelis autem libros & Theophrasti neq; multos neq; accuratè legisse,
quòd hi à Nelei Scepsij (cui libros Theophrastus reliquerat) hærede ad
rudes & sordidos homines peruenissent. Porrò Syllæ Athenis cōmoran- B
ti dolor cum torpore & grauitate pedes inuasit, quem Strabo podagram
16 balbutientē uocat. Itaq; traiecit Adepsum, ibiq; thermis usus est, ocio in-
dulgens, & inter histriones agens. Cum ad mare aliquando deambularet,
piscatores quidam perpulcros ad eum pisces attulerūt: delectatus eo mu
nere, cùm Alæēses esse qui obtulissent audiret, Viuitne, inqt, ergo adhuc
hodie quisquam Alæensium? (Quo enim tempore potitus apud Orcho
menū uictoria hostes insequebatur, tres simul Bœotiæ urbes exciderat,
Anthedonem, Larymnam, & Alæas) Cùm præ metu obmutuissent illi,
subridens, abire eos, & bono animo esse iussit: uenisse enim ad se nō cum
leui, aut cuius gratia non deberet ipsis prodesse, dono. Ea primùm uoce
confirmati Alæenses feruntur rursus in patriam suam conuenisse. Hinc
per Thessaliam & Macedoniā ad mare profectus Sylla, statuit à Dyrrha-
chio mille & quingentis nauibus Brundusium traijcere. Propè est Apol-
17 lonia, & apud eam Nymphæum locus sacer, qui ex uiridi herba & pratis
Satyrus captus. fontes ignis perennis sparsim emittit. Ibi ferunt dormientem Satyrum, ea
forma qua fingi & pingi eos uidemus, captum & ad Syllam adductum fu
isse: hunc interrogatum per multos interpretes quisnam esset, ægrè uo- C
cem edidisse, non quæ intelligi posset, sed asperam, ac mixtam equi no ex
hinnitu & hirci balatu: eaq; territum Syllam, abominatum à se dimisisse.
Transfretaturus autem cùm metueret, ne milites Italia appræhensa secun
dū oppida ab ipso dilaberentur, primùm ipsi ultrò iurauerunt, mansuros
se cum Sylla, neq; sua sponte ullo Italiam maleficio affecturos: deinde ma
gna pecuniæ ui indigere imperatorem cernentes, ipsi suarum pecuniarū
quasi primitias pro facultatibus quisq; suis contulerunt. Non accepit eas
Syllæ in Italiam reditus. primitias Sylla, sed collaudauit milites, cohortatusq; eos ut ex re uidebā-
tur, transmisit (ut ipse narrat) cum CCCCL. cohortibus contra quindecim
hostiles duces. Successum euidentissimè dij præmonstrarunt. Statim
enim atque in Italiam peruenisset, apud Tarentum sacrificanti, fibra iocī-
noris laureæ coronæ, duobusq; dependentibus lemniscis similis uisa est.
Et paulo antè, quàm in Italiam transmisit, in Campania apud Hyphæum
montem interdiu duo magni hirci decertare uisi sunt, atque omnino pu-
gnantium hominum gestus exprimere: fuit autem phasma, & paulatim
à terra elatum, sparsim per aërem dissipatum abijt obscuris simile ima-
gimbus,

A ginibus, atque ita euanuit. Neque multo pòst iisdem in locis Mario iu-
niore & Norbano consule magnas contra Syllam copias adducentibus, *Norbanus uincitur.*
Sylla neque acie instructa, neque ordinibus exercitus sui constitutis, ro-
bore tantùm communis uniuersorum alacritatis, audaciçque impetu usus,
hostem fudit, septémque hominum millibus cæsis, Norbanum Capuam
compulit atque inclusit. Hac uictoria testatur ipse effectum fuisse, ne mi-
lites sui per oppida se diuiderent, sed coniuncti hostes, quorum uix ali-
quanta parte numerum æquabant, contemnerent. Atque idem Siluij ait
ad se uenisse Pontij seruum diuino furore concitum, dixisséque eum, à Bel-
lona ipsi uim & uictoriam belli denunciari, sed nisi maturauerit, Capito-
lium statim incensum fore: id quod ea, quam dixerat, die accidit. nimirum
pridie Nonas Quintiles. M. etiam Lucullus, unus ex legatis Syllæ, cum a-
pud Fidentiam cohortes sedecim quinquaginta hostilibus oppositas ha- 18
beret, rémque gerere cunctaretur, quod tametsi militum animis fide-
ret, multi tamen inermes essent: dum animi dubius hæret, aura mollis
à prato in propinqua sito planicie multos flores aduehens in exerci-
tum deiecit, qui illapsi scutis & galeis fortuitò inhæserunt, ita ut hostibus
B coronati uiderentur. inde aucta fiducia prœlium conseruerunt, hostiúm-
que octodecim millibus cæsis, castra etiam ceperunt. Is Lucullus fra-
ter fuit eius Luculli, qui Mithridatem posteà, & Tigranem debellauit.
Cæterùm Sylla multos sibi adhuc & magnos hostium undique circum-
fusos exercitus uidens, astu etiam esse agendum ratus, alterum consulum
Scipionem ad pacificationem inuitauit: neque id abnuit ille. Cùm es-
sent aliquot colloquia habita, semper aliquas procrastinandi occasiones 19
inueniens, & prætextum Sylla, interim suorum militum (qui ducis exem-
plo ad omnem fraudem & imposturam erant exercitati) opera Scipionis
exercitum corrupit: ingressi enim hostium castra, & conuersati, alios sta-
tim argento, alios promissionibus, quosdam adulando & suadendo Syl-
læ conciliàrunt. Tandem cùm Sylla cum uiginti cohortibus ad castra ac-
cessisset, milites Scipionis eum salutàrunt, seque ei coniunxerunt: Scipio
solus in tentorio deprehensus, & dimissus est. Ita Sylla uiginti suis cohor-
tibus, tanquam ad alliciendum assuefactis auiculis, quadraginta hostiles 20
aucupatus, uniuersos in castra abduxit. Cùm quidem Carbo etiã dixisse
fertur: Sibi aduersus leonem & uulpem in animo Syllæ habitantes cer-
C tanti, plus à uulpe molestiæ, quàm à leone exhiberi. Secundam hæc apud
Signium Marius LXXXV. cohortibus stipatus Syllam ad prœliũ prouo
cauit: neque uerò quicque hic, quàm eo die pugna decernere malebat. Vide-
rat enim per insomnium Marium patrem filio mandare ut insequentem
diem caueret, quippe magnam ipsi calamitatem adferentẽ. Ob hoc Sylla *Pugna aduersus Marium iuniorem.*
pugnæ cupidus, Dolabellã castra alio loco habentẽ ad se uocabat. Cæte-
rùm hostib. itinera obsidẽtib. & uiã obstruẽtib. Syllani pugna uiã faciẽdo
fatigabãtur: simulque ingẽs imber effusus incõmodũ augebat. Quare cẽturio
nes ad Syllã accedẽtes, orabãt ut prœliũ differret: ostẽdẽtes simul milites
præ defatigatione prostratos, humique super scutis quietis captãdæ causa iaciẽ
tes. Vt inuitus quãlibet Sylla cõcessit, castraque moueri iussit: iã uallũ iace-
re, & fossã ducere militib. incipientib. Marius citato equo primus omniũ
aduehitur, ferox, & turbatos incõpositosque Syllanos dissipari à se posse fi
dẽs. Sed eo tẽpore quod in somnis Syllæ diuinitus erat prædictũ, factũ est. Syl
lani enim milites ira correpti, missis operib. defixisque apud fossam pilis, gla-
dijs strictis, clamoreque militari sublato cũ hostib. manũ cõseruerũt: neque hi
impetũ eorũ diu sustinuerũt, sed effusè fugiẽtes magna sunt affecti clade.

Marius cum Præneſte fuga perueniſſet, portas iam clauſas offendit: & de- A
miſſo per murum fune ſeſe cingens, ita in urbem aſſumptus eſt. Quidam,
atq; inter hos Feneſtella, ne ſenſiſſe quidem eam pugnã Mariũ aiunt, ſed
ut erat uigilijs & laboribus defeſſus, dato ſigno humi in umbra ſe reclinaſ
ſe, & ſomno dediſſe, ac uix fuga facta demũ euigilaſſe. Eo prœlio hoſtiũ
uiginti millibus cæſis, octo millibus captis, ſe non niſi uiginti tres ſuorum
deſideraſſe ſcribit Sylla. Eademq; etiam legati eius Põpeius, Craſſus, Me-
tellus, ac Seruilius uſi ſunt fortuna: qui aut nulla, aut leuia paſsi incommo
da, magnas hoſtium copias deleuerunt: adeò ut Carbo, qui maximè unus
contrariam factionẽ cõtinebat, noctu à ſuis caſtris profugerit, Africamq;
mari petierit. Extremo certamine Teleſinus Samnis Syllam adortus labo
boribus iam cõfectũ, ueluti athleta occaſioni inſidiatus, parũ abfuit quin
ſterneret ante ipſas iam Romæ portas. Is Teleſinus cum Lamponio Luca
no magna manu conducta, Præneſte contendit, ut obſidioni Marium e-
riperet: mox intellecto contra ſe Syllam à fronte, Pompeiũ à tergo ueni-
re, progreſſu ſimul & regreſſu prohibitus, ut erat homo bellicoſus & ma-
gnorum certaminum peritus, noctu motis caſtris cum uniuerſo exercitu
Romam petijt. Haud procul abfuit, quin in urbem cuſtodiæ uacuam irru B
21 piſſet: caſtris prope Collinam portam à ſtadijs decem poſitis, ſtationem
ante urbem habuit, elatus animo atq; ſpe plenus, quòd tãtos totq; duces
arte bellica circũueniſſet. Ineunte die cùm nobiliſsimi iuuenes equites
ab urbe contra ipſum ueniſſent, cùm alios, tum Appium Claudium nobi-
lem bonumq; uirũ deiecit. Orto inde, ut par erat, tumultu Romæ, clamo-
req; muliebri, & diſcurſu ueluti capta iã urbe, primus à Sylla ueniens Bal
bus uiſus eſt, equites ſeptingentos citato curſu adducens: isq; tantum mo
ræ interponens, dum à ſudore equi refrigerarentur, mox frænatos iterum
in hoſtem admiſit. Interim & Sylla aduenit, iuſsisq; primis prandere, ſta-
tim exinde ordines inſtruxit: Dolobellamq; & Torquatũ multa orantes
ut inhiberet exercitum, neq; defatigatis militibus de ſummà rerum decer
taret (non enim cum Carbone aut Mario, ſed Samnitib. & Lucanis, infen
ſiſsimis Romæ hoſtibus, rem ipſi fore,) auerſatus, claſsicum canere iuſsit,
iam ſub decimam horã die inclinante. Haud ullum eo acrius fuit certamẽ.
Dextrum cornu, quod à Craſſo ducebatur, cùm haud dubiè uinceret, læ
uo laborãti, & malè habenti Sylla auxiliũ tulit, albo equo celerrimo & fe-
roci uectus. In agnitum eo ſigno duo hoſtium milites haſtas iaculati ſunt: C
quòd cùm ipſe non præſenſiſſet, equiſone equum flagello incitante, tan-
tum euaſit, ut cuſpides apud caudam equi in unum collapſæ in terrã defi-
gerentur. Ferunt eum Apollinis imagũculam auream Delphis allatã ſem-
per in prœlijs ſolitum in ſinu circumferre: tunc etiam exoſculatũ eſſe, ita lo
cutum: Ita'ne Apollo Pythie, Corneliũ Syllam Felicem cùm in tot prœlijs
extuleris illuſtrẽ, nũc ad portas patriæ adductũ proijcies, turpiſsimè cum
ſuis perditum ciuibus? Ita deos comprecatũ, inde ſuorum alios obteſta-
tum, alijs minatũ, quoſdã inhibuiſſe: attrito ad extremũ ſiniſtro cornu, fu-
gientib. permiſtũ in caſtra euaſiſſe, amiſsis ſociorũ ſuorũ atq; familiarium
multis. Non pauci etiam eorum, qui ex urbe ſpectatum proceſſerant, cæ-
ſi aut obtriti ſunt. Omninoq; tum actum de urbe uidebatur, & parum ab-
fuit, quin Marius etiam obſidione liberaretur. Etenim multi ex fuga Præ-
neſte perlati Lucretium Ofellam obſidioni præfectum hortabantur, ut
ſtatim caſtra moueret, Sylla ſcilicet iam ſublato, & Roma ab hoſtibus oc-
cupata. Adulta iam nocte in caſtra Syllæ quidam à Craſſo miſsi uenerũt,
cœnam ipſi ſuisq; petentes; hi uictos hoſtes Antemnas uſque inſecuti,
ibi caſtra

Pugna Syllæ aduerſus Teleſinum & Lamponium.

A ibi castra fecerant. Hoc, & perijsse maiorē hostium partem audito Sylla, mane Antēnas peruenit: atq; tribus hostiū millib. per præconem pacem poscentibus impunitatem ea conditione promisit, si imposito prius reliquis hostib. dãno, ita ad se uenirēt: atq; hi fidē promissis habētes, reliquos adorti, multiq; tum hostiū mutuis cædib. absumpti sunt. At uerò Sylla & his, & qui præterea accesserant, circiter sex hominū millia, apud Circū cōgregatis, senatū in ædem Bellonæ uocauit: simulq; & ipse dicere, & quib. mãdatum erat cædere dediticios istos ceperunt. Sublato, ut erat consentaneum, tanta multitudine in angusto loco cęsa, clamore, ac perterritis senatoribus: ipse ut tum uerba faciebat, cōstãti & nihil mutato uultu, animū eos orationi suæ adhibere iussit, neq; curare quid foris fieret: quosdam enim modò malos homines suo iussu castigari. Non erat quisquam Romanorum adeò stupidus, ut non ex ea re intelligeret, trãslatam esse, non sublatam tyrannidem. Sanè Marius cùm esset iam inde ab initio sæuus, intēdit, non mutauit ob potētiam id, quod ei erat ingeneratū à natura. At Sylla cùm mediocriter primùm, & ciuiliter fortunã tulisset, opinionemq; de sese ducis optimatum partib. fauentis, populiq; utilitatem spectantis excitasset, ad hæc à puero & ad risum pronus, & ad misericordiã mobilis fuis-
B set, ut facilè illacrymaret: effecit, ut uerisimile iam uideretur, quod dici solet, magnam potentiam eorum, qui ipsam adepti essent, ingenium mutare, & uæcordiam, instabilesq; & inhumanos mores efficere. Quod ipsum motus ne sit & mutatio naturæ à fortuna proueniens, an uerò latentis alicuius uitij per licentiam reuelatio, alio loco disputandū est. Cùm cædibus edēdis Sylla sese dedisset, eæq; neq; munero iam, neq; termino contentę urbem implerent, multorū ipso, quibus nihil secum fuisset rei, priuatorum odiorum causa necis potestatem amicis suis donante: quidam ex iuniorib. C. Metellus in senatu Syllam percontari ausus est, Ecquis tãdem esset finis malorum futurus, ac quo'nam usq; ipso progresso sperandum esset fore ut à cædibus desisteretur. non enim hoc iam à Sylla peti, ut quos neci destinasset, ijs parceret: sed quoniam hoc in ambiguo esset, aperiret saltem quos superstites esse uellet. Respondenti tum Syllæ, nondum sibi constare, quibus parcendum ducat, ita subiecit: Ergo quos statueris occidere, indica. idq; se facturum Sylla recepit. Quidã posterius hoc dictum non Metello, sed Aufidio uni ex Syllæ assectis tribuunt. Enimuerò Sylla
C continuò, re cum nullo procerum communicata, octoginta uiros proscripsit. Indignè omnibus hoc ferentibus, uno die interiecto, alios ducentos & uiginti proscripsit: tertio die rursus totidem. Ac de his proscriptionib. in concione dixit, Eos modò à se proscriptos, quorum recordari potuisset: reliquos qui nunc memoria excidissent, proscripturum ubi in memoriam redijssent. Qui proscriptum excepisset atq; seruasset, ei humanitatis præmium supplicium capitis statuit, non fratre, non filio, non parentib. exceptis: præmium occisori duo talenta, etiam si dominum seruus, aut patrem filius iugulasset. Id omnium iniustissimum uidetur, quòd proscriptorum filios & nepotes honoribus exclusit, & bona publicauit. Neq; Romę solùm, sed per omnes Italiæ urbes proscriptio uagata est. Non ædes deûm, non hospitales penates, non paternæ domus à cædibus puræ fuerunt: quin & coram uxoribus mariti, & corã matribus filij iugulabantur. Iam qui propter iram aut inimicicias necabantur, uix minimã partem eorum æquabant, qui propter opes occiderētur: quippe ipsis percussoribus subibat dicere, Hunc ædium splēdidarum causa iugular, illum horti, alium thermarum. Et Q. Arbelius, uir ocio totus deditus, qui non alia ratione

tione ad se ista mala pertinere existimabat, quàm ut aliorum calamitates A miseraretur, in forum progressus tabulã proscriptionis legit: in qua cùm suum quoq; nomen reperisset, Eheu, inquit, me miserum: prædium in Albano meum me persequitur: paululũ inde progressus, ab insequẽte quodam est trucidatus. Interim Marius cùm in potestatem hostium uenisset, sibi mortem consciuit. Proinde Sylla Preneste profectus, primùm uiritim causis cognitis plectebat oppidanos: pòst tanq; ociũ non esset, in unum omnes conductos duodecim hominũ millia necari iussit, soli hospiti impunitate concessa. Verùm is generosè admodum Syllę cùm respondisset, Nunquam se patriæ interfectori gratias ob salutem oblatam acturũ, sponte sua ciuibus suis se permiscuit, cumq; ijs est interfectus. Nihil magis insolens fuit, quàm L. Catilinæ facinus. Is cùm rebus adhuc incertis fratrem occidisset, tum demum à Sylla impetrauit, ut eum tãquam uiuum proscriberet. Cuius rei causa Syllæ gratiam referens, M. quendam Mariũ contrariæ factionis hominem iugulauit, caputq; eius ad Syllam in foro sedẽtem attulit, aggressusq; ad Apollinis uas aspersorium, quod proximè erat, manus abluit. Præter has cædes fuerunt & alia, quæ populum lædebant. Dictatorem enim seipsum Sylla cõstituit: ab annis CXX id genus magistratus reducens. Decretum ei est, ut quidquid hactenus fecisset, id impunè B fecisset: in posterum data potestas necis, publicationis, agri diuidẽdi, condendi & euertendi urbes, regna quibus uellet adimendi aut donandi. Publicata bona adeò superbè ac ꝓ dominio diuẽdebat pro tribunali sedens, ut largiendo quàm adimendo fuerit molestior: quippe mulierib. formosis, citharœdis, mimis, perditissimisq; libertis populorum agros, & urbiũ reditus dabat: quibusdã etiam inuitas mulieres nuptum dabat. Põpeium Magnum ut sibi necessitate deuinciret, dimittere uxorem suam iussit: & Aemiliam Scauri & Metellæ (quæ Syllę uxor erat) filiam, prægnantẽ tum M' Glabrioni ademit, Pompeioq; coniunxit. Ea in partu apud Pompeium obijt. Lucretium Ofellam, eum qui Mariũ obsidione ceperat, consulatũ petentem primò prohibuit: deinde cùm is multorũ fauore fretus in forum ueniret, misso cẽturione interfici iussit, ipse pro tribunali ad Castoris sedens, & de sublimi cædem spectans. Cùm ab ijs qui aderant captus centurio ad se adducerẽt, silentio tumultuantib. indicto, suo iussu illũ cæsum dixit, missumq; fieri centuriorem iussit. Triumphus eius cùm magnifico sumptu & raro adspectu regiorũ spoliorũ esset splendidus, plus tamẽ C dignitatis habuit, & pulcrius spectaculum præbuit propter exules: nobilissimi enim & potentissimi ciuium sertis redimiti currũ sequebantur, seruatorem & parentem Syllam uocantes, quippe cuius opera in patriã redirent, uxoresq; & liberos reciperent. Omnibus cõfectis, rerum gestarũ rationes in foro edens, haud minori diligentia fortunę quàm uirtutis opera recensuit: & ad extremũ ob tam prosperos euentus Felicẽ se cognominari iussit. Græcis scribẽs, aut respõsa dans, Epaphroditũ se (Veneri charũ, & quasi Venustũ) appellauit: estq; ita in trophæis eius scriptum apud nos: L. Cornelius Sylla Epaphroditus. Et cùm Metella gemellos peperisset, masculo Faustũ, femellæ Faustã nomen fecit. In tantum autẽ felicitati potiùs, quàm actionib. cõfisus est, ut cùm & permultos necasset, & tã multas magnasq; in urbẽ mutationes intulisset, tamen dictatura se abdicauerit, populoq; comitiorũ consulariũ concessa potestate, ipse nõ accesserit, sed in foro tanq; priuatus obambulàrit, ut qui uellet, in ius trahere ipsum posset. Et quidem M. Lepidus ferox homo, & Syllæ inimicus uidebatur haud dubiè cõtra uolũtatẽ ipsius cõsulatũ obtẽturus: populo nõ eius, sed pro eo

Catilinæ flagitium.

Pompeij affinitas.

Cognomen Felicis.

A pro eo intercedentis Pompeij rationem habente. Itaq; Sylla Pompeio, cùm is uictoria lætus concione abiret, ad se uocato: Egregiè (inquit) ô iuuenis factum à te est, quòd in consulib. designandis Catulo Lepidus, optimo uiro stolidissimus præferretur: tempus iam nũc est tibi uigilare, qui uires aduersarij tui auxeris. Atq; hoc quasi uaticinatus est Sylla. Lepidus enim statim libidine elatus, Pompeianis partibus bellum fecit. Sylla cum omnium facultatum decimam partem Herculi cõsecraret, magnifica populo epula exhibuit: tãtumq; fuit apparatus superuacanei, ut multæ quotidie carnes assæ in profluentem abijcerentur, uinum quadraginta & plurium etiam annorum biberetur. Cùm epula hæc per plures dies producerentur, medio tempore Metella ex morbo decessit. Cùm autem sacerdotes ipsum ad eam accedere, funereq; uxoris domum inquinari prohiberent, nuncium ei adhuc uiuenti remisit, & in aliam domum transferri iussit. Cui legi cùm motus superstitione perdiligenter satisfecisset, aliam à se se de funerum impensis latã neglexit, nulli sumptui parcens, sicut & quas de conuiuiorum frugalitate sanxerat: cùm ipse luctum suum compotationibus & conuiuijs, quibus & luxus & scurræ adessent, leniret. Paucis pòst
B mẽsibus cùm gladiatorum spectaculum exhiberetur, ut erat tum theatrũ ordinibus nondum distinctum, sed promiscuè mulieres uiriq; sedebant, prope Syllam sedit Valeria & formæ elegantis, & familię splendidæ mulier, Messalæ nimirum filia, Hortensijq; oratoris soror, nuper à marito suo repudiata. hæc à tergo Syllæ transiens, manu ei immissa filum de toga extraxit, & ad sedẽ suã redijt. Cùm Sylla admiratione motus respiceret, Nihil, inquit ea, ô dictator, mali est: uolo enim ipsa quoq; aliquantulũ de tua felicitate participare. Nõ iniucundũ id Syllę dictũ fuit, statimq; haud obscurè titillationẽ indicauit: misit enim qui de nomine, genere, uitaq; eius percõtarentur. Hinc mutui intuitus, crebræq; utrinq; faciei obuersiones, & blandi uisus, ad extremum pactiones etiam nuptiales. quæ ut Valeriæ fortassis uitio dari non possint, at Sylla tamen etsi pudicam & nobilem, non tamen initio usus pudico & honesto duxit: aspectu uidelicet, & lasciua facetia, unde affectus moueri turpissimi atq; impudẽtissimi solent, pueri instar ductus. Et uerò quantũuis hãc domi uxorem haberet, tamẽ inter mimas, citharistas, & histriones agebat, super toris cũ eis totos dies potãs. Atq; id genus hominũ tũc apud ipsum plurimũ ualebat, Roscius Comœ-
C dus, Sorex mimorũ princeps, Metrobiusq; histrio: quem etiãsi ætate iam adultiorẽ perpetuò tamẽ à se amari nõ inficiabatur. Inde factũ est ut morbũ uili ex causa ortũ aluerit, diuq; non animaduerterit pus in uiscerib. sibi natũ: unde & tota caro corrupta ita in pediculos abijt, ut quãuis dies noctesq; multi eos decuterent, tamẽ dempti minima pars eorũ qui subinde enascebãtur esset, omnisq; uestis, omne balneũ, omne lauacrum & cibus exundatione istarũ sordiũ oppleret. Itaq; interdiu sæpe in aquam descẽdebat abluendi & detergendi corporis causa: sed nihil proficiebat, cùm ea mutatio celeritate præualeret, multitudoq; omnem purgationem superaret. Ex antiquissimis ferũt Acastũ Peliæ F. morbo pediculari extinctũ fuisse: ex posteriorib. Alcmanẽ lyricum, Pherecydẽ theologum, Callisthenẽ Olynthium in carcere inclusum, atq; Mucium etiam iurisconsultum: præterea (siquidem facienda est mentio eorum, qui nulla re bona memoriam tamen sibi pepererunt) Eunum fugitiuũ, qui seruilis per Siciliam belli autor fuit, cùm captus Romam esset perductus, ibi phthiriasi obijsse traditum est. Cæterùm Sylla non modò præsagijt suum obitum, sed & quodammodo de eo scriptum reliquit. Nam uigesimumsecundum

commenta-

commentariorum librum biduo antequam moreretur scribens, finem operi A
fecit: refertque & Chaldæos ipsi prædixisse, quòd post exactam præclarè uitam esset in ipso felicitatis uigore discessurus: & filium suum, qui paulo ante Metellam fato functus fuerat, per insomnium sibi sordida in ueste apparuisse, & orasse, ut finem curis statueret, secumque ad matrem Metellam abiret, & ibi unà uitam solicitudinum & negociorum uacuam degeret. Neque tamen à tractandis negocijs publicis abstinuit. Decem enim ante mortem diebus composuit Dicæarchensium seditionem, legesque ijs præscripsit. Pridie quàm fato concederet, cùm audiret Granium prætorem æs alienum grande, quod ærario debebat, non persoluere, sed mortem ipsius operiri, uocatum ad sese in cubiculum à famulis suis suffocari iussit. Eo clamore Sylla & agitatione corporis cùm apostema rupisset, multum eiecit sanguinis: atque exinde deficientibus uiribus, noctè difficul-

Syllæ mors. ter superata mortuus est: relictis ex Metella duobus infantibus. Nam Valeria post mortem eius filiam peperit, quam more Latino Posthumam

Funus. dixerunt. Proinde cùm plerique facta cum Lepido coitione cadauer Syllæ iustis funebribus prohibere molirentur, Pompeius, tametsi Syllæ succenseret, quòd solum ex omnibus amicis eum in testamento præterijsset, qui B
busdam gratia & pecibus, alijs minando permotis, cadauer Romam deduxit, funerique & securitatem & honorem contulit. Ferunt tantam à mulieribus aromatū uim Syllæ ingestam, ut præter ea quæ in CCX feretris illata sunt, iustæ magnitudinis imago Syllæ efficta sit, atque lictoris, ex thure precioso & cinnamomo. Cæterùm cum ab aurora dies iste nubilus fuisset, pluuiæque expectarentur, nona demum hora funus elatum est. Ibi uentus cum procella in rogū incubuit, multaque flamma excitata corpus cremauit. Vix rogus absumptus, ignisque sopitus fuit, cùm ingens effusus imber usque ad noctē durauit. ut uideatur fortuna eius uiri etiam sepulturam præsens adiuuisse. Monumentum Syllæ in campo Martio est: inscriptionem ab ipso ferunt conceptam & relictam, cuius hoc est caput, se neque ab ullo amicorum beneficijs, neque ab ullo inimico maleficijs superatum fuisse.

LYSANDRI CVM SYLLA COMPARATIO.

Syllæ etiam uità exposita, ad comparationem ipsorum accedamus. Commune ijs fuit, quòd uterque à seipso incrementi initium petens, in magnos uiros euaserunt. Id Lysander proprium habuit, quòd uoluntate ciuium, etiamnum saluo reip. statu, eos, quos gessit, magistratus obtinuit, nihil ui aut contra leges extorsit. C

Pessimus ad magnos ut seditionis honores
Cum uenias sæpe. ——

In seditione principē fieri, quale. Sicut tum Romæ corrupto populo, & laborante repub. alius post alium potitus est rerum: neque mirum fuit Syllam principatum obtinere, cùm Glauciæ & Saturnini Metellos urbe expulerint, consulum filij in concione obtruncati sint, argento & auro arma ciues redemerint, emptis militibus, ferro & igni leges pertulerint oppressis aduersarijs. Neque in eo sum, ut culpem eum, qui hac rerum conditione summam potentiam sibi parauerit: sed ex eo quòd princeps omnium aliquis fuerit, minimè arguo eum fuisse optimum, nimirum ita affecta ciuitate. At Lysander à ciuitate Spartana, tunc maximè bonis legibus utente & modesta, ad maxima imperia resque gerendas missus, ferè optimorum optimus, primusque inter primos habitus est. Itaque & sæpe magistratum, quo se abdicauerat, à ciuibus recepit,

A recepit, permanente honore, quo uirtuti primæ deferebantur. Sylla semel exercitui dux præfectus, integrum in armis decennium exegit, modò consulem sese, modò proconsulem, inde dictatorem creans, cùm tyrannus esset perpetuò. Iam Lysander reipub. administrationem (uti demonstrauimus) immutare aggressus, mitiùs legibusq; conuenientiùs quàm Sylla egit. non enim ui, sed persuadendo id agere instituit: neq;, ut Sylla, omnia simul euertere, sed regũ tantùm emendare cõstitutionem: præsertim cùm alioqui natura id probare uideretur, ut in ea urbe, quæ uirtutis nomine princeps Græciæ esset, optimorum optimus non propter nobilitatem generis, sed uirtutis causa regno potiretur. Vt enim uenator non id quod cane natum sit, sed canẽ requirit: & rei equestri deditus non quod equo prognatum sit, sed equum: (quid enim si mulus ab equo procreetur?) ita & ciuilis boni arbiter procul à scopo aberrârit, si non quis sit, sed ex quib. ortus princeps, quærat. Quando ipsi etiam Spartani quosdam reges abdicare coëgerunt, ut indignos regno, & nullius precij homines. Quòd si uitia etiam in nobilibus genere inhonesta sunt: utiq; etiam sine nobilitate uirtus honorem meretur. [illegible] peccata Lysandri in amicorum gratiã fuerunt perpetrata: Sylla ne ab amicorum iniurijs abstinuit. In confesso est enim, Lysandrum pleraq; propter amicos peccauisse, utq; his potentiam & tyrannidem pararet, plerasq; cædes perpetrasse. Contrà Sylla & exercitum Pompeio inuidens, & Dolabellæ classem, quæ dederat auferre conatus est: & Lucretium Osellam pro multis ac magnis officijs consulatũ petentem, coràm iugulari iussit, ut horrorem omnib. suiq; metum nece amicissimorum incuteret. Pecuniæ autẽ & uoluptatis studium clariùs adhuc demonstrat in altero principis, in altero tyranni uoluntatem fuisse. Nihil enim neq; libidinosè, neq; leuiter tãta in potestate cõstitutus Lysander egit: sed euitauit si quisquam alius, tritum illud, Deli[illegible] triusq;

B

Domi leones, at foris uulpeculæ:

modestam, Laconicamq;, & frugalẽ ubiq; seruans uitæ rationem. Atqui Syllam neq; iuuenem, ut cupiditatib. moderaretur, paupertas compulit, neq; ætate prouectum senectus: sed, ut ait Sallustius, leges ciuibus de nuptijs & tẽperãtia amori ipse & adulterijs deditus posuit. Itaq; ad id paupertatis & pecuniæ indigẽtiæ Vrbẽ redegit, ut Romani socijs ciuitatib. libertatem, suisq; legibus uiuendi potestatem argento uendiderint: quamuis Syllæ prodigalitas.

C locupletissimas ipse maximasq; domos quotidie publicaret. sed enim nulla erat eorum quę dilapidabantur, & in adulatores insumebãtur mensura. Quam enim, putas, ille rationem aut parsimoniam adhibuisset in largiendo ijs, quibus ob conuiuia & adulationes cupiebat? qui populi aliquando adstãte corona palàm cùm amicorum cuidam magnas facultates leui precio addixisset, & præco iussus proclamasset, alioq; precium augente additamentum itidem edixisset, indignatione accensus, Grauia, inquit, ô ciues patior, & tyrãnide premor, si mea mihi spolia non ut uolo uẽdere licet. Lysander uerò cum cęteris etiam sibi dono data munera domum misit. Quod tametsi non laudo (fortasis enim magis ille pecuniam inferendo Spartæ nocuit, quàm spoliando Romam alter) tamen certissimum signum spretarum ab eo diuitiarum iudico. Rarum quippiam in utroq; & singulare inuenias, si eum respectu patriæ suæ cõsideres. Nam & Sylla homo intemperans luxuiq; deditus, moderatos ciues suos effecit: & Lysander à quibus abstinuit sese affectibus, ijs urbem impleuit. Peccauit igitur & Sylla, quòd suis ipse legibus deterior fuit: & alter, quòd seipso deteriores ciues reddidit. docuit enim Spartam ea desiderare, quibus ipse opus

non habere didicerat. Hæc de rebus ciuilibus. Sed quod ad bellica certamina, imperatoria scientia gestas res, multitudinem trophæorum, & periculorum aditorum magnitudinem attinet, non est quod Syllæ comparandum quispiam Lysandrũ cogitet. Hic enim bis nauali prœlio uicit: addã etiam Athenarum obsidionem, quam re ipsa non magnam gloria splendidissimam redegit. Clades quidem in Bœotia & ad Aliartum acceptæ etsi infortunio cuidam possint adscribi, uidentur tamen prauis eius consilijs potiùs acceptæ ferendæ: qui à Platæis aduẽtantes, ac tantùm non præsentes regis magnas copias noluerit expectare, sed ira ambitioneq́ transuersus actus intempestiuè ad muros agmen rapuerit, ita ut nullius nominis homines eruptione facta facilimè cum strauerint. Nõ enim ut Cleombrotus apud Leuctra hostibus urgẽtibus resistens, neq́ ut Cyrus, aut Epaminondas inclinatos suos retinens, uictoriam'ue confirmans, ita occubuit. uerùm hi regibus ducibusq́ dignam mortem oppetierunt: Lysander autem cùm uelitis aut præcurioris in morem uitam suam proiecisset, testatũ fecit priscos Spartanos prudenter ab oppugnatione murorũ se abstinuisse: quòd ibi non à uiro modò quouis, sed etiam à muliere aut puero ictum perire fortissimum quenq́ contingat. sicut Achillem ferunt in porta à Paride occisum. Et profectò ne numero quidem comprehendi potest, quoties Sylla collatis signis uicerit, & multa hostiũ millia occiderit: Romam ipsam bis cepit, & Piræeum non, uti Lysander, fame, sed multis & magnis certaminib. repulso in terram ex mari Archelao, cepit. Laudem etiam augent duces hostium. Ludum enim esse iocumq́ puto, nauali pugna cum Antiocho Alcibiadis gubernatore certare, aut Philocli imponere, Atheniensi oratori,

Acutam habenti linguam, aliàs ignobili:

quos neq́ cum equisone Mithridates, neq́ cum lictore suo Marius componi dignatus fuisset: uerùm ex ijs qui contra Syllã bellũ gesserunt principibus, cõsulibus, prętoribus, tribunis pl. quis'nã (mitto enim reliquos) Mario terribilior, aut inter reges Mithridate potẽtior, aut ex Italis Telesino fuit, Lãponioq́ bellicosior? quos ille partim expulit, partim subiugauit, partim occidit. Et quod omnia (meo arbitratu) prædicta superat, Lysander omnia suis domi adiuuãtibus gessit: Sylla autẽ exul, uictusq́ inimicorũ factione, quo tẽpore uxor eius exterminabatur, domus solo æquabatur, amici cædebãtur, ipse in Bœotia cum inumeris hostiũ millib. congressus, atq́ pro patria discrimẽ subiens, trophæũ statuit. Mithridati quoque societatem offerenti, & copias aduersum inimicos, neq́ facilẽ se, neq́ humanũ præbuit, imò ne allocutus quidẽ est, aut dextram iunxit, priùs q́ ille corãm affirmaret, se Asiam relinquere, classem tradere, regib. Bithynia & Cappadocia decedere. Quod mihi uidetur omniũ Syllę factorũ pręclarissimum ac fortissimũ fuisse. quippe rempub. priuatis reb. anteponẽs, generosorũ canũ instar mordicus arreptã ferã ad extremũ usq́ tenentiũ, non priùs è manib. emisit aduersariũ, quàm eum sibi de uictoria cõcedere uidisset: atq́ ita demum ad ulciscẽdos suos hostes se cõtulit. Pręter omnia uerò Athenarũ occupatio plurimũ ad horũ cõparãdos mores facit: quum Sylla urbẽ quæ pro Mithridatis potẽtia & principatu propugnauisset, captã à se, liberã dimiserit: Lysander autẽ tanto principatu spoliatã non modò miseratus nõ sit, sed & populi in repub. potestate exuerit, crudelissimisq́ & iniustis tyrrãnis subiecerit. Restat ergo uti cõsideremus, proxime'ne uero statuerimus, si plures res præclarè à Sylla gestas, pauciora esse Lysandri peccata pronunciemus: & huic continẽtię temperantiæq́, illi peritiæ militaris &

Bellica gloria.

Res contra quos gestæ.

Auxilia.

A B C

A litaris & fortitudinis primam laudem deferamus.

PLVTARCHI CIMON,

[illegible]

Augustano interprete.

Damonis Chæronēsis historia.

ERIPOLTAS uates cùm Opheltam regē, subditosq́ ei populos ex Thessalia in Bœotiam deduxisset, genus à se multis deinde tēporib. nobile reliquit: cuius maior pars Chæroneā, quam primam urbem electis barbaris tenuerūt, inhabitauit. Plerique eius generis cùm essent natura fortes atq; bellicosi, Medicis incursionib. & Gallicis certaminib. uitæ suæ non parcētes occubuerunt. Relictus fuit puer orbus parentib. Damō nomine, cognomēto Peripoltas, lōgè & corporis pulcritudine, & animi magnitudine suę ętatis adolescentib. pręstātior, cętera rudis, ingenioq; asper. [illegible]ius iam ex ephe-
B bis egressi amore Romanus qdā, cohortis præfectus, q[illegible]e tū fortè Chæroneæ hyemabat, correptus, cùm nihil alliciēdo donādoq; proficeret, haud obscurè uidebatur uim facturus: cùm quidem patriæ nostrę res ea tempestate essent afflictæ, eaq; ob paupertatē & exiguitatem contemneretur. Id metuens Damon, indigneq; attētatā pudiciciā ferens, insidias Romano struxit: & æqualium sedecim tantùm (quo faciliùs fallerēt pauci) adscitis, cùm noctu facies fuligine illeuissenr, meroq; abbibissent, prima luce in Romanū sacra in foro facientem impetum dederunt, ipsumq; cum paucis alijs trucidauerunt, atq; inde ex urbe abierūt. Orto tumultu, Chęronēsis senatus coijt, conspiratoresq; istos capitis damnauit: faciebat hoc ad ciuitatis apud Romanos excusationem. Vesperi principib. urbis unà pro more cœnantibus, Damon cum suis in Curiam irrupit, ijsq; cæsis rursum ex urbe profugit. Fortè tum ijsdē dieb. L. Lucullus cum exercitu cuiusdam rei agēdę causa pręterijt: inhibitoq; itinere cùm de recenti ista rediligēter inquisiuisset, ciuitatemq; nullius mali autorē, magisq; & ipsam unà iniuria affectam intellexisset, milites qui ibi agebāt hyberna secū abduxit. Damonē uerò latrocinijs agrū & incursionib. uastantē, legationib. uarijsq; decretis in urbē ciues reduxerunt, gymnasioq; præfecerunt: pòst
C unctū in balneo interfecerūt. Diu exinde spectra eo loco cùm uiderētur, gemitusq; exaudirētur, (uti à maiorib. nostris accepimus) fores balnei obstructæ sunt: & adhuc qui ad locū eum accedunt, uisa quędā, uocésq; terrificas ferri putant. Supersunt quidā Damonis genere nati, maximè iuxta Stirin in Phocide, Aeolicum morem imitantes: hos à fuligine, qua illitus Damon ad cędem Romanorū prorupit, Asbolumenos appellāt. Cæterùm Orchomenij uicini Chęronensibus, orta inter ciuitates controuersia, Romanum rabulam conduxerunt, qui totam Chæronensiū ciuitatē, tanq; unum aliquem hominē de cæde eorū qui à Damone fuerant trucidati postulauit: iudex fuit Macedoniæ prætor, quòd eo tempore nondum in Græciam Romani prætorem mittebant. Chæronensiū patronus Lucullum testem laudauit: eiq; cum scripsisset prętor, atq; is ueritati testimonium tulisset, absoluta est ciuitas, cùm quidem summò esset uersata in discrimine. Itaq; Chæronenses, quib. tum Lucullus salutē attulit, statuam ei lapideā in foro iuxta Bacchū posuerūt. Nos autem quāuis multis ætatib. posteriores, tamē id ad nos quoq; pertinere beneficiū rati, multo etiā

 pulcriorem

pulcriorẽ imaginẽ iudicãtes esse eam qua mores ingeniumq́;, quàm qua A
corpus & facies exprimitur, in hac clarissimorum uirorũ cõparatione Lu
culli res gestas uera narratione exponemus. Satis enim inest in memoria
gratiæ: pro uero autem testimonio falsam & cõmenticiam de se narratio-
nẽ ne ipse quidẽ sibi rependi uoluisset. Proinde ut eos qui pulcerrimas &
elegãtissimas formas depingũt, si quid illis adsit minus uenustũ, neq; o-
mittere planè uolumus, neq; exprimere exactiùs: quòd hoc turpẽ, illud
ꝓpositæ formæ dissimilẽ aspectũ esset prębiturũ. ita quãdo difficile est, i-
mò planè fieri nequit, ut hominis uita inculpata prorsus, atque ab omni
parte pura sit, in ijs quę laudem merẽt, est ueritas, tanq; similitudo, planè
exprimẽda: si quæ autẽ uitia & næui seu ex affectu aliquo, seu ciuili neces
sitate incurrerunt in ipsas actiones, existimare debemus, defectus potiùs
uirtutis esse, quàm nequiciæ uitia, atq; ideò nequaq; nimio studio aut o-
perosè in historia exagitare: sed quasi pudore humanæ naturæ moueri, q̃
nullũ præclarũ ingeniũ sincerũ, & perfectè uirtuti deditũ ꝓtulerit. Ac no
bis cogitantib. cui nã Lucullũ cõferremus, Cimonis in mentẽ uenit. Fuit
enim uterq; bellicosus, & reb. cõtra barbaros gestis illustris: uterq; in ciui
lib. reb. mãsuetus, & qui præsertim patriæ à seditionib. intestinis respirãdi B
facultatẽ daret: uterq; trophæa statuit, & uictorias retulit insignes. Nõ e-
nim inter Græcos Cimone, de Romanis Lucullo prior quispiã tam lõgè
bellũ gerẽdo ꝓgressus est: si quæ de Hercule & Baccho feruntur omitta-
mus, aut si qua de Persei apud Aethiopas, Medos, & Armenios, aut Iaso
nis reb. gestis fide digna iãinde à priscis tẽporib. ad nos memoria ꝓpaga-
ta sunt. Cõmune id etiã utriq; fuit, quòd bellũ nõ perfecerũt planè: frege
rũtq́;, nõ deleuerũt hostẽ. Maximè autẽ in cõuiuijs, & humaniter tractan
dis hominib. facilitas & liberalitas, uictusq́; ratio noua & laxa in utroq;
cõspicitur. Sed prætereamus cæteras similitudines, quas nõ est difficile i-
psa ex narratione colligere. Cimon Miltiadis F. matrem Hegesipylam
habuit, Thracię regis Olori filiam: ut in Archelai & Melanthij carminib.
in Cimonẽ scriptis traditur. Propterea Thucydides etiã historiarũ condi
tor, Cimonis cognatus, Olorũ patrẽ habuit, qui ad Olorũ regẽ ueluti ꝓ-
genitorẽ nomen referret: auriq; secturas in Thracia possedit, & in Scapte
Hyle (Thraciæ locus est, quasi effossam syluã diceres) necatus fertur: mo-
nimentũ uerò reliquiarũ eius in Atticã relatarũ inter Cimonea ostẽditur,
iuxta Elpinicæ, q̃ Cimonis soror fuit, sepulcrũ. Verùm is Alimusius fuit, si
curiam spectes: Miltiades Laciades. Enimuerò Miltiades quinquaginta C
dãnatus talẽtis, & dũ satisfaceret in uinculis habitus, in carcere perijt. Ci-
mon autẽ adolescẽtulus admodũ relictus cũ sorore sua Elpinica uirgine
adhuc & innupta, initio malè Athenis audiuit quòd incõpositæ uitæ, bi-
1 baxq́; esset, naturaq́; Cimonẽ auũ referret, cui ob stoliditatẽ Coalemi co-
gnomentũ fuerat inditũ. Stesimbrotus Thasius, qui ijsdẽ ferè quib. Cimõ
tẽporib. uixit, neq; in Musica eum, neq; ulla alia liberali disciplina, quę tũ
apud Græcos passim in usu erãt, institutũ fuisse affirmat: à facũdia etiã At
tica leporeq́; dicẽdi planè fuisse alienũ: indole fuisse admodũ generosa at
que aperta, animoq́; magis Pelopõnesio q̃ Attico, & (q̃d de Hercule Eu
ripides dicit.) *Vanus inepto ad res, ad maxima idoneo.*
hoc enim licet addere ijs, quæ Stesimbrotus scripsit. Iuuenis adhuc cre-
ditus est cũ sorore Elpinica rẽ habere. Fuit quidem ea (ut fertur) minimè
pudiciciæ temperans, ut quæ & Polygnotũ pictorẽ admiserit: atq; ob id
eum aiunt cùm Troianas mulieres in porticu, quæ nunc Pœcile à uarieta
2 te dicitur, olim Pisianactios, depingeret, Laodicen Elpinices forma ex-
pressisse.

Cimonis genus.

Pueritia.

Elpinice impudica.

A presisse. Is Polygnotus non artificio quæstum faciebat, neq; operam pingendæ porticui locauerat: sed gratis, liberalitatemq; suam urbi ostentandi causa: id quod & alij scriptores narrant, & ita Melanthius poeta:

Ipse suo sumptu diuorum templa, forumq;
Cecropium ornauit semideûm effigie.

Sunt qui non furtim Elpinicā cum Cimone, sed palàm contractis nuptijs 3
consuetudinem habuisse dicant, cùm ob paupertatem nullum sua nobilitate dignū inueniret maritum: cùm autem Callias, unus ex locupletibus Atheniensibus, amore eius captus accessisset, paratus mulctā Miltiadi irrogatam ærario publico pendere, & ipsam assensisse, & Cimonem eam Calliæ nuptum dedisse. Quanquā satis apparet amorib. mulierum planè obnoxium fuisse Cimonē. Melanthius enim poeta quadā elegia de ipso ludens, Asteriæ Salaminiæ, & Mnestræ cuiusdam, mulierū ab illo cultarū, meminit. Et id manifestum est, Isodicæ filiæ Euryptolemi, Megaclis F. legitimæ suæ uxoris mortem eum nimis quàm ægrè tulisse: si quidem ex elegijs, quæ consolandi luctus causa ad eum scriptæ sunt (Archelaum physicum earum autorem Panætius philosophus existimat, haud absurde sumpta à ratione tēporis coniectura) licet colligere. In cæteris ingenio fuit Cimon præstanti atq; generoso. Nam neq; audacia Miltiadi cedens, neq; sapientia Themistocli, utroq;, ut est in confesso, iustior fuit: cumq; ne minimum quidem ijs uirtute bellica inferior esset, dici uix potest quātum eos ciuili prudentia superauerit, iuuenis etiamnum, & bellorū rudis. Quo enim tempore Medis ingruentibus Themistocles populo persuasit, ut urbe regioneq; relicta, ante Salaminā arma in naues imponerent, naualiq; prœlio decertarent: cùm multitudo ad eius conatus magnitudinem obstupesceret, primus Cimon inspicientib. omnibus per Ceramicum hilari uultu cum socijs in arcem adscendit, frænum equestre manu gestans, dedicaturus id Mineruæ: quasi non iam equestri robore, sed classiarijs ciuitas indigeret. Consecrato fręno, unum de scutis quæ circum templum erant suspensa arripuit, uotisq; Mineruæ factis ad mare descendit: cùm quidem ea re haud paucos ad audendum excitasset. Forma corporis fuit non turpi, ut Ion perhibuit poeta, sed magnus, crispaq; & multa cæsarie caput exornatus. Cùm autem in certamine Salaminio fortiter se, præclareq; gessisset, statim apud ciues gloriam sibi parauit atq; fauorem, multiq; ad ipsum conuenientes hortabantur, ut iam nunc Marathone digna cogitaret, atq; ageret. Cùm itaq; ad rempub. se contulisset, magno ciuiū fauore exceptus est: qui satietate iam Themistoclis capti, ad summos eum honores atq; magistratus euexerunt, gratū multitudini idoneumq; propter māsuetudinem & simplicitatem. Haud minimum ad eam rem ei Aristides Lysimachi F. contulit: qui indolem ipsius ex morib. cōspicatus, tanq; aduersarium eum Themistoclis uehementiæ audaciæq; constituit. Medis ex Græcia fugatis, missus ipse dux copiarum naualium, cùm nondum penes Athenienses summa rerum esset, sed Pausaniam ij Lacedæmoniosq; adhuc sequerentur: in suo munere obeundo ciues semper & in ordine mirabili cōtinuit, & multo omnib. alijs alacritate priores habuit. Inde ubi Pausanias cum barbaris de proditione collocutus, ad regē literas dedit, socios autem asperè & superbè tractauit, multaq; per potestatē & fastum libidinosè fecit: Cimon eos qui essent iniuria affecti humaniter ad se recipiendo, clemēterq; cōuersando, sensim non armis, sed oratione & morib. suis Græciæ principatū ad sese traxit: plerique enim sociorū, Pausaniæ insolentiam fastumq; non ferentes, huic & Aristidi se coniungebāt.

B (margin, at "sumpta à ratione tēporis")

Forma.

C (margin, at "multiq; ad ipsum")

Acta bello Medico.

N 3 Hi simul

Hi ſimul & hos ad ſe recipiebant, & miſsis Spartam literis, ephoris indi- A
cabant, malè audire Spartā, perturbariq́ Greciā, ideò reuocandū eſſe do
mū Pauſaniā. Traditū eſt, à Pauſania Byzantiam quandā uirginē, Cleoni
cem nomine, nobilib. natam parentibus, ad ſtuprū accerſitā fuiſſe: paren-
tes neceſsitate & metu uictos eam tradidiſſe: uirginem exoratis cubiculi
cuſtodibus uti lumen extinguerēt, ſilentio per tenebras ad lectum Pauſa
niæ iam ſopiti acceſsiſſe, interq́ eundum in lucernā incidiſſe, caſuq́ eam
euertiſſe: Pauſaniam ſtrepitu excitatū, arrepto gladio, quaſi hoſte aliquo
irruente, uirginem ferijſſe: ipſam ex uulnere mortuam, nunquam deinde
Pauſanię non ademiſſe quietem, uerùm noctu ſubinde ei in ſomnis appa
ruiſſe iratam, atq́ hoc eum uerſu compellaſſe,

Vade ad ſupplicium: dat maxima damna libido.

Hoc facinus grauiſsimè ferentes ſocij, Cimone duce Byzātij Pauſaniam
obſederūt. Is Byzātio elapſus, perturbatusq́, ut aiunt, iſto uiſo, Heracleā
confugit ad oraculum quo manes euocantur: excitaq́ Cleonices anima,
eius iram placare intendit. Illa autē apparuit, dixitq́ fore ut mox ubi Spar
tam perueniſſet, à malis liberaretur: obſcurè nimiru exitum eius innuens.
Hæc à multis ſunt memoriæ prodita. Cimon autem, cùm ſe iam ſociæ ci- B
uitates ipſi adiunxiſſent, dux in Thraciā nauigauit: ibi audito Perſas quoſ
dam nobiles uiros, & regi iunctos ſanguine, Eiona urbem ad fluuiū Stry
monem tenere, uiciniſq́ inde Græcis eſſe moleſtos, ac primùm ipſos bar
baros prœlio uictos in urbem cōpulit: deinde Thracas, qui ſupra Strymo
nem habitabant, & barbaris inde cōmeatus ſubuehebatur, regione eie-
cit, totamq́ cuſtodiens ipſe, eo difficultatis obſeſſos Medos compulit, ut
Butes regius dux rebus deſperatis urbem incēderit, ſeq́ unà cum amicis
& opibus perdiderit. Hoc modo urbem cùm cepiſſet Cimō, quamuis ni-
hil admodum prædę nactus fuerit, pleriſq́ rebus unà cum hoſte incēdio
abſumptis, regionem tamen fertiliſsimā eam, pulcerrimamq́ Athenienſi
4 bus habendam dedit. Conceſſumq́ eſt ei à populo, ut lapideas Mercurij
ſtatuas ipſe poneret: quorum primæ hæc eſt inſcriptio:

Hi quoq; erant fortes, qui primi ad Strymonis undas
Fuderunt forti Medica ſigna manu,
Atq; fame obſeſſas ceperunt Eionis arces:
Lædendi autores ſcilicet hoſtis erant.

Secundæ hæc:

Pro tam præclaris meritis largitur honorem C
Hunc populus patrijs Cecropidum ducibus.
Cernentem hæc aliquem de poſteritate iuuabit
Ardua pro magna laude pericla ſequi.

Tertiæ ita habebat:

Hac olim bellatores ex urbe Meneſtheus
Ad Troiam Atridis duxit in auxilium.
Gnarum præ reliquis quem cantat Homerus Achiuis
Compoſitis acies inſtruere ordinibus.
Illo Cecropydas iuſtum eſt ſe nomine ferre:
Se pugnæ præbent, ordinibusq; duces.

Quæ omnia tametſi nuſquā Cimonis nomen proferunt, tamen eius æta-
tis hominib. uidebantur immenſi eſſe honoris: nihil enim neq́ Themiſto
cli tale, neq́ Miltiadi contigit. Et huic quidem frondeam coronā petenti
Sochares Decelenſis media ex concione aſſurgēs contradixit, ingratam
quidem, ſed tamen populo tum temporis probatam uocem edens: Quā
do, inquit, ô Miltiades ſolus ipſe pugnaueris ac barbaros uiceris, tum &
ſolus

A ſolus honorem pete. Quid ergo cauſæ fuit, quòd Cimonis factum hoc
tanti fecerunt? an quia reliquis ducibus id modò conſecuti ſunt, ut de-
pulſis hoſtibus nihil mali acciperẽt: ſub Cimone ipſos etiã hoſtes infeſta-
uerunt expeditione in eos facta? & terrã occupauerunt, deductis Eionẽ
& Amphipolim colonijs. Scyrũ quoq; colonia ducta eſt: cùm eam hac oc- *Scyro recepta Cimon reliquias Theſei refert.*
caſione Cimon cepiſſet. Habitabant in ea inſula Dolopes, agriculturæ pa
rum dediti, ſed qui iam inde ab initio maritima latrocinia exercere adſue-
ti, ad extremum ne ab hoſpitibus ꝗdem uim abſtinerent: & ita Theſſalos
quoſdã negociatores cùm ij apud Cteſiũ naues ſubduxiſſent, ſpoliatos in
uincula cõiecerãt. Hi cùm effugiſſent, Scyriosq; apud Amphictyones in
ius uocaſſent, cauſamq; ſuã obtinuiſſent: cùm multitudo nollet ad perſol
uendã, q̃ rapta fuerat, pecuniã cõferre, ſed eos ꝗ diripuiſſent atq; tenerẽt,
reddere iuberet, hi ſibi metuẽtes, Cimonẽ miſsis literis iuſſerunt cũ nauib.
uenire, accepturum ipſis tradẽtibus Scyrum in ſuam poteſtatem. Cimon
hoc modo inſula potitus, Dolopas eiecit, Aegeumq; mare prædonibus
liberauit. Audierat etiã Priſcum illum Theſeum Aegei F. Athenis profu
gum in ea inſula dolo Lycomedis regis ſibi ab eo metuentis perijſſe: eius
B ſepulcrum inuenire cupiebat. Erat enim oraculo Athenienſib. mandatũ,
ut Theſei reliquias in urbem reportarent, Heroicisq; honoribus colerẽt:
uerùm eæ ubi ſitæ eſſent, ignorabatur, Scyrijs diſsimulantib. neq; inqui-
rẽdi facultatẽ concedẽtibus. Tunc igitur ægrè & magno ſtudio inuẽto lo
culo, oſſa Cimon in ſuam triremem impoſuit, magnificeq; ornata Athe-
nas reportauit, quadringenteſimo ferè poſtq̃ Theſeus Athenis fugerat
anno. Hoc illi maximũ populi fauorẽ cõciliauit. Itaq; & memoriæ cauſa
iudex in nobili illo tragœdorum certamine conſtitutus eſt. Cùm enĩ pri- *Sophoclis & Aeſchyli certamẽ*
mam fabulã Sophocles iuuenis adhuc doceret, orto inter ſpectatores diſ-
ſidio & rixa, princeps ciuitatis Aphepſion, certaminis eius nullos delegit
arbitros: ſed Cimonẽ unà cum collegis in theatrũ ꝓgreſſum, cùm is Deo
ritè libaſſet, retinuit, iuramentoq; adactos coegit cõſidere, atq; iudicare.
erant autẽ decẽ uiri, unus ex quauis tribu. Fuit id certamẽ uel ꝓpter iudi-
cum autoritatẽ ardẽtius. Viciſſe Sophoclẽ tradit: Aeſchylumq; ægerrimè
id tuliſſe, pauloq; pòſt irato animo in Siciliã cõceſſiſſe, ubi & mortuus, &
iuxta Gelam ſepultus eſt. Ion ſe cùm adoleſcẽs admodũ ex Chio Athenas
ueniſſet, cœnauiſſe apud Laomedontem cum Cimone ait: iuſſumq; hunc *Cimonis Muſica.*
C peractis libationib. canere, præſtitiſſe id non ineleganter: eamq; ob rem
Themiſtocli ab ijs qui aderãt antelatũ. Is enĩ nõ ſe canere, aut ludere fidib.
didiciſſe aiebat, ſed urbis ad magnitudinẽ & diuitias euehẽdi artẽ callere.
Exinde, ut inter pocula fieri aſſolet, deducto ad res Cimonis geſtas ſer-
mone, maximisq; earũ cõmemoratis, unũ ait ab ipſo ſuorũ ſtratagematũ
recitatũ, ꝙ prudentiſsimũ ipſe iudicaret. Socios, cum à Seſto & Byzantio *Stratagema.*
multos barbaros cepiſſent, partitionẽ ſibi cõmiſiſſe. Tum ſe ab una parte
captiuis, ab altera ueſtibus & inſtrumento omni eorũ poſito, cùm iniquè
in diuiſione uerſatus diceretur, optionem ſocijs dediſſe utram ipſi uellent
partẽ eligendi: reliqua Athenienſes cõtentos futuros pollicitũ ab Hero-
phyto Samio ſocijs perſuaſum, uti Perſarum potiùs bona q̃ corpora acci
perẽt: atq; ita diſceſſum eſſe, cùm ꝗdẽ ipſe riſui haberet, ꝙ ineptè ꝓ dã par-
titus eſſet: nẽpe ſocijs armillas aureas, & torques, & cãdyas, & purpuras
auferẽtibus, cùm Athenienſes nuda corpora, eaq; malè ad laborẽ inſtituta
acciperẽt. Paulo pòſt captiuorũ amicos & ꝓpinquos ex Phrygia & Lydia
aduentãtes, ſingulos captiuorũ magna redemiſſe pecunia, ita ut quatuor
mẽſiũ ſtipẽdia in claſſem inde nactus, ac pterea ex ea pecunia multũ auri

in ærarium sit relatum. Auctus iam opibus Cimon, quæ re bellica præclarè parauerat, honestiùs in ciues impēdit. Nam & sæpes agrorum suorum sustulit, ut & hospites & ex ciuibus qui opus haberent fructibus eorū impunè possent frui: cœnā etiam domi suæ, frugalem eam, sed multis tamen sufficientem apparabat, ut quicunq; pauperum uellet, eam adiret, alimentaq; nullo labore parta habens, tantum publicis uacaret negocijs. Aristo- A

Liberalitas.

5 teles non omnibus Atheniensibus, sed curialibus suis Laciadis, quicunq; ex ijs uti uellent, cœnam eum parasse scribit. Comitabanť Cimonem assiduò quidam familiares adolescētes: ij si quis senior ex ciuibus Cimonem compellaret malis uestibus indutus, cum eo uestimenta mutabant. Videbaturq; ea res habere haud parum splendoris. Iidem adolescentes multū secum pecuniæ ferentes, pauperibus in foro, si quos ope digniores uidebant, occultè nummos in manus immittebant. Quarum rerum uidetur in Archilochis mentionem fecisse Cratinus comicus ita scribens:

Et ipse ego scriba Metrobius optauerim
Diuino, & hospitali apprimè cum uiro
Primoq; Græcorum omnigenis uirtutibus
Senium Cimone exigere suauiter meum,
Conuiuijsq; ætatem terere: at hunc prius B
Fatum abstulit. ——

Porrò Gorgias Leontinus Cimonem diuitias parauisse ut eis uteretur, usum aūt ut in honore haberetur asseruit. Critias autem, qui de triginta tyrannis unus fuit, in elegis suis sibi optat

Diuitias Scopadum, donandi animumq; Cimonis,
Agesilaë etiam parta trophæa tibi.

6 Licham quidē Spartanū nulla alia re inter Græcos celebre nomen adeptū nouimus, quàm q peregrinos ludis gymnicis hospitio acceperit. Cimonis uerò liberalitas etiā priscā illam Atheniēsium hospitalitatē humanitatemq; superauit. Ii em, (q̄d nō immeritò gloriæ sibi ducūt Athenæ) & semen frumēti inter Græcos uulgarūt, & fontanarū aquarū, ignisq; accendendi cōmunitatē opus habentib. demonstrarunt. At iste domū suam ciuibus Prytanei instar cōmunicādo, in prædijs omniū fructum primitias, & quæcunq; anni tempestates secū cōmoda ferunt, utenda & accipienda omnibus hospitibus præbendo, fabulosā illam quæ Saturni fuerit temporibus omniū rerum cōmunionē quodāmodo reduxit. Quòd si qui hęc adulationem esse, & auræ popularis captationem calumniati sunt, facilè C eos reliquum uitæ institutum eius uiri redarguit, optimatiū partibus studentis, & Laconicū morem tenentis: quando is & Themistocli populi in repub. potestatem ultrà quàm conueniret extollenti, unà cum Aristida se opposuit: & posteà Ephialti, in gratiā populi Areopagiticū senatū tollere aggresso aduersarius fuit. Cùm uerò quæstu ex bonis publicis reliquos excepto Aristida & Ephialte omnes corruptos uideret, ipse ad finē usq; in repub. tractanda à muneribus capiendis sibi cauit, omniaq; cōtinenter gratis & integrè egit atq; dixit. Rœsacem quendam barbarum qui à rege defecisset, perhibent cum magna pecunia Athenas peruenisse: hunc à sycophantis uexatum, ad Cimonem confugisse, atq; apud fores duas pateras deposuisse, unam argēteis plenam Daricis, aureis alterā: Cimonē his uisis subrisisse, quęsiuisseq; ex eo Cimonémne mercede conductum an amicū habere mallet: cùm is amicū respōdisset: Ista ergo, dixisse, aufer tecū: cōtracta enī amicicia, utar ijs ubi opus fuerit. Cùm socij tributa qdem penderēt, naues aūt uirosq; non ut fuerat cōstitutum præberent: sed fessi iam militiæ, neq; iam bello opus esse, sed agricultura uitaq; quieta putarent,

Integritas Cimonis, & optimatum studiū.

(quippe

A (quippe iam summotis, nihilq́ molestiæ offerentibus barbaris) ideoq́ & naues non instruerent, neq́ militem mitterent. cæteri Atheniensium duces ad præstanda ea ipsos adigebant, ac qui non satisfecissent, eos in ius trahendo ac puniendo molestũ socijs imperium suum reddebant. Cimon diuersam uiam in suo obeundo munere ingressus, nulli Græcorum uim facere: pecuniã ab ijs, quos militiæ pigebat, accipere, nauesq́ hominum uacuas: eos ita ocio oblectari, suisq́ rebus intẽtos agricolas fieri & quæstui deditos homines pro bellatoribus effici per luxum & uæcordiam sinere. Ipse Athenienses alios subinde atque alios in classem cõscribere, paruoq́ temporis spacio exercitatós, sociorum dominos, quorum stipendijs alebantur, efficere. quippe ij adsiduè nauigantes, & arma tractantes illos, ipsorumq́ sumptu ad rem militarem utentes metuere & adulari adsuefacti, non animaduertebant paulatim se de socijs stipendiarios & seruos redigi. Et uerò nemo quisquam regis Persarum perinde atque Cimon spiritus fregit atq́ retudit. Non enim missum eum fecit, postquam est is Græcia expulsus: sed insecutus e uestigiò barbaros, antequam ij respirare & se colligere possent, quædam Asiæ loca uastauit atq́ diripuit, quædã ad defectionem à barbaris ad Græcos pertraxit: ita quidem, ut uniuersam ab Ionia ad Pamphyliam usque Asiam armis Persarum liberauerit. Vt renunciatum porrò est ei, regis duces magno cum exercitu multisq́ nauibus stationem apud Pamphyliam tenere: ut per metũ eos omni quod est intra Chelidonias insulas mari excluderet, à Cnido & Triopio cum ducentis triremibus profectus est. Erant hæ ad celeritatem confligendi, & ut circumagi possent à Themistocle optimè paratæ. Sed tum Cimon eas & latiores effecit, & trãsitus per tabulata parauit, ut multis instructæ classiarijs maiorem in pugna uim haberent. Proinde ad urbem Phaselin aduectus, quæ cùm Græca esset, classem tamen recipere, aut à barbaris desciscere nolebat, agrum uastauit, muros oppugnauit. Erant in classe Cimonis Chij, quibus antiquitus cum Phaselitis intercedebat amicicia. Ii modò Cimonem mitigando, modò sagittis affixos libellos in urbem traijciendo, tantum effecerunt, ut Phaselitæ decem talentis persolutis Cimoni, ei se in militia contra babaros auxiliarios adiungerent atq́ sequerentur. Regiæ classis præfectum Ephorus Tithrausten nominat, terrestrium copiarum Pherendatem. Callisthenes tradit, Ariomandem Gobryæ F. summæ rerum præfectum naues in statione apud Eurymedontem fluuium tenuisse, nil minus quàm pugnare cum Græcis cupientem, sed Phœnicias naues octoginta à Cypro aduentantes expectantem. Hisce ut anteuerteret Cimon, in altum prouectus est, certus animi uim inferre hosti, si is nauale prœlium subterfugisset. Barbari primùm ne uim paterentur, intra fluuium sese receperunt: Atheniensibus autem ingruentibus, ita demum contrà prouecti sunt, nauibus (ut Phanodemus autor est) sexcentis: Ephorus CCCL. scribit. Nihil tantis dignum copijs barbari nauali eo certamine egerunt: statim ad terram reuersi, primi eorum nauibus exilierunt, & pedestribus se copijs iuxta instructis permiscuerunt: quibus effugere non contigit, ij unà cum nauibus perierunt. Satisque manifestum est, permultas barbarorum naues instructas fuisse: quando multis haud dubiè elapsis, multis perfractis, ducentæ tamen captæ ab Atheniensibus sunt. Pedestrib. aũt copijs ad mare descendẽtibus, magni quidem laboris opus uidebatur Cimoni, ui egressum in terrã parare, Græcosq́ defessos cum integris lõgeq́ superiorib. numero hostib. cõmittere: cernẽs tamẽ suorũ animos uictoria elatos alacresq́ ad cõgrediendũ cum barbaris,

Res in Asia gestæ.

B

C

Cimonis ad Eurymedontem uictoria.

barbaris, exposuit grauis armaturæ milites. Hi etiamnum à nauali prœlio A
calentes, cum uociferatione in hostē impetum fecerunt. Persis eos subsistētibus, atq; haud segniter repugnātibus, acris pugna extitit: & ab Atheniensibus præstantes quidam summæq; dignitatis uiri ceciderunt. Fusis multo certamine barbaris, magna deinde eorum cædes fuit: captaq; sunt cum ipsis hostib. castra, omnis generis opū referta. Cimon uerò, uti athleta præstans, duab. uno die potitus uictorijs, superatoq; nauali pugna Salaminio, terrestri Plataico facinore, certamen aliud quasi additamentum uictorijs & trophæum quærens subijt. Octoginta enim (quarū suprà est mentio facta) Phœnicias naues, quæ pugnæ nō interfuerant, audiens Hydrum appulisse, celeriter eò cum classe nauigauit. Nihil dū certi de maioribus suorū ducum copijs ij compererant, uerùm diffidebant adhuc, animosq; expectatione suspensos habebant. quo magis perterriti, & naues omnes amiserunt, & eorū maior pars unà perierunt. Id factum regis animum ita deiecit, ut nobilem illam pacis conditionē acceperit, uti semper equi curriculo à Græco mari abstineret, intra Cyaneas & Chelidonias insulas naui longa & ærata ne nauigaret. Callisthenes quidem non hoc pactum esse regem scribit, sed ita clade accepta perterritum fuisse, ut hoc faceret: adeoq; procul à Græcia se continuisse, ut quinquaginta nauib. Pericles, triginta Ephialtes ultra Chelidonias prouecti, nullam sibi obuiam classem barbaricam habuerint. In decretis tamen quæ Craterus cōgessit, tanq; fœderum exemplaria, ea quoq; conditio tanq; conuenta ponitur. Ferunt etiam propterea aram Pacis ab Atheniensib. positam, summosq; Calliæ, qui legatus pacificationi præfuit, honores habitos. Præda diuendita, magna pecuniæ uis populo parta, & ex ea murus arcis qui meridiem spectat ędificatus est. Longorum etiam murorū (quos crura ijdem appellant) structura posteriorib. quamuis temporib. fuerit perfecta, primùm tamen tum fundamenta iacta sunt: quę in locos palustres & humectos cùm incidissent, Cimon glarea multa, grauibusq; saxis in paludes iniectis, ea corroborauit, sumptusq; ipse præbuit. Primus etiam liberalibus (uti uocabantur) & amœnis locis, in quæ se animi causa reciperenr ciues, urbem exornauit, quę paulo pòst mirū in modum grata fuerunt. Nam & forum platanis conseuit: & Academiam ex squalida & aquis carente, irriguum lucum effecit, apertis ad cursum spacijs & opacis deambulationib. adornatum. Cùm Persarum quidam Cherroneso decedere nollent, sed C
Thraces suprà accolentes sibi adsciscerent, spreto Cimone, qui cum perpaucis triremibus Athenis soluerat: facto in eos impetu, quatuor suis nauibus tredecim ipsorum naues cepit, eiectisq; Persis, & superatis Thracibus, totam Cherronesum Atheniensium ditionis fecit. Inde Thasios, qui ab Atheniensib. defecerant, nauali pugna uicit, captis trib. & triginta ho-
7 stiū nauibus: urbē expugnauit, auriq; metalla quæ ij in opposita cōtinente possederant, Atheniensib. propria reddidit, agrumq; Thasiis ademit. Inde cùm facile in Macedoniam irrumpere, agrumq; sibi uendicare posset, quia id facere nolebat, culpatus est à rege Alexādro donis acceptis ita egisse: coitioneq; inimicorū facta, in ius pertractus est. Apud iudices causam suam agens, Non Ionib. inquit, neq; Thessalis diuitib. patrocinor, id quod alij faciunt, ut ab ijs colantur muneribusq; afficiantur: sed Macedonibus, imitans eorum diligensq; frugalitatem & temperantiam, quæ ego ante omnes diuitias pono: lætorq; tamen, q; hostilibus bonis urbem ditauerim. Stesimbrotus ubi huius iudicij meminit, Elpinicem ait deprecatum pro fratre ad Periclem (is enim erat accusatorū uehementissimus) accessisse:

Pacis cum rege conditiones. B

Vrbs à Cimone munita & ornata.

Cherronesum capit.

Causam dicit.

A accessisse: eumq́ subridentē respōdisse, Vetula iam es ô Elpínice, & proue ctiori ætate, quàm ut huiusmodi res cōficere posśis. ueruntamen in iudicio eum in Cimonē fuisse benignisśimum, semelq́ tātùm, ut accusatione si bi mandata defungeretur, surrexisse. Eo in iudicio Cimon absolutus est. Quod ad res ciuiles ab eo tractatas præterea attinet, præsens quidē superabat, cōpescebatq́ populū in optimates insurgentē, summāq́ rerū ad se se trahentem. Postq́ rursum dux factus ab urbe soluit, multitudo absolutam nacta licentiā, ordinem reip. institutionesq́ maiorū, quib. Ephialte rerum potiēte usi fuerāt, euertit, omniaq́ paucis exceptis iudicia Areopago ademit, sibiq́ ius cognoscendarū causarum arrogās, urbem sub immodicū populi imperium redegit: iam tum Pericle potentiā adepto, multitudinisq́ reb. fauente. Itaq́ ut Cimō Athenas reuersus indignè tulit circūscriptā esse senatus dignitatē, conatusq́ est rursus eò iudicia reuocare, optimatūq́ in rep. potestatē, cuius autor Clisthenes fuerat, reducere: inimici facta coitione eum clamorib. oppresserūt, populiq́ aduersus ipsum animos iritauerunt: crimē uitiata sororis renouādo, Laconismumq́ obijciendo. Et feruntur triti Eupolidis de Cimone hi uersus: *Crimina Cimoni obiecta.*

B *Malus haud erat: sed negligens, bibaxq́ erat:*
Aliquando dormitauit & Lacedæmone,
Solam relinquens Elpinicen hic suam.

Equidē si socors ille, ebriosusq́ tot urbes cepit, tot uictorias reportauit: utiq́ sobrius & attentus rebus si fuisset, nemo reb. gestis eum neq́ priorū neq́ posteriorum Græcorum antecelluisset. Fuit autem iā inde ab initio Lacedemoniorum studiosus. Et narrat Stesimbrotus, duob. eum gemellis sibi ex Clitoria uxore natis, alteri Lacedæmonio, Eleo alteri nomen posuisse: ideoq́ ijs Periclē sæpe maternum genus exprobrauisse. Diodorus periegetes & hos, & tertium nomine Thessalū, ex Isodica Cimoni natos filia Euryptolemi, Megaclis nepte. Euectus autem est Cimon opera Lacedæmoniorum iam tum Themistoclē oppugnantiū, cupientiūq́ ut is iuuenis in urbe præualeret. Fuitq́ id initiò gratū Atheniensib. beneuolētiæ Spartanorū erga ipsū haud exiguos fructus percipientibus. Cùm em̄ prima incrementa adhuc facerent, sociorumq́ rebus intenti essent, honores & gratiā Cimonis ægrè non ferebāt: nam per eum pleraq́ res Græcæ agebantur, cùm ipsius cōsuetudo & apud socios mansueta, & Lacedęmonijs
C grata esset. Aucti iam opibus, cùm Cimonē haud obscurè Spartanis addictum cernerent, molestē id tulerūt. Pasśim enim Spartanorū laudes corā Atheniensib. prædicabat, & præcipuè (ut ait Stesimbrotus) sicubi eos reprehēderet, aut cohortaretur, dicere solebat: At uerò Lacedæmonij non tales sese gerunt. ea re in offensas inuidiāq́ ciuium incurrit. Quæ uerò maximè omnium eum presśit calumnia, huiusmodi habuit originē. Archidamo Zeuxidami F. quartum Spartę annum regnante, terręmotu (quo non maior ullus superiorib. temporib. accidisse memoratur) Laconica concussa, multos hiatus accepit, Taygetoq́ tremefacto, quidā eius uertices abrupti deciderāt: ipsam urbem, quinq́ exceptis domibus terræ motus deiecerat. In media porticu cùm simul ephebi & impuberes exercerentur, paulò ante terræmotum (ita enim fertur) lepus prætercurrit: eum adolescentuli ut erant uncti cum per iocum insequerentur, interim in puberes gymnasium incidit, omnesq́ oppresśit. Sepulcrum eorū hodie etiam à terręmotu Sismatię nomen habet. Ibi tum Archidamus celeriter conspicatus quod urbi immineret periculū, uidesq́ in eo ciues esse, ut pretiosisśimas quasq́ res ex ędium ruinis eruerent, tuba signum dare quasi irruerent *Terræmotus Laconicus.*

rent hostes iussit, ut quàm primùm ciues ad ipsum armati conuenirent. Id A unum eo tempore Spartæ salutem attulit. Rustici enim undiq; ex agris cõcurrerant, ut qui à terræmotu superstites essent Spartanos opprimerẽt: ubi eos in armis esse, & stare in acie uiderũt, in oppida sua recesserunt, bel lumq; apertè fecerunt, multis ad eius societatẽ uicinorum pertractis, & Messenijs unà etiam Lacedæmonios inuadẽtibus. Eam ob rem Spartani Periclidã Athenas petitum auxiliũ mittunt, quem Comicè exagitans Aristophanes ait pallentem in ueste puniceа, inq; ara sedentem auxiliũ postu lasse. Ephialte autem repugnante, obtestanteq; ne ijs succurrerent Athenienses, neq; urbem Athenis æmulam erigerent, sed iacere eam, fastumq; Spartanum calcari sinerent: Cimonem ait Critias patriæ incremento utilitate Lacedæmoniorũ posthabito, populo diuersum persuasisse, multisq; cum armatis ad opem ferendam exiuisse. Ion sermonem etiam commemorat, quo maximè Athenienses permouerit: hortatum enim esse, ne uel Græciam mutilari paterentur, uel urbem quæ unà cum Atheniensibus iugum sustinuisset & pro Greciæ salute laborasset, negligerent. Cùm autem suppetias Lacedęmonijs ferens per agrum Corinthiũ iter faceret, Lachartus eum reprehendit, quòd Corinthum cum exercitu intrasset, nõ com- B pellatis ea de re priùs ciuibus: moris enim esse, ut qui alienum ostium pulsarent, non antè, quàm dominus ædium iuberet, introirent. Cui Cimon: Enimuerò, inquit, Lacharte uos Cleonas & Megara foribus non pulsatis, sed perruptis, arma intulistis, omnia ijs qui plus possunt aperta esse debere rati. Ita haud alieno tempore cùm Corinthium libero & graui sermone redarguisset, cum copijs transiuit. Rursum deinde Lacedæmonij contra Helotas & Messenios, qui Ithomæ erant, auxilium Atheniensiũ petierũt: atq; cùm ij uenissent, audaciã eorum & armorum splendorem suspectam habuere, solósque omnium auxiliariorum tanquam nouis rebus intentos à se remiserunt. Irato animo domum reuersi sunt Athenieñes, palamq; ijs quos Lacedæmonijs fauere scirent infensi, Cimonẽ leui occasione oblata decennali exilio (id enim est exostracismus) puniuerunt. Interea temporis cùm Lacedæmonij Delphos à Phocensibus liberatum profecti, ad Tanagram castra fecissent, & Athenienses obuiã ijs pugnandi causa iuissent, Cimõ armatus ad hos peruenit, ciues suos in ulciscendis Lacedæmonijs adiuturus, atq; inter tribules suos Oeneïdas constitit. Verùm quingentiuiri cùm id percepissent, inimicorumq; sermonibus qui eum aciei C perturbãdæ, urbiq; Lacedæmonios inducendi causa adesse uociferabantur, adducti malè de eo iudicarent, mandauerunt ducibus, ne Cimonẽ in aciem reciperẽt. Ita repulsus abijt, cohortatus tamen antè Euthippũ Anaphlystium, reliquosq; sociorum qui animis ad Spartanos inclinare putabantur, ut fortiter in hostem pugnarent, & de hoc crimine ipso facto ciuibus suis sese purgarent. Illi armatura Cimonis ad se recepta, in centuriam cõpositi acerrimè cõtra hostem prœliati, omnes ceciderunt, centũ numero: magnumq; suis desideriũ, & pœnitentiã iniustè obiectorũ criminum reliquerunt. Vnde factum est, ut cõtra Cimonem quoq; ira non esset diuturna, cùm (ut par erat) meritorũ eius recordãtibus, tum temporis rationẽ habentibus. Victi eñ ad Tanagrã magno prœlio & primo uere exercitũ ex Pelopõneso hostilẽ adfuturũ existimãtes, Cimonẽ ab exilio reuocarũt: idq; de eius reditu decretũ Pericles scripsit. adeò tum ciuiles discordiæ, animiq; erant moderati, & publicæ utilitatis causa placabiles: ac quæ omnibus est superior affectib. ambitio patriæ bonis cõcedebat. Cimõ in patriã reuersus, statim cõposuit bellum, urbesq; inter se in gratiã reposuit.

Pace

Cimon Lacedæmonijs opitulatur.

Ostracismo eijcitur urbe.

Reuocatur.

A pace facta, cùm cerneret Athenienses quiescere non posse, sed opes incrementaque belligerando expetere: ne Græcis ij molesti essent, aut multis nauib. circa insulas aut Peloponnesum uagantes, occasiones intestini socialis'ue belli contra urbem præberent, ducentas triremes instruxit, rursus in Cyprum Aegyptumque classem ducturus: ut simul & in certaminib. contra barbaros exerceret Athenienses, & iustè partas ij ex hostibus natura comparatis diuitias in Græciã referrent. Paratis iam omnibus, exercituque ad naues congregato, insomnium Cimoni tale apparuit. canis irata ipsum allatrare uisa est, & uocẽ inde ex humana & canino latratu confusam edere in hæc uerba, *Pacem constituit.* *Ostenta.*

Vade, mihique, meis catulisque, futurus amicus.

Cùm in dubio esset, quidnam hoc sibi uellet, Astyphilus Posidoniates diuinus homo, & Cimonis familiaris, mortem ei prædici asseruit, hoc usus argumento: Canis homini, quem allatrat, inimicus est: inimico autem nemo charus aut amicus est, nisi si moritur: porrò mixta uox, Medũ hostem designat, cuius copiæ ex Græcis & barbaris mixtæ sunt. Post hoc insomnium cùm Baccho sacrificaret, ac augur hostiã iugulasset, sanguinẽ iam
B concretum formicarum agmen paulatim ad Cimonem detulit, & pollici pedis eius illeuit. diu id nemo sensit: tandem & Cimon animum aduertit, & aruspex iecur attulit, capite carens. Nihilo minus Cimon (non enim erat expeditionem institutam subterfugere) cum classe abijt: missisque Aegyptum uersus sexaginta nauibus, reliquis ipse usus regiam classem ex nauibus Phœnicijs & Cilicijs constantem prœlio nauali superauit, urbesque in ora maritima circumuectus recepit, rebusque Aegyptijs animum intendit. Nihil enim humile animo agitabat, sed totius Persici regni euersionẽ: maximè ad hoc instigatus, cùm Themistoclem à barbaris susceptum in magna ibi esse gloria & potestate audiret, eumque pollicitum regi bellum contra Græcos molienti ducem se futurum. Eamque sanè ferunt haud minimam Themistocli, cur mortem sibi consciscceret, causam fuisse, quòd de rebus Græcis desperasset, intelligens nequaquam se Cimonis felicitate et uirtute superiorẽ futurum. Sed Cimon cùm magnorum certaminũ principia fecisset, classem apud Cyprum tenens, ad Ammonem misit, qui occulta quapiam de re oraculum peterent. Neque eñ cuiquam constat, cuius rei gratia Deum consuluerit: neque oraculum ei est redditum, sed qui sci-
C scitatum uenerant, eos statim abire Deus iussit, quòd iam ipsum Cimonem secum esse diceret. Illi his auditis cùm ad mare redijssent, ut peruenerunt ad Græcorum castra quæ tum in Aegypto erant, Cimonem fato defunctum perceperũt: numeroque dierum supputato ad id tempus, quo ipsi oraculum consuluerant, depræhenderũt obliquè Cimonis mortem fuisse indicatam, qui iam ad Deos concessisset. Mortuus est autem Cimon ex morbo, in obsidione Citij, ut plerique perhibent. quidam aiunt ex uulnere, quod pugnans contra barbaros accepisset, obijsse. Moriens suos iussit statim in patriam cum classe redire, occultato ipsius obitu: atque ita factum est, ut Cimon mortem eius & hostibus & socijs ignorantibus, incolumes suos in patriam reduxerit trigesimo quàm mortuus fuerat die, uti Phanodemus scribit. Post mortem Cimonis nemo quisquam Græcorum ducum quicquam contra barbaros insignis facinoris edidit: sed ad intestina bella ab oratoribus pertracti, interque se commissi, nemine lites dirimente, respirandi facultatem Persarũ regi cõcedentes Græcorum uires ipsi ultra quàm uerbis efferri possit attriuerũt. Longo pòst tempore Agesilaus exercitum in Asiam traiecit, bellumque breue ducibus in ora *Mors Cimonis.*

O mari-

maritima regijs fecit:nullaq; magna aut insigni ibi re gesta, rursum alio ab A initio ortis inter Grecos seditionibus retractus, abijt, exactores stipēdiorum Persicos in confœderatis & socijs urbibus relinquens: cùm quidem duce Cimone ne tabellarius quidem Persicus ibi fuisset conspectus, neq; equus intra quadringentesimum stadium ad mare uenisset. Reliquias Cimonis in Atticam fuisse reportatas, monumenta docent, quæ etiamnum Cimonea dicuntur. Honorant & Citienses quoddam Cimonis sepulcrū, ut Nausicrates rhetor ait: quòd fame & sterilitate laborātibus oraculum præcipisset uti non negligerent Cimonem, sed numinis instar alicuius colerent atq; uenerarentur.

Monumenta.

PLVTARCHI LVCVLLVS,

[illegible]

Augustano interprete.

LVCVLLI auus uir consularis fuit, auunculus Metellus Numidicus. Pater repetundarum damnatus est: mater Cæcilia infamis fuit ob suspicionem uiolatæ pudiciciæ. Ipse Lucullus adolescens etiamnum, priusquàm rempublicam attingeret, ullamúe dignitatem ambiret, B

Genus, & in patrem pietas.

1 nihil antiquius habuit, quàm Seruilium Augurem patris sui accusatorem publico crimine accusaret: idq; factum Romani præclarum existimarunt, inq; omnium ore fuit. Et alioquin etiā absq; priuata occasione haud uitio dabatur accusandi munus: uolebantq; plane Romani adolescentes ijs qui deliquissent, ut catuli generosi solent feris, infestos esse. Causa illa magna contentione acta, ita ut quidam sauciarētur, aliqui occiderentur, euasit tamen Seruilius. Lucullus magnā utriusq; sermonis facultatem sibi parauit: ita ut & Sylla rerum suarum commentarios ei inscripserit, tanq; rectiùs composituro historiam. Non enim ad usum tantùm orationē paratam meditatamq; accuratè habebat: sicuti aliorum facundia forum,

Facundia eius.

2 *Thymus uelut perturbat impetu fretum,*

concitabat, extra forum erat, *Exucca, inelegantiaq; emortua:*

sed à puero liberali etiam, quam uocamus, & accuratę se disciplinę pulcritudine rei ductus dediderat. Aetate prouectior, post obita uaria certamina totum se ocio philosophico dedit, inq; contemplationibus rerum acquieuit, tempestiuè animi ardorem reprimens, ex contentione cum Pompeio natum. Additur & hoc de eruditione eius, iuuenē adhuc cum Hortensio causidico, Sisennaq; historico per iocum primùm, seriò deinde contendisse ac professum, seu oratione seu carmine Latino Græcoúe, utrum sors tulisset, bellum sese Marsicum descripturum. uidetur orationē Græcam sortitus fuisse: extat enim adhuc Græca eius belli historia. Cùm multa certissima eius in fratrem Marcum beneuolentię signa, tum id primo loco Romani commemorant, quòd adultior eo, noluit tamen magistratum solus ambire, sed expectato tempore dum id fratri etiam per leges liceret, itaq; populū sui studiosum effecit, ut cum eo, absens ipse ædilis crearetur. Bello Marsico iuuenis audacter multa prudenterq; egit: grauitatem tamē eius magis, mansuetudinemq; amplexus Sylla, eiusq; opera nunquam non est arduis in rebus usus: sicut etiam in cudendo nomismate. Maximam enim eius nomismatis partem, quod ad bellum Mithridaticum est in Peloponneso factum, Lucullus signauit, ab eoq; est Lucullcum dictum: & propter uarios in bello usus subinde cum alijs atque C

A aliis rebus Sylla præfecit. Cum Atheniensi agro capto terra potiretur, com meatu aūt ab hostibus, qui mare classi obtinebant, intercluderetur, Lucullum in Aegyptum & Africā, ut inde naues adduceret, emisit. Auectus est media hyeme Lucullus cum trib. Græcis myoparonibus, & totidē Rhodiis dicrotis, in magnum à mari uasto & hostilib. nauibus per occupatum mare passim uagantib. periculū se coniiciens. Sed tamen & Cretā adiuit, eamq; in suam potestatē redegit: & Cyrenæorū statum cùm reperisset ob continētes tyrannides atq; bella perturbatū, recepit eos, remq; pub. constituit, oraculi Platonici ciuitatē admonēs. Cùm em̄ (ut aiunt) ab ipso Cyrenæi petiissent, uti leges ipsis ferret, populūq; cōponeret forma reip. moderata, difficile esse responderat Cyrenensib. rebus tam secundis utentib. leges statuere. nihil em̄ difficiliùs regi posse, quàm hominē prospera utentem fortuna: nihilq; uicissim faciliùs admittere disciplinā, quàm eum qui reb. aduersis esset fractus. quod ipsum eo tēpore Cyrenęos uti obsequerentur Lucullo leges ferenti adegit. Inde Aegyptū uersus nauigans, piratis ingruentib. pleraśq; naues amisit: cum reliquis magno cum splendore Alexandriā intrauit. Obuiā em̄ ei tota classis pfecta est, ut regi solet, ornata

Leges qui facilè accipiant.

B magnificè: fuit unà etiā rex puer Ptolemæus. Is cùm alias mirificā in eo tractando humanitatē exercuit, tum in regia domiciliū, uictumq; præbuit, cùm nullus unq; antè peregrinus dux ibi fuisset acceptus. Sumptū quoq; ei & stipendiū non quantum aliis, sed quadruplū dedit: tametsi Lucullus neq; præter necessaria accepit quicq;, & dona octoginta talentorū precio sibi missa repudiauit. Idē neq; Memphim adiuit, neq; quicq; eorū quæ in Aegypto mirabilia celebrant lustrauit: ociosi enim & animo indulgentis spectatoris ea esse cēsebat, nō eius qui imperatorē sub dio ad hostiū propugnacula morantē reliquisset. Ptolemæus metu Mithridatis cū Romanis amiciciā iungere nō ausus, naues tamen quæ in Cyprū usq; deducerēt Lucullo dedit: eumq; in discessu amplexus, cùm officiosè salutasset, smaragdū auro inclusum dono dedit admodū magni precii. Lucullus aūt tantisper recusauit, donec ei rex sculpturā ostendit, quæ faciē suam repręsentabat: ita demū ueritus ne si omnino repudiaret, infensum animū gerere crederet, in mariq; insidiis impeteret, accepit. Inter nauigādum acceptis nauib. ab urbib. maritimis (nisi si quæ piraticā exercebant) ita in Cyprum peruenit. Ibi cùm audiuisset hostes in promontoriis cum classe ipsum ex-

C pectare, naues omnes subduxit, ac tanq; ibi usq; ad uer mansurus circum urbes de hybernis & commeatu nuncios misit: ubi primùm nauigando aptum diem est nactus, repentè deductis nauibus ex insula soluit, interdiuq; demissis, noctu erectis uelis usus, Rhodū incolumis peruenit. Rhodiis ei naues præbentibus, Cois & Cnidiis persuasit, ut à regiis ducib. defectione facta ipsum in Samiis oppugnādis adiuuarēt. Ipse Chio regios expulit, & capto Epigono tyranno Colophoniorum urbē liberauit. Eo tempore Mithridates Pergamo iam relicto, Pitanem cōpulsus erat: atq; ibi terrestri obsidione cinctus à Fimbria, undiq; classes suas ad se euocabat atq; cōtrahebat, omnē in mari spē habens, quòd cū Fimbria, cui pręter solitam audaciā uictoria etiam animos auxerat, congredi & bellū gerere desperasset. Fimbria cùm hoc sentiret, ac classe destitueretur, missis nūciis Lucullum hortatus est, ut cum classe ueniret, seq; in capiendo infestissimo rege adiuuaret: néue pateretur Mithridatem (quod illi præmiū ingens tot certaminib. laboribusq; captassent) iam intra casses compulsum depræhensumq; effugere. quem si cepissent, utiq; eius summā fore gloriam, qui fugā eius impediisset, elabiq; conantē arripuisset: à se nunc eum

Mithridatem obsidet Fimbria.

tetra pulſum, ſi ab illo etiā mari excluderetur, utriuſq; fore rei bene geſtæ A
laudē, & porrò Syllę celebres iſtas apud Orchomenum & Chæroneā ui-
ctorias, nullo nomine apud Romanos futuras. Horū ille nihil abſurdè di-
xit: ſatis ēm omnib. erat perſpicuum, ſi tum Fimbriæ obtēperaſſet Lucul-
lus, & ut erat in ꝓpinquo, ſtatim naues Pitanæ circumdediſſet, portumq;
claſſe obſediſſet, belli eum finē futurū, imēnſarumq; ærumnarū fuiſſe. Sed
Lucullus, ſiue quòd fidē Syllæ debitā omni publico priuatoq; cōmodo
antiquiorē duceret, ſiue Fimbriā auerſaretur hominē nefarium, & qui nu
4 per imperandi cupiditate motus amicū ducemq; ſuum interfeciſſet, ſiue
diuina quadā fortuna Mithridati parcens, eumq; ſibi debellandum re-
ſeruans, non paruit: paſſusq; eſt Mithridatē Fimbriæ uires deridentē Pi-
tana abnauigare. Ipſe primùm apud Lectum (Troadis eſt promonto-
5 rium) regias naues fortè oblatas pugna uicit. Deinde Neoptolemū ma-
ioribus cum copijs apud Tenedum ſtationē habere conſpicatus, ante a-
lios omnes cōtra eum iuit, uectus quinqueremi Rhodiaca, quam Dama-
goras uir Romanorū ſtudioſus, naualiumq; certaminū peritiſsimus gu-
bernabat. Cùm Neoptolemus magno impetu obuiā ſe ferret, Damago-
ras molē nauis regiæ, æreiq; roſtri uim metuens, aduerſa prora occurrere B
non eſt auſus: celeriterq; inuerſa naui, puppim obuertit, atq; ibi depreſſa
naui ictum accepit minimè noxium, quippe qui ijs partib. nauis, quæ ma
ri tegebant, infligeret. Interim ſocijs aduectis Lucullus, obuerti proram
iubet, multis pręclarè factis in fugā hoſtes conijcit, Neoptolemumq; in-
ſequitur. Inde Syllę apud Cherroneſum traiecturo ſe coniungit, tutumq;
ei traiectū præſtat, & in tranſmittendo exercitu adiuuat. Poſtea pace fa-
cta Mithridates ad Euxinum pontum nauib. abijt, Sylla uiginti milib. ta-
lentorū Aſiam mulctans, exactione eius pecuniæ & nomiſmati cudendo

In Aſianos æquitas.

Lucullum præfecit. Is in tam graui ſeueroq; obeundo miniſterio tanta nō
modò integritate & iuſticia, ſed humanitate etiā uerſatus eſt, ut afflictis
Syllę inclemētia urbib. aliquātum ſolatij attulerit. Mitylenæos, qui palàm
deficerēt, cùm leniter uellet ob peccatū amicicia Mariana admiſſum caſti
gare, ut uidit cōtumacia ſua ſibi uelle infortuniū adſciſcere, claſſe ad mota
prœlio uicit, intraq; muros cōpulit. Inde obſidione urbē cingens, inter-
diu manifeſtò Eleā nauigauit: occultè reuerſus, poſitis apud urbē inſidijs
ſe continuit. Poſtq; Mitylenæi audacter nulloq; ordine eruperunt, tanq;
caſtra Romanorum deſerta direpturi: ſubitò eos adortus, quingentos ſe C
defendere auſos necauit, ingentēq; prędā, & ſex millia hominum capti-
uorum auexit. Bono quodā fato dum in Aſiaticis reb. expediendis tēpus
terit, à malis illis, quib. & uarijs & plurimis Italiā Sylla Mariusq; impleue-
runt, abfuit. Neq; tamen à Sylla minus quàm reliqui amici cōſecutus eſt:
qui & cōmentarios ei (ut retulimus) ſuos inſcripſit, beneuolentiæ cauſa,
& moriens filij ſui tutorē eum, pręterito Pompeio, inſtituit. Quę res pri-
mùm Pompeio & Lucullo diſcordiarum uidetur ęmulationiſq; prębuiſ-
ſe initium, iuuenib. & glorię cupiditate flagrantibus. Paulo poſt mortem

Cōſulatus, & belli Mithridatici ambitio.

Syllę Lucullus cum M. Cotta conſul fuit, circa centeſimā ſeptuageſimā
ſextam Olympiadē. Eo tēpore multis Mithridaticum bellum reſuſcitan-
tibus, Mithridatem Cotta nō finiſſe bellū, ſed requieuiſſe dixit. Vt ſorti-
ti ſunt ꝓuincias, Lucullus Galliā Comatā ſibi obtigiſſe iniquè tulit, quòd
ea nullā magnarum rerum gerendarum materiā haberet. Maximè autem
Pompeius in Hiſpania pręclaris facinorib. laudē adeptus ipſum urebat,
quem pręomnib. alijs putabat, finito Hiſpanico bello imperatorem con
tra Mithridatem delectum iri. Itaq; cùm is pecuniam poſceret, ac niſi mit

tei etur,

A terentur, omissa Hispania & Sertorio in Italiã se cum copijs uenturũ per
literas minaretur, summo studio Lucullus in id incubuit, ut pecunia ei mit-
teretur, ne se consule uel leuissimã redeũdi occasionem haberet. Metuebat
enĩ, ne si cùm tanto exercitu ueniret, omnes res urbanas esset in sua pote-
state habiturus. Nã qui tũc in rep. primas obtinebat Cethegus omnia in
gratiã uulgi dicẽdo agendoꝗ, is Lucullo inimicus erat, uitã ipsius abomi
nanti, turpib. amoribus, libidinibusꝗ & scelerib. deditã. Hunc Lucullus
palàm impugnabat. L. uerò Quinctiũ alium trib. pl. insurgentem contra
Syllæ instituta, rerumꝗ statum præsentẽ labefactare aggressum, sæpe pri
uatim allocutus, publiceꝗ castigans à proposito detraxit, ambitionemꝗ
eius restinxit: quàm fieri potuit maximè ciuiliter & salubriter initium
magni mali reprimens. Interim de morte Octauij, qui Ciliciæ præfuerat,
renunciatum est. Cuius prouinciæ obtinendæ cupiditate cùm flagrarent
multi, Cethegumꝗ, ut qui ad eam consequendam conferre posset pluri-
mum, demererentur: Lucullus tametsi nõ magni faceret Ciliciam, ratus ta-
men si ea potiretur, ꝙ propè erat Cappadocia, neminẽ alium cõtra Mithri-
datem cum imperio missum iri, omnẽ mouit lapidẽ, ne ea alij concedere-
B tur: & ad extremum neꝗ honestum neꝗ laudabile, sed utile tamen ad id
quod intendebat factum, contra suam ipsius naturã patrauit. Erat Romę
Præcia quædam, forma & proteruitate per urbem celeberrima: quæ cùm *Præcia.*
publico scorto nihil præstaret modestia, eo tamen ad innatã gratiam ad-
dito, ꝙ qui cum ea consuetudinẽ habebant, opera ipsius in amicorum co
natibus promouendis & honoribus in repub. adipiscendis utebantur, ami
corum studiosa & efficax credita, plurimum potẽtiæ sibi parauerat. Hæc
postꝗ Cethegum florentem tum gloria, resꝗ urbanas suo arbitrio mo-
derãtem in suam potestatem redegit, amoreꝗ eius corrupto se adiunxit,
omnis tũ ciuitatis potestas ad Præciam peruenit: neꝗ enĩ publicè quicꝗ
actum est absꝗ Cethegi opera, neꝗ is iniussu Præciæ fecit quicꝗ. Hanc
ubi Lucullus donis adulandoꝗ suam fecit (& erat mulieri superbæ arro-
gantiꝗ haud exigua merces, ꝙ Lucullo opem ferre uideretur) statim ha-
buit Cethegum laudatorẽ suum, ac qui ei Ciliciam prouinciã cõciliaret.
Hanc semel nactus, nihil deinde neꝗ Præciæ, neꝗ Cethegi opera indi-
guit, sed uno omnes ore ducẽ eum Mithridatici belli delegerunt, nemini
hoc rectiùs cõmitti posse rati. Nam & Pompeius Sertoriano adhuc bello
C detinebatur, & Metellus iã ob senectutẽ re militari se abdicauerat: qui duo
soli de laude imperatoris uidebantur cum Lucullo posse contendere. Ob-
tinuit tamẽ Cotta eius collega multis precibus à Senatu, ut ad custodien
dam Propontidẽ, propugnandumꝗ pro Bithynia cum nauib. mitteretur. 6
Lucullus unam secum ex Italia legionem abduxit: postꝗ in Asiam traie-
cit, reliquas etiam copias recepit. Erant aũt milites illi iam pridẽ omnes
luxu auariciaꝗ perditi: qui uerò Fimbriani uocabantur, intractabiles etiã, *Fimbriani*
ꝙ iam pridẽ parere imperio desueuissent. Hi erant, qui cum Fimbria Flac *milites.*
cum consulem & ducem suum necauerunt, ac pòst ipsum Fimbriã Syllæ
prodiderãt: contumaces & improbi homines, fortes tamen belliꝗ & to-
lerantes & periti. Verùm breui temporis spacio Lucullus & ferociam eo
rum mitigauit, & reliquos correxit, tunc primùm, ut uidetur, bonum du-
cem nactos: cùm priores ipsorũ libidinibus obsecuti fuissent, uoluptati-
busꝗ propositis eos ad officia militaria illexissent. Res autem hostium
hac erant conditione. Mithridates, cùm ab initio ostentabundus, copijs *Mithrida-*
futilibus, & aspectu splendidis tantùm superbus tumidusꝗ in Romanos *tis appara-*
insurrexisset, ac turpiter se dedisset: castigatus aduersa fortuna, ut denuo *tus.*

bellũ in Romanos parauit, copias utili & reb. gerẽdis accõmodato appa- A
ratu instruxit. Omnigenas eñ istas multitudines, multilinguesq́ minas
barbarorũ missas faciens, & arma aurata, gemmisq́ exornata, quæ prędã
magis hostib. quàm robur posſidentib. adderẽt, gladios Romanos fabri-
catus est, & scuta ualida: equos exercitatos magis q̃ ornatos cõduxit, pe-
ditũ CXX millia, ad phalangẽ Romanã compositos, equitũ XVI millia,
atq́ quadrigas falcatas centũ: naues etiã non auratis tentorijs, aut pellicũ
balneis gynæceisq́ ad luxũ paratas, sed armis, telis, & pecunia onustas
adornauit. Hoc ille fretus apparatu, Bithyniã inuasit, urbib. eum prõptè
accipientibus, nõ Bithynicis modò, sed & per totã Asiam morbus defe-
ctiõis iterũ uagabať, ciuitatib. intolerabiliter à fœneratorib. & publicanis
Romanorũ uexatis: quos postea tẽporis, tanq̃ harpyias alimẽta Asiano-
rum rapientes, Lucullus expulit: tunc monendo meliores efficere cona-
bať, populosq́ à defectione inhibebat, nemine propemodũ non intento

Cotta à Mithridate uincitur.

nouis rebus. His intẽto Lucullo, suũ id esse tẽpus Cotta arbitratus, ad pu-
gnam cũ Mithridate conserendã se parauit: multisq́ nunciantib. iam Lu-
cullũ aduentantẽ in Phrygia esse, ratus se triumphũ tantùm nõ in manib.
habere, ne partẽ eius Lucullus capere posset, prœliũ accelerauit. Verùm B
terra mariq́ uectus, amisſis sexaginta cum clasſiarijs & remigib. nauigijs,
peditumq́ quatuor millibus, ipse Chalcedone obsessus Luculli auxilium
deinde operiebať. Non defuerunt qui Lucullũ neglecto Cotta iuberent
rectâ progredi, regnumq́ Mithridatis desertũ occupare: & militũ pręser-
tim ea uox erat, indignantiũ q Cotta nõ modò seipsum suosq́ prauis cõ-
silijs perdidisset, sed & ipsis uictoriã sine ulla pugna obtinere sperãtibus

Luculli in ciues amor.

impedimento esset. His Lucullus in cõcione respõdit, Malle se unum
Romanum ex hostiũ manu eripere, q̃ omnib. hostium bonis potiri. Cùm
Archelaus, qui in Bœotia copias regis duxerat, & ad Romanos inde de-
fecerat, eorumq́ castra sequebať, cõtenderet Lucullum, si modò uisus in
Ponto fuisset, toto statim regno potiturum, Lucullus nequaq̃ sese uena-
torib. timidiorẽ esse, et feris omisſis inania earum lustra sectari uelle dixit:
simulq́ cõtra Mithridatẽ duxit peditũ millia triginta, equites bis mille &
quingentos. Vt in hostiũ cõspectum uenit, admiratus eorum multitudi-
nem, statuit à pugna abstinere, bellumq́ terere: Mario tamẽ quem Serto-
rius ex Hispania cum copijs Mithridati auxilio miserat, occurrẽte ac pro-
uocante, in aciẽ suos eduxit. Iamiam cõflicturis exercitibus, subitò aer, C
cùm nulla euidens mutatio præcesſisset, abruptus est, ingẽsq́ moles flam
mea in mediũ acierũ delara est, forma dolij simillima, colore argẽti cãden
tis: perterriti utriq́ eo uiso, & sine pugna in castra reditum est. Accidisse
hoc ferũt apud Otryas Phrygiæ. Cæterùm Lucullus ratus nullo humano
apparatu aut opib. posse tã multa hominũ millia, quot secũ habebat Mi-
thridates, diutius ali hostib. pręsentibus, unũ de captiuis in mediũ addu-
ci iusſit, percõtatusq́ est, quòt nã cum ipso alij in eodẽ tẽtorio fuissent, tũ
quãtum cibi reliquisset: hoc audito, alium adduci mãdauit, iterumq́ aliũ,
& de ijsdẽ reb. inquisiuit: ipse multitudine alimentorũ ad numerũ eorum
qui alebãť cõparata, perspexit fore ut post tertiũ aut quartum diẽ hostes
cibus deficeret. Itaq́ multo magis trahendo bello se dedit, inq́ castra ma
gnã frumẽti uim cõuexit, ut in copia rerũ penuriæ hostium insidiareť. In-
terim Mithridates Cyzicenos, qui in pugna apud Chalcedonẽ decẽ na-
uibus & trib. hominũ millib. amisſis, parũ habebãt uiriũ, clã Lucullo op-
primere intendens, noctẽ nactus obscurã atq́ pluuiã, statim à cœna mo-
tis castris, sũma luce e regione urbis apud Adrasteæ montẽ copias collo-
cauit. Lucullus id sensit, insecutusq́ hostem cõtentus se non incõposito

A agmine in hostem incidisse, apud Thracium pagum cum exercitu consedit, in loco ad uias & ea loca, unde Mithridati opus erat subuehi cõmeatum, obtinenda commodissimè sito. itaq; & quid futurũ esset animo præcipiens, non celauit milites: sed simul atq; castris factis ab operib. faciendis destiterunt, iactauit apud eos, se ipsis intra paucos dies uictoriã absq; sanguine traditurũ. Cyzicenos Mithridates decẽ à terra castris cinxerat, & Euripo qui à mari ad urbẽ pertinet, nauib. occupato, utrinq; oppugnabat: satis quidẽ fiduciæ eo in periculo habentes, ac grauissima queq; Romanorũ causa ferre paratos, ignorantes tamen ubi Lucullus esset, perturbatosq; eo, q nihil de eo cognouissent. Erant quidẽ castra Luculli cõspicua & aperta, sed hostes eos deceperãt, Romanorũ castra demonstrãdo, Armeniorumq; esse & Medorũ auxilio Mithridati à Tigrane missa dicendo: itaq; tanta belli mole circumiecta perterrebanẽ, ne si uenisset quidem Lucullus, locũ ei opis ferendæ relictũ esse putantes. Primus ab Archelao Cyzicũ missus Demonax, de præsentia Luculli ciues certiores reddidit. Ei cùm fidem non haberent, sed consolandi causa fictum sermonẽ retulisse putarẽt, captiuus puer, qui ab hostib. perfugerat, in urbem uenit: isq;
B interrogatus ubi nam Lucullus esset, primũ iocari eos putans risit: postq; seriò quæri sensit, manu castra Romanorũ demonstrauit: ita animos Cyziceni receperunt. Quia etiam Dascylitis palus lembis satis magnis nauigabatur, maximum lemborũ Lucullus inde subtraxit, quadrigaq; ad mare deuexit, militesq; ei quotquot recipi poterant imposuit: hi noctu insciis hostibus in urbem inuecti sunt. Videntur etiam Dij Cyzicenorũ fortitudinem admirati, eorum bonis signis animos confirmasse: ex quib. ea referam, quæ sunt præcipua. Proserpinalia cùm appetijssent, & deesset nigra uacca ad sacrificium, ex pasta panis unam effinxerant, aræq; admouerant. Sacra autem bos, quæ Deæ alebatur, uti reliqua etiam Cyzicenorum armenta in opposita pascebatur continente. Hęc eo die à cæteris bobus sese deiunxit, solaq; ad urbem tranauit, ut ei sacrificio sese sisteret. In somnis quoq; Dea Aristagoræ scribæ publico uisa est dicere, Vtiq; adero, & cõtra Ponticum tubicinẽ Africum ego tibicinem adducam. dic igiẽ ciuibus, uti bono sint animo. Cùm ea uox miraculo esset Cyzicenis, summo manè mare inhorruit, uentusq; ingens obortus fluctus concitauit: & machinæ regiæ muris admotæ, pręclara Niconidæ Thessali opera, strido- Ostenta.
C re ac fragore quid futurũ esset indicauerũt. Inde incredibili ui Notus erupit, & breui horę momento cùm reliquas machinas, tum ligneã turrim in centum cubitos erectam ui deturbauit. Traditum est etiã Ilij multis per quietẽ Mineruam apparuisse sudore manantẽ, & pepli parte lacera corpus ostentantem, dicentemq;, se recens ab auxilio Cyzicenis lato rediret ostenderũtq; statuã Ilienses, in qua eius rei argumẽta & inscriptio inesset. Mithridatem autẽ, qui hactenus à suis ducib. derisus, quanta sui laborarent fame ignorabat, Cyzicenos non expugnari ægrè ferebat. Postquam quib. in difficultatib. exercitus esset, ac de humanarũ etiam carniũ ingluuie resciuit, ibi uerò arrogantia eius atq; peruicacia planè in uentos abijt. Non ẽm ad ostentationem aut uana edenda spectacula belli gerendi rationes Lucullus accõmodauerat: sed in ipsum (quod aiunt) uentrem insiluerat, omniaq; alimentorũ subtrahendorũ causa moliebaẽ. Ea causa castellum quoddã ipso oppugnante, Mithridates arrepta occasione in Bithyniã equos propè omnes cum iumentis emisit, & peditũ eos qui nullo erant usui. Hoc audito ipsa ea nocte Lucullus in castra redijt. Sub aurorã orta tempestate, cum decẽ cohortib. & equitatu hostes insecutus est, ita

Clades Mithridatis ad Rhyndacum. niue & laborib. conflictatus, ut multi militum frigore uicti signa deseruerint. Cum reliquis hostes apud Rhyndacum fluuium assecutus, tantã edidit stragẽ, ut mulieres ab Apollonia egressæ clitellas diripuerint, cæsosq́ spoliauerint. Multis utiq; cęsis, equorũ sex millia, iumentorũ infinitus numerus, quindecim uirorũ millia capti sunt: quos oẽs Lucullus præter castra hostiũ duxit. Sallustium autẽ miror, qui tunc primùm uisos Romanis camelos asserat: nisi fortasis putat ab ijs qui Antiochũ duce Scipione uicerant, aut nuper apud Orchomenũ & Chæroneã cum Archelao decertauerant, non esse conspectã camelũ. Mithridates, cùm fugere quàm primùm decreuisset, ut detineret ab insecutione Lucullũ, moramq́; inijceret, Aristonicũ clasis præfectũ in mare Græcũ cum nauib. ire iussit. Hũc iam iam soluturũ, per proditionẽ Lucullus in suã potestatem redegit, cumq́; eo aureorũ decem millia, quib. ille partẽ Romani exercitus corrupturus fuerat. Secundum hoc Mithridates mari aufugit, duces pedestres copias terra abduxerunt. Hos Lucullus apud Granicum amnẽ adortus, permultos cepit, & uiginti millia obtruncauit. Dicunt ex tota militum, & eorum qui castra secuti fuerant multitudine, haud multo pauciores trecentis millibus perijsse. Lucullus primò Cyzicum intrauit, uoluptateq́; ibi & honoribus se dignis perfunctus est. Inde Hellespontũ circũnauigãdo, classem adornauit. Cùm in Troadẽ peruenisset, in Veneris tẽplo tẽtoriũ fixit. Noctu aũt in somnis Deam sibi uisus est uidere adstantem, atq; dicentem, B

Ad Granicum.

Quid dormis leo magnanime! haud procul hinnulei absunt.

Naues ad Lemnum captæ. Surrexit illicò, amicisq́; conuocatis insomniũ exposuit, nocte adhuc durante: cùm quidã ab Ilio renunciat, uisas apud Achæorũ portũ tredecim regias triremes, Lemnum tendentes. Statim igit cum classe auectus, illas cepit, eorumq́; ducẽ Isidorũ interfecit: inde reliquos petijt. Hi cum iam stationẽ tenerẽt, nauib. omnib. ad terrã contractis de tabulatis pugnauerũt, plagasq́; Luculli militib. imposuerũt, cùm neq; circũnauigãdo locus aptus esset, neq; nauib. in alto uectis uim facere hostilib. nauib. terræ firmiter innitentib. possent. Aegrè tamen, quà insula applicari naues utcunq; patiebat, militũ optimos exposuit: hi à tergo hostes adorti partim interfecerunt, partim coegerũt abscisis retinaculis fugere à terra: quorũ permulti perierunt, cùm & suas inuicẽ naues in fuga collidérent, & in Luculli naues incideret. Inter captiuos adductus est etiã Marius, quẽ à Sertorio missum fuisse suprà demõstrauimus. nã quia altero oculorũ carebat, mandatũ initiò à Lucullo fuerat ne quis unoculus necaret: nimirũ uti prius probris contumelijsq́; uexatus, ita tandẽ cæderet. His confectis Lucullus ad insequendũ Mithridatẽ festinauit: sperauit eñ hunc à Voconio (quẽ ut fuga regẽ intercluderet, cũ nauib. Nicomediã miserat) obsessum, à se adhuc apud Bithyniã inuentũ iri. Sed Voconius in Samothrace sacris initiando, & uacando, occasionem rei gerendæ neglexerat. Mithridatem autem cum classe auectum, festinantemq́; ante reditũ Luculli in Pontum abire, ingens tempestas adorta est: nauigijsq́; partim direptis, partim sub uersis, omne littus maritimum eiectis ui undarum fragmẽtis per aliquot dies constratũ fuit. Ipse, cùm oneraria nauis qua uehebat, neq; ad terram cõmodè applicari ob molẽ posset, quæ eã rectorib. intractabilẽ tanto maris æstu, fluctuũq́; incertitudine reddebat, & grauior iã esset, plusq́; aquæ hausisset, q̃ ut tutò in mari uersari qret, in piraticũ myoparonẽ cõscẽdit, corpusq́; suũ prædonib. cõmisit, ac præter omniũ spẽ ex aperto periculo Heracleã Ponticã saluus euasit. Quod autẽ arroganter Lucullus senatui, cùm is tria talentorum millia ad sumptus in classem faciẽdos decreuisset, C

Mithridatis fuga.

missis

A missis literis responderat, nolle se id fieri, iactaueratq; se citra tãta impendia, sociorum tantùm nauib. Mithridatem mari pulsurum. id eius dictum Nemesis non ut superbiùs ulta est: sed quod dixerat, id Dei ope effectum dedit. Nam Dianę Priapinæ ira fertur Mithridatẽ tempestas inuasisse, ulciscentis templũ suum à Ponticis direptum, & simulacrũ ablatum. Porrò Lucullus spretis multorũ, qui differre bellũ iubebant, monitionibus, per Bithyniã & Galatiã in Mithridatis regnum irrupit. Et ab initio ita laborabat penuria commeatus, ut triginta Galatarum millia secuti sint exercitũ, singuli medimnum frumenti humeris portãtes. Progressus aũt, & obuijs quibusq; in suam potestatẽ redactis, tantã omniũ rerum copiã parauit, ut in castris bos denario, mancipium quatuor denarijs ueniret: reliquã prædam milites contemptim aut dimittebãt, aut cõsumebant: neq; enim uendebatur quicq;, cùm omnes opib. affluerent. Cùm uastando agros equitationib. & excursionib. Themiscyram usq;, & campos iuxta Thermodontem fluuiũ progressus esset, incusauere Lucullũ milites, quod tam multis potitus urbibus, nullam deleuisset, nullam ipsis diripiendã dedisset: iam nunc (dicebant) Amiso urbe opulenta, & expugnatu haud difficili omis-

B sa, duc nos, ut cum Mithridate de Tibarenorum & Chaldæorum solitudinibus decertemus. Verùm has querelas Lucullus spreuit atq; nihil curauit: minimè ratus fore, ut tantæ, quantam deinde expertus est, insaniæ militib. causam præberent. Iis potiùs sese purgabat, qui uitio dabant tarditatem, q; pagis & oppidis non multo dignis precio occupandis multũ temporis exigeret, interimq; Mithridatẽ uires acquirere pateret. “Hoc ipsum est, dicebat, quod uolo: idq; hic desidens molior, ut potẽs rursum fiat ille, “contractisq; iustis copijs me accedentem non fugiat, sed subsistat. “Non uidetis eum à tergo magnas & immensæ uastitatis solitudines habere? “propè est Caucasus, alijq; multi ingentesq; montes, in quib. spacij ad sexcentos reges pugnã subterfugientes excipiendos & occultãdos satis est. “A Cabiris porrò iter non multorũ dierum est in Armeniam: Armeniam “Tigranes tenet, rex regum, qui suis copijs Parthis Asiam adimit, urbium “Græcorũ habitatores in Mediam abripit, Syriam, Palęstinamq; obtinet, “reges à Seleuco ortos interficit, filias eorum & uxores abducit. Is Mithri-“datis necessarius est, & gener: & supplicẽ utiq; suscipiet, nobisq; bellum “faciet: periculumq; est, ne dum Mithridatẽ expellimus, Tigranem prouo-

C “cemus, iampridem occasionẽ nos inuadẽdi quærentẽ, nunc uerò nactu-“rum honestiorẽ, quàm si pro sua necessitate regi propinquo opituletur. “Quorsum uerò attinet id ut fiat nos efficere? & Mithridati ostẽdere, quo-“rum auxilio uti ad bellum contra nos gerendũ debeat? nolentemq; eum, “& dedecori sibi ducentẽ, eò cõpellere, ut opem Tigranis imploret? Pro-“fectò tempus ei potiùs cõcedendum est, ut colligere se, & domesticis co-“pijs instruere possit: præstatq; cũ Colchis, Tibarenis, & Cappadocibus, “quos uicimus sępenumerò, quàm cum Medis & Armenijs congredi. His rationibus ductus Lucullus, apud Amisum cõmoratus est, obsidionẽ de industria minus urgens. Hyeme elapsa, eam Murenæ mandauit: ipse contra Mithridatẽ duxit, qui tum in Cabiris castra habebat, Romanosq; subsistere statuerat, quadraginta peditum millibus, & (quibus maximẽ fidebat) equitum quatuor millibus collectis: ijs cum copijs Lycum amnem transgressus, Romanos ad pugnã in campum prouocauit. Facto prœlio equestri, Romani fugerunt. Captus ea in pugna Pomponius uir haud ignobilis uulneribus grauiter affectus, & ad Mithridatem adductus est. is, cum rex quæsiuisset, amicúsne ipsi futurus esset, si ab ipso salute donaretur,

Luculli callidum consilium.

Mithridatis equestris uictoria.

retur, respondit, Siquidē rex cum Romanis in gratiam rediret: aliás se A hostē permansurū. eumq; Mithridates constantiæ ergò admiratus incolumē dimisit. Secundū hæc Lucullo planiciē, quòd equitatu hostis præualeret, uitante, & montanum etiam iter longum syluestre ac difficile capessere uerēte, Græci duo forte fortuna capti sunt, cùm in speluncā quandam confugissent. Ex his maior natu Artemidorus pollicitus est, se ducturum Lucullū ad locum exercitui opportunum, & ubi arx Cabiris imminens esset. Fidē habuit Lucullus, noctuq; incensis ignib. castra mouit, superatisq; tutò angustijs locum tenuit: ita die facto superior hostib. conspectus est, milites collocans eo in loco, unde & in hostē educere copias cōmodè posset, & si quietē prætulisset, ab insultib. eius tutus esset. Neutritum imperatorū in præsentia prœlio decernere stabat sentētia. Cæterùm ceruū ferunt regijs uenantibus, Romanos auertendæ prædæ causa occurrisse: eo ab initio cōmissum prœliū, & utrisq; accedentib. multis, tandē superiores euasisse regios: Romanos ex castris suorum fugam cōspicatos, indignè tulisse, concursuq; ad Lucullū facto, educi se, & signum pugnæ dari postulasse. Ibi Lucullus ut suos doceret, quantū in pugna conspectus & præsentia cordati ducis posset, reliquis quietē agere iussis, ipse in B campū descendit, primisq; fugientiū se offerens, stare & secū aduersus hostem reuerti iussit. Hi cùm dicto paruissent, reliqui etiā coierunt, & se hosti opposuerunt, paruoq; eum labore fuderunt, & ad castra usq; insecuti sunt. Reuersus Lucullus, eos qui fugā fecerant ignominia pro more affecit, iussos fossam duodecim pedū agere tunicatos distinctosq;, adstāte & spectante reliquo exercitu. Erat in Mithridatis castris Olthacus Dardariorū regulus (sunt aūt Dardarij populus ex ijs barbaris, qui apud Mæotin paludē habitant) uir manuū prōptitudine, audaciaq; bellica insignis, ad hæc cōsilij de reb. maximis prudētis, & in cōsuetudine colēdoq; alios accuratus. Is cùm perpetuā cum quodā gentili regulo de præstantia uirtutis controuersiā æmulationēq; habuisset, Mithridati pollicitus est magnū facinus: recepit ēm se Lucullo uitā erepturū. Laudauit institutū rex, consultoq; nonnullis ipsum ignominijs affecit, ut simulandæ iræ prætextum haberet. Olthacus ad Lucullū eques se cōtulit, estq; ab eo ob nominis celebritatem statim receptus: moxq; facto periculo, sagacitatē eius & diligentiam ita amplexus est, ut mensa etiam assessuq; sit aliquando dignatus. Olthacus ut occasionem facinoris oblatam credidit, pueris uti equum extra uallum abducerent mandato, meridie militibus quieti deditis, ad prætoriū accesit, existimans, se ut hominē imperatori familiarem, C & de re non leuis momenti cōmunicaturum cum eo dicentem, à nemine aditu prohibitum iri. Et intrasset sanè liberè, nisi qui multos duces perdidit, Lucullum seruasset somnus: dormiebat enim tum forte. Et Menedemus unus ex ijs qui cubiculo prçerāt, alieno tempore ipsum uenire dicebat, q Lucullus recens à longis uigilijs grauibusq; laborib. somno se dedisset. Nolentē discedere, sed minantē uel inuito eo introiturum, ut de re graui & necessaria colloqueretur: manu utraq; Menedemus repulit, ad iram conuersus, nihilq; salute Luculli magis esse necessarium dicens. Sic Olthacus sibi metuens, extra uallū abijt, equoq; recepto, in castra Mithridatis re infecta redijt. Adeò rēb. etiā perinde atq; medicamentis momentum uel ad salutē, uel ad exitiū teporis articulus cōfert. Secundū hęc Sornatius cum decem cohortib. frumētatum missus, insequenti Mithridatis legato Menandro se opposuit, manuq; conserta magnā cædem hostium edidit, & ad effusam reliquos fugam compulit. Misso rursum à Romanis frumen-

Ducis præsentia.

Olthaci in Lucullum insidiæ.

A frumentatum Adriano, ut abundè alimentorum militibus esset, Mithri-
dates id non spreuit, sed Menemachum Myronemq; cum multo equita-
tu peditatuq; contra eum misit: hi omnes, ut fertur, duob. demptis à Ro-
manis concisi sunt. Eam quidem cladem Mithridates texit, non tantam
fuisse, sed exiguã imperitia ducum acceptam fuisse simulans. Sed Adria-
nus exultans præter hostium castra suos reduxit, unaq; multas commea-
tu spolijsq; onustas quadrigas: quæ res ipsi trepidationem, militibus in-
gentem attulit terrorem, omninoq; inde discedere statuerunt. Cùm uerò *Mithridatis fuga.*
regis familiares per ocium & securè sua bona transferenda aliò darent, &
reliquis ne idem facerent obstarent, milites animis ad iram concitatis ui
ad exitus perruperunt, & direptis opibus, ipsos regis aulicos trucidaue-
runt: cùm quidem Dorylaus dux propter purpuram solam, cùm nihil a-
liud secum haberet, occisus est, & Hermæus sacerdos in forib. castrorum
pedib. cõculcatus perijt. Ipse Mithridates, nullo neq; comite, neq; equi-
sone præsente, turbæ immixtus è castris se proripuit, ne unum quidem de
regijs equum nactus: eum serò in fugæ illius fluctu cõspicatus Ptolemæ-
us Eunuchus, ab equo suo desiluit, regemq; ei imposuit. Iam instabãt Ro-
B mani, proximeq; ipsi imminebãt: & cepissent utiq;, nisi cupiditas opum,
militarisq; auaricia Romanis tam multis certaminibus magnisq; pericu-
lis petitam prædam, Luculloq; suarum uictoriarũ præmium abstulisset.
Equus enim qui regem ferebat, iam ab insequentib. appræhendi poterat,
nisi Romani mulum auro onustum, qui siue casu, siue consilio eius inter
ipsum & hostes interuenerat, spoliando, ac de præda contendendo mo-
rati, eius capiendi occasionẽ dimisissent. Neq; hoc tantùm auaricia militũ
damnum Lucullo dedit: sed et Callistratũ, qui à secretis regis erat, adduci
ad se iussum, illi cùm in zona quingẽtos aureos habere sensissent, iugulâ-
runt: nihilominus castra eis diripienda cõcessit. Cabiris captis, multisq;
alijs arcibus, magnos reperit thesauros, & in uincula cõditos multos Græ
cos, multos etiã regis cognatos: quib. iam pridẽ mortẽ certã expectanti-
bus, non salutẽ, sed nouã quasi uitã & alios natales Luculli beneficentia
exhibuit. Capta est etiã, id quod salutẽ ei attulit, Nissa Mithridatis soror. *Mithridatis in suos crudelitas.*
Quę enĩ longissimè à periculo captiuæ detineri uidebant apud Pharna-
ciã sorores eius & uxores, miserè perierũt, imisso ipsis à rege ex fuga Bac-
chide Eunucho: erant aũt cum multis alijs sorores regis Roxane & Sta-
C tira, quæ ad quadragesimũ annũ uirgines permanserant: duæq; uxores
ex Ionia ortę, Berenice Chia, & Monime Milesia. De Monima sermo in-
ter Græcos est celebris, à rege attentatã, missis etiã quindecim aureorum
millibus, non antè tamen obsecutã, q̃ pactio nuptialis intercesserit, mis-
soq; eam diademate reginã Mithridates appellauerit. Eadẽq; semper mo
lestam sibi uitã egit, corporisq; sui pulcritudinẽ deplorauit, quæ pro ma-
rito dominũ, pro cõiugio custodiam barbaricã cõciliasset: longeq; à Græ
cia remota, ueris q; quib. ibi erat usa bonis spoliata, sperata felicitate quasi
per somniũ frueret. Tũ quoq; Bacchida iubente, ut quo quæuis modo se
facilimè & minimo cũ dolore moriturã putaret, eum deligeret: diadema
capiti detractũ collo circumposuit, seq; suspendit: eoq; celeriter rupto,
O execrãdum (inquit) pannum: ne ad hunc quidem usum aptus es: idq;
conspuit, & abiecit, iugulũq; Bacchidæ præbuit. Berenice aũt ueneno pa
rato, matri, quæ ei aderat, orãti partẽ bibendã dedit: & satis fuit ad ætate
confectũ corpus extinguendũ ueneno uiriũ: Berenice cùm non satis hau
sisset, & cum morte luctaretur, Bachides suffocãdo mortem accelerauit.
Ferunt etiam in nuptiarum regis sororum, quas suprà nominaui, alteram
multis

multis in caput fratris execratam, uenenum ebibisse: Statim nullam ma A ledicam aut ignobilem uocem emisisse, sed collaudato fratre, quòd in discrimine uitæ suæ, ipsarum ut liberæ & libidinis inexpertæ morerētur curam gessisset, ita perijsse. Hæc Lucullum, miti & humano hominem ingenio, molestia affecerunt. Progressus usq; ad Talaura, cùm quarto antè die Mithridatem in Armeniam ad Tigranem aufugisse acciperet, retrò iter conuertit: Chaldæisq; & Tibarenis, minoriq; Armenia subactis, ac multis castellis oppidisq; captis, misso ad Tigranem Appio, qui dedi sibi Mithridatem postularet, ad obsidionem Amisi reuersus est. Cur ea etiámnum duraret, in causa fuit Callimachus urbis dux, qui peritia machinarum bellicarum, calliditateq; qua quis tēpore obsidionis uti posset, summa præditus, plurimas Romanis exhibebat molestias: quorum factorum posteà temporis pœnas dedit. Tunc arte Luculli deceptus, qui ea ipsa hora, qua is abducere & reficere solebat milites, impetu subito facto muri haud magnam partem ceperat, urbe incensa, aufugit: siue quòd prædam Romanis inuideret, siue fugam sibi expediens. Nemo enim fugam ex urbe facientibus intentus erat, sed tametsi flamma copiosa ad ipsos quoque muros pertineret, nihilo minus ad direptionem milites se comparabant. B Lucullum autem urbis miseratione permotum, & extrinsecus ad restinguendum incendium opem ferre iubentem, nemo militum curabat: sed efferentes ex ædibus bona, ac cum uociferatione arma pulsantes, ui tandem compulerunt, ut in direptionem consentiret, sperans uel hac ratione urbem incendio ereptum iri. Milites contrà omnia accensis facibus perscrutantes, & ubiq; lumen inferentes, plerasq; ipsi ædes cremauerūt. Itaque Lucullus interdiu in urbem ut uenit, illacrymans amicis dixit, se cùm antè sæpe Syllæ fortunam prædicasse, & nunc eo nomine maximè felicitatem eius admirari, quòd non uoluerit modò, sed & potuerit Athenas ab excidio seruare: se cùm eius uestigijs insistere cupiuisset, aduerso fato Mummij similem factum. Statuit tamen urbem eam ex præsenti calamitate subleuare: cumq; imbres bona quodam fortuna in ipso excidio oborti incendium restinxissent, pleraq; ædificia ipse præsens instaurauit, Amisenos exules reduxit, habitandamq; urbem Græcis, si quibus esset uolentibus dedit, centum & uiginti stadijs ad agri prioris fines adiectis. Fuit ea urbs Atheniensium colonia, ab ijs deducta eo potissimùm tempore, quo imperium maris obtinuerunt. Propterea qui Aristionis tyrannidem C fugere uolebant, eò profecti sunt, ibiq; ædes & ius ciuitatis habuerunt: elapsiq; patriæ periculis, in partem alienæ calamitatis uenerunt. Superstites tamen Lucullus honestè uestiuit, singulosq; ducentis donatos denarijs dimisit. Captus est tunc etiam Tyrannio grammaticus, & eum Murena ab imperatore precibus impetratum prædæ exemit, acceptumq; libertate donauit: parum liberaliter dono eo usus. Neq; enim Lucullus uirum eruditionis causa eximium habitum seruum priùs fieri, deinde manumitti uoluisset: & donum libertatis, quod ostentabatur, ueræ libertatis ademptio erat. Sed non hac tantùm in re Murena imperatoris sui uirtute inferior fuit. Lucullus cùm à rebus bellicis ocium esset nactus, ad Asiæ ciuitates se contulit, ut iura in eas legesq; reduceret, quibus ea prouincia diu iam caruerat, infandisq; & incredibilibus calamitatibus afflicta fuerat. Ita enim à publicanis & fœneratoribus agebatur ferebaturq;, ut priuatim filios formosos, uirginesq; filias, publicè donaria, tabulas, sacrasq; imagines uendere cogerentur: & ad extremum addicti in seruitutem abducebantur, antè tamen grauiora perpessi, funes, carceres, equos, stationes

Amisus ut capta.

Asiam Lucullus recreat.

A stationes sub dio ardente sole, frigoris tẽpore in luto aut glacie. ita ut seruitus leuamen onerum istorum, & pax quędam esse uideretur. Huiusmodi in ciuitatibus mala Lucullus offendens, paruo temporis spacio ciues ĳs circumuentos liberauit. Primùm fœnoris nomine nõ amplius centesima exigi mandauit: deinde omnes usuras antiquo more grauiores resci dit: postremò id quod maximum fuit, creditorem quadrantẽ redituum annuorũ debitoris accipere iussit, ac si quis usuram cum sorte cõiunxisset, cum utrunq; amittere. Itaq; intra quadriennium effectum hac ratione est, ut omnia debita dissoluerentur, & bona libera dominis redderentur. Debitum autem cõmune fuit uiginti millium talentorũ, quam Asiæ mulctam Sylla irrogauerat: eiusq; duplum fœneratores acceperũt, cum summam ipsi usq; ad centum uiginti talentûm millia auxissent. Hi tanquam atroci affecti iniuria, Romæ Lucullum traducebant, quosdamq; tribb. pl. contra eum pecunia data excitabant, cùm possent permultum, multosq; sibi ciuium obstrictos haberent. Lucullum non modò ĳ quibus bene fecerat populi diligebant, sed & reliquæ eum prouinciæ desiderabant, beatos dicentes qui eum ducem essent nacti. Appius autem Clodius ad Ti *Appius ad Tiganẽ legatus.*

B granem missus (huius Clodĳ sororem Lucullus in matrimonio habebat) primum à ductoribus regĳs per ambages longas minimeq; necessarias circumductus, mõstrante uerum iter liberto, quem in Syria natũ secum habebat, missa prolixa ista & fallaci uia, iussisq; ualere barbaris ductoribus, paucis diebus traiecto Euphrate Antiocheam, quæ ad Daphnen cognominatur, uenit: iussus ibi Tigranem operiri, qui ob quasdam adhuc in Phœnicia urbes subigendas aberat. Interim Appius multos sibi conciliauit eorum, quibus Armenium regnum inuisum erat: inter quos & Zarbienus fuit Gordyenæ rex. Multis quoq; in seruitutem à Tigane redactis urbibus quæ ad ipsum clàm nuncios miserant, auxilium à Lucullo promisit, ac in præsentia modò quiescere iussit. Erat enim Tigranis regnũ Græcis intolerabile, præcipuè ob fastum regis nimium, ad quem res eum secundæ extulerãt: cùm quæ uulgò expetenda ac summa iudicãtur, ea non modò adeptus, sed sua ipsius opera omnia cõsecutus uideretur. uili enim usus initio, multos populos domuerat, Parthorũ, ut nemo quisquã antè, potentiam fregerat, Græcis Mesopotamiam repleuerat, multis eò ex Cilicia & Cappadocia ui abductis: Arabes etiam Scenitas dictos à taber- *Tigranis fastus.*

C naculis, in quibus degere solebant, à patria sua & consueto uiuendi loco abduxerat, inq; propinquo collocauerat, ut eorum opera in mercaturis uteretur. Multi erant reges, quibus administris utebatur: quatuor autem semper habebat secum tanquam stipatores, qui equitante ipso pedites iuxtà currerent tunicati, sedenti & responsa danti adstarent consertis inter se manibus: qui maximè habitus seruitutis uidebatur esse confessio, quasi tradita libertate corpora domino ad patiendum magis quàm ad agendum parata exhiberent. Hæc spectacula, hæ pompæ nihil perterruerunt Appium: sed ut primùm loquendi facultas data est, palàm dixit se Mithridatis, qui Luculli debeatur triumpho, abducendi causa uenisse: ac nisi is dederetur, bellum se Tigrani indicere. Et quidem Tigranes, tametsi conatus fuerat hilari uultu, simulatoq; risu legationem audire, non fefellit tamen, libertate sermonis eius iuuenis uultum immutãs: quippe qui uigesimo & quinto demum (tot enim annis regnum tenuit, siquidem ui & libidine omnia agere, regnare est) anno liberã uocem audiuisset. Respondit autem Appio, se Mithridatem non traditurum: & si Romani bellum intulissent, defensurum. Lucullo iratus, quòd regem ipsum modò,

P non

non regem regum in epistola appellasset, rescribens imperatoris nomine dignatus non est. Appio dona splendida obtulit, eaq; illo repudiante, alia superaddidit: quare Appius, ne hostili animo ea reiecisse uideretur, unam phialam accepit, remissisq; cęteris, celeriter ad imperatorē rediit. A

Mithridates à Tigrane receptus.

Porrò Mithridatem Tigranes cùm ne conspectu quidem aut alloquio dignatus antè fuisset, regem necessatium, tantisq; opibus exutū, sed contumeliosè ac superbè procul à se in locis palustribus et insalubribus quasi in custodia morantem neglexisset: tum primùm honorificè & amicè ad se uocauit. Cōgressi in regia, occulto colloquio suspiciones mutuas contriuerunt, malo suorum amicorum, quibus causas offensarū imputabant. Fuit inter hos Metrodorus Scepsius, uir eximiè doctus, & non infacundus, cuius tanta in amicicia Mithridatis fuerat uis, ut pater regis cognominaretur. Hunc ab illo legatum ad se auxilij petendi causa missum Tigranes interrogauerat, quid nā ipse sibi hac in re consilij daret: & Metrodorus siue Tigranis utilitatem spectans, siue Mithridati salutē inuidens, pro officio legati se ut opem ferat suadere, pro consiliarij autem persona ab auxilio præbendo dehortari eum dixerat. Id cum Mithridati Tigranes retulit, non existimans Metrodoro periculum grauius inde extiturum: sed statim is iussu regis occisus est, pœnituitq; Tigranē, quòd tametsi nō planè causa exitij Metrodoro fuisset, odio tamē Mithridatis stimulos addidisset. dudum enim Metrodoro infensum occultè fuisse Mithridatem, secretis eius literis captis deprehensum est, in quibus etiam Metrodorus cædi destinabatur. Mortuum Tigranes magnificentissima sepultura affecit, quem uiuum prodiderat. Amphicrates præterea rhetor apud Tigranem obijt, siquidem propter Athenas mentio eius facienda est. Is Amphicrates patria profugus Seleuciam, quæ est ad Tigrin fluuium, peruenisse traditur: orantibusq; ciuibus, ut ibi oratoriam profiteretur, contemptim arroganterq; respondisse, delphinem à pelui non capi: inde ad Cleopatram Mithridatis filiam, Tigranis uxorem se cōtulisse, statimq; in suspiciones incurrisse, prohibitumq; Græcorum commercio spontanea morte obijsse: sepultum tamen & hunc à Cleopatra honorificè apud Sapham, qui est eius regionis locus. Interim Lucullus cùm Asiā summa pace optimisq; legib. composuisset, ne ea quidem neglexit, quæ ad uolupta tē, gratiāq; populi facerent: itaq; festiuitatibus, ludis triumphalibus, certaminibusq; gladiatorijs & athleticis Ephesi editis urbes oblectauit. Atq; eæ gratiæ referendæ causa, Lucullia in honorem eius egerunt: ueraq; eum, quæ honore gratior fuit, beneuolentia sunt prosecutæ. Posteaquam B C

Sinope capta.

Appius rediit, & bellum contra Tigranem gerendum apparuit, rursus in Pontum abijt, militibusq; receptis, Sinopē, aut uerius Cilices Mithridaticos qui eam obtinebant, oppugnauit: ij multis Sinopensiū uocatis, urbeq; incensa, noctu aufugere intenderunt. Quod ubi Lucullus sensit, in urbem intrauit, & octo Cilicum millia ibi deprætensa interfecit: reliquis sua bona restituit, urbisq; curam suscepit, tali potissimum motus insomnio. Per quietem imaginatus erat, quēdam sibi adstare ac dicere: progredere paulisper Luculle: adest ēm Autolycus, alloqui te cupiēs. Cum surrexisset, neq; intelligeret quorsum id insomniū tēderet, ea die Sinopē cepit, ac Cilices qui nauigijs effugerant insequens, in littore statuam iacere uidit, quam Cilices cùm urbe exportassent, tantum tamen spacij eis non erat datum ut in naues imponerēt. Statua ea ex præcipuis Sthenidis operibus fuit. Ibi quidā Lucullo indicauit, esse statuā eam Autolyci, eius qui Sinopen cōdiderat. Is Autolycus (ut traditur) Deimachi F. unus eorum

A rum fuit, qui Herculē bello Amazonas petentē ex Thessalia comitati fuerunt. Inde reuertens nauigio cum Demoleonte & Phlogio, ad Cherrhonesum eo in loco qui Pedalion, hoc est gubernaculum, dicitur, nauim fregit: enatansq; cum armis & socijs Sinopen, urbem eam Syris (hi enim tum tenebant, orti à Syro Apollinis, ut ferebat̄, filio, & Sinopes Asopidis filiæ) eripuerunt. His auditis Lucullus præceptum Syllanum memoria recoluit: nam in cōmentarijs Sylla monet, nihil magis fide dignum & certum putandum, quàm quod insomnijs monstrat̄. Cùm accepisset Mithridatem & Tigranē iam tantùm non in Lycaoniā & Ciliciā traducere copias, ut priores in Asiā inuaderent: mirari se Tigranē dixit, qui cùm in animo habuisset Romanos adoriri, nō integro & ualidis uirib. utenti Mithridati se adiunxerit, sed passus eum perire atq; frangi, nunc frigidas spes secutus bellū ordiat̄, & cum eo qui resurgere nequeat, se ipse quoq; in ruinæ det periculū. Cùm uerò Machares Mithridatis F. Bospori rex, coronā Lucullo mille aureis confectā misisset, orans ut inter P.R. amicos reciperetur: priùs bellum iam confectū existimans, Sornatiū ibi rerum ciuilium custodē cum sex millib. militum reliquit. Ipse cum duodecim peditum, equitum non integris trib. millibus ad alterum bellum contendit. Et uidebatur sanè impetu nimis audaci, parumq; sano consilio seipsum immittere in gentes bellicosas, multa equitū millia, uastamq; regionē, quę profundis fluminibus, mōtibusq; semper niuosis cingeret. Ideò & milites, alioqui dicto nō satis audientes, inuiti eum, & detrectantes iugū secuti sunt: & Romæ tribuni pl. criminabant̄ eum publicè, testabāturq; bellū ex bello quærere, nulla reip. necessitate ductum, sed imperiorū obeundorū cupiditate nunq; arma depositurū, neq; finē facturum opes publico periculo parandi. Et hi quidem tandē id quod quærebāt assecuti sunt. Lucullus aūt continenti itinere cùm ad Euphraten peruenisset, eumq; tumentē & à tempestate turbidū offendisset, doluit sibi moram faciendā in nauigijs conducendis, ratibusq; fabricandis esse. Sed aqua sub uesperā subsidens per noctē ita decreuit, ut cauus sub aurorā alueus cerneret̄. Accolę porrò fluminis, cum in traiectu insulas quasdam exiguas apparentes conspexissent, ad quas fluuius limū allueret, Lucullū uenerati sunt, cui ibi, quod rarò antè euenerat, obtigisset, ut fluuius ultrò se ei lenem transituq; facilē præberet. Hac occasione ille usus, copias traiecit: estq; ei bonum in transitu omen oblatum. Boues ibi pascuntur Dianæ Persicę (quam præcipuè Deam barbari trans Euphraten habitantes colunt) sacræ, quib. ad sacrificia tantùm utuntur, aliàs liberę pascuntur, insignitę lampade, quod Deę est signum: & cùm usus earum una est, haud sine magno labore capi abduciq; possunt. Harū tunc una exercitu Euphraten transeunte in saxum quoddam Deę sacrum se recepit, ibiq; stans caput perinde atque uinculo tracta demisit, seq; Lucullo mactandam prębuit. Idem Euphrati taurum sacrificauit, gratias eo pro transitu agens: eamq; ibi diem requieuit. Postridie, & quę deinceps sunt secutę diebus, per Sophenem progressus est, absq; omnium iniuria: accedentib. ei, & ultrò excipientib. uniuersis. Quin & militibus, cùm ij castellum quoddam opulentū occupare cuperent, cōmonstrato eminus Tauro, Iste, inquit, potiùs excindendus uobis in pręsentia est: hoc uictores manet. Magnis inde itinerib. Tigrin transgressus, in Armeniam irrupit. At Tigrani, qui primo aduētus Luculli indici caput amputauerat, nemo porrò quicq; renūciare: itaq; ille, cum iam hostili circùm igni ureret̄, inscius omniū sedere, adulationibusq; suorum aures prębere, qui magni imperatoris nomen meriturum Lucullū dicerent,

Insomniorum uis.

Luculli contra Tigranem expeditio.

Euphratis traiectus.

rent, si apud Ephesum Tigranis aduentum subsisteret, neque primo tam im- A
» mensi exercitus conspectu territus ex Asia fugam faceret. Adeò neque
» cuiusuis est corporis multum merum citra ebrietatem ferre: neque temerè
» inuenias, qui non in tanto rerum secundarum affluxu de potestate rationis exeat. Primus ei amicorũ Mithrobarzanes ausus est dicere ueritatem: sed ne huic quidem bene sua libertas cessit. Statim enim aduersus Lucullum missus est cum trib. equitum millibus, ingentique peditũ multitudine: iussusque ducẽ uiuum adducere, cæteros obterere. Luculli tum milites partim castra iam faciebant, partim in itinere adhuc erant. Itaque ut retulerunt exploratores de barbarorum aduentu, ueritus ne ij exercitũ ipsius diuulsum inuicẽ & incõpositum adorti turbarent, inhibito itinere, Sextiliũ legatum cum M D C. equitibus, legionarijsque & leuis armaturę militib. haud multo plurib. ire contra hostẽ, propeque eum dum ipse castra locasset subsistere iussit. Et peregisset mandata Sextilius, nisi Mithrobarzanes ferociter impetum dans coegisset cõfligere. Facto prœlio, Mithrobarzanes pugnans cecidit, cæteri barbari in fuga propè uniuersi perierunt. Proinde Tigranes relictis Tigranocertis, magna urbe, & quã ipse condiderat, ad Taurum recessit, ibique omnes suas copias contraxit. Lucullus aũt ut tempus apparandi hosti eriperet, Murenam emisit, qui ad Tigranẽ cõfluentibus obstaret: & Sextilium, ut Arabum magnam manum ad regem proficiscentem prohiberet. Simul & hic Arabes castra facientes adortus, plerosque eorum deleuit: & ille Tigranem in aspera angustaque conualle assecutus, illac copias longo ordine traducentem, occasione arrepta, ita insidijs circũuenit, ut Tigranes impedimentis relictis fugerit, Armenij multi occisi, plures capti fuerint. Hunc in modum rebus succedẽtibus, castra Lucullus mouit, & Tigranocerta obsidione cinxit. Erant ea in urbe multi Græcorum qui ex Cilicia traducti fuerant, multique idem passi barbari, Arabeni, Assyrij, Gordyeni, Cappadoces, quorum patrias solo æquauerat Tigranes, ipsos eò trãstulerat. Erat & opũ refertissima, donariorumque ea urbs, cùm nemo non regulus priuatúsue ad exornandã & amplificandam eam regi aliquid opis attulisset. Quare cõtinenter eam Lucullus oppugnabat, Tigranem haud toleraturum existimans, sed præter animi etiam sui sententiam ira motum eò ad prœlium uenturum. Neque uana fuit hæc opinio. Enimuerò & Mithridates crebrò & nuncijs & literis missis, à pugna dehortatus Tigranem fuerat, equitatuque hostem commeatu ex- C
cludere iusserat: Taxilesque ab eodem missus, multis regẽ orauerat, ut inuicta Romanorum arma uitaret. Et initiò quidem benignas aures Tigranes prębuerat. Sed postquã ex omni Armenia & Gordyena collectæ aduenerũt copiæ, Medique & Adiabeni uniuersi à regib. adducti sunt, tum à mari Babylonio Arabũ, à Caspio Albanorũ & Iberorũ, aliorũque ad Araxen habitantiumsine regibus, gratiaque & donis ad bellum conductorũ magni exercitus adfuerunt, speque & fiducia & barbaricis minis regia conuiuia ac consilia repleta fuerunt: ibi & Taxiles pugnam dissuadere ausus in periculum de uita uenit: & Mithridatem Tigranes, inuidere sibi tam præclari facinoris laudẽ suspicans, noluit expectare, ne sociũ eum gloriæ haberet. Itaque cũ omnib. copijs aduersus Romanos profectus est, admodum iniquo animo (ut perhibent) ferens, quòd cũ solo Lucullo, nõ cum omnib. Romanorũ ducib. uno in loco coniunctis esset cõgressurus. Neque usque adeò insanã eius fuisse temeritatẽ dixerit, qui eum comitantes tot nationes, tot reges, tot armatas phalanges, tot equitum millia consideret. Ducebat eñ uiginti sagittariorũ & funditorũ millia, equitũ L V millia, &

Victoria de Tigrane.

Tigranocerta obsidentur.

Tigranis copiæ.

A ex his XVII millia cataphractos, ut ipse Lucullus ad Senatũ perscripsit: ad hæc grauis armaturæ militũ, qui partim in cohortes, partim in phalanges disponerentur, CL millia: eorum qui uias expedirent, pontes fabricarentur, flumina purgarent, materiam cæderent, aliaq; ministeria obirent, XXXV millia, qui à tergo pugnantiũ constituti, terrorem hostibus, suis fiduciam præberent. Postquam cum his tantis copijs Taurum montem superauit, exercitumq; Romanum apud Tigranocerta despexit: multitudo quidem barbarorum obsessa, uociferationẽ ingẽtem & plausum ad aspectum suorum edidit, Romanisq; à muris minata Armenios monstrauit. At Lucullo de pugna deliberanti, quidam ut omissa obsidione in hostem duceret suadebant, quidã non esse à tergo tot hostes relinquendos, neq; soluendã obsidionẽ dicebant. Imperator utramuis nõ recte, utranq; autem bene habere sentẽtiam respondit: diuisisq; copijs, Murenam cum sex peditũ militibus ad obsidionem reliquit. Ipse cum uigintiquatuor cohortibus, quæ haud ultra decem armatorũ millia continebãt, uniuersoq; equitatu & funditoribus ac sagittarijs circiter mille, hosti obuiam cõtendit: positisq; iuxta fluuium in planicie ampla castris, planè imparatus à co
B pijs Tigrani uisus est, iocisq; materiam eius adulatorib. præbuit. Quidam paucitatem subsannabant, quidã de prædæ diuisione nugabantur, duces autem & reges singuli ad regẽ adibant, orantes ut sibi rem gerendã committeret, ipseq; spectator sederet: & Tigranes, ut ipse etiam faceti aliquid proferret, id, quod deinde uulgo iactatũ est, dixit, Si legati uenerint, multos, sin milites, paucos Romanos esse. Hoc modo illi ludendo ridendoq; tempus exegerũt. Prima luce armatum exercitum Lucullus eduxit: utq; erant uersus orientem hostium castra, quà fluuius ad occasum inclinat, & facilimè trãsitur, eò suos properè ducens, uisus est Tigrani cedere. Itaq; is Taxilẽ euocauit, ridensq;, Non, ait, cernis inuictos istos Romanorũ milites fugere? Cui Taxiles: Vtinam uerò, inquit, ô rex bona tibi fortuna id contingat: est enim præter rationem. Sed enim isti homines neq; splendido utuntur uestitu, iter facturi, neq; clypeis tersis, nudisq; galeis (uti nũc armorũ coriacea integumenta detraxerunt) incedunt: is potius pugnam adeuntium splendor est, iamq; hostẽ inuadentium. Nondum finierat ser-
C monem Taxiles, cùm Lucullus conuertere primam aquilam, & ordines ad transeundũ flumen componere uisus est: ac Tigranes quasi ex crapula uix tandem ad se rediens, bis terúe exclamauit, In nos uiri isti properant. Itaq; multo cum tumultu copiæ instructę sunt: mediam aciem rex tenuit, sinistrũ Adiabeno, dextrũ, in quo maxima pars cataphractorum in subsidijs erat, Medo cõmisit. Lucullum transiturum fluuium quidã ex ducib. monuerãt, uti eum diem caueret: esse enim unũ ex nefastis, quos & atros uocant. eodẽ enim die exercitus Romanorũ cum duce Cæpione à Cimbris fuerat extinctus. Sed Lucullus respõdit, (quę deinde uox in ore omnium fuit.) Atqui ego hũc quoq; diem Romanis fortunatum efficiã: erat autem pridie Nonas Octobris. His dictis, bonoq; animo uti essent suos hortatus, fluuium transijt, primusq; in hostẽ duxit, thoracem ferreis squamis compactum rutilantẽ indutus, paludamẽtumq; fimbriatũ, strictoq; iam tum gladio innuens, prępipiendum celeritate impetus spacium fagittando aptũ, manumq; statim conferendam cum hoste eminus iaculis pugnare consueto. cataphractos autẽ equites (quibus maximè fidebat hostis) cernẽs instructos sub colle quodã, qui supernè in latum planus esset, adscensumq; quingentorum passuum haberet non admodum dificilem, neq; præruptũ: Thraces equites, Galatasq;, quos secum habebat, ex ob- *Luculli cũ Tigrane pugna.*

P 3 liquo

liquo cum illis cōgredi iussit, contorumq́ ictus gladijs auertere: (omnis enim uis cataphractii in conto est sita, neque ullo alio modo aut sibi prodesse, aut hostem possunt lædere, mole & duricie armorum tanquam muro inclusi) ipse cum duabus cohortibus ad collem contendit, alacriter sequentibus ducem militibus, quem ipsum in armis primum labores perferre peditem cernebant. Vbi collem tenuit, stans in conspicuo omnibus loco, maxima uoce, Vicimus, inquit, ô commilitones, uicimus: simul in cataphractos duxit, mandato suis, ne pilis uterentur, sed statim gladijs femora & tibias hostium (hæc enim sola armis nuda sunt cataphracto) ferirent. Sed nihil eo pugnæ genere opus habuit. Non enim excepit Romanos hostis, sed clamore sublato, turpissima fuga sese in peditatum cōiecit, antequàm is pugnæ initium fecisset. Quo factum est, ut nullo uulnere, nullo sanguine facto multa ista millia uincerentur. Magna fugientium cædes fuit, aut uerius fugam molientium: nam ob ordinum densitatem ipsi sese mutuò impediebāt. Tigranes initiò cum paucis prouectus fugit: filiumq́ cernens eadē uti fortuna, diadema capiti detraxit, eiq́ flens porrexit, iubens ut qua posset alia uia insisteret, suæq́ saluti consuleret. Adolescens se redimere eo non ausus, famulorum uni, quem maximè fidum habebat, asseruādum tradidit: is forte fortuna captus, & ad Lucullum est adductus. Sic inter captiuos etiam Tigranis diadema repertū est. Ferunt supra centum millia peditū ea clade absumpta, equitū perpaucos admodum euasisse. Ex Romanis uulnerati sunt centū, amissi quinq́. Antiochus philosophus in uolumine de Dijs pugnæ huius mentionē faciens, nullā huius similē à sole cōspectā fuisse affirmat. Strabo, & ipse philosophus, in historicis cōmentarijs ait, Romanos sui tum puduisse, seq́ ipsos derisisse, qui armis contra talia mācipia opus habuissent. Liuius scribit, nunq́ Romanos adeò numero inferiores hostibus, signis collatis dimicasse: nā uictores uictis cōparati, ne uigesimā quidē partē expleuissent. Romanorū uerò præstantissimi, belloq́ exercitatissimi duces, id in Lucullo maximè laudauerunt, q duos maximos illustrissimosq́ reges duab. diuersissimis artibus, celeritate nimirū & tarditate uicisset. Mithridatē enim florentē bellum terendo cōfecit, Tigranē celeritate attriuit: fuitq́ ei hoc cum paucis eius tempestatis ducibus commune, q cunctatione in re gerenda, audacia ad se tuendam usus est. Et hæc ipsa Mithridati causa fuit, cur nō ad Tigranem festinaret, quòd Lucullū cautè ut semper, & cunctanter acturum crederet. Itaq́ lentè ad eum accedens, primùm cùm in Armenios quosdam metu perculsos in uia incidisset, qui tum domū se recipiebant, coniecit cladem acceptam: pòst pluribus iam nudis saucijsq́ occurrentibus, certior de re factus, Tigranem quæsiuit. Quem ut destitutum planè abiectumq́ reperit, nō profectò uicissim ei insultauit, sed equo descendit, cōmunemq́ fortunā deplorās, regiū ei suū comitatū adiunxit, speq́ futurorū cōsolatus est. Proinde hi nouis copijs cōtrahendis intēti erāt. Interim Lucullus Tigranocerta, urbē Græcis ob discordiā cum barbaris ortā tradētibus, admoto exercitu cepit: thesaurisq́ qui in urbe erant receptis, urbē diripiendā militib. dedit, in qua præter cæteras opes, octo millia talentorū nomismatis reperta sunt. Præter hæc octingentos uiritim denarios de manubijs diuisit. Et cùm audiuisset multos in urbe histriones relictos, quos Tigranes ad edendos in theatro à se ædificato ludos undiq́ conduxerat, illis ad ludos & spectacula pro uictoria exhibita usus est. Græcos uiaticis donatos in patrias suas dimisit, itemq́ barbaros, qui eò coacti commigrauerant: unde factum est, ut non ab urbe disiecta multæ suis recuperatis ciuib. iterum habitari ceperint: atq́ hæ benefactorem suum,

Clades Tigranis.

Luculli laus.

Tigranocerta capta.

A conditoremq́ Lucullum coluerunt. Reliqua etiam ita successerunt, uti dignum erat uiro laudes iusticiæ & humanitate potiùs, quàm bellica gloria sectanti. quippe illarum partem haud exiguam exercitus, maximam fortuna sibi uendicabat: hæ animum mansuetum proheç institutum ostendebant, iisq́ tum Lucullus citra armorum usum barbaros subegit. Nam & Arabum reges ad eum uenerunt, se suaq́ ipsi dedentes, & Sopheni se ipsi adiunxerunt: Gordyenos quoq; ita affecit, ut urbib. deser tis sponte sua ipsum cum uxorib. & liberis sequi uoluerint. Cuius rei hæc fuit causa. Zarbienus Gordyenorũ rex Tigranis tyrannidem non ferens, clam Appij (ut demonstrauimus) opera cum Lucullo de societate egerat: is re ad Tigranem delata, antè quàm in Armeniam Romani peruenissent, cum uxore & liberis iugulatus fuit. Hæc non oblitus Lucullus, in Gordyenã profectus est, Zarbieno funus fecit, rogumq́ ueste & auro regali pompa, & spolijs Tigranis exornatũ ipse succendit, libauitq́ eius manib. ipse, Zarbieni necessarijs præsentibus, socium eum P. R. amicũq́ appellans: iussit & monimentum ei preciosissimum extrui. nam in regia Zarbieni magna uis auri argẽtiq́ reperta fuit, & termillies mille medim-
B ni frumenti: ut & milites præda ditauerit, & admirationi Lucullus fuerit, qui ne denarium quidem ex ærario publico sumens, bellum bello partis opibus gereret. Venit eodem & à rege Parthiæ legatio, ad societatem & amiciciam prouocans. Gratum id Lucullo fuit, & ipse uicissim suos ad regem legatos misit, qui eum in utranq́ partem inclinare, & auxilij ferendi causa Mesopotamiam à Tigrane petere depræhenderunt. Ea re cognita Lucullus statuit Mithridate & Tigrane, ut iam de uictoria concedentibus, omisso Parthorum uires facta in eos expeditione experiri: præclarũ existimans, si uno belli impetu tres deinceps reges uicisset, inuictusq́, & quidem uictor cum tribus toto orbe terrarum potẽtissimis regibus depugnasset. Eo consilio in Pontum misit ad Sornatiũ reliquosq́ præfectos, mandans eis ut sibi per Gordyenem adscẽdenti cum exercitu obuiã uenirent. Ibi demũ militũ, qui iampridẽ intractabiles se, imperiaq́ obtrectantes præbuerant, planè detecta est impudẽtia: cùm neq; monendo, neq; ui ad officiũ à præfectis adduci possent, sed testarenẽ clamarẽtq́, se ne in Ponto quidẽ mansuros, uerùm deserto regno abituros. Hęc ut in Luculli castra sunt renũciata, istos quoq; milites corruperũt, qui iã antè
C diuitijs & luxu perditi cùm militiã detrectarent, postq́ de alterorũ libertate cõperenint, uiros eos dixerũt, eorumq́ exemplo agendũ: multis ẽm se iam salutẽ & requiẽ meruisse facinoribus. Hi, & alij etiã deteriores sermones ubi ad Lucullum delati sunt, expeditionem in Parthos dimisit, & æstate uigente, rursum contra Tigranẽ duxit: superato Tauro cum uidisset iam primùm uirere campos (ut ob aeris frigiditatẽ eę regiones tardiùs æstatẽ habent) indoluit. Descendit tamẽ, & bis térue ausis congredi Parthis fusis, liberè pagos populatus est: frumentũq́ Tigrani conuectũ auferens, penuriã, à qua ipse sibi metuerat, hostib. induxit. Cæterùm ubi prouocãdo ad pugnã, castra eorũ munitionib. cingẽdo, inq́ ipsorũ cõspectu agros uastãdo, Armenios toties ictos elicere nõ potuit, motis castris Artaxata petijt, regiã Tigranis, ubi & liberi eius infantes, & legitimæ uxores erant, ratus ea nequaq́ Tigranem capi non tentato Marte passurum. Ferunt Annibalem Carthaginensem cùm Antiocho à Romanis debellato ad Artaxã Armeniũ uenisset, cùm alia multa utilia docuisse, tũ regionis eius opportunissimo loco cõspecto, & amœnissimo, qui ociosus tum neglectusq́ iacebat, urbis in eo figurã descripsisse, eoq́ Artaxã adduxisse, et

Lucullus Parthicum bellum molitur.

Militũ contumacia.

Artaxata.

ut urbem ibi conderet, autorem fuisse: regi id pergratum fuisse, & ab Anibale uti aedificationi praeesset impetrauisse. itaque urbem mirae & magnitudinis & pulcritudinis conditam, à rege nomen habuisse, & totius Armeniae caput constitutam. Hanc tum Lucullo petente non continuit se Tigranes, sed assumpto exercitu quartis castris ad Arsaniam fluuium peruenit, quem transire Romanos ad Artaxata accessuros oportebat: ibi castra castris opposuit. Lucullus cum rem diuinam ueluti certus uictoriae fecisset, exercitũ traiecit, praemissis duodecim cohortibus, totidemq́, ne ab hostibus circumuenirentur, in subsidiũ retentis: etenim multi equites & delecti milites erant oppositi, atq; ante hos Mardi & hastati Iberi, quib. inter peregrinos maximè fidebat Tigranes. Neq; tamen ullũ ab his praeclarũ est facinus editũ: cùm parumper cũ Romanis equitib. decertassent, pedites inuadẽtes nõ sustinuerunt, sed in diuersas partes fugiẽtes equitib. insequendi occasionẽ praebuerunt. His dissipatis, Tigranis cũ suo equitatu prouehentis splendore & multitudine territus Lucullus, equites ab insecutione hostiũ reuocauit, & primus ipse Satrapenos, qui cum praestantissima militũ manu proximi erant, inuasit, eosq́; ipso terrore, anteq́; manũ consereret, fugauit. Ibi cum tres reges simul contra Lucullũ in acie starent, turpissimè omniũ uidetur fugisse Mithridates, qui ne clamorẽ quidẽ Romanorũ sustineret. Insequẽdo hostẽ, & per totã eam noctẽ non caedendo tantùm, sed & captiuos abducendo, & pecuniã spoliaq́; cõgerendo Romani defatigati sunt. Liuius priori pugna plures, hac nobiliores hostiũ captos caesosq́; dicit. Auctus exinde animo fiduciaq́; Lucullus, pergere in superiora, planeq́; euertere opes barbari statuit. Verùm circa aequinoctiũ autumnale grauis tẽpestas incidit, pleraq; niue obruens, & in aperta loca pruinã glaciemq́; deijciens: itaq; & potu difficiles ob frigus equis fluuij reddebantur, & transitu, cùm perrupta glacies neruos eorum dissecaret. Plereq; etiã regionis eius partes, ut erãt syluestres, arcteq́; subinde milites niue decussa in itineribus madefaciebant, & in udis locis pernoctationes affligebant. Itaq; dieb. haud multis à pugna Lucullũ secuti, primùm missis tribunis supplicãtes expeditionẽ deprecabantur: mox tumultuosiùs cõgressi, per castra noctu strepitũ, qualis solet initio conflictus edi, tollebant, quod signũ uidetur esse ad defectionẽ spectantis exercitus. Lucullus cùm eos multis esset cohortatus ad patientiã, utq; tantisper durarent, dum Carthagine in Armenia capta, infensissimi hominis (Annibalem nominabat) opus delerent, postq; nihil obtinuit, retrò eos abduxit: alioq; in loco Taurum transgressus, in Mygdoniã descendit, regionem fertilem, apricamq́;, & in qua urbs erat magna, atque populosa, quam barbari Nisibin, Antiocheam Mygdonicã Graeci nominabant: obtinebat imperio Guras Tigranis frater, arte autem & peritia machinarum Callimachus, qui & apud Amisum plurimum Lucullo exhibuerat negocij. Hanc obsidione cùm cinxisset, & omne genus oppugnandi tẽtasset, breui tẽporis spacio expugnauit: Guraq́; sese dedẽte humaniter usus, Callimacho magnã uim recõditae pecuniae monstraturũ se pollicẽti non gessit morẽ, sed in compedib. iussit auehi daturũ poenas incendij Amiseni, qua urbe uastata Lucullo suę liberalitatis humanitatisq́; Grecis demõstrandae occasionẽ praeripuerat. Hactenus in bello gerẽdo adfuisse Lucullo fortunã haud ineptè quispiã dixerit. ex illo aũt, quasi uẽto secundo concidente, ui omnia agens, & ubiq; offendens, uirtutem sanè, & aequanimitatem bono duce dignam ostendit, gloria tamen et gratia actiones caruerunt: parumq́; abfuit, quin frustra & infeliciter laborando partam

Tigranes iterum uictus. — *Militũ tumultus.* — *Nisibis capitur.* — *Fortuna Luculli ut mutata.*

A B C

A tam quoq; famantẽ gloriam amitteret. Cui ipse rei haud minimã caufam præbuit, à colenda multitudine militari alienus, idq; omne ad dedecus et interitum magistratus spectare existimans, quod in gratiam subditorum fieret: &, quod maximi fuit momenti, ne cum potentibus quidẽ, & dignitate paribus conueniens, sed prę se omnes contemnens. His inter tot uirtutes Lucullus uitijs laborauit, cætera magnus, honestus, facundusq; & prudens domi militiæq; habitus. Sallustius autor est, initio statim belli milites odium aduersus eum concepisse, cùm eos apud Cyzicũ, rursumq; apud Amisum duas continuas hyemes in hybernis sub dio continuisset: reliquæ etiam hyemes molestia afficiebant, partim in hostico, partim apud socios sub cœlo exactæ: neq; unq; in sociã aut Græcã urbẽ cum exercitu Lucullus intrauerat. Hoc modo affectis militibus, maximas in urbe tribuni plebis occasiones præbuerunt, inuidia Luculli calũniantes, eum imperij opumq; cupiditate ductũ bellũ trahere, atq; interea tantùm non possidere Ciliciã, Asiã, Bithyniam, Paphlagoniã, Galatiã, Pontũ, Armeniam, & usq; ad Phasin porrectas regiones: nunc etiã regiam Tigranis diripuisse, perinde ac si non ad debellandos, sed spoliãdos reges missus esset. hæc eñ sunt, quæ tribunorũ plebis unus L. Quinctius dictitasse traditur. Hunc maximè autorẽ habuit populus, Lucullo successorẽ decernẽdi, multosq; qui sub eo militabant exautorandi. Accessit ad hæc incõmoda id, quod potissimùm res Luculli perdidit. P. Clodius, homo petulãs, omnisq; superbiæ & ferociæ plenus, frater uxoris Luculli, cum qua & incestam consuetudinẽ (ut erat impudicissima) habere ferebatͬ, Luculli in castris eo tẽpore erat. Is cùm nõ in tanto, quantũ sibi poscebat, honore haberetur (primus eñ haberi cupiens, multis ob morum peruersitatem postponebatur) Fimbrianos milites occultè contra Lucullum incitauit, sermones apud homines quibus dicendo pellici neq; inuitis neq; insuetis erat, gratos spargens. Erant hi milites, qui antè Fimbriam sibi persuadere passi fuerant, uti Flacco consule cæso, ipsum ducem assumerent. Quare tunc quoq; Clodium lætis animis acceperunt, militumq; amicum appellarunt: nimirum qui se uicem eorum dolere simularet, nullum bellorum laborumq; tantorum finem reperientium, sed contra omnes populos dimicando, omnes terras pererrando uitam terentium, nullum eius militiæ præmium dignum ferentium, tantùm Luculli currus & camelos aureis C & gemmatis poculis refertos comitantium. At uerò (dicebant) Pompeiani milites bello defuncti cum uxoribus & liberis suis iam Romæ sedent, terram felicem possidentes, inq; urbibus habitantes, non Mithridate & Tigrane in uastas solitudines compellendis, neque regias Asiæ euertendo, sed exulibus in Hispania, & fugitiuis in Sicilia debellatis ocium nacti. Quorsum ergo attinet, nos nullum militiæ finem facere? quin nos quod reliquum est corporum animorumq; ei reseruamus duci, cui nullũ pulcrius decus esse uidetur, quàm ditare milites? Ita corruptus exercitus, Lucullum neq; contra Tigranem euntem sequi uoluit, neque aduersus Mithridatẽ, qui statim ex Armenia in Pontũ irrumpẽs regnum suum recuperabat: sed hyemem causantes, in Gordyena morabant, mox Pompeium aliũmue Lucullo datum successorẽ adfuturum sperantes. Postea q; renunciatũ est Mithridatẽ Fabio superato, aduersus Sornatium & Triariũ tendere, pudore moti milites Lucullũ secuti sunt. At Triarius uictoriæ gloriã Lucullo iã appropinquanti præripere cupiẽs cũ hoste congressus, magnaq; pugna uictus est. Et eñ ultra septẽ millia Romanorũ cæsa dicuntur, inq; his CL centuriones, XXIIII tribb. militum, & castra Mithri-

P. Clodius Fimbrianos corrumpit.

Mithridatis uictoria.

Mithridates cepit. Paucis pòst diebus Lucullus superuenit, & Triarium A
ab iratis militib. quæsitũ subduxit: Mithridate aũt pugnam detrectante,
& Tigranẽ expectãte qui iam magnis cum copiis aduẽtabat, statuit priùs
quàm ii inter se coniungerentur, Tigrani occurrere, & cum eo pugnare.

Lucullus à militib. deseritur.

In itinere Fimbriani milites coitione facta à signis discesserunt, senatus
consulto se exautoratos esse, neq; Lucullum aliis decreta prouincia cum
imperio esse præterea dicentes. Nihil adeò indignum Lucullo fuit, quod
eo tẽpore non sustinuerit: singulos, & circum tentoria iens uniuersos tri-
sti uultu ac lacrymans deprecatus est, atq; prænsauit. Milites aũt dextram
eius à se reiicere, marsupia uacua proiicere, solũ iubere contra hostes pu-
gnare, qui solus inde ditescere nosset. Tandẽ reliquosũ militũ uicti preci-
bus, polliciti sunt ea æstate se cum Lucullo mansuros, atq; ita si nemo pu-
gnaturus occurrisset à militia liberos futuros. Has conditiones necessita-
te cõpulsus accepit, ne destitutus regionẽ eam barbaris traderet. proinde
non ui eos continuit, neq; ad prœlium duxit, contentus eos non disce-
dere. Interim & Cappadociam à Tigrane uastari uidere cogebatur, Mi-
thridatemq; rursus ferocire, quem à se debellatum ipse senatui scripserat,
iamq; legati ad res Ponticas, ut planè confecto bello, componendas ei B
aderant. Ii sanè coràm inspexere, Lucullum non Ponti modò, sed ne sui
quidem esse compotem, qui ludibrio militibus haberetur. Tanta enim ii
in imperatorem petulantia abundabant, ut sub exitum æstatis arma indu
ti, strictis gladiis hostes absentes procul, iamq; belli fessos prouocarint,
ac clamore militari sublato, umbratiliq; pugna edita, ex castris discesse-

Pompeius Lucullo succedit.

rint, testati tempus, ad quod se Lucullo obstrinxissent, exiisse. Reliquos
per literas ad se Pompeius uocabat, dux belli contra Mithridatem & Ti-
granem gratia populi & adulatione tribb. plebis creatus. Enimuerò gra-
ui iniuria affici Lucullum senatus optimiq; censebant, cui non bellum,
sed triumphus à successore eriperetur: neque imperium, sed præmia re-
rum gestarum alii cogeretur tradere. Auxit indignitatem rei apud præ-
sentes, quòd neque honorum neque suppliciorum potestas Lucullo re-
linquebatur, neque quenquam ad eum accedere Pompeius sinebat, illi-
úsue obtemperare edictis, quæ cum decem legatis fecerat: uerùm ipse e-
dicto proposito id uetabat, terroremq; ob maiores quas secum habebat
copias incutiebat. Effecerunt tamen amici, ut in pago quodam Galatiæ

Congressus eorum.

congrederentur. Amicè ibi se consalutarunt, inuicemq; de rebus præ- C
clarè gestis gratulati sunt. Lucullus natu maior erat, Pompeii ob imperia
plura, duosq; triũphos actos maior dignitas. Et cùm utriq; ob partas ui-
ctorias fasces laureati præferrent, Luculli milites Pompeii lauros, ut lon-
gum iter per loca sicca & squalida erat ꝓfectus, exaruisse cernẽtes, hono-
ris causa de suis lauris recẽtib. uiridibusq; largiti sunt: id q̃d boni ominis
loco acceperunt Põpeiani. Et uerò Pompeii imperiũ reb. gestis Luculli
exornatũ est. Id tamẽ colloquiũ ad beneuolentiã recolligendã nihil con-
tulit, uerùm animis magis inuicẽ abalienatis discesserunt. Põpeius Lucul
li constitutiones rescidit, milites ei omnes ademit, mille ac sexcentis tan-
tùm relictis qui triumphantẽ comitarentur: qui ipsi quoq; inuiti eum se-
cuti sunt. Adeò ad id quod in regendo exercitu summum est, uel ingeni-
um Lucullo, uel fortuna defuit: atque hoc unum si ad ceteras eius uiri tot
tantasq; uirtutes accessisset, fortitudinem, diligentiam, prudẽtiam, iusti-
ciam, non equidẽ Euphrates Romani in Asia imperii terminus, sed extre
mitates & Caspiũ mare fuisset. quippe & deuicti iã reliq cũ Tigrane po-
puli erant: neq; ea tum Parthorum, quæ Crasso bellũ mouente apparuit,
potentia,

potentia, neq; respub. constituta fuit, cùm bellis ciuilibus finitimisq; at-
A triti, ne Armeniorum quidem insultus defenderent. Nunc mihi Lu-
cullus aliquanto plus per alios damni patriæ dedisse uidetur, quàm ipse
ei profuerit. Trophæa enim in Armenia fixa, Parthis uicina, item Tigra-
nocerta, Nisibisq; captæ, & opes inde amplę Romã aduectę, Tigranisq;
diadema in triumpho inuectũ, Crassum cupiditate belli in Asia gerendi
inflammarunt, barbaros nihil aliud quàm prædam esse opinantẽ: tametsi
mox ille Parthicas sagittas expertus, ostendit non uæcordia sua aut molli
cie barbaros, se autem à Lucullo audacia & peritia uictum. Verùm hæc
aliò pertinent. Lucullus cùm Romam peruenisset, Marcum fratrẽ offen- *Luculli à Memmio accusati.*
dit à C. Memmio ob res in quæstura sub Sylla gestas in ius uocatum. Mar
co absoluto, in ipsum Lucium se conuertit Memmius, eumq; multa pecu
latum, & bellum consultò traxisse clamitans, populum ne triumphum ei
concederet iritauit. Magnum aggresso certamen Lucullo, primi & poten
tissimi ciuium tribub. se permiscentes, multis precibus enixoq; studio po
pulum ad decernendum ei triumphum adegerunt. Fuit is Luculli trium-
phus, non, ut aliorum, longa pompa, eorumq; quæ inueherentur multitu
dine terribilis atq; uarius, sed armis hostium, quorum erat ingens copia,
B regijsq; machinis Flamininum circum exornauit: quod ipsum uel solum
spectaculũ haud parum splendoris habuit. In pompa, non ita multi equi- *Triumphus Luculli.*
tes cataphracti, decemq; currus falcati ducti sunt: ad hæc sexaginta regij
amici atq; duces, naues longæ æreis rostris aptæ centum & decem: præ-
terea Mithridatis colossus aureus sex pedes longus, clypeus gemmatus:
item decem argenteorũ poculorum feretra, aureorum, armorumq;, & no
mismatis trigintaduo. Hæc uiri gestabant. Muli porrò octo lectos aureos
portabant, quinquaginta & sex argento conflato onusti incedebant, alij
centum & decem nomisma argentumq;, cuius summa fuit circiter cen-
ties & octies sestertiûm: et in tabulis signata erat sũma pecuniæ, quam ad
bellũ Piraticũ gerendũ Pompeio dederat, & quam in ærariũ publicum
intulerat, & seorsim dati militibus singulis D X C denarij. Post hæc & ci
uibus epulum splendidũ, & uicis circumiacentibus præbuit. Porrò Clo- *Matrimonium.*
diæ, impudicæ malæq; mulieri nuncio remisso, Seruiliam Catonis soro-
rem duxit. Sed ne hæ quidem nuptię ei felices fuerunt: id enim unum Ser
uilia Clodiæ præstabat, quòd fratrem criminibus obnoxium nullum ha-
C bebat: alioquin perinde impudica. Catonis tamen reuerentia tolerauit
aliquandiu, ad extremum ipsam quoq; repudiauit. Cùm autem Senatus
incredibilem de eo spem concepisset, quasi is uir tyrannidi Pompeianæ *Lucullus ocio se dedit, & uoluptatibus.*
esset reluctaturus, & pro optimatum principatu propugnaturus, quippe
qui gloria potentiaq; tanta fretus certamini par esset: ipse rempub. desti-
tuit, ab eaq; totum se traduxit: siue quòd iam ita laborantem cerneret, ut
seruari posse desperaret, siue quòd (ut multorum fert sententia) plenus
iam gloriæ, post multas ærumnas haud felicissimum finẽ consecutas uitæ
genus quietum & mollissimum sibi delegisset. Non desunt enim, qui eam
uiri istius mutationem laudẽt, quòd non Marij exemplum secutus sit: qui
post Cimbricas uictorias, magnamq; illam præclaris facinoribus quæsi-
tam gloriam non satis habuit se admirationi omnibus ob ingentes hono-
res esse, sed inexpleta gloriæ imperijq; cupiditate abductus, senex cum
iunioribus in repub. contendens, in facta turpia, turpioresq; factis affe-
ctus sese precipitauit. Rectiùs quoq; sentiunt Ciceronẽ sibi cõsulturum
fuisse, si post oppressum Catilinam se in ocio cõtinuisset: & Scipionẽ, si e-
uersæ Carthagini addita Numantia quieuisset. Esse enim quẽdam etiam
ciuilium

ciuilium ambitum finem: & ut in athleticis, ita in ciuilibus etiam certaminib. repræhendi, qui ætate uiribusq́ deficiẽtibus ea ſubeant. At Craſſus & Pompeius Lucullum ſubſannabant, qui ſe delicijs ſumptuoſis, uoluptatibusq́ dedidiſſet: quaſi uerò non id genus uitæ à tanti uiri ætate prouectiore alienum eſſe, perinde atque adminiſtratio reip. & bellorum deberet. Equidem Luculli uita ſimile quiddam antiquæ comœdiæ referebat: nam priora reip. & bellorum functiones obitas habent, poſteriora cœnas, conuiuia, ac tantùm non comeſationes, faces, & omnia ludicra. In ludicris enim ego ſumptuoſa iſta ædificia, ambulationumq́ & balneorũ apparatus, tum picturas & ſtatuas, impenſasq́ in eas artes factas ingentes pono. nam in has res pecuniã, quã bello gerẽdo ingentẽ fecerat, profundebat. A

Luxus Luculli.

Cui rei argumento uel maximo eſſe poſsit, quòd hodie etiam, cùm tanta luxus incrementa fecerit, Lucculliani horti inter Cæſarios precioſiſsimi habentur. Iam illa in ora maris, & apud Neapolin ædificia, cùm exhauſta infernè terra colles penſiles effeciſſet, curſusq́ in mari, & piſcoſos tranſitus ædibus ſuis circumduxiſſet, habitationes in mari extruxiſſet, ut inſpexit Tubero Stoicus, Xerxem eum togatũ nominauit. Habebat & in Tuſculano habitationes ex quibus tanquam ſpecula circumſpicere uicina poterat, cubiculis & ambulationibus apertis. B In eas cùm Pompeius ueniſſet, repræhendit Lucullum quòd ad æſtatem optimè accommodaſſet ædes, ſed ita ut hyeme habitari non poſſent: cui Lucullus ſubridens, Adeóne, inquit, minùs tibi gruibus & ciconijs ſapere uideor, ut nõ poſsim ſecundum anni tempus locum mutare? Prætori cuidam, qui ſpectaculum edere quàm ſplendidiſsimè cupiens ad eum uenerat petitum chlamydes aliquot, quibus chorum exornaret, inſpecturum reſpondit an tot habeat, & ſi habeat, daturum: poſtridie ex eo quęſiuit, quótnam cuperet, centumq́ ſatis eſſe reſpondentem, ducẽtas accipere iuſsit. Cui rei Horatius hoc epiphonema attexuit.

Exilis domus eſt, ubi non & multa ſuperſunt,
Et dominos fallunt. ——

Nouum autem genus diuitiarum in quotidianis cœnis Lucullus oſtentabat, non modo ueſte ſtragula purpurea, poculis gemmatis, choris & cantilenis, ſed & omnibus generibus ciborum, cupediarumq́ ſummo artificio apparatarum uarietate illiberalium excitans æmulationem. Itaque Pompeio laudi datum eſt, quòd cùm æſtate ægrotanti ipſi medicus ſuaſiſſet uti turdo ueſceretur, C famulusq́ negaſſet eo tempore inueniri turdum, niſi altilem apud Lucullũ poſſe: ab eo peti prohibuiſſet, medicoq́ dixiſſet, Ergo niſi Lucullus delicijs operam daret, Pompeius non uiueret? atq́ aliud cõparatu facile dari iuſsiſſet. Cato etiam qui & amicus Luculli & neceſſarius fuit, ita uiuendi rationem eius improbauit, ut cuidam iuueni in ſenatu de frugalitate & temperantia prolixum importunumq́ ſermonem intempeſtiuè habenti, aſſurgens dixerit: Non ceſſabis tãdem, Craſsi inſtar diues, uiuens ut Lucullus, Catoniano more diſſerere? Quidam hoc ita dictum fatentur: à Catone, id uerò negant. Cæterùm Lucullum non delectatum modò hoc uitæ inſtituto, ſed & gloriatũ, ex his, quæ eius dicta memoriæ tradita ſunt, apparet. Græci quidam (ita enim narrant) Romam uenerant: quos cùm per aliquot dies Lucullus cõuiuio accepiſſet, Græcanica uerecundia tandem moti, cùm inuitarentur, recuſarunt, quòd propter ſe tantos quotidie ſumptus fieri nollent. His Lucullus ſubridens: Sanè inquit, nonnihil horum propter uos fit, ſed pleraq́ propter Lucullum. Solus cùm cœnaret, eſſetq́ una tantùm menſa, & mediocris cœna

A cœna apposita, succensuit, & ad se uocatum seruum, qui ei rei præfectus erat, obiurgauit: cumq; ijs diceret, se nõ existimasse opus fore sumptuosa cœna, cùm nemo esset inuitatus: Quid, inquit, hoc rei est? an nesciebas hodie Lucullum cum Lucullo cœnaturum? Ea de re cùm, uti fieri solet, multus esset in urbe sermo, ad ipsum in foro fortè ociosum sedentem Pompeius & Cicero accesserunt (ex his Ciceroni cum Lucullo summa intercedebat familiaritas: cum Pompeio etsi bello Mithridatico discordia inciderat, solebant tamen amicè sæpenumerò conuenire atq; colloqui) & Cicero salutatum percontatus est, essetne ei commodum cõferre sermones. Cùm respondisset esse sibi lubentissimo, utq; accederent hortaretur, Volumus, inquit Cicero, hodie tecum cœnare, ea tamẽ lege, ut nihil propter nos apparetur. Lucullo excusante, oranteq; ut in alium diem differrent, non destituros ab incepto dixerunt, neq; passi sunt cum seruis eum colloqui, ne quid amplius solito fieri præciperet: id tantum ab ipsis obtinuit, ut coram ipsis diceret uni seruorum, se hodie in Apolline cœnaturum. Erat autem is Apollo cœnaculum unum de preciosis: eoq; astu illis imposuit. Nam unumquodque cœnaculum definitum cœnæ sum-
B ptum habebat, suumq; apparandi modum: ut famuli audientes ubi esset cœnaturus, statim quo sumptu, quo ornatu apparari deberet cœna scient. Sumptus autẽ cœnæ in Apolline erat ducenta sestertia: talisq; tum præbita cœna Pompeio præter sumptuum magnitudinem apparatus celeritatem admirandam proposuit. Hos ille in usus opibus abutebatur, tanq; uere captiuis atq; barbaricis. Cæterùm id eius factum & cõmemoratione est & laude dignum, q multos, beneq; scriptos libros conduxit, usumq; eorum possessione laudabiliorem instituit. *Bibliotheca Luculli.* Omnibus enim bibliotheca Luculli, & quæ iuxtà erant ambulationes atque scholæ, patebant: eoq; se Græci, tanquam in Musarum aliquod diuersorium liberère cipiebant, alijsq; negocijs euitatis iucundè dies ibi commentando exigebant. Ipse frequenter in ambulationes eas se contulit, ac cum philosophis disputauit: rebus quoq; ciuilibus, sicubi opus erat, non defuit. Omnino autem Græcis Romam uenientib. hospitij Prytaneiq; publici usum Luculli domus præstabat. Philosophiæ omnia genera Lucullus ample- *Philosophia eius.*
C xus est, & familiaria habuit: Academiam uerò iam inde ab initio miro studio & amore coluit, nõ nouam illam, quæ tum maximè Philonis opera disputationibus Carneadicis florebat: sed ueterẽ, cuius tum princeps erat Antiochus Ascalonita, uir magna dicendi ui præditus. Hunc Lucullus cùm omni studio amicum suũ domesticumq; effecisset, Philonis auditoribus, inter quos erat etiam Cicero, opponebat. Et conscripsit Cicero uolumen de Academica secta perelegans, eiq; Lucullũ titulum fecit: in quo de eo, utrum compræhendi aliquid sciriue possit disputans, affirmantis partes Lucullo, sibi negantis tribuit. Erant, uti diximus, summa inuicem amicicia iuncti Cicero & Lucullus, idemq; in repub. sentiebant. Neq; enim totũ se à repub. Lucullus abstraxerat, sed dimisso de principatu certamine tot periculis totq; contumelijs obnoxio, Crasso id Catoniq; tractandum reliquit: hos enim, postq; ipse primas sibi partes uendicare desijt, principes de Senatu habebant ij, quibus Pompeij potentia erat suspecta. Amicorum causa in forum uenire solebat: in Senatũ, quoties Pompeij conatui alicui obsistendum duceret. Nam & constitutiones, quas is deuictis regibus fecerat, rescidit, & cùm is de diuisione quadam inter milites retulisset, ne fieret effecit, usus opera & auxilio Catonis. His motus causis Pompeius ad Crassi & Cæsaris amiciciam, aut rectiùs coniuratio-

nem confugit, urbeq; armatis militibus repleta, per uim leges ſuas pertu- A
lit, Catone & Lucullo foro pulſis. Quam rem cùm optimates iniquo ani-
12 mo ferrent, Vectium quēdam produxere Pompeiani, captum dicentes,
Vectij indicium. cùm Pompeio inſidiaretur. Atq; is quæſtione habita in Senatu quoſdam
alios, apud populum uerò Lucullum nominauit, à quo ad occidendum
Pompeium ſubmiſſus fuiſſet. Nemo ei indicio fidē habuit, ſtatimq; appa-
ruit eum calumniandi cauſa à Pompeianis ſubornatū fuiſſe: id quod pau-
cis pòſt diebus depræhenſum eſt. Nam cadauer Vectij ex carcere proie-
ctum inuentum eſt: & à Pompeianis, qui eum caſu mortuum fuiſſe dice-
bant, cùm tamen ſtrangulationis & uerberum ueſtigia conſpicerentur,
ſatis patuit eundem factum cæſumq; eſſe. Eo magis in poſterum ſe à re-
pub. abduxit Lucullus: poſtquam Cicero in exiliū actus, & Cato in Cy-
prum miſſus eſt, planè ocio ſe totum dedit. Ferunt ante obitum mente ex
13 morbo quodam alienata, paulatim deſipuiſſe. Cornelius Nepos non ſe-
Obitus Luculli. nectutem, neq; morbum delirij cauſam fuiſſe ait, ſed uenenum ei à Calli-
ſthene liberto exhibitum, propinatum autem ab hoc, ut ſe magis dilige-
ret, amatorij poculi loco: id tamen ita rationem eius læſiſſe, ut uiui adhuc
tutelam frater geſſerit. Mortuum, perinde ac ſi in media reipublicæ bel- B
liue adminiſtratione deceſſiſſet, dolens populus cōcurſu facto, cùm eſſet
corpus à nobiliſsimis adoleſcentibus in forum prolatū, in campum Mar-
tium efferre, ibiq;, ut & Syllam, ſepelire contendit. Quod cùm omnibus
inſperatum accidiſſet, neque facili apparatu fieri poſſe:, frater eius popu-
lum exorauit, ut funus ei fieri in prædio Tuſculano, ſicuti comparatum
erat, ſineret. Non multum temporis ipſe etiam ſuperuixit: utq; paulo infe
rior ætate gloriaq; fuit, fratris in uita amantiſsimus tempus quoq; mortis
ab obitu eius non multum diſtans ſortitus eſt.

CIMONIS ET LVCVLLI *comparatio.*

Mors. Finem uitæ Lucullus eo maximè beatum nactus eſt, quòd ante muta-
tionem eam, quam Romanæ reipub. per bella ciuilia machinabatur fa-
tum, in laborante quidem, ſed tamen adhuc libera patria expirauit. Qua
in re apprimè ei cum Cimone conuenit, qui & ipſe nondum conturbatis
Græciæ rebus, ſed ipſo initio inteſtinorum tumultuū legi naturæ ſatisfe-
cit. Hic quidem in caſtris, & imperium gerens: nō rude iam donatus, neq; C
ocio & delicijs deditus: neq; poſtquam armorū, imperiorum, trophæo-
rumq; præmia conuiuia ſibi & compotationes ſtatuiſſet, quo nomine
1 Plato Orpheum ſubſannat, quòd his, qui uitam ſuam rectè egiſſent præ-
mij loco apud Manes æternam crapulam paratam dixiſſet. Ocium qui-
dem, requies, ſtudiumq; literarū uoluptatem contèmplationemq; rerum
afferens, conuenientiſsima eſt ſeni laboribusq; domi & militiæ defuncto
recreatio. At uoluptati, tanquam is finis rerum præclarè geſtarum eſſet, ſe
dare, & poſt bellicos ciuilesq; magiſtratus Veneris ſacris ſtudere luden-
do, luxuriandoq;, id uerò indignum præclara Academia eſt, neque eius
Mutatio uitæ. qui Xenocratem imitetur, ſed qui ad Epicurum inclinet. Quo magis mi-
ror Cimonis iuuentutem uitioſam & intemperantē, Luculli contra bene
inſtitutam modeſtamq; conſiderans: & quidem is melior habendus eſt,
cui mutatio in melius accidit. eſt enim ea natura præſtantior, in qua dete
riora cōſeneſcunt, meliora uigent atq; adoleſcunt. Iam cùm eadē ratione
Vſus opū. opes parauerint, diſsimiliter planè ijs uſi ſunt. Nam thalami Lucculliani,
ſpeculæq; circūfluæ apud Neapolim ex manubijs barbaricis ædificatæ,
ac con-

A ne conferendæ quidem sunt cum Australi muro arcis, qui pecunia à Cimone aduecta absolutus est. An uerò Luculli magnificas & regias cœnas cum Cimonis frugali & populari comparādas uictu putas? quando hic multos quotidie paruo impendio aluit, illæ ingēti sumptu paucorum luxuriæ seruierunt. Nisi tamen temporum ratio diuersitati huic causam præbuit. Est enim in incerto utrum Cimon, si post res gestas senectutem à militia reipublicęq; cura uacantem attigisset, luxuriosa & uoluptati dedita uita fuerit Lucullum superaturus: quippe ebriosus, uitæq; dissolutæ, & mulierosus etiam. Nam rerum gerendarum pręclarorumq; facinorum studium, cùm suas peculiares habeat uoluptates, ciuilibus & honorum cupidis ingenijs turpiorum cupiditatū obliuionē inducit: & si Lucullus in belli administratione mortuus fuisset, existimo sanè neminem adeò calumniandi & repræhendendi studiosum esse, qui quicq; in eo uiro quod culparet inuenire potuisset. Bellicam laudē haud dubie reb. terra mariq; gestis uterq; meruit. Sed ut ex athletis eos qui eadem die lucta pancratioq; coronam meruerunt, mira quadā consuetudine Victores excellentiæ ergò nominant: sic Cimon cùm una die uictoriæ naualis terrestrisq; *Victoriæ.*

B coronā Græciæ imposuerit, primum inter imperatores locum meretur. Quid, quòd Lucullo patria imperiū mandauit, Cimon patriæ imperium peperit? alter patriæ socijs iam imperanti, hostilem ditionem adiecit, alter alijs subiectam patriam simul & illorum ducem, & hostium uictorem reddidit? cùm & Persas è mari profligauit, & Lacedæmonijs ut Athenis de imperio cō cederent persuasit. Sin illud ducis praecipuū opus est, ut milites beneuolentia sibi obstrictos, dicto audientes habeat, Lucullus quidem à militibus contemptus, Cimon socijs admirationi fuit: ab illo defecerūt, ad hunc transiuerunt. ille cum quib. imperator domo exierat, ab ijs desertus redijt: hic missus ut aliorum imperatis pareret, horum dux domum reuersus est, cùm tria difficilima patriæ suæ confecisset, pacem cum hostibus, principatum inter socios, cōcordiam cum Spartanis. Vterq; magnum regnū euertere aggressus, totamq; subigere Asiam, imperfectū id quod ceperant reliquerunt. Cimon quidem nulla alia de causa, quàm quòd ita fortunæ uisum fuisset: bellum enim adhuc gerens, prosperoq; rerum successu mortuus est. Lucullum non facile est omni culpa liberare, siue nesciuerit, siue noluerit offensis & repræhensionib. militum *Res imperfectæ.*

C suorū mederi, unde tātum in ipsum odiū tandē exarsit. Tametsi id quoq; ei cum Cimone commune uideri posit, quem in iudiciū pertraxerunt ciues, ac deniq; ostracismo urbe pulerunt, ut uocē eius (quod ait Plato) decennio non audirent. Nam qui ingenio eo sunt, ut optimatū in rep. principatui studeant, ij pauca in gratiā multitudinis agūt dicuntq;: ideò cum corruptos & peruersos ciues corrigere uehementiùs contendūt, perinde molesti ijs sunt, ut medicorū uincula corpori, quib. luxatos artus in suā redigunt sedē. Itaq; eo crimine utrunq; absoluamus. Enimuerò longè progressus est armis Lucullus, qui & primus Romanorū cum exercitu Taurū montē transijt, & Tigrim, qui regias Asiæ ciuitates in ipso regum conspectu cepit & incendit, Tigranocerta inquam, Cabira, Sinopen, & Nisibin, qui boreales reges usq; ad Phasin fluuium, orientales Media tenus, Australes & rubrum mare Arabicorū regum opera subiugauit: qui uires regū attriuit, ac tantum non ipsos manu cepit, ferarum instar in syluas inuias solitudinesq; inaccessas elapsos. Magnū argumentū est, longè priorem hac in parte Lucullū Cimone fuisse, quòd Persæ nulla magna clade ab hoc affecti, statim arma cō tra Græcos tulerunt, magnāq; Græci exer-

cuius partem in Aegypto uictã deleuerunt. Tigranes & Mithridates post A
Lucullum nihil quicquam egerunt. Hic enim attritis uiribus, certaminibusq́ prioribus fractus, ne semel quidem exercitum extra castra in conspectum producere ausus fuit, sed in Bosporum fugit, atq; ibi uitam finiuit. Tigranes nudum se & inermem ad Pompeij pedes proiecit, eodemq; diadema capiti suo detractum deposuit: non suis iam rebus, sed ijs de quibus triumphauerat Lucullus, fauorem quærens. Satis quidem habuit, insignia regni recipere, fassus prius ea amisisse. Itaque ut athleta, sic & dux præstantior is habendus est, qui successori aduersarium infirmiorem tradit. Præterea Cimon Persas, quorum à Themistocle, Pausania, & Leotychida magnis cladibus affectorum, perpetuisq; fugis iactatorum & uires fractæ erant, & collapsi animi, adortus, facile corpora uicit, cùm animi iam antè concidissent. Lucullus integrum, & multis uictorijs superbum aggressus est. Numerus uerò eorum quos Cimon uicit, non est dignus qui cum ea multitudine comparetur. quæ contra Lucullum conuenerat. Inde efficitur, ut omnibus his collectis, sententiam de hac contentione ferre sit per difficile: quando & Deos uni ꝑ uidemus propicios fuisse, & alteri quæ res gerendæ, alteri quid uitandum esset prædixisse. itaq; & nu- B
minum suffragijs constat bonum diuiniq; ingenij utrunq; fuisse.

PLVTARCHI NICIAS,

[illegible]

Augustano interprete.

CVM Niciæ Crassum, Siculisq; cladibus Parthicas haud absurdè comparaturus uidear, primo loco monendum orandumq; mihi lectorem censui, ne in earum rerum expositione, in quibus narrandis Thucydides affectus mouendo, grauitate, uarietateq; fuit longè seipso superior, nedum imitatione eum aliquis æquare ut posset, idem mihi quod Timæo usuuenisse arbitretur. Is enim cùm speraret se & grauitatis laudem Thucydidi prærepturum, &

Timæi incepta.

ostensurum quàm rudis & planè plebeius scriptor esset Philistus, in historia se per media illa certamina, & naualia prœlia, & conciones, quas isti C
præcipuè res summa cum laude descripserant, ingerit, ut non pedes Lydium (quod ait Pindarus) currum sequi, sed puer planè, & qui optimum neglexisset discedi tempus, uideatur, crassusq; secundũ Diphilũ, & adipe Siculo inquinatus. Sæpe ad Xenarchum delabitur: ut cùm dicit omen Atheniensib. factum fuisse, quod Nicias dux, cui à uictoria nomen est, imperium recusauerit: item quòd mutilatis Hermis, id est Mercurij statuis, portentum fuerit, plurima illos damna eo in bello ab Hermocrate Hermonis F. accepturos: item uerisimile esse, Herculẽ Syracusanis auxilium tulisse in gratiam Proserpinæ, quæ ei Cerberum tradiderit: Atheniensib. autem succensuisse, quod Aegestæis Troianorum posteris salutem attulerint, cùm ipse à Laomedonte iniuria affectus Troiam euertisset. Verùm eodem studio, ut opinor, ille ductus & hæc scripsit, & dictionem Philisti correxit, & Aristoteli Platoniq; conuicia fecit. Mihi quidem planè sordidum, rhetorculorumq; propriũ uidetur de dictione alijs obtrectare aut contendere: stupidi autem hominis, uelle cum ijs certare, quos imitando assequi non posis. Ergo quas Niciæ actiones Thucydides & Philistus memoriæ

A memoriæ mandarunt, quandoquidem omittere non licet, eas potiſsimùm paucis perſtringam pro inſtituti mei neceſsitate, quæ ingenium eius naturamꝗ multis & magnis calamitatibus occultatam continent: ne neglig̃etiæ ignauiæꝗ crimine me onerẽ. Prætereà ſi quæ pleriſꝗ ignota ſunt, ea aut ex aliorũ, apud quos ſparſim extant, libris, aut ex donarijs antiquisue decretis colligere conabor: non ut inutilem hiſtoriam, ſed quæ ad mores ingeniumꝗ uiri perſpiciendum faciat, proponam. De Nicia id primo poteſt dici loco, quod Ariſtoteles ſcripſit: tres fuiſſe optimos ciues, ac qui paterno amore & beneuolentia ciues ſuos amplecterẽt, Niciam Nicerati, Thucydidẽ Mileſij, Theramenem Agnonis filium, quanꝗ hic quidem minorem reliquis laudem meretur, quòd & in Ceo ignobilitas ei, & quòd peregrinus eſſet, obiecta eſt, & ob inconſtantiam iudicij uolubilitatemꝗ Cothurni cognomentũ eſt adeptus. Thucydides ætate Niciam anteceſsit, Pericliꝗ in gratiam populi plurima ag̃eti partes optimatium ipſe defendens frequenter in rep. reſtitit. Nicias minor natu, uiuente tamen adhuc Pericle alicuius fuit exiſtimationis: nã & huic in prętura collega fuit, & ipſe ſolus non unũ geſsit magiſtratũ. Pericle mortuo, *Aequales Niciæ.*

B ſtatim ad principatũ euectus eſt, potiſsimùm à diuitib. & nobilibus, qui eũ Cleonis improbitati oppoſitũ, audaciæꝗ uolebant: habebat tamen & populum ſui ſtudioſum. Nam Cleon plurimũ potentiæ ſibi parauerat ſenum cauſam agendo, de nouo ſtip̃edia faciendi poteſtatẽ eis concedens: & tamen auariciã eius, impudentiamꝗ & audaciam multi eorũ, quorum gratiam captabat, uidentes, ad Niciam ſe conferebant. Erat enim huius grauitas non ſeuera aut importùna nimium, ſed eam cautionem adhibebat, ut ipſius etiam timiditatis opinione multitudinis animos ſibi conciliaret. Quippe natura puſillanimus, in re bellica proſpero ſucceſſu metũ occultabat: nã rẽ plerunꝗ bene gerebat. At in repub. omnẽ ad ſtrepitum pertimeſcendo, calumniatoresꝗ formidãdo, cùm popularis habitus eſt, tum beneuolentia populi magnam ex eo conſecutus potentiam. Solet enim is ſublimes metuere, ideoꝗ abiectos extollere: & non contemni ſe à potentioribus, uulgus ſummi honoris loco habet. Et Pericles quidẽ uera uirtute, eloquentiaꝗ fretus, nõ erat quod aliã perſonã indueret, fidémue ſibi arte aliqua apud plebem faceret, in reip. adminiſtratione uerſans. At Nicias iſtis reb. deſtitutus, diuitijs autẽ prę̃ſtans, his ipſis in plebe ſibi ob- *Cleon homo malus.* *Ingenium Niciæ.*

C ſtringenda uſus eſt: Athenienſesꝗ facilitate & ſcurrilitate Cleonis delinitos, cũ iiſdẽ reb. allicere non poſſet, liberalitate & gymnaſiorũ exornatione ſuos fecit: eoꝗ ſumptuũ genere & ſuperioris, & ſuæ ætatis omnes ſuperauit. Noſtro quoꝗ tempore eius adhuc donaria quædã extant, Palladium in arce, cui quidem aurum, quo inductum fuit, defluxit: & ædes, in Bacchi templo tripodibus qui ad edenda ſpectacula uſurpãtur, ſubiecta. Et ſæpe quidem uicit liberalitate ſua reliquos in edendis ſpectaculis, inferior nunꝗ diſceſſit. Quibuſdam (ut traditũ eſt) ludis ſeruus eius perſonã Liberi patris gerens productus eſt, pulcritudine & magnitudine corporis præcipua, imberbisꝗ etiamnum: cuius aſpectu ſe delectatos cùm diuturno plauſu Atheniẽſes ſignificaſſent, aſſurrexit Nicias, Deoꝗ dedicatũ corpus ſeruire nefas ſe putare inquiẽs, adoleſcentẽ manumiſit. Memoriæ prodita ſunt etiam alia ſplendida eius, & pia Deli edita facinora. Chori, qui ad canenda in honorẽ Apollinis carmina in eam inſulã mitti à ciuitatib. ſolebãt, ſimul atꝗ appuliſſent, à populo qui ad nauim cõcurrebat, ſtatim canere cogebantur: id quod nullo ordine aut decore fiebat, cùm raptim inter exſcendendũ & coronarẽt & ueſtem mutarent. Id ut caueret Nicias, cum dux chori eſſet eò miſſus, ad Rhenam cum choro *Liberalitas.*

appulit:& per noctem ponte, quem Athenis confectum auro, & tinctu- A
ris, coronis, aulæisq; exornatũ pulcerrimè secum aduexerat, Rhenam Delo (ut fretũ haud spaciosum interiacet) cõiunxit: ortaq; luce per eũ pompã, chorumq; preciosè ornatũ & canentẽ duxit. Sacrificio, certaminibus, epulisq; confectis palmã æreã Apollini dedicauit: agrumq; centũ minis emptũ eidem consecrauit, cuius reditus in sacrificiũ & solenne conuiuiũ Delij insumerent, Niciæ multa à Dijs bona precantes. Sic enim in columna, q̃ eius doni quasi custodem in insula reliquit, inscriptum fuit. Palma, quam dixi, uento fracta, in magnã Naxiorũ statuã incidit, eamq; subuertit. In his multũ inesse splendoris, liberalitatisq; ad ostentationẽ cõpositę, nemo non uidet. Verùm qui ex morib. & ingenio eius coniecturã facere uelit, is religionis quasi appendicẽ fuisse istã liberalitatẽ donaq; in gratiã

Superstitio eius.

3 populi collata dicet. Fuit enim homo superstitiosissimus, ut Thucydides de eo affirmat. In quodã Pasiphontis dialogo scriptũ est, q̃tidie eum Dijs sacrificasse, aruspicẽ secũ habuisse, & cùm simularet se adsiduò de publicis reb. consultare, plerunq; de suis reb. quæsiuisse, potissimùm de secturis argentarijs. In Laureotico enim agro eas habebat, multosq; & amplos ex ijs reditus, sed qui nõ sine periculo pararent, & magnus mancipiorũ numerus ibi esset alẽdus. Plerasq; aũt suas opes in argẽto habebat, multosq; B
circũ se, postulantes munera, & auferẽtes: non pauciora enim ijs qui lædere ipsum possent, quàm qui beneficio digni essent, largiebat: omninoq; timiditas eius malis, bonis humanitas pro reditu erat. Licet huius rei à Comicis sumere testimonia. Teleclides in quendã sycophantã hæc scripsit.

Timiditas.

Charicles minam illi non dedit, ne diceret esse eum
Matris filium primum, pecunia emptum scilicet.
Quattuor minas dedit sed illi Nicias tamen:
Quamlibet causam scio, tamen ind care non uolo,
Nicias enim amicus est, & arbitror bonum uirum.

4 Et alius in Marica ab Eupolide exagitatus, pauperem quendam & ociosum producens, ita quærit:

P. Cum Nicia tibi res quandiu fuit?
R. Ne uidi eum quidem, nisi nuper in foro.
P. Visum fatetur à sese is homo Niciam:
Qui nosset autem? ni tunc ille prodidit.
Audistis æquales mei,
Deprænsum in ipsa re teneri Niciam.
R. Sicne ergo uecordes uirum uos optimum
Facinoris inueneritis ut mali reum?

C

5 At Cleon apud Aristophanem, ita minatur.

Rhetoribus ora comprimam, perturbaboq; Niciam.

Phrynichus etiam quàm fuerit timidus & abiecti animi Nicias, his uerbis significat.

Ciuis quidem fuit (noui satis) bonus:
Nec pauidus incessit, trepidansq; ut Nicias.

Itaq; qui tantoperè calumniatores formidaret, neq; cœnare cum ullo ciuiũ, neq; in colloquia & quotidianas cõsuetudines se ingerere, neq; cuiq; id generis oblectationi uacare: magistratũ gerens, in prætorio usq; ad noctẽ permanere: primus in Senatũ uenire, postremus discedere: ubi nihil in publico agendũ esset, domi se cõtinere, neminem ad se admittere. Eos qui limina Niciæ adibant, amici eius cõpellabant, ignoscerentq; Niciæ orabãt, tũ quoq; publicis occupationib. detẽto. Qui maximè Niciã in ea sibi gloria & maiestate cõparanda augẽdaq; adiuuaret, Hiero fuit enutritus in familia eius, ab eoq; in literis & Musica institutus: filiũ se credi uolebat esse

Hiero Nicianus.

A bat esse Dionysij eius, qui Aerei cognomētū habuit, cuius & carmina extant, & dux coloniæ in Italiā missæ cōstitutus, Thurios condidit. Is Hiero & arcana ista Niciæ cum uatib. commercia cōposuit, & rumorē apud populum sparsit, φ ille uitā boni publici causa ęrumnosam toleraret, quippe qui ne in balneo quidem aut cœna tractationem publicorū negociorum intermitteret: qui de ciuitatis cōmodis solicitus, suas res negligeret, uix circa primam uigiliam somno se daret: quib. reb. & corpus suum affixisset, & amicis se comem iucundumq; præbere non posset: quos unà cum pecunia sua studio reip. amisisset: cùm reliqui amicos pararent, eosq; ex publico ditarent, uoluptatibusq; perfruentes rempub. quasi per iocū haberent. Et erat sanè is uitæ status Niciæ, ut de se illud Agamemnonis dicere potuisset:

Nos nempe maiestate, & imperio modò
Populo sumus priores, serui cæterà.

Cùm animaduerteret autem eloquentia & sapientia qui præstarēt ciues, eorū uirtutibus populū uti aliquando, uitare autem, suspectamq; habere potentiā, fastumq; reprimere & gloriā, (quod Pericles dānatus, Damō o-
B stracismo eiectus, & aduersus Antiphontē Rhamnusiū diffidētia uulgi, ac præsertim in Pachetem, qui Lesbū cum cepisset, iussus rationē gestæ rei in iudicio reddere, stricto gladio sese interfecerat, satis demōstrabant) laboriosas & exiguas istas præturas omni studio subterfugit: ipse quoties rei gerēdæ esset præfectus, tutissima consectans, quoties (ut ferè ei cōtigit) feliciter ꝑpositum cōfecisset, inuidiam gloriæ uitans, non suę sapientiæ, potētię, aut uirtuti, sed fortunę exitū acceptum retulit. Testimoniū ei res ipsę perhibuerunt. Cùm em̄ & sępe & grauiter tum Athenićses offendissent, nunq̄ planè ipsi accepti detrimenti ne pars quidem imputari potuit. Victi sunt in Thracia à Chalcidensibus, Calliade & Xenophōte ducibus: ab Aetolis, Demosthene: apud Deliū Hippocrate duce mille uiros amiserūt: pestis causam Pericles potissimùm sustinuit, q agrestē turbā in urbē belli causa cōclusisset, quę mutatio locorū & uitæ insolēs luem excitauerit. Horū nihil Niciæ adscribi potuit. Verùm dux ipse Cithera cepit, insulā opportunè cōtra Laconicā regionem positam, & à Laconibus habitatam: multa etiam in Thracia, quę defecerāt, recepit, multa Atheniensibus adiecit: Megarensibus in urbem à se compulsis, statim Minoam in- Res à Nicia gestæ.
C sulam, mox ex hac armis elatis Nisæam occupauit: in agrum Corinthium facta impresłione, prœlio Corinthios uicit, multosq; eorū & ducem Lycophronem occidit: ibi duos de suis mortuos cum reliquisset, qui in ausfe rēdis cadauerib. latuerāt, re cognita statim profectionē inhibuit, missoq; caduceatore ab hostib. cadauera repetijt. Equidem seu lege, seu consuetudine receptū erat, ut qui reddi suorum cadauera sibi poscerent, ij uictoriam diffiteri uiderentur, & trophæum eos statuere nefas haberetur: uicisse enim eos à quibus peteretur, quòd qui petit, uidetur iniussu accipere nequire. Maluit tamen uictoriæ gloriam dimittere, quàm duos ciues insepultos relinquere. Populatus oram Laconicę maritimam, fusis qui se opposuerant Spartanis, Thyræam cepit, Aeginetasq;, qui tum tenebant, quos cepisset, uiuos Athenas abduxit. Posteaquam Demosthene Pylum muris muniente, classem terrestremq; exercitum eò admouerunt Peloponnesij, facto conflictu, in Sphacteria insula circiter trecenti Spartani relicti sunt. Hos capere cùm rem, ut erat, magnam putarent Athenienses, obsidio autem difficilis tardaq; uideretur, quæ in loco aqua destituto æstiuo tempore longam & sumptuosam commeatuum subuectionem requireret, hyeme autem ea periculosa & planè im-

pedita futura esset: grauiter tulerunt, pœnituitq; non admisisse legatio- A
nem Spartanorũ de pace & fœdere missam: cuius presertim rei autor fue
rat Cleon repugnãte Nicia. Cleon eñ Niciæ inimicus, cùm eum impen-
sius cupere Lacedæmonijs uideret, populo persuasit ut decreto facto pa-
Pylũ Cleon capit. cificationẽ prohiberet. Itaq; tracta obsidione Athenieñses cùm summis in
difficultatib. constitutum exercitũ audirent, Cleoni irascebant. Qui cùm
in Niciã culpã cõferret, quasi is timiditate ac mollicie sua ne hostes expu
gnarenť obstaret, qui se duce haud tã diu fuissent Atheniẽsium uires eua-
suri: in mentem uenit ciuib. dicere, Cur ergo non ipse ad id bellũ iret? Ni-
ciasq; in concione surgens, imperiũ ei belli Pylij, potestatẽq; quantas uel
let copias eò ducendi cõcessit, iubens non uerbis uti ferocib. extra pericu
lũ, sed facinus memorabile in usum reip. edere. Primùm tergiuersatus est
Cleon, improuisò id iussus: acclamantib. tamen Atheniensibus, & Nicia
increpante, ambitione exuscitata & inflãmato animo, imperiũ occepit,
pollicitusq; simul est, se intra uigesimũ q̃ nauigasset diem aut occisurum
Spartanos qui in Pylo erant, aut uiuos Athenas perductũrũ. Sanè ridere
magis q̃ credere Atheniensib. subijt, alioquin etiam futilitatẽ eius & uæ-
cordiã delectationi & risui habere solitis. Etẽm ferunt aliquãdo cõcione B
coacta eum cùm à populo diu esset multũq; expectatus, tandẽ aduenisse
coronatũ, petijsseq; ut res in crastinũ differreť: se eñ sacrificasse Dijs, ho-
spitibusq; cõuiuio parando occupatum esse: atq; ita populũ risu sublato
discessisse. Enimuerò tũ fortuna usus secunda, laudeq; post Demosthenẽ
belli gesti clarissima parta, intra eũ quẽ cõstituerat diem Lacedæmonios
omnes, nisi qui in prœlio occubuerãt, cùm arma ultrò tradidissent, Athe-
nas adduxit. Id factũ magnã Niciæ infamiã cõciliauit. Non eñ clypeum
abiecisse, sed turpius aliquid deteriusq; uidebať egisse, qui prę timiditate
ultrò se imperio abdicasset, inimicoq; rei tã præclarè gerendæ occasionẽ
prodidisset. Quo eum nomine rursum exagitat Aristophanes in Auibus:

Non oscitare nunc profectò conuenit,
Diúue cunctari nos more Niciæ.

Et in Rusticis:

R. Agrum uolo colere. N. Quis ergo te uetat?
R. Vos. Mille sed uobis dabo lubens drachmas,
Me liberetis ut magistratu. N. Placet:
Bis mille erunt, quas Nicias dedit additis. C

Cleonis proteruitas Equidem ciuitati haud exiguũ damnũ dedit, quòd Cleoni passus est tan-
tum gloriæ potentiæq; accedere, quib. ille ad audaciã fastũq; elatus effre-
nem, multorũ malorũ, quæ in ipsum quoq; Niciam redundarũt, causa A-
theniensib. fuit: atq; idem sublato tribunalis decore, primus inter dicen-
dũ exclamare, uestẽ reducere, femur percutere, currere inter disserẽdum
cepit: unde primùm apud eos qui in rep. uersabantur leuitas, neglectusq;
decori, quæ duo omnibus reb. confusionem intulerunt, exorta sunt. Iam
tum Alcibiades quoq; ad orandum, & remp. tractãdam se cõtulerat, non
usquequaq; ille incontinens. Vt enim Aegyptus dicitur ob fertilitatem
7 *Multa uenena, & multa salubria ferre medendo:*
Alcibiades fax belli. sic Alcibiadis in utranq; partẽ locuples ingeniũ multas nouis rebus ma-
gnisq; mutationibus occasiones præbuit. Quæ causa fuit, ut Nicias ne li-
beratus quidem Cleonis importunitate ciuitatem cõponere & ad tran-
quillitatem reducere potuerit: sed cùm res ad salutarem uiam retraxisset,
cepto suo excidit, uehemente Alcibiadis ambitionis impetu rursum ad
bellum compulsus. Res ita acta est. Qui maximè pacem Græciæ impe-
diebant, Cleon erat & Brasidas, quorum alterius maliciam bellum occul-
tabat,

A tabat, alterius uirtutē exornabat, alteri magnorū flagitiorū, alteri præclarorū facinorū materiā suppeditabat. Hi cùm uno eodēq; in prœlio iuxta Amphipolin perijssent, Nicias cōtinuò Spartanos nactus iāpridē pacis cupidos, Athenienséſq; etiā bello iā diffidētes, utrosq; quasi fatigatos iā, & manus ab armis detrahētes: id agere instituit, ut recōciliata ciuitatum gratia, depulsisq; tot à Græcia malis, & reducta quiete, certā cōsecuturis temporib. felicitatē stabiliret. Qua in re sibi diuites, & seniores, rusticāq; multitudinē statim obsequentē habuit: reliquorū multos cùm priuatim cōpellasset, docendoq; ut minùs iā minusq; bellū uellēt effecisset, Spartanos bona spe ostnsa cohortatus est, ut paci studerent. Fidem ei Spartani habuerūt, cùm ob notam eius probitatē, tum quòd apud Pylū captos & in uincula coniectos humaniter curādo, calamitatem eorum lenijsset. Iam antè induciæ fuerant in annum factę, in quibus cùm conuenirent inter se, rursumq; securitatem, ocium, hospitia, & cum amicis cōmercia degustassent, cupiditas eos uitæ nullo bello inquinatæ incesserat. Libenter audiebant choros, qui id genus carmina canerent,

Pilum iaceat mihi, dum circundet aranea filum:

Pacificatio Niciæ.

B suauiter etiam recordabantur eius dicti, Eos qui in pace dormiunt, non tubis, sed à gallis excitari. Conuicia itaq; facientes ijs, qui in factis esse dixerant, uti hoc bellum per nouem triennia traheretur, communicatis toto de negocio sermonibus, pacem constituerunt. Fuit hæc apud plerosq; opinio, liberatos tandē magnis malis Græcos: eratq; in ore omniū Nicias, quē Dijs charū hominē iudicabant, diuinaq; fortuna nomen pręstantissimo bono uicinū nactum. Verè em̄ statuebant pacis eius autorē Niciam, uti belli Periclē: quorum hic ob leues causas in maximas calamitates Græciam coniecisset, ille reducta amicicia finem grauissimis malis impo suisset. Itaq; pacem eam hodieq; Nicieam uocant. Facta pace hac cū conditione, ut urbes oppidaq; & homines capti mutuò redderent, prioresq; id quib. obtulisset sors facerent, clàm sortes pecunia Nicias corrupit, ita ut priores Lacedæmonij redderēt. autor est Theophrastus. Corinthijs & Bœotis indignè ea quæ agebant ferētibus, ita ut causando repræhendendoq; renouare bellū uiderent: suasit Nicias Atheniensib. & Lacedęmonijs ut paci sociale fœdus tanq; uinculū, & firmamentū adderēt, quo maiori terrori esse deficientib. ipsiq; mutuò fideliores possent: idq; ut ita fieret

C obtinuit. At Alcibiades, ut erat natura à quiete alienus, insuper Lacedæmonijs infensus, à quib. coli Niciā, se sperni uidebat, ab initio statim, tametsi frustra, pacē impugnauerat. Paulo pòst animaduertens Lacedæmonios Atheniensib. displicere, iniuria affectos se putantib. quòd ij cū Bœotis societatē cōiunxissent, Panactū nō euersam, Amphipolimq; non reddidissent: causas has arripuit, singulisq; exaggerandis populi animos iritauit: tandē accitis legatis Argiuorū, cùm ijs de fœdere ineundo egit. Posteaq; uerò legati à Sparta plena cum potestate missi Athenas peruenerunt, collocutiq; cū senatu, uisi sunt nihil iniquū agere: ibi uerò metuēs, ne populū ijsdē illi rationib. in ipsorū partē traherent, fraude eos circūuenit, iuramento confirmans, se in omnib. quæ proposita haberent conficiendis auxilio ipsis futurum, si neq; ostēderent, neq; faterentur se cum plena potestate adesse: atq; hac maximè ratione impetraturos quæ cuperent. Cùm persuasisset, ijq; à Nicia ad ipsum transiuissent, ad populum eos produxit, primoq; omniū ex ijs quæsiuit, cum plenáne de omnibus reb. potestate missi uenissent: id ubi negauerūt, inopinantib. ijs aliū se prębuit, ac senatum eorum quæ ij dixerant antè testem uocauit, populumq; monuit,

Alcibiades pacem perfidè irr.tam facit.

monuit, ne fidem haberent hominib. tam aperte mentientibus, & modo hoc, modo diuersum eadē de re dicentibus. Perturbatis, uti par erat, legatis, & Nicia, qui nihil q̄d diceret habebat, dolore miraculoq; rei perculso, populus statim Argiuos uocare, & fœdus icere contendit: Niciā terræmotus, qui subitò existēs concionē soluit, adiuuit. Postridie populo rursum coeunte, omni conatu uix tandem impetrauit ut fœdus illud differretur, ipse legatus Spartā mitteretur, pollicitus omnia se probè cōpositurū. Eò cùm uenisset, habitus quidem in honore est, ut uirū bonum & Spartanæ reipub. bene cupientem dignum erat: re tamen infecta, quòd ij qui ad Bœotos inclinabant, præualuerant, domum rediit, non modò malè audiēs, sed & ciues metuēs, offensos sibi ac iratos, quòd ipsius suasu tot tantosq; uiros reddidissent: qui enim Pylo adducti fuerant, ex principibus Spartæ familijs erant, potentissimosq; in rep. habebant cognatos atq; amicos. Nihil tamen ob eam irā populus in eū grauius statuit: nisi quòd Alcibiadē prætorē creauerunt, Mantinensesq; & Eleos, cùm ij à Lacedæmonijs desciuissent, cum Argiuis in societatē acceperunt, prædonesq; Pylū miserunt, qui fines Laconicos infestarent. Hæc noui belli causam præbuerunt. A Vigente maximè inter Niciā & Alcibiadē discordia, pposito ostracismo (quod fieri solebat à populo statis tēporibus, suspectū aliquem, aut gloriæ opumue nomine inuisum exilio decennali mulctādi causa) in magno uterq; tumultu & periculo uersatus est, cùm haud dubiè alteruter eā calamitatē subiturus uideretur. Nam Alcibiadis uitā uulgò abominabantur, audaciamq; pertimescebant, uti in eius uita copiosius ostendimus: B Niciā & diuitiæ, & uitæ præsertim ratio nō facilis illa, neq; popularis, sed solitaria, & aliorū de contēptu suspecta, eoq; à uulgari aliena, tum q; sæpe inuitus publicæq; utilitatis rationib. compulsus cupiditatibus plebis restitisset, exosum reddiderant. utq; uno uerbo dicam, iuuenes belliq; cupidi contra pacis studiosos & seniores de eo uter esset eijciendus contendebant. Enimuerò

Pessimus est ut honorem è seditione reportet:

quando tunc quoq; in diuersas partes abiens populus, locum fraudulentissimis perfrictissimæq; frontis hominibus dedit. Erat inter hos Hyperbolus Perithœdes, nulla ad audaciam à potentia, sed ad hanc ab illa progressus, & qui ob gloriā qua in urbe erat, urbis esset infamia. Is eo tū tempore tutissimum sese ab ostracismo ratus, quippe qui carcere se, & cōpedibus digniorē sciret, sperans alterutro horum eiecto, sibi alterū aduersarium fore, haud obscuram lætitiam, quam ex eorum dissensione ceperat, ferebat, contraq; utrunque populum instigabat. Itaque Nicias & Alcibiades eius malicia cognita, clàm inter se collocuti, factiones inter se conciliatas in unum corpus redegerūt, eoq; effecernnt, ut neuter ipsorū, sed Hyperbolus ostracismo pelleret. Quod ut initio risum populo iocosq; mouit, ita posteà pessimè eos habuit, contumeliā arbitrantes, quòd dignitatē supplicij tā impuro homini irrogati iminuissent. Quippe Thucydidi & Aristidi, eorūq; similib. hoc modo iniunctū exiliū, p supplicio, & quidē graui esse, facereq; ad eorū reprimendā potentiā: at Hyperbolo honori id esse, eoq; impudentiā ipsius auctā iri, q eadē cū præstātissimis uiris pœna dignatus esset. Quā in sententiā Plato Comicus de eo scripsit:

Hyperbolus ostracismo eijcitur. C

Passus quidem est suis bene digna moribus,
Sed se, suis indignaq; stigmatibus tulit:
Non est enim propter ea inuentus ostracus.

Itaq; ultimus omnium Hyperbolus ea pœna, neq; post eum quisq; alius affectus

A affectus est: primus omnium ita punitus fuit Hipparchus Cholargensis, tyranni cognatus. Cæterùm in præsenti negocio cernere est, quàm confusa sit,& ratione incompræhensibilis fortunæ ratio. Nam si Nicias cum Alcibiade in contentione de ostracismo perseuerasset, aut eo eiecto tutò ipse ciuitatem administrasset, aut uictus ipse ante extremam calamitatem abijsset, optimi ducis integro adhuc sibi nomine. Neq; sum nescius Theophrastum in ea esse sententia, Phæace, non Nicia cum Alcibiade contendente, Hyperbolum esse exilio damnatum: sed ego plures autores secutus sum. Proinde Aegesteorum & Leontinorum legati cùm Atheniensibus suaderent, uti expeditionem in Siciliam facerēt, Nicias id impugnaturus, consilio & studio Alcibiadis uictus est: qui spes inijciēdo, uerbisq; corrumpendo, populum etiam priusquam in concione de re ista ageretur in suam sententiam pertraxerat. Adolescentes adeò in palæstris, senes in officinis & hemicyclis unà sedentes, figuram Siciliæ depingebant, marisq; circumiecti naturam, portusq; & loca eius insulæ uersus Africam obuersa considerabant. Non enim præmium uictoriæ Siciliam, sed belli arcem fore putabant, unde Carthaginensibus impetitis, Africam essent, *Bellum Siciliense conflatur.*

B mareq; quod intra columnas Herculis est omne in suam potestatem redacturi. His rebus intentis ciuibus Nicias contrarium suadens, neq; multos, neq; graues habuit adiutores: diuites enim ueriti ne publica ministeria & præfecturas uiderentur subterfugere, etiam præter animi sententiam quiescebant. Neq; tamen defatigatus est, animùmue despondit: sed cùm bellum decretum esset, primusq; ipse dux belli cum Alcibiade & Lamacho creatus, rursum in concione populum dehortatus est, obtestatusq;, & orationem traducendo Alcibiade finijt, qui sua auaricia ambitioneq; ductus ad difficile & transmarinum bellum populum extruderet. Nihil tamen eo consecutus est: quinimò id ipsum suffragio populi confirmauit, quòd peritia rei bellicæ præstantiore ipso, commixta eius timiditas cum Alcibiadis audacia & Lamachi mansuetudine, eo magis tuta omnia præstitura credebatur. Et Damostratus, qui maximè omnium ciues ad bellum suscipiendum stimulabat, progressus in concionem, effecturum se dixit, ut Nicias prætextus quærendi finem faceret: rogationeq; lata, uti imperatoribus plena daretur potestas domi forisq; consultandi agendiq;, populo ut eam haberet ratam persuasit. Equidem etiam multos auspices fertur prodigijs motos, bellum prohibuisse. Verùm *Prodigia.*

C alij uates, quos secum Alcibiades habebat, oracula quædam uetusta proferebant, magnam ex Sicilia gloriam Athenienses adepturos affirmantia: & quidam ab Ammone aduenērant sortilegi, oraculum ferentes, quod uniuersos Syracusanos in potestatem Atheniensium uenturos diceret: contraria enim, ne malum omen offerrent, occultabant, quando ne manifesta quidem ostenta uidebant animos Atheniensiū ab instituto dimouere. Cuius generis fuit, quòd una nocte omnes Hermæ membris exteriorib. mutilati fuerunt, uno excepto, quem Andocidæ appellant, qui donarium Aegeidis tribus ante ædes, quas tum Andocides habebat, stetit. Homo quidā subitò in arā duodecim Deorū insiluit, cumq; circumiuisset, pudenda sibi saxo amputauit. Delphis Palladiū aureum super palmam æreā fixum Athenienses ex manubrijs Medicis dedicauerāt: id tum per aliquot dies corui aduolantes rostris percusserant, fructumq; palmę aureum auulserant & deturbarant. Hoc Athenienses in gratiā Syracusanorum à Delphicis confictū dicebant. Oraculo autem iussi, ut Mineruæ antistitam Clazomenis Athenas adducerent, executi hoc sunt: nomen

mulieri

mulieri erat Hesychia, quod Latinè quies dicitur. atq; hoc nimirum fuit, A
quod eo tempore Dij præcipiebant Atheniensibus, uti quiescerent. Itaq;
Meton. Meton astrologus siue his territus signis, siue suas rationes secutus, metuens ne dux ad id bellum mitteretur, cùm iam tum aliquem magistratū gereret, simulata insania domum suā incendit: quidā non furorem finxisse, sed noctu aiunt domum inflammasse, postridie abiecto habitu in forum uenisse, & à ciuibus petijsse, ut in tantæ calamitatis solatium filium suum, qui erat triremis præfectus in Siciliam iturus, militia liberarent. Socrati etiam ei qui sapiens est usurpatus, ijs quibus consueuerat alijs quoque in rebus uti indicijs Genius ostendit, ad perniciem patriæ istam spectare expeditionem: ipse familiaribus amicisq; retulit, & sermo eius ad multorum aures peruenit. Non paucos etiā tempus, quo classis amandata fuit, perterruit. Adonidi enim tunc sacra faciebant mulieres Atticæ, & passim per urbem simulacra iacebant, circùm sepulturæ, & planctus muliebres uidebantur: itaq; subijt quibusdam ominari, & uereri ne classis illa splen-
Niciæ timiditas. didè adornata, paulo pòst emarceret. Et Nicias quidem quòd decretum eo de bello impugnauit, ac neq; spe elatus, neque imperij magnitudine perculsus sententiā mutauit, boni moderatiq; uiri functus est officio. At B
posteaquam neq; auertere à bello populum, neq; se eius administrationi eximere ualuit, sed eum populus ueluti ui abreptum copijs ducem impo suit: non iam porrò illa nimis anxiè cauendi, cunctandiq; erat retinenda ratio. Is uerò pueri instar à naui retrò oculos retorquens, crebroq; animo suo reuoluens quòd suis consilijs nō esset obtemperatum, collegas etiam segniores reddidit, occasionemq; primam rei gerendæ prodidit. Etenim initiò statim pericliranda fortuna, hostesq; inuadendi fuerant. At Nicias, Lamacho monente, ut rectà ad Syracusas iretur, & pugnæ copia hosti proximè eam urbem fieret, Alcibiade urbes prius ad defectionem à Syracusanis solicitare iubente, ab utroq; dissentiens, quietè præter Siciliam nauigare, armaq; & triremes ostentare, atque ita postquam suæ potentiæ gustum quasi aliquem Aegestensibus præbuissent, Athenas redire iussit: quo consilio & rationes suorum conturbauit, & animos deiecit. Quin et paulo pòst Alcibiade ad causam dicendam Athenas reuocato, cùm uerbo quidem collegam haberet, potentiam autem solus omnem obtineret, desidendi, circumnauigandi, consultandi non antè finem fecit, quàm & spei uigor consenuisset, & stupor mètusq;, quem hostes ad primum co C
piarum Atheniensium conspectum conceperant, euanuisset. Cùm adesset adhuc Alcibiades, sexaginta nauibus ad Syracusas nauigarunt, & reliquis extra portum instructis, decem explorandi, & Leontinos in suam possessionem per præconem reuocādi causa intra portum perrexerunt. Hæ nauim hostilem ceperunt, asseres uehentem, in quibus tributim descripti erant Syracusani: eosq; asseres aliâs extra urbem in Iouis Olympij fano repositos tum ob recensionem & delectum eorum qui ętate essent ad bellū integra afferri iusserant. Vt igitur ij asseres ad duces Atheniensium allati sunt, ac nominum multitudo cognita: perturbati sunt uates, uerití ne iam tum oraculū esset repręsentatū, quod omnes Syracusanos in potestatē Atheniensiū peruenturos dixerat: quanq; id aliâs quoque Atheniensib. euenisse tradit eo tēpore, quo Callippus Atheniēsis occiso Dione Syracusas obtinuit. Haud mulro pòst Alcibiade ex Sicilia auecto summa rerū
Lamachus. penes Niciā fuit. Lamachus aūt fortis quidē erat iustusq; uir, et in pugna manu promptus: adeò interim pauper, ut rariones Atheniēsib. singulorū à se obitorū imperiorū reddens, exiguū pecuniæ in uestē crepidasq; sibi insumptæ

A insumptæ ijs adnotauerit. Niciæ cùm aliâs, tum ob diuitias & gloriā ampla erat maiestas. Fertur quodam tempore, cùm inter collegas esset de re quapiam in prætorio deliberatio, Sophoclem poetam iussum ab eo primo loco dicere, ut qui ætate cæteros præcederet, respondisse: Ego quidē, Nicia, annorum, tu uenerationis plurimum habes. Ita tum quoq; Lamachum imperatorijs artibus superiorem ipso sub se habens, solita sua timiditate & cunctatione bellum administrauit. Primum longissimè ab hostibus circumnauigando, fiduciam ijs auxit. Deinde Hyblam exiguum oppidum oppugnare adortus, cùm re infecta obsidionem soluisset, in summum contemptum uenit. Denique Catanam accessit, neq; ibi quicquam egit, nisi quod Hyccara oppidulum barbaricum cepit. Ex hoc oppidulo Laidē, quæ nobilis deinde meretrix fuit, puellā adhuc inter captiuos uenditam, & in Peloponnesum abductam ferunt. Præterita iam æstate, cùm Syracusanos audiuisset eò fiduciæ peruenisse, ut contra ipsum ultrò proficisci statuerent, equitibus eorum etiam per ludibrium ad ipsa castra adequitantibus, quærentibusq;, Habitatum'ne cum Catanensibus, an reductum in sua Leontinos uenerint: uix tandem nauigare ad Syracu

B sas animum intendit. Vt autem tutò, & nemine interturbante exercitum ibi collocare posset, à Catana quendam misit, qui Syracusanis indicaret, ut si castra Atheniensium uacua, armaq; capere cuperent, ad certū diem omnibus cum copijs ad Catanam uenirēt: Atheniensibus enim plerumq; in urbe cōmorantibus, statuisse amicos Syracusanorū cùm hos aduenire cernerent, simul & portas occupare, & nauale incendere. esse autem multos, qui ea de re conspirârint, ipsorumq; aduentum expectent. Nihil hac arte præclarius in Sicilia Nicias ostendit. Hostes enim cum toto exercitu ex urbe abducēs, ita ut propè uacua ea uirorū esset, ipse Catana auectus, cùm portus Syracusanos occupauit, tum eo in loco castra posuit, qui & tutum a duersus ea quæ hostibus potiora esse putabat, præstare posset, & bello absque cuiusquam impedimento gerendo commodus uideretur. Cùm à Catana reuersi Syracusani ante urbem aciem instruxissent, celeriter eductis contrà suis, uictoria potitus est. Ibi hostium quidem non magnam stragem edidit, equitibus insecutioni obstātibus: fluuij uerò pontes abrumpens, Hermocrati occasionem dedit in confirmandorum Syra

C cusanorum causa habita oratione dicendi, Ridiculum esse Niciam, qui omnia sua cōsilia eò accommodet, uti ne pugnet, perinde atque non pugnandi causa aduenisset. Enimuerò id facinus tantum Syracusanis terrorem incussit, ut loco quindecim ducum, tres tum constituerint, ijsq; populus iureiurando fidem fecerit, plena ijs cum potestate imperium permissum iri. Iouis Olympij templum Atheniensibus capere cupientibus, quòd multa in eo erant aurea argenteaq; donaria, Nicias consultò rem tantisper distulit, dum per eius negligentiam Syracusani præsidiū eò imponerēt: ratus direptis templi opibus, nihil ad rempub. utilitatis, ad se totius flagitij infamiam redundaturam. Illustri autem uictoria nullam ad rē usus, paucis pòst diebus in Naxū recessit, magnisq; ibi sumptibus hyemauit, nihil agens interim, nisi quòd cum paucis quibusdam Siculis ad se descīscentib. pactus est. Itaq; Syracusani animo recepto, ad Catanā profecti agrum uastauere, & Atheniensium castra cōbusserunt. Quapropter omnium in reprehensionibus Nicias fuit, qui consultando, cunctādo, & cauendo occasionem rei gerendæ âmitteret. nam actiones eius uitupera ri non poterant: utq; erat in efficiendo eo quod semel conatus esset strenuus, ita cunctanter & timidè rem aliquam aggrediebatur. Postquam Hyberna.

R rursus

rursus exercitum Syracusis admouere statuit, ea arte, eaq; celeritate & securitate usus est, ut & inscio hoste Thapsum naues aduerterit, militesq; exposuerit, & occupauerit Epipolas, & milites delectos qui ad defendendum locum accurrerāt fuderit, trecentosq; ceperit, & equitatū hostilem, qui inuictus putabatur, repulerit: ac, quod & maxime Siculos perterruit, & incredibile Græcis uisum est, muro Syracusas circūuenit modico temporis spacio, urbē Athenis non minorē, sed ob inæqualitatē locorū, maris uicinitatē, paludesq; circūiectas eiusmodi operibus faciēdis iniquiorem. Atq; hęc ille ferè omnia perfecit, cùm ne prospera quidē inter tot curas uteret ualetudine, sed ex renibus laboraret: cui morbo ęquū est imputari, si quid ab eo perfectū non fuit. Miror autem cùm ducis diligentiam, tum militum uirtutem, in ijs quas prosperè gesserunt rebus. Et uerò Euripides uictis perditisq; epitaphium scribens, hæc fecit:

Syracusæ muro circūuentæ.

Octo Syracosios hi cladibus affecerunt,
Dum neutris fatum prosperiora dedit.

Sed nō octies tantùm, uerùm sæpius uictos ab ijs Syracusanos inuenies, antequam deus quispiam aut fortuna Atheniensium res ad summam potentiam euectas subuerterit. Plerisq; rebus gerēdis ipse uim suo corpori faciens interfuit Nicias. Aliquando morbi uehementissimè ingruentis ui oppressus, in castris iacuit, paucos secum famulos habens. Lamachus interim cum exercitu in Syracusanos pugnauit, ab urbe murū uersus Atheniensem extruentes, quo prohiberent, ne hostis quod interiectū erat spacium munitionibus occuparet. Ibi cum Athenienses pulsos Syracusanos incomposito agmine insequerentur, destitutus à suis Lamachus Syracusanorum equites sese inferentes substitit. Primus inter eos erat Callicrates, homo belli gnarus & ferox: cum hoc, ut se mutuò prouocauerant, singulari pugna congressus, ictus prior ipse, cùm hostem lethali uulnere affecisset, iuxtà uterq; expirarunt. Lamachi corpore & armis potiti Syracusani, ad muros Atheniensium cursim contenderunt, ubi Nicias propugnatoribus carens iacebat. Verùm hic necessitate tamē compulsus surrexit, periculoq; præsenti conspecto, quos secum habebat, ignem lignis, quæ tum multa ante muros iacebant ad fabricādas machinas cæsa, ipsisq; machinis immitti iussit. Id consilium Syracusanos (nam ingentem flammam de medio loco assurgere uidentes, retrò auersi sunt) repressit, & Niciam, murosq; & pecuniam Atheniensium seruauit. Secundum hæc Nicias solus belli dux relictus, præclara in spe fuit: nam & urbes ad ipsum deficiebant, & multæ undiq; annona onustæ naues in castra eius conueniebāt, omnibus se ei, ut qui prospero uteretur successu, adiungentibus: quin & sermones iam Syracusanorum salutem urbis desperantium de pacificatione ad ipsum deferebantur. Quando Gylippus quoque Lacedæmone ad opem ijs ferendam nauigans, ut in itinere cognouit urbem munitionibus clausam summis esse in angustijs, ita porrò nauigauit, ut qui teneri iā ab hoste Siciliam putaret, & Italicas tantùm iam urbes ab eo defendendas, siquidem posset, duceret. Latè enim fama tenebat, Athenienses omnia sua in potestate habere, & duce belli uti ob fortunæ fauorem prudentiamq; inuicto. Et ipse tum contra naturam suam Nicias præsenti rerum fortuna aucta fiducia, ac potissimùm ijs fidens, quæ ex clandestinis cum ijs qui Syracusis nuncios ad ipsum mittebant colloquijs acceperat, iam iam urbem conditiones pacis accepturam ratus, Gylippum aduenientem nihili fecit, neque accurata est usus custodia. Itaque Gylippus dum ab eo planè contemnitur atque negligitur, scapha in Siciliam

A Siciliam nescio Nicia appulit longissimè à Syracusanis, copiasque magnas conduxit, neque aduenisse his eum scientibus, neque expectantibus. Iam concione aduocata, ut de pace cum Nicia facienda ageretur, quidã conuenerant, qui eam componendam existimabant, priusquam prorsus munitionibus urbs circumueniretur: (per enim exiguũ ei operi deerat adhuc, & iam omnis ad id perficiendum parata erat materia) cùm iam id in discrimen adductis rebus, Gongylus à Corintho Syracus. s una triremi peruenit, concursuque (ut fit) ad ipsum facto, mox adfuturum Gylippum, aduehi etiam alias auxiliarias naues indicat. Nondum fidem ijs Gongylo habentibus, à Gylippo nuncius uenit, obuiam ire sibi Syracusanos iubente. Ita demum receptis animis Syracusani, armati Gylippo occurrerunt: isque statim ex itinere instructas copias contra Athenienses duxit. Postquã aciem opposuit Nicias, Gylippus in conspectu Atheniensium depositis armis, præconem ad eos misit, impunitatem se Atheniensibus, siquidem ex Sicilia abeant, dare edicens. Nullo responso id Nicias dignari: quidam militum irridere, & percontari, ecquid unius pallioli & baculi Laconici præsentia ita res Syracusanorum corroboratæ essent, uti B Atheniensis despicerent, qui multo robustiores Gylippo, magisque comatos triginta Lacedæmonios cùm in compedibus habuissent, eos suis reddiderint. Timæus ne Siculos quidem Gylippum alicuius precij hominem duxisse ait: sed & posteà auariciam eius sordesque damnasse, & ut primùm in Sicilia uisus est, lacernam eius & comã risisse: deinde tamen (inquit) ad eum, tanquam ad noctuam subitò uisam, multi aduolauerunt, eumque ducem sunt secuti. id quod uerius est, quàm priora ista. Etenim in scipione & pallio maiestatem Laconicam conspicati, ad eum se adiũxerunt: ac totius rei gestæ gloriam Gylippo deberi, non Thucydides modò, sed & Philistus Syracusanus, qui rebus istis interfuit, scribunt. Primo conflictu Athenienses superiores fuerunt, paucosque Syracusanorum aliquod, & Gongylum Corinthiũ interfecerunt. Postridie, quę uis esset experientiæ, Gylippus ostendit. Iisdem enim armis, equis, locisque usus, ordine modò instruendæ aciei mutato, uicit Athenienses: fugientibusque in castra Syracusanos circũdans, lapidibus materiaque ab hoste aductis propugnacula excitauit, hostilesque munitiones interrupit, inutilesque ijs fecit. Inde animis confirmati Syracusani, classem instruere, equitibus suis & C ministris passim uagantibus multos homines capere. At Gylippus circum urbes proficisci, eas cohortari, sibi adiungere, & ad mãdata sua exequenda, opemque ferendam promptas reddere. Quare Nicias rursus ad pristina sua consilia mentem reuoluit, rerumque mutatione perspecta, æger animi Atheniensibus scripsit, ut aut aliũ mitterẽt exercitũ, aut hunc suum etiam ex Sicilia reuocarent: se autem omnio militia solui ob morbum postulabat. Iam antè etiam mittere in Siciliam copias statuerant Athenienses: uerùm ea res à potentioribus uariè impedita fuerat, qui Niciæ felicitati inuidebant, eique omnibus modis obstare conabantur. Tunc demum omni studio ut mitteretur subsidium, ciuitas egit. Ipsa hyeme in Siciliam Eurymedon ab Athenis peruenit, pecuniam adferens, & Niciæ collegas ex ijs qui tum in castris erant, Euthydemum & Menandrum constituens: Demosthenes eodem cum magna classe sub exitum hyemis erat nauigaturus. Interea temporis Nicias rursus terra marique rem gerere subitò aggressus, classe primùm superatus, disiecit tamen hostium naues, multasque submersit. Terra non satis maturè suis subue-

Athenienses uincuntur.

nit: sed Gylippus Plemmyrium repentè adortus cepit, quo in oppido A triremium instrumenta, & multum pecuniæ Athenienses reposuerant: omnia ea, multiq; mortales in Gylippi potestatem uenerunt, cæsiq; sunt haud pauci. Maximè id damno fuit Atheniensibus, quòd eo oppido capto commeatu excludebantur, neq; sine prœlio (hostibus ibi in statione classem habentibus) petere eum porrò licebat, cum antè eius ratio & tuta fuisset, & expedita. Quin & Syracusanis sua classis non tam ui hostium, quàm ob solutos in ijs insequendis ordines uidebatur detrimentũ passa: itaq; splendidiùs instructa, hostem ad prœlium nauale prouocauerunt. Id uerò Nicias detrectare, stolidiq; esse dicere, cùm integra classis aduentaret, cum qua mox esset adfuturus Demosthenes, interim minori & malè instructa uelle decertare. Cæterùm Menander & Euthydemus, nuper imperium adepti, utriq; suorum duci æmulabantur: cùm & præclarum aliquod edere ante Demosthenis aduentum facinus, & superare Niciæ gloriã cuperent: itaq; prætexentes maiestatem patriæ, quæ immineretur omnino & periret, si Syracusanos ipsi ad pugnam prouocantes timerent, naualem pugnam inuito Nicia commiserunt, arteq; Aristonis B Corinthiorum gubernatoris circumuenti, à sinistro cornu (ut Thucydides scribit) uicti omnino, permultos suorum amiserunt. Quæ res nouum Niciæ dolorem attulit, cùm & solus totius belli administrationem ægrè

Demosthenis classis. susciperet, & collegarum culpa cladem accepisset. Interim Demosthenes portum intrare conspectus est, apparatu splendidissimo, & hostibus admodum terribili, nauibus septuaginta tribus quinq; armatorum millia, iaculatorum, sagittariorum & funditorum tria millia aduehens, armorum ornatu, & nauium insignibus multitudineq; magistrorum & tibicinum ita instructa classe, ut plurimum is splendor ad ostentationem, & terrorem hostibus incutiendum faceret. Rursus itaq; (ut erat consentaneum) in magnum timorem Syracusani peruenerunt, cùm nullum finem laborum, sed alias ex alijs ærũnas & clades frustra se tolerare iudicarent. Niciæ gaudium, quod ex aduentu earum copiarum percepit, perbreue fuit. Primo enim statim colloquio Demosthenes continuò adoriri hostem, & rem quamprimùm in summũ discrimẽ deducere, Syracusas capere, & domũ inde redire iubebat. Ibi Nicias metuens rebus à mira ista properatione & temeritate, orare ne quid inconsideratè, nequid stultè actũ uellet: docere, morã hostibus damnosam fore, qui & à pecunia iam laborẽt, C neq; diu porrò cũ ijs sint permansuri socij: mox eos in difficultates coniectos, rursum (ut antè) ad se de pacis conditionib. missuros. Et uerò erant Syracusani quidam non pauci, qui clandestinis cum Nicia colloquijs utentes, manere eum iubebãt, Syracusanos iam & bellum ægrè sustentare, & Gylippum molestum ijs esse, omninoq; si difficultates istæ augerẽtur, animos desponsuros affirmantes. Hæc Nicias partim obscurè innuens, partim proloqui nolens, timiditatis opinionẽ de se apud collegas excitauit: dicentésque antiquas illas eius artes, cunctationem, curas, nimiamq; diligentiam, quibus ab initio uigorẽ exercitus extinxisset, non hostes inuadendo, sed inanibus consilijs sese in despectum adducendo, eas nunc renouari, in Demosthenis sententiam concesserunt: & uix tandem ui adactus Nicias, reliquis morem gessit. Proinde noctu De-

Clades eius temeritate accepta. mosthenes cum peditatu profectus, Epipolas aggressus est, quibusdámque antè quàm hostem adesse sentirent occisis, alijs qui se opposuissent fusis, locum obtinuit. Verùm hoc non contentus, eò usq; progressus est, dum in

A dum in Bœotos incidit: hi enim primi agmine facto, aduersis hastis cum magno clamore in Athenienses impetum dederunt, multosq; eorũ prostrauerunt. Statim trepidatio, tumultusq; totum exercitum peruasit, fugientesq; uictorib. permixti, & qui adhuc descendebant & in hostẽ contendebant, à suorum fugientium turba repressi, inuicem in se inciderunt: neq; inter fugientẽ & persequẽtem, sociũ uel hostem discernere quisquã poterat. quippe concursus incompositus tot in uno loco hominum per terrorem & ignorationem, incertusq; conspectus in nocte neq; tenebris meris obscura, neq; luce certa illustrata (iam enim luna ad occasum uergens, arma & corpora multa uariè agitata ita irradiabat, umbrasq; eorum proijciebat, ut cõspici certò nihil quicquam posset) hostium metu etiam amicos suspectos inuicem faciebat, summasq; in miserias Atheniẽses deducebat. Habebant à tergo lunam, atq; ita suis sese umbris tegentes, armorum suorum nitorem & multitudinem obtegebant: contrà hostes obscuta ad lumen lunæ renidentia, multo quàm erant plures & splendidiores apparebant. Tandem terga dederunt, & quidã ab hostibus effusè fugientes insequentibus, alij à se mutuò cæsi sunt: nonnulli per præcipitia

B delapsi perierunt, multos hinc inde palantes facto die equites depræhenderunt ac perdiderunt. Duo Atheniensium millia cæsi, eorum qui euaserunt pauci cum armis in castra reuersi sunt. Nicias non inopinata accepta clade, cùm accusaret Demosthenis temeritatem, hic se excusans, suasit q̃ celerrimè Siciliam relinquendam esse: nam neq; uenturum alium exercitum, & præsentibus copijs hostem superari non posse: & quidem etiã uictis hostibus, fugiendum tamen fore locum hunc, qui cùm semper diceretur iniquus esse & insalubris militibus, tũ uerò satis appareret propter anni tempus pestilentem esse. iam enim autumnus inierat, multiq; ægrotabant, animis omnes ceciderant. At Niciæ consilium de fuga & discessu magnopere displicebat, non quòd non metueret Syracusanos, sed quia magis ijs Atheniensiũ iudicia & calumnias formidaret. dicebatq; se quidem non timere, ne quid præterea aduersi in Sicilia accideret: sin uerò secus eueniret, malle ab hostibus, q̃ à ciuibus necari: (à qua eius sententia alienus fuit posteriori tempore Leo Byzantius, qui ad ciues suos dixit, malle se ipsorum manu, quàm unà cum ipsis mori) cæterùm de loco in quem castra sint transferenda, per ocium se deliberaturum. Hæc illo

Deliberatio de relinquenda Sicilia.

C disserente, Demosthenes, ut qui sita sententia haud feliciter Niciæ consilium uictum antè sciret, urgendi finem fecit: cõcesserunt & reliqui, quòd subiret eis cogitare Niciam ideo discessum tam uehementer improbare, quòd Syracusanorum pollicitationibus fidem haberet, euentumq; earum præstolaretur. Sed postea quam & alius Syracusanis accessit exercitus, & lues apud Athenienses aucta est, tum demum Nicias quoq; in sententiam Demosthenis concessit, militibusq; mandauit, uti ad abnauigandum parati essent. Omnibus iam ad abitũ instructis, cùm nemo hostium obseruaret (neq; enim quisquam discessum Athenienses moliri putabat) noctu luna defecit: ea res Niciæ, alijsq; qui seu imperitia seu superstitione decepti id genus ostenta timent, magnum iniecit terrorem. Solis enim lumen nouilunij tempore interdũ obscurari, idq; lunam efficere, iam tum utcunq; etiã uulgò intelligebatur. Quid uerò rei esset, quòd Luna subitò cum plena luce splendet, eam amittat, uariosq; colores exhibeat, non facilè intelligebatur, & in prodigium trahebatur, quo diuinitus magna aliqua præmonstraretur calamitas. Qui enim primus, apertißimè quidem

& liberrimè ausus est, de Lunæ illuminatione & obũbratione scripto ede A
re rationem, is Anaxagoras fuit, non uetustus ipse: neq; celebris tum di-
sputatio habebatur, sed occulta adhuc apud paucos & cautè tractabat.
Non enim ferebant eo tempore eos qui naturam rerum & cœlestia subli

Physice Atheniensib. inuisa.

miaq; explicare profitebãtur: tanquam qui diuinum numen in absurdas
causas, efficaciasq; nullum certum finem propositas habentes, & affectio
nes necessitate constrictas discerperent. Itaq; & Protagoras in exilium a-
ctus est, & Anaxagoram in carcerem coniectum uix seruauit Pericles, &
Socrates eiusdem philosophiæ causa (cùm quidem nihil esset ipsi cum ea
rei) interijt. Platonis primùm gloria, quæ & ob uitæ eius honestatẽ efful-
sit, & quòd diuinis præstantioribusq; principijs naturales istas necessita-
tes subiecit, inuidia eam philosophiæ partẽ liberauit, eiq; aditum ad om-
nes homines expedijt. Socius quidẽ Platonis Dio, quo tẽpore à Zacyn-
tho soluens contra Dionysium ibat, Lunæ defectu, qui tum fortè accide-
bat, nihil turbatus, Syracusas perrexit, ac tyrannum eiecit. Nicias tum ca-
su uatem peritum secum habebat nullum: familiaris enim eius, & qui mul
tũ superstitionis solebat eximere Stilbides, paulo antè fato functus erat.
Namq; (ut Philochorus asserit) signum id fugientibus nequaq; malũ est, B
sed percommodum: tenebras enim & latebras quæ cum metu aguntur,
requirunt, ijsq; lux est aduersa. Et alioquin quæ circa Solem Lunã ue ac-
cidunt portenta, in triduum tantùm cauere iubent: ut in exegeticis Auto
clides tradit. At uerò Nicias alium Lunæ circuitum expectare iubebat,
quasi non statim eam esset conspecturus suo nitori restitutam, postquam
ea per locum ab opposita terra luci solis obstructum transiuisset. Inte-
rim reliquis propè omnibus rebus omissis, sacrificando tempus traxit, eò
usq; dum hostes Atheniẽsibus superuenerũt, pedestrib. copijs muros eo-
rum & castra oppugnantes, nauibus autem portum circumquaq; occu-
pantes: neq; ipsi solùm triremibus id agebant, sed & pueri lembis pisca-
torijs & scaphis conscensis Athenienses per ludibrium prouocabant. Ex
his pueris unum illustribus natum parentibus Heraclidam, cùm is cym-
ba sua præter reliquos esset prouectus, Attica nauis insequuta est & ap-
præhendit. Illi timens Pollichus auunculus, decem triremibus, quibus

Victoria Syracusanorum.

præerat, contra hostes prouectus est, idemq; tutandi Pollichi causa cæte-
ri fecerunt. Commisso acri nauali prœlio, uicerunt Syracusani, & Euryme
dõtem cum multis alijs interfecerunt. Iam uerò nullo modo manendum
sibi in insula Athenienses rati, multis clamoribus à ducibus contende- C
bant, ut se uel terrestri itinere abducerent: nam Syracusani statim à uicto
ria fauces portus obstruxerant. Niciæ autem id minimè probabatur: indi
gnam enim rem existimabat, tot naues onerarias, triremesq; propè ducẽ-
tas hostibus relinquere. Itaq; centum & decem triremes (reliquis enim re
migia deerãt) peditum & iaculatorum optimo quoq; imposito repleuit,
reliquam turbam ad mare assistere iussit, maioribus castris, & munitioni-
bus quæ ad Herculis fanum pertinent, relictis. Quo factũ est ut intermis-
sum hactenus Herculis sacrificium à Syracusanis, duces eorũ & uates eò
profecti peragerent. Iam triremes exercitus cõscenderat, cùm aruspices Sy
racusanis ex hostia gloriã & uictoriam polliciti sunt, si non inferrent uim,
sed defenderent: eodem enim modo Herculem semper uicisse. Itaque in
altum deductæ sunt ad pugnam naues. Fuit ea pugna ingens & acerri-
ma, neque minus perturbauit uariè spectatores, quàm ipsos eos qui dimi
cabãt: cùm illi certamẽ tã diuersas subinde mutationes insperatasq; acci-
piens cõtẽplarẽt. Ipse aũt apparatus nõ minùs q̃ hostib. incõmodũ attu-

A sit Atheniensibus. Hi enim cum grauibus nauigijs ijsque confertis contra leuia pugnarent, hinc inde insultantia, icti lapidibus, qui undique eandem ictus uim perferebant, ipsi iaculis & sagittis hostem petebant, quae ne directe omnia, & cuspide incideret, maris fluctuatio efficiebat. Hoc preceptum Aristo Corinthius gubernator Syracusanis dederat, qui in ipso proelio strenuè dimicans, iam uincentibus Syracusanis occubuit. Atheniensibus ingenti clade fusis, & facultas mari effugiendi omnis prærepta ab hoste fuit, & cùm terra se difficulter euasuros cernerent, neque Syracusanis naues abducentibus comminus repugnauerunt, neque suorum cadauera ad sepulturam petierunt, rati maioris esse miseriæ, saucios alios & ægrotos hosti, quàm istos inhumatos relinquere: quæ tametsi ante oculos cernebant, utrorunque tamen deteriore conditione seipsos esse existimabant, qui ad eundem utique finem per plura aduersa tenderent. Cùm autem noctu statuissent discedere Athenienses, Gylippus ne in animum quidem suum induxit, posse Syracusanis persuaderi, ut à sacrificiis & potationibus (quibus se uictoriæ & solennis festiuitatis causa dederant) ad insequendos hostes se cōferrent. At Hermocrates suo ex ingenio dolum

B aduersus Niciā cōmentus, quosdā ad eum misit, qui tanquam ab ijs missi Syracusanis, quibuscum clādestina agitare colloqa ipse consueuerat, monerēt ne ea nocte proficisceretur: insidias enim à Syracusanis positas, obsessaque esse itinera. Hac fraude Nicias deceptus ea nocte substitit, idque quod falsò metuebat, postridie expertus est. Summo enim manè Syracusani angustias uiarū occupauere, transitus fluuiorū clauserūt, pontes deturbarūt, campestria & plana loca equitibus insederūt, ita ut sine pugna nullus Atheniensibus uspiam pateret progressus. Hi cùm & diem eum, & insequentem noctē mānsissent, inde cum fletu & eiulatu profecti sunt, tanquam si non ex hostili, sed ex patria terra discederent: adeò penuria rerum necessariarum, & amici familiarésque imbecilli relicti eos afficiebant: & tamen præsentia mala futuris leuiora sperabant. Inter plurima, quæ eo in exercitu miseranda uidebatur, nullum fuit ipso Nicia spectaculum miserabilius. Quippe ui morbi afflictus, præter dignitatem suam ad necessariarum ad uictū rerum penuriam redactus, cùm quidem ob infirmitatem plurimis opus haberet, multa in tanta imbecillitate tamen agebat atque tolerabat, quæ multi sani & ualidi non sustinerent: omnibus manifestò demonstrans, se

C non uitæ amore, sui' ue causa ea perferre, sed exercitus causa non omnem spem abijcere. Et cum reliqui ad lacrymas & questus sese demitterent præ metu atque mœrore, ipsi, si idem facere cogeretur satis liquebat, recordatione turpitudinis infamiæque ea militia parte, eiusque cum magnitudine & gloria rerum quas se gesturum sperauerat, comparatione ista extorqueri. Neque tantùm uultū eius inspicientes, sed multo magis sermones eius bellum hoc dissuadentis, admonitionesque memoria repetētes, indigna circūuentum calamitate censebant: neque boni iam à dijs quicquam sperabant, reputantes cum animis suis hominem pijssimum, & qui summa liberalitate deûm honores auxisset, nihilo quàm flagitiosissimos & uilissimos in toto exercitu homines meliore esse cōditione. Neque tamē nō conatus est Nicias uoce, uultu, & suis cōpellandis superiorē se fortuna ostendere: totoque octo dierū itinere ab hostibus iaculis impetitus & sauciatus, inuictū suum exercitum cōseruauit. At postque Demosthenes cum exercitu apud uillā Polyzeli inter pugnandū à reliqs copijs auulsus in potestatē hostiū peruenit, ac sibiipsi qdem stricto gladio ictū intulit, nō tamē mortuus est,

Hermocratis dolus.

Misera Atheniensiū fuga.

Atheniēses capiuntur.

hostibus eum mature corripientibus: hęc ubi & Syracusani adequitantes A Niciæ indicauerunt, & ipse missis equitibus captū esse cum Demosthene exercitum cognouit: ita demū à Gylippo petijt ut Athenienses factis inducijs, acceptisque obsidibus, dum omnis in bellum hoc impensa pecunia Syracusanis redderetur, Athenienses ex Sicilia dimitteret. Id ut impetraret tantum absfuit, ut ab hostibus contumeliose insultantibus telis etiam impeteret, omnibus iam destitutus rebus necessarijs. Perdurauit tamen eam noctem, & postridie ad Asinarum fluuium processit. Ibi Athenienses partim equitatus hostium impetu facto in profluentem detrusit, alij siti uicti ultrò ad aquam procubuerunt: ibique ingens cædes edita est, amnisque sanguine repletus. Tandem Nicias ad pedes Gylippi accidens, Miseremini, inquit, uictores, non quidem mei, cuius gloria nomenque illustre ad hoc calamitatis deuenit, sed Atheniensium reliquorum: & cogitate communem esse fortunam belli, qua mediocriter usi sunt & clementer Athenienses, quoties ea illis contra uos fauit. Cùm aspectus Niciæ, sermóque Gylippum mouit, non ignarum in pacificatione olim Lacedæmonios ab eo beneficium accepisse: tum uerò quòd magnæ sibi futurum gloriæ censebat, si aduersæ partis duces uiuos abduceret. Itaque B & Niciam bono esse animo, & capi, non cædi reliquos iussit. Verum tardiùs eo mandato per milites dilato, multo minores e aptiui interfectis fuerunt: quamuis haud paucos ipsi milites cædi subtraxerint. Ergo collectis in unum ijs, qui palam capti fuerant, maximas & pulcerrimas iuxta fluuium arbores captiuis armis decorarunt: ipsi coronati, suisque eleganter exornatis equis, hostium tonsis, in urbem redieurunt: cùm quidem ex certamine, quo Græcorum contra Græcos nobilius fuit nullum, perfectissimam uictoriam summa robotis, alacritatis, uirtutisque ui peperissent. Aduocatis deinde in concionem uniuersis & Syracusanis & auxiliarijs, Eurycles populi tum princeps legem tulit: ut dies quo Nicias captus fuit, festus esset, eoque ab operibus uacantes Asinaria festiuitatem solennem (sic à fluuio nominatam) celebrarent: (fuit is dies XXIIII. Carnij mensis, quem Metagitniontem Athenienses cognominant) ut Atheniensium serui & socij uenderentur, ipsi & Sicilienses in lapicidinas custodiæ causa dederentur: uti duces eorum occiderentur. Approbantibus hæc Syracusanis, Hermocrates cùm diceret uictoria rectè uti, præclarius esse quàm ipsum uincere, haud medioctri tumultu est exceptus: C Gylippum uerò duces Atheniensium poscentem, ut ij sibi Lacedæmonem uiui perducendi traderentur, luxuriantes iam rebus secundis maledictis incesserunt, cùm in ipso alioquin bello haud facilè seueritatem eius & Laconicū imperandi morem tulissent. Timæus addit, ob sordes etiam & auariciam eum malè apud ipsos audiuisse, paterna uitia: nam & Cleandridas pater eius ob capta munera exterminatus fuit, & ipse quòd triginta talenta de mille ijs, quæ Lysander ei commiserat Athenas perferenda, surripuisset, subterque culmen domus abscondisset, indicio facto turpissimo est exilio mulctatus. qua de re accuratiùs est in Lysandri uita dictum. Demosthenem porrò & Niciam non (ut Philistus & Thucydides) à Syracusanis lapidibus obrutos Timæus, sed cùm Hermocrates durante adhuc concione misisset qui populi sententiam exponeret, ipsos custodis unius eorum qui aderant opera mortem sibi consciuisse: corpora quidem ante portas proiecta ferunt, ut spectare qui uellent, possent. Auditu accepi etiamnum Syracusis scutum in templo repositum

Decretum Eurycli.

Niciæ obitus.

A repositum demonstrari, quod Niciæ fuisse perhibeant, auro purpuræ in texto perquàm ornatum. Plerique autem Atheniensium qui in latomias traditi fuere, ibi perierunt morbo, & uictu incõmodo (singulis enim diebus duas hordei cotylas, unam aquæ accipiebãt) multi uel furtim subtracti, uel qui inter seruos delituissent, diuenditi sunt: hic pro mãcipijs uenditi, equi nota in frontem inusta, quod nonnullis etiam seruientibus contigit. Verùm his uerecundia & morum honestas auxilio fuit. Aut enim manu emissi statim sunt, aut in honore apud dominos habiti: nonnullis Euripides salutẽ attulit. Huius em̃ poëtæ Siculi citeriorũ Græcorũ maximè studiosi fuerũt, & cùm exiguæ subinde eius carminũ particulæ ac quasi gustus eius Musæ ad ipsos perlatus esset, & ediscebant, & libenter mutuò ijs se impertiebant. Eo itaq; tempore ferunt permultos eorum, qui domum euasissent, Atheniensium, Euripidem honoris gratia salutasse, & ei retulisse, alios, ut docendo quæ ipsius carmina memoria tenuissent, ex seruitute libertatem recepissent, alios, se dum post pugnam uagarentur, uersus eius cantando, cibum potumq; ea re inuenisse. Quo minus mirum est Caunium nauim prædonibus persequentibus ad Siculorũ portus confugientem, ab ijs initiò non receptam, sed aditu prohibitã fuisse: pòst cùm interrogati Caunij ecquid Euripidis cantilenas tenerent, affirmassent, ita demum concessum uti nauim subducerent. Apud Athenienses autem ferunt calamitatis eius nũcium, præsertim ob eius qui referebat personam, fidem non inuenisse. Etenim hospes quidam cùm in Piræeum esset aduectus, in tonstrina sedens, de ijs quæ acta fuerant, tanquam iam Atheniensibus ea cognita essent, uerba fecit. Tonsor cùm primus omnium hoc de casu inaudiuisset, celeriter in urbem accurrit, ipsoq; in foro rem magistratibus renunciauit. Exorta (ut erat consentaneum) trepidatione & tumultu, principes aduocata concione, hominem ad populum introduxerunt. Is ex quo percepisset ista interrogatus, cùm nominare autorem non posset, nugator esse, & ciuitatem uoluisse perturbare creditus, rotæ (ut solent qui quæstioni adhibentur) alligatus est, aliquandiuq; tormenta passus, donec uenerunt, qui totam cladem exponerent. Adeò ægrè creditum est ab Atheniensibus, ea Niciam esse passum, quæ euentura sæpe prædixerat.

Margin notes: *Euripidis carmina.* — B — *Indicii calamitatis Siculensis.* — 12

C

PLVTARCHI CRASSVS,

[redacted]

Augustano interprete.

CRASSVS censorio triumphaliq; patre natus unà cum duobus fratribus in parua domo educatus est: atque hi quidem uiuis etiam adhuc parentibus uxores habuerunt, omnésque simul eadem sunt usi mensa. quæ res ei ad temperantiam & frugalitatem haud parum contulisse creditur. Altero fratrum mortuo, cum uxore eius habitauit, liberosq; eius retinuit: hac quoque in re satis continentem se gerens. Quanquam ætate progressus dictus est cum Licinia Vestali uirgine rem habuisse, cáque à Plotio quodam rea eius criminis facta est. Possidebat ea suburbanum elegans: id cùm paruo precio redimere Crassus cuperet, eámque ob rem crebrò eam conueniret, demereretúrque, id suspicionis de se præbuit. Hoc ille tamen incesti crimen auaritiæ nomine diluit: neque enim

Margin note: *Genus et uita.*

Auaricia Crassi. enim prius destitit Liciniã ambire, quàm prædium illud adipisceretu. Sar A nè Romani tradunt multis Crassi uirtutibus unum auariciæ uitium offecisse: mihi id unum de multis eius uitijs, quod esset reliquis uehementius, cætera obscurasse uidetur. Maxima autem eius auariciæ demonstrandæ argumenta habentur modus pecuniæ faciendæ, & facultatum quantitas. Cùm enim initiò non ultra trecentorum talentorum rem habuisset: posteà temporis cùm adhuc in republica uersaretur, decimis Herculi cõsecratis, exhibito plebi epulo, triumq; mensium frumento in capita à se præbito, ante Parthicam tamen expeditionem inito suarum opum numero, septies mille, ac centum talentorũ summam inuenit. *Ratio quæstus.* Maiorem horum partem (siquidem ueritas etiam maledicto exprimenda est) ex igne & bello confecit, publicis calamitatibus pro summo usus quæstu. Quo enim tempore Sylla capta urbe à se interfectorum bona (spolia ipse nominabat) uendidit, cupiens & plurimos & incontinentissimos ciuium eius piaculi cõtagio afficere: tum uendendi Crassus, accipiendiq; nullũ finem fecit. Preterea incendia iam domesticũ malum, per urbem grassari cernẽs, & ædificia multa nimio pondere & domiciliorum multitudine corruere, atque in se residere: coëmptis ultra quingẽtos seruis, qui architecturæ & B ædificandarum domuum essent periti, deinde ædificia uel incensa, uel his uicina à possessoribus, quos metus & incerti rerum euẽtus mouebant, uili precio redemit, eaq; ratione magnã urbis Romæ partem suam fecit. Atq; ipse tot posſidens fabros, nihil tamen præter suam domũ extruxit: ædificãdi studio laborantium uires nullo aduersario à seipsis comminui dicẽs. Cùm autem permultum argenti, prædia & operarios ingentis precij possideret, tamen hæc parui facienda duxisset, qui cum mancipiorum eius precio conferret: tot ille, talesq; seruos habebat, anagnostas, scriptores, argentarios, dispensatores, structores. *Seruorum cura.* His ipse docẽdis instituendisq; præerat, docens domino maximè conuenire curam seruorum, qui rei domesticæ animata essent instrumenta. Non malè Crassus, si quidem ita sensit, ut dixit, reliqua à seruis debere, ipsos à domino gubernari. Etenim rationem familiæ administrandæ uidemus cùm in tractandis rebus inanimis quæstuaria sit, in hominibus instituendis ciuilem rationẽ fieri. Id uerò non rectè quòd neminem diuitem esse censuit, qui non suæ pecuniæ fructibus exercitum alere posset: bellum enim non certo modo definitos sumptus (quod bene dixit Archidamus) requirit: ut ad eam rem infinitæ C requirantur diuitiæ. Longè igitur abfuit à Marij sententia. Hic enim cùm suis uiritim dena quaterna agri iugera diuisisset, ampliusq; eos requirere intellexisset: Nemo, inquit, Romanorum sit, qui quod agri ad eum alendum satis est, parum existimet. Fuit autem Crassus hospitalis, & omnibus fores eius patebant. Amicis quoque absq; fœnore mutuum credebat: sed elapso quod definierat, tẽpore, adeò seuerè exigebat, ut ea fœnoris remissio multis fuerit usuris grauior. Ad cœnã plerunq; populares & plebeios *Studia Crassi.* uocabat: in frugalitate ea mundicies & comitas, uti splendore esset iucundior. Ex artibus liberalibus dicẽdi artem usui apud populum futurã præcipuè exercuit: disertusq; natura inter primos Romanorum, diligẽtia & labore ingeniosissimos superauit. Ferunt enim nullam ita exiguam aut abiectam fuisse causam, quam non posset ex tempore agere: itaque sæpe Pompeio, Cæsare & Cicerone orare recusantibus, ipse patrocinium suscepit. quo etiam nomine ut diligens & ad opem ferendam promptus fauorem meruit. Grata populo etiam eius in congressibus fuit humanitas & facilitas. nemini enim Romano adeò humili aut obscuro obuiam uenit, quem

A quem salutatus non nomine uicissim suo compellaret. Tradunt etiam historiæ admodum fuisse gnarum: & Aristotelicam philosophiam attigisse, Alexandro usum preceptore. Is homo consuetudine cum Crasso sua ostendit qua esset facilitate & animi lenitate: non enim facilè dixero, pauperiórne ne ad Crassum accesserit, an apud ipsum factus fuerit. quippe solus amicorum unà peregre proficiscens ab eo lecticã accipiebat, eamq; reposcebetur reuersus. Miseram profectò Alexandri patientiam, qui ne paupertatẽ quidem indifferentis numero habuerit. uerùm de his postea. 2
Cùm Cinna & Marius rerum potiti statim ostenderent se non commodo patriæ, sed ad necem haud dubiam optimi cuiusque in Vrbem reuersos, quicunque aduersæ factionis in urbe deprçhensi erant trucidati sunt, interq; eos Crassi pater ac frater. Ipse Crassus adolescẽtulus planè, ut in præsentia cædem euasisset, ita circumuentum tamen se à tyrannis, indagarique sentiens, cum tribus amicis & decem seruis mira celeritate in Hispaniam profugit, ubi olim patrem prætorem in eam prouinciam comitatus amicos sibi parauerat. Verùm hos omnes cùm uideret summo esse in metu, & Marij crudelitatem ueluti præsentis extimescere, nulli eorum
B se aperire ausus, in agros Vibij Paciaci maritimos se contulit, ibique in ampla satis spelunca delituit, misso ad Vibium seruo qui animum eius exploraret: iam enim uictus quoque deficere ceperat. Vibius superstitem esse Crassum lætatus, cognita comitum multitudine, & loco, ipse quidem in conspectum Crassi non uenit: uillico autem statim ad se accito mandauit, uti quotidie cœnam paratam iuxta speluncæ saxum deponeret, eóque facto tacitus abiret, neque præterea quicquam curiosiùs inquireret: ita si fecisset, libertatem; sin contrà, mortem præmij loco constituens. Spelunca est haud longè à mari dissita: circa eam precipites quidam deiectus concurrunt, introque auram tenuem & obscuram mittunt. Intus altitudo mira, & latitudo satis ampla patet, sinubus spaciosis intercepta. Neque aqua deest, neq; lumen: sed & iuxta præcipitia defluit fons aquę dulcissimę, & fissuræ saxi natura factæ, lumen, quo id maximè loco externè accidit, admittunt, ita ut interdiu illustretur locus. Aër in specu purus est, miniméque madidus: densitas enim petræ humidum omne ad fontem elidit. Ibi tum delitescenti Crasso quotidie alimenta adferebat uillicus, neminem ipse cernens, sed ipsis (ut tempus eius aduentus ob-
C seruabant) conspicuus. Cœna autem apponebatur non ad saturandum modò, sed & ad uoluptatem parata. Etenim statuerat Vibius Crassum quàm posset humanissimè tractare, adolescentiam eius suo cum animo reputans, cui profectò esset aliquid gratiæ dandum: qui enim necessaria tantùm suppeditet, eum necessitate id magis facere, quàm studio & uoluntate uideri posse. Itaq; duas elegantes ancillas secũ ad mare duxit, utq; ad speluncam peruentum est, monstrato aditu, mandatoq; uti hilares eò intrarent, abijt. Quas ut Crassus adeuntes conspexit, ueritus ne innotuisset hæc latebra, quæ nam essent, aut cuius rei gratia uenissent, percontatus est: postquam uerò uti fuerant instructæ, quærere se dominum ibi latentem responderunt, cognita Vibij erga se humanitate ac urbanitate ad se puellas recepit, retinuitque deinceps secum, & earum ministerio quæ uellet Vibio renunciauit. Harum se alteram iam grandæuam uidisse, sæpeque hæc omnia eam studiosè narrantem audiuisse affirmat Fenestella. At Crassus, cùm ad hunc modum per octo menses absconditus egisset, simul ac de obitu Cinnæ certior est factus, manifestauit seipsum: factoq; ad eum multorũ hominũ cõcursu, delectis bis mille quingẽtis circũ urbes profectus

Crassus Marium fugit.

Spelunca Crassi.

profectus est, unamq; Malacam (ut quidem perhibent: ipsum enim ferũt A summa contentione id negasse) diripuit. Inde contractis nauibus in Africam traiecit, seq; Metello Pio coniunxit, illustri uiro, & qui tum haud contemnendas conduxerat copias. Sed ibi non diu permansit: uerum orta ei cum Metello discordia, ad Syllã sese cõtulit, apud eumq; inter præcipuos habitus est. Sylla ubi in Italiam peruenit, cupiens omnium iuuenum opera uti, alios alijs negocijs præfecit. Ita Crassus ab eo in Marsos ad scribendum militem missus, quòd per hosticum esset sibi eundum, stipatores petijt. respondit Sylla iratus aliquanto uehementiùs, Custodes, inquiens, do tibi, patrem, cognatos, amicosq; tuos, quorum ego iniustè cæsorum necem persequor. Hoc dicto iritatus, statim abijt Crassus, ac ui perrupit per hostes, collectoq; magno exercitu, strenuum se in rebus gerendis Syllæ præbuit. Illæ (ut traditum est) primùm res contentionem gloriæ inter Crassum Pompeiumq; excitarunt. Etenim Põpeius & minor ætate, & patre qui apud ciues in summo odio infamiaq; fuisset ortus, eo in bello tantum splendoris sibi parauit, ut Sylla (quem honorem paucis seniorum & æquali honore præditorum habuerat) accedente eo assurrexerit, caput retexerit, imperatoreq; eum salutauerit. Hæc urebãt, stimulabantq; Crassum, cùm quidẽ nõ iniuria Põpeio postponeret: nam & peritia destituebat, innataq; uitia, turpis nimirũ cupiditas lucri, & sordes, gratiã rebus ge B
3 stis eius adimebant. Quippe cùm Tuder Vmbriæ urbem cepisset, delatus fuit apud Syllã, quasi magnã pecuniæ partem peculatus esset. At uerò in pugna apud Romã, quæ eius belli & maxima fuit, & ultima, uicto Sylla, ijsq; quos ducebat pulsis, & nonnullis cæsis, Crassus dextri cornu dux uicit, hostesq; fugiẽtes usq; ad noctẽ insecutus, misit ad Syllam, qui sibi militibusq; cœnam poscentes rem præclarè gestam indicarent. Rursum in proscriptionibus & bonorum publicationibus malè audiuit, magna paruo precio redimens, uel etiam dono sibi dari postulãs. In Brutijs fertur quendam proscripsisse non Syllæ iussu, sed ut pecunia potiretur: ideoq; Syllam indignatũ, eius opera nullo posteà in publico negocio usum. Et quidem Crassus adulando quosuis homines suos efficere apprimè norat: sicut contrà à quibusuis adulatione facilè circumueniebatur. Id quoq; peculiariter de eo memoratur, cùm esset lucri cupidissimus, eodem uitio laborantes maximò solitum odisse & maledictis inuadere. Vrebat autem eum Pompeius rebus bellicis uigens, triũphumq;, antè quàm senator fieret, agens, Magniq; à ciuibus cognomen ferens. Aliquãdo cùm accedere C Pompeium Magnũ quispiam dixisset, ridens, Quantus, inquit, tandem? Cæterùm ubi uidit se bellica gloria Pompeiũ adæquare nullo modo posse, ad res ciuiles se cõtulit, studiũ suum deferẽdo, patrocinãdo, mutuã pecuniã prębẽdo, eos q à populo aliqd peterent adiuuãdo, unaq; ambiendo potentiam sibi gloriamq; parans parem ei, quam multis magnisq; bellis gestis Pompeius adeptus fuerat. Itaq; (quod rarò accidit) Pompeij nomen absentis, potentiaq; maior in urbe erat, ob rei bellicæ laudem: præsens Crasso sæpe inferior fuit. Quippe Pompeius fastu uitæ quodam elatus turbas hominum fugiebat, forumq; uitabat, paucisq; eorũ, qui opem eius implorabant, neq; id promptè admodum, patrocinabatur: ratus integriores se uires suas habiturum, si ijs in suis modò rebus uteret. At Crassus assiduè se utendum ciuibus præbens, neq; rarò aut difficulter se adiri patiens, sed in aliorum negocijs curandis nunquam non uersans, populari sua humanitate maiestatem illius superabat. Nam dignitatem corporis, facundiam, uultumq; ad sui gratiam allicientem, hæc in utroque fuisse aiunt.

Vt se Sylla adiunxerit.

Aemulatio eius & Pompeij.

A aiunt. Non tamen hæc æmulatio Crassum ad inimicicias aut maleuolentiam prouexit, neq; ambitioni odium malignitatémue adiecit, quantumuis Pompeium Cęsaremq; honore ipsum anteire ægrè ferret. Ac tametsi *Moderatio animi in æmulatione.* Cæsar in Asia à prædonib. captus & in custodiā datus exclamauit, Quanto, Crasse, fruere gaudio, si me captum cognoueris: tamen posteà temporis amicè uixerunt. Quin etiam Cæsarem, cùm prætor in Hispaniā abiturus pecunia egeret, & creditores eum inuaderent, iterq; impedirēt, Crassus non destituit, sed profectionem eius expediuit, ipse pro eo DCCCXXX talenta spondens. Omnino in tres factiones diuersas Roma *Tres Romæ factiones.* tum abierat, quarum uidelicet erant duces Pompeius, Cæsar, Crassus: nam Catonis gloria & admiratio, quàm potentia maior erat. Pompeium prudentiores & mansuetiores colebant: mobiles & inquieti, Cęsaris spes sequebantur: Crassus medium tenens utrisque utebatur, crebróque in republica mutatus, neque amicus certus, neque implacabilis inimicus erat, facilè uel gratiam uel iram commodi sui causa deponens: itaque sępe paruo temporis spacio eosdem & homines & leges modò accusare, modò defendere cernebatr. Valebat & gratia, & nō minùs metu. Quamobrem Sicinius, quo non alius plus molestiæ sua tempestate in magistratu aut rep. uersantibus exhibuit, interrogatus cur solum Crassum non inuaderet, Quia, inquit, fœnum habet in cornu. solebant enim Romani boum, qui cornu ferirent, fœno circumligare cornua, ut obuij cauendū sibi ab ijs esse scirent. Porrò autem gladiatorum defectio, & Italię de- *Bellū Spartacium.* prędatio, quod plerìq; bellum Spartacium nominant, hanc habuit originem. Lentulus quidam Batiatus Capuę gladiatores alebat: ex his plerìq; Galatæ erant, atq; Thraces, nullum ob flagitium, sed iniquitate emptoris inclusi uti spectaculis gladiatorijs depugnarent. Ex his ducenti aufugien di consilium tractauerunt: sed re per indiciū delata, septuaginta & octo (qui maturiùs indicium factum senserant) antequam depręhenderētur, carcere exiluerūt, arreptis ex coquina quadā cultris atq; ueribus: cumq; in itinere in currus aliquot incidissent, arma gladiatoria in aliā quandam urbem uehentes, diripuerūt ea, armatiq; ijs, locū munitū occupauerunt, tribus sibi ducibus pręfectis. Fuit inter hos primus, nomine Spartacus, Thrax eorum ex genere, qui incertis habitationibus uagādo Nomadum nomen meruerunt: uir non animosus modò & robustus, sed & prudētia

C mansuetudineq; fortuna sua superior, magisq; ad Gręcos mores cōpositus, quàm patria ferret. Ei (ut narrant) cùm primùm Romam uenalis esset adductus, dormienti draco caput circumplicasse uisus est: uxor aūt eandem cum eo habens patriā diuina, & Bacchico furore correpta, signum id esse dixit magnę & terribilis potentię, qua is esset cum felici exitu potiturus. Eadem tunc quoq; unà effugerat, & aderat uiro. Ii tum gladiatores primùm repulsis qui à Capua insecuti eos fuerant, multisq; armis bellicis potiti, abiectis gladiatorijs istis, ut indecoris & barbaricis, non sine gaudio militarem in morem armati sunt. Missus deinde Roma est contra eos Clodius prætor cum tribus uirorum millibus: obseditq; eos in mōte unum tantum habente, angustumq; aditum, quem & ipsum insederat custodia: cætera montis præcipitia ambiebant, asperæq; cautes, & multa syluestri uite omnia integebantur. Gladiatores uerò palmites, quos usui ad eam rem esse sentiebant, cædentes, scalas ex ijs ualidas contexuerunt, itáque longas, ut supernè de præruptis saxis demissæ, subiectam planiciem attingerent. tutò omnes per eas descenderunt, uno excepto: qui deijciendis armis relictus, cùm esset suo munere functus, ipse quoque ul

S timus

Victoriae Spartacio-rum.

tim is euasit. Atq; ita fefellerunt Romanos, ut subitò eos adorti, improuisa re primò in terrorem, pòst in fugam coniecerint, ac castra ceperint. Secundum hoc multi se eis incolæ eorum locorũ pastores adiunxerũt ac bubulci, homines audaces & cursu celeres: quorũ partem armauerunt, reliquis præcursorib. & expeditis militib. usi sunt. Missus est deinde aduersus eos prætor P. Varinius. Huius primùm legatũ Furium cum duob. militũ millibus prœlio inito fuderunt: deinde cõsiliarium collegamq; eius Cossinium missum cũ magno exercitu, cùm lauare apud Salinas obseruassent, parũ abfuit quin citra prœliũ arripuissent: ægrè uixq; elapsis statim impedimẽta Spartacus cepit, fugiẽtis premẽs uestigia nõ sine magna cæde, castris potitus est, interfecto etiã Cossinio. Ipsum aũt prætorem cùm multis alijs pugnis superasset, tãdem captis lictoribus equoq; eius, magnum terribileq; suum nomen reddidit. Atque is in eo tum statu id quod res erat cogitans, ne sperandum quidem posteà se Romanorum potentiam superari, ad Alpes duxit: optimum ratus, ut ijs superatis in patriam suam, Galliam alij, reliqui Thraciam discederent. Sed qui eum ducem fecerant, multitudine iam roborati, animisq; elati, consilio eo repudiato, Italiam peruagando populari maluerunt. Itaque non dedecore iam defectionis eius, sed terrore & periculo motus senatus, utrunq; consulem tanquam ad difficilimum & maximum bellum misetunt. Ex his Gellius Germanos, qui superbia & audacia adducti se à Spartacijs diuulserant, subitò adortus ad internecionem deleuit. Lentulum uerò magnos sibi exercitus circumfundentẽ prœlio subsistere ausus Spartacus, legatos eius fudit, & impedimentis potitus est. Ad Alpes autem contendenti Cassius Galliæ Cisalpinæ præfectus cum decem armatorum millibus occurrit, uictusq; multis suorum amissis uix ipse fuga salutem inuenit. Hæc postquam comperit senatus, consulibus iratus uti quiescerẽt mandauit, Crassum belli eius ducem constituit: multiq; nobilium huius auspicia ultrò secuti sunt, gloria amiciciaq; eius moti. Crassus in agro Piceno substitit, ut Spartacum eò (ut putabat) iturum exciperet: Mummium legatum cum duabus legionibus misit, uti hostem circumueniret, eumq; à tergo insequeretur, ad prœlium uerò prouocare, aut confligere omnino caueret. Sed Mummius prima spe uictoriæ oblata, prœlio facto uictus est: multiq; Romanorum cæsi sunt, multi abiectis armis fugerunt. Acerbè Mummium Crassus accepit, militibus cùm rursus arma traderet, petijt sponsores, qui eos arma seruaturos reciperent. Quingentos autem primos, & qui maximè fugæ fuerant autores, in quinquaginta decurias diuisit: ex his decimum quenq; sorte ductum morte mulctauit. Id uetustum supplicij militaris genus multo iam tempore omissum reduxit, in quo pœnæ etiam turpitudo adest, multaq; omnibus inspicientibus horrenda peraguntur. Ita castigatum exercitum contra hostem duxit. Sed Spartacus per Lucaniam ad mare concedens, cùm ibi naues piratarum Cilicum offendisset, statuit in Siciliam traijcere: immissisq; eam in insulam duobus suorum millibus, rursus ibi bellum seruile, haud ita pridem sopitum, ac exiguo tantùm aliquo fomite opus habens, resuscitare. Cilices acceptis donis, operaq; sua obligata, deluso Spartaco inde soluerunt. Itaque is rursus à mari recedens, copias in Cherronesum apud Rhegiũ trãstulit. Crassus ut superuenit, doctus ab ipsius loci natura quid faciendum esset, Isthmum munitione includere statuit, ut simul & ocio milites, & commeatu hostes prohiberet. Magnum id opus, & difficile præter omnium opinionem modico temporis spacio perfecit, fossa à mari ad mare perdu-

Crasso bellum Spartacium mandatur.

Decimatio.

cta,

A cta, longitudine trecentorum stadiorum, latitudine & profunditate quindecim peditum: eiq; fossæ miræ altitudinis roborisq; murum imposuit. Spartacus primò id opus spreuit, ac neglexit: at postq; præda destitutus pergere statuens cognouit de munitione abiecta, ita ut nihil ex peninsula capere liceret, noctē niualem, uentumq; hybernum nactus, terra, aliaq; materia, & arborum ramis ingestis partem haud magnam fossæ complanauit, tertiamq; copiarum partem per eum locum traduxit. Crasso uerò metuenti ne Spartacus Romam uersus ducere intenderet, animū reddidit hoc, q multi per dissensionem ab eo defecerant, & seorsim apud Lucanam paludē castra fecerāt: quam mutatione temporis dulcē, rursumq; salsam & potui incommodam fieri asserunt. Hos adortus à palude repulit Crassus: celeriter tamen superueniente Spartaco, & fugam inhibente, insequendi & cædēdi occasionem amisit. Scripserat iam antè ad Senatū, Lucullum ex Thracia, Pompeiū ex Hispania ad id bellū euocandos: mutato autem tum consilio (quippe haud nescius non sibi, sed ei qui suppetias latum aduenisset, uictoriæ laudem adscriptum iri) ante eorum aduentum finem bello imponere contendit. Primùm itaq; statuens eos adoriri,
B qui defectione facta seorsim castra habebant, ducesq; C. Cannicium & Castam, sex millia suorum misit, qui tumulum quendam occuparent, & omni studio hoc agerent, ne ab hostibus conspicerentur. Verùm hoc tametsi fallendi gratia cassides texerant, duæ mulieres ante hostium castra sacrificantes depræhenderunt: summoq; fuissent in periculo, nisi celeriter Crassus auxilium tulisset. Ita prœlium (quo uix aliud acrius) commissum est: in quo Crassus de XII millibus hostium ac trecentis occisis duos tantum à tergo uulneratos reperit: reliqui omnes uersis in hostem frontibus, & pugnauerant & ceciderant. Spartacum audita horum clade ad montes Petilinos recedentem Quintus Crassi legatus & Scropha quæstor uestigijs inhærentes sequebantur: hos ille conuersus in fugam cōpulit, ita ut uix erepto quæstore (is enim uulnus acceperat) euaserint. Hæc uictoria Spartacum perdidit, animis fugitiuorum inflatis iam, ut neq; pugnam porrò subterfugere, neq; obtemperare ducib. uellent, sed eos armati circumsistentes, cùm aliò tenderent, retrò per Lucaniam ducere contra Romanos cogerent: cupidi cum Crasso confligere, cùm iam de aduentu Pompeij esset renunciatū. Et quidem Romæ quidam in con-
C cionibus dictitabant, Pompeio huius belli uictoriam deberi: eum simul atq; uenisset, pugna commissa debellaturum. Hac de causa decernere pugna cum hostibus cupiens Crassus, fossam egit, ad quam exilientes fugitiui, operarios inturbabant. Subinde autem utrinq; suis auxilio cùm ueniren t, necessitatem ita exigere cernēs Spartacus, totum exercitū in aciem eduxit: adductoq; ad se equo, stricto gladio effatus, uictorem se multos & pulcros de hoste equos capturum, uicto equi nullū usum fore, equum confodit. Inde Crassum ipsum per arma ac uulnera multa petens, eū quidem non est assecutus, duos autem centuriones congressos obtruncauit. Tandem suis fugientibus, stans ipse pugnansq; contra eos à quibus fuerat circundatus, ita occisus est. Enimuerò tametsi id bellum & fortuna, & arte optima gessit Crassus, & corpus in pugnæ discrimen adduxit, rei gestæ tamen gloria Pompeij nomen non effugit: is enim quidquid hostium prœlij fortunam euaserat, deleuit. Itaq; ad Senatum scripsit, Crassum quidem fugitiuos præclara pugna deuicisse, at se radicem belli extirpasse. Proinde illustrem de Hispania & Sertorio triumphum Pompeius duxit.

Victoria de Spartaco.

Ouatio Crassi. Crassus triumphum ne ipse quidem petere ausus est: quin & ouatio de seruili bello, parum dignè & pro maiestate honoris data uidet. quæ duo ut differrent, tum quæ nominum ratio, in Marcelli uita prodidimus. Secundum hæc cùm ultrò ad consulatū Pompeius uocaretur, Crassus tametsi spem habebat se ei collegam futurum, Pompeium tamen ut sibi ea in petitione esset adiumento orare nō abhorruit. Neq; id nolenti fuit Pompeio, quippe qui sibi gratiam aliquam à Crasso deberi iamdudum obscurè cupiuisset: itaque summo studio eum iuuit, & ad extremum in concione dixit, si collega sibi Crassus daretur, id se haud minus gratum habiturum, quàm ipsum consulatum. Sed enim magistratum adepti nō eandem beneuolentiam retinuerūt, ac parum abfuit, quin omnibus de rebus dissidentes, semperq; cōtendentes inuicē & obiurgantes, consulatum istum nulla re gesta nobilem exigerent. Quid enim egit Crassus, nisi quòd Herculi magno exibito sacrificio, decem millibus mensarum epulum populo prebuit, frumentumq; in tres menses largitus est? Cùm iam sub exitum

Cos. cum Pompeio.

4 consulatus sui Pompeius & Crassus in concione adessent, Onatius Aurelius, eques Romanus, uir neq; illustris, & agrestis rudisq; uitæ, suggesto cōscenso tale suum insomniū recitauit. Iouem sibi dormienti apparuisse, ac mandasse uti publicè moneret populum, ne prius abdicare se magistratu consules sineret, quàm ij in gratiam mutuò redijssent. Hęc illo dicente, populoq; ut offensis positis recōciliarent hortāte, cùm Pompeius quietus staret, prior ei Crassus dextram iniecit, &, Non, inquit, existimo Quirites abiectè me, meæq; personæ inconuenienter agere, quòd cum Pompeio redintegrādæ beneuolentiæ initium ipse facio: cùm uos imberbem adhuc eum Magni cognomine ornaueritis, nondum in senatum adscito triumphum dederitis. Hæc in suo consulatu digna referri Crassus egit. In censura autem, tametsi Romanorum mansuetissimum Lutatiū Catulum collegam habuit, prorsus tamen actum est nihil: nam neq; Senatus neq; equites examinati, neq; census fuit populus. Hoc traditum est, Crasso rem arduam & uiolentam agitanti, nempe ut Aegyptū Romanis stipendiariam faceret, Catulum acriter restitisse: inde orta controuersia, eos magistratu ultrò sese abdicasse. Porrò in Catilinaria coniuratione, quæ res ardua prope rem Romanā euertit, uenit etiam Crassus in suspicionem: & progressus quidam, eum quoque inter conspirationis socios nominauit: nemo tamē ei iudicio fidem habuit. Et ipse quidem quadam in oratione Cicero haud obscurè Crassum & Cæsarem eius seditionis reos facit: sed ea post utriusque mortem edita est. In uolumine autem, quod de suo consulatu composuit, Crassum scribit noctu ad se accessisse, & literas attulisse

B

Reconciliatio eorum.

Crassus censor.

Catilinæ coniuratio.

C

5 de Catilina & quæsitas, quo indicio cōfirmauerit coniurationē. Eam ob rem Crassus tametsi Ciceronem perpetuo odio est prosecutus, ne tamen palàm ulcisceretur, filium suum impedimento habuit Publium: is enim philosophiæ deditus, ita obseruabat Ciceronē, ut eo in iudicium uocato uestem mutauerit, effeceritq; uti idem etiā reliqui iuuenes facerent, & ad extremum persuasit patri, ut eum Cicerone amiciciam iungeret. Cæsar ut ex prouincia reuersus consulatus petendi causa, Pompeium & Crassum rursus inimicicias exercere sensit, cùm neq; alterutro sibi conciliato alterius odium incurrere consultum putaret, & neutro sibi opitulante obtenturum quòd petebat diffideret, in eo fuit, ut eos in gratiā reponeret. Itaq; monēdo adsiduè, fore ut ipsi mutuò attritis uiribus, Ciceronibus, Catulis, & Catonibus summam rerum traderent, quorum nullū esset futurum nomen

A men, si ipsi amicicia & factionibus iunctis, uno consilio unisq; uiribus *Cæsaris, Crassi, & Pompeij cōspiratio.*
remp. regerent: his rationibus eos in gratiam reduxit, non illos magnos
mutuo auxilio, sed seipsum utrorunq; opera maximum efficiens. Ita tri-
um istorum coniuncta potentia, omni aduersariorum ui superior, sena-
tus tandem, populiq; Romani potestatem euertit. Proinde statim eorum
studio consul creatus Cæsar, copiæq; ei & bellum Gallicum decretum,
quo pacto sanè quasi in arce collocatus fuit. At eo hunc in modum amo-
to Pōpeius & Crassus putabant se confirmato ei hoc imperio, absq; labo
re reliqua pro suo inter se diuisuros arbitrio. Quę quidem ut ita ageret,
ambitio Pompeiū mouit. Crasso ad ueterem auariciam noua triumpho-
rum ac trophæorum, flagransq; instigabat cupiditas, Cæsaris uictorijs
incitatum: itaq; cùm se cæteris rebus superiorem, hac una in parte cede-
re uideret, non priùs finem ei cupiditati statuit, quàm sibi ipsi turpe exi-
tium, reipublicæ magnas calamitates parauit. Res ita gesta est. Cęsar cùm
Lucam ex Gallia uenisset, eò ad ipsum cùm alij multi Romani, tum Pom
peius etiam Crassusq; profecti sunt: priuatimq; cum eo congresi, statue-
runt maiori studio propositum exequi, totamq; rerum summam in suam
B trium potestatem redigere: id autem fieri posse ita uidebatur, si manente
in armis Cæsare, ipsi alias prouincias & exercitus acciperent. Eā ad rem
unica erat uia, alterius consulatus petitio: quam Cæsar & amicorum ope-
ra, & missis ad comitia obeunda militibus adiuuaret. His ita constitutis
Romā reuersi, statim in sinistra suspicione fuerunt, & obtinebat rumor,
nequaquam optimo publico conuentum Lucæ fuisse. In senatu Pom-
peius à Marcellino & Domitio interrogatus, esset'ne petiturus consula-
tum, incertum se esse respondit: rursumq; interrogatus, bonorum non
malorum ciuium causa se ambiturum dixit. Superbiùs hæc & inflatius
responsa uidebantur: Crassus moderatiùs, Ambiturum, si ita usui esse rei-
publicæ putaret, sin minùs, cessaturum. Quo factum est, ut & alij quidam
petere consulatum auderenr, interq; hos Domitius. Verùm ubi & Cras-
sus ac Pompeius ambitionem dissimulare cessauerunt: reliqui terrore
obiecto destiterunt, Domitium Cato familiarem suum & necessarium e-
nixè hortatus est, & confirmauit, uti ne spem dimitteret propositam, cùm
quidē pro libertate patriæ propugnaret. non enim consulatū à Pompeio
& Crasso, sed tyrannidem quæri: neq; id agi ut magistratum, sed ut pro-
C uincias & exercitus arripiant. Hæc ita & sentiens & dicens Cato, tan-
tùm non ui in forum protraxit Domitium: multique se ijs coniunxe-
runt, multis mirari subibat, quidnam isti duo consulatu opus haberent?
cur simul iterum, non cum alijs? quasi uerò nemo Romæ esset dignus
qui Crassi aut Pompeij collega esset? Eo territi isti, nulla turpi aut uio- *Consulatus*
lenta actione abstinuere, dum propositum tenerent: quin & præter re- *secundus*
liqua facinora', Domitium nocte adhuc cum sua factione in forum de- *Crassi.*
scendentem per insidias aggressi, seruum qui lumen gerebat obtrunca-
uere, Catonem aliósque consauciauere, fugatisque ijs & in ædes propri-
as compulsis, ita demum consules creati sunt. Paulo pòst curiam arma-
tis cingentes, Catonémque foro expellentes, quosdámque resistere au-
sos interficientes, ita Cæsari imperium in alios quinque annos proroga-
uerunt, sibi ipsis prouincias Syriam & utranque Hispaniam decreue-
runt. Sortiti, Syriam Crassus, Hispaniam Pompeius accepit: quæ qui- D
dem sors omnibus placuit. Nam & populus Pompeium haud procul
ab urbe abesse uolebat: & ipse amore coniugis plerunque apud Ro-

mam statuerat agere. At Crassus, simul atque sors exijsset, haud obscurè gaudium tulit, quippe qui nihil sibi ad eum usque diem felicius euenisse putaret. Itaque uix se continuit, quin apud multitudinem & nihil ad se attinentes homines animi sensum effutiret. At apud domesticos noua multa & puerilia iactitabat, præter & ætatem suam & ingenium. Etenim natura minimè iactabundus, & ab inani fastu alienus, subitò tum inflatus, ac perditus, non Syriam, non Parthos finem suæ fortunæ statuebat, sed quasi effecturus ut pro ludicris haberentur Luculli contra Tigranem, & Pompeij aduersus Mithridatem res gestæ, ad Bactra usque & Indos & Oceanum extrà ambientem spes suas extendebat. Et uerò in lege de his prouincijs lata, nulla Parthorum inerat mentio: sed nemo ignorabat contra eos bellum animo agitare Crassum: & Cæsar missis ex Gallia literis, propositum laudabat, & ad id bellum gerendum adhortabatur. Enimuerò Ateius trib. pl. impedire profectionem eius statuit, multis ad se congregatis, qui indignarentur Crassum ad bellum hominibus à quibus nulla Romanis orta esset iniuria, imò & pax intercederet, inferendum exire. Eos metuens Crassus, à Pompeio impetrauit, ut exeuntem se comitaretur ac deduceret: magna enim erat huius apud plebem autoritas, ac tunc quoque uisus ante Crassum sereno uultu incedere, multos qui egressurum inhibere statuerant, & occlamare, ita sedauit, uti taciti uia uenientibus excederent. Ateius uerò occurrens Crasso, primùm uerbis monuit, obtestatusque est ne proficisceretur: deinde uiatorem misit, qui eum retineret. Hoc cum reliqui tribb. plebis non permitterent, neque tamen uiator Crassum missum faceret, ad portam accurrit Ateius, focumque cum prunis ardentibus posuit: utque aduenit Crassus, odoramentis in ignem proiectis ac libato, diras horrendas, atrocesque ei obnunciauit, Deos quosdam terribiles & inauditos nominatim ciens, atque inuocans. Has execrationes arcanas atque uetustas eam ferunt habere uim, ut nemo unquam, cui eæ fuerint obnunciatæ, exitium effugerit: sed & in obnunciantem infortuniũ redundare: itaque haud temerè eas, neque crebrò usurpant. Propterea tum quoque Ateio uitio datum est, quòd eam urbẽ, cuius nomine Crasso succensebat, tam graui religione obstrinxisset. Crassus ut Brundusium peruenit, mari adhuc ob hyemẽ nondum pacato, moræ tamen impatiens traiecit, multis amissis nauibus. Cùm reliquis copijs terrestri itinere per Galatiam iter faciens, cùm regẽ Deiotarũ admodũ grandi natu nouam urbem condere uideret, subsannauit, duodecima demũ hora eum ædificare dicens. Cui Galata subridens: & uerò imperator, inquit, ne tu quidẽ nimis manè, ut uideo, contra Parthos proficisceris. Sexagesimũ iam tum annũ Crassus superauerat, eo autè aspectu, ut etiã grandæuior uideretur. Initium rerũ gerendarũ sanè spem nõ fefellit. Nam & Euphratem ponte haud difficulter iunxit, & tutò exercitum traduxit, multasque Mesopotamiæ urbes deditione accepit, Zenodotiã, quam Apollonius tyrannide obtinebat, ob interfectos ibi centũ Romanos milites iratus admoto exercitu cepit, diripuit, & homines diuendidit. Ea de re imperatorem se ab exercitu salutari passus, magnũ sibi dedecus parauit, qui tam leui re gesta contentus esset, abiectumque animum, & spes de maiorib. reb. exiguas se habere ostenderet. Imposito in eas, quas dixi, urbes præsidio mille equitum, septies mille peditum, in Syriam hyematum recessit. Ibi se ei coniunxit filius à Cæsare ueniens, secumque & uirtutis suæ prẽmia ferens, & mille equites delectos adducens. Id primùm

sed

A sed non aliàs(si ipsam expeditionem excipias)grauiùs à Crasso,quàm eo tẽpore,peccatũ fuit.Procedendũ enim fuerat & Babylon ac Seleucia, urbes Parthis semper infensæ,petendæ: at ipse spacium se ad bellum parandi hostibus concesśit.Iam illa in Syria commoratio reprehenditur, quæ magis quærendæ pecuniæ,quàm imperatorijs muneribus seruierit.Non enim ibi militum delectus, non exercitationes instituit: sed urbium reditus ad calculum uocans, multósque dies in pecunia Deæ quæ Hierapoli colitur in trutina ponderanda consumens,populis & regulis numerum militum mittendorum adsignans, acceptáque eos pecunia onere isto liberans, in magnam sese infamiam & contemptum adduxit. Atque illa ipsa Dea (siue ea Venus est, siue Iuno, siue Natura, hoc est ea causa,quæ initia omnibus rebus & semina ex humido præbet, omniúmque hominibus bonorum principia demonstrat: diuersa enim diuersi sentiunt) hæc igitur Dea primum ei omen obiecit: egredientibus enim eis ex templo,in foribus & filius Crasśi, & ipse super eum pater corruit. Iam ex hybernis milites ad se Crassus contrahebat, cùm legati ad eum ab Arsace ueniunt, breue mandatum exponentes. siquidem à Romanis B missus adsit cum exercitu Crassus,omnino se illud bellum summa ui, hostilíq; animo & implacabili defensurum: sin (uti auditu acceperit) inuito P. R. Crassus sui lucri causa Parthis arma intulerit,regionémque intraserit,mediocri animo id Arsacen ferre, & Crasśi senectutém miserari, atque ideò Romanos, qui in Mesopotamia inclusi ueriùs, quàm in præsidio positi detineanẽ,liberos dimittere. Ad hæc Crasso superbè respondente, Seleuciæ se responsurum: maximus natu inter legatos Vagises, risum sustulit, monstratóque supinæ manus medio, Priùs, inquit, hac in palma pili enascentur, quàm tu Seleuciam cernas. His actis legati ad regem Orodem se contulerunt,bellum esse gerendum indicantes. Cæterùm ex urbibus Mesopotamiæ, quas Romanos præsidio tenuisse diximus, quidam non sine summo periculo elapsi, ad Crassum peruenerunt,haud leues res renunciantes. Ipsi enim & multitudinem hostium uiderant, & quæ in oppugnandis urbibus ij egerant: quæ omnia inflatiùs,uti fit,& terribiliùs referebant.Parthos neque effugere insequentes, neq; fugientes assequi quenq; posse: uolucria tela eorum oculorũ aciem præuertere, & quiduis penetrare:ita esse facta arma cataphractorum, ut C nihil ijs resistere,omnem ipsa uim sustinere posśint. Hæc audita, militum animos fregerunt.Etenim existimauerant,Parthos nihil ab Armenijs aut Cappadocibus differre,quos agitando & uexando fatigatus fuerat Lucullus:etenim nihil sibi eo bello difficilius longitudine itineris,& insecutione hostium manum conferre fugientium fore. itaque præter spem eis accidit,mentionem certaminũ & grauiũ periculorum audire.Quare etiã procerũ quidã autores Crasso fuerunt, uti ne pergeret, sed nouã de toto negocio deliberationẽ ꝓponeret:inter q; etiã Casśius quæstor fuit.Aruspices etiã Crasso aduersa,& expiatu difficilia in sacrificijs portẽdi subindicabãt. Neq; his tñ Crassus, neq; ulli qui aliud ꝙ festinare suaderet, obtẽperauit. Maximè eũ Artabazus Armeniorũ rex in ꝓposito cõfirmauit. Is.n.cũ sex equitũ millib.in castra uenit,q regis modò satellites et comites dicebanẽ:pollicitus alia decẽ millia cataphractorũ, & triginta peditũ millia,ijsq; se ipsum alimenta daturum.Idem Crasso consuluit, ut per Armeniam in Parthiam inuaderet:ita enim & commeatus copiam se præsente habiturum,& tutò profecturum,obiectis exercitui mõtibus multis, collibusq;

Legatio Parthi.

Nuncij de rebus Parthicis.

Artabazus Crassum instigat.

libúsque perpetuis, & locis equitatui (in quo uno omnis Parthorum A
uis esset) incommodis. Crassus studium eius, & splendidum auxilium utcunque gratum habuit: iturum autem se dixit per Mesopotamiam, ubi multos, bonósque Romanos reliquisset. Secundum hæc Arme-
9 niæ rex abijt. At Crasso iuxta Zeugma exercitum traducente, multa ingentia tonitrua, multa ex aduerso exercitus fulgura eruperunt, uentus
Ostenta. nubi & procellæ permixtus in rates eius incubuit, magnámque partem perfregit: locus etiam castris destinatus, duobus est fulminibus ictus: equus unus ex prætorijs splendidè ornatus, ui secum sessorem in aquam abripuit, cúmque eo submersus perijt: ferunt etiam primam ex aquilis sponte sua retrò auersam cùm transportaretur. Postquam fluuium transgresis militibus alimenta diuidi ceptum est, primò omnium lentes fe-
10 runt & salem distributos, quæ Romani funesta esse ducunt, & mortuis apponunt. Ipsiq; Crasso in concione ad milites uox excidit, quæ grauiter animos eorum perturbauit: pontem enim se rescissurum dixit, ne quis eorum reuerti posset. quam uocem cùm sentiret incommodè elapsam, ac deberet eorum causa quos illa terruerat corrigere & explanare, præ superbia neglexit. Denique cum lustrale pro exercitu sacrum faceret, uiscera ei ab aruspice tradita, manibus exciderunt: quo cùm uehementer B
commotos uideret adstantes, subridens. Hæc est, inquit, senectus: arma tamen nobis ex manibus non elabentur. Proinde iuxta fluuium copias produxit, quæ constabant septem legionibus, equitum millibus propè quatuor, totidémque ferè leuis armaturæ militibus. Interim quidam eorum qui exploratum præmissi fuerant, renunciant regionem hominibus uacuam esse, in multa uerò equorum se incidisse uestigia retrò auersa, tanquam in fuga. Hoc & Crassum in magnam extulit spem, & militibus contenere iam Parthos subibat, tanq; manũ conferere non ausuros. Nihilominus tamen Cassius iterum Crassum monuit, ut in urbe aliqua, quæ Romano præsidio esset munita, interim exercitum contineret, dum certi aliquid de hostibus cognosceret: sin hoc nollet, at secundum amnem Seleuciam duceret, ita & annotinas naues expeditum commeatum militibus præbituras unà cum exercitu per flumen ductas, & flumen ne circumueniri ab hoste possent præsidio futurum. De hisce rebus Crasso adhuc deliberante, uenit ad eum Ariamnes Arabum regulus, fraudulentus homo, & uersipellis, omniúmque malorum, quæ ad parandum Ro- C
Ariamnis Arabis dolus. manis exitium fortuna contulit, summum atque ualidissimum. Hunc sciebant nonnulli qui cum Pompeio militauerant, usum ipsius nonnihil humanitate, & Romani populi studiosum habitum. Tunc à regijs ducibus ad Crassum erat submissus, ut eum conaretur quàm longissimè à fluuio, & locis inclusis in uastas planicies abducere: quiduis enim potiùs facere, quam à fronte aggredi Romanos statuerant. Ergo barbarus ut ad Crassum uenit, homo satis facundus laudare beneficia Pompeij, Crassum qui tantas haberet copias, felicem dicere, cunctationem incusare, inq; apparando moram: quasi uerò (inquit) arma tibi defutura sint, non manus ac pedes quàm celerrimi, contra eos homines, qui iampridem in eo sunt ut correptis preciosissimis quibusq; rebus & hominibus, in Scythiam aut Hyrcaniam auolent. Quinetiam si pugnare animus erat, maturato opus fuit, priusquam rege animum recipiente omnes hostium copiæ conuenirent: nunc enim Surena modò, & Sillaces obiecti uobis sunt, ut insecutionem reprimant, rex ipse nusquam appa-
ret.

A ret. Horum quidem nihil erat uerum. Statim enim Orodes in duas partes diductis copijs, cum altera ipſe Armeniam populabatur, ulciſcens Artabazum: Surenam cum altera Romanis obuiam miſerat. Neque id contemptu Romanorum, ut quidam putant. neque enim conueniebat eum qui Craſſum, primarium inter Romanos uirum, aduerſarium dedignaretur, Artabazo bellum facere, & Armeniæ pagos excindere: ſed uidetur potiùs periculo territus, euentum rei expectare uoluiſſe, & Surenam hoſtibus oppoſuiſſe, qui pugnando eos detineret. Non enim de media aliquis plebe homo erat Surena: ſed uir opibus, genere, ac gloria Surena
poſt regem primus, uirtute & peritia omnibus ſui temporis Parthis præſtans, neque eum magnitudine & pulcritudine corporis quiſquam æquabat. Quoties expeditionem faceret, mille utebatur camelis ad impedimenta ferenda, ducentis curribus pellices uehebantur: mille cataphracti, plures leuis armaturæ equites comitabantur, & omnino equitum, clientium, ſeruorumq́ quos ſecum ducebat numerus decem millia explebat. À maioribus hunc honorem habebat, ut creato regi Parthorum primus ipſe diadema imponeret. Idem hunc ipſum Oroden regno pul-
B ſum reduxerat, Seleuciam magnam ei ceperat, cùm quidem primus in murum adſcendiſſet, ſuaq́ manu aduerſos ſe ei offerentes repuliſſet. Eo tempore nondum triginta natus annos, ſummam prudentiæ & calliditatis laudem obtinebat: quibus ſanè plurimum Craſſo nocuit, quem audacia primùm & faſtus, metus deinde & calamitates, fraudibus obnoxium redegerant. Enimuerò Ariamnes cùm in ſuam ſententiam pertraxiſſet Craſſum, auulſos à flumine Romanos per medios duxit campos. Iter initiò commodum fuit & expeditum: graue deinde, cùm & arena profunda exciperet, & planicies arboribus aquaq́ carentes, quarum nullus finis uiſu attingi poſſet. Itaq́ non modò præ ſiti & difficultate itineris animos deſpondebāt, ſed & facies ipſa loci ingētem mœſticiam adferebat, non plantam, non riuum, non montis prominentiam, non herbam cernentibus, ſed immenſis ſolitudinib. horribilibusq́ ambitis. Et iam tum fraudem eſſe plerique ſuſpicabantur. Iam & ab Artabazo Armeniæ rege 18
miſſi aderant qui Craſſo nunciarent, regem magno ab Orode bello pre- Legatio
mi, ita quidem ut promiſſum auxilium præſtare in præſentia non poſsit. Artabazi.
dare autem eum Craſſo hoc conſilij, potiſsimùm ut ipſe quoque in
C Armeniam ueniat, ut ibi coniunctis uiribus contra Parthum decertare poſsint: ſin uerò, at hoc modo iter faceret, uti ſemper loca equitatui ęqua uitans, in montanis ſe contineret. Ad hæc nihil præ ira & uæcordia Craſſus reſcribens, legatis reſpondit, Nunc quidem ſe Armenijs non uacare: mox uenturum, & pœnas proditionis ab Artabazo ſumpturum. Rurſum ea res indignationem Caſsio, reliquisq́ eius ſententiæ ſocijs mouit: & Craſſo, quod moneri ſe iniquè ferret, omiſſo, priuatim barbarum obiurgabant. Quiſnam, aiebant, te malus Genius ad nos adduxit, hominū peſsime? quibus ueneficijs & præſtigijs Craſſo perſuaſiſti, ut in uaſtam ſolitudinem deſertaq́ exercitum immitteret, iterq́ prædonum duci incertis ſedibus uaganti, quàm Romano imperatori conuenitiùs faceret? Sed Ariamnes, ut erat ueterator, ſubmiſſè illos conſolari, hortarique ut pauliſper adhuc perdurarent. milites uerò unà curſitans, atque adiuuans, per riſum ſubſannare: ecquid putarent ſe per Campaniam proficiſci, qui ita fontes, riuos, umbras & lauacra & diuerſoria requirerent: cogitarent potiùs per Arabum & Aſsyriorum confinia

ſcire

se ire. Hoc modo Romanos eludens barbarus, antequam impostura ma A
nifestus fieret, persuaso Crasso, se abire ut hostium res per insidias conturbaret, discessit. Memoriæ traditũ est ea die Crassum nõ punicea, qui mos est imperatorum Romanorum, sed nigra in ueste in medium processisse: eamq; ab ipso, cùm sensisset, statim mutatam. Quædam etiam signa, ueluti infixa, uix magno cum labore conuelli à signiferis potuisse: quos Crassus irridens, iter accelerauit, legionesq; coegit equitatum consequi. Iam ex ijs qui præmissi exploratum fuerant pauci ad suos reuersi, socios suos ab hostibus cæsos, se uix effugisse, hostes uerò ingenti multitudine ac fiducia pugnatum aduenire annunciabant. Perturbatis eo nuncio omnibus, Crassus attonitus planè, ac præ festinatione non satis quid ageret intelligens, aciem primò ut Cassius monebat instruxit, legionariorum phalangem laxis ordinibus quàm longissimè per campos extendens, ne facile ab hostibus circumdari posset, equitesq; in cornua distribuens: mox mutato consilio, contractis ordinibus aciem quadratam bifrontem effecit, cuius singula latera duodecim cohortibus complerentur: singulis cohortibus turmam equitum addidit, ut nulla pars equestri auxilio destitueretur, sed undiq; eodem modo munita acie hosti occurreret. Cornu B
alterum Cassio, alterum filio commisit, medium agmen ipse duxit. Ita progressi ad amnem peruenerunt, cui Balisso nomen, non abundantem quidem aquæ, militibus tamen in tanto æstu, perpessis præterea magnam in tam laborioso & sicco itinere sitim, oppidò gratum. Plerisq; ducum ibi pernoctandum castris factis, & cognoscendum rectiùs de multitudine, apparatu & ordine hostium uidebatur, manè contra eos eundum. Crassus uerò filio, equitibusq; quos ille ducebat, ducere & pugnam conferre iubentibus fidens, ordinem suum tuentes comedere & bibere, si qui uellent, iussit: ac priusquam id omnes fecissent, rursum duxit non sensim, neque ut quiete uires eorum ad pugnam redintegraret, sed properè atque continenter: donec subitò conspecti à Romanis sunt hostes, præter eorum opinionem neque multi, neque splendidi. Quippe multitudo ea, quæ post principia erat, subsederat, & se occultauerat Surenæ iussu, splendoremq; armorum uestibus & pellibus texerat. Postquam propè hostem peruentum est, datumq; à duce signum, illicò graui sonitu, terribiliq; fremitu tota remugijt planicies. Non enim cornibus aut tubis Parthi prœlium accendunt, sed pelles cauo aheno inductas malleis C
undiquaque simul pulsant: hæc tympana sic perculsa raucum murmur, sonúmque terrificum edunt, quasi fremitu feræ alicuius & tonitru per-
misto. ac rectè quidem intellexerunt, ab ijs quæ auditu sentiuntur animam facilimè perturbari, affectionesq; istas celerrimè mouere, cogitandiq; facultatem excutere. Eo tum sonitu perturbatis Romanis, subitò Parthi tegumenta armorum abiecerunt, ardentesq; suas galeas & thoraces, latè rutilante Margiano ferro, ostentauerunt: itidémque equites æreis & ferreis tecti tunicis. Surena uerò maximus ipse & pulcerrimus, fortitudinis gloriam formæ muliebri ornatu minimè exprimebat, Medorum in morem faciem fucatus, crinemq; discriminatus: cùm reliqui Parthi Scythico adhuc more ad perterrendos hostes comam alerent. Atque primùm quidem conati sunt infestis contis impetu dato primam aciem disijcere: sed ubi stipatos ordines, constantiamq; in ordinibus tuendis Romanorum senserunt, retrò abierunt, cumq; dissipatorum speciē præberent, & ordines soluentium, imprudētibus hostibus quadra-

Parthorũ cum Crasso conflictus: & uictoria.

A quadratam eorum aciem circumuenerunt. Leuis autem armaturæ mili-
tes à Craſſo emiſsi, haud longè progreſsi ſunt, ſed ſtatim multis petiti ſa-
gittis atq; confixi, intra legionarios ſeſe receperunt: primiq; confuſionis
& metus initium præbuerunt, cùm legionarij uim ſagittarum cernerent,
arma penetrantium, & quidquid uel durum uel molle obiectum fuiſſet,
perrumpentium. Proinde Parthi à ſe inuicem diuulſi eminus ſagittis
Romanos impetere cœperunt, idq; undique, & nullo certo ordine: ita
enim continua erat & denſa Romanorum acies, ut aberrare uix uolens
aliquis potuiſſet: arcus porrò magni atque ualidi, totis uiribus contenti,
ſagittas uehementi admodum impetu extorquebant, eæq; tenorem ſer-
uantes grauiter in corpora hoſtiũ incidebant. Erant itaq; iam tum res Ro-
manorum peſsimo in ſtatu. Nam & ordines ſuos ſeruantes, uulneribus
conficiebantur: & ſi conferre manum conarentur, idem quod antè patie-
bantur, hoſtem lædere non poterant. Fugientes enim Parthi, ſagit-
tas ſimul emittebant: quod poſt Scythas nemo ijs meliùs nouit: eſtq; id
optimum inuentum, quòd ſalutem ſuam defendentibus etiam fuga tur-
pitudine caret. Tamen Romani quandiu ſpes fuit hoſtes ſagittis omnib.
B emiſsis aut cõminus pugnãdi copiam, aut pugnę finẽ facturos, perdura-
uerũt. Sed ubi cognouerũt multas camelos ſagittis onuſtas adſtare, unde
præteruectis reliquos ſinguli ut uſus ferret ſumerent, tum demum Craſ-
ſus ingenti mœrore correptus, quòd finem nullum mali uideret, miſsis
nuncijs filium monuit, ut quacunq; poſſet ratione impetum in hoſtes fa-
ceret, antequam ab ijs circumdaretur. Maximè enim eum petebat cornu
hoſtium, & à tergo cingere nitebatur. Ergo P. Craſſus cum mille trecen-
tis equitibus (quorum mille à Cæſare adduxerat) quingentis ſagittarijs,
octoq; ſcutatorum qui proximè aderant cohortibus, aduerſum ſe hoſtib.
obiecit. Verùm Parthi, ſiue quòd in cõpoſitum agmen incidiſſent (quæ 14
nonnullorũ eſt opinio) ſiue quòd id agerent, ut q̃ longiſsimè Craſſum à
patre abducerent, retrò uerſi fugã dederunt. Ille uerò inclamans, Fugiunt
hoſtes, inſecutus eſt: unaq; cum eo Cẽſorinus & Megabacchus, hic qui-
dem robore animi præſtans, ille etiam ſenatoria dignitate, magnaq; in di-
cendo ui præditus, uterq; ſocius & æqualis P. Craſsi. Equitibus hos ſe-
quentibus, ne pedites quidem ſe continuerunt, ſpem ſecuti: quòd uince-
re ſuos & inſtare fugientibus Parthis putabant, tantiſper, dum longiùs
C progreſsi fraudem ſenſerũt, ijs qui fugere putabantur, ſe cõuertentibus,
pluribusq; alijs auxilio uenientibus. Subſtiterunt igitur Romani, ſecum,
quòd pauci erant, congreſſurum hoſtem ſperãtes. Illi uerò cataphractos
equites Romanis opponentes, reliquo equitatu, nullo ſeruato ordine, e-
os circumuecti, ex planicie aceruos arenæ & uim pulueris tantam exci-
tarunt, ut neque proſpicere, neque loqui facilè Romani poſſent: ue-
rùm in anguſto loco conflictati, feriebantur & peribant non celeri
mortis genere, ſed conuulſi præ dolore, grauiterq; animam agentes, ſa-
gittis & uulneribus immoriebantur, cùm cuſpides hamatas euellere ui
conati, quæ per carnes, neruosq; penetrârant, lacerarent ſeipſos. Mul-
tis hoc modo pereuntibus, nihilo maiori uſui fuerunt qui uiuebant:
Publioq; monenti, ut in cataphractos impetum facerent, manus clypeis,
pedes ſolo affixos ſagittis oſtendebant, & ad pugnam & ad fugam inu-
tiles. Ipſe itaque cum equitibus fortiter in hoſtes irruit, pugnamq; conſe-
ruit. Verùm ea & in cauendis, & in inferendis ictibus erat perinæqualis.
Quippe Germani equites (quibus maximè fidebat Craſſus) haſtis imbe-
cillibus thoraces ex crudis tergoribus ferróue confectos impetebant: at

leuiter

leuiter armata & ferè nuda eorum corpora grauibus contis feriebantur. A
Hi tamen multa admiratione digna facinora ediderunt. Nam & contos hostium appræhendebant, colluctantesq́ eos ob pondus armorum immobiles de equis deturbabāt: & multi à suis equis descendentes, hostiles equos subibant, & uentres eorum sauciabant, ut equi uulneris impatientia exilientes, promiscuè & suos & hostes obtererent. Maximè autē Germanos æstus & sitis, insolens ijs utrunq́, premebat. & plericq́ equorum aduersis contis confixi perierant: quare ad pedestres copias se recipere coacti sunt, abducentes secum Publiū iam uulneribus grauiter afflictum. Ibi aceruum quendam arenæ tumuli instar excitatum nacti, eò se contulere, equisq́ in medio loco alligatis, extrema clypeis circùm munientes, sperauere se facilè barbarorum uim defensuros. Verùm hoc secùs cecidit. Nam in loco quidem æquali priores utcunq́ posterioribus propugnaculi instar esse possunt: at is locus cùm uariè inæqualis, posteriores magis magisq́ tolleret, effecit ut ex æquo omnes telis contingerentur, ignominiosam, quòd nihil agere licuisset, mortem deplorantes. Erāt cum Publio Græci duo, Carris (quæ urbs in propinquo erat) habitantes eo tempore, Hieronymus & Nicomachus: hi ei suadebant, ut unà cum ipsis prœlio se B
subtraheret, & Ichnas perfugeret, urbem haud lōgè distantem, & Romanorum rebus fauentē. At Publius tantùm effatus, Nullum tam atrox mortis genus fore, cuius metu eos, qui propter ipsum perirent, desereret, salutatos ire iussit, & saluti suæ cōsulere: ipse cùm manu propria uti nō posset (erat enim iaculo transfixa) armigero latus feriēdum præbuit. Eodem modo Censorinum quoq́ mortuum aiunt: Megabacchus, & cæteri nobilissimus quisq́ suis ipsorum manibus uitam expulerunt. Reliquos Parthi in tumulum adscendentes contis confoderunt repugnantes: uiui non plures quingentis in hostium potestatem uenerunt. Capitibus autem Publij & sociorū amputatis, rectà ad ipsum Crassum contenderunt. Eius res ita habebat. Postquam filium inuadere hostes iusserat, & nuncius allatus fuerat, effusè Parthos fugere, cùm etiam se ab hostibus minùs iam urgeri cerneret, qui & ipsi plericq́ eòdem transiuerāt, recepto aliquantulum animo, exercitum ad locum accliuem contraxerat, statim ab insecutione hostium rediturum filium expectans. Qui uerò missi ad eum à filio erant, ut indicarent quanto in periculo uersaretur, à barbaris depræhensi intercideant. Posteriores uix elapsi, actum esse de Publio, nisi celeriter C
ei subueniretur, retulerunt. Tot simul perturbationibus Crassus perculsus, nullum consilium rei salubre inueniebat: metu tamen totius euentus, & desiderio filij uictus, statuit tandem promouere exercitum. Interim hostes magno strepitu & pæanem canendo terrorem Romanis auxerunt, quos rursum multa circummugiebant tympana, noui prœlij initium expectantes. Parthi uerò Publij caput hastæ præfixum propè adequitantes ostenderunt, ac per contumeliam quinam eius parentes, quod genus fuisset, quæsiuerunt: non enim conuenire, ut tam generosus & illustri uirtute præditus homo, Crassi uiri ignauissimi & pessimi filius dicatur. Id spectaculum Romanorum animos plùs quàm reliquæ omnes calamitates fregit, non (ut debuit) iram eis & ulciscendi cupiditatem, sed horrorem trepidationemq́ adferens. Quanquam ipsum Crassum nō unquam quàm eo in casu præclariùs se gessisse ferunt, ac circùm ordines obeuntē clamasse: Meus hic, ô Romani, proprius est luctus: magna uerò Romæ fortuna & gloria uobis seruatis integra incolumisq́ perstat. Sin me ui uos miseratio aliqua tangit, qui optimo filio orbatus sum, agedum ira in hostes

P. Crassi interitus.

Crassi in miseriis animus.

A stes id ostēdite, gaudium illis adimite, crudelitatem ulciscimini. Neq; uos terreant ea quę passi estis: siquidem magnas res affectantem, aliquid perferre oportet. Neq; Lucullus Tigranem, neque Antiochum Scipio sine suorum sanguine uicit: maiores nostri mille naues apud Siciliā amiserūt, in Italia multos imperatores, multos duces: neq; horum ullus uictus obstitit, quo minus ij uictores debellarent. Non enim fortunæ bonitate, sed patientia & uirtute in subsistēdis rebus aduersis ad tantā potentiā res Romana peruenit. Hoc ille sermone suos ad meliorē spem erigere conatus, paucorū uidit animos incensos: quin & clamorē militarē tollere cùm iussisset, mœsticiam eorum culpauit, quòd imbecillum, exiguum, & inęqualem uociferationem edidissent. At barbarorū aspera & sonora conclamatio aures perstrepebat. Vt ad rem ipsam uentum est, equites barbarorum ex obliquo circumuecti sagittas emittebant: quibus uerè primi ordines mandati erant, ij grauibus contis utentes Romanos in angustum locum comprimebant: nisi si qui à sagittis illæsi ausi sunt in hos impetum facere, parum quidem nocentes hostibus, ipsi statim contis lato ferro præfixis traiecti: quorum tanta erat uis, uti sæpe uno impetu per duo corpora exi-

B gerēntur. Parthi cùm ad hunc modum decertassent, nocte appetente digressi sunt, dicentes Crasso se hanc noctem ad mortem filij deflendam largiri: nisi eam malit rectiùs deliberationi dare, utrum uenire an apportari ad Arsacen malit. Haud procul tamen à Romanis pernoctauerūt, magnam in spem futurorum erecti. Nox ea Romanis fuit tristissima. Non enim de humandis cæsorū cadaueribus, non de faucijs curandis quisquam cogitabat, sed suam ipsius fortunam deplorabat. Quippe & si ad diem ibi permansissent, omnem fugiendi occasionem præreptum iri intelligebāt: & noctu in uastissimam planiciem se dimittētibus spes salutis nulla erat. tum faucij ancipitem curam afferebant, qui si unà auferrentur, fugam impedituri, sin desererentur, clamore eam prodituri essent. Crassi aūt, quanuis eum causam omnium malorum censerēt, uultum tamen, uocemq; desiderabant. Sed is in tenebris seorsim obuolutus iacebat, imperitæ multitudini fortunæ exemplum præbens, sani autem iudicij hominibus, imprudentiæ & ambitionis: quibus ille uitijs inductus inter tam multa hominum millia non se unum primum esse & maximum, ferre non poterat, sed omnia sibi deesse existimauerat, propterea quòd uel duobus uiris

C postponeretur. Quem cùm Octauius legatus & Cassius quæstor consolando hortandoq; uti surgeret nihil proficerent, ipsi tribunis militum & centurionibus conuocatis, deliberata re loco isto discedere statuerunt. Eo decreto, milites tacitè & sine tubę sonitu excitauerūt: mox cùm ęgroti se derelinqui sentirent, terribilis tumultus & cōfusio cum eiulatu & clamore castra peruasit. Trepidatio quoq; & terror inter progrediendū obortus, hostes ingruere opinantiū, & modò declinantium a uia, modò ordines instruentium, saucios qui sequebantur partim ad se recipientium, partim exponentium: hæc fugæ moram iniecerunt. Vnus Ignatius cum trecētis equitibus ad Carras circa mediam noctem peruenit, Romanoq; sermone compellatis uigilibus, cùm inaudirent, Coponio urbis pręfecto indicare iussit, magno prœlio Crassum cum Parthis decertasse: nihil prætereà addens, neque suum nomen edens, ad Zeugma contendit, suosq; eripuit. malè tamen ob desertum imperatorem audiuit. Veruntamē Crasso profuit nūcius ille Coponio allatus. Is enim colligens nihil boni quod renunciaret habuisse qui tam celeri & confuso sermone uteretur, statim suos milites arma capere iussit: utq; primùm sensit in uia esse Crassum,

Romani perfugiunt Carras.

occurrit, exercitumq; Carras duxit. Verùm Parthi quanuis nocturnus A eos discessus non fefellisset, insecuti tamen non sunt. Prima luce in castris deprehensos, ad quatuor millia hominum, omnes necauerunt: multos in campis oberrantes equitatu assecuti occiderunt. Quatuor cohortes duce Vargunteo per noctem à reliquis auulsæ, uia exciderant: has Parthi in quodam colle circumuentas, & armis se defendentes, interfecerunt: uiginti modò ex his uiris, qui per ipsos strictis gladijs eruptionē tentabant, mirati uirtutem, spacium transeundi fecerunt, sensimq; Carras ire passi sunt. Cæterùm ad Surenā falsus peruenerat rumor, effugisse Crassum cum optimis Romanorum: eam uerò quæ Carras confluxisset turbam, hominum esse uilium promiscuam colluuiem. Opinatus ergo præmium uictoriæ sibi ademptum, dubius tamē adhuc animi, ut quid in ea re uerum esset cognosceret, sciretque Carræ ne sibi oppugnandæ an insequendus Crassus Carris omissis foret: unum suorum interpretum ad muros mittit, qui Romano sermone Crassum uel Cassium uocaret, diceretque cupere Surenam cum ijs colloqui. Hæc ubi dixisset interpres, Crassus conditionem accepit. Paulo pòst Arabes à Parthis uenerunt, qui Crassum Cassiumq; de facie nouerant, quòd ante pugnā in castris eorum fuissent. Hi cùm B in muro adstantem uiderent Cassium, Surenam aiebant pacem ipsis dare & salutem, amiciciámque regis polliceri, si (quod unum utile ipsis esset, priusquam extrema experirentur) Mesopotamiam missam facerent. Probante id Cassio, & postulante ut locus diesq; cōgressui Surenæ cum Crasso definiretur: ita se curaturos dixere, & ad suos redierunt. Surenas lætus admodum quòd in obsidione eos uiros esset habiturus, eo ipso die Parthos urbi admouit, insultantes acerbè, iubentesq; Romanos, si pacem uellēt, Crassum sibi & Cassiū uinctos dedere. Doluit ea fraus Romanis: & Crassum lōga spe subsidij ex Armenia expectandi deposita, fugam moliri iusserunt. Id uerò consilium cùm maximè curandum fuisset ne quis maturiùs Carrensiū cognosceret, Andromachus homo perfidissimus ex ipso Crasso intellexit: imò & ducem eum itineris Crassus delegerat. Itaque nihil eorum quæ cogitabant Romani, non est ad Parthos ab Andromacho enūciatū. Noctu Carris egressum Crassum (nouerat eñ Parthos noctu pugnare neq; solere neq; facilè posse) Andromachus ut breuior Parthis esset insecutio, dedita opera uarijs uijs circunducēs, difficili sequentibus & pleno ambagibus itinere ad extremum in loca paludibus & fossis plurimis intercepta pertraxit. Neque defuerunt qui nihil sani Andromachum flexibus istis & circuitionibus agere suspicati, seq; eum noluerunt. Nam & C Cassius Carras redijt: & cùm Arabes itineris duces ibi eum permanere iuberēt, donec luna scorpiū peragrasset, Ego, uerò, inquiens, sagittarium magis metuo, in Syriam cum equitibus quingentis discessit. Et quidam alij fidos nacti itinerum monstratores, montana loca, quæ Sinnaca dicuntur, appræhenderūt, & ante diē in tuto loco cōstituti sunt: erāt ad quinq; millia, ducem habebant Octauium. Crassum uerò fraude Andromachi in loca iniqua & palustria coniectum dies ortus deprehēdit: erant cum ipso quatuor scutatorū cohortes, & perpauci equites, ac quinq; lictores. Cum his ægrè iter ingressus, iam hostibus instantibus, cùm ab Octauio ad duodecim adhuc abesset stadia, in alium collem confugit, non quidem equitatui planè inaccessum, neque munitum, sed Sinnacis tamen suppositum, quibus longo & stricto processu per campos medios extenso continuabatur. In conspectu Octauij periculū Crassi erat. Is igitur primò cum paucis ad ferendam opem accurrit, deinde & reliqui mutuò se increpantes, appropė-

Surenæ in Crassum doli.

Andromachi perfidia

Cassius in Syriam euadit.

A approperauerunt, impetuq́; facto hoſtes colle deturbauerunt, ipſi in medium Craſſo recepto, ſuisq́; clypeis tecto, gloriati ſunt, nõ eſſe ullum Parthis telum, quod ad imperatoris corpus ſit peruenturum, antè quàm omnes ipſi pro eo propugnantes occubuiſſent. Atem̃ Surena cùm & Parthos remiſsiùs pugnam obire cerneret, & intelligeret ſi nox appetijſſet, Romaniq́; montem tenuiſſent, fore omnino ut capi non poſſent, dolum Craſſo intentauit. dimiſit quoſdam ex captiuis, qui ſermonem barbarorum (quem compoſitò ij in caſtris habuerant) inaudiuiſſent, Non eſſe regem eo animo, ut bellum cum Romanis prorſus componi non uelit: gratificari ſe ijs, & pacem dare, Craſſoq́; uſurum humaniter. His ita ſubmiſsis à pugna barbari ceſſauerunt. Surena cum principibus placidè ad collem adequitat, remiſſoq́; arcus neruo dextram protendens, ad colloquium euocat Craſſum: Fortitudinem quidem, inquiens, & potentiam regis expertus es, quando inuitum ad arma concitaſti: ipſe ultrò clementiam tibi & humanitatem ſuam oſtendit, pacis conditionibus latis diſcedentibus uobis ſalutem donans. Hæc Surenæ uerba magno gaudio milites excipiebant. At Craſſus qui ſe nulla alia re quàm fraude ab eo læſum noſſet, *Surenæ alius dolus.*

B ſubitamq́; hanc mutationem abſurdam iudicaret, non ſtatim aſſentiri, ſed quid agendũ eſſet, circumſpicere. Ibi uerò milites occlamare, hortari, cõuicia etiam facere, quòd ipſos armatis hoſtibus ad pugnãdum obijceret, quibus cum inermibus ad colloquium uenire non auderet: deprecati conantem & docere, quòd ſi quod reliquum erat diei perduraſſent, noctu in montes poſſent, & tuta à Parthis loca recedere, uiam quoque monſtrantẽ, orantemq́; ne in proximo ſitam ſalutis ſpem dimitterent, interturbare, minitari, arma gladijs pulſare. Victus itaque eorum importunitate, ad colloquiũ iuit, hæc modò cõuerſus ad ſuos in digreſſu locutus: Octaui, tuq́; Petroni, & quotquot adeſtis Romanorum duces, uos uidetis, uti ire ad barbaros cogar, ipſiq́; præſentes mihi conſcij eſtis, quàm indignè uim patiar. At uos tamen, ſi ſupereritis, apud alios homines non traditum à ciuibus, ſed ab hoſtibus deceptum perijſſe Craſſum dicitote. Neq́; uerò manſit Octauius, ſed unà deſcendit. lictores ſequi uolentes Craſſus à ſe remouit. Primi barbarorum ei occurrerũt duo ſemigræci, & ab equis deſilientes eum honorauerunt, Græcáque uoce compellantes, mittere aliquem ſuorum iuſſerunt, quibus oſtenderet Surena ſe ſuóſque abſque ar- *Craſſus à ſuis ad perniciem compulſus.*

C mis & ferro ad congreſſum uenire. His reſpondit Craſſus, ſe, ſi uel minimam uitæ ſuæ rationem haberet, haud quaquam in manus Parthorum daturum ſe fuiſſe: miſit tamen duos Roſcios fratres exploratum, qui & quot ad colloquium eſſent uenturi. Hos ſtatim compræhendi & detineri iuſsit Surena, ipſe cum principibus eques Craſſo obuiam iuit: cúmque peditem uenire conſpexiſſet, Quid hoc, inquit, eſt rei? pedes imperator Romanus uenit, nos equitamus? ſimul equum ei adduci iuſsit. Craſſus uerò neutrum peccaſſe dixit, ſed utrunque morem patrium in congreſſu tenuiſſe. Ad hęc Surena, Iam nunc pacem eſſe regi Orodi & Romanis: progrediendum tamen ad fluuium eſſe, & ibi fœdus (quæ facilè obliuiſci ſolerent Romani) conſcribendum: ſimul & dextram porrexit. Et cùm Craſſus equum ſuum adduci iuberet, nihil opus eſſe dixit, nam à rege ei equum hunc dono dari, aderátque præſtò equus aureo frœno ornatus: in hunc à ſtratoribus Craſſus eſt impoſitus, & uerbere ab ijs ad curſum incitatus equus. Primus Octauius frænum appręhendit, & poſt eum Petronius tribunus militum, tum reliqui circumſtantes, inhibere equum, &

eos qui Crassum utrinque premebãt, remouere aggresſi ſunt. Conflicta- A
tione ex eo & tumultu orto, res etiam ad uerbera uenit. Ibi Octauius uni-
us de barbaris gladio arrepto, equiſonem cædit: ipſe à tergo ictus ab alio
cadit. Petronius armis carens quibus ſe defenderet, cum ictus thoracem
Craßi interitus. fuiſſet, illæſus ſe proripuit. Craſſum Pomaxæthres barbarus obtrunca-
uit: cæſum ab alio ferunt, hunc mortui caput & manum dexteram ampu-
taſſe. Verùm hîc coniectura potiùs, quàm cognitio eſt. Qui enim adfue-
runt, partim Craſſum defendentes occiſi ſunt, partim in collem effuge-
runt: quò cùm Parthi acceſsiſſent, ac dicerent Craſſum pœnas dediſſe, re-
liquos Surenam iubere ſecurè deſcendere, quidam ſe hoſtibus tradiderũt
quidam dilapſi ſunt: atq; horũ perpauci euaſerũt, pleroſq; omnes Arabes
indagauerũt & occiderũt. Summa acceptæ eo tẽpore cladis ea perhibẽt,
uiginti millia cęſi, decẽ millia capti. Surena aũt capite & manu Craſsi in At
Summa cladis. meniã ad Orodẽ miſsis nũcios Seleuciã præmiſit, q uiuũ adduci Craſſum
dictitarent: ipſe ridiculam pompam inſtruxit, Triumphum in contume-
liam Romanorum nominans. C. Paccianus, qui inter captiuos proximè
ad formam Craſsi accedebat, Craſſus & imperator audire iuſſus, barba-
rica amictus ueſte equo inuehebatur. Iuxta hunc tubicines & lictores ca- B
Surenæ triumphus. melis uecti, faſcibus appenſa marſupia, & iuxta ſecures, recens præciſa
Romanorum capita. A' tergo ſequebantur Seleucienſes meretrices can
tatrices, multa in molliciem & ignauiam Craſsi ſcurrilia & ridicula carmi
na cõcinentes. Hæc ab omnibus ſpectabantur. Conuocato præterea Se-
leucienſi ſenatu, in medium attulit Mileſiaca Ariſtidis, libros de luxuria
compoſitos: ne hîc quidem fingens quicquam. Inuenti enim ſunt in Ru-
ſtij ſarcinis: idq; occaſionem Surenæ præbuit inſectandi & deridendi
Romanos, qui ne in bello quidem ab id genus libris & rebus abſtinerẽt.
Ac tum quidem humanum ingenium ſapienter expreſsiſſe Aeſopum Se-
17 leucienſes iudicauerunt, cùm in Surenam intuerẽt: qui manticam Mile-
ſiacæ luxuriæ ante ſe & in pectore gereret, à tergo autem Parthicã quan-
dam Sybarin traheret, tot onuſtos pellicibus currus. Enimuerò apparatus
Surenæ figurã excetræ alicuius mõſtroſiúe anguis præbebat: priora eñ
terribilia & fera erant, haſtæ, arcus, equi: poſterioribus in ſcorta, crepita-
cula, cãtilenas, & pernoctationes cum ſcortis deſinẽtibus. Nõ caruit ſanè
culpa Ruſtius: impudentes uerò Parthos, qui Mileſiaca reprẹhenderent,
cum multi Arſacidæ Parthis imperârint, ex Ionicis & Mileſijs ſcortis nati. C
Iam Orodes pacem cum Artabazo Armeniæ rege iunxerat, ſororemq;
eius Pacoro filio ſuo deſponderat: agitabanturq; cõuiuia, & comeſſatio-
nes, in quibus multa Grẹcorum carminum recitabãt. Nam neq; linguẹ,
neq; literarum Græcarũ ignarus Orodes erat: Artabazus etiã tragœdias
faciebat, & orationes hiſtoriaſq; cõſcribebat, quarũ quædã adhuc extãt.
Fortè tum mẽſæ erãt ſublatæ, & tragœdiarũ actor Iaſon Trallianus ex Eu
ripidis Bacchis ea quẹ de Agaue ſunt facta recitabat. q cùm admodũ pla-
ceret. Sillaces (ut tum caſu aduenerat) in cœnaculũ ꝑgreſſus, adorato re-
ge Craſsi caput in mediũ ꝓiecit. Plauſum dantib. Parthis magno cum cla
more & exultatione, Sillacẽ regis iuſſu famuli ad mẽſam adduxerũt. Iaſon
autem Penthei habitu cuidam ſuorum hiſtrionũ tradito, Craſsi caput ar-
ripuit, bacchatuſq; furore ſimulato, quæ ad id pertinent carmina cecinit.

Ex montibus afferimus
Vitulum laniatum modò:
Prædam felicem.

Hæc

A Hæc omnibus oblectationi fuerunt. Cùm deinde ea quæ alternis sequuntur, cantarentur,

Quis eum mactauit?
Mea gloria hæc est:

Pomaxæthres, ut tum unà cœnabat, ad hæc uerba exiluit, caputque Crassi arripuit, quòd ipse hoc quàm quisquam alius dicere iustiùs posset. Delectatus ea re Orodes, hunc quidem more patrio splendidis muneribus affecit: Iasoni autem talentum dono dedit. Eum ergo finem expeditio Crassi tragœdiæ similem habuit. Verùm enimuerò & Orodem crudelitatis, & Surenam perfidiæ pœna consecuta est. Paulò enim pòst Surenam gloriæ æmulus Orodes interfecit: & ipsi cum uicto cæsoque in pugna contra Romanos Pacoro aqua intercute laboraret, Phraates filius insidiatus, aconitū dedit: quod uenenum cùm morbus apprehendisset, unaque excerneretur cum humore, ita ut alleuaretur corpus, Phraates compendio utens eum suffocauit. *Orodis & Surenæ exitus.*

CRASSI CVM NICIA
comparatio.

B Initiò diuitiæ Niciæ si cum Crassi opibus conferantur, honestiùs partæ sunt. Nam ut laudari fortassis non merentur reditus ex metallicis secutis, in quibus maior pars laborum à maleficis aut barbaris conficitur, quorum nonnulli compedes habent, & locis morbosis pereunt: ita cum bonorum publicationibus ij collati Syllanis, & locatione operarum post incendia, (quibus palàm artibus Crassus perinde atque agricultura aut usuraria, usus est) iustiores censebuntur. Iam illa crimina, lucro suam in senatu sententiam addicere, socios P. R. iniuria afficere, mulierculas adulari & captare, malos homines occultare, quæ sibi obiecta Crassus inficiando depulit, Niciæ ne falsò quidem attribuit quisquam. Quòd autem argentum sycophantis præ metu dedit Nicias, eoque nomine subsannatus est, rem sanè Pericli aut Aristidi minimè conuenientem, sibi uerò necessariam fecit, qui natura esset timidus. Eiusque factum Lycurgo postea temporis oratori, cum culparetur quendam calumniatorem data pecunia amouisse, liberè se purgandi ad populum occasionem præbuit: gaudere enim se dicebat, quòd tandiu in republica uersatus, dedisse priùs quàm accepisse compertus fuisset. Sumptus autem quos fecit Nicias in *Diuitiæ.* *Sumptus.*
C donaria, gymnasia, & choros instituendos ciuiliores uidentur Crassi illis epulis, quæ multis simul hominum millibus præbuit, & frumenti largitionibus: & quidem omnes Niciæ facultates uix aliquotam partem Crassi istarum impensarum impleuissent. Itaque miror esse, qui non animaduertant uitia esse inæqualitatem quandam & discrepantiam animi: cùm uideant eos qui turpiter parant pecuniam, eam in bonos usus profundere. Hæc de opibus. Si quo modo uterque sit in republica uersatus, considerare uelis, Niciam nihil callidè, nihil iniustè, nihil per uim, nihil ferociter fecisse inuenies: potiùs ab Alcibiade deceptus fuit, & cautè alioquin populum accedebat. Crasso multā in permutādis amicicijs inimicicijsque *Vt in rep. uersatu.* infidelitatem illiberalitatemque imputant: ui se consulatum obtinuisse ne ipse quidē negauit, qui conductos mercede percussores Domitio & Catoni immiserit: cuius uoluntate suffragia populo de prouincijs ferente uulnerati multi, occisi quatuor fuerint: qui (quod nos in narratione prætery̆t) L. Analium Senatorem, contradicere aggressum pugno in faciem incusso, sanguine fœdatum concione expulerit. Verùm ut uis huius, &

 tyran-

tyrannica uiolentia, ita Niciæ cõtrà nimia in republica timiditas, omnem A ad strepitum expauescentis, nihil audentis, pessimisque sese submittentis, grauissimas meretur repræhensiones. Quibus in rebus Crassus alto profectò fuit, magnoq; animo: cùm quidem non cum Cleonibus aut Hyperbolis res ei esset, sed Cæsaris maiestatem, & tres triumphos Pompeij aduersarios sibi haberet: quibus tamen non cessit, sed utriusq; potentiam æquans, Pompeium censoria dignitate etiam superauit. Etenim summas in republica res aggresso, non tam fugienda est inuidia, quàm quærẽdus splendor, & potentia, quæ inuidiæ luminibus sua mole officiat. Tu uerò, Nicia, si omnino securitatem & quietem præfers, metuisq; in Curia Alcibiadem, in Pylo Lacedæmonios, in Thracia Perdiccam: multum tibi ad

Pacis studium. ocium spacij in urbe est: licetque de medio abire, domique sedentem te tibi coronam tranquillitatis nectere: ut quidam oratores dicunt. Studium profectò tamen pacis in Nicia, diuini quippiam habet, neque eius pacificationi ullum Græciæ dignius factum extat: ad quam si respicias, non merebitur conferri Crassus, etiam si Caspium mare, Indumq; amnem finibus Romani imperij inclusisset. Porrò qui in urbe quæ de uirtute iudicium ferre potest, in summa sit constitutus potentia, malis nequaquam lo B cum dare debet, neque magistratum indignis, neque fidem habere infidelibus: quod secùs est à Nicia factum, qui Cleoni nulla alia re quàm impudentibus pro tribunali clamoribus in ciuitate noto imperium mandauit. Non laudo equidẽ Crassum, qui bello Spartacio citius q̃ decertare festinauerit: fuitq; (fateor) ambitionis, metuere ne Pompeius superueniens gloriam ei facti eriperet, sicuti Metello Corinthũ præripuit Mummius. Sed Niciæ absurdum planè fuit factum, & periculosum. non enim aduersario imperiũ concessit, rebus iam ad bonam spem deductis: sed in administratione belli magnum metuens periculum, satis habuit publico bono neglecto suæ securitati consuluisse. At uerò Themistocles ineptum & imprudentem hominem, ne is Persici belli imperium nactus ciuitatem pessundaret, pecunia data à magistratu remouit: & Cato Vticensis quo tempore maximè ciuitatem in periculo esse sensit, reipublicæ causa tribunatum plebis petijt. Nicias autem ducem se contra Minoam, Cytheram, miserosq; Melios seruans, & cùm esset aduersus Lacedæmonios pugnandum, paludamento posito Cleonis imperitæ audaciæ naues, uiros, arma, bellumq; summa opus habens peritia committens, non suam glo- C riam, sed patriæ securitatem & salutem prodidit. Itaque posteà nolens inuitusq; bellum Syracusanum gerere coactus est, quod crederetur non

Virtus bellica. utilitatis rationes secutus, sed molliciem ignauiamq;, quantũ in ipso esset Sicilia Athenas priuare. Id quidem magnũ est signũ uirtutis eius bellicæ, q̃ infestũ semper bellis, & imperia subterfugientem, tamen ut peritissimũ optimumq; ducẽ perpetuò elegerũt Athenieñses. Crasso cõtrà cùm nunq̃ non gerere bellũ cupiuisset, nunq̃ uoto potiri licuit, nisi seruili bello ad q̃ penuria ducũ missus est, Põpeio, Metello, ambobusq; Lucullis absentibus: quanq̃ eo tempore summo esset in honore, posseretq; plurimũ. Nimirum enim etiam ijs qui ei fauebant, uidebatur, ut est apud Comicum,

In omnibus, nisi bello, rebus optimus.

Et Romani quidem ad bellum cupiditate imperandi & ambitione eius compulsi, cladem sunt passi. Nam Athenienses inuitum Niciam ad bellum extruserunt: Crassus Romanos nolẽtes in bellum traxit. & alter propter ciuitatem, propter alterum ciuitas in calamitatem uenit. Veruntamen hac ipsa in re magis laudãdus est Nicias, quàm uituperãdus Crassus.

Ille

A Ille enim peritia usus, & rationibus, uti prudentem decebat imperatorem, subductis, non passus est se spe ciuium uana in errorem abduci, sed Siciliā inuadere prohibuit, eamq; subigi posse desperauit. Crassus in eo peccauit, quòd ad Parthicum bellum tanquam facile profectus est. Magnas enim res animo conceperat, cùm Cæsar Hispaniam, Gallias, Germanos, Britānos subegisset, ipse ad ortum solis conuersus usq; ad Indicū mare omnē Asiam Romano imperio adiungere: quod ante illum Pompeius etiam & Lucullus attentauerant, uiri boni, & apud omnes laudati. Quin & idem ijs quod Crasso propositū, & eædem eius tenendi rationes fuerant. Nam & Pompeio cùm esset decretum imperium, senatus restiterat: & Cæsarem, cùm is trecenta Germanorum fudisset millia, dedi uictis Cato iubebat, ut ipse uiolati fœderis scelus expiaret. Quanquam populus ualere iusso Catone, quindecim dierum supplicationem summa cum lætitia egit. Quod igitur gaudium futurū fuisse existimas, quæ supplicia, si Crassus laureatas Babylone literas misisset, si Mediam, Persidem, Hyrcaniam, Susa, & Bactra Romani imperij prouincias redegisset? Si enim (ut Euripideo isto utar) uiolandum est ius, præsertim ab ijs,
B quibus ocium molestum est, neq; uti partis bonis satis habent: non Scandia est, non Mende excindenda, neq; exules Aeginetæ qui auium instar suis nidis relictis aliò auolantes se occultant, indagandi sunt: sed iniusticia ea magno precio æstimanda, neq; leuissimum quodq; aut facilimum ea querendum: quippe cùm iusticiam, rem minimè uilem, semel dimiseris. Quapropter qui Alexandri magni propositum faciendæ expeditionis illius probant, Crasi culpant, non rectè ij ex postremis de primis iudicium ferunt. In ipsis uerò bellis, haud pauca sunt Niciæ præclara facinora. Nam & multis prœlijs uicit hostes, & parum absuit quin caperet Syracusas: & si quid minùs prosperè gestum est, aduersam ualetudinem aliquis in causa fuisse, & inuidiam ciuium haud iniustè dixerit. Crasi tam multa fuerunt peccata, ut nullus fuerit fortunæ locus, siquidem ea iuuare ipsum uoluisset: ut mirari subeat ipsius stulticiam, quæ non Parthorum potentiæ succubuit, sed ipsa Romanorum felicitate plus potuit. Quod uerò alter omnibus uaticinijs & religionibus attentus, alter omnia eius generis despiciens, uterq; perijt, quæstionem mouet difficiles habentem explicatus, uter eorum rectiùs & tutiùs statuerit: minùs tamen *Religionis obseruatio.*
C eum peccasse iudico, qui nimis cautus opinionem antiquam & consuetam sibi, quàm qui iniustam cupiditatem, contumaciamq; suam secutus est. Mors quidem Crasi minùs, quàm Niciæ, reprehensionem meretur. *Mors.* Crassus enim non tradens seipsum, neq; inani spe delusus, sed amicis orantibus obtemperans, & ab hostibus uiolata fide inductus perijt. Nicias turpis & ignominiosæ salutis spe hostibus factus supplex, morti suæ dedecus adiecit.

T 4



PLVTARCHI EVMENES, A

[illegible]

Augustano interprete.

D VRIS autor est, Eumenem patria Cardianum paupere natum fuisse parente, qui se uehiculo meritorio in Cherrhoneso aluerit: liberaliter tamen in literis & palęstra à puero institutum. Philippum autem cùm fortè Cardiam uenisset, ac per ocium Cardianorum puerorum adolescentumque exercitationes & luctas inspexisset, Eumenem, quòd is puer etiamnum ijs in rebus præstaret, animoque perspicaci & forti præditus uideretur, probauisse, secumque abduxisse. Vero propior esse uidetur eorum sermo, qui ob hospitium & amiciciam paternam Eumenem dicunt à Philippo euectum. Mortuo Philippo Eumenes, cùm neque prudentia, neque fide cuiquam cedere uideretur ex Alexandri administris, scriba quidem regius dictus est, in eo B autem habitus honore, quo summi amici familiaresque regis: nam & imperator cum exercitu est in Indiam missus, & in Perdiccæ locum, cùm is mortuo Hephæstioni sufficeretur, successit. Itaque & Neoptolemus stipatorum dux à Macedonibus irrisus fuit, cùm post Alexādri mortem diceret se cum hasta & scuto, Eumenē cum stylo & pugillarib. secutū fuisse: norāt enim Eumenē cùm alijs rebus, tum cōiugij etiā affinitate ab Alexandro honoratū. Cum enim primā Asiaticarū mulierū Barsinē Artabazi cognouisset, ex qua & Herculē filiū habuit: sorores eius mulieris Apamā Ptolemæo, Eumeni Barsinā nuptū dedit, quo tēpore reliquas etiā Persicas feminas socijs suis collocauit. Verùtamen sæpe offendit Alexādrum Eumenes, & discrimē adiuit propter Hephęstionē. Primùm, cùm Hephęstio tibicini cuidā Euio domū attribuisset, quā famuli Eumenis hero suo occupauerāt: iratus cum Mētore ad Alexandrū accessit Eumenes, clamitans, nihil præstare, quàm proiectis armis tibijs canere, & tragœdias agere. ita ut Alexāder etiā indigna passum eum crederet, & Hephæstionē obiurgàret: mox tamen mutato animo, Eumeni succēsuit, magis ab eo se cōtumelia affectū, quàm liberè accusatum Hephæstionē ducens. Deinde Nearchum C cum nauib. ad Oceanū mittens, cùm suo in ærario nihil haberet, pecuniā ab amicis exigens ab Eumene trecēta talenta petijt: qui cùm non nisi centum daret, eaque tardè, uix hæc ipsa se per procuratores suos coegisse dicens, nihil eum incusauit quidem rex, neque accepit pecuniam, sed famulos occultè ignem tētorio Eumenis injcere iussit, cupiens dum pecunia exportaretur, eum mendacij in ipsa re arguere. Verùm celerius opinione tentoriū unà cum literis cōbustum, Alexandro pœnitentiam incussit: aurum quidē & argentū incendio confusum supra mille talenta appendisse depræhensum est. Neque de his quicquā accepit rex: sed ad satrapas & præfectos in omnes partes dimissis nuncijs, crematorū libellorū exēplaria repetijt, eaque omnia Eumeni custodienda tradidit. Rursus cùm doni cuiusdam causa in contentionē cum Hephæstione uenisset, multaque malè dixisset, multa malè audiuisset, tum quidem non inferior discessit: sed mox eo mortuo, cùm rex grauiter dolens, omnibus ijs, quos uel inuidisse ußuenti, uel gaudere mortuum putaret, difficilem se asperumque præberet, maximè omnium suspectus ab eo est habitus, sæpenumerò rixam istam cōuiciaque ei expro-

Vt regib. Macedoniæ acceptus fuerit.

Vxor.

A ei exprobrante. At ille callidus, & ad persuadendum aptus, ut salutem inde sibi pararet, unde exitium imminebat, ad Alexandri in Hephæstionē studium & honores confugit, ostendens quibus maximè ornamentis sepulcrum eius cohonestari posset, & impensas ad id liberaliter præbens. Mortuo Alexandro, orto inter regis socios & phalāgem dissidio, animo quidem illis se adiunxit, uerbis autem priuatum se & utriusque partis studiosum simulauit, ac qui ad se, nimirum alienigenam, nihil pertinere Macedonum controuersias duceret. Reliquisq; ducibus Babylone digressis, ibi relictus multos militum placauit, & ad pacem procliuiores reddidit. Congressis autem inter se ducibus compositisq; tumultibus, instituta prouinciarum diuisione, Eumeni Cappadocia & Paphlagonia Euxino mari subiecta usq; ad Trapezuntem obtigit. Verùm hæc nondum Macedonum propria, Ariarathem habebat regem: constitutumq; erat uti Leonnatus & Antigonus cum magnis copijs eum deducerent, satrapamq; eius prouinciæ declararēt. Sed Antigonus ijs quæ erant à Perdicca constituta, non obtemperauit, iam animo ad maiores res elatus, cunctosq; spernens. Leonnatus uerò, ut Eumenem deduceret, in Phrygiam B descendit. Ibi ad eum uenit Hecatæus Cardianorum tyrannus, orauitq; ut Antipatro potiùs, Macedonibusq; Lamiæ obsessis, opem ferret. Assensit Leonnatus, inq; Europā transire statuit: Eumenem quoq; ad idem hortatus est, & cum Hecatæo in gratiā reduxit. Etenim ob ciuiles in patria contentiones simultas ijs suberat: & sæpe palàm Eumenes Hecatæū accusauerat, Alexandrumq; ad restituendam Cardianis libertatem hortatus fuerat. Ea de causa tunc quoq; militiam contra Græcos detrectanti ei, & Antipatrum metuere dicenti, ne ab eo in gratiam Hecatæi, præsertim iam olim odio habitus, necaretur, fidem habuit Leonnatus, nihilq; corū quæ sentiebat dissimulauit. Erat enim prætextus tantùm ea auxilij latio: statuerat autem cùm primùm in Europam aduenisset, Macedoniā sibi uindicare: ostendebatq; nōnullas Cleopatræ epistolas, spe nuptiarū proposita Pellam eum euocantis. At Eumenes, siue Antipatrū timens, siue Leōnato ob leuitatem & inconstantiam eius parum fidens, noctu assūptis suis impedimentis abijt. Habebat autem trecentos equites, & ex famulis ducentos qui arma ferrent, auri tantum, quantum argenti quinquies mille talenta efficeret. Cum hoc apparatu ad Perdiccam profugit, & ei Leon- *Leonnati conatus.*
C nati consilia detexit: statimq; apud illum potuit plurimū, estq; inter consiliarios receptus. Paulo pòst in Cappadociā deductus, Perdicca cum copijs præsente, & bellum gerēte, captoq; Ariarathe, & subacta prouincia, satrapa eius constitutus est. Proinde urbibus eius prouinciæ amicorum suorum procurationi mandatis, præsidijs præfectisq;, & iudicibus administrisq; relictis, nusq; Perdicca quicq; de ijs rebus solicito, unà cum eo abijt, quòd & coleret ipsum, & à regis successore abesse nollet. Verùm Perdicca ea quæ animo agitaret confidens se absque alterius opera perficere posse, quæ uerò post se reliquisset, ea fido & strenuo indigere custode: Eumenem ex Cilicia dimisit, eo quidem nomine, uti propriam satrapiam gubernaret, re ipsa uerò ut finitimā Armeniā à Neoptolemo perturbatā cōponeret. Hūc, etsi inani fastu corruptū, colloquijs tamē statuit in uiā reducere Eumenes: sed cùm Macedonicā phalāgem tumere & ferocire animaduerteret, equitatū sibi cōparauit, quem ei opponeret. Eius rei causa Cappadoces, quicunq; equites essent, immunes tributi esse permisit: suis quib. fidebat maximè, emptos à se equos diuisit. utq; eo munere animos suorū excitauit, ita corpora exercitationib. & disciplina hunc in modum formauit, uti Macedonibus aduersarijs admirationi esset, suis fiduciā augeret, *Equitatus Eumenis.*

getet,

geret, cùm breui tẽpore equites sex mille & trecentis non pauciores collegisset. Vt Craterus & Antipater Græcis superatis in Asiam traiecerũt, A Perdiccæ regnũ euertendi cõsilio, iamq́ ferebatur eos in Cappadociam inuasuros: Perdiccas bellum ipse contra Ptolemæũ gerens, Eumenem copiarum quæ in Armenia & Cappadocia erant, imperatorem constituit, summamq́ ei rerum mãdauit, missis ad Alcetam & Neoptolemũ literis, quibus eos parère Eumeni, eum suo arbitratu res gerere iubebat. Et Alcetas quidem apertè munus belli administrandi recusauit, quòd Macedones, quos sub se habebat, Antipatri uerecundia ducti pugnam detrectarent: Cratero autẽ ita bene uellent, ut etiam de recipiendo eo cogitarent. Neoptolemus autẽ proditionẽ contra Eumenẽ moliens, non fefellit: uocatusq́ ab eo, non obtemperauit, sed aciem contra eum instruxit. Hic primum prudentiæ suæ in cõparando equitatu fructũ sensit Eumenes: cum enim iam pedestri cõflictu superaretũ, equitib. immissis Neoptolemũ fudit, impedimenta eius cepit, phalangemq́ in persequendo hoste dissipatam adornis omni equitatu, arma deponere, sibiq́ iuramento militari se obstringere coëgit. Neoptolemus cum paucis quibusdã ex fuga collectis ad Craterum & Antipatrũ effugit. Hi missis legatis Eumenẽ monuerant, B ut se cum ipsis cõiungeret, habiturus nõ modò suas satrapias, sed ab ipsis quoq́ imperiũ & ditionẽ accepturus, Antipatro ex inimico amicus futurus, neq́ amiciciã Crateri cum hostili odio cõmutaturus. Respõderat ad hæc Eumenes, non profectò se, cui diuturnæ cum Antipatro fuissent inimicitiæ, hoc tempore amicũ eius futurũ, cum uideat eum amicos hostiliter tractare: libẽter autẽ Craterum Perdiccæ iustis & æquis conditionib. conciliaturum, eiq́, uter prior iniuriã passus fuisset, contra inferentẽ auxilio futurum, quatenus uita suppeditaret: atq́ hanc se potiùs, q̃ fidem abiecturum. Hæc cùm ad illos relata essent, per ocium de summa rerum consilia agitabant: cùm Neoptolemus à fuga ad eos perueniens, exposita pugna, hortatus est ad ferendam opem utrunq́, præsertim tamen Craterũ: quem ita desiderari à Macedonibus affirmabat, ut simul atq́ causiã eius conspexissent, & uocem audiuissent, cum armis ad ipsum trãsituros certò se scire asseueraret. Et erat profectò magnũ Crateri nomen, mortuoq́ Alexandro plerìq́ animis ad eum inclinabant, memoria recolentes quòd sæpe propter Macedones in offensas ipsius Alexandri incurrisset, inhibens eum iam ad Persicos mores uergẽtem, patriasq́ cõsuetudines, quas ille iam tum pre fastu & luxu cõtaminabat, asserẽs. Proinde Craterus misso in Ciliciam Antipatro, magna cum parte copiarũ & Neoptolemo contra Eumenem abijt, sperãs eum nihil hostile expectare, & uictoria recenti elatum, incompositos crapulæq́ uacantes milites habentem, facilè opprimi posse. Quòd præsensit aduenniim eius Eumenes, seq́ parauit, sobrij quidem fuit ducis, non summæ tantùm peritiæ. Quòd autem non modò ea celare potuit hostes, quæ sibi nocitura uidebanť: sed milites etiã suos ignaros cõtra quẽ pugnarẽt Cratero illisit, raræ uideť in imperatore fuisse prudẽtiæ. Etenim rumorẽ sparserat, Neoptolemũ cum Pigrete & equitatu Paphlagonũ & Cappadocũ reuerti. Noctu cùm castra mouere uellet, obdormiuit, & insomniũ uidit mirabile. duos Alexãdros, phalãge utrunq́ instructa, inter se cõfligere: his auxilio alteri Mineruã, alteri Cererẽ uenire: prœlioq́ facto uictũ cũ Minerua Alexãdrũ, uictori Cererẽ ex demessis spicis coronã imponere. Statim coniÿcere cepit, sibi uictoriam portẽdi: pugnabat.n. ꝑ fertilissimis agris, iamq́ multas & egregias in folliculis spicas habentibus. erat.n. tota circùm regio consita, pacisq́ speciem undiq́

Neoptolemus uincitur.

Eumenis calliditas.

A undiq; aristis uestita præbebat. Confirmauit hanc opinionem & hoc, quod tesseram hostium Alexandrum esse & Mineruam audiebat: itaque ipse suis Alexandrum cum Cerere tesseram dedit, omnesq; arma sua redimire spicis iussit. Sæpe autem ducibus suis cùm statuisset indicare, pugnam contra Craterum faciendam esse, ne solus tam grauis & arcanæ rei conscius esset: tamen continuit se, consiliumq; suum secutus est, eiq; se in præsenti periculo credidit. Cratero neminem Macedonum, sed equitum alas duas opposuit, ducibus Pharnabazo Artabazi F. & Phœnice Tenedio: his mandauit, ut quàm primùm conspexissent hostem, celeriter occurrerent & prœlium committerent, neq; ullam moram interponerent, ne ue ullã uocem aut præconẽ admitterent: magnoperè enim metuebat, ne Cratero agnito Macedones à se ad eum transirent. Ipse agemate trecẽtorũ equitũ, quos fortissimos habebat, coacto, in dextrũ latus concessit, in Neoptolemũ pugnaturus. Postquam Eumenis exercitũ superato qui medius erat colle Craterus conspexit magno cum impetu contra se uenire, obstupuit, Neoptolemoq; multis factis conuicijs, qui ipsum in falsam de trãsitione Macedonũ spẽ adduxisset, cohortatus suos, ut fortes se strenuosq; præberent, hosti occurrit. Acris ab initio fuit conflictus, statimq; hastis perfractis ad gladios res deuenit: ibi Craterus, cum dignũ se amicicia Alexandri Magni ostẽdisset, multos hostiũ deiecisset, sæpe aduersos repulisset, tandẽ à latere à Thrace quodã ictus, ex equo defluxit. Iacẽtem reliqui prætereuecti sunt, quis esset ignorãtes: Gorgias autẽ unus ex Eumenis ducib. cùm agnouisset, male iã affecto, & cũ morte luctãti custodiã apposuit. Interim Neoptolemus cũ Eumene cõgressus est, antiquo uterq; in alterũ odio inflãmatus. Semel atq; iterũ cõcursum est, priusq̃ mutuò se agnoscerẽt: tertio cõgressu agniti inuicẽ, statim sublato clamore, strictis gladijs contra se impetũ dederũt. Magna autẽ ui, triremiũ in morem, tollisis equis, omisis frænis manus galeis inuicem iniecerunt, easq;, & thoraces ab humeris mutuò diripuerũt: atq; hanc inter conflictationẽ subterfugientibus equis, unà in terrã delapsi, colluctatiq; sunt. Ibi Neoptolemo prius assurgenti Eumenes poplitẽ succidit, atq; ipse in pedes cõsistere occupauit. Neoptolemus altero genui innixus, infernè ictus quidẽ, non tamen lethales inferẽs se defendit, donec iuxta ceruicẽ cæsus cecidit moribũdus, & in longũ porrectus est: atq; hic Eumenẽ arma sibi detrahentẽ, C iratoq; animo cõuicia facientẽ, gladio, quem adhuc tenebat, quà thorax iuxta bubonem desinit, sauciauit. Verùm is ictus, ut inualidus, plus terroris q̃ dãni attulit. Eumenes spoliato cadauere, malè affectus femorũ & brachiorũ uulneribus, tamẽ in equũ impositus, ad alterũ cornu accurrit, resistere etiamnũ hostes putãs. Audita morte Crateri, ad eũ equo citato uenit, atq; adhuc spirantẽ, animiq; cõpotem cernens, ab equo descẽdit, & illacrumauit, dextraq; iniecta multis uerbis insectatus est Neoptolemũ, fortunãq; Crateri, & suam necessitatẽ deplorauit, qua cum uiro amico sibi & familiari, euentu hoc alterutri ꝓposito, cõgredi cõpulsus fuisset. Hac uictoria Eumenes decimo ferè die post superiorẽ potitus, magnã sibi gloriã parauit, q partim prudẽtia, partim fortitudine bellũ cõfecisset: sed magnã ei & apud suos & apud hostes inuidiã fecit, q peregrinus homo & aduena, armis & manib. Macedonicis nobilissimũ & primũ Macedonũ interfecisset. Quod si Perdiccæ cõtigisset de morte Crateri nũcium accipere, haud dubiè nemo alius in Macedones principatum obtinuisset. Nunc Perdicca duob. ante dieb. in Aegypto per seditionẽ necato, fama huius pugnæ in castra peruenit: statimq; ca irritati Macedones, morte *Perdiccæ interitus.*

Eumenem

Eumenes hostis iudicatus.

Eumenem damnauerunt, bellumꝗ contra eum gerendum Antigono & A
Demetrio mandauerunt. Et cùm Eumenes in armenta equorum regio-
rum, qui apud Idam pascebantur, incidisset, indeꝗ acceptis quotquot
opus uidebatur equis, procuratoribus eorum summam scripto indicas-
set: risisse fertur Antipater, & dixisse, Mirari se prudentiam Eumenis, qui
speret se regiorum bonorum rationem ipsis exhibiturum, aut ab ipsis ac-
cepturum. Statuerat quidem Eumenes, ut qui equitatu præualeret, apud
Sardeis in campis Lydijs decertare, studens simul Cleopatræ suas copias
ostentare: ea tamen ipsa orante (metuebat enim ne in repræhensionem
Antipatri incurreret) in Phrygiam superiorem recessit, & Celænis hyber
na habuit. Ibi Alcetæ, Polemoni, & Docimo secum de summa rerum con
tendentibus, Hoc erat, inquit, quod dici solet: at nulla habetur perniciei
ratio. Militibus stipēdia se triduò pollicitus persoluturum, uillas eis & ar-
3 ces eius regionis uendidit, mancipiorum & pecoris plena. Hæc qui eme
rat phalangis aut mercenariorum militum dux, admotis, quas Eumenes
præbebat, machinis expugnabat: & quod captum erat, inter milites pro
ratione debiti stipendij diuidebant. Hæc res magnum amorem Eume-
ni conciliauit. Itaꝗ literis in castra allatis, quas hostium duces sparserant, B
centum talenta & honores ei qui necasset Eumenem pollicentibus, ad-
modum iritati Macedones, decretum fecerūt, ut mille de prætorianis mi
litibus præsidij causa perpetuò Eumeni adessent, eumꝗ inter obambu-
landum custodirent, noctuꝗ apud eum excubias agerēt. Atꝗ illi munus
istud obiuerunt, gaudebantꝗ ab imperatore eos sibi honores conferri,
quibus amici à regibus afficiūtur: nam causias etiam purpura prętextas,
chlamydesꝗ Eumenes largiebatur, quod est apud Macedones donum
maximè regium. Enimuero secūdæ res etiam ingenio modico & submis-
so prędìtos attollūt, ut magni sibi uideantur, cristasꝗ erigant, cùm excel-
so loco se constitutos cernunt: uera animi magnitudo & constantia, re-
bus aduersis ferēdis, emendandisꝗ casibus elucescit. Cuius rei exemplū
Eumenes præbuit. Primùm enim in Orcynijs Cappadociæ uictus ab An
tigono intercedente proditione, cùm insequerentur hostes, non passus
est proditorem in fuga ad eos euadere, sed compræhensum in crucem e-
git. Aduerso inde itinere à fuga reuersus, hostes fefellit, ijsꝗ præteritis, ut
ad locum peruenit, quo in loco pugnatum fuerat, castra ibi fecit, cadaue-
ribusꝗ collectis, ianuas in propinquo sitorū pagorū cōscidit, ijsꝗ lignis C
ea cremauit, seorsim duces, seorsim gregarios milites, tumulisꝗ eorū con
gestis, abijt. ita ut Antigonus quoꝗ postmodò reuersus, audaciam eius &
constantiā admiratus sit. Deinde cùm in impedimēta Antigoni incidisset,
in quibus multi liberi homines, multi erāt serui, & ingentes tot bellis prę-
dationibusꝗ partæ opes, facileꝗ ea capere posset: ueritus tamen est, ne
milites sui pręda & opibus onusti, segnes ad fugam fierent, & ad errandū
tempusꝗ uagando terendum (hac enim suam spem in re potissimum ha
bebat, eaꝗ Antigonū auertere statuerat) molliores. Itaꝗ cùm difficulter
uideret Macedones ab ijs, cùm in promptu essent, abstineri uerbis posse:
iussit ut corpora priùs curarent, equisꝗ pabulum darent, atꝗ ita demum
hostem inuaderent. ipse ad Menandrum (qui impedimētis ducendis prę
erat) simulans ei se ob pristinam familiaritatē cupere, misit qui monerent,
ut celerrimè ex locis incursioni equestri commodis & deiectis in proxi-
mos montium procursus recederet, equitatui & circumdationi iniquos.
Menander statim intellecto periculo, se eò recepit. Ibi Eumenes manda-
to militibus, uti arma caperent, & equos frænarent, mox in hostem ituri,

Militum in eum amor.

Stratagema.

emisit

A emisit palàm speculatores: atq; hi cùm retulissent Menandrum locorum natura ab omni incursu tutum iam esse, simulans ægrè id se ferre, exercitum abduxit. Antigonum perhibent, Menandro hæc coram eo testante, Macedonibusq; humanitatem Eumenis laudantibus; eiq; fauere incipientibus, ut qui liberos eorũ cùm in seruitutem abducere, & uxores, quibus uim potuisset facere, dimisisset, dixisse: At ille, inepti, non uestri commodi causa id egit, sed sibi ipsi fugienti huiusmodi injicere compedes noluit. Exinde fugiens Eumenes, & uagans, multis suorum militum persuasit ut ab ipso discederent: siue quòd eorum curam gereret, siue quòd turbam pugnæ imparem, & tamen maiorem quàm quæ latere posset, trahere secum nolebat. Ita Noram peruenit, quod est castellum in cõfinio Lycaoniæ & Cappadociæ, cum equitibus quingentis, & ducentis armatis peditibus: ibi quoque suorum quotquot loci iniquitatem, penuriam'ue metuentes dimissionem petebãt, consalutatos benignè à se dimisit. Cùm eò peruenisset etiam Antigonus, & antequam obsidionem inciperet, ad colloquium Eumenem euocaret, respondit, Antigoni multos esse amicos, & qui post eum duces creati possent: ijs autem, pro quibus ipse bel- *Cum Antigono colloquium.*
B lum gereret, se adempto, nullum superesse: obsides itaq; mitteret, si colloqui uellet. Eodem postulante, ut ad se ueluti præstantiorem ad conferendos sermones ueniret, negauit se quenq; se ipso præstãtiorem agnoscere, quandiu gladium teneret. Antigono tamen fratris filium Ptolemæum in castellum, uti postulauerat Eumenes, mittente, ita demum ad eum descẽdit. Amicè admodũ congressi, seq; cõplexi mutuò sunt, ut familiares iam olim, seq; inuicem plurimum usi. Multis uerbis commutatis, cùm nullam securitatis petẽdæ, aut pacificationis mentionem Eumenes faceret, prouincias modò sibi cõfirmari, & dona reddi postularet: admirari subijt p̃sentibus hominis magnanimitatem atq; confidentiam: concurrebantq; simul frequentes Macedones, Eumenes qui uir esset cernere cupientes, neq; enim à Crateri morte ullius alterius tanta fuerat in exercitu mentio. Antigonus autem metuens, ne uis ei fieret, primò militibus, ne accederent edixit, lapidibusq; impetijt accedentes: ad extremum manus ei iniecit, remotaq; per stipatores turba, ægrè in tutum locũ reduxit. Proinde Nora munitionibus clausa, relictoq; ad obsidionem præsidio, abijt. Eumenes autem obsessus in loco, in quo prẹter copiam satis amplam panis,
C aquæ & salis, nihil ciborum nihil cõdimentorum esset, utcunq; tamen hilarem uitæ consuetudinẽ socijs reddebat, eos per uices suç adhibẽs mensæ, & conuictum gratioso colloquio, comitateq; condiens. Erat & forma eleganti, non bellicoso homini, armisq; durato similis, sed nitidus, adspectu iuuenili, omnibusq; membris ita compactus, ut mirabilem eam concinnitatẽ omnium partium ab arte aliqua effectam diceres: non magna in eo uis sermonis fuit, sed tamen suauem, ac non infacundum fuisse ex epistolis eius apparet. Verùm ea obsidione nihil perinde obfuit socijs eius, quàm angustia loci, duorum stadiorum ambitu contenti: quo fiebat, ut cibum & ipsi non exercitato priùs corpore caperent, & equis ociosis præberent. Itaq; ut ne desidia planè obtorperent, sed saltem ad fugam, si ita res tulisset, utcunq; paratis uti posset, domum, quæ Norç amplissima fuit, quatuordecim cubitorum longitudine, ambulationi militum destinauit, sensim eos motum corporis intendere præcipiens. Equorum autem unumquenq; magnis loris ad culmen alligatis à partibus quç circa collum sunt succingẽs, trochlearum adminiculo ita eleuauit, ut posterioribus pedibus terrç innixi, priorũ primoribus tantùm ungulis eam con- *Exercitatio.*

 tingerent,

tingerent. Ita ſuſpenſos equiſones clamoribus & flagellis iritabant: equi A
ira repleti, prioribus pedibus ſaliebant, eosq; iactantes, cùm poſteriori-
bus inniti ſolo contenderent, totum corpus extendebant, multumq; ſu-
doris & gemituum emittebant. atq; ea exercitatio cùm ad robur, tum ad
celeritatem augendam erat non incõmoda. Hordeum quoq; mola priùs
fractum ijs dabant, ut & conficerent citiùs, & concoquerent meliùs. Tra-
cta iam aliquandiu obſidione, Antigonus audito Antipatrũ in Macedo-
nia mortuum, Caſandrum uerò & Polyſperchontem de ſumma rerum li-
tigantes tumultũ dediſſe: nihil iam exiguũ, ſed uniuerſum animo concipi
ens imperium, Eumenem ſocium ſibi, & rerum gerẽdarum adminiſtrum
parandũ duxit. Itaq; miſſo Hieronymo, cùm Eumene pacem fecit, propo
ſito tamen ei iuramento: cuius formula emendata Eumenes Macedoni-
bus ad obſidionem ab Antigono relictis dijudicandũ dedit, rectiúsne i-
pſe an uerò Antigonus eam concepiſſet. Etenim Antigonus ab initio tã-
tùm facta, inuidiæ euitandæ cauſa, regum mentione, cæteroquin Eume-
nem ſibi ſoli obſtringebat: Eumenes primo poſt reges loco Olympiadẽ
adſcribebat, neq; Antigono tantùm, ſed & Olympiadi & regib. cæteris fi-
delem ſe futurum, eoſdemq; cum ijs amicos inimicosq; habiturũ promit B
tebat. Iuſtius hoc Macedonib. uiſum eſt, atq; ita iurato Eumene, obſidio-
nem ſoluerunt, miſsis ad Antigonũ, q ab eo uiciſsim iuramentũ Eumenis
nomine acciperent. Interim Eumenes Cappadocib. obſides, quos Noris
habuerat, reddere, ac loco eorum equos, iumẽta, & tentoria accipere, mi
lites, qui à fuga diſperſi per eam regionẽ errabant, ad ſe colligere, ita mox
Antigono elabitur. haud multo minores mille equites ſecum habere: his cum copijs Antigo
num fugere. Neq; enim fefellit eum animus eius, qui non modò obſideri
rurſus Eumenem iuſsit, ſed & acerbè obiurgauit per literas Macedones,
quòd eius correctionem iuramenti approbaſſent. Cęterùm ad Eumenẽ,
dum fugit, literæ afferuntur, miſſæ ex Macedonia ab ijs, qui incrementa
Antigoni metuebant: in ijs Olympias Eumenem hortabatur ut ad ſe ue-
niret, Alexandriq; filiolum inſidijs impetitum educandũ ſuſciperet: Po-
lyſperchon & rex Philippus iubebant bellum contra Antigonum gere-
re, ducem copiarũ quæ erant in Cappadocia, itemq; accipere ex regia pe
4 cunia, quæ erat Quindis repoſita, talenta quingenta, quibus acceptũ da-
mnũ reſarciret, ad bellum uerò gerẽdũ, uti quantũ opus eſſet ea pecunia.
Iiſdem de rebus etiam ad Teutamum Antigenemq; argyraſpidum præ- C
fectos perſcripſerant. Sed hi literis allatis cùm accipere ſe libenter ami-
coq; animo Eumenem ſimularent, inuidia autẽ & ambitione grauiſsimè
laborarent, indignati ſeſe Eumeni poſthabitos: inuidiam quidem is recu
ſando pecuniam, tanquam nihil eius indigens, amouit: ambitionem ue-
rò eorum, & principatus cupiditatem, neq; ducere ualentium, neq; ſequi
uolentium, obiecta animis religione compeſcuit. Alexãdrum perhibuit
in ſomnis ſibi uiſum tabernaculũ regio more inſtructũ, ſoliũq; in eo col-
locatũ demõſtraſſe, ac dixiſſe: Ibi ipſis conſultantibus ſe adfuturum, & ſi
à ſe initium feciſſent deliberationis, omnibus eorũ conſilijs actionibusq;
operã nauaturũ. Id facilè perſuaſit Antigeni ac Teutamo, cùm neq; hi ad
ipſum accedere, neq; ipſe ad fores aliorũ cõſpici uellet. Itaq; tabernacu-
lo & ſolio regio, Alexãdro dedicato, collocato, eódem cõuenerunt ſum-
mis de rebus communicaturi conſilia. Inde in ſuperiores regiones profi-
ciſcentibus, Peuceſtes cum reliquis ſatrapis occurrit amicus, copiasq;
cõiunxit: itaq; iam armorũ multitudine & apparatus ſplẽdore res Mace-
cedonica ijs in locis firma erat. At uerò ipſi duces potentia contumaces
luxuq;

A luxuq́; molles redditi post obitum Alexandri, spiritusq́; tyrannicos bar-
barica arrogantia nutritos in unum conferebant: itaq; inuicem molesti,
& discordes, effusè adulando Macedonas, cœnasq́; & uictimas prodigè
exhibēdo, exiguo temporis spacio luxuria quasdā ueluti festas nundinas
in castris instituerunt, plebisq́; factiones in deligēdis sibi ducibus (ueluti
in populari reipub. administratione fieri assolet) excitauerunt. Ea pro-
pter Eumenes sentiens eos sese mutuò contemnere, ipsum metuere, &
in hoc esse, ut capto tempore occidant: pecunia sibi opus esse simulauit,
eoq́; sub prætextu ab ijs, quibus maximè odio erat, multa talenta mutuò
accepit, ut ij fidem ipsi haberent, & metu amittendi crediti ab insidijs de
sisterēt. Ita euenit, ut alienam ille pecuniam corporis sui custodem habu-
erit: & alijs salutem suam data pecunia redimētibus, solus ille accipiendo
tutum sese præstitit. Neq; secius tamen Macedones extra periculum uer
santes munera captabant, & ad limina eorum, qui stipari uolebant, impe
riumq́; affectabant, commeabant. At ubi Antigonus cùm magnis copijs
accessit, & res ipsa quasi loquens uerum ducem flagitauit, non milites mo
B dò tum Eumeni obtemperare, sed illi etiam ipsi, qui pacis tempore & in
luxu magni aliquid essent, missa ambitione taciti mandatū exequi. Et ue-
rò apud Pasitigrim fluuium, cùm Antigonus transire aggressus cæteros
hostium duces obseruare iussos fefellisset, solus Eumenes eum excepit,
commissoq́; prœlio tantam edidit hostium stragem, ut cadaueribus am- *Antigonus*
nis repleretur: & quatuor millia captiuos abduxit. Maximè uerò osten- *clade affe-*
derunt ægrotante eo Macedones, quòd reliquos splendidè epula præ- *ctus.*
bere, & oblectare animos militum, solum autem Eumenem bellum ge-
rere posse, & exercitum ducere arbitrarentur. Etenim Peucestas in
Persica cùm splendidam uisceratione, singulisq́; uictimam ad immo-
landum suppeditasset, maximum se esse sperabat. Paucis pòst diebus
exercitu contra hostes proficiscente Eumenes periculoso morbo affe-
ctus, ne insomnia eum ob tumultus militum torqueret, extra aciem in le-
ctica ferri se iusserat. Paululum progressis, repentè in conspectum hostes
uenerunt superatis quibusdam tumulis in planiciem descendentes. Quo
rum ubi aurea arma splendorem ad Solem dederunt, agemate compo-
sito ordine incedente, superq́; elephantos turres & purpuræ conspectæ
C sunt, uti eorum mos est ad pugnam euntium incedere: ibi uerò primi Ma
cedonum fixo gressu, cum clamore Eumenem uocauerunt, & nisi ipso
ducente ultrà progressurós negauerunt, fixisq́; in terram armis, sese inui-
cem ut eum expectarent hortati sunt: edixerunt etiam ducibus, ne quid
illo absente agerent, néue cum hoste confligerent. Quo audito Eume-
nes lecticarijs properare iussis ad eos peruenit, & aulæis lecticæ utrinq;
deductis, manum dextram lætus eis protendit. Macedones simul atque
Eumenem conspexere, Macedonicis uerbis consalutauerunt, scuta re-
sumpserunt, sarissisq́; ea pulsantes, hostem præsentia imperatoris freti ad
pugnam prouocarunt. Audiuerat ex captiuis Antigonus ægrotare Eu-
menem, & malè affectum lectica ferri: itaq; hoc decumbente facilè reli-
quos superatum iri fidens, ad pugnam properauerat. Sed hostibus ordi-
nes instruentibus aciem obequitans, eius figuram & dispositionem in-
spiciens, stupefactus aliquandiu substitit: posteà quàm uerò lecticam ab
uno cornu ad alterum transire uidit, cachinno (uti solebat) sublato, Hæc
ergo, inquit, amici, erat lectica illa nobis opposita: statimq́; retrò abdu-
xit copias, & castra fecit. At milites Eumenis paululum quietis nacti, fa-

ctiones iterum exercebant, ducibus eis materiam lasciuiendi præbentibus: itaque hybernis totam prope Gabenam occupauerunt, cùm quidem primi ab extremis ad mille usque stadia abessent. Quod ut cognouit Antigonus, subito contra illos alia uia difficili & aquæ carente, salebrosaque, cōpendiosa tamen duxit, sperans fore ut si in eos subitò in hybernis irrueret, multitudo ad duces suos conuenire nullo modo posset. Verùm in uastam & habitationibus nudam terram ingresso, uiolenti uenti, frigoraque ingentia obstiterunt, exercituique grauiter obfuerunt: neque aliud erat remedium, quàm multos ignes succendere. Ideò hostes non fefellit, sed barbari qui montes uersum solitudinem spectantes incolunt, multitudinem ignium mirati, Hispastrijs camelis impositos nuncios ad Peucestam miserunt. Is uerò terrore exanimatus, cùm reliquos eodem modo cerneret affectos, fugæ se dedit, excitatis qui in itinere erant militibus. Sed Eumenes trepidationem repressit, suis promittens, ita se hostium celeritatem inhibiturum, uti triduo quàm putarent tardiùs aduenirent. Simul & dimissis per hyberna nuncijs, qui milites celeriter unum in locum conducerēt, ipse cum reliquis ducibus eques ad locū profectus est, qui latè conspicuus esset per deserta proficiscentibus: eum dimensus, per interualla multos ignes, uti in castris fieri solet, incendit. Antigonus, cùm ignes illos montanos conspexisset, grauiter indoluit, ratus hostes iampridē eius aduentu cognito occurere. Itaque ne cum paratis ad pugnam, & bene in hybernis habitis suos itinere defatigatos confectosque committeret, omisso compendio per pagos & urbes duxit, paulatim reficiens exercitū. Ibi cùm nemo ei, id quod aliàs hostibus in propinquo degētibus fieri solet, obstaret, finitimique nunciarent, nullum omnino exercitū, sed multos tantùm ignes uisos sibi, deceptum se Eumenis astu sensit, idque iniquè ferens, perrexit eo animo, ut prœlio decerneret. Interim copiæ ad Eumenē congregatæ maiori ex parte sunt, milites que eius prudentiam mirati, solum ipsum præesse rebus iusserūt. Hoc argyraspidum duces Antigenem & Teutamum ita ussit, ut insidias Eumeni struxerint, & cum plerisque satrapis atque ducibus inito consilio, uti eius opera in prœlio, inde statimque necare statuerint. Id eorum institutum Eudamus elephantis pręfectus, & Phędimus occultè ad Eumenem detulerunt: non beneuolentia ij, sed metu amittendi debitum moti. Eumenes collaudatis eis, in tentorium suum ingressus amicis dixit, in turba belluarum se uersari, testamētum condidit, literasque omnes conscidit, ne ipso mortuo ex earum arcanis qui scripserant crimine calumniaue urgeri possent. His actis, an proderet uictoriā hosti, an uerò fugiendo per Mediam & Armeniam in Cappadociā pergeret dubius, multa mouens animo, neque quicquam amicis præsentibus certi constituens, sed ad omnem fortunam cogitationes dirigens: tādem uicit se ipsum, aciemque instruxit, Græcos & barbaros cohortatus, cùm ultrò ipsum phalanx & argyraspides bono esse animo iuberent, quòd hostes suum impetum non substituros dicerent. quippe grādæui erant milites, auspicia Philippi & Alexandri secuti, & ueluti athletæ præstantissimi ad id usque tempus nunquam hosti succubuerant: multi septuagenarij erant, nullus sexagenario minor. Atque hi Antigoni copijs coeuntibus, Impios esse, qui aduersū patres suos arma ferrent uociferati, tanta cū ira irruerūt, ut totā simul phalangē obtererēt, nemine eorū uim perferēte, & plerisque hostium eo cōflictu deletis. Ab ea parte planè uictus Antigonus, equitatu præualuit: Peucestaque turpiter & segniter prœliāte, impedimentis hostium om-

Insidiæ suorum in Eumenem.

A B C

A ſtium omnibus potitus eſt. Quam ad rem ei, tametſi ſtrenuum ſeſe
tum geſsit, plurimũ locus ipſe auxilij attulit. Vaſta enim erat planicies,
neq; ſolida ea & terrena, ſed ſabuloſa: eaq; tum arena pugnæ tẽpore tot
equorum hominumq; pulſata & ſubuerſa pedibus, ſe in auras extulit, &
puluere albo calcis mitar aerem dealbauit, conſpectumq; ademit. quo fa
cilius Antigonus impedimenta hoſtibus non obſeruantib. cepit. Finito
prœlio confeſtim Teutamus legatos ad Antigonum miſit, res ſuas repeti
tũ: reſpondit Antigonus non ea modò ſe redditurum, ſed & benignè tra
ctaturum præterea argyraſpides, ſiquidẽ Eumenem ſibi dederent. Hîc
immane argyraſpidibus cõſilium incidit, ducem ſuum uiuum in manus
hoſtiles tradendi. Et primùm abſq; ſuſpicione ei ſe adiungebant, obſerua
bantq;, partim amiſſa impedimẽta deplorantes, partim bono animo eũ,
uti uictorem, eſſe iubentes, partim de reliquis ducib. querentes. Deinde
impetu facto, gladium ei eripuerunt, manusq; in tergum zona reuinxe-
runt. Vt uerò Nicanor ab Antigono miſſus aduenit, uti eũ abduceret: ibi
cùm per Macedones medios traheretur, petijt ut copiam ſibi dicendi fa-
ceret, nõ pro ſe deprecaturo, ſed de rebus exercitũ utilibus monituro. Fa
B cto inde ſilentio, ſublimi in loco conſtitit, manusq; uinctas protendens:
Poteràtne, inquit, Macedonum peſsimi, Antigonus tale de uobis ſtatue- «
re trophæum, quale uos de uobis ipſi tradendo imperatore ueſtro ſtatui «
tis? Nónne indignum eſt facinus, uos parta uictoria propter amiſſa impe «
dimenta uictos fateri? (quaſi uerò in his, non in armis uictoria ſit) & pro «
ijs redimendis ducẽm ueſtrum tradere? Ipſe quidẽ inuictus abducor, qui «
uictis hoſtibus, à cõmilitonibus meis perdor. Vos autem ego per Iouem «
militarem, & deos qui iuramenta obſeruant obteſtor, hîc me uos necate: «
utiq; enim ibi etiam cæſus, à uobis cæſus dicar. neq; reprẹhendet factum «
Antigonus: non enim uiuum, ſed mortuum cupit Eumenem. Sin manib. «
ueſtris parcitis, altera mearũ uinculis ſoluta rei peragẽdæ ſufficiet. Quod «
ſi gladium mihi non creditis, at uinctum me elephantis obijcite. Id ſi fece «
ritis, inſontes uos pronuncio, & qui ſanctiſsime iuſtiſsimeq; imperatorẽ «
ſuum tractauerint. Hæc eius uerba apud reliquam multitudinẽ miſeratio «
nem & luctũ excitauerunt: argyraſpides uerò clamabant, uti duceretur,
neq; nugis eius aures præberentur: nihil enim iniquum eſſe, ſi Cherrho-
neſia peſtis lugeat, quæ innumeris bellis Macedonas exercuerit: id uerò
C indignum eſſe, Alexãdri & Philippi præſtantiſsimos milites tot exanicla-
tatis ærumnis in ſenectute priuari laborum præmijs, cibumq; ab alijs pe-
tere, uxores eorum tertiam iam noctem cum hoſtibus concumbere. Si-
mulq; accelerato itinere abducebatur. Sed Antigonus turbam metuens,
(nemo enim in caſtris remanſerat) decem præſtantiſsimos elephantos
emiſit, multosq; haſtatos Medos & Parthos, qui multitudinem reprime-
rent. Adductum uerecundia priſtinæ amicitię & conſuetudinis aſpicere
non ſuſtinuit: quærentibus ijs quib. erat traditus, quomodo tractari cum
uellet, ut elephantum, ut leonem, reſpondit. Paulo tamen pòſt miſeratio-
ne motus, grauiora ei uincula detrahi iuſsit, puerumq; qui inungeret ex
domeſticis eius admitti, itemq; amicos qui colloqui uellent, aut alimenta
adferre. Deliberãs inde de eo per aliquot dies, ſermones & promiſsiones
Nearchi Cretẽſis, & filij ſui Demetrij admiſit, qui ſaluum Eumenẽ cupie
bant, reliquis uno ore necẽ eius urgentibus. Ferunt Eumenẽ ex Onomar
cho, qui cuſtodiebat ipſum, quæſiuiſſe, cur nam Antigonus hoſte ſuo po
titus, nõ aut ſtatim trucidaret, aut ingènuè dimitteret. Reſpõdiſſe eũ ſu-
perbè, nõ in prẹſentia, ſed in ipſo prœlio animo ad mortẽ parato eſſe de-

 buiſſe.

buisse. tum Eumenē: Et uerò fui, idq; ita cognosces ex ijs, qui manū contu- A
lerunt: tametsi in præstantiorē me incidi neminem. ad hæc illum: Nimirū
Mors Eumenis. ergo cùm nunc eum inueneris, tempus eius opportunū expecta. Antigonus autem, cùm Eumenem occidere statuisset, cibum ei subtrahere iussit: biduoq; aut triduo ita ad mortē ductus, cùm subitò castra essent mouenda, immisso percussore interfectus est. Corpus eius amicis cremandū Antigonus dedit, ijq; ossa lecta in argenteā urnam uxori eius & liberis remiserunt. Hunc ad modum interēpti Eumenis mortem fatum non alterius cuiusdā ducis opera ultum est, sed ipse Antigonus duces & milites argyraspides ob proditionē impios & immanes reputans, Ibyrtio Arachosiæ
Vltio. præfecto tradidit, eosq; quibuscunq; modis absumi & interfici iussit: ne quis eorum in Macedoniam redire, aut Græcum mare inspicere posset.

PLVTARCHI SERTORIVS,

[redacted]

Augustano interprete.

Casuum similitudines. MIRVM fortassis non est, si infinito temporis cursu tantaq; inconstantia fortunæ, ijdem sæpenumerò casus re- B
uoluuntur. Nā siue infinitæ sunt ei subiectæ res, ipsa materiæ copia satis causæ esse potest, cur similes aliquando effectus producantur: siue certo numero res naturales adstrictæ sunt, necesse est sæpe ab ijsdē causis eosdem effectus proficisci. Sunt qui hac euentuū similitudine oblectati, ex historijs & fama exēpla eorum colligant, quę ita fortuitò acciderūt, ut consilium uel prouidentiā causam habuisse uideantur. Verbi causa, quòd duo Atties illustres cùm fuerint, unus Syrus, alter Arcas, uterq; ab apro est interfectus: ex duobus Actæonib. unus à canibus est, alter ab amatoribus discerptus: duo Scipiones fuerunt, quorum prior Carthaginenses debellauit, posterior excidit: Ilium captum est primùm ab Hercule ob equos Laomedōtis, deinde ab Agamemnone lignei equi opera, tertiò à Charidemo, cùm equus portę illapsus eam celeriter claudendi impedimento ciuib. fuit: quòd de duarū urbium, quæ à suaueolentissimis plantis, uiola & myrrha nomen habent, Ios nimirum & Smyrna, altera natales, altera mortē Homeri suscepisse dicit. Addamus ergo licet nos illis hoc: ex præstātissimis bello ducibus, & qui maximas res dolo & calliditate gesserunt, altero oculo caruerunt Phi- C
lippus, Antigonus, Annibal, & (de quo nobis in præsentia instituit sermo) Sertorius. Is Philippo quidem abstinentior mulierū fuit, Antigono fidelior erga amicos, Annibale in hostes clementior, prudentia nulli horum secundus, fortuna omnib. inferior fuit: quæ cùm omnibus in rebus multo ei plus, quàm aperti hostes, molestiæ exhibuerit, ipse tamē Metelli sese peritiæ, Pompeij audaciæ, fortunæ Syllæ, potētiæ Romanorum (quibus se exul ipse, & barbaros aduena ducens opposuit) parem cōstituit. Huic de Græcis Eumenem maximè Cardianū comparamus. Vterq; enim imperandi, & bellū astutè gerendi peritus fuit, uterq; à suis abalienatus peregrinos duxit, uterq; uiolenta & iniusta morte perijt, ab ijs quorū opera hostes uicerat, per insidias interemptus. Q. Sertorius loco haud ignobili natus Nursiæ in Sabinis, orbus patre apud matrē uiduā (Rheæ nomē fuisse ferūt) honestè educatus fuit. Causis dicēdis ita se exercitauit, ut facūdia sibi adolescens adhuc aliqd in urbe potētiæ parauerit: sed res militiæ pręclarè gestę, à foro ad castra studiū eius trāstulerūt. Primùm cùm in Galliam Cimbri ac Teutones irrupissent, stipēdia sub Cępione faciēs, Roma-

nis

casus natura producit

A nis fusis, amisso equo & consauciato corpore Rhodanū tranauit cum thorace & scuto, uiribus corporis (quas laboribus & exercitationibus auxerat) aduerso & ualido flumine superato. Deinde ijs cum multis millibus reuersis, tantumq; terrorem obijcientibus, ut Romanū ordines tueri, & imperata facere, magnū aliquid fuerit: à Mario belli eius duce speculatū emissus, ueste Gallica usus, & sermone uulgato, quantū eius ad cōgressus subitos opus erat, barbaris se permiscuit, & quorū causa uenerat partim uisu partim auditu cognitis, ad Mariū rediit, estq; tum ab eo premijs affectus: in reliq̄ deinde bello cum multis egregijs factis suā prudentiā & audaciā declarasset, nomē apud imperatorē, fidemq; sibi parauit. Post Cimbricū bellū tribunus militū cum prætore Didio in Hispaniā, pfectus, Castulone Celtiberiæ urbe hyemauit. Hic cum barbari milites Romanos plerunq;, ut in copia rerū fit, lasciuiētes & ebrietati deditos contēnerent, auxilioq; noctu à finitimis Gyrisœnis accito per domos circūeuntes manus eis afferrent, elapsus Sertorius, conductis ijs qui ipsi quoq; urbe effugerant, mœnia ambiuit, easq; portas, per quas Gyrisœni accepti fuerant, apertas offendens, præsidio muniēs, urbem occupauit, adultosq; omnes Strategema.
B trucidauit. Tum militibus suis mandauit, ut armis suis uestibusq; positis, barbarico habitu sumpto ipsum sequerētur, ad eam urbem duxit, ex qua missi erant Castulonem qui Romanos noctu adorti fuerant. Itaq; armorum aspectu deceptis barbaris, portas apertas inuenit, inq; hominū turbam incidit, qui se ciuibus suis amicisq; re bene gesta redeuntibus occurrere putabant: quo factum, ut pleriq; à Romanis apud portas trucidarentur, reliqui seipsos tradiderūt, & diuenditi sunt. Hoc facinus magnū Sertorio per Hispaniā nomen fecit. Inde ut primùm Romam rediit, quæstor in eam quæ Pado adiacet Galliam missus est, & quidem opportuno tempore. Marsico enim bello commisso, iussus exercitum conscribere, & arma parare, celeriter id, secus quàm reliquorum iuuenum tarditas & mollicies ferret, perfecit, hominisq; strenui nomē inde reportauit. Neq; uerò ducis dignationem adeptus, militarem audaciā abiecit: sed & manu admirabilia edens facinora, & corpus periculis obijciens frequenter, alterū oculorum ex uulnere amisit. Quo ipso se maxime ostentare solebat, reliquis non semper uirtutis suæ pmia secū ferre, sed deponere monilia, hastas, coronas: sibi uerò fortitudinis suæ indicia nunquam non adesse iactans, Oculum amittit Sertorius.
C eosdemq; se uirtutis & fortunæ suæ inspectores habere. Populus quoq; dignos ei honores habuit: quippe in theatrū intrantem plausu est lætisq; acclamationibus prosecutus: id quod paucis ætate & gloria præstātibus uiris obtigit. Tribunatū uerò plebis petens, Syllæ factione uictus repulsam tulit: quæ quidem causa fuisse uidetur cur Syllā oderit. Posteaq; Marius à Sylla superatus fugit, & Sylla ad Mithridaticū bellum abiit, consulū porrò alter Octauius in Syllana sentētia perstaret, alter Cinna res nouas agitaret, Marijq; factionem iam collabentē resuscitaret: huic se Sertorius adiunxit, Octauiū præsertim segniorē cernēs, & Marij amicis nihil credētem. Cōmissa in foro inter cōsules pugna, Octauius uicit: Cinna & Sertorius cùm ad decē hominū millia amisissent, urbe discesserūt, exercituumq; qui per Italiam adhuc sparsim erant, plerisque persuadendo sibi adscitis, mox copias quibus Octauio pares essent, contraxerunt. At cùm Marius ex Africa aduectus, se Cinnæ tanquam priuatum consuli, adiungeret, reliquis recipiendum sentientibus, Sertorius contradixit: siue q; minoris se apud Cinnam autoritatis futurum metueret, postquàm bello & imperijs gestis clarior uir ei accessisset, siue ueritus, ne Marius, ut erat homo

fæuus, omnia cõfunderet uictor, ira immodica præter ius & æquum pro- A
ruens. Itaq; dicebat, sibi ut qbus in prõptu iam esset uictoria, haud multũ restare laboris: Marium, ubi receptus fuisset, societatis imperij impatientem hominem infidumq;, omnem gloriam ac potentiam sibimetipsi soli uindicaturum. Ad hæc cùm responderet Cinna, rectè quidem hæc à Sertorio dici, ueruntamen se non inuenire rationem Marij repellendi, quem ad societatẽ rerum euocasset: Ego quidem, inquit Sertorius, ipsum ultrò uenire in Italiam ratus Marium, quid ex re esset cogitaui: te uerò ne consultare quidem initiò decuit postq; is uenit, quem uenire iusseras, sed recipiendus fuit, eoq; utendum: fides em̃ data omnem deliberationem exclu-
Moderatio uictoris. dit. Ita Marius à Cinna accersitus, diuisæq; in tres partes copiæ. Confecto bello, cùm Cinna & Marius cædib. & iniurijs animũ expleret, ita ut quæ bello mala passi fuerant Romani, aurum præ istis putarẽt: Sertorius neq; trucidasse quenq; ob iram, neq; iniuria affecisse uictor fertur: imò & Marij crudelitatẽ ægrè tulisse, & Cinnã priuatim compellando deprecãdoq; moderatiorem reddidisse. Ad extremum cùm serui, quos belli socios, tyrannidis stipatores Marius habebat, & numerũ eorũ uiresq; auxerat, multa iniussu eius in dominos uiolẽter & libidinosè cõmitterent, ipsos necan- B
tes, uxorib. eorũ & liberis stupra inferẽtes: tolerari porrò eorũ maliciã nõ posse ratus Sertorius, uniuersos (erãt autem haud pauciores quatuor millibus) eodem in loco castrametatos iaculis confecit. Mario mortuo, neq; ita diu pòst Cinna interfecto, Marius iunior inuito Sertorio cõsulatũ cõtra leges inuaserat, Carbones, Norbani, & Scipiones malè cõtra Syllã aduentantem pugnauerãt, res partim ignauia & mollicie ducũ, partim proditione peribãt: Sertorij nullus interim erat usus, rebus ad exitiũ uergẽtibus, eo q; qui plus possent, minùs sapiebant: ad extremũ Sylla castris Scipioni oppositis, spe pacis lactato eo exercitũ corrupit, & ad se traduxit,
Fuga in Hispaniam. cùm id Sertorius frustrà prædixisset, futurumq; demonstrasset Scipioni. His motus Sertorius, rebus urbanis planè desperatis, in Hispaniã cõtendit, ut si eam obtinuisset, partiũ suarũ hominibus aduersam fortunã passis refugium esset. Cæterùm tempestatibus grauibus iactatus, cùm in montanis locis transitum à barbaris cogeretur precio redemere, indignantib. suis, indignamq; rem ferentibus, quòd Romanus proconsul barbaris nebulonibus stipendiarius esset: nulla ipse eius quæ apparebat turpitudinis habita ratione, tempusq; se, quo nihil carius esse homini magnam rem af- C
fectãti posiit, redimere testatus, barbaros pecunia deleniuit, Hispaniaq; properãdo potitus est. Ibi cùm in suam potestatẽ accepisset populos multitudine quidem & uiribus florentes, sed auaricia & libidine ducũ, quos subinde eò miserant Romani, ita uexatos, ut animi eorum ab omni imperio ferendo alieni essent: potentes colloquijs, populos tributorum remissione, & præsertim ab hospitio militibus præbendo eos liberando, sibi cõciliauit. in suburbanis enim eos sibi tabernacula figere iussit, primusq; omnium ipse id fecit. Neque tamen omnia sua in barbarorum beneuolentia reposuit: sed Romanos qui in Hispaniam migrauerant, qui ætate erant ualida armauit, machinásque uarias, & triremes fabricans, urbes obtinuit, in pace mansuetum sese omnibus exhibens, terribilémque apparatu hostibus. Vt uerò cognouit Syllam Roma potitum, ac de Marij & Carbonis factione actum esse: missum iri statim contra se ducem exercitúmque existimans, Pyrenæos montes obsedit, misso eò Liuio Salinatore cum sex millibus legionariorum militum. Paulo pòst C. Annius à Sylla missus, cùm Liuium deijci de præsidio posse

desperaret,

A deſperaret, ad radices Pyrenæi animi incertus conſedit. Sed cùm Calpur
nius cognomento Lanarius quidã Liuium per dolum necaſſet, militesꝗ *Fuga Sertorij ex Hiſpania.*
fuga Pyrenæi deſeruiſſent, Annius mõtibus ſuperatis magna cum manu
obuijs quibusꝗ ſecum acceptis contra Sertorium proficiſcebatur. Serto
rius autem pugnæ conſerendæ impar cum tribus millibus Carthaginem
nouam aufugit: indeꝗ conſcenſis nauibus ad eam Africæ partem, quæ
Mauruſia dicitur, traiecit. Ibi cum barbari milites nullo ordine aquatum
progreſſos adorti, permultos eorũ occidiſſent, rurſus in Hiſpaniam naui
gauit, repulſusꝗ à littore, nauibus prędatorijs Cilicijs ad ſe uenientibus,
Pityuſam inſulam aggreſſus eſt, Annijꝗ præſidio eiecto obtinuit. Paulo 3
pòſt eodem Annius cum nauibus multis, & armatorum quinꝗ millibus
aduenit. Cum eo Sertorius, tametſi leuibus, & non ad robur, ſed ad cele
ritatẽ paratis uteretur nauibus nauali prœlio decernere ſtatuit: ſed cùm
Zephyrus mare exagitaſſet ualidus, multasꝗ eius naues, ut erant uiles,
obliquas ad littorũ crepidines diſieciſſet, ipſe mari ui tẽpeſtatis, terra ho
ſtium armis prohibitus decem integros dies cum paucis nauigijs in an-
choris aduerſo fluctu, aſperoꝗ ęſtu ſtetit, ęgreꝗ perdurauit. Remittente
B uento ad ſparſas in mare quaſdã inſulas aqua carentes delatus eſt: indeꝗ
rurſus ſoluit, & per Gaditanum fretum uectus, à dextro latere Hiſpaniã
aggreſſus eſt, paulo ſupra Bætis fluuij oſtia: qui fluuius in Atlanticũ mare
excurrens, Hiſpaniæ finitimæ ſibi Bæticæ cognomentũ dedit. Ibi nautæ
quidam ei occurrunt, qui nuper ex Atlanticis inſulis redierant. Duæ ſunt
inſulæ, ſtricto admodum freto diſiunctæ, decem ſtadiorum millibus ab
Africa remotæ: eædemꝗ inſulæ beatorũ ſeu Fortunatæ dicuntur. Imbri- *Fortunatæ inſulæ.*
bus modicis, idꝗ raro, rigantur, plerunꝗ lenibus & roſcidis uentis per-
flatæ, non arationi modo & plantationi fertilem terram præbent, ſed &
ultrò fruges effundunt, quæ ſua & copia & dulcedine ſufficiant ad alen-
dum ocioſum & nullis negocijs deditũ populũ. Aër innoxius eſt, anniꝗ
tempeſtates mediocri mutatione ijs in inſulis uariantˉ. Etenim qui uerſus
eas partes à terra feruntur Boreæ, & ſubſolani, cùm in uaſtum ob longitu
dinem diſtantiæ incidant locum, diſsipantur, & antequam eò perferantˉ,
cõcidunt: Cauri aũt & Zephyri qui ab alto circumflãt, pluuias à mari mo
dicas rarasꝗ infundunt, plerunꝗ humectis ſerenitatibus refrigerãt, inco
lasꝗ placidè alunt. Itaꝗ usꝗ ad barbaros etiã cõſtans & probata percre-
C buit opinio, eſſe illis in inſulis Elyſios iſtos campos, & beatorum, quam
deſcripſit Homerus, habitationem. His de rebus ut percepit auditu Ser-
torius, mirabilis eum inuaſit amor eas inſulas incolẽdi, tyrãnideꝗ & bel-
lis euitatis in pace & quiete uiuendi. Quod ubi ſenſerunt Cilices, qui nõ
quietẽ & pacem, ſed diuitias & ſpolia expeterent, in Africã auecti ſunt, ut
Aſcaliũ Iphthæ F. in Mauruſiæ regnũ reſtituerent. Neꝗ elanguit ob hoc
Sertorius, ſed Aſcalij hoſtibus opitulari ſtatuit, ut milites ſui noua oblata
ſpe, & rerum gerendarũ occaſione ſecũ manerent, neꝗ incerti quid age-
rent à ſe dilaberentˉ. Pergratus fuit Mauruſiis eius aduentus: & rem agreſ-
ſus ipſam, Aſcaliũ pugna uictũ in obſidione habuit. Et cùm Sylla Paccia-
cum cum exercitu miſiſſet, uti Aſcalio opem ferret, Sertorius pugna com
miſſa, Pacciacũ occidit, uictorꝗ exercitũ eius ad ſe traduxit, Tigẽnamꝗ
urbẽ, in quam Aſcalius cõfugerat cum fratribus, expugnauit. Ibi Antæũ
ſepultũ Afri narrãt: & Sertorius cùm barbaris tantã corporis eius molem *Antæi ſepulcrum.*
perhibentib. fidem nõ haberet, effoſſo monumento corpus ſexaginta (ut
aiunt) cubitorũ inueniens, obſtupuit, hoſtiaꝗ mactata ſepulcrũ inſtaura
uit, honoresꝗ & famã Antæi auxit. Perhibẽt Tigennitæ Antæo mortuo, 4
Hercu-

Herculem cum Tingi uxore eius corpus miscuisse: inde natū Syphacem A
regem eius fuisse regionis, & urbem matri cognominem condidisse: Syphaci filium fuisse Diodorum, qui ex Græcis eò ab Hercule deductis Olbianis & Mycenæis exercitu contracto, multas Africas gentes subegerit. Quæ quidem gratiæ data sint Iubæ, quo nemo regum alius fuit historiarū peritior: huius enim maiores à Diodoro & Syphace genus traxisse creduntur. Sertorius urbe potitus, qui deprecabantur, seq́ fidei eius traderent, nullo maleficio affecit, sed & pecuniam, & urbes, & magistratus ijs reddidit, ab ijsq́ ultrò dantibus quæ necesse erat accepit. Inde quò se uerteret deliberantem Lusitani uocauerunt, missis ad eum qui imperium deferrent legatis. Nam & duce ad bellū quod à Romanis imminebat magna autoritate & peritia prædito indigebāt: & soli ei se credebant, cuius de moribus ex ijs qui unà fuissent cognouerant. Sertorium quidem memoriæ proditum est neq́ uoluptati, neq́ metui obnoxio ingenio fuisse: natura & imperterritum rebus aduersis, & qui res secundas mediocriter ferret: neminem eo tempore ducem magis aperta prœlia uitasse: callidissimum uerò furtiuis belli operibus in occupandis locis natura munitis, & fluminibus traijciendis, alijsq́ id genus rebus quæ celeritate, astutia, & B
mendacio conficiunt: perliberalem in præmijs uirtutum conferendis, in supplicijs moderatū. Quāquam extremo uitæ suæ cursu uidetur id quod in obsides statuit, ostendisse animum eius nō uerè mansuetum fuisse, sed crudelitatem eius arte quadam necessitatis causa fuisse celatam. Mihi autem ut ueram uirtutem rectaq́ ratione stabilitam, nunquam uidetur fortunæ uis in contrarium posse cōuertere: ita consilia tamen aliàs recta bonasq́ naturas indignè grauibus calamitatibus afflictas non absurdū puto credere unà cum fortuna mutari. Id quod ego tum Sertorio accidisse puto, iam fortuna eum destituente, rebusq́ ipsis exasperatum iniurias malorum atrociùs ultum arbitror. Enimuerò quo dixi tempore à Lusitanis uocatus, Africa relicta ad eos se contulit, statimq́ & ipsos creatus plena cum potestate imperator composuit, & uicinam Hispaniam in suam potestatem redegit: plerisq́ ultrò se ei adiungentibus, clemētia ipsius & strenuitate illectis: multos quoq́ ipse fraude & arte quadam sibi conciliauit. Cuius generis potissimum est illud de cerua commentum: res ita habet. Spanus quidam, unus de agresti hominum plebe, cùm in ceruam incidisset quæ recens à partu uenatores instantes fugiebat, ipsam quidem C
assequi nō potuit: hinnuleum uerò, coloris nouitatem (totus enim albus erat) miratus, persecutus est & cepit. Fortè tum ijs in locis Sertorius commorabatur, quidquid ex uenatione aut ruris frugibus ad se afferretur, grato animo accipiens, colentibusq́ se amicè & benignè gratiam referens: ei dono hinnulum istum Spanus attulit. Acceptus mediocriter initiò Sertorium delectauit: progressu temporis ita cicurem & sui amantem fecit, ut & uocātis uocem sentiret, & unà quò duceret iret, & tumultū omnem militarem perferre adsuesceret. Exinde diuinitatem rei cōmentus, ceruā istam à Diana sibi dono datam, multasq́ res occultas sibi indicare dixit: quippe natùra animos barbarorum eos esse, qui facilè religione obiecta deciperentur, intelligens. Auxit hanc opinionē alio astu. Quoties eñ hostes in agrum Lusitanū impressionē fecisse occultis nuncijs percepisset, aut urbes ad defectionem solicitasse, in somnis locutam sibi ceruā aiebat, ac monuisse ut paratum exercitum haberet. Rursus si de uictoria alicuius suorum ducum cognouisset, occultato rei nuncio, ceruam coronatā læti nuncij causa aperiēdi produxit, bono animo suos esse, dijsq́ sacra facere; ut qui

Iuba.

Ingeniū Sertorij.

Cerua Sertorij.

A ut q lætũ aliqd mox essent audituri, iubẽs. Hoc modo illis cicuratis, ad o-
mnia negocia moderatiorib. usus est, ut qui nõ alienigenæ hominis cõsi-
lio, sed diuino duci se crederẽt. Videbat̃ & ipse rerũ successus hoc testari,
cum ꝑter spem & rationẽ copiæ augerent̃. Etenim cum bis mille sexcẽtis Successus.
uiris, quos Romanos appellauerat, admixtisq; Afris septingẽtis, in Lusi-
taniã peruenerat: à Lusitanis scutatos quatuor millia, & septingentos eq-
tes acceperat. His instructus copijs cõtra quatuor Romanos duces bellũ
sustinebat, qui sub se habebãt c x x peditũ, sex equitũ, duo sagittariorũ &
funditorum millia, urbes uerò innumeras: cùm Sertorius ab initio uiginti
tãtùm urbes obtineret. Et à tam imbecilli tamen is, paruoq; principio, nõ
gentes modò magnas superauit, urbesq; multas cepit: sed aduersæ partis
duces, Cottã in freto ad Mellariã naumachia uicit, Didiũ Bæticæ præfe-
ctũ ad Bætin flumẽ superauit, cæsis Romanorũ duob. millibus: Domitiũ
& Lusiũ alterius Hispaniæ præfectũ quęstoris sui opera fudit, Toranium 5
aliũ ducẽ à Metello missum cum copijs deleuit. Ipsum quidẽ Metellũ, quo
eo tẽpore maior inter Romanos aut laudatior fuit nemo, tot cladib. affe-
cit, coq; compulit, ut Lollius ex Narbonensi Gallia auxilio ei uenerit, &
B Pompeius Magnus celeriter cum copijs contra Sertorium Roma missus Metelli difficultates.
fuerit. Neq; enĩ erat quo se Metellus uerteret, bellum gerẽs cõtra hominẽ
audacem, & qui omnem iustam pugnã subterfugiens, facillimè se quasuis
in partes mutaret, leuitate & agilitate Hispaniensis exercitus adiutus.
cùm quidem Metellus armis iustaq; acie decertare peritus, grauẽ & col-
lato pede pugnare, manumq; conferentes hostes pellere & sternere do-
ctum exercitum duceret, montes autem scãdere, & continuò fugientem
hostem uagum insequi, famemq; & uictum absq; igne & tentorijs (quod
Hispani solebant) tolerare minimè doctum. Ad hæc Metellus tum ætate
prouectior post graues longosq; labores iam nõnihil ad molliorẽ & de-
licatam uitã inclinauerat. Sertorius & iuueniles spiritus, & corpus robo-
re, celeritate, patientiaq; tenuis uictus ad miraculum usq; duratum habe-
bat. Etenim ne in summo quidem ocio ebrietati indulgebat, ingentes la-
bores, longa itinera, & cõtinentes insomnias exiguo cum alimento, coq;
usli perferre adsueuerat: perpetuis autẽ oberrationibus, & uenationibus
per ociũ deditus, summã locorũ, quibus uel fugiens euadere, uel instans
circũuenire, & tam accessorũ quàm inuiorũ peritiam sibi parauerat. Itaq;
C Metellus pugnę sibi copia nõ data ea perpetiebat̃ incõmoda, quæ uictis
aliogn accidũt: Sertorius fugiẽs, insequentium cõmoditatib. fruebat̃. nã
& aquatione & frumẽtatione excludebat hostẽ, & ꝓgredientẽ impedie-
bat, castris se cõtinẽti insultabat, obsidentẽ alios subitò adueniens neces-
sariarũ rerũ inopia oppugnabat. Quo fiebat, ut milites Metelli animũ de-
spõderent, & cùm ad singularẽ pugnã eum Sertorius ꝓuocaret, cõgredi
imperatorẽ cum imperatore, Romanũ cum Romano iuberẽt, detrectan-
temq; deriderẽt. Verùm hic prudẽter qdem eos despexit. Duce enim di-
gnã mortẽ (ut ait Theophrastus) dux oppetere debet, nõ leuis alicuius ar-
migeri. Cernẽs autẽ Lagobritas, qui multũ Sertorio auxilij ferebãt, siti fa-
cile expugnari posse, (unũ enĩ tantũ in urbe habebãt puteũ, & q̃ in subur- Lagobritũ obsidio.
urbanis erãt, adq; mœnia aquę, ijs potiturus is q obsideret uidebat̃) ad ur-
bẽ accessit, ratus ob aquæ defectũ eam se bidui spacio capturũ: atq; ideò
tantùm quinq; dierũ cibaria milites suos ferre secũ iussit. At Sertorius ut
celerrimè suis opitularetur, bis mille utres aqua impleri iussit, in singulos
magna pecunia erogata: multisq; Hispanis, multis Mauritanis id ministe-
rium in se recipientibus, uiros robustos & celeres cursu delegit, q aquam

eam

cam per montana in urbem deferrent, traditisq; utribus imbellem turbã A
secum abducerent, ut potius defensoribus urbis sufficeret. Metellus cum
ea de re esset ad se renunciatum, grauiter ferens, quòd iam tum milites ci-
baria sua ab sumpserant, Aquilium cum sex millibus frumentatum emisit.
Id sentiens Sertorius, iter insidijs insedit, reuertentiq; Aquilio tria uirûm
millia ex obscura quadam ualle immisit, & ipse à fronte adortus hostium
agmen fudit, partimq; interfecit, partim cepit. Aquilium autem Metellus
armis equoq; amissis ad se reuersum cùm accepisset, discessit ab urbe non
sine dedecore, multùm eum Hispanis subsannantibus. Cùm hæc miram
Sertorij admirationem amoremq; apud barbaros excitauere, tum quòd
Romana armatura, ordinibus, tesseris q; suos instruẽs, insanamq; illam &
belluinam roboris fiduciam diminuens, copias suas de magna latronum
manu exercitum redegit: ad hæc argento & auro liberaliter dato galeas
eorũ & scuta exornauit, chlamydibusq; pictis & togis uti docens, & ad
hæc sumptus præbens, populi fauorem sibi conciliauit. Maximè autẽ om
niũ puerorũ eos institutio cepit. Nobilissimos enim ex omnib. Hispaniæ
populis pueros Oscam, quæ est ampla urbs, cõducens, præceptores, qui
eos Græcis Latinisq; disciplinis informarent, cõstituit, cumq; eos uerbo B
obsides haberet, reipsa educauit ita, uti in uiros adultis ius Romanę ciui-
tatis daret, adq; magistratus admitteret. Mirificè autem lętabantur parẽ-
tes, cùm filios suos pretextatos uiderent, admodumq; ornatè ad scholam
commeantes, Sertorium pro ijs mercedem soluẽtem, sępe periculum de
eorum profectibus facientem, dona dignis, & bullas donantem. Porrò
cùm moris esset Hispanici, ut qui circa imperatorem uersantur in bello
se cum eo unà morituros uoueant, (quod illi deuotionem appellant) pau
ci admodum stipatores & socij reliquis ducibus, Sertorio permulta mil-
lia huiusmodi soldurio rum comitabantur. Ac ferunt apud quandam ur-
bem fuso Sertorij exercitu, hostibusq; urgentibus, Hispanos suis corpo-
ribus neglectis, solius Sertorij saluti intentos fuisse, eumq; alium alij hu-
meris sublatum tantisper tradidisse, dum in murũ attolleretur: ita demum
saluo imperatore, eos fugã pro se quenq; fecisse. Neq; Hispani modò, sed
& Italiani milites ita eum desiderabãt. Etenim cùm Perpena Vento Ser-
torianæ factionis socius, in Hispaniam magna cum ui pecuniæ, ualidoq;
exercitu uenisset, statuissetq; per se bellum contra Metellum gerere: in-
dignè id milites tulerunt, multaq; erat in castris de Sertorio mentio, Per- C
pennę molesta, nobilitate generis & opibus tumenti. Sed postquam Põ-
peium transcendere Pyrenęos mõtes auditum est, milites arreptis armis
legionumq; signis, Perpennam magno clamore postulabãt, uti se ad Ser-
torium duceret, minati, ni fecisset, ipsos ad eum transituros, uirum qui &
sibi & alijs saluti esse posset. Concessit itaq; Perpenna, & cum quinqua-
ginta tribus (ijs enim exercitus eius cõstabat) cohortibus Sertorio se ad-
iunxit. Sertorius, cùm omnes ferè qui sunt intra Iberũ amnẽ populi ei ac-
cessissent, magnã secum habebat multitudinem, alijq; subinde ad eum
undiq; confluebant: barbarica tamen eum confusio, & temeritas suorum
perturbabat, aggredi hostes iubentium, moramq; ægrè ferẽtium. Cui rei
cùm sermone mederi conatus nihil ꝓficeret, importuneq; Hispanos pu-
gnandi facultatem extorquere uideret: uti in posterum ipsos dicto audi-
entiores haberet, passus est cum hoste congredi, ab eoq; nõ quidem pror
sus opprimi, plagas tamen accipere: quod cùm ita, uti cogitauerat, acci-
disset, auxilium tulit, fugientesq; tutò in castra perduxit. Vtq; protinus
illorum animos excitaret, paucis pòst diebus uniuerso in concionem ad-
uocato

Romana barbarorũ institutio.

Perpennæ milites.

Vt suorum temeritatẽ represserit.

A uocato exercitu, equos introduxit duos, alterum imbecillem iam & senem, alterum ualidum magnumq; & cauda ad miraculum usq; densa pulcraq; insignem: adstabat porrò uetulo uir ingens & robustus, robusto alius paruulus, & imbecillis. Vt signum est datum, robustus imbecillis equi caudam utraq; manu appræhendit, uti eam extraheret, magnaq; ui ad se traxit: inualidus uerò singulatim caudæ robusti equi pilos euellit. Cùm prior multum diuq; frustrà laborasset, risumq; spectatoribus multum mouisset, infirmus autem alter breui temporis momento, nulloq; labore caudam ualidioris equi pilis nudasset, in medium progressus Sertorius: Videtisne, inquit, commilitones, perseuerantiam ui esse efficaciorem? multaq; quæ uno impetu confici non possunt, paulatim posse. Est enim adsiduitatis uis inuicta, qua omnem superat, excinditq; potentiam tempus, quod plurimum auxilij fert ijs, qui prudenter occasionem captant: idemq; tempus infestißimum ijs est, qui importuna festinatione utuntur. Hunc ad modum Sertorius subinde quod ad confirmandos barbarorum animos faceret comminiscens, tempus trahebat. Inter opera eius militaria id quoq; cum primis admirationem meruit. Characitani populus est supra Tagum flumen, non pagos, non oppida incolens, sed ingentem excelsumq; collem, qui antra & speluncas multas Septentrionibus obuersas habet: quæ subiacet ei regio, lutum argillæ simile, terramq; quæ præ raritate facilè in puluerem diminuatur habet: eaq; nec uestigijs incedentium resistit, paulumq; modò pedibus subacta calcis instar aut cineris puluerem effert. Barbari ergo quoties belli metu in antra sua subijssent, eoq; prędã abdidissent, quieti & captiuitatis securi degebant. Enimuerò Sertorius eo tẽpore à Metello cùm se remouisset, propeq; eum collem castra fecisset, siue iratus se tanq; uictum à barbaris contemni, siue ne fugisse uideretur, summo mane speculatum loci eius naturam iuit. Quem cùm inaccessum uideret, minitans tantùm barbaris oberrabat. Interim conspicit à terra uersum eos magnam uim pulueris à uento incitari. Nam (ut ostendi) antra Boream spectabant, & uentus qui ab Septentrionibus perflat (Cæciam nonnulli uocant) maximè omninm uentorum eò incumbit, ex humidis campis & niualibus montibus perspirans: tum quoque adulta iam æstate inualuerat, auctusq; frigore de glaciei resolutione suauißimum flabat, ipsosq; & pecora interdiu refrigerabat. Hæc Sertorius C partim ipse conijciens, partim ab incolis edoctus, militibus mandauit ut ex rara ista & cineris simili terra e regione collis aggerem comportarent. Eum oppugnandi causa barbari cõgeri putantes, irridebant Sertorium: atq; is nocte appetente ab opere milites in castra reduxit. Sub auroram, initiò lenis aura spirauit, quæ tenuißimas congesti aggeris partes ueluti spumam latè differret: inde unà cum Sole uehemẽs Cæcias coortus cùm colles puluere aspergeret, milites Sertoriani & puluerem subruerunt, & aggerem concusserunt, quidam etiam equis per eam planiciem discurrentes, puluerem excitabant. Ventus excitatũ corripuit, & ad habitationes barbarorum impulit, quæ forib. accipiebant Cæciam. Ita fiebat, quoniam ab ea parte aërem speluncæ accipiebant, quæ uento patebat, ut statim barbarorum oculis caligo offunderetur, statimq; spirandi facultas præfocaretur, aspero aëre cum multo puluere faucib. attracto. Itaq; cùm per biduum ægrè id tulissent, Sertorio se dediderunt, non tantum ei uirium apponentes, quantum gloriæ, quòd is quæ armis capi nequissent, prudentia expugnasset. Enimuerò quandiu contra Metellum bellum gessit, uisus fuit eo superior esse, quod Metellus senex, & natura tardus,

Characitani astu expugnati.

homini audaci & latronum potius quàm militum manu stipato par non A
esset. At posteaquam Pompeio etiam montes Pyrenæos transgresso ca-
stra opposuit, omnibusq; cum eo imperatorijs artibus decertans, insi-
dias machinãdo uitandoq; superior fuit, Romam usq; ingens se eius glo-
ria extulit, peritissimumq; belli ducum fama celebrauit. Neque enim par-
uum erat Pompeij nomen, maximeq; tum florebat laude rerum sub Sylla
gestarum, propter quas & Magnus fuerat ab ipso Sylla cognominatus, &
triumphi honore imberbis etiamnum affectus: multæq; urbes iam à Ser-
Lauronem præsente Pompeio capit.
torio ad eum deficere cogitabant, nisi eas insperata Lauronis calamitas
deterruisset. Obsidente eam urbem Sertorio, Pompeius auxilio Lauro-
nensibus cum toto exercitu profectus est. Erat collis, quem cùm occupa
re, ut ad oppugnandam urbem commodum, Sertorius cuperet, properè
exercitum Pompeius ad id prohibendum duxit: cumq; præuenisset Ser-
torius, exercitum Pompeius iuxtà collocauit, gaudens eo euentu, ut qui
Sertorium in medio inter urbem & hostilia castra deprehensum putaret:
itaq; & oppidanos missis nuncijs bono iussit esse animo, & de muris ob-
sidione cinctũ Sertoriũ intueri. Sertorius eo audito, risit, seq; ostensurum
Syllæ discipulo (ita enim Pompeium per iocum uocabat) dixit, impera- B
toris esse à tergo magis quàm à fronte prospicere. Simul & ijs quos in ob-
sidione habebat, demonstrauit se in prioribus castris, ex quibus ad occu-
pandum collem profectus erat, sex millia armatorum reliquisse, qui in
ipsos cõuersum Pompeium à tergo adorirentur. Id quod Pompeius serò
tandẽ deprehendens, metu ne circumueniretur inuadere hostem nõ au-
sus, relinquere uerò in periculo constitutos Lauronenses turpe ducens,
præsens ociosèq; adsidens inspicere eorũ interitum coactus est. Barbari
enim re desperata, Sertorio se dediderunt. Atq; is oppidanis pepercit, di-
missisq; omnibus urbem incendit: non ira quidem adductus, aut crudeli
tate, (his enim minimè omnium imperatorũ ille indulsit) sed ut ijs qui ma
gni fecissent Pompeium, pudorem & dolorẽ obijceret, utq; fama per bar
baros uagaretur, Pompeium cùm ita in propinquo esset, ut tantùm non
incalesceret incendio sociorum, nihil opis attulisse. Clades aũt Sertorius
aliquot accepit, uitio suorum legatorum, cùm seipsum eosq; quos habe-
bat secum semper inuictos seruaret: sed plus admirationis corrigẽdo ac-
cepta damna, quam uictoria aduersarij duces, meruit. Cuius rei exempla
7 sunt, prœlium apud Sucronem cum Pompeio, & rursus ad Duriam cum C
eo simul & Metello depugnatum. Pugna ad Sucronem commissa fertur,
Pugna ad Sucronem.
Pompeio accelerante, ne in partem uictoriæ Metellus ueniret. Sertorius
quoq; paratus decernere antè quàm hic se Pompeio coniunxisset, adue-
sperascente iam in aciem eduxit, ratus hostibus peregrinis & locorũ igna
ris, tenebras & fugæ & insecutionis impedimentum futurum. Conserto
prœlio, ipse quidem ab initio non Pompeio fuerat, sed Afranio læuum
cornu tuenti oppositus: audito tamen sinistrũ suum cornu, in quod Pom
peius pugnabat, urgeri & uinci, dextro alijs mandato ducibus, laboranti
alteri succurrit, suosq; ibi partim iam cedẽtes, partim adhuc ordines suos
tuentes conducens dictisq; cõfirmans, in Pompeiũ pulsis iam instantem
se conuertit, agmenq; eius in fugam coniecit. Ea quidẽ tanta fuit, ut Pom
peius ipse uix mortem euaserit, sauciatusq; præter spem manus hostium
effugerit. Afri enim Sertorium comitantes, cùm in equum Pompeij inci-
dissent auro exornatum, phalerasq; magni precij gestantẽ, dum de diui-
sione eius prædæ contendunt, ipsum de manib. emiserunt. Afranius aũt
sibi obiectos, simul atq; in alterũ cornu transijt Sertorius, fudit & in castra
compulit,

A compulit, eodemq; impetu irruptione facta, ea diripuit, cùm iam tenebræ ingruissent: nescius Pompeium fugatum, neq; milites à direptione cohibere ualens. Interim Sertorius parta sua à parte uictoria reuersus, Afranianos nullo ordine uagantes subitò inuasit, multosq; eorum interfecit. Postridie rursum in aciem eduxit. Sed cùm sensisset Metellum in propinquo esse, absq; prœlio in castra rediit, Ego uerò, inquiens, puerum istum uerberib. castigatum Romam remissurus fui, nisi uetula ista interuenisset. Grauiter autē dolebat eam, de qua diximus, ceruam nusquam apparere: priuatus ēm erat miro quodam artificio, quo & antè apud barbaros usus erat, & nunc maximè ad confirmandos eorum animos illo opus habebat. Verùm quidam per noctem temerè uagantes in eam inciderunt, cognitamq; ex colore ceperunt. Ea re percepta Sertorius, iis qui cepissent multum pecuniæ pollicitus, siquidē rem silentio texissent, ipse ceruam abdidit: & paucos post dies hilari admodum uultu ad tribunal processit, Hispanis ducib. indicans, magnum aliquod bonum sibi per insomniū à Diis promissum: inde conscenso tribunali, responsa dedit. At cerua ab iis qui eam in propinquo adseruabant, emissa, cùm Sertorium conspexisset, læta *Cerua amissa, & recepta.*
B ad tribunal accurrit, adstansq; caput genib. eius imposuit, & ore dextrā attigit: id quod facere iam olim erat adsuefacta. Sertorius blandè eam accepit, ac nonnihil etiam illacrumauit: qua re obstupuerunt primùm concio, deinde imperatorē cum lætis acclamationib. & plausu in prætorium deducentes, ut diuinum, Diisq; charum hominē, bono animo erant, omniaq; prospera sperabant. Præterea in Saguntinis campis cùm hostes in 8 summas cōiecisset difficultates, prædandi & frumentādi causa progressis eis coactus fuit prœlium conserere. Præclarè utraq; à parte pugnatū est, *Pugna.* & Memmius Pompeii legatorū optimus bello, in ipso pugnæ uigore cecidit: Sertorius autē cùm præualeret, multa eorum qui adhuc ordinib. seruatis resistebant cæde in ipsum Metellum impetū fecit, atq; is præter ætatem subsistens, dum egregiè pugnat, hasta feritur. Hoc cùm partim uidissent, partim inaudiuissent Romani, turpe arbitrati ducem suum deserere, hostibusq; irati, acto cuneo barbaros summa ui repulerunt. Sic uictoria ad Romanos inclinante, Sertorius ut & suis tutam fugā redderet, & ipse quietus expectare dum conuenirent aliæ copiæ posset, in montanam ualidamq; urbem effugit, eius muros muniit, portas obstruxit. Neque uerò quicq; minùs, quàm obsidionem sufferre statuerat: sed eo hostem deci-
C piebat, qui obsidione urbem cingēs facilimè se eam capturum sperabat, interimq; & elabi barbaros à pugna fugientes patiebatur, & exercitum *Strategema.* alium Sertorio colligi non prohibebat. Etenim contrahebat interea nouas copias dimissis ad urbes legatis, mandatoq;, ut ubi primùm multi cōuenissent, ipsum missis nunciis certiorē facerent. Nuncio, uti præceperat, misso, facta absq; ullo labore per hostes eruptione, ad exercitū peruenit: uiribusq; reparatis hostes commeatu interclusit: à terra quidem insidiis & circuitionibus, & celeri ad quæuis loca profectione: à mari uerò, nauibus prædatoriis oram obtinens. Coactiq; sunt tandem Romani duces in diuersas partes abire. Metellus Galliā petiit: Pompeius difficulter apud Vacceos hyemauit, ob inopiam ad Senatum scribens, se, nisi pecuniā misissent, exercitum abducturū: iam enim se dum pro Italia bellum gereret, omnem suam rem familiarem cōsumpsisse. Romæq; frequenter dicebatur, citiùs Sertorium q̃ Pompeium in Italiam aduenturum. eò tum præstantissimos Romanorū duces suis artib. Sertorius redegerat. Neq; obscurè tulit Metellus, q̃ magni eum uirū faceret. Edixit enim, si quis Romanus

ciuis Sertorium occidisset, ei se centum argenti talēta, & uiginti millia iugerûm agri daturum: sin exul, reditum in patriam. quippe desperans aperto Marte uinci posse, proditione tollere Sertoriũ cupiebat. Idem cùm pugna aliquando Sertorium uicisset, tantũ sibi arrogauit, ut imperatoris nomen sumpserit, circum urbes proficiscens sacrificijs se & supplicationib. excipi uoluerit, coronari quoq; se passus (uti aiunt) sit, splendidioribusq; accipi cœnis, in quib. potaret ueste triumphali amictus: ducebantur unà Victoriæ quæ artificioso motu currentib. instrumentis trophæa & coronas gestarent: chorìq; puerorum & mulierum carmina uictoriæ eius gratulantia canebant. Ridiculus profectò Metellus, qui Syllæ fugitiuum, & reliquias Carboniani exilij Sertoriũ nominans, tanto gaudio fastuq; elatus fuerit, quòd eum cedētem superasset. Contrà magni animi Sertorius facinora edidit, qui exulantes Roma senatores, & secum agentes, Senatum appellauit, ex ijsq; quæstores & prætores creauit: omniaq; id genus alia Romano more instituit: qui cùm Hispanorum armis, pecunia, urbibusq; Hispanorum uteretur, non modò re, sed ne uerbo quidē de summa eis potestate concessit, sed Romanos eis duces magistratusq; præfeciturt qui non illis uires contra Romanos adderet, sed eorum opera Romanos in libertatem assereret. Miro enim patriæ amore tenebatur, reditumq; in eam magnoperè desiderabat. Atq; ideo aduersis rebus fortem se præbebat, ac nunq; hostibus humilem se aut abiecti animi ostendebat. Quoties autem uictoria potiretur, Metello & Pompeio missis legatis indicabat, se paratum esse arma deponere, redituq; in patriam cōcesso, priuatam uitam agere: malle enim se Romæ ciuium omnium obscurissimum, quam in exilio omnium aliorum imperatorē esse. Traditum est, haud minimam ei causam, cur tantoperè patriam desideraret, matrem fuisse, à qua, pupillus educatus ab ea, totus pendebat. Nam & uocatus ab amicis in Hispaniam ad belli summā administrandā, cùm de obitu matris cognouisset, parum absuit, quin præ mœrore uita defungeretur: septem quidem integros dies ita iacuit, ut neq; militib. tesseram daret, neq; ab ullo amicorum conspiceretur: difficulterq; collegæ tentorio circumfusi ab eo impetrauerũt, ut ad exercitum ueniret, rebusq; prosperè succedentib. uteretur. Qua de causa pleriq; eum uirum placidi ingenij, & ad pacem procliuis esse senserunt, ac qui coactus bellum administraret, impunitatemq; nō impetrans, & ab inimicis ad arma compulsus, corporis sui defendendi causa necessarium bellum suscepisset. Iam quæ cum Mithridate egit, magnanimitatem eius ipsa quoq; testantur. Quippe à Sylla uictus Mithridates, cùm quasi ad secundā luctam resurgens, denuò Asiam inuaderet, iamq; Sertorij gloria latè esset propagata, sermonibusq; de eo, tanq; mercibus peregrinis ij qui ab Occidente nauigabant Pontũ impleuissent: statuit cum eo per legatos agere: maximè adulatorũ nugis incitatus, qui Sertorium Annibali, Mithridatem Pyrrho conferentes, fieri non posse affirmabant, uti Romani tam graues cùm duces tum copias simul diuersis ex partibus inuadentes sustinere possent, ubi præstantissimus imperator maximo regi se adiunxisset. Misit itaq; in Hispaniam ad Sertorium cum literis & mandatis legatos, promittens, se naues ei & pecuniam ad bellum suppeditaturum, si Asiam (qua fœdere cum Sylla icto Romanis cesserat) omnē ipsi decerneret. Sertorius aduocato (ita enim nominauerat) Senatu, cùm acciperet reliqui conditionē, in eaq; acquiescēdum dicerent (quippe cùm pro literis & titulis inanibus ac de ijs quæ in ipsorum potestate non essent rebus, ea offerrent, quib. maximè tum opus haberēt) nequaq; tulit hoc Sertorius,

Bithy-

Metelli iactantia.

Magnanimitas Sertorij.

Amor patriæ & matris.

Sertorij cum Mithridate actio.

A B C

A Bithyniam quidem,& Cappadociam,quę iam antè sub regibus fuissent,
neq; ad Romanos quicq; pertinerent,non inuidere se Mithridati recupe
ranti dixit:quã uerò prouinciã is optimo iure à Romanis possessam inua
sisset, quã deinde pulsus à Fimbria, pace à Sylla accepta reddidisset, eã se
ab eo occupari non concessurum.neque enim se cum detrimento patriæ
uincere,sed uictorem augere patriam uelle:& generosi hominis esse,ho-
nestis rationib.uictoriam quærere,tupibus ne salutem quidem. Ad hæc
responsa Mithridates obstupuit,fertur'q; dixisse:Et quid tandẽ Sertorius
in Palatio sedens iubebit, qui nunc ad Atlanticum usq; reiectus mare fi-
nes nostro regno præscribit,Asiam'q; affectantibus bellũ minatur.Ictum
tamen est fœdus, & iuramẽto sancitum, uti Mithridates misso sibi à Ser-
torio duce & exercitu Cappadociam & Bithyniam obtineret, ut'q; Ser-
torio tria millia talentorum,& quadraginta naues pręberet.Missus est ad
Mithridatem in Asiam M.Marius,unus ex senatoribus qui ad Sertorium *Marius Sertorij legatus.*
confugerant.Cuius auxilio cùm quasdam Asiæ urbes Mithridates cepis-
set,ingredientem cum fascibus & lictorib.posterior ipse, & quasi hono-
ris gratia clientis habitu studiose adscito secutus est. Marius urbes alias
B liberas pronunciauit, alias immunes, Sertorio id acceptum ferendũ mo-
nẽs:effectum'q; eo est,ut Asia rursum à publicanis uexata,auaricia'q; & fa
stu militũ qui ibi in pręsidio erant grauata,animum ad bonã spem denuò
erigeret,imperij'q; mutationem, quæ expectabatur,optaret. At uerò in *Perpẽnæ in*
Hispania Sertoriani senatores atq; collegæ, ut primùm pares se hostibus *Sertorium*
uires nactos crediderũt,inuidia æmulatione'q; Sertorianæ potentię cor- *coniuratio.*
repti sunt. Autor fuit Perpenna,inani ob nobilitatem superbia principa-
tum affectans.Is occultè improbos apud necessarios suos sermones spar-
gebat.Quis tandem,aiebat,malus nos genius ex malis ad deteriora tran- «
stulit?Nos Syllæ,cuius imperio totus propè terrarum orbis,totum mare «
suberat,imperata facere in patria nostra dedignati,huc'q; mala nostra for «
tuna profecti,ut liberè uiueremus,ultrò seruimus, Sertoriani exilij stipa- «
tores. & nomen quidem auditoribus ridiculum gerimus, Senatorum,in- «
iurias, imperia, & labores cum Hispanis & Lusitanis eosdem toleramus. «
His pleriq; sermonib. imbuti,apertè non ausi deficere,quòd Sertorij po-
tentiam timerent,occultè rebus ipsius incommodarunt, Hispanos'q; gra
uib.supplicijs afficientes,& pecuniã quasi à Sertorio iussi exigentes defe
C ctionibus & tumultib.per urbes Hispanicas occasionem præbuerunt: q;
si qui sedatum illas turbas mittebantur, ij plurib.conturbatis bellis,& au-
cta barbarorum inobedientia reuertebãtur.Quibus malis cõmotus Ser-
torius,clementiam suam pristinam'q; humanitatem deponens,facinus il-
lud iniustum in pueros, quos Oscæ ab eo educatos fuisse demonstraui- *Obsides à*
mus,perpetrauit,alijs eorum necatis,alijs diuenditis. Perpenna cùm iam *Sertorio*
multos in cædem Sertorij coniuratos haberet, Mallium quoq; sibi adsci- *uiolantur.*
uit, unum ex ducibus. Is cum puerum quendam deperiret, ei blandiens
insidias detexit,hortatus'q; est ut spretis reliquis amatorib. sibi soli dedi-
tus esset, quippe intra paucos dies ad magnam potentiam peruenturo.
Puer alij ex amatorib. Aufidio,qui sibi charior esset,eum sermonem ape-
ruit. Aufidius perterritus,eò quòd consors eius in Sertorium cõspiratio-
nis,Mallium tamen eius socium esse ignoraret, cùm amasius Perpennam
præterea,Græcinũ, alios'q; ipsi notos cõiurationis socios proferret, per-
turbatos,uerbis apud eum sermones istos eleuauit, Mallium'q; uti nihili
faceret,futilem hominẽ monuit:ipsè Perpẽnam adijt,ostendens'q; quan-
tum in mora periculi foret,aggredi facinus iussit. Obtemperatum est ei,

 submis-

submissusq; ideò ad Sertoriũ homo, qui literas adferret, uictoriam unius A legatorum eius, multamq; hostium cædem nunciãtes. Perfusum ea de re gaudio Sertorium, & ob tam lætum nuncium hostiam immolantem, Perpenna, cumq; eo reliquos amicos præsentes (ij omnes coniurati erant) ad conuiuium inuitat, multisq; tandem uti condiceret cœnã persuadet. Antehac ubicunq; in cœna Sertorius fuisset, summa uerecundia & modestia adhiberi cõsueuerant: (adeò enim neq; aspicere neq; audire turpe quicq; sustinebat, ut secum quoq; cœnantes adsuefecerit compositis & liberalibus uti iocis atq; confabulationibus) tunc uerò in medio potu coniurati rixæ ansam quærentes, palàm obscœnis utebantur sermonibus, multaq;, ut ipsum irritarent, simulantes ebrietatem libidinosè faciebant. Sertorius, seu immodestiæ eorum succensens, seu ex sermonis tarditate, insolentiq; sui contemptu institutum eorum coniiciens, discumbendi modo mutato, supinum sese inclinauit, ut qui neq; aduerteret animum eorum dictis, neq; audiret. Vt Perpenna pateram mero plenam sustulit, interq; bibendum ex manib. ea dimissa strepitum, quod erat manus inferendi signum, edidit, Antonius suprà accumbens Sertorium gladio ferijt: cumq; is ad ictum se obuerteret, simulq; assurgeret, in pectus incidens, utranque eius B manum comprehendit. Ita Sertorius ne defendendi quidem corporis sui locum nactus, multorum uulneribus obtruncatus est. Eo facto plerique Hispanorũ extemplò discesserunt, petitaq; per caduceatores pace Pompeio & Metello se dediderũt. Qui in castris manserant, eos ad se Perpenna recepit, reiq; aliquid gerere aggressus, Sertorianum apparatum dedecorans tantùm, ostendensq; se neq; ad parendum, neq; ad imperandum idoneum, cum Pompeio conflixit. A' quo cùm statim obtritus, captusq; esset, ne supremam quidem fortunam ita ut duci conueniebat, sustinuit: sed quia Sertorij literarum scrinia nactus fuerat, promisit Pompeio se cõsularium & potentissimorum Romæ uirorum epistolas ipsorum manu scriptas ostensurum, qui Sertorium in Italiam euocassent, nimirum multis res nouas, & immutationem reipublicæ expetentibus. Cæterùm Pompeius non iuuenilis, sed grauis admodum prudentisq; animi facinus edidit, eoq; Romam magnis terroribus & tumultib. liberauit: nam literas illas in unum congestas cùm neq; ipse legisset, neq; legere quenquam passus fuisset, cremauit. Ipsum quoq; Perpennam statim interfecit, ne nominibus ad alios emanantibus, defectiones turbæq; existerẽt. Qui Perpennæ coniurationis socij fuerant, partim ad Pompeium pertracti, necati, C partim in Africam fugientes, ibi à Mauritanis iaculis confixi sunt: neque præter Aufidium Mallij riualem quisquam necem effugit. Solus is siue latens, siue neglectus in quodam barbarico pago pauper omnibusq; exosus consenuit.

Sertorij interitus.

Põpeij prudentia.

Perpẽna uictus necatur.

EVMENIS CVM SERTORIO *comparatio.*

Perscriptis hactenus ijs, quæ de Eumene & Sertorio memoratu digna accepimus, superest ut eorum inter se comparationem instituamus. In qua id ipsis cõmune est, quòd peregrinus uterq; & alienigena & exul, uarijs gentibus, & bellicosis magnisq; exercitibus imperauerunt. Id interest, quòd Sertorio unanimi sociorum consensu ob eius existimationem imperium delatum est: Eumenes id, multis proptereà cum eo contendentibus, reb. gestis obtinuit. Deinde, quòd alterum iusto principi parere uolentes secuti sunt, alterum ij qui imperare tum nequirent, sui commo-

Imperiũ in alienos.

A commodi causa obtemperauerunt. Etenim Romanus alter Hispanis, alter Cherrhonesius Macedonibus præfuit: quorũ hi omnes homines sube gerant, illi iampridem Romanis seruiebant. Præterea Sertorius senatoria dignitate & imperijs gestis magno in precio habitus, Eumenes ob scribæ munus obitum contemptus, ad principatum progressi sunt. Sed Eumenes non minores modò ad principatum occasiones, uerùm etiam grauiora eò euadendi impedimenta habuit, multis ipsi palàm resistentibus, multis occultè insidiantibus: nam aduersus Sertorium apertè nemo, clàm sociorũ pauci insurrexerunt. Itaq; alteri finis periculorũ erat, uincere hostes: alteri uictori periculũ ab æmulis impendebat. Reb. gestis pares propemodum fuerunt: ingenijs dissimiles. quippe belli & certaminũ cupidus Eumenes, ocij & pacis desiderans Sertorius. Et Eumenes cùm, si cessisset, tutò uiuere quietus potuisset, maluit cum præstantissimis certando, periculaq; adeundo uitam agere: Sertorius nihil minùs q̃ negociorũ cupidus bellũ corporis sui defendendi causa ab inimicis pace inuidentibus gerere coactus est. Nam Eumenẽ, si cõtentione de principatu omissa secũdo loco se haberi passus fuisset, libẽter sociũ habuisset Antigonus: Res gestæ & studia.

B Põpeius Sertoriũ ne priuatum quidẽ uiuere uoluit. Itaq; illi cõtigit, ut ultrò ab initio bellũ susciperet: huic ut inuitus illato sibi bello delatũ imperium gereret. Enimuerò belli cupidũ dicimus, qui securę uitę cupiditatẽ maiorũ rerũ præposuit: bellicosum, qui bello tutũ sese præstitit. Mors Sertorio nec opinanti accidit, Eumeni præuidenti. Et illi bonitas necis causam præbuisse uideri potest, q̃ amicis se credidit: huic pusillanimitas, qui fugã tentans captus est. Ac Sertorij quidẽ uitã mors non dedecorauit, ea passum à socijs, quæ hostiũ nemo ei fecit. Eumenes cùm neq; effugere ne caperet̃ potuisset, & captus iam uitæ desiderio teneret̃, neq; uitauit rectẽ mortẽ, neq; pertulit: sed deprecando necẽ, hostẽ, qui corpus tantùm eius sua in potestate habere uidebatur, animi quoq; sui dominũ compotemq; fecit. Mors.

PLVTARCHI AGESILAVS,

[redacted]

Augustano interprete.

C A RCHIDAMVS Zeuxidami F. qui magna cũ gloria Spartę regnauit, ex Lampridone uxore sua, prestanti muliere, Agidem filium reliquit, & alium natu multo minorẽ ex Eupolia Melisippidę filia Agesilaũ. Regnum quia lege ad Agidẽ delatum fuit, Agesilaus priuatus, Lacedęmoniorum disciplina institutus est, dura quidẽ illa & laboriosa, sed qua ad ferenda imperia iuuenes erudirentur. Inde ferunt Spartam à Simonide domatricem hominum dictam, quòd disciplinę genere ciues legibus obedientes & mansuetos efficeret, equorum instar, qui ab initio statim domant̃. Et quidem huius disciplinę necessitate lex eos, qui spe regni educantur, soluit. Verùm Agesilao id peculiariter contigit, ut nequaquam rudis parendi ad imperandũ accederet: itaq; longè omniũ regum cõmodissimus subditis fuit, quòd regię naturę humanitatem & popularitatem educatione adiecisset. In gregibus (quos uocant) eorum qui unà uersantur puerorum, Lysandrum amatorem habuit, maximè elegantiam in eo ingenij admirãtem. Quippe cum esset præ reliquis ęqualium contentiosus Genus. Disciplina Spartæ.

& iracũdus, ac ubiq; primas sibi posceret, insuperabilisq; esset uehemen- A
tiæ, neq; usq; se cogi pateret: contrà ita obedientẽ & placidũ sese præsta-
bat, ut nihil mandatorũ metu, uerecundia omnia faceret, & repræhẽsio-
1 nes ꝙ labores grauius ferret. Claudicationem & florentis ætatis pulcri-

Claudicatio.

tudo texit, & casum eum ipse leuiorem reddidit, æquo hilariq; animo fe-
rens, primusq; seipsum eo nomine ludens: & uerò honestæ laudis cupi-
ditatem suam eò magis conspicuam reddidit, nullum laborem, nullũ ne-
gocium ob claudicationem detrectans. Formam eius expressam non ha
bemus, cùm moriens quoq; edixerit, ne imago ipsius uel fingeretur uel
pingeretur. Fuisse statura parua, & aspectu contemnendo aiunt: cęterùm
hilaritas, animusq; omni tẽpore lætus & urbanus, uoxq; & uultus ab om
ni morositate & austeritate alienus, amabiliorem eum formosis usque ad
senectutem fecerunt. Theophrastus autor est, Archidamo mulctã epho-
ros indixisse, quòd uxorem pusillam duxisset, dicentes eum nõ reges, sed
regulos geniturum. Agide regnante Alcibiades ex Sicilia exul Lacedę-

Leotychidas pro spurio habitum.

monem uenit, neq; diu ibi fuit, cùm rumor extitit, eum cum uxore Agi-
dis rem habere. Filium quidem ex ea natum rex non agnouit suũ esse, sed
Alcibiadis esse dixit: neq; id molestè admodum Timęã tulisse Duris scri- B.
bit, domiq; ancillis nomen pueri non Leotychidam, sed Alcibiadẽ insu-
surrasse. Alcibiadẽ quoq; dixisse, non libidinis causa se cum Timæa cõns-
se, uerùm id affectantẽ, ut Spartani ab ipsius ꝓle regerent̃. Ea quidẽ cau-
sa ipsi fuit, ut Agidẽ metuẽs Lacedemone abiret. Leotychidas Agidi sem
per suspectus fuit, neq; eo, quo legitimus, loco habitus: tandẽ ægrotanti
supplicans, lacrymis precibusq; impetrauit, uti multis audiẽtibus filium
se suum pronunciaret. Enimuerò Agide uita defuncto, Lysander, qui de-
uictis nauali pugna Atheniensib. plurimum Spartæ poterat, Agesilaum
ad regnum produxit, quòd id ad Leotychidã adulterinum non pertine-

Agesilaus ut rex factus.

ret. Multi etiã ciuium, Agesilao propter uirtutẽ, cõmunemq; disciplinã fa
uebant, studioseq; adiuuabant. Erat quidã eo tẽpore Spartæ Diopithes,
antiquorũ oraculorum copia instructus, uaticinãdiq; peritissimus credi-
tus. Is claudo regnum Spartæ dari nefas esse affirmabat, inq; iudicio tale
oraculum recitabat.

Sparta caue, quamuis altè te gloria tollat,
Rex ualidæ tibi det pedibus ne incommoda claudis: C
Nanq; insperatos cogeris ferre labores,
Pestiferosq; diu belli subsistere fluctus.

Ad hęc Lysander, Spartanis, si maximẽ hoc oraculum metuerent, à Leo-
tychida cauendũ: non eñ de eo solicitũ fuisse Deum, ne quis offenso pe-
de claudicans regnaret, sed id demũ claudũ fore regnũ, si spurius, & non
Herculis stirpe natus rex crearet̃. Agesilaus Neptunum quoq; testẽ lau-
dabat Leotychidæ adulterinorũ natalĩũ, qui Agidẽ terręmotu cubiculo
eiecisset, & ab eo tẽpore cùm Timęa is abstinuisset, decimo peracto men
se natũ Leotychidã affirmabat. Hoc modo regnũ Agesilaus, mox etiã o-
2 pes Agidis occupauit, eiecto, ut spurio, Leotychida. Verùm quia mater-
nos ꝓpinquos, bonos uiros paupertate grauiter premi uidebat, dimidiã
bonorũ partẽ eis tribuit, beneuolentiã sibi & gloriã potiùs ꝙ inuidiã &
inimicicias ea hereditate parandũ ratus. Quod aũt Xenophon dicit eã pa
3 trię obtẽperando eò potẽtiæ peruenisse, ut ageret quæ uellet, id tale est:
Ephororũ sũma erat Lacedæmone potestas, & seniorũ, q̃rũ illi annuũ, hi
quãdiu uiuerẽt gerebãt magistratũ, ad cohibendã regũ licentiã cõstituit,
quemadmodum in Lycurgo scripsimus: inde fiebat, ut antiquitus & à
maioribus

A maioribus ad se propagatam cum his litem ac cõtentionem reges initio
statim imperij sui susciperent. Sed Agesilaus contrariam uiam ingressus,
certamina & offensas eorum uitare, ipsos colere, ab ipsis omnes suas a-
ctiones auspicari, uocatus præstò adesse, ephoris accedentibus quoties
pro tribunali sedens responsa daret, assurgere, singulis qui in senatũ adscri
ti essent chlænam & bouem dono quasi uirtuti eius gratulãs mittere. His
rebus honorare & amplificare dignitatem eius ordinis creditus, nemine
animaduertente suã potentiam augebat, regnoq́ amplitudinẽ cõcessam
aliorũ erga se beneuolentia parabat maiorem. Cum reliquis ciuibus ita se *Amicicia eius.*
gessit, ut inimicus quàm amicus minus repræhẽsionis mereretur. Nemi-
ni enim inimicorum iniustè oberat, amicos etiam in reb. nõ iustis adiuua-
bat: inimicos, si quid præclarè fecissent, non afficere honore turpitudini
ducebat: amicos delinquentes uituperare nõ poterat, sed auxiliũ ijs ope-
ramq́ præbere peccantibus, laudi sibi habebat. nimirũ existimans nullũ
quod amico tribueret officiũ turpe esse. Dissentientes à se cùm aduersam
fortunã passi essent, primus omniũ miserabat, rogatusq́ promptã operã
nauabat: ijs reb. omniũ in se studia cõuertebat. Quod cùm uiderent epho
B ri, potentiamq́ eius metuerent, mulctam irrogauerunt, causati publicos
eum ciues priuatim suos efficere. Quemadmodũ enim Physici existimãt *Contentiones in ciuitate an utiles.*
lite & contentione ex rerum natura sublatis, fore ut cœlestiũ corporum
motibus cessantibus, rerum omniũ mutationes ortusq́, quòd ea ab illis
pendent, nullos futuros: ita Lacedæmonius legumlator uidetur in remp.
quasi fomitẽ uirtutis immisisse studiũ cõtendendi, uti semper aliquid in-
ter bonos certaminis dissidijq́ esset: eam uerò gratiã, qua ciues nõ explo
ratis priùs per mutuas contentiones animis ultrò alter alteri concedũt, ut
ociosam & desidem, concordiæ nomen non mereri statuit. Atq́ hoc ni-
mirum etiam ab Homero animaduersum fuisse putant aliqui: neq́ enim
finxisset Agamemnonem rixa Vlissis & Achillis gaudentem, 4

Mutua cum facerent grauibus conuicia uerbis:

nisi is præstãtissimorum heroum æmulationem & disceptationẽ magno
reip. bono esse duxisset. Verùm hæc haud ita simpliciter (puto) quispiam
concesserit: quippe nimiæ contentiones in grauia ciuitatẽ discrimina ad-
ducunt. Agesilao nuper rege facto, quidã ex Asia uenientes renunciãt, re- *Bellum Asiaticum.*
gem Persarũ magna classe Lacedęmonios mari eijcere moliri. Ibi Lysan-
der rursus in Asiã proficisci cupiens, & amicis (qui urbium ab ipso pręfe-
C cti dominiq́ constituti, ob uiolentiã & iniurias à ciuib. partim pulsi, par-
tim obtruncati fuerãt) opẽ ferre, Agesilao autor fuit, ut bellũ susciperet, fa
ctaq́ quàm longissimè à Gręcia expeditione regis conatũ pręuerteret: simul
& amicos, quos in Asia habebat, per literas monuit, uti missis Lacedęmo
nem legatis Agesilaũ ducẽ peterẽt. Exinde in cõcionẽ progressus Agesila-
us bellũ ea cõditione suscepit, uti Spartani triginta, quib. legatis in bello
& cõsiliarijs uterer, tum duo millia lectorũ tironũ, sex millia sociorũ sibi 5
decernerent. Hæc omnia Lysandro eandẽ rẽ agẽte decreuit statim popu
lus: & Agesilaus missus est ad bellũ cum triginta Spartanis, inter quos facilè
primus erat Lysander, nõ ob suã tãtùm gloriã atq́ potẽtiã, sed & Agesilai
amiciciã, quę impetrata eius belli administratiõe maiori sibi, quàm cùm regẽ
creari effecisset, beneficio obstrinxisse iudicabat. Collectis Geręstum co-
pijs, Agesilaus Aulidẽ cũ amicis abijt: ibiq́ pernoctãs, in somnis uisus est
sibi huiusmodi sermonẽ audire. Intelligis haud dubiè, ô rex Spartanorũ,
neminẽ unquã prẽter Agamẽnonẽ, et nũc te uniuersę Gręciæ imperatorẽ cõ
stitutũ fuisse. Itaq́ quando & ijsdẽ imperas, & eosdẽ bello petis, atq́ ijsdẽ
etiam

Sacrificium in Aulide. etiam ex locis ad bellum proficisceris, haud ab re sit, Dianæ quoq; eadem te sacra facere, quib. ille peractis hinc soluit. Venit quidē illico in mētem Agesilao, Agamemnonē iussu aruspicū filiam suā ibi pro uictima immolasse: nihil tamen perturbatus, surrexit, req; amicis exposita, Deam inquit se honoraturū ijs sacris, quib. Deam gaudere par sit, stulticiā uerò Agamemnonis nequaq; imitaturū. Proinde coronauit ceruam, suumq; aruspicē secus q̄ solebat à Bœotijs ad hoc constitutus, immolare iussit. Eo audito Bœotorū principes indignatione accensi, apparitores miserunt, qui edicerent Agesilao, ne cōtrà q̄ instituta & cōsuetudo Bœotorū ferret, sacrificaret: atq; hi & mādata persecuti sunt, & femora aris imposita deturbauerunt. Ita ægro animo Agesilaus soluit, Bœotis infensus, metuensq; ne id omen rem ab ipso confectā non iri, expeditionēq; proposito fine nō potituram significaret. Vt Ephesum peruenit, e uestigiò Lysandri potētia & *Lysandri gloria minuitur.* autoritas molesta fuit, cuius ad limina frequens assiduò turba commeabat, omnesq; eū comitabant & colebant: quasi uerò propter legē nomen & habitū imperatoris Agesilaus, omnia agēdi, summāq; rerū potestatem Lysander haberet. Nemo em̄ unq̄ dux Lysandro grauior aut potētior in Asiā missus fuerat, nemo alius maiora uel amicis beneficia, uel hostib. damna dederat: q̄ cùm in recēti adhuc haberēt homines memoria, Agesilaū preterea simplicē & lenē popularēq;, illū pristina uehementia, seueritate, & dicendi breuitate preditū uiderēt, huic uni sese oēs submittebāt, unūq; colebāt. Primùm reliquis hoc Spartanis molestū fuit, q̄ Lysandri magis famulos, q̄ regis consiliarios agerent. Deinde ipse Agesilaus, tametsi ab inuidia alieno ingenio, neq; ullius honorib. iniquus, gloriæ tamen cupidus, & cōtentiosus, uereri cepit, ne si quid splendidè actū fuisset, id Lysandri gloriæ accederet: ideoq; de potentia eius reprimenda cogitare. Itaq; primùm omnib. illius consilijs repugnare, in quas res illū maximè incūbere intelligeret, ijs omissis, alias illi displicētes agere. Deinde si q̄ ipsum cō pellarēt, aut aliquid peterēt, Lysandro maximè freti, eos infecta re dimittere: itemq; in iudicijs, quib. Lysander male uellet, secūdum eos statuere, ac cōtrà quib. ille cupere cernebatur, eos tantùm nō mulcta afficere. Hęc cùm non fortuitò, sed data opera & eodem semper modo fierent, causam Lysander sensit, amicisq; palàm exposuit, propter ipsum eos ignominia affici, hortatusq; est, ut ipsum porrò regem, aut qui plus apud eum possent, colerent. Hæc cùm conflandæ regi inuidiæ causa agere ac dicere uideretur, Agesilaus quo magis cohiberet, diuisorem eum carnium cōstituit, dixitq; (ut aiunt) multis pręsentibus. Eant nunc, & structorē meū obseruent. Lysander indignè hoc ferens, Agesilaū accessit, &, Præclarè, inquit, nosti amicos tuos opprimere. Sanè, subiecit Agesilaus, eos, qui meipso maiores esse uolunt. Ad hæc Lysander: Hæc fortassis dicta à te rectiùs, q̄ à me facta sunt. Quin tu locum mihi & ordinem assigna, ubi tibi minus inuisus, plus prosim. Mittitur ergo in Hellespontū: inde Spithridatem Persam à Pharnabazo ad Agesilaū cum magna pecuniæ ui & ducentis equitibus perduxit. Non tamen iram dimisit: sed in posterum infesto animo, id molitus est, ut regnum duabus Heraclidarū familijs ademptum omnib. ex æquo Spartanis adeundum ꝓponeret: uideturq; grauis ex ea discordia motus Spartę extiturus fuisse, nisi in Bœotiā expeditione *Ambitio.* facta Lysander maturiùs perijsset. Adeò ambitiosi homines in ciuilib. certaminib. modū excedētes, plus mali q̄ boni habent. Etenim si fuit, ut sanè fuit, importunus Lysāder, & q̄ pro tēporis ratione ambitiosior: at Agesilaus tamen nosse debuit aliam honestiorem rationē uirū ita illustrē corrigendi.

A gendi.nunc in eadem culpa esse uideri possunt, cùm alter regis potentia
quæ esset non agnouerit, alter ignorationem familiaris hominis ferre, ut
decuit, non potuerit. Cæterùm Tisaphernes initiò Agesilaũ metuens, fa- *Tisaphernis perfidia.*
ctis inducijs cõfirmârat fore, uti rex Græcis ciuitatib. libertatẽ redderet:
mox persuasus satis sibi uiriũ esse, bellum cepit, id quod Agesilao pergra
tum fuit. Magnũ eñi aliquid se effecturũ sperabat, indignũq; rebat, cùm
decẽ illa Græcorũ cum Xenophonte millia uicto quoties uoluissent re- 6
ge ad mare peruenissent, si ipse dux Spartanorum, terræ marisq; imperiũ
tenentium, nullum Græcorũ memoria dignum factũ ederet. Proinde pri
mùm Tisaphernis periuriũ iusta fraude ulciscẽs, Cariã se petiturũ simula-
uit: eoq; barbaro copias cõtrahẽte, impressione in Phrygiã facta, multas
urbes, ingentesq; opes cepit. Eoq; facto ostendit amicis, eos qui rupto
fœdere iniuriã inferãt, Deorũ esse contẽptores: hostes uerò nõ modò de-
cipi iustè posse, sed & gloriã ei rei, & cum uoluptate lucrũ comitari. Equi-
tatu uerò inferior, cùm exta parũ læta apparuissent, Ephesum se recepit, 7
ibiq; equitatũ conduxit, diuitib. permisso, ut qui militare ipsi nollent, suo
loco equum equitẽq; darent. Permulti fuere, qui hoc facerent, itaq; Age-
B silaus ꝓ leuis armaturæ militib. multos & bellicosos eos nactus est: nam
qui militare nolebant, homines belli cupidos cõducebãt, itẽq; equestris
rei studiosos, qui equites esse nolebant. Idq; faciebat Agamẽnonis (ut aie 8
bat) exẽplo, qui accepta bona equa, imbellẽ uirũ atq; diuitẽ militia sol-
uit. Iussit etiã captiuos uestib. exutos à sectorib. uẽdi: & cùm multi uestiũ
emptores existerent, corpora alba & planè ob umbratilẽ educationẽ te-
nera, ut inutilia & nullius precij ab omnibus deriderent, adsistens Agesi-
laus, At hi, inquit sunt, contra quos, illa propter quæ pugnamus. Tẽpore
postulante, ut rursus in hosticum inuaderet, prædixit se in Lydiã iturum.
Tisaphernes autem, cùm nõ falleret eum Agesilaus, semetipsum decepit,
ei ob priorem fallaciã fidem non habẽs, existimansq; eum, quòd esset ab
equitatu longè imparatior, nũc in Cariam equitatui iniquam regionem
profecturũ. Sed ubi Agesilaus, sicuti prædixerat, in campos Sardib. pro-
pinquos uenit, coactus celeriter opem suis ferre, cum equitatu accelera-
uit, & multos hostiũ incõposito agmine regionẽ uastantiũ interfecit. A-
gesilaus peditatũ hostiũ nondũ aduenisse, se oẽs suas copias in prõptu
habere cogitans, statuit prœlio decernere. Itaq; equitib. scutatos permi- *Agesilai uictoria.*
C scuit, ire celeriter, & cum hoste manũ conserere iubens: ipse cum phalan-
ge secutus est. Fusis tum barbaris instantes Græci, multos interfecerunt,
hostiumq; castra ceperunt. Hoc aũt eo prœlio consecuti sunt, ut nõ mo-
dò populari ipsis impunè agros regis ditioni subiectos licuerit, sed et pœ
nas dederit Tisaphernes, homo imꝓbus, & Græcis infestissimus. Statim
eñi missus est à rege Tithraustes, qui Tisapherni caput amputauit, Agesi- *Tisaphernis interitus.*
laũ misso auro hortatus est uti pace facta domũ abiret. Respondit Agesi-
laus, ciuitatẽ Spartanã pacis cõponendæ ius habere. se quidẽ magis gau
dere, si milites suos ditare posit, ꝙ si ipse diues sit: et alioquin Grecos pul
crius censere, spolia ex hostib. ꝙ dona capere. Tamẽ ut Tithraustæ, ꝙ is
cõmunem Græciæ hostẽ occidisset, gratiã referret, triginta ab eo talentis
uiatici nomine acceptis, in Phrygiã copias reduxit. In itinere scytalã acce
pit, qua ephori eum iubebant clasi quoq; præesse: id quod soli omnium *Agesilao classis etiã subdita.*
Agesilao datum est. Maximus ergo iam tum haud dubiè, illustrissimusq;
hominum erat, ut quodã loco Theopompus ait: quanq; sibi ipsi uirtutis
ꝙ imperij nomine plus ipse arrogauerit. Enimuerò tum in eo peccasse
creditus est, quod parum habita publicæ utilitatis ratione, cùm multi
ætate

ætate & prudentia priores adessent, ad affinitatem respiciens Pisandrum uxoris suæ fratrem classi præfecit. Ipse traducto in eam quæ Pharnabazo suberat regionem exercitu, nō modò in rerum omnium affluentia uixit, sed & multum pecuniæ coegit, & ad Paphlagoniam usq; progressus, regem Paphlagonum Cotyn uirtute & fidelitate sua adductum, societate sibi coniunxit. Spithridates aūt, qui iam antè à Pharnabazo ad Agesilaū transiuerat, unà semper in expeditione aderat. Erat ei pulcerrimus filius Megabates, puer ætate, forma elegantissima, ideoq; ab Agesilao adamatus: erat & filia, uirgo sanè formosa, & uiro matura. Hanc ut duceret Cotys, Agesilaus persuasit: acceptisq; ab eo mille equitibus, & duobus scutatorum millibus, in Phrygiam rediit, Pharnabaziq; ditionem infestauit. Pharnabazus uerò ne munitis quidem castellis fidere, & subsistere ausus, preciosissima & charissima quæq; secum ducens subterfugiebat, in diuersis subinde partibus regionis considens: donec eum Spithridates deprædendit, & auxilio usus Herippidæ Spartani, castris, omniq; gaza potitus est. Ibi Herippidas acerbiùs inquirens si quis de præda quippiā surripuisset, barbarosq; deponere sarcinas cogens, omniaq; perscrutans, ita Spithridatem offendit, ut is cum Paphlagonibus statim Sardes abierit. Nihil unquam molestius Agesilao euenit. Nam & Spithridatem amissum dolebat, uirum eximium, cumq; eo haud paruam militum manum: & auariciæ illiberalitatisq; crimen ægrè ferebat, à quo non se modò, sed & patriam immunem præstare semper studuerat. Sed præter has euidentes doloris causas, amor eum Megabatæ urebat, qui altè iam insederat: tametsi præsente adhuc puero cupiditati ei uehementiùs pertinaciùsq; repugnauisset. Etenim quodam tempore Megabatem salutandi & osculandi causa accedentem declinauerat: cumq; is uerecundia motus deinceps eminus ipsum salutaret, pœnitentia non admissi osculi ductus, mirari simulauit, ecquid se Megabates non ore etiam admoto salutaret. Tu in causa es, dicebant familiares, qui osculum pulcri pueri formidasti atq; fugisti: nam adhuc facilè ei persuadebitur, ut si te id non metuere certò sciat, ad osculum ueniat. Sub hæc uerba Agesilaus cùm aliquandiu cogitabundus tacuisset, Nihil opus esse respondit id ei persuaderi: se enim libentiùs iterum eo cum osculo certaturum, quàm omnia quæ conspexisset, aurea habiturum. Talem quidem se præsente adhuc Megabate gessit: absente autem eo ita arsit, ut dictu difficile sit, an si ille rediisset, temperaturus sibi ab osculo fuerit. Secundum hæc Pharnabazus colloquium eius petiit, in unum eos conducente hospite utriusq; Cyziceno Apollophane. Prior dictum ad locum cum amicis uenit Agesilaus, inq; herbido & umbroso se reclinauit loco, Pharnabazū expectans: qui ut uenit, substratis mollibus pellibus, uariisq; tapetibus, Agesilai ita recumbentis uerecundia motus, ipse quoq; in gramine humi accubuit, quanquam esset uestæ miræ tenuitatis tincturæq; amictus. Facta consalutatione, Pharnabazo nō defuit, quod iustè commemoraret: se nimirum à Lacedæmoniis, quibus in bello contra Athenienses multa magnaq; tulisset auxilia, hostiliter nunc inuadi. Agesilaus autem cùm Spartanos, qui unà aderant, præ pudore oculos in terram defigere uidit, animiq; incertos, quòd iniuriam Pharnabazo fieri putarent, Nos, inquit, Pharnabaze, & antè cùm amici regis essemus, amicè res eius tractauimus, & nunc hostes facti, hostium more: itaque cùm te etiam ad eius ditionem uelle pertinere uideamus, haud iniuria te affligendo illi damnū damus. At tu qua primùm die Græcorum amiciciam & societatem seruitio regio prætuleris, deinceps ita habe, hāc classem,

Herippidæ peccatum.

Amor Megabatæ.

Colloquium cum Pharnabazo.

A classem, hanc phalangem, hæc arma, nosq́ omnes tuorum bonorum libertatisq́ (sine qua nihil bonum est, nihil expetendum hominibus) tuæ custodes fore. Tum Pharnabazus nihil eorum quæ sentiebat dissimulãs, Siquidem, inquit, alium quàm me rex ad hoc bellum ducem miserit, uestrarum ero partium: sin me, uobis ulciscendis, ipsiusq́ nomine lędendis nihil mihi reliquum faciã industriæ. Hoc sermone delectatus Agesilaus, dextram ipsi iniecit, Vtinamq́, ait, Pharnabaze eo te animo præditũ amicum potius quàm inimicum nanciscamur. Digresso cum amicis Pharnabazo, filius relictus ad Agesilaum accurrit, subridensq́, Hospitij, inquit, ius tecum Agesilae iungo, simulq́ spiculũ quod manu tenebat, ei dedit. Agesilaus & forma, & comitate pueri oblectatus, oculos in adstãtes coniecit, si quis haberet, quod muneris loco pulcro & generoso reddi posset: conspicatusq́ Idæi scribæ equum phaleris ornatum, celeriter eas detraxit, puero q́ donauit. In posterum quoq́ semper memoriã eius retinuit: & progressu temporis re familiari spoliatũ, fugatumq́ à fratribus, in Peloponnesum uenietem, magna cura fouit. Quin & in amatorijs rebus ei auxilio fuit. Amabat enim Persa athleticum quendam Atheniensem pue

Pharnabazi filius.

9

B rum: qui cùm ob molem & duriciem corporis in periculo esset, ne Olympico certamine excluderetur, Persæ pro illo deprecanti gratificatus Agesilaus, ægrè id quod petebant obtinuit. Etenim uir alijs in rebus accuratæ iusticiæ, in amicicia prætextum esse putabat nimiam iusticiam. Fertur sanè epistola eius ad Hydrieum Carem, hoc exemplo. Niciam, si nihil peccauit, dimitte: sin peccauit, nostri causa dimitte: omnino autem dimitte. Ac talis quidem plerunq́ erga amicos fuit. Aliquando tamẽ occasione urgente commodum suum antiquius habuit: uti cùm subito tumultu castra mouens amasium suum ægrotantem reliquit, uocantiq́ se & oranti, reiecto in eum uultu, Difficile est, inquit, simul misereri & sapere. id quidem Hieronymus philosophus narrat. Agebatur iam alter belli annus. Magna autem admirandaq́ fama de continentia Agesilai, frugalitate, ac mediocritate per Asiã uagabatur. Peregrè proficiscens, seorsim in religiosissimis Deorũ fanis diuersabatur, ijs quę absq́ arbitris facimus ferè, Deos immortales inspectores & testes adhibens. Inter tot militum millia non facilè inuenisses, qui lecto quàm Agesilaus uiliori uteretur: frigus & æstum ita ferebat, ut solum ad ferendas prout Deus temperasset

Agesilai amor.

10

Continẽtia eius.

C tempestates natum diceres. Iucundissimũ autem Græcis Asiam habitantibus spectaculum exhibebant præfecti ducesq́, haud ita pridẽ insolentia intolerabili usi, luxuq́ & opibus diffluentes: qui tum uirum in uili obambulantem pallio metuebant ac uenerabantur, & ad unum ipsius breue Laconicumq́ dictum sese componebant: multisq́ subibat illud Timothei dicere,

Mars est tyrannus: aurum haud metuit Græcia.

Mota Asia, multisq́ undiq́ deditionem facientibus, urbes composuit, respublicasq́ absq́ cæde & exilijs pristino decori restituit. Progredi inde statuit, belloq́ à Græco mari translato, cum rege de uita, & qua ille Ecbatanis Susisq́ fruebatur felicitate dimicare: ocium ei primò omnium adimere, ne bellorũ inter Græcos præmijs porrò diuidendis factiosisq́ oratoribus corrumpendis uacare posset. Hæc illo agitante, Epicydidas Spartanus ad ipsum uenit, nuncians graue bellũ à Gręcis Spartanos circumstare, ipsum ab ephoris, uti domesticis rebus auxilio esset, uocari.

Hui, barbara inuenisse nos, Græci, mala!

Quo enim alio nomine inuidiam istam, intestinasq́ seditiones Græco-

rum affecero? qui fortunam prospero cursu pergentem inhibuerunt, ar- A
maq; iam in barbaros uersa, bellumq; Græcia exterminatum, rursus in se-
ipsos contorserũt. Neq; enim assentior Demarato Corinthio, qui magna
uoluptate Græcos caruisse dixit eos, qui Alexandrũ in solio Darij seden
tem non uidissent: sed meritò eos lacrymaturos fuisse existimo, si cum ani
mis suis reputassent felicitatis eius locum Alexândro & Macedonib. ab
Agesilai reuocati obedientia. ijs factum, qui isto tempore Græcorum duces in Leuctricas, Coronẽses,
Corinthias, & Arcadicas pugnas insumpserunt. Neq; uerò quicq; hoc in
Græciã reditu maius aut præclarius Agesilaus fecit: neq; ullum extat isto
pulcrius obedientiæ & iusticiæ exemplum. Nam & Annibal cùm ad-
uersa iam uteretur fortuna, Italiaq; pelleretur, ægrè tamen paruit ad bellum
in Africã euocantibus: & Alexander audita Antipatri contra Agidẽ pu-
gna, per iocũ suis dixit, Videtur mihi, ô socij, dum nos hîc Dariũ uincimus,
interim murium aliquis in Arcadia fuisse conflictus. Quo magis Spartam
Agesilai nomine beatam prędicare licet, qui tanto honore patriam, tanta
leges reuerentia coluerit. Simul enim atq; scytalã accepit, felicitate tan-
ta atq; potentia & spe ad summa ducente omissis, statim imperfecto ne-
gocio discessit, magnũ sui desideriũ socijs relinquens, Damostratiq; Cor- B
cyræi dictum abundè refellens, qui publicè Lacedæmonios, priuatim A-
thenienses meliores esse dixerat: nam cùm regem se imperatoremq; præ-
stantissimum ostendisset, multo se meliorẽ & chariorẽ familiarib. priua-
tim suis amicum exhibuit. Nomisma Persicũ sagittarium insculptũ habe-
bat. Eò respiciens, cùm discederet Agesilaus, Multis sagittariorum milli-
bus à rege se ex Asia profligari dixit: ingenti enim pecunia à rege Athe-
nas & Thebas missa corrupti oratores, bellum contra Spartanos excita-
Iter ut fecerit. uerãt. Hellesponto traiecto cùm per Thraciã iter faceret, nullũ barbaro-
rum populum orare ut sibi transire per eius regionẽ liceret dignatus est:
missis modò ad singulos nuncijs quæsiuit, ut amicúmne an ut hostẽ trãsi-
re ipsum uellent. Omnib. amicè excipientib. ac deducentibus, soli Tralles
(populi hoc quoq; Thracici nomen est) à quib. Xerxẽ quoq; muneribus
transeundi facultatẽ redemisse fama est, mercedẽ petierunt, centũ argẽti
talenta, totidemq; mulieres. Subsannauit eos Agesilaus, cur, inquiens,
non statim aduenerunt ut ea acciperent? simulq; progressus acie occur-
rentes magna cum ipsorũ strage fudit. Eodẽ modo etiã ad regẽ Macedo-
num quęsitũ misit: cumq; is deliberaturum se respondisset, Deliberet sa- C
nè, inquit: nos interim progrediemur. Itaq; audaciam eius miratus, sibiq;
metuens rex, ut amicũ uenire iussit. Thessalorũ, quòd suppetias hostibus
ferrent, agros uastauit: Larissam uerò Xenoclẽ & Scythã amiciciæ iũgen
Amor in ciues. dæ causa misit. Quos cùm Larissæi cõpræhensos in custodia posuissent,
indignè ferentib. reliquis, Agesilaumq; admoto exercitu urbem oppu-
gnare iubentibus, nolle se tota Thessalia potiri ea conditione, uti alteru-
trum eorum uirorum amitteret, respondit: pactoq; eos recepit. Id fortas-
se Agesilai factũ non est mirandũ: qui cùm audiuisset apud Corinthũ ma
gno facto prœlio, subitò multos insignes uiros perijsse, & de Spartanis
perpaucos, magnũ hostium numerũ cecidisse: non profectò gaudio ela-
tus est, sed graui gemitu dato, Proh Græcia, inquit: quæ tot bonos uiros
ipsa perdidisti, quot uiui pugna omnes simul cõiunctos barbaros uince-
re possent. Pharsalijs aũt exercitũ ipsius infestãtibus, cum quingẽtis suo-
rum equitib. occurrit, fusisq; eis trophæum sub monte Narthacio erexit:
eaq; uictoria maximè gauisus est, quòd suo tãtùm usus equitatu rei eque-
stris gloria maximè tumentes uicisset. Ibi Diphridas ephorus Sparta mis-
sus

A sus eũ cõuenit, mãdauitq́ ut statim in Bœotiã irrūperet. Statuerat quidẽ id paulo pòst maiori cum apparatu facere: nunq̃ tamen nõ obediendum magistratui ratus, suis prædixit propè esse diẽ, cuius causa ex Asia uenissent, duasq́ cohortes ab exercitu qui iuxta Corinthum uersabaſ, acciuit. At in urbe Spartani honoris causa decreuerunt, ut qui adesse regi uellent iuuenes, nomina darẽt: cumq́ id studiosè oẽs fecissent, quinquaginta ex ijs ætate & robore ualidissimi à principib. lecti, & ad Agesilaũ missi sunt. Agesilaus intra Pylas progressus, peragrataq́ regione amica Phocide, ut primùm Bœotiã attigit, apud Chæroneã castra fecit. Ibi & solem deficere, & lunæ in modũ mutilũ cõspexit: & Pisandrũ nauali apud Cnidũ prœlio uictũ à Pharnabazo & Conone perijsse accepit. Hæc, uti par erat, cùm affinis sui, tum patriæ nomine dolorẽ ei attulerunt. Ne tamen is nuncius militũ ad pugnã proficiscentiũ animos perturbaret, eos qui à mari uenerant, uictoriã suorum annunciare iussit: ipseq́ coronatus gratulatoria sacra fecit, partesq́ hostiæ amicis dimisit. Progressus inde Coroneã, cùm & uidisset hostes, & ijs in conspectũ uenisset, aciẽ instruxit, Orchomenijs sinistro, sibi dextro cornu assignato. Thebani contrà dextro in cornu ipsi, *Solis defectus. Pisandri interitus.*

B in læuo Argiui constiterunt. Pugnæ huic nõ temerè aliã parem extitisse Xenophon scribit, qui & ipse interfuit cõmilito Agesilai, qui cum ex Asia traiecerat. Primus concursus haud multum habuit conflictationis aut certaminis: statim enim Orchomenios Thebani, Agesilaus Argiuos pulerunt. Ab insecutione utriq, sinistrũ suũ cornu laborare & pedẽ referre audiẽtes, ad pugnã redierũt. Ibi Agesilaus, cùm citra periculũ uictoria potiri posset, si cedẽtib. instãs à latere ferire uoluisset: animi ardore incitatus, aduersum se Thebanis, & à fronte obtulit, excipientib. eũ & sumã ui subsistentibus. Acre tum undiq; prœlium extitit, sed longè acerrimum circa ipsum regẽ inter quinquaginta (quos dixi) delectos iuuenes pugnãtem: quorũ sanè tum laudis cupiditas cõmoda regi salutarisq́ fuit. Pugnantes eñ acriter, periculisq́ se pro rege obijcientes, tamen ne uulneraret, efficere nullo modo potuerũt: consauciatũ aũt hastis & gladijs per arma ada ctis uix eripuerũt morti: actoq́ globo multos hostiũ ante ipsum obtruncauerunt, multis etiã suorũ amisis. Et quoniã fieri nõ poterat, ut Thebanos ordinib. constantib. pugnantes funderent, id q̃ ab initio noluerant, facere coacti sunt: diducta eñ phalange interuallisq́ factis Thebanos per *Pugna ad Coroneam.*

C eos iam dissolutis ordinib. euadentes insecuti sunt, & ex obliquò petierunt. Non tamen eos in fugã conijcere ualuerunt: sed ad Heliconẽ ij concesserunt, plurimũ sibi id ob prœliũ tribuentes, q̃ inuictos sese ipsi sua ex parte pręstitissent. Agesilaus aũt, tametsi grauiter affecto ob uulnerũ multitudinẽ corpore, tentoriũ tamen priùs nõ subiuit, q̃ lectica ad phalangẽ gestatus, cadauera in armis cõgesta inspexit. Quotquot hostiũ in tẽplum Itonię Mineruæ cõfugerãt, eos dimitti iussit. Haud procul id tẽplum Coronea abest, iuxtaq́ tropheũ, quod Bœoti statuerunt, cùm Spartone duce Athenienses uicissent, Tolmidãq́ eorũ ducem occidissent. Prima luce Agesilaus uti certò exploraret pugnámne iterum tentare statuissent hostes, milites suos sertis redimitos, pręcinentib. tibicinibus, tropheũ figere & ornare tanq̃ uictores iussit. Ibi cùm hostes cadauera repetitum misissent, factis inducijs, cõfirmataq́ hunc ad modũ uictoria, Delphos ad Pythia deportatus est: ibi & pompã Deo peregit, & decimas Asiaticarũ manubiarum, ad cẽtum talenta cõsecrauit. Reuersus domũ, charus statim & in admiratione ciuib. suis, ꝑpter mores uitæq́ rationẽ fuit. Nõ eñ, quod pleriq́ oẽs imperatores faciunt, ex peregrinatione alius, nouósue indu-

tus mores, ac domestica fastidiens aspernansq; rediit: sed perinde atq; ij A
qui Eurotã nunq; transijssent, patrias consuetudines amplexus, nõ cœnã
imutauit, non lauacrũ, non uxoris cultũ, non armorũ apparatum, nõ ædi-
ficia. Quin & fores easdẽ reliquit, ita uetustas, ut eæ ipsę uideri potuerint,
quas Aristodemus fecerat. Canathrũ quoq; filiã eius nihilo q̃ aliorũ filias
11 pulcriùs habuisse Xenophon scribit: sunt aũt canathra imagines gryphũ
& hircoceruorũ, in quib. filias uehunt in põpis. (Nomẽ quidẽ filię Age-
silai non perhibuit Xenophon: & Dicęarchus querit neq; Epaminondę
matris, neq; Agesilai filiæ nomen nobis notum esse. Verùm nos in Laco-
nicis cõmentarijs reperimus Agesilai uxorẽ Cleorã, filias Apoliã & Pro-
lytam nominatas fuisse) Hastã quoq; ipsius uidere est Spartæ repositam,
nihil ab alijs differentẽ. Sedenim cũ uideret quosdã inimicos multũ sibi
arrogare, eò quòd equos alerent, sorori suæ Cyniscę persuasit, uti quadri-
gis Olympiacis ludis decertaret: quò Græcis ostenderet eam uictoriam
nulla uirtute, sed sumptu & opib. parari. Xenophontẽ philosophũ, quem
in magno secum precio habuerat, accitũ pueros erudire Spartæ iussit, ut
ex eo artẽ parendi & imperandi, qua nulla est præstantior, discerent. Ly-
sandro mortuo, cùm inueniret factionẽ ab eo ut ex Asia redierat contra B
se concitatam, statuit demonstrare, qualis ciuis in uita sua Lysander fuis-
set: orationemq; de nouis rebus, statuq; reip. mutando quam Cleon Ha-
licarnassensis cõscripserat, Lysander aũt pnunciare ad populũ statuerat,
cùm legisset, pferre in medium uoluit. Vni tamẽ ex senatoribus, qui ipse
quoq; lecta oratione uim dictionis metuens, non effodiendũ Lysandrũ,
sed orationẽ potiùs cum eo defodiendã suadebat, obtẽperauit, & propo
sitũ abiecit. Aduersarios aũt suos palàm non est ultus, sed effecit ut ij unus
post alium duces magistratusq; cõstituerent: ostenditq; eos potestate cu
pidè & iniustè uti: in iudiciũ deinde uocatis opẽ ferens, ex inimicis fami-
liares redegit, atq; ita confecit, uti neminẽ sibi in rep. aduersum haberet.
Etem Agesipolis alterius familiæ rex, patrẽ exulem habens, ætate admo-
dum adolescẽs, ingenioq; leni & trãquillo, nõ multũ se reip. administran
Agesipolis rex. dæ ingerebat. Hunc tamẽ ipsum quoq; sibi obstrinxit. Reges q̃ties Spar-
tæ agũt, unà in eodem phiditio cibũ capere mos est. Amorib. itaq; obno-
xiũ, ut & ipse erat, Agesipolin sentiẽs, semper alicuius elegãtis pueri men
tionẽ inferebat, adolescentisq; amorib. studiũ operãq; suã locabat. Nihil
aũt turpe Laconicos amores, sed uerecundiã, cõtentionẽq; uirtutũ & lau C
Bellum Corinthiacũ. dum habuisse, in uita Lycurgi docuimus. Summã porrò in urbe potentiã
nactus, effecit ut frater suus uterinus Teleutias classi pręficeret: expedi-
tioneq; ad Corinthũ facta, ipse terra, frater mari aggressus, longos muros
cepere. Argiuis uerò Corinthum eo tempore obtinẽtib. & Isthmia agen-
tib. subitò uisus, ipsos qdẽ uix dũ sacris operatos expulit, relinquẽtes om
nẽ apparatum: Corinthijs uerò, qui ipsi aderãt, exulib. orantib. ut ipse lu-
dos instauraret, nõ assensit, sed ipsis celebrãtib. eos adfuit, securitatemq;
pręstitit. Pòst illo digresso Argiui rursum Isthmia peregere, ac qdã eorũ
qui antè uicerant, iterũ uicere, quidã uicti sunt. Ad hæc Agesilaus, Argi-
uos magnæ seipsos timiditatis arguere dixit, q ludorũ eorũ exhibitionẽ
tanti facerẽt, neq; pugnare tamen propter eam ausi fuissent. Ipse in id ge-
nus reb. omnib. mediocritati studuit: ac domestica quidẽ certamina &
choros perstudiosè exornauit, præsensq; obijt, ut ne puerorum quidem
Contẽptio rerum inanium. aut uirginũ à cõcertationibus abesset: at quę alijs admirationi esse cerne-
bat, ea ne cognoscere quidem uolebat. Aliquando Callipides tragœdia-
rum actor magni inter Græcos nominis, primùm Agesilaum accedens
salutauit,

A salutauit, deinde superbè se unà ambulantib. immiscens ostẽtabat, à rege se
cõpellatum iri sperãs: tandem, Nõ agnoscis me ô rex, inquit? Tum Age-
silaus in eum intuẽs, Nónne, ait, Callipides mimus es tu? Rursus monen-
tibus, ut quendã qui uocẽ lusciniæ imitabaẽ, audiret, Ipsam respondit se
audiuisse lusciniã. Menecrati medico, qui quòd deploratos quosdã sani-
tati restituisset, Iouis cognomentũ retulerat, superbiusq́ eò utebaẽ, auso
in epistola quadã ita scribere: Menecrates Iupiter regi Agesilao salutem,
sic rescripsit: Agesilaus rex Menecrati sanã mentẽ. Cùm aũt in agro Co-
rinthio cõmoraretẽ, Heræumq́ cepisset, captiuosq́ homines & prędã di-
ripiẽtes milites spectaret, legati de pace petẽda ad ipsum à Thebanis mis
si uenerunt. Hos, ut perpetuò oderat urbẽ, ac tum insultandũ quoq́ ei pu
tabat, neq́ uidere se, neq́ uocẽ eorũ orantiũ exaudire simulauit. Hoc tã-
superbum, factum Nemesis inultum nõ est passa. Nondũ eñ digressis le- 12
gatis, adfuerunt qui cæsam ab Iphicrate ipsius apud Lechæũ cohortẽ re-
ferrent. Diu nulla eiusmodi clades Lacedæmonijs acciderat: multos eñ
bonos uiros amiserant uictos, à scutatis grauis armaturę milites, à stipen-
diarijs Lacedęmonios. Exiluit statim ut succurreret eis Agesilaus: sed ubi
B actum iam esse de ipsis audiuit, Heræum redijt, ibiq́ Bœotos exequi le-
gationẽ iussit. Qui cùm ludibrium ei reponentes, nulla pacis mẽtione fa
cta, Corinthum modò eundi facultatẽ peterent, iratus, Cras, inquit, tutò
mecũ eò ibitis, siquidẽ amicos uestros successu elatos uidere est animus.
Postridieq́ eos secũ ducẽs, agrum Corinthiorũ uastauit, & ad murũ usq́
accessit: atq́ ita eùm demõstrasset Corinthiorũ timiditatẽ, legatos dimi-
sit. Ipse cum ijs qui de cohorte supererant Lacedæmonẽ redijt, manè edu
cens, & tenebris demũ factis iter inhibẽs, ne qui inuidebãt & odio habe-
bant ipsum Arcades, dãno eius gauderent. Post hæc in gratiã Achęorum *Expeditio*
unà in Acarnaniã expeditionẽ fecit: ibi magna acta pręda, prœlio etiam *in Acarna-*
Acarnanes uicit. Orantib. aũt Achæis ut per hyemẽ ibi maneret, semen- *niam.*
temq́ hostiũ ꝓhiberet, contrà se facturũ respõdit: magis eñ hostes bellũ
formidaturos si uerno tẽpore segetẽ in agris sint habituri. Idq́ cõsiliũ exi
tus ꝓbauit: rursum eñ adducto hostili exercitu, cum Achæis pacẽ fece-
runt Acarnanes. Enimuerò postq̃ Pharnabazus & Conon regia classe *Pax An-*
mare obtinẽtes, orã Laconicæ uastauerũt, Athenæ quoq́ muris circũda- *talcidæ.*
tæ sunt Pharnabazo pecuniã suppeditãte: statuerunt Lacedæmonij cum
C rege pacẽ inire. Mittunt itaq́ Antalcidã ad Teribazũ, turpissimè & iniu-
stissimè Græcos Asiã incolentes, pro quib. bellũ gesserat Agesilaus, regi
ꝓdentes. Verùm eius rei infamia nihil planè ad Agesilaũ pertinuit. Antal
cidas eñ inimicus erat, ideoq́ tanto studio in pacẽ faciendã incũbebat,
q̃ bello eum ad sum̃am gloriã potẽtiamq́ euehi animaduerteret. Verun-
tamẽ Agesilaus & ei qui Lacedæmonios Medis obsequi dicebat, respon
dit nõ ita rem habere, sed Medos Lacedæmonijs studere: & qui pacẽ ac-
cipere nollẽt, eos bellũ denunciãdo ipsis coegit ut pactis cum rege Per-
sarum conditionib. starent. Idq́ eum maximè ꝓpter Thebanos fecisse, ut
ij Bœotia suæ libertati restituta uires amitterẽt, ex ijs apparet, quę postea
tẽporis egit. Cùm eñ Phœbidas pace fœdereq́ neglecto Cadmiã occu-
passet, idq́ & oẽs Græci, & ipsi Spartani molestè ferrent, atq́ ij maximè *Phœbidæ*
qui inimici Agesilao erant ex Phœbida quærerẽt, cuius iussu hoc facinus *facinus.*
perpetrasset, nimirũ ut Agesilaum eius rei suspectũ facerẽt: nõ est ueritus
Agesilaus Phœbidę opitulari, palãq́ dixit, rẽ ipsam utilisne sit expẽden-
dã esse: quæ eñ Lacedæmoniorũ ciuitati cõducant, ea rectè etiã iniussu
agi. Alioquin iusticiã solebat inter oẽs uirtutes pręstantissimã dicere, &

Agesilaus de iustitia.

sine qua fortitudo nullius esset precij, cùm cōtrà ne opus quidē hac esset A
futurū, si oēs homines iusti essent. Dicentibus, Hoc ita magno regi place-
re, Quid ergo, inquit, an is maior me est, si nō sit iustior? rectè iudicans iu
sticia, tanꝗ regia mensura, præstantiā esse examinandā. Epistolā à rege fa
cta pace sibi missam, qua priuatim cum ipso rex hospitiū & amiciciā inire
studebat, nō accepit, suffecturā dicens publicā amiciciam, eaq; cōstante,
nihil priuata opus fore. Sed enim in reb. non hanc suā de iusticia opinio-
nem secutus, sed ambitionē sæpenumerò, studiumq; cōtendendi, præser-
tim cōtra Thebanos, nō modò Phœbidā seruauit, sed & ciuitati persua-
sit, uti in se facinus id reciperet, arcemq; Thebanā sibi seruaret, Archidā
& Leontidā, quorū opera eam Phœbidas occupauerat, reip. Thebano-
rum præficeret. Ea ꝓpter statim suspicio insinuauit, Phœbidæ opera, con
silio Agesilai rem actā fuisse: quæ aūt subsecutæ sunt actiones certam rem
fecerunt. Cùm eñ Thebani præsidio eiecto urbē in libertatē asseruissent,
criminis loco obijciēs Agesilaus ꝗ Archidā & Leontidā, qui sub præto-
rum nomine tyrannidē gesserant, interfecissent, bellū eis intulit. Itaq; Cle
ombrotus rex (iam eñ Agesipolis obierat) cum exercitu est in Bœotiam
missus. Agesilaus eñ, ut qui quadraginta iam postꝗ ex ephebis excesse- B
rat annos uixisset, beneficio legis militia soluebat: quam subterfugiebat
turpitudinē ueritus, si qui paulo antè pro exulib. contra Phliasios bellum
gessisset, nunc Thebanos propter necatos tyrannos infestare diceret. E-
rat tum quidā Laco, Sphodrias nomine, contrariæ Agesilao factionis, uir
neq; timidus, & laudis cupidus, sed qui spe ꝗ consilio bono plerunq; ma

Sphodriæ conatus.

gis duceretur: tum Thespijs præfectus erat. Is magnum nomen affectās,
Phœbidæ illustrē ob Cadmeā captam esse gloriā censens, persuaderi sibi
passus est, ut longè præclarius ad facinus accingeret: nimirum uti subitò
à terra irruēs Piræeū Atheniensib. adimeret, atq; ita mari eos excluderet.
Autores cōmenti huius fuisse Pelopidā & Gelonē Bœotiæ principes fe-
runt: eos submisisis qui Lacedæmonijs se cupere simularent, Sphodriam
laudando & prædicando solū eum tam præclaro facinore dignū, eò com
pulisse, uti conatum haud minùs Phœbidæ facto iniustū, fortunatamē &
audacia destitutū susciperet. Lux eñ eum in Thriasio cāpo deprahēdit,
cùm noctu adhuc Piræeum inuadere statuisset: milites q; traditū est con-
specta à sacris Eleusinijs luce cōsternatos fuisse. Sphodrias quidē fiducia
excidit, cùm latére nō posset, exiguaq; præda acta turpiter ac cū dedeco- C
re Thespias redijt. Missi inde ab Atheniensib. Spartā, qui Sphodriā accu
sarent: sed ij offenderunt nihil opus esse ephoris accusatore, ꝗ ei iam antè
capitalis rei diē dixissent. Sed ille iudiciū subire ausus non est, irā ciuium
metuens, qui Atheniensiū uerecundia moti, ne iniuriæ faciendæ reo au-
tores fuisse uiderentur, unà cum illis affecti iniuria uideri uolebant. Erat
Sphodriæ filius Cleonymus, puer etiamnum, & forma eleganti: eum Ar-
chidamus Agesilai regis filius amabat, ac tametsi, ut consentaneum erat,
dolorē cum eo de parentis periculò cōmunem habebat, nihil tamē auxi-
lij palàm ferre poterat, ꝗ Sphodrias ex inimicis Agesilai unus erat. Cleo-
nymo eū accedēte, & cū lacrymis obsecrāte, uti suo patri patrē placaret,
quem maximè ille metueret, tres aut quatuor per dies præ uerecundia &
metu cōpellare patrem nō ausus, sequebat: tandē iudicij die instāte abie
cto timore Agesilao dixit Cleonymū se ꝓ patre deprecari. Agesilaus iā
pridem senserat Cleonymi amore Archidamū teneri, non tamen prohi-
buerat, quòd à puero statim eā de se Cleonymus opinionem præbuisset,
ut in præclarum uirum euasurus uideretur. Nullā tamen benignitatis au-
xilij'ue spem filio deprecanti ostendit, idq; modò dicens, deliberaturū

A se quid rectè & honestè facere posset, abijt. Itaque is uerecundia motus, à
Cleonymi cõsuetudine, qua quotidie uti cõsueuerat, se abstinuit. Exinde
amici quoque Sphodriæ magis magisque de causa eius desperauerũt, donec
Agesilai quidã amicus Etymocles cum illis colloquens, Agesilai senten-
tiã eis exposuit: scilicet factum id summoperè ei improbari, Sphodriam
tamen uirum bonum existimare, uidereque urbem huiusmodi militib. indi
gere. Hunc enim in modum de causa illa solebat loqui Agesilaus, in gra-
tiã filij: adeò ut & Cleonymus statim operã Archidami senserit, & amici *Agesilai amor liberũm.*
Sphodriæ animo recepto adfuerint. Fuit alioquin miro liberûm amore
præditus Agesilaus, idque de eo iocosum perhibetur, aliquãdo eum domi
cum filiolis equitãtem in arundine collusisse: uisumque cuidam amicorum,
monuisse eũ ne cui id diceret, priusquam ipse etiam liberos procreasset.
Absoluto ita Sphodria, Atheniensibusque ut id cognouerunt ad bellum
uersis, pessimè Agesilaus audiebat, qui ob cupiditatem ineptam & pueri
lem iustum iudiciũ impediuisset, tantorumque in Græcos flagitiorũ culpæ
partem ciuitati Spartanę imposuisset. Quapropter Cleombrotũ cernens 13
parum animi ad bellum cõtra Bœotos gerendum habere, ualere iussa ea, *Bellũ cõtra Thebanos.*
B qua militiã nuper excusauerat, lege, ipse in Bœotiam impreſsionẽ fecit,
multaque damna intulit, multa accepit: itaque & uulnerato quandoque Antal
cidas dixit, præclara eum præmia à Thebanis auferre, quod eos neque uolẽtes
neque scientes pugnare docuisset. Et quidem haud unquam aliâs quam eo tempo-
re bellicosiores Thebani fuerunt, crebris Lacedęmoniorum cõtra ipsos
expeditionib. ueluti exercitati. Itaque & antiquus ille Lycurgus in trib. le-
gum tabulis, quas Rhetras uocant, uetuerat sæpius eosdem bello petere,
ne ij artes militares discerent. Erat & socijs Lacedæmoniorũ inuisus Age
silaus, quòd nullum ob publicum crimen, sed ira & contentione quadam
instigatus Thebanos perdere quæreret: seque nulla neceſsitate postulante
ad perniciem suam hinc inde quotannis circumduci, ac tam paucorũ nu-
mero Spartanorũ comites esse indignabantur. Quo tempore Agesilaum
narrant, uti ostẽderet Spartanorũ multitudinẽ, eo consilio usum. Vniuer-
sos socios inter se permixtos cõsidere iuſsit, Lacedęmonios seorsim: inde
præconis uoce primùm figulos iussit, posteà ærarios fabros surgere, inde *Chria.*
lignarios, tum ædificatores, reliquosque secundum omnia artificia: ita uni-
uersi ferè socij, nemo Lacedęmoniorũ surrexit. nullã enim ijs artẽ quæstua-
C riã seu sordidã tractare legib. permittitur. Ibi tum risum tollens Agesilaus,
Videtis, inquit, ô uiri, quam multo nos quam uos plures milites in bellũ emitta-
mus. Megaris aũt, cùm eò à Thebis exercitũ abduxisset, adscendẽti ad cu
riam quæ in arce erat, cõuulsio & uehemẽs dolor sanũ crus inuasit, ex eoque id
intumuit, inflãmatioque à sanguinis, ut uidebatur, immodico affluxu ingẽs
extitit. Cùm aũt medicus quidã Syracusanus uenã infra malleolũ aperuis- *Morbus Agesilai.*
set, dolor quidẽ remisit, sed profluxus sanguinis inde ortus, cùm sisti nullo
modo posset, ad animi deliquiũ & graue discrimẽ eũ adduxit. Vix demũ
profluuio cruoris represso, Lacedęmonẽ delatus, aliquãdiu ęgrotauit, ac
per ualetudinẽ militię ineptus fuit. Interim multas terra marique clades La
cedæmonij perpessi sunt, quarũ maxima fuit Leuctrica, ubi primùm acie
à Thebanis uicti sunt. Omnibus Græcis aduersum omnes pacem consti-
tuendã uisum erat: eaque de causa ex Græcia legati Spartam conuenerant.
Fuit inter eos Epaminondas, eruditione & philosophia illustris, sed qui *Epaminon. de oratio.*
nondũ suę in bello prudentiæ documentum exhibuisset. Is cùm reliquos
omnes uideret Agesilao se submittere, solus liberè quę sensit ausus est ef-
fari, orationẽque habuit nõ pro Thebanorũ modò, sed uniuersæ adeò Gręcię

commodis. demõstrauit eñ bello Lacedęmonios augeri, reliquis omni- A
bus eo afflictis: proinde æqualib. conditionib. pacẽ iustisq́ cõponendã,
ita eñ demum stabilem fore pacem, si æqualitas ubiq́ constituatᷣ. Agesi-
laus uerò cùm magnopere admirari eum, orationiq́ eius attẽtos esse Grę
cos cerneret, percontatus est, Ecquid iustum & æquum censeret, Bœotiã
suis legibus uti permittere: cumq́ is mox cõfidenter interrogasset uicis-
sim, ipséne Laconicam liberam dimitti æquum iustumq́ arbitrareᷣ, exi-
liens præ indignatione, disertẽ eloqui iussit, Bœotiámne liberam relin-
quat: ac rursum Epaminondas, Túne, inquit, Laconicam? Ibi tum exaspe
Thebani pa ratus Agesilaus, arrepta quam diu captauerat occasione Thebanorũ no-
ce exclusi. men statim ex albo pacem accipientiũ deleuit, bellumq́ eis indixit. Reli-
quos Græcos abire domum iussit, & quas possent, pace, quas non, bello
componere controuersias: eas enim omnes transigere & abolere, im-
mensi erat laboris. Cleombrotum autẽ, qui tum in Phocide cum exercitu
agebat, ephori statim contra Thebanos ducere iusserunt, missisq́ ad so-
cios conquisitoribus, grauatim quidem ad bellũ accedẽtes, hiscere tamẽ
aut imperia detrectare non audẽtes, auxilia cõtraxerunt. Multis aduersis
ostẽtis factis (quę in uita Epaminondę persecuti sumus) Prothooq́ Spar B
tano expeditioni ei repugnante, nõ tamẽ remisit Agesilaus, sed bellũ cõ-
misit, sperãs cùm Spartanis tota iã Gręcia libera faueret, soli fœdere exclu
si Thebani essent, hos se nunc ulciscendi locũ habere. Ipsa temporis ratio
ostendit festinatione magis ꝙ consilio bellum id inceptũ: decimo quar-
to eñ die mensis Scirophorionis Lacedæmone fœdus ictũ, quinta Heca
Leuctrica tombæonis, id est uigesimo pòst die, clades Leuctrica accepta est. Mor-
Spartanorũ tui sunt ea in pugna mille Lacedæmonij, & rex Cleombrotus, iuxtaq́ eũ
clades. pręstãtissimus quisq́ Spartanorũ: inter quos traditũ est Cleonymũ Spho
driæ F. illũ formosum pro rege propugnantẽ ter ꝓstratum, totiesq́ resur-
gentem & pugnantẽ in Thebanos occubuisse. Improuisa clade Sparta-
nis, successuq́ Thebanis eo usis, quo gloriosior alter Græcis aduersum
Græcos nõ euenit, uirtutis tamen causa non minus uictã ꝙ uictricem ur-
14 bem mirari quis potuisset. Rectẽ quidẽ est à Xenophonte dictũ, pręstan-
tium uirorum iocos etiã & quæ inter potandũ animi causa agunt, memo-
rabile aliquid in se habere: at uerò etiã magis est operępreciũ animaduer-
tere, quam ij aduersa fortuna in agendo loquendoq́ modestiã seruẽt. Fe-
stum diẽ agebant Spartani, urbsq́ hospitũ erat plena (erãt eñ gymnica C
certamina chororũ in theatro) cùm nuncius Leuctricæ calamitatis Spar-
Magnani- tam allatus est. Hìc ephori tametsi minimè obscurũ erat actũ esse de prin-
mitas eorũ. cipatu, neq́ chorũ tamen discedere, neq́ festiuitatis eius formã iñutari
passi sunt: sed dimissis secundum domos eorũ qui ceciderãt nominib. ad
necessarios, certamina chororũ ipsi perfecerunt. Postridie cùm iã omnib.
innotuisset qui perijssent, qui euasissent, mortuorũ quidẽ parẽtes & affi-
nes & propinqui in forum descendere, lætoq́ uultu, animisq́ & lætitia
alacres sese mutuo datis dextris amplecti: eorũ uerò qui superfuerãt ne-
cessarij tanꝙ in luctu domi sese cum uxorib. continere, aut si in publicum
ꝓdirent, habitũ, uocẽ, uultumq́ tristẽ pręse ferre. Id uerò magis in femi-
nis erat animaduertere: quæ incolumes suos recepissent, taciturnas mœ-
stasq́ incedere, quæ amisissent, in fanis obuersari, mutuoq́ se hilari uultu
cõsalutare. Enimuerò ut & socij desciuerunt, & Epaminõdas uictoria e-
latus in Peloponnesum expeditionẽ facturus creditus est, plerisq́ animo
recolere subijt oracula de claudicatione Agesilai, multaq́ per urbẽ mœ-
sticia, & metus Deûm exustebat: arbitranuũ ideo eas clades accidisse, ꝙ
regno

A regno eum qui pedib. integer esset, prohibuissent, claudumq́ & mutilũ in eius locum substituissent, à quo maximè cauere sibi diuinitus fuerãt iussi. Virtutem tamen eius, potentiã gloriamq́ uenerati: non regem modò & ducem belli retinuerunt, sed & medico arbitroq́ ciuiliũ difficultatum usi sunt. Desertores, qui ea in pugna metu uicti fugerant, & multi erant & potentes: ita ut tumultum metuẽtes legib. præscriptam pœnam eis irrogare non auderent. Non enim tantùm omni magistratu arcebantur, sed & affinitatem cum eis contrahere ignominiosum erat: ĳdem impunè ab obuio quouis feriunt, tolerantq́ hoc, squalidi & humiles circũeuntes, centones discolores induti, barbæq́ partem radunt, partem tondent. Graue igitur erat tam multos eo habitu, isto præsertim tempore, quo militib. permultis opus erat, uidere in urbe oberrantes. Itaq́ Agesilaus legũ ferendarum causa uocat. Atq́ is in concionẽ progressus, nihil addens, nihil detrahens legibus, nihil mutans, eo die leges cessare debere dixit, in posterũ pristinã autoritatẽ habere. Ita & leges ciuitati seruauit, & ab ignominia ciues. Porrò ut iuuenũ animos à præsenti mœsticia reficeret, in Arcadiam irrupit: studioseq́ sibi à pugna cauens, oppidulũ quoddã Mantineorũ cepit, *Pœna desertoru.*
B incursionemq́ in agros fecit: atq́ ita spẽ aliquã ciuium animis reduxit, ne deploratã planè rem Spartanã putarent. Secundum hæc in Laconicã Epaminondas inuasit cum socĳs, haud minores quadraginta millib. grauis armaturæ milites ducens: multi quoq́ leuis armaturæ, & inermes prædæ causa comitabant, ita ut ad septuaginta hominũ millia in Laconicam intrauerint. Haud pauciores sexcentis anni effluxerant, ex quo Dorienses Spartam habitare ceperũt: neq́ ante eum unq́ diem hostes in Laconica conspecti sunt, nemine antehac id auso. Itaq́ in regionẽ intactã inuiolatamq́ hactenus impressione facta, usq́ ad Eurotã atq́ urbẽ incendĳs & rapinis omnia uastabãt, nemine resistẽte. Non eñ patiebat Agesilaus tãto, ut ait Theopompus, fluctui procellęq́ se obĳcere Lacedęmonios: sed urbis mediũ & præcipua loca militib. cùm muniuisset, minas & arrogantiã hostiũ perferebat, ꝓuocantium eũ nominatim ad pugnã, ipsumq́, qui causa malorũ esset, bellumq́ incendisset, ꝓpugnare ꝓ agro patrio iubentiũ. Haud minus molestiæ ei tumultus urbani, uociferationesq́ & discursiones exhibebant, senib. obsidionẽ nõ tolerantibus, mulieribusq́ se non cõtinentibus, sed clamore & ignib. hostilib. ad insaniam redactis. Gloriæ *Epaminondæ in Laconicam impressio.*
C q́q́ iactura cũ torquebat, ꝙ quam urbẽ ipse maximã potentissimãq́ acceperat, eius maiestatẽ deiectã, in angustũq́ redactã cerneret: cùm quidem ipse frequẽter gloriatus antè esset, à muliere nulla Lacedæmonia fumum hostilem conspectũ. Fertur & Antalcidas Atheniensi cuidam in contentione fortitudinis dicenti, Nos quidẽ sæpe uobis à Cephiso fugientibus institimus, respõdisse: At uos ab Eurota nunq́ à nobis pulsi estis. Cuius simile est & id, ꝙ ignobilior quidam Spartanus Argiuo, multos Lacedæmonios in Argolide sepultos dicenti, reddidit, At uestrûm nemo in Laconica iacet. Enimuerò Antalcidas (ut tradit) eo tẽpore ephorus, admodũ urbi metuens, pueros in insulã Cythera exposuit. Agesilaus hostib. fluuium transire conantibus, urbemq́ aggredi, omissis reliquis partibus, in medio urbis & sublimib. locis milites collocauit. Auctus tum niuib. Eurotas uberrimè fluebat, neq́ tã asperitas, q́ frigus fluminis Thebanos inhibebat. Ibi Epaminondã ante phalangẽ suorum incedentẽ quidã Agesilao ostenderunt: ferturq́ diu defixis in illum quocunq́ iret oculis, eam tãtùm uocem emisisse, O magnificum uirũ. Tandem Epaminondas cum frustra ad ipsam urbẽ confligere & trophæũ statuere conatus, Agesilaum excire

excire non potuisset, retrò auersus regionem populationibus infestauit. A
At Spartæ quidā iam olim prauos & subdolos animos gerentes, circiter ducenti, coitione facta Issorium, ubi Dianæ fanum est, munitum & expugnatu difficilē locū occupauerunt. In quos cùm extemplò impetū facere cæteri Lacedæmonij uellent, Agesilaus ueritus ne ad seditionē res deduceret, reliquis quiescere iussis, ipse solus cum uno famulo eò accessit, uociferans, An non audiuissent quid mandati dedisset: neq; enim eò iussisse ipsos conuenire, neq; omnes, sed alios eò (alium locū demonstrans) alios in diuersas urbis partes. Quod ut factiosi isti audiuerunt, latére suam conspirationē rati, læti eò quò iusserat rex discesserunt. Issorium Agesilaus statim alijs accitis obtinuit: circiter quindecim eius cōspirationis socios deprehēdit, noctuq; interfecit. Maior deinde alia Spartanorū ob res nouas occultè in domum quandā congressorum indicata est cōiuratio: quos & in iudicium trahere in tanto tumultu difficillimū, & insidiantes negligere periculosum erat. Itaq; eos Agesilaus re cum ephoris cōmunicata indicta causa necauit: cùm ad eum usq; diem nemo Spartanus nisi in iudicio damnatus capite pœnas luisset. Cùm multi finitimorū & helotū, quib. arma data fuerant, ex urbe ad hostes perfugerent, idq; animos suorū uehementer perturbaret: famulis negociū dedit, ut sub auroram per cubicula circumirent, armaq; fugitiuorum inde auferrent atq; absconderent, ne multitudo eorum innotesceret. Thebanos discessisse ex Laconica quidā asserunt appetente hyeme, cùm iam Arcades nullo ordine discederent, & ab exercitu diffluerent: alij, cùm tres iam integros menses ibi cōmorati, pleraſq; eius regionis partes deuastassent. Theopompus scribit ad Bœotarchos, cùm iam discessum molirent, Phryxum Lacedæmoniū uenisse, decemq; ab Agesilao talenta attulisse, quib. ille redimeret eorum abitum: ita ijs, cùm iam antè discedere statuissent, uiaticum etiā ab hoste accessisse. Id quo modo solus Theopompus rescíuerit, omnib. alijs ignorātibus, haud sanè intelligo. Illud quidē apud omnes in confesso est, Spartā tunc beneficio Agesilai seruatā, cùm is ambitione & pertinacia (ingeneratis ipsi uitijs) ualere iussis, tuta consilia prætulerit. Recuperare autē potentiā gloriamq; Spartę non ualuit: sed quemadmodū corporis sani quidem, nimis tamen accurata uictus ratione semper usi, unus aliquis morbus ualetudinē perpetuo damno afficit: ita unū tum in malā partem momentū totam urbis eius felicitatē inclinauit. Quod Spartanis euenisse, nō est à ratione C absonum. etenim reip. ad pacē, uirtutē, & concordiā optimè institutæ uiolenta imperia superaddentes (quib. urbē felicitate fruiturā nihil indigere Lycurgus senserat) haud iniuria cladem passi sunt. Iam ipse Agesilaus ob ingrauescentē ætatē militarib. imperijs sese abdicauerat. Archidamus aūt filius eius accepto à Dionysio tyrāno ex Sicilia auxilio, Arcades uicit ea pugna, q̄ uerè lacrymarū expertem dicere possis: nullo enim suorū amisso, magnum hostium numerū interfecit. Cæterùm hæc maximè uictoria quantū corruissent uires ciuitatis Spartanæ ostendit. Antè enim ita usitatum ipsis erat uincere, ut nullā aliam uictimā præter gallum Dijs offerret, & neq; ij qui pugnassent, eo nomine sese iactarēt, neq; qui de uictoria inaudiebant, nimio aliquo gaudio efferrent. Nuncio quoq; uictoriæ ex eo prœlio, q̄d ad Mantineam cōmissum, & à Thucydide descriptū est, magistratus ex phiditijs præmij loco carnē misit, nihil prætereà. Atq; tū renunciata uictoria, cùm Archidamus ad urbē accederet, nemo se domi continuit: sed primus occurrit pater præ gaudio flens, post eum magistratus, inde senum & mulierum turba ad fluuium descendit, manus ad cœlum tollen-

Factiones Spartæ.

Spartæ uires collapsæ.

Archidami de Arcadibus uictoria.

A tollentium, Dijsq; gratias agentium: quasi tum primùm indignũ à se decus Sparta depulisset, rursumq; ab initio in clarã lucem oculos attolleret. Nam ante hanc uictoriam perhibent uiros acceptæ cladis pudore ne in uxores quidem suas rectis oculis intueri sustinuisse. Porrò cum Messenen Epaminondas instaurasset, & in eam antiqui ciues undiq; cõmigrarent, ui quidem id prohibere neq; ausi sunt, neq; uerò potuerunt Spartani: Agesilao autem grauiter succensebant, quòd regionem nõ minus Laconica populosam, agriq; bonitate inter Græcas præcipuam, quam per tot annos tenuerãt, sub eius regno perdidissent. Ob id Agesilaus pacem à Thebanis oblatam non accepit: nolensq; uerbis eam ipsis regionem, quam reipsa obtinebant, concedere, nimia pertinacia usus tantum abfuit uti eam recuperaret, ut arte hostium circumuẽtus ipsam propè Spartam amiserit. Etenim cùm Mantinenses iterum à Thebanis defecissent, Lacedæmoniosq; euocassent, sentiens Epaminondas Agesilaum eò accedere cum exercitu, clam Mantinensibus noctu Tegea exercitum uersus ipsam Lacedęmonẽ duxit, parumq; abfuit, quin præterito Agesilao urbem uacuam occupasset. Agesilaus ab Euthynoo Thespiensi, ut habet Callisthe- *Messene instaurata.*

B nes (nam Xenophon Cretensi cuidã hoc factũ adscribit) ea de re certior factus, celeriter equitẽ præmisit qui in urbe id annunciaret, pauloq; pòst ipse etiã Spartã intrauit. Exiguum intercesit temporis spaciũ, cùm Thebani Eurotam transiuerunt, urbemq; inuaserunt. Præter ætatem tum, ingeniumq; suum Agesilaus pro patria summa ui propugnauit. Non enim ut antè cauendi & tuta cõsilia sequendi, sed insanæ cuiusdã audaciæ tempus esse locumq; uidebat: qua nunq; antè usus, tũc ea una periculum depulit, patriamq; è manibus Epaminondæ eripuit, trophæum constituit, puerisq; & mulieribus ostendit Lacedæmonios pulcerrimam educationis gratiam referentes. Inspexerunt inter primos Archidamum præclarè pugnantem, cùm animi robore, tum agilitate corporis, celeriterq; per uicos quà pugna inclinaret discurrentem, & sese ubiq; cum paucis alijs hostibus opponentem: uiderunt Isadam Phœbidæ F. non ciuibus modò, sed & hostibus admirandum spectaculum. Is forma corporis ac magnitudine conspicuus, eaq; ætate, qua maximè ab adolescentia ad uirilem statum accedentes florent, neque armis neque uestibus tectus, oleo corpus inunctus, alteraq; manu gladium, altera lanceam tenens, domo exi- *Sparta Epaminondæ erepta.* *Archidami & Isadæ laus.*

C luit, ac per mediam pugnam proruens inter hostes uersatus est, obuium quenq; feriens & sternens: neq; ullum accepit uulnus, siue Deo ob uirtutem eum custodiente, seu quòd præstantior humana natura hostib. esset uisus. Ob hoc facinus ferũ ab ephoris coronatus, ac deinde mulcta mille drachmarum affectus, quòd absq; armis committere se discrimini pugnę ausus fuisset. Paucis pòst dieb. ad Mantineã pugnatũ est. Ibi Epaminondam, cùm primos in fugã cõiectos insequeret, Anticrates Laco subsistẽs hasta ferijt, ut quidẽ Dioscorides narrat: nã Lacedęmonij eos qui ab Anticrate genus ducunt etiãmnũ Machęrionas uocãt, quòd ense (id est gręcis machęra) Epaminondã percusserit. Adeò enĩ Epaminõdę terror charum Spartanis eius percussorẽ reddidit, ut ei honores ac munera, posteritati immunitatẽ decreuerint: qua etiã nostra ætate Callicrates unus de Anticratis posteris fruit. Post eã pugnã, obitumq; Epaminondæ, Græcis inter se pacem cõponentibus, iuramẽto isto Agesilaus Messenios prohibuit, ut qui ciuitatẽ non haberent. Quos cùm reliqui omnes admitterẽt, Lacedęmonij eo fœdere abstinuerũt, soliq; bellũ paci prętulerũt, sperantes sese recuperaturos Messeniã. Videbat itaq; uiolẽtus, rigidusq; et belli inexple- *Epaminondæ mors.* *Pax Græcorum.*

inexpletus Agesilaus, qui communia Græciæ fœdera summo studio impediret, coactus inde ob defectum pecuniæ molestus esse omnibus amicis, ab iisque mutuum & stipem corrogare: cùm quidem decebat eum patriam oblata occasione, rebusque ad hunc statũ adductis, malis istis liberare, neque amissis urbibus, terræque & maris imperio, propter bona & reditus Messeniacos præ impatientia omnia turbare. Maiorem uerò sibi infamiam parauit, cum Tacho Aegyptio ducẽ sese præbuit. Indignũ enim uidebatur, eum uirum qui optimus Græcorum esset habitus, gloriaque sua orbem terrarum impleuisset, homini barbaro, & qui à suo rege defecisset, corpus, nomen gloriamque suam pro pecunia utendam dare, mercenariorumque militum ducis munus subire. Etenim ne si pro libertate quidem Greciç imperatoris officium in se recepisset, annos octoginta natus, eoque amplius, totumque corpus uulneribus conscissus, repræhensione omni cariturum eam tam intempestiuam ambitionem fuisse: quippe honestarum actionum suum esse tempus, suam ætatem: & uerò omnino bona à turpibus solo modo discerni. Verùm hæc Agesilaus contemnens, neque ullum publicum ministerium seipso indignum sentiens, potiusque dedecori sibi ducens, si ociosus domi mortem expectaret, conductis pecunia à Tacho accepta militibus, impletisque nauibus, soluit, triginta secum, ut ante, Spartanos consiliarios habens. Vt in Aegyptum appulit, primores statim regiorum administrorũ officij causa ad nauim eius uenerunt: reliqui etiam Aegyptij, apud quos magnam expectationem gloria eius excitauerat, ad spectaculum quasi concurrerunt. Qui ut nihil splendoris, tantùm senem in herba apud littus decumbere uiderunt, uili habitu, & paruo corpore, ridere eis & iocari subijt. Hoc nimirum aiebant, est illud fabulæ, Parturiunt montes, nascitur tandem mus. Multo magis stulticiam eius mirabantur, qui cùm xenia offerrentur, farinas quidem, uitulos & anseres acciperet, bellaria, placentas, & unguenta repudiaret, urgentibus uti acciperet, seruis suis ea dari iuberet. Papiro tamen coronaria, ob utilitatem eiusmodi coronarum delectarum fuisse Theophrastus refert, petijsseque & accepisse cùm à rege discederet. Congressus autem cum Tacho ad expeditionem parato, non (uti sperauerat) uniuersis copijs, sed mercenarijs tantùm militibus præfectus est: classi Chabrias Atheniensis, omnibus copijs ipse Tachos præerat. Id primùm Agesilao molestum accidit. Deinde reliquam quoque arrogantiam & leuitatem Aegyptij ęgrè ferens, sustinuit tamen, & cum eo contra Phœnices nauigauit, cõtra & dignitatem & ingenium suum submittens se, occasionemque patienter expectans: quam eo modo nactus est. Nectanabis Tachi cognatus, ab eoque parti copiarum præfectus, desciuit, rexque ab Aegyptijs creatus, missis ad Agesilaum & Chabriam internuncijs, magnis propositis præmijs eos ad societatem iungendam inuitauit. Sentiens hoc Tachos, ambos deprecatus est: & Chabrias quoque hortando leniendoque conatus est in amicicia Tachi Agesilaum retinere. Agesilaus aũt, Tibi quidẽ, inquit, ô Chabria, qui ultrò huc uenisti, tuis uti consilijs licet: ego missus à patria sum auxilio Aegyptijs, cõtra quos nõ licet mihi bellũ gerere, nisi iussu ciuitatis. Simul Spartam misit, qui Tachum accusarent, Nectanabimque commendarent: misit & horum uterque, alter antiquam societatẽ prætendens, alter maius studium beneuolentiamque in posterum promittens. Auditis legatis, responderunt Aegyptijs palàm, Agesilao totam rem curæ fore: eum uerò missis literis hortati sunt, ut quod in rem Spartæ esset, id ageret. Ita Agesilaus cum suis stipendiarijs militibus à Tacho ad Nectanabin transijt, inhonestam

Agesilai in Aegyptum expeditio.

Nectanabis à Tacho defectio.

A B C

A nestam planè rem patriæ commodo prætexens:nam si prætextu dempto actioni isti debitum nomen dare uolumus, proditio erat. Sed Lacedæmonij primas honesti partes utilitati patriæ tribuentes, nullam iustam rem agnoscunt,nisi quæ ad amplificandam Spartam faciat. Tachos destitutus à mercenarijs militibus,fugit. Mox quidā Mendesius cōtra Nectanabim insurgit,rex & ipse salutatus,cōtractisq; centum millib.hominū in aduersariū it. Ibi tum Nectanabi hortanti, ne multitudine hostium perterreref, cōuenarum,ac manuarijs tantum opificijs exercitatorū,atq; ob imperitiā contemnendorum, Agesilaus non se multitudine eorum, sed imperitia perturbari respondit, & ruditate: ea enim effici, ne decipi possint. Dolo enim id,quod ad cauendam fraudem intentus minimè futurum putabat, consequimur:at qui nihil metuit, nihil suspicatur, nullā ille fraudi ansam præbet, sicut & in lucta qui se nunquam mouet, nullum ad sternendum colluctanti momentum dat. Secundum hæc Mendesius quoq; Agesilaū missis nuncijs suum efficere est conatus. Metuens itaq; sibi Nectanabis, Agesilao quàm primùm prœlio congredi iubente, nec bellū trahere cōtra hominis imperitos, & q ob multitudinē circumuēire insidijs, uel fossa,
B locorúmue occupatione facilè possent, magis etiam suspectum eum habens,in magnā se & munitā ꝓbè urbē recepit. Agesilaus tametsi indignè ferebat de fide sua dubitari, tamen turpe ratus ad alium trāsire, nullaq; re gesta discedere, cum Nectanabi in urbem intrauit. Superuenientibus hostibus,& munitionibus urbem cingentibus,obsidionē rex metuens, rursus pugnandum existimauit, studiosè Græcis adstipulantibus, q in urbe nihil erat alimentorum. Id cùm prohiberet Agesilaus, peiùs etiam quàm priùs apud Aegyptios audiuit,proditorem eum regis uocantes: sed iam æquiore animo calumnias ferebat, occasioni exequendi sui consilij intentus. Fossam circa murum exteriùs peraltam barbari agebant, ut omnino hostem in urbem concluderent. Ea cùm iam propè esset eò perducta, ut in se rediret, mœniáq; tota ambiret,noctem præstolatus, armari Græcos iussit, Nectanabínq; accedens: Nunc, inqt, ô iuuenis tēpus salutis adest: quam ego occasionē ne perderem, nolui priusquam instaret indicare. Ipsi nos hostes suarum manuum opere tutos reddiderunt, tanta acta fossa, cuiusquod perfectum est, ipsorum multitudini impedimento erit, intercapedo nobis æquali cum ipsis prœlio congrediēdi locum dabit. Agedum
C ergo animo uiri strenui cogitationes concipe, nosq; cursu secutus, te & exercitum serua. Nam neq; nos à fronte impetum facientes hostis subsistet, & reliquis, ne damnum nobis dent, fossa obstabit. Miratus est Agesilai calliditatē Nectanabis, inq; medium se Græcorum agmē recepit: facta irruptione facilè fusi sunt hostes. Agesilaus ut semel Nectanabin sibi obtemperantem habuit,iterū eadem arte cum hostibus colluctatus, modò fugiendo & post se hostes trahendo, modò cōtrario itinere cedendo, tandem multitudinem hostium in eum locum pertraxit, cuius ab utroq; latere aqua ducto alueo defluebat. Horum interstitium ipse phalāgis suæ fronte occupauit, ita ut æquali numero primis hostium concurreret, neq; ab hostib. circumueniri posset. Ideò hostes cùm haud diu restitissent, fusi sunt, multisq; cæsis reliqui in fuga dissipati in diuersas partes diffluxerūt. Ex illo Nectanabis res bono in statu, satisq; tutæ erant: id quod ille gratū habens, amicè admodū Agesilaum orauit, ut ibi per hyemem secum maneret. Sed Agesilaus ad bellum domesticum festinabat: patriam pecuniæ indigere, mercenarioq; milite uti sciens. Dimissus itaq; reuerenter & magnificè est, rege præter alios honores ac dona, ad bellū ei CCXXX talēta

Fraudis qui securi.

Stratagema Agesilai.

Victoria.

Obitus. largiente. In reditu tempestate oborta cùm terram iam nauibus attigisset, A
& in Africæ desertum quendã locum (Menelai portum uocant) appulis-
set, diem obijt: cùm quidē annos XXCIIII uixisset, Spartæ unum & XL
regnasset, & ex his plures ꝗ̃ triginta omnium maximus potentissimusq́,
totiusq́ propemodum Græciæ princeps atq́ rex, usq́ ad Leuctricam pu
gnam, habitus fuisset. Moris erat Laconici, ut cęterorum in exteris regio-
nibus mortuorũ corpora funerata ibidem relinquerentur, regum autem
Spartam referrent: idcircò Spartani qui aderãt, cadauer Agesilai cera (nõ
ẽm erat in promptu mel) colliquata circumfusum Lacedæmonem perue-
xerunt. Patri in regno successit Archidamus, in eoq́ genere usq́ ad Agi-
dem regia dignatio permansit: Agidem, qui ab Agesilao erat quintus, in-
stitutam à maioribus reipublicæ administrationem instaurare conatum,
Leonidas interfecit.

PLVTARCHI POMPEIVS,

[redacted]O

Augustano interprete.

Pater Pompeij. QVOD apud Aeschylum Prometheus de Hercule salutis suæ B
autore dicit, *Charissima infensissimi proles patris:*
id iaminde ab initio sensisse de Pompeio populus Romanus
uidetur. Neminē ẽm unq́ ducē tam constanti, tamq́ acerbo
odio ꝓsecuti sunt, ut Strabonē Põpeij patrē: cuius cùm uiuē
tis potētiã in armis (erat ẽm uir bellicosissimus) metuissent, fulmine extin
cti cadauer de feretro inter efferendũ detraxerũt, ignominioseq́ tractaue
rũt. Rursum inter Romanos nemo fuit, qui uehemētiori, & ꝗ̃ celeriùs in-
cepisset, aut rebus prosperis magis increuisset, rebusq́ etiã fractis cõstan
tiùs perdurasset, populi beneuolentia uterer̃, atq́ Põpeius. Odiorũ in illũ
causa fuit insatiabilis auaricia, huic cur diligerer̃, multæ: uictus ratio mo-
desta, exercitatio in armis, facundia, ꝓbati mores, comitas, cùm quidem
Mores & uultus. nemo esset qui uel ægori animo peti abs sese aliquid paterer̃, uel libētiùs
petitionib. satisfaceret: præterea & dabat sine molestia, & in accipiendo
grauitatē adhibebat. Ab initio uultus quoq́ haud parum ei ad cõciliãdos
multitudinis animos adiumenti attulit, uoci uiã struens: erat ẽm aspectus
amabilis & blãdus, sed qui aliquid tamen haberet maiestatis, & in florēte
ætate statim indoles ueneráda & regius animus elucebãt. Tum coma le-
niter reiecta, oculorumq́ faciles motus atq́ eõ uersiones faciei similitudi- C
nē cum Alexãdri regis effigie quandã uerbis magis ꝗ̃ re apparentē efficie
bant: ita ut ne Alexãdri quidē appellationē ab initio fugerit Põpeius, sed
quidã per iocũ eum palàm Alexandrũ nominarint. Itaq́ L. Philippus, uir
cõsularis Põpeio patrocinãs, nihil se alienũ ratione facere dicebat, ꝙ Phi-
lippus ipse Alexãdrum diligeret. Florã porrò meretricē iam natu grandē
ferunt sæpe gratam consuetudinis olim cum Pompeio habitæ mentionē
fecisse, & dixisse, nunquam se ab eo, si unà cubasset, sine morsu discèssisse.
Id quoq́ narrasse, Geminium quendam ex Pompeij familiaribus concu-
bitum eius affectasse, ac sæpe eo nomine compellasse: ipsam uerò recusas-
se, Pompeijq́ gratia non obsequi dixisse: Geminium Pompeio rem indi-
casse, ab eoq́ ut potiretur Flora impetrasse: Pompeium deinceps ipsa, ta-
metsi amore captus uideretur, omnino abstinuisse: idq́ ipsam grauiùs,
quam pro uitæ conditione tulisse, ac præ dolore & desiderio eius ali-
quandiu ægrotasse. Fertur ita nobilis forma Floræ fuisse, ut Cæcilius Me-
tellus, cùm Castoris ædē statuis & tabulis exornaret, ipsius quoq́ pictu-
ram ibi dedicauerit. Demetrij quoq́ liberti sui, qui plurimũ apud ipsum
ualuit,

A ualuit, ac rem quater mille talentorum reliquit, uxorem Pompeius contra ingenium suum neque benignè neque liberaliter tractauit, metuens ne pulcritudine ipsius, quę insignis erat, & quemuis ad amorē pellicere posse existimabat, captus uideret. Adeò præcauendis etiam è longinquo reprehensionib. intentus, non tamen effugit calumnias inimicorū, qui eum matronarum in gratiā publica multa dimittere & negligere dicerent. De frugalitate autem eius in uictu, hoc etiam cōmemoratur. Medicus ægrotāti, & cibos fastidienti mādauerat, uti turdū comederet: cùm uenalis nullus reperiri posset (nam anni tempus non ferebat) & quidā inueniri apud Lucullū altiles diceret, Ergóne, inqt, nisi Lucullus luxui studeret, Pōpeius nō uiueret? spretoque medici mādato aliū cibū uulgarem sumpsit. Admodum adolescens cum patre in militiā proficiscens, qui Cinnę erat oppositus, socium & cōtubernalem habuit L. quendam Terentium. Is à Cinna corruptus pecunia, Pompeium occidere, & submissis alijs incendere tentorium ducis statuerat. Indicium rei ad Pōpeium cœnantem delatum est: isque nihil perturbatus, sed potiùs magis indulgens, amicéque cum Terentio agens, simul ac somni tempus appetijt, occultè se è tentorio suo subtraxit, præsidioque patri circūposito, quieti se dedit: Terentius tempus necis esse ratus, stricto gladio ad lectum Pōpeij uenit, eumque ibi iacere putans, multos ictus ingessit. Post hæc odium ducis magnum tumultum excitauit: defectionemque agitantes milites tentoria demoliri, armaque corripere ceperūt. Dux turbam metuens, progredi ausus non fuit: at Pōpeius filius inter medios milites obuersatus, plorans supplexque deprecatus tandē in ipsa porta castrorum se proijciens, discessuris obstitit, flens ac sese calcari iubens: ita ut omnes (octingentis tantùm demptis) moti uerecundia recesserint, ac cum duce in gratiam redierint. Patre mortuo, ipsius nomine peculatus dies Pompeio dictus est: & magnā quidem pecuniæ publicæ partem ab Alexandro quodam liberto interuersam cùm deprehendisset Pōpeius, rem ad magistratus detulit: ipse retia, & libros de præda Asculana retinere culpatus est. Et acceperat quidem ea à patre Asculo capto: sed Cinnani satellites, cùm in urbem redijt Cinna, impetu in domum eius facto ea diripuerant. In exordio causæ aliquot contra accusatorem certamina sustinuit, in quibus ita se acrem, ac pręter ætatem suam constantem gessit, ut gloriam sibi gratiamque magnā parauerit: adeò ut Antistius prætor, apud quem ea causa agebatur, Pompeij amore captus fuerit, filiamque ei suam nuptum dare decreuerit, re cum amicis communicata. Pōpeio id probāte, occultoque ea re composita, studium tamen Antistij in causa fuit, uti ne lateret multitudinem. Tandem cum is Pōpeium iudicum sentētijs absolutum pronunciaret, tanquam signo dato populus acclamauit, Talasio: quæ uox antiquo instituto in nuptijs acclamari solet, origine (ut perhibent, quamque de multis omnium maximè probabilem duco) tali. Cùm Sabinorum filias quæ ad ludos Romā conuenerāt, præcipui uirtute Romani ad matrimoniū iungendū diriperent, ignobiles quidā pastores forma & magnitudine pręsignem quandā uirginē abstulerunt, ac ne ab obuijs præstantiorib. ea ipsis eriperetur, inter currendum clamauerunt, Talasio. erat autem Talasius unus ex nobilibus & gratiosis Romanis: itaque qui audiebant id nomen, ipsi quoque plausum dabant, nomenque idem acclamabant: & quia nuptiæ istæ Talasio bene cecidissent, ideo receptum exinde est, uti per iocum in nuptijs Talasii nomen sponsæ acclamaretur. Enimuerò paucis pòst diebus Antistiā duxit Pōpeius. Cùm ad Cinnā in castra profectus ac ob criminationes & calūnias aliorū sibi metuēs clàm

Frugalitas.
Aequanimitas.
In patrem pietas.
Antistia Pompeio nubit.
Talasio.

B (margin letter at "xit, præsidioque")
C (margin letter at "tor, apud quem")

sese è medio subduxisset, rumore in castris exorto, adolescentem à Cinna A
necatũ esse, milites iam pridem infestos animos gerẽtes, impetum in Cin
2 nam fecerũt: atq; is fugiens à quodã centurione stricto gladio insequente
dep̃rehẽsus, ad genua ei accidit, sigillumq́;, q̃d magni erat precij, ꝑtendit.
Cinnæ exitus. cui centurio acerbè admodũ insultãs, Atqui, inquit, nõ ueni ad obsignandam ꝭpõsionem, sed ut pœnas de scelerato tyrãno sumã: simulq́; hominẽ
Carbo. obtruncauit. Cinna in hunc modum sublato, rerum potitus est Carbo, insolentior q̃ Cinna fuerat, tyrãnus: accedebat aũt ad urbẽ Sylla, quem pleriq; ob præsentiũ malorũ molestiã desiderabãt, domini quoq; mutationẽ magni boni loco ducentes: adeò tum Romã calamitates redegerant, uti desperata libertate seruitutem saltem tolerabiliorem quærerent. Agebat tum in Piceno Põpeius, ubi & prædia habebat: plerunq; autem beneuo-
Vt ad Syllam cõcesserit Pompeius. lentia ciuitatũ à patre ad se deriuata perfruebat̃. Ibi cùm Romanorũ nobilissimos ac præstãtissimos sentiret suis rebus relictis, in Syllę castra, ueluti portũ aliquẽ, passim cõfluere: indignũ sese ratus, si nihil adferens ipse ad Syllã auxilij tantùm impetrandi causa cõfugeret, gratiã ab eo inire aliquam, cumq́; gloria & potẽtia accedere statuit. Itaq; Picenorum animos
tentando, sibi cõciliauit, ijq́; studiosè ei obtemperãtes, à Carbone missos B
spreuerũt: ac Vindiũ quendã qui subitò ex ludo literario ad gubernandũ populũ ꝓsiluisse Põpeium dixisset, statim impetu facto necauerũt. Exinde Põpeius, annos natus uiginti tres, à nemine hominũ dux creatus, ipse sibi arrogato magistratu Auximi (quę magna est Piceni urbs) tribunal in foro cõstituit, duosq́; fratres Vẽtidios, q̃ in ea ciuitate primas obtinebãt, cõtra ipsum factionem Carbonianã tuentes, edicto urbe expulit. Milites deinde cõscripsit, centurionesq́; ijs & primipilos cõstituit: idemq́; cæteras etiã urbes adiens fecit. Cedentib. aũt Carbonianis, & reliq̃s prõptè se ipsi adiungentib. ita demũ modico tẽpore cõtractis trib. integris legionibus, tum cõmetatu, iumentis & carris ad impedimenta uehenda omniq́; alio apparatu, ad Syllã ꝓfectus est nõ festinãs, neq; latère cupiẽs, sed moram in itinere faciẽs infestãdis hostibus, & omnem, quà ibat, Italiã ad desciscendũ à Carbone pertrahendo. Itaq; tres aduersæ partis duces, Carinnas, Cœlius, & Brutus, cõtra Põpeium insurrexerũt, tribus diuersis exercitibus eum ambientes, uti in medio inclusum arriperent. Põpeius nihil
Victoriæ Pompeij. perterritus, toto exercitu instructo in Brutum duxit, equites, inter q̃s ipse
èrat, primo loco agens: cumq́; hostiũ eq̃tatus Gallicus obuiã ꝓcessisset, C
primum eorũ & robustissimũ cõminus hasta ictum deiecit: reliqui retrò auersi, peditũ quoq; aciem disiecerunt, & in fugã totus exercitus sese dedit. Duces aũt discordia oborta, alius aliò à sese discesserunt: Ciuitates ob metum dissipatos Carbonianos ratæ Põpeio se cõiunxerũt. Mox Scipio cõsul cùm aduersus eum ꝓficisceret̃, anteq; intra teli iactum acies peruenissent, milites relicto cõsule ad Põpeium trãsiuerunt, Scipio effugit. Tãdem ad Arsim fluuiũ ab ipso Carbone immissas permultas equitũ turmas fortiter substitit, fusosq́; urgens in loca eq̃tatui iniqua cõpulit, ita ut nulla salutis spe apparente, se cum armis & equis ipsi tradiderint. Nõdum hæc resciuerat Sylla, sed primis de eo nuncijs perterritus, ne inter tot tantosq́; hostium duces uersans aliq̃d grauius pateret̃, auxilij ferẽdi causa ad eum tendebat. Põpeius ubi ꝓpè Syllã esse percepit, ducib. mãdauit, uti exercitum diligentissimè armarent atq; instruerent, ut quàm pulcerrimus imperatori splẽdidissimusq́; appareret: sperabat eñ magnos à Sylla honores, sed speratis maiores adeptus est. Etenim ut accedentem uidit Sylla, exercitumq́; robore pręstãtem, rebusq́; gestis animosum hilaremq́; cõspexit,

ab equo

A ab equo desiluit, salutatusq́ (uti consentaneū erat) imperator à Pōpeio, imperatoris nomine resalutauit: q̃d nemo eum facturū credidisset, ut iuuenem, nōdumq́ senatoriā dignitatem nactū eo nomine impertiret, de quo cum Scipionib. & Marijs digladiabatur. Reliqua cum eo honore cōuenerunt, ꝙ primis in cōgreßib. accedēte Pōpeio assurrexit, ꝙ caput detexit: quę nō temerè alterius causa faciebat, tametsi multos secū & bonos uiros haberet. Non tamen inflatus his honorib. est Pōpeius: sed statim à Sylla ire iussus in Galliā, quam prouinciā Metellus tenens nihil dignum 3 expectatione gerere uidebatᷣ, nō æquum esse respōdit, seni & gloria illustri uiro adimi belli gerendi munus: paratū quidem se esse ire ad Metellū, & unà bellum administrare, si illi sit uolenti. Hoc cùm probaret Metellus, & uenire iuberet, in Hispaniā ꝓfectus, cùm ipse res admiratione dignas gessit, tum Metelli audaciā, uiresq́ iam senio elanguescētes rursus exsuscitauit atq́ calefecit: quomodo affirmāt æri cōcreto iam & refrigerato æs colliquatum igni & fluens affusum, maiorem ipso igne colliquādi uim habere. Verùm enimuerò sicuti pstantißimi alicuius inter homines athletę, & qui omnib. ex certaminib. gloriosam palmam retulerit, uictorias, quas

Pompeius ad Metellū missus.

B puer cōsecutus est, memoratu dignas nō existimāt, neq; adscribunt reliquis: sic & quæ tum edidit Pōpeius facinora, ingentia ea si per se cōsideres, magnitudine tamen & multitudine eorū quę deinceps bella & certamina obijt, ita obfuscant, ut ueritus sim ne si ea referre aggrediar, primisq́ immorer eius actionibus, maximas res gestas, casusq́ qui ingeniū ipsius potißimùm declarant, expositurus deficiā. Postq̃ Italia potitus Sylla, dictator creatus est, cùm suis ducib. gratiā referret, ditādo eos, ad magistratus euehēdo, studioseq́ omnia quæ uellent largiendo, Pōpeium uirtutis causa in admiratione habens, multumq́ suis rebus ꝓdesse iudicās, statuit affinitate aliqua sibi copulare. Itaq; assentiēte uxore Metella, Pōpeio persuadet, ut dimissa Antistia priuignā Syllę, Scauri & Metellę filiā Aemiliā, quæ tum alterius uiri uxor erat, uterumq́ ferebat, in matrimoniū accipe-ret. Tyrannicæ erāt sanè istæ nuptię, magisq́ Syllæ rebus quàm Pōpeij uitæ cōueniebant: cùm Aemilia grauida ab uiro suo abduceretur, Antistia ignominiosè & miserabiliter expelleretᷣ, nuper etiā ꝓpter maritū amisso patre. (in Curia eñ Antistius iugulatus fuerat, ob affinitatē Pōpeianam Syllæ rebus studere creditus) Atq; Antistiæ mater hæc uidens, ultrò mor

Pompeius Syllæ gener.

C tem sibi cōsciuit: neq; id modò tragœdiæ istarū nuptiarū accesit infortuniū, sed & ipsa Aemilia statim in partu apud Pōpeium perijt. Interim Perpenna Siciliā occupat, cōtrariæq́ factionis superstitibus hominibus insulam eam receptaculi loco præbet: ibidemq́ cum classe Carbo erat, & in Africā Domitius peruenerat, multiq́ alij nobiles exules, qui ꝓscriptionē Syllanam euasissent, in istas partes se receperant. Hęc ubi Syllæ sunt nunciata, aduersum istos Pōpeius cum magnis copijs mittitᷣ. Perpenna statim Sicilia abijt. Vrbes miserè affectas recepit Pompeius, humanumq́ sese omnib. præterq̃ Mamertinis Messanensibus præbuit. His tribunal eius & iurisdictionē recusantibus, ꝙ antiqua lege quadā Romani id fieri ꝓhibuissent: Nunquámne, inquit, nobis gladios succinctis leges recitare desinetis? Viderᷣ & Carbonis calamitatib. inhumaniùs insultasse. Si eñ fuit (ut fortasse fuit) necesse eum occidere: at statim id fecisset, satisq́ erat iussisse. At Pōpeius eum uirū qui ter Romanorū cōsul fuisset, uinctū ad se adduci iussit, stantisq́ ad tribunal sedens ipse causam examinauit, omnibus qui aderāt molestè ferentibus, atq; ita tandē abductum necari mandauit. Carbonē quidem tradunt cùm ad supplicium ducerertᷣ, stringiq́ iam gladiū 4

Res in Siciliæ gestæ.

Carbonis interitus.

 cerneret,

Q. Valerij. cerneret, locum sibi dari & exiguum uentris exonerandi spaciũ petijsse. A
C. autem Oppius, Cæsaris amicus, inhumaniter usum etiã Q. Valerio Põpeium scribit. Cùm enim sciret rara præditum esse doctrina uirum, adductum ad se apprǣhẽdisse, unaq; deãbulasse: ac postquam ex eo didicisset quæ uoluisset, famulis mandasse ut statim abductum occiderent. Verùm Oppio, cùm de amicis inimicisue Cæsaris scribit, cautè admodum adhibenda est fides. Pompeius Syllæ hostes, si qui illustres, & apertè capti ad se adducerentur, necesse habuit supplicio afficere: alioquin cæterorum quotquot potuit, latere passus est. Cùm porrò Himeræorũ ciuitatẽ punire statuisset, ꝙ hostiũ partes secuta esset, Sthenis, qui in ea repub. plurimũ poterat, impetrata dicendi facultate, iniustè facturum Põpeium dixit, si sonte omisso insontes perdat. Interrogatus inde, quẽmnam sontem diceret, Ego, inquit, is sum, qui amicos persuadẽdo, aduersarios ui ad id quod
Liberè dictum. factum est à nobis faciendum adegi. Huius magnanimitatem, inq; dicendo libertatem admiratus Põpeius, primùm ipsi, pòst toti etiã ciuitati culpam cõdonauit. Audiens porrò milites in itinere immodestos se gerere, gladios eorum obsignauit, & qui sigillum non seruassent, ijs pœnam irrogauit. Hęc agenti in Sicilia, Senatuscõsultum & literæ à Sylla afferuntur, B
in Africam traijcere omniq; ui bellũ Domitio facere iubente. Etenim Domitius copias multo maiores cõtraxerat ijs, quibus haud ita dudum fretus ex Africa in Italiã traiecerat Marius, rebusq; in suã potestatẽ redactis de exule tyrannus factus fuerat. Itaq; Põpeius omnib. celeriter instructis,
5 præfectoq; Siciliæ Memmio sororis suæ marito, ex Sicilia soluit cum nauibus longis CXX, onerarijs autem, quibus commeatum, tela, pecunias,
Bellum in Africa contra Domitium. & machinas deportaret, octingẽtis. Cum quibus ut partim Vticã partim Carthaginẽ appulit, septẽ millia hostiũ ad ipsum desciuerũt: ipse uerò sex perfectas legiones ducebat. Narrant eo loco rem ei ridiculam euenisse. Quidam milites cùm in thesaurum forte fortuna incidissent, ingentem sunt nacti pecuniam: ea res cùm uulgo innotuisset, omnes reliqui in eam opinionem uenerunt, omnia circùm loca pecunijs referta esse, quas Carthaginenses imminente exitio terra obruissent. Nullam ergo ad rem uti militibus suis potuit Pompeius, multos per dies thesauris quærendis intentis: sed obambulabat ridens, inspiciensq; tot hominum millia fodientes, inuertentesq; terram. tandem desperata re, Pompeium se ducere quo uellet iusserunt, abundè iam pœnas suæ stulticiæ dedisse rati. Cum instructa acie Domitius occurrisset, & conuallem quandam salebrosam transitúque difficilem ante se cepisset, effusus unà cum uento ingens imber ab aurora obtinuit, ita ut Domitius desperata pugna in castra reducere intenderet. Eam occasionem arripiens Pompeius, celeriter superata conualle hostes adortus est, perturbatis iam ordinibus trepidantes, & neq; uniuersos, neq; ęqualiter subsistentes, uento quoq; grandinẽ eis aduersam obijciente. Tametsi ea tẽpestas Romanos quoq; cõturbauit, cùm se ipsos mutuò haud perspicuè cognoscere possent: parumq; abfuit quin ipse Põpeius à quodã milite, cui tesserã quærenti tardiùs respõderat, per ignorationem cæderetur. multã demum cum cæde hostibus fusis (quippe de uiginti millibus tria tantùm euaserũt) Põpeium imperatorẽ salutauerunt: cumq; is respondisset se uallo hostium stante id nomen nõ accipere, proinde si dignum eo putarent, illud prius deijcerent, impetũ in castra hostiũ dederũt. Ibi Pompeius metu prioris periculi sine galea pugnauit: castraq; capta, & occisus est Domitius. Vrbes porrò partim continuò imperata fecerunt, partim ui captæ sunt. Cepit & regẽ Hiarbã qui Domitio auxilium

A auxilium tulerat, regnumq; eius Hiempsali dedit. Inde fortunæ hoc successu, militumq; robore usus in Numidiã perrexit, progressusq; aliquot dierum iter, cùm obuia quæq; in suam potestatẽ redegisset, nomenq; Romanorum, cuius iam ex animis barbarorum effluxerat formido, terribile iterum eis ostendisset, ne feras quidem Africam inhabitantes roboris felicitatisq; Romanæ inexpertas relinqui debere dixit: ideoq; paucos aliquot dies leonibus & elephantis uenãdis insumpsit. Quadraginta omnino diebus hostes eum confecisse, Africam subegisse, regum cõtrouersias composuisse perhibent: ætatis tum annum agebat uigesimum quartum. Vticam reuerso literæ à Sylla redduntur, quibus dimittere exercitum, ac una cum legione ibi successorem expectare iubebatur. Aegrè id quidem tulit Pompeius, ueruntamen dissimulauit. Exercitus autem palàm indignatus est, & orante Pompeio ut procederent, Syllam uituperauerunt, Pompeiumq; à sese dimissuros negauerunt, ac ne se committeret tyranno monuerunt. Conatus primùm uerbis eos lenire Põpeius cùm nihil efficeret, à tribunali descendit, lacrymansq; in tabernaculum abijt: sed milites eum comprehensum rursum in tribunali collocauerunt. Magna parte

Amor militũ in Pompeium.

B diei altercando exacta, illis manere & imperare iubentibus, ipso ut obedirent sibi, néue tumultuarentur precante, tãdem instantibus, cumq; uociferatione urgentibus, manus se sibi allaturum, si cogere pergerent, iurauit: uixq; ita eos repressit. Sylla autẽ, ut primo Põpeium defecisse annunciatũ est, amicis dixit: Nimirũ ergo in fatis erat, ut senex cum pueris decertarem. nam & Marius iunior, admodum adolescens, multum ipsi molestiæ exhibuerat, inq; extremũ discrimen adduxerat. Sed ubi rem ut erat cognouit, omnesq; homines Pompeio studiosè occurrere, accipere, comitariq; eum amicè sensit: operam dedit, ut omnium beneuolentiam ipse superaret: itaq; obuiam profectus, cùm quàm familiarissimè excepisset, alta uoce Magnũ salutauit, idq; ei cognomẽtum tribuere eos qui aderant iussit. Alij in Africa id ei primùm à militibus acclamatũ, inde à Sylla cõfirmatũ obtinuisse dicunt. Ipse quidem Põpeius postremò omnium, & post multum temporis pro consule in Hispaniã aduersus Sertorium missus, epistolis suis & edictis Pompeium Magnum se adscribere cepit: iam enim consuetudo inuidiam eius cognominis aboleuerat. Quare miretur aliquis haud iniuria antiquos illos Romanos, qui huiusmodi titulo non

C bello tantum præclarè facta, sed & ciuiles actiones uirtutesq; compensarint. Duos enim Maximos populus nominauit, Valerium, quòd ei senatum dissidentem reconciliasset, & Fabium Rullum, quòd diuites quosdam ex libertinis in senatum lectos, eiecisset. Triumphum uerò petenti Pompeio, Sylla restitit. eum nemini nisi consuli aut prætori leges concedere: atq; hãc fuisse causam cur Scipio maior Carthaginensib. in Hispania uictis (quod fuit sanè præstantius factum) triumphum non postulârit, quia neq; consul, neq; prętor rem gesserat. quòd si imberbis Pompeius, & cui per ætatem senatori esse non liceret, triumphum in urbem inueheret, permultũ eã rem odij & Syllano imperio & Põpeiano honori cõflaturã. Hæc ita Põpeiũ Sylla monebat, ut se ꝓhibiturũ, ac si nõ obtemperasset, pertinaciã eius repressurũ diceret. Põpeius autẽ nihil remisit, sed reputare Syllã iussit, solẽ orientẽ à plurib. q̃ occidẽtẽ adorari. suã iã augeri, illius decrescere & lãguescere potentiã innuẽs. Hoc Sylla cùm nõ satis inaudiuisset, sed ex eorũ q̃ perceperant uultu & gestu uideret dictũ id admiratione omnib. excitasse, quæsiuit quid nã dictũ fuisset: eoq; intellecto, cognita Pompeij audacia obstupuit, bisq; exclamauit, Triumphet. Multis

Vt triumpharia.

indignantibus, ut molestia eos grauiori (sic enim ferunt) afficeret Pompeius, statuit currum quatuor elephantis (multos enim de regijs captos ex Africa adduxerat) trahentibus in urbem inuehi: sed angustia portæ prohibitus, equos adhibuit. Vt uerò milites expectatione sua minora adepti interpellare eum & tumultuari sunt aggresi, Nihil se eos curare respondit, ac malle triumphum omittere, quàm ipsos adulari. Cùm quidem Seruilius illustris uir, & qui maximè triumphum eius impugnauerat, dixit, Nunc se intelligere Pompeium uerè magnum esse, & dignum triumpho. Neque obscurum est facile tum fuisse Pompeio senatoriam dignationē impetrare: uerùm id consultò fertur omisisse, ex ipsa obscuritate gloriam captans. Non enim mirum erat, si antè quàm ætas ferret, senator lectus fuisset: sed id sanè quàm splendidissimum fuit, quòd nondum senator triumphauit. Idq; ei haud parum in concilianda multitudinis beneuolentia profuit: gaudebat enim populus, cùm eum acto triumpho inter equites agere cerneret. Sylla autem tametsi ægrè ferebat eum ad tantam gloriam potentiamq; progredi, uerecundia tamen motus, ab impediendo abstinuit. Tamen cùm ipso inuito Lepidum ad consulatum eueheret, comitia eius obiens, populiq; erga se beneuolentiam ei utendam præbens: uidens è foro discedentem, magna caterua comitante: Cer- B

Syllæ dictū. no, inquit Sylla, te ô iuuenis exultare hac uictoria, neque uerò ab re. Non enim hoc præclarum sit facinus, populo ita à te instructo, Lepidum omnium ciuium pessimum priùs renunciatum cōsulem Catulo omnium optimo? Enimuerò nullus tibi socordiæ locus est relictus, rebusq; te intentum esse oportet, qui tuum aduersarium teipso potentiorem effeceris. Testamento autem suo maximè ostendit Sylla infensum se esse Pompeio: cùm enim reliquis amicis dona legasset, filijq; eos sui procuratores constituisset, Pompeium prorsus præteriuit. Quod ipsum tamen æquo admodum animo, ciuiliterq; tulit Pompeius: ac cùm Lepidus alijq; cadauer eius in Campo sepeliri, publiceq; efferri nollent, ipse ijs restitit, sepulturamq; & tutam & gloriosam præstitit. Statim à Syllę morte id quod is prædixerat, apparuit. Etenim Lepidus Syllanam sibi potentiam uindicans, nullis ambagibus, nullo prætextu usus, illicò in armis erat, iam olim monstrum alentes factionum reliquias, quæ Syllam effugerant, colligens & resuscitans. Collega eius Catulus, cui maximè sani ciues intenti erant, quanquam inter Romanos temperantiæ & iustitiæ nomine summæ esset autoritatis, uidebatur tamen ciuilibus quàm bellicis rebus administrandis aptior, resq; ipsa Pompeium ducem requirere. Atq; is nihil cunctatus, optimatibus sese adiunxit, estq; ab ijs dux belli contra Lepidum creatus, qui iam multas Italiæ partes cōcitauerat, citerioremq; Galliā Bruti exercitu obtinebat. Reliquis facilè in potestatem redactis Pompeius, aliquandiu Mutinę Brutum obsedit: interim Lepidus ad Romam duxit, & cum exercitu ante mœnia consedit, alterum sibi consulatum postulans, suorumq; multitudine eos qui in urbe erant perterrefaciens. Hoc terrore ciues literæ à Pōpeio missæ soluerūt, quib. bellū sine prœlio confectū nunciabatur. Nam Brutus seu ipse copijs traditis, seu proditus ab illis ad hostem inclinantibus, seipsum Pompeio dediderat, & ab equitibus in oppidum quoddā Pado uicinū deductus fuerat. cæterùm inter- C

Bruti interitus. posito die uno, Pōpeius eum misso Geminio interfecit, nō sine graui crimine. Etenim cùm initiò scripsisset ad Senatum, Brutum ultrò ipsi se adiunxisse: paulo pòst alijs literis interfectum accusabat. Filius eius Bruti is fuit, qui cum Cassio Cęsarem occidit, neq; bello, neq; exitu patris similis, ut in

A ut in ipsius uita perscriptum est. Proinde Lepidus statim ex Italia pulsus
in Sardiniam aufugit, ibiq; ex mœrore mortuus est. Mœsticiæ causa fuit
non res, ut aiunt, fractæ, sed quòd incidisset in literas quasdam, ex quib.
de adulterio uxoris suæ cognouit. Hispaniam autem Sertorius obtine-
bat, nequaquam similis Lepido dux, sed magnum Romanis terrorem of-
ferebat, ad eumq;, tanquam postremã reip. perniciem, omnes bellorũ ci-
uilium reliquiæ cõfluxerant. Et iam multis minorib. ducibus interfectis,
cum Metello Pio decertabat, nobili & bellicoso uiro, sed qui ob senectu 7
tem segniùs iam occasiones belli sectaretur, quas celeritate sua plerunq;
Sertorius præripiebat, latronis in morem eum adoriens, uarijsq; insidijs
& circumcursionibus infestans uirum iustorum certaminũ peritum, exer *Pompeius*
citusq; grauis & acie dimicare consueti ducem. Ideo Põpeius exercitum *ad Sertoria*
sub se habens, id egit, ut Metello adiutor mitteretur, iussuq; Catuli mi- *nũ bellũ mit*
lites non exautorauit, sed alias ex alijs obtendens causas, circa urbem ar- *titur.*
matus uersabatur: donec L. Philippi suasu imperium ei contra Sertorium
est decretum. Quo tempore (uti aiunt) cùm quidam in senatu quæreret,
ecquid Pompeium pro consule ad bellum mittẽdum putaret: Philippus,
B Nequaq;, inquit, sed pro consulibus. utrunq; consulem nullius esse precij
existimans. Vbi primùm Hispaniam attigit Pompeius, nouiq; ducis glo-
ria nouas in animis hominũ (ut fieri assolet) spes excitauit, ac populi qui
nondum planè Sertorio se cõiunxerãt, mutari in alterã partem ceperũt:
superbos de Põpeio sermones diuulgauit Sertorius, & per iocum dixit,
ferula sibi & flagello tantùm opus fore ad puerum istum coercendum, ni
si anum istam (Metellum significabat) metueret: re quidẽ ipsa sibi ab eo
cauit, Põpeijq; metu bellum non ea qua antè temeritate gessit. Metellus
enim (quod nemo putasset) luxuriæ se totum & uoluptatib. dederat, subi
toq; magna eius ad fastum & luxum mutatio extiterat. Quod ipsum Põ-
peio præter gloriam, miram quandam beneuolentiam cõciliauit, fruga-
litatem uitæ magis etiam intẽdentẽ, cùm alioquin exiguo opus haberet
apparatu uictus eius ratio, hominis natura modesti & cõtinentis. Belli e-
ius uariæ formæ fuerunt: sed Lauronis maximè excidium Põpeio mole-
stum fuit. Existimans enim Sertorium à se circumuentum, gloriatusq; ali-
quid ea de re, subitò hostilib. se copijs circumquaq; cinctum sensit: itaq;
mouere se non ausus, ante oculos suos eam urbẽ cõflagrare uidit. Heren-
C nium uerò & Perpennã Sertorij, ad quem cõfugerant, legatos, apud Va-
lentiam superauit, & ultra decẽ millia hostium cecidit. Ea uictoria elatus,
properè contra ipsum Sertorium duxit, uti uictoriæ laude Metellum ex-
cluderet. Ad Sucronem amnem iam aduesperascente cõmissum est prœ-
lium, utroq; duce Metelli aduentũ præuertere cupiente, altero uti solus,
altero ut cum solo depugnaret. Incerta uictoria eius prœlij fuit: alterum
enim utrinq; cornu uicit. Ex ducibus Sertorius plus laudis meruit: cornu
enim sibi oppositum fudit. Pompeium autem uir magnus, & alioquin
equester, pedes inuasit, cõgressisq; ipsis comminus utriusq; gladij ictus
in alterius manum incidit, ita quidem, ut Põpeius tantùm sauciaretur, ho
stis uerò manum amputaret. Pluribus inde contra ipsum cõcurrentibus,
iam coorta fuga præter spem euasit, equum hostib. dimittens aureis pha-
leris, & precioso ornatu instructũ: hęc enim spolia inter se diuidẽtes, atq;
inter se de ijs certantes barbari, effugiendi spaciũ Põpeio reliquerunt. Vt
primũ illuxit, utrinq; in aciẽ ꝓditũ est, uictorię disceptãdę causa: Metello
autẽ accedẽte, Sertorius dissipato exercitu discessit. Etenim milites eius
ita à se mutuò diuelli, rursũq; in unum coire assueti erãt, uti Sertorius sępe
solus

solus oberrauerit, mox cum centum ac quinquaginta militum millibus, A ueluti torrens subitò inundans, sese ostēderit. Pompeius autem post eam pugnam Metello obuiam iuit, cumq; propè iam adesset, fasces suos submisit, Metellum ut honore præstantiorem ueneratus. Sed neq; hoc passus est Metellus, & in cæteris quoq; æquum sese præbuit, nihil sibi tanquam consulari & seniori amplius uindicās, nisi quòd tessera, si una fortè castra habebant coniuncta, à Metello utriusque exercitus militibus dabatur. Plerunq; uerò seorsim castrametabātur, artibus & calliditate Sertorij mutuò diuulsi, breui temporis momento diuersis ex partibus sese ostendentis, & ex uno certamine subitò ad aliud traducentis. Atque is ad extremum commeatu intercluso, agris uastatis, mari occupato, utrunque ea quam ipse obtinebat Hispania eiecit, coactos rerum necessariarum penuria in alias prouincias abire. Pompeius uerò cùm in id bellum omnem propè suam rem familiarem impēdisset, pecunias à Senatu postulabat, se cum exercitu in Italiam, nisi eæ mitterentur, uenturum scribens. Ibi Lucullus, qui tum erat consul, Pompeij inimicus, cùm bellum Mithridaticum affectaret, studiosè egit, ut pecuniæ mitterentur: ueritus ne Pompeio Sertorium (quod is alioquin cupiebat) dimittēdi, & bellum in Mi- B thridatem conferendi occasio daretur, hostem superatu (ut putabatur) facilem, & magnam uictori gloriam allaturum. Interim Sertorius à suis per dolum cæditur. Fuit inter hos princeps Perpenna, eademq; aggressus est quæ Sertorius agere: usus quidem eodem apparatu, ijsdemq; copijs, sed qui similiter ijsdem uteretur, animum non habens. Statim itaque Pompeius aduenit, ineptecq; res administrare Perpennam sentiens, decem cohortes inescandi hominis causa in campos immisit, nullo ordine eos palare per agros iubens. Quibus cùm se Perpenna insequendis dedisset, cum omnibus copijs ipse superuenit, prœlio commisso hostem fudit, necatis plerisq; aduersæ partis ducibus. Perpennam uerò ad se adductum interfecit, non ingratus immemor'ue accepti in Sicilia beneficij (hoc enim à quibusdam ei crimē obijcitur) sed insigni, & omnibus salutari usus consilio. Nam Perpenna scriniorum Sertorij compos, literas ostendebat potentissimorum Romæ uirorum, qui res nouas, reipublicæq; mutationem affectantes, Sertorium in Italiam euocabant. Proinde ueritus Pompeius, ne ista maioris alterius belli occasionem præberent, Perpennam è medio sustulit, literasq; ne lectas quidem à se cremauit. Commoratus inde in Hispania tantum temporis, quantum maximis tumultibus componendis, æstuiq; rerum sedando satis esset, exercitum in Italiam abduxit, fortè tum maximè uigente bello seruili. Itaq; & Crassus prœlio decernere audacter admodum festinauit, & usus secundo Marte, XXII hostium millia & trecentos deleuit. Veruntamen huius quoq; uictoriæ in partem aliquam fortuna Pompeium cooptauit. Quinq; millia enim fugitiuorum ex pugna in ipsum inciderunt: quibus occidione cæsis, Crassum literis ad senatum dādis anteuertit, in quib. scripsit, Crassum quidem acie gladiatores uicisse, se autem id bellum radicitus extirpasse. Fuitq; hoc Romanis ob beneuolentiā erga ipsum & auditu & dictu gratum: nam Hispanicum quidem & Sertorianum bellum ne ioco quidem quisquam ab ullo alio quàm Pompeio cōfectum dixisset. Enimuerò cum tanto honore atq; expectatione metus tamen, & suspicio apud ciues insinuabat, non dimissurum exercitum, sed armis rectà ad Syllanum imperium progressurum Pompeium: itaq; ijs qui beneuolentia ducti ei occurrerent, amiceq; acciperent, haud pauciores fuerunt, qui metu idem facesus se

Sertorij & Perpennæ exitus.

Spartacij à Pompeio deleti.

A rent. Postquam hanc quoque suspicionem Pompeius aboleuit, professus se statim à triumpho milites dimissurum: id unum inuidi quod carperent inuenerunt, quòd populo magis quàm senatui se dederet, populiq; autoritatem à Sylla deiectam erigere in gratiam multitudinis atq; instaurare intenderet. Neq; id falsum fuit. Neq; enim est quem magis insano amore populus, quàm Pompeium, dilexerit, aut quem maluerit Syllano more rerum potiri: itaque Pompeius magna in parte felicitatis putauit, quòd in eam, quæ tum erat, reipub. formã statumq; incidisset: cùm quidē si consulatus ab alijs fuisset præreptus, nullam aliam rationem inuenire potuisset, qua gratias studijs populi referret. Triumpho ipsi, & consulatu decreto, non quidem ob hæc adeò in admiratione populi fuit: sed id euidens maiestatis eius argumentum habitum est, quòd Crassus, eorum qui tum in repub. uersabantur opulentissimus, facundissimus, atq; potentissimus, & qui aliàs non cæteros modò, sed & ipsum Pompeium præ se contemneret, tum non ausus est nisi priùs exorato Pompeio consulatum petere. Et uerò Pompeius, qui eum sibi iam pridem aliquo officio deuincire quærebat, gratum id habuit: benigneq; eum cõplexus, hortatus est B populum, ut hunc sibi collegam darent, id sibi non minùs acceptũ, quàm ipsum consulatum, fore affirmans. Atqui consules creati, omnibus in rebus dissenserunt, crebræq; fuerunt inter ipsos offensæ. In senatu quidem Crassus præualebat: Pompeij summa erat apud populum potentia. Nam & tribunatum plebis ei reddidit, & iudicia passus est lege iterum ad equites deferri. Iucundissimum autem populo spectaculũ ipse exhibuit, cùm rei militiæ gestæ rationes edidit. Mos est, ut equites Romani postquàm legitimum militandi spacium absoluerunt, equum in forum ad censores deducant, enumeratisq; ibi quę sub quibus imperatoribus atq; ducibus stipendia fecerint, eorumq; ratione exposita, absoluantur: honor quoq; aut ignominia unicuiq; pro meritis uitæ confertur. Ita tum Gellio & Lentulo censoribus in foro pro dignitate sua sedentibus, & equitibus inspiciendos sese præbentibus, conspectus est Pompeius supernè in forum descendens, consularia insignia gestans, atque ipse equum sua manu adducens. Postquàm propè ad censores peruenit, dimoueri à lictoribus turbam iussit, equũmque ad tribunal adduxit: obticuitq; prę admiratione populus, & censores gaudio simul uerecundiaq; eo aspectu perfusi sunt. C Et cùm eorum senior ita interrogasset, Quæro ex te Pompei Magne, militiàm ne toties, quoties leges iubent obieris: alta uoce Pompeius, Defunctus sum, inquit, omnibus, idq; me ipso imperatore. Hoc ut audiuit populus, exclamauit: & censores cum uociferationem eam præ gaudio populi compescere nequirent, surrexere, Pompeiumq; domum suam deduxerunt, gratificantes ciuibus, qui cum plausu eum comitabãtur. Cùm iam in fine consulatus inimicitiæ Pompeij cum Crasso magis magisq; crescerent, C. Aurelius equestris ordinis homo, & qui hactenus in ocio uixisset, cõcione frequenti in rostra progressus, Iouem sibi in somnis uisum dixit, monuisseq; ut consulibus mandaret, ne priusquam in gratiam redijssent, magistratu sese abdicarent. Hæc ubi dixit, Pompeius uti adstiterat, ita immotus perstitit: Crasus autem dextram ei protendens, priórque compellans, Nihil, inquit, ô ciues, indignum aut humile facere me arbitror, si prior Põpeio concedam, quem uos imberbem etiamnum Magni cognomento affecistis, nondum in Senatum recepto duos triumphos dare dignati estis. Recõciliata inde gratia, ita cõsulatu abierunt. Et Crassus quidem in eo uitæ instituto, q̃d ab initio susceperat, perseuerauit.

II. Pompeij triumphus, & consulatus cũ Crasso.

Põpeius censetur.

Pompeius populo se subtrahit.

At Pompeius pleraque porrò patrocinia subterfugere, paulatim se à foro subtrahere, rarò in publicum procedere, neque unquam sine magna caterua: non enim nisi multis stipatum erat accedere. qua re uti gaudebat con spectui suo splendoris aliquid accedere, ita intactam suam uulgi compellationibus & consuetudini maiestatem seruādam sibi censebat. Etenim qui re bellica magni sunt facti, & in ordinem sese cogi haud facilè ferunt, ijs in toga uiuentibus procliuis est ad ignominiam lapsus. Ipsi enim ut militiæ, ita domi etiam primas sibi uindicant: at uerò qui in bello posteriori loco sunt, nullo modo ferre possunt si ne in toga quidem plus alijs possint. Ideò si quem rebus gestis & triūphis splendidū uirum in foro depræhendunt, opprimunt eum, suamque in potestatem redigunt: rebus autem urbanis sese abstinenti, gloria & potentia bellica inuidiæ secura permanet. Atque hoc ipsum paulo pòst re ipsa ita habere compertum est. Prædonum maritimorū manus primùm à principio temerario & occulto exorta ex Cilicia eruperat: pòst Mithridati in bello contra Romanos operam nauando, maiora animo facinora agitare ceperat: inde Romanis ciuilib. in bellis ad ipsas Vrbis portas inter se decertantibus, mare præsidio omni nudatum occasionem ijs uires suas ita augēdi, potentiæque proferendæ præbuit, ut nō iā nauigantes solùm infestarēt, sed insulas porrò, & urbes maritimas excinderent. Iam & opibus potētes, & genere nobiles, & prudentia præstantes socios se piratarum latrocinijs, tanquam rei gloriosæ, adiunxerant. Itaque passim naualia erant piratarum, & speculæ muris munitæ, classesque occurrebant, non classiariorū tātùm fortitudine, peritiáue gubernatorum, aut uelocitate & agilitate nauiū ad institutum suum præclarè instructæ: sed & inuidiosa in eo apparatu superbia plus, quàm terror ipse molestiæ afferebat. quippe aureis malis, purpureis uelis, argentoque inclusis remis utebantur, quasi luxuriantes, & ostentantes sese maleficijs. Tum omnibus in littoribus fistulæ, cantilenæ, crapulæ, principum personarum rapinæ, & captiuarum urbium redemptiones, Romani erant imperij opprobrium. Naues eorum plures quàm mille fuerunt, captæ urbes supra quadringētas. Delubra etiam ad id usque tempus sacrosancta & intacta exciderunt, Clarium, Didymæum, Samothracium, Proserpinæ quod est Hermione, & Aesculapij apud Epidaurum, Isthmicū, Tænarium, Neptuni in Calauria, Apolinis unum Actij, alterum Leucade, Iunonis in Samo, Argis, & Lucania. In Olympo etiam peregrina quædam sacra, ritusque arcanos peregerunt: ex quibus adhuc Mithri sacrum permanet, priùs ab eis demonstratum. Romanis uerò plurimum per libidinem insultauerut: ac præterea digressi à mari, prædationibus eorum itinera infestauerunt, marique propinquas uillas exciderunt. Duos quoque aliquando prætores rapuerunt Sextilium & Bellinum, & prætextatos eos unà cum ministris & lictoribus abduxerunt. Ceperunt & Antonij triumphalis uiri filiam rus euntem, eaque magna redempta est pecunia. Summæ autem fuit, quod referam, petulantiæ. Si quis ab ipsis captus Romanum se esse uociferaretur, nomenque ederet, perterritos se, sibique metuere simulantes, femora percutiebant sua, supplicesque ei facti ueniam flagitabant: & qui ita humiliter deprecari eos uideret, seriò agere putabat. Interim alij calceos ei subligabāt, alij toga amiciebant, uti ne in posterum iterum Romanus esse ignoraretur. Postquam ludibrio hominis tandem saturati essent, medium in mare scalam protendentes, abire iam tum, ac ualere iusserunt, & si quis descendere nollet, ui impulsum merserunt. Cæterùm ea piratarum classis uniuersum propè mediterraneum mare obtinebat, omnesque

Piratæ.

A B C 8

A nesq; eo mercatores arcebantur. Quapropter annonæ caritate presſi, maiores q; in posterum metuentes difficultates Romani, Pompeium ad liberandum piratis mare emittendum cogitauerunt. Legem aũt tulit Gabinius unus ex Pompeij familiaribus, quæ nõ claſsis præfecturã, ſed apertum uni in omnes homines, nullisq; obnoxium legibus imperium dabat. Præeſſe enim lex omni quod eſt intra columnas Herculis mari iubebat, omniq; terrę uſq; ad C C C C ſtadia à mari diſsitæ: (qua ſanè mẽſura pauca Romanis ſubdita loca non includebantur: quin & maximas gentes ea, & potentiſsimos reges compræhendebat) præterea legatos cum ex ſenatu quindecim deligere, ex ærario & à publicanis pecuniæ quantum uellet accipere, ac naues ducentas, ipſumq; multitudinis & delectus ſociorum naualium atque claſsiariorum poteſtatem habere. Promulgatam legem mirificò applauſu populus excepit. At proceribus ſenatus infinita ea nulliſq; circumſcripta legibus poteſtas inuidia quidẽ ſuperior, formidabilis aũt eſſe uidebaẽ, ideoq; legẽ impugnabãt. Solus Cæſar ei patrocinabaẽ, minimè quidẽ in Põpeij gratiã, ſed iam inde ab initio populi fauorem captans. Cæteri ſenatores grauiter Pompeiũ repræhenderunt: inter quos

Põpeio bellum Piraticũ decretum.

B conſulũ alter cùm ei dixiſſet, Romulũ eum ęmulantẽ, ſimilẽ uitę exitũ nõ effugiturum, penè eſt à populo necatus. Catulo aduerſus legẽ dicere aggreſſo populus uerecũdia uiri altũ ſilentiũ tenuit. Atq; is, honorificè multa de Pompeio, ac citra inuidiam locutus, populo conſuluit uti parcerent ei, neq; tantum uirũ uni ex alio obijcerent diſcrimini atq; bello: Quem enim (dicebat) alium habebitis, ſi hunc perdideritis? ad hoc una uoce populus, Teipſum, exclamauit. Itaq; Catulus cùm nõ perſuaderet, abijt. Roſcio aũt in concionẽ progreſſo aures nemo præbuit: cumq; is digitis demonſtraret non ſolum, ſed cum collega Pompeium rei præficiendũ, præ indignatione tantum (ſic enim traditum eſt) clamorem ſuſtulit populus, ut coruus forum caſu tum ſuperuolans attonitus in turbã deciderit. Propterea non ruptura aut diuulſione aeris uehementer conturbati decidere aues uidentur: ſed ictu uocis percuſſæ, cùm ea uehementior atque copioſior in aere æſtum quendam & fluctum excitauit. Ita tum ſoluta eſt concio. Quo die autem lex perferenda fuit, rus abijt Põpeius: perlatamq; legem audito, noctu in urbẽ redijt, cõcurſum ad ſe inuidioſum fore cogitans. Exorto ſole in publicum progreſſus, rem ſacrã fecit: inde concione

C habita, effecit uti multa adijcerenẽ ijs, quæ antè decreta fuerãt, duplumq; propè prioris apparatum reddidit. Quingentas enim naues inſtruxit, legionariorum C X X, equitũ quinq; millia coegit, ex ſenatu uiginti quatuor legatos delegit, duos quęſtores habuit. Statim uerò precia rerum uenalium decreuerunt, lætantiq; populo ſermonem ea res dedit, ipſo Pompeij nomine ſublatum bellum eſſe. Enimuerò Pompeius mari mediterraneo in tredecim portiones diuiſo, ſingulisq; harum certum nauium numerum, & legatum præficiens, uno momento omnes in partes diſtributo exercitu, naues piraticas in mari conſertas unà deprænſas indagine cinxit, ſtatimq; aſſecutus in terram eduxit. Quæ uerò diſsipari à ſe inuicem, & effugere occupauerant, eæ undiq; in Ciliciã ueluti alueare quoddam ſe recipiebant: aduerſum hos piratas ipſe cum ſexaginta totius claſſis optimis nauibus ire ſtatuit. Non antè tamen id fecit, quàm omnibus latrocinijs expurgauit Tyrrhenum, Africum, Sardoum, Corſicum, Siculumq; maria: id quod & ſeipſo indefeſſo, & legatis alacribus utens, quadraginta dierum ſpacio confecit. Cùm autem Romæ Piſo conſul ira inuidiaq; ductus apparatum claſsis eius impediret, militesq; claſsiarios di-

Quàratione id confecerit.

mitteret: naualibus copijs Brundusium aduocatis, ipse per Etruriam ad A
Vrbem accessit. Quod ubi Romæ innotuit, uniuersi ciues obuiam ei sese effuderunt, quasi diu absenti, & quem non ante paucos dies emisissent. Gaudij autem causa fuit insperata mutationis celeritas, quæ magnam annonæ copiam effecerat. Itaq; parum abfuit, quin Piso consulatu deijceretur: in eamq; rem rogationē iam conscripserat Gabinius. Sed Pompeius & hoc prohibuit, & cæteris in rebus agendis æquū sese ei præbuit, ac impetratis quæ uoluisset, Brundusium redijt, indeq; soluit. Occasioni uerò intentus, ideoq; festinans, & urbes nauigando prætereuectus, Athenas tamen non præterijt, sed eò egressus sacra Dijs fecit, populumq; salutauit: atq; inde statim discedens, singulares uersus de se cōscriptos legit, unum intra portam,

Bonitas in Pisonem.

Quatenus hominem te esse nosti, eatenus es Deus:

Extrà autem,

Expectatum uidimus, coluimus, & prosequimur.

Vt autem quibusdam ex piratis, qui coniunctis adhuc nauigijs uagabantur, deprecantib. humanū se præbuit, acceptisq; in potestatem nauib. eorum & corporibus, nihil mali fecit: reliqui etiam in spem bonā uenientes, B
euitatis cæteris ducib. Pompeio sese cum uxorib. & liberis dediderunt: Pōpeius omnib. pepercit, horumq; deinde potissimùm opera reliquos, qui extremorum sibi facinorum conscij latitabāt adhuc, indagauit ac cepit. Pleriq; aūt & potētissimi, liberis suis, pecuniaq; & prœlio inutili turba in castellis apud Taurum oppidisq; ualidis repositis, nauib. ipsi conscensis apud Coracesium Ciliciç promontoriū Pompeiū aduentantē substiterunt: uictiq; ab eo nauali pugna & obsessi, tandē exorata per præcones salute, se ipsos, urbesq; & insulas, quas occupatas ita munierant, uti oppugnari ac ui capi non facilè possent, in potestatem eius tradiderunt. Hoc modo bellum cōfectum, prædones undiq; mari profligati intra tertium mensem. Naues multas alias, çreis rostris armatas nonaginta Pompeius cepit. Ipsos autem piratas, quorum erat super uiginti millia numerus, occidere ne cogitauit quidem: dimittendos porrò, committendumq; ut homines egeni & bello uiuere soliti pleriq; aut in uarias regiones dissiparentur, aut inter se rursus coirent, nullo modo censuit. Enimuerò cum animo suo reputans, hominem natura suapte neq; efferum, neq; quod domari non possit esse animal, sed uitijs contra naturam utendo degenerare: disciplina porrò, locorumq; & uictus mutatione feras etiam cicurari, sæuitiamq; suā cultui mā suetiori adhibitas exuere. Has secutus rationes, trāsferre eos à mari in terrā statuit, uitçq; placidæ adsuefacere, urbes eis habitandas, agrumq; colendū mandando. Proinde multos eorum in exiguis & propè desertis iam Ciliciæ urbibus collocauit, agro ijs addito. Solos etiam urbem nuper à Tigrane Armeniæ rege uastatam instaurauit, multosq; de piratis in ea posuit. Multos Dyme recepit, urbs Achaica multum bonumq; agrum habens, & tum habitatorib. egens. Hæc inuidi eius carpebant. Quæ uerò in Creta cum Metello egit, ea ne summis quidem eius amicis uoluptati fuerunt. Is Metellus necessarius filius Metelli, qui in Hispania Pompeij fuerat collega, dux in Cretam, antè quàm Pompeius imperator contra piratas crearetur, missus fuerat. Ibi enim alius præter Ciliciam fons latrociniorum extiterat: multosq; prędonum Metellus deprehensos exciderat atq; deleuerat. Qui autem adhuc supererant, & in obsidione habebantur, ij supplicibus missis literis Pompeium in Cretam aduocabant, quòd ea insula ipsius sub imperio esset, & mensura eius undiquaq;

Ratio domandi homines.

Creticum bellum.

A quacq continerer. Pompeius accepta conditione Metello scripsit, uti bellum desineret: urbib. quoq; per literas mandauit, ne Metello obtemperarent. Misit etiã eò legatum suum L. Octauiũ, qui intra muros ad obsessos accessit, pro ijsq; propugnans, non graue modò & importunũ, sed & ridiculum ostendit Pompeium, qui nomen gloriamq; suam præ inuidia & contentione honorum cum Metello, amuleti loco hominibus impijs & scelestis utendã daret. Nam ne Achillem quidẽ ut uiro erat dignum, sed planè adolescentuli in morem egisse dicebant, stolida gloriæ cupiditate elati, qui reliquis interdiceret, ne quis telo Hectorem peteret, eoq; icto

Ipse ita posterior, prærepta laude, ueniret.

Pompeium autẽ præterea uti multis laborib. merito duci triumphũ eriperet, defendendo publicos hostes salutẽ ijs attulisse. Nõ cessit tamen Metellus: sed & piratas excidit, supplicijsq; affecit, & ignominiosè habitum in castris Octauium dimisit. Posteaquam Romæ renunciatum est, bellũ Piraticum esse confectũ, Pompeiumq; ocio fruentẽ per urbes circumire: Manilius unus de tribb. plebis legem promulgat, ut Pompeius accepta omni Luculli prouincia, omnibusq; copijs, præterea etiam Bithynia,

Lege Manilia bellũ Mithridaticum Pompeio decretum.

B quam tum Glabrio tenebat, retento etiam nauali ijsdem quibus ante conditionibus imperio, contra Mithridatem & Tigranem bellum gerat. Id nihil erat, nisi uniuersum Romanum imperium unius potestati tradere. Quæ enim prouinciæ priori lege ei concessæ non uidebantur, Phrygia, Lycaonia, Galatia, Cappadocia, Cilicia superior, Colchis, & Armenia, hęc tum ei addicebantur, unà cum ijs, quibus Mithridatem & Tigranem debellauerat Lucullus copijs. Veruntamen Luculli minorem habebant optimates rationem, quaquam iniquè cum eo atq; ingratè agi arbitrarentur, cui rerum gestarum gloria eriperetur, ac triumphi uerius, quàm belli successor daretur. Potentiam Pompeij grauiter ferebant, constituiq; ea tyrannidem sentiebant: ideò priuatim sese cohortabãtur ad impediendã legem, defendendamq; libertatẽ. Sed ubi tempus perferendæ legis appetijt, reliqui metu populi causam destituerunt: Catulus cùm multis legẽ repræhendisset, neq; de populo quenquam mouisset, alta uoce de rostris aliquoties senatum montem quærere maiorũ exemplo aliquẽ, diuũmue iussit, quò confugientes libertatem tuerentur. Perlata est lex omnium (ut fertur) tribuũ suffragijs, absentiq; Põpeio omnis ferè ea potestas decreta,

C quã bello, armisq; capta urbe Sylla obtinuerat. Atqui ipse literis acceptis decretoq; cognito amicis pręsentib. atq; gratulantibus, supercilium cõtraxisse dicitur, & femur ferijsse, ac, ueluti exosus iam imperia, exclamasse, Hui infinita certamina: quàm pręstiterat unũ ex obscuris fuisse, si nullus bella gerendi finis erit, neq; inuidiã imperiorum exuere, & in agro cum uxore degere unq; licebit. Hanc eius simulationẽ ne familiarissimi quidem probauerũt, scientes eò magis ipsum gaudere, q ad ingeneratã eius ambitionẽ discordia cum Lucullo tanq; fomes accessisset: & uerò statim res ipsę hoc demõstrauerunt. Etenim ubiq; propositis edictis milites ad se

Simulatio Pompeij.

reuocauit, principes regesq; subditos ad se exciuit, regionẽq; peragrans, nihil eorũ quæ Lucullus cõstituisset, immotũ reliquit: quin & pœnas ab eo irrogatas remisit, & dona ademit, totusq; in eo fuit, ut Lucullũ eius admiratorib. ostenderet nullius rei potestatẽ habere. Ea propter illo per amicos expostulante, uisum fuit è re, uti conuenirent, cõgressiq; sunt in Galatia. Sicut aũt consentaneũ erat summos duces, rebusq; præclarissimè gestis splendidos, lictorib. fasces laureatos præferentib. obuiã facti sunt. Ibi cùm Luculli lictores Põpeij lauros emarcuisse planè uiderent (nã per lo-

Cum Lucullo congressus.

ca arborum nuda & gelida processerat, Lucullus autem per uirentia & opaca) de suis lauris recentibus adhuc Pompeianos fasces exornauerunt: quo uidetur præmonstratum signo fuisse, Pompeium uenire Luculli uictoriç præmia & gloriam interceptũ. Erat Lucullus consulari tum dignitate, natuq́ maior: Pompeius ob duos actos triumphos maiori in existimatione. Primus eorum congressus quàm maximè ciuilis amicusq́ fuit, unius alterius res gestas prædicantium, mutuoq́ cõgratulantium. in ipso autem colloquio ad æquale moderatúmue peruenire nihil potuit: exprobrantesq́ Pompeius Lucullo opum, Lucullus Pompeio imperiorũ cupiditatem, ab amicis ægrè dirempti sunt. Ex eo Lucullus in Galatia agrum captiuum, & munera quib. uolebat assignauit: Pompeius paulùm remotis castris, edixit ne quis ei obsequeretur, militesq́ ab eo omnes abstraxit, mille sexcentis exceptis, quos ob contumaciam & ipsi inutiles, & Lucullo infensos fore cogitabat. Palàm quoq́ facta Luculli exsibilans, cõtra tragicos apparatus eum regum, umbratilibusq́ prœlijs decertasse ferebat: sibi certamen contra ueras & castigatas copias superesse, Mithridate iam ad scuta, gladios, equosq́ confugiente. Lucullus aũt conuicia reponens, ire Pompeium dicebat, uti cum larua & umbra hostium depugnaret, solitum aliàs ignauæ uolucris instar in aliena cadauera deuolare, hostilesq́ reliquias laniare: ita eum Sertorio, Lepido, Spartaco uicto nomẽ suũ inscripsisse, reb. à Metello, Catulo, Crasso confectis: itaq́ mirum non esse, si homo qui quacunq́ arte seruilis triũphi in partẽ se ingerere conatus fuerit, nũc in gloriã Armeniaci Ponticiq́ belli subeat. Proinde Lucullus prouincia abijt. Pompeius cùm per omne quod est inter Phœnicen & Bosphorum mare naualia præsidia collocasset, ipse aduersus Mithridatẽ duxit, qui phalangem triginta millium armatorum habens, & duo equitum millia, prœlio tamẽ coire non audebat. Et primùm, cùm natura munitum montem, in quo fortè castra posuerat, tanq́ aquæ expertẽ reliquisset Mithridates, cum ipsum occupauit Pompeius: & ex stirpium ibi pullulantium natura, & locorum conuexitanb. coniectatus scaturigines aquarũ ibi locorũ esse, ubiq́ iubens puteos agi, abundè aquarũ castris parauit: ut mirari subierit, tam longo tempore eam rem à Mithridate ignoratã fuisse. Deinde ei exercitum suum circumdedit, munitionibusq́ cinctum in obsidione habuit. Mithridates XLV dies tolerata obsidione, cum ualidissimis copiarum suarũ occultè erupit, cùm prius bello inutiles & ægrotos occidisset. Posteà apud Euphraten eum assecutus Pompeius, copias iuxtà collocauit: ueritusq́ ne Euphraten transire occuparet, media de nocte armatum exercitum in eum duxit. Fama est eo tempore Mithridatem in somnis ea uidisse, quæ euentum ei prædicerent. Imaginatus est enim se cùm secundo uento Põticum mare pernauigasset, iamq́ Bosporo apparente, amicos, ut qui certam salutem sibi partam lætaretur, consalutasset, subitò ab omnibus destitutum exigua in cymba hinc inde iactatum fuisse. Huiusmodi eum cogitationibus insomnijsq́ detentum amici excitauerunt, irruere Pompeium nunciantes. Necessariò autem erat pro castris propugnandum: ideò duces exercitum in aciem eduxerunt. Pompeius hostium instituto cognito, nocturnum prœlium formidans, satis esse existimabat si circumuenirentur uti ne effugere possent: facta luce pugnandi occasionẽ meliorẽ fore. Sed qui natu erant inter cẽturiones maximi, orando & instando impulerũt, ut hostẽ statim inuaderet. Nõ em̃ tenebrç obtinebãt planè, sed luna ad occasum uergens cõspiciẽda adhuc corpora prçbebat: idq́ maximè damno hosti fuit. Romani enim lunã à tergo

Expeditio in Mithridatem.

Nocturna pugna Mithridates uictus.

A tergo habentes in hostē ibant, eamq; iam occasui proximā: quo fiebat ut umbræ longè excurrerent, hostesq; interuallū acierū quantum esset cùm cernere non possent, ueluti cōminus iam cōgresis Romanis pila frustra emitterent, neq; quenq; tangerent. Quod ubi senserūt Romani, sublato clamore irruerunt, ac subsistere non ausos, præq; terrore in fugā se conijcientes strauerunt, ultra decē millia cæsis permultis, castrisq; potiti sunt. Mithridates cum octingentis equitib. per Romanos erupit: mox omnib. cæteris dilapsis, solus cum trib. relictus est. De trib. una fuit Hypsicratea pellex, uirili semper animo audaciaq; usa, ita ut Hypsicratē rex appellauerit. Ea tum Persæ habitu equoq; instructa, neq; cursus longitudine, neque regis corpus equumq; curando defatigata est. Tandem ad castellum Inora, regia pecunia & thesauris plenū peruenerunt. Ibi rex inter eos qui ex fuga eò confluxissent, preciosas uestes distribuit: amicorū quoq; singulis lethale uenenū dedit, ne quis inuitus in hostium potestatē ueniret. Ipse in Armeniā inde ad Tigranem profectus est: cumq; is recusasset hospitium, interfectoriq; eius centum talenta premij loco per edictum constituisset, fontib. Euphratis præteritis per Colchidē fugit. Cæterùm Pompeius in Armeniā irrupit, uocatus à iuniore Tigrane, qui iam à patre defecerat, & se ad Araxem fluuium (qui ex ijsdē cum Euphrate locis ortus aduersus orientem profluit, inq; mare Caspium exit) obuiā ei dedit: coniunctiq; unà perrexerunt, urbes in suam potestatem recipientes. At rex Tigranes nuper à Lucullo fractus, cùm mitem placidoq; ingenio præditum Pompeium audisset, imposito in regiam præsidio, amicisq; & cognatis ad se receptis, ipse traditum sese Pompeio profectus est. Vt eques ad castra uenit, duo Pompeiani lictores equo eum descendere, peditemq; ire iusserunt: neminem enim unq; equitare in castris Romanis uisum. Et in hoc obtemperauit Tigranes, & pręterea ensem suū ijs tradidit. Posteaq; ad ipsum peruenit Pompeium, cidarim capiti detractā ante pedes eius deponere, seq; (id quod erat turpissimū) ad genua ipsius prouoluere intendit. Sed Pompeius præuertit, dextra eum arreptum ad se attrahens, ac iuxta se, filium uerò Tigranem ab altero latere collocans. Tum ita locutus est: Lucullo cętera tua damna imputare debes, qui tibi Syriam, Phœnicen, Galatiam, Sophenē ademit: quę ad hunc diem seruasti, ea retinebis, iniuria, quam Romanis intulisti, sex talentorum millib. compensata: C filius tuus Sophenę rex erit. Hęc Tigranes pergrata habuit: Romanisq; regem eum salutantibus, magno perfusus gaudio, militib. Romanis singulis dimidiā minam argenti, centurioni minas decē, tribuno militum talentum se dono daturum pollicitus est. Iunior aūt Tigranes cùm molestè hęc ferret, & ad cœnā uocatus, nihil se isto honore Pōpeij opus habere, sed alium à Romanis impetraturū respondisset, in uincula positus, & ad triumphum est seruatus. Paulo pôst Phraates Parthię rex misit, qui Tigranem filium, uti generū suum, à Pompeio exposcerent, utq; prouinciarum terminū Euphratē haberet postularent. His Pompeius respondit, Tigranem patri magis q̄ socero deberi, ius aūt se pro fine imperij habiturū. Inde Afranio Armenię pręsidio relicto, per gentes circa Caucasum proficiscens contra Mithridatem molesto admodum itinere perrexit. Inter has gentes maximę sunt Albani & Iberi: quorum hi ad Moschicos montes & Pontum pertinent, illi orientem uersus & Caspium mare uergunt. Albani primùm petenti transeundi facultatem Pompeio concesserunt: pôst cùm hyems exercitum in ipsorū regione deprehendisset, & festū Saturnalia Romani agerent, collecti ad quadraginta millia, & Cyrnū fluuiū

Tigranes ut in potestatem Pompeij uenerit.

Vt Mithridatem sit persecutus.

(is ex Ibericis montibus scaturiens, Araxe, qui ex Armenia defluit, A in se recepto, duodecim ostijs in Caspium mare exit: quidam Araxem non misceri Cyrno, sed seorsim haud longè ab eius ostijs in id pelagus effluere asserunt) transgressi, Romanos inuaserunt. Pompeius fluuium transire eos, tametsi resistere poterat, nemine interturbante passus, inde adducto exercitu fudit, ingentique strage affecit: pòst regi eorum per legatos deprecanti gratia delicti facta, initóque foedere, aduersum Iberos profectus est. Hæc natio neque minus quàm Albani populosa, & bello etiam potentior, à Mithridate gratiam inire Pompeio repellendo magnoperè studebat: alioquin neque Medis neque Persis subditi erant, & Macedonicum quoque imperium subterfugerant ob Alexandri celerem ex Hyrcania discessum. His quoque magno proelio fusis (nam nouem Iberorum millia cæsi, ultra decem millia capti sunt) Pompeius in Colchidem intrauit. Ibi ad Phasin amnem Seruilius ei occurrit cum classe, quæ Pontum custodiebat. Cæterùm Mithridatem persequi in Bosporanas & Mæoticas gentes sese recipientem, res erat quæ in magnas incurreret difficultates. Interim renunciatur, Albanos denuò desciuisse. In hos præ B ira & studio contendendi conuersus, Cyrnum fluuium ægrè ac magno cum periculo transiuit, quòd barbari plerasque fluminis partes uallis adactis intercluserant. Cúmque progrediendum esset longo & difficili, aquæque experte itinere, decem millibus utrium aqua impletorum assumptis, in hostem contendit, in eúmque ad Abantem fluuium incidit. Instruxerant Albani aciem, LX peditum millia, equitum millia XII: erant autem plerique malè armati, pellibúsque modò ferarum tecti. Ducebat regis frater Cosis: atque is commisso proelio in ipsum Pompeium tendens, iaculo eum, quà thoracis est commissura, ferijt: Pompeius autem comminus perfossum interfecit. Hac in

Amazones. pugna memorant Amazonas quoque ab ijs qui sunt circa Thermodontem fluuium montibus profectas Albanis adfuisse. Et cùm à proelio spolia legerent Romani, peltas quidem Amazonicas & cothurnos inuenerunt, corpus autem muliebre nullum apparuit. Habitant Amazones in partibus Caucasi ad Hyrcanum mare pertinentibus, non finitimæ Albanis: etenim Gelæ & Leges interiacent, cum quibus illæ quotannis ad Thermodontem accedentes per duos menses conuersantur, atque ijs finitis digressæ seorsim uiuunt. Secundum hanc uictoriam Pompeius cùm in Hyrcaniam & ad mare Caspium (à quo tridui itinere aberat) ire uellet, multitudine uenenatorum reptilium prohibitus, in Armeniam minorem recessit. Ibi Elymæorum & Medorum regibus, qui legatos ad ipsum mittebant, amicè respondit: Parthum autem, qui facta in Gordyenem impressione Tigranis regionem infestabat, Afranio cum copijs misso eiecit, & usque ad Arbe- C

Pellices Mithridatis. litidem insecutus est. Porrò autem pellicum Mithridatis, cùm multæ ad ipsum adducerentur, nulli corpus miscuit, sed omnes parentibus earum & propinquis remisit: erant enim pleræque ducum regulorúmue filiæ & uxores. Statonice, quæ apud Mithridatem in summo erat honore, arcémque cum ingenti auri thesauro custodiebat, filia fuit, uti aiunt, citharœdi cuiusdam senis, minimè alioquin lauta re præditi. Hæc cùm in conuiuio fidibus cecinisset, ita statim cepit Mithridatem, ut cum ipsa illicò iuerit cubitum, dimisso patre, qui iniquo animo fe-

rebat,

A rebat, ne compellatum quidem sese benignè. Verùm ubi sub auroram experrectus mensas uidit argenteis & aureis poculis onustas, magnam famulorum turbam, eunuchos & pueros, preciosas ad se uestes afferre, equum pro foribus ornatum eo more quo amicorum regiorum equi solent astare, illudi pérque iocum se uexari putans, effugere per fores intendit. Famulis autem inhibentibus, dicentibúsque regem opibus ipsum cuiusdam diuitis nuper mortui donare, hásque exiguas tantùm esse primitias, cæterarúmque diuitiarum indicia: uix tandem fidem habens, purpura se uestiuit, insiliénsque in equum, per urbem uectus est, uociferans passim, Hæc omnia mea sunt: & ijs qui irridebant, Non, inquit, hoc mirum est, sed quòd non insaniens præ lætitia obuios saxis impeto. His natalibus orta Stratonice, Pompeio & arcem tradidit, & multa dona obtulit: Pompeius ijs tantùm acceptis, quæ ad templorum ornatum & triumphi splendorem facerent, cætera Stratonicæ habenda permisit. Similiter missum à rege lberorum lectulum, mensam, & solium, aurea omnia, flagitante ut

B acciperet, quæstoribus in publicum referenda tradidit. In nouo præterea castro in secretas quasdam Mithridatis literas incidit, eásque non sine oblectatione percurrit, quòd ingenium illius præclarè indicarent. *Secretæ Mithridatis literæ.* Deprændit enim eum ueneno sustulisse cùm alios multos, tum filium suum Ariarathem, & Alcæum Sardianum, quòd is eum equestrium certaminum gloria superasset. Erant & conscripta insomniorum iudicia, quæ partim ipsi, partim mulieribus euenissent. Repertæ etiam Monimæ & Mithridatis literæ lasciuæ, mutuò scriptæ. Theophanes orationem quoque Rutilij inuentam ait, qua ad cædem Romanorum per Asiam cohortatus is Mithridatem fuisset: quod plerique malitiosè fictum à Theophane coniiciunt, an quòd Ru- 11
tilium ipsius planè dissimilem odisset, an quòd Pompeio gratificaretur, cuius patrem Rutilius in historijs pessimum fuisse hominem demonstrauerat. Amisum inde profectus Pompeius, in rem repræhensione dignam propter ambitionem incidit. Etenim qui Lucullo multis uerbis exprobrasset, quòd is hoste uiuente constitutiones quasdam edidisset, munera & honores distribuisset, id quod uictores confecto demum omni bello facere usu receptum esset: is tum Mithri- *Pōpeij peccatum.*

C date Bosporum obtinente, iustásque copias secum iam habente, eadem quæ Lucullus tanquam iam debellato, agitabat: prouincias componebat, munera diuidebat, multis ad ipsum principibus, duodecímque barbaris regibus profectis: quibus etiam id gratificatus est, uti Partho rescribens non, ut alij, regem regum eum salutaret. Vehemens autem amor incesserat Pompeio Syriam recipiendi, & per Arabiam ad rubrum mare proficiscendi, ut uictor ubique ad mare quod extrà terram alluit perueniret. Nam & in Africa primus uincendo usque ad Oceanum progressus fuit: & in Hispania Atlanticum pelagus finem Romano imperio fecit: tertiùm quoque Albanos persequens, parum abfuit quin ad Hyrcanum usque mare excurreret. Ita expeditionis finem mare rubrum sibi statuens, exercitum mouit, cùm alioquin Mithridatem armis indagari difficulter posse uideret, & fuga, quàm bello molestiorem esse. Huic grauiorem quàm Pompeius esset hostem, famem nimirum relicturum sese dicens, naualia præsidia constituit, quæ nauigantes in Bosporum obseruarent negociatores,

deprȩhensosq́ morte punirent. Ipse cum exercitus maiori parte iter ingressus, cùm in cadauera eorum qui Triario duce infeliciter cum Mithridate pugnauerant inhumata etiamnũ incidisset, honorificè sepelijt: quod à Lucullo neglectum, haud minimã odijs in ipsum causam præbuisse uidetur. Inde Afranij opera Arabibus qui circa Amanum montem accolunt in potestatem redactis, ipse in Syriam profectus, eam, ut quæ legitimos reges nõ haberet, prouinciam ditionemq́ populi Romani redegit. Iudæã porrò subegit, regemq́ Aristobulum cepit: urbes partim cõdidit, partim supplicio affectis tyrãnis libertati restituit. Plurimum autem ocij in dijudicandas ciuitatum regumq́ controuersias impendit, misis ad arbitrandum amicis, quò ipse non proficiscebatur: sicut Armenijs etiam ac Parthis de finib. litigãtibus, arbitriumq́ ipsi deferentibus, tres suorũ misit qui rem cõponerent. Magnum enim nomen potentiæ eius, maius uirtutis erat atq́ clementiæ: eoq́ pleraq́ suorum amicorum & familiarium peccata occultabat, natura à puniẽdis delictis alienus, ac tam benignum suis se in congressu præbens, ut facilè eorum auariciam ac peruersitatem toleraret. Qui plurimum apud ipsum posset, Demetrius erat libertus, iuuenis ingenio nõ malo, sed fortunæ nimius: de quo tale quiddam fertur. B

Syriã & Iudeam subegit.

Demetrij liberti fastus.

A

Cato, is qui philosophus est usurpatus, cùm adhuc iuuenis esset, magna tamen gloria, altosq́ spiritus duceret, Antiochiam accesserat urbis eius perlustrandæ causa, absente Pompeio: pedes ipse ibat, amici equites comitabãtur. Hic cùm ante urbis portã turbam uirorũ candidatorũ, & iuxta uiam ephebos seorsim, seorsim pueros adstare uideret, existimans sibi nihil talia curanti honoris & reuerentiæ causa hæc fieri, indignè tulit, amicosq́ ab equis descẽdere, & unà ire iussit. Vbi propiùs accesserũt ad portam, magister eius pompæ coronatus baculumq́ gestans occurrit, & ex ipsis quæsiuit, ubinam Demetrium reliquissent, & quando is esset uenturus. Tum Cato amicis in risum conuersis, ô miseram (inquit) urbem: nihilq́ aliud respondens præterijt. Veruntamen Pompeius ipse à Demetrio ludibrio habitus, idq́ æquo animo sustinẽs, effecit ut eo leuiora aliorum in eum odia essent. Traditum est sępenumerò in conuiuijs Pompeio cęteros expectante, illũ accubuisse, ac prę fastu pileum usq́ ad aures capiti attraxisse. Idem Demetrius anteq̃ in Italiam rediret, iam Romæ amœ-
12 nisima suburbana, ac gymnasia pulcerrima habebat, hortiq́ preciosi erant, qui Demetrij nuncupabantur. Et uerò ipse Pompeius ad tertiũ usq́ triumphum ædibus usus est minimè splendidis: pòst cùm Romanis insigne illud, & præclarum extruxisset theatrum, aliquanto splendidiorem priore domum ueluti appendicis loco sibi ædificauit: sed hanc quoq́ ita inuidiæ securam, ut qui eam post Pompeium occupauit, miratus sit, & quæsiuerit, ubinam Pompeius Magnus cœnasset. Arabiæ autem Petreæ rex cùm pridem spreuisset Romanos, tunc uerò magno terrore percussus imperata facturum sese scriberet, Pompeius ut animum eius exploraret, expeditionem aduersus Petram suscepit multis multorum repræhensionibus obnoxiam. etenim subterfugere eum persecutionem Mithridatis censebant: & contra illum antiquum aduersariũ potiùs ire debere existimabant, qui bellũ nouo apparatu resuscitare, ac per Pannonios & Scythas Italiam uersus proficisci nũciabatur. At uerò Pompeius, qui facilius belligerantem opprimi, quàm fugientem compræhendi posse iudicaret, frustrà eum insequendo tempus terere nolebat, potiusq́ interim alias res ueluti appendices eius belli gerere statuebat. Sed eam cõtrouersiam fortuna diremit. Nam cùm haud procul à Petra abesset, iamq́ sub uesperam uallo C

Expeditio in Petram.

A uallo iacto sese eques ante castra exerceret, tabellarij è Pōto citatis equis
aduenerunt, lætum nunciū afferentes: hoc enim indicant cuspides hasta-
tum lauro reuinctæ. Quos simul atq; cōspexerunt milites, ad Pompeium
concurrerunt: isq; cùm initiò exercitationes ad finē perducere uellet, cla
more eorū precibusq; uictus, ab equo descēdit, & literis acceptis in me-
dium progressus est. Tribunal nullum erat, neq; adhuc militari more ma-
gnis cespitib. inuicem impositis suggestum excitauerant: itaq; raptim iu-
mentorum clitellis congestis editum aggerem extruxerunt. In eum pro-
gressus Pompeius, militib. renunciauit Mithridatē mota à filio eius Phar *Mithridatis*
nace seditione sua ipsius manu mortē oppetijsse, Pharnacē suo & populi *mors.*
Romani nomine omnia in potestatē accepisse, itaq; ad se scripsisse. Acce-
pto hoc nuncio milites summo (uti par erat) gaudio affecti, sacrificijs & cō-
uiuijs uacarunt, in uno Mithridate infinitos hostes perijsse rati. Pōpeius
aūt cùm ei bello longè faciliùs q̄ ipse expectasset finē imposuisset, statim
motis ex Arabia castris, & peragratis quę in medio erāt prouincijs, Ami-
sum uenit. Ibi multa à Pharnace missa munera accepit, multa regiorū ami
corū, ipsiusq; etiam Mithridatis cadauer, cognitu haud facile, q̄ ministri
B ignorauerāt cerebrum eliquandū fuisse: curiosi tamē ex cicatricib. agno-
uerunt. ipse enim Pompeius inspicere nō sustinuit, inuidiamq; fortunę a-
molitus, Sinopen remisit. Vestis autē, & armorū, q̄ Mithridates gessisset,
magnitudinē splendoremq; admiratus est. Baltheum Publius quidā sur-
ripuit, XL talentis confectmu, & Ariarathi uendidit: cidarim miro artifi-
cio elaboratā Caius q cū Mithridate educatus fuerat oranti Fausto Syllæ
F. clàm tradidit. Hi cùm in præsentia Pompeiū fefellissent, Pharnaces po-
steàre cōperta, supplicio fures affecit. Rebus Ponticis cōstitutis Pompe- *Iter Pōpeij*
ius proinde maiori cū pōpa, ac minori cū festinatione iter fecit. Cùm Mi- *uictoris.*
tylenē peruenisset, urbē in Theophanis gratiam libertate donauit, poëta
rūq; certamē ita à maiorib. institutū inspexit, quib. res ipsius gestæ mate-
ria carminū erant. Theatri aūt formā probans, lineamētis eā expresit, uti
ad eius exemplū Romę aliud, maius tamen ac magnificentius ædificaret.
Rhodi omnes rhetores audiuit, singulosq; talēto donauit. Posidonius di
sputationē quoq; eius cū Hermagora sophista de generali q̄stione habi- 13
tā perscripsit. Athenis cū eodē modo philosophos tractasset, urbi ad ędi-
ficationes quinquaginta talēta largitus, splēdidissimū sese mortaliū in Ita
C liā, suisq;, quorū tenebat desiderio, exoptatissimum uenturum sperauit.
Enimuerò quicūq; is est genius, q magnis atq; amplis fortunæ munerib.
triste aliquid admiscere solet, is iampridē domi illius delitescēs, minus iu-
cundū ei reditum machinatus fuerat. Etenim per eius absentiā Mucia pudi *Muciæ di-*
ciciā imminuerat: ac Pompeius cùm longius adhuc abesset rē istā cōtem *uortium.*
pserat, postq; prope Italiā peruenit, & magis ocioso (ut uidet) animo cri-
mē perpendit, nunciū ei remisit, neq; tum, neq; post diuortiū causam disci
dij indicans. Verùm ea in epistolis Ciceronis est perscripta. Varij aūt de 14
Pompeio sermones Romā perferebant, trepidabaturq; uulgo, q̄ exerci-
tū rectà ad urbē adducturus, & tyrānidē occupaturus crederet: & Cras-
sus adeò, siue re uera metuens sibi, siue ut suo exēplo calūniæ uires daret,
odiaq; hominū in Pompeiū incēderet, cū liberis & opib. Roma excessit.
Sed Pōpeius ut primū Italiā attigit, aduocatis in concionē militibus, allo
cutus eos benignè, & q̄ præsens occasio ferret, uerbis persecutus, discede
re unūquēlibet in patriā, & ad suos abire iussit, ac curare, uti tēpore trium
phi frequētes adessent. Dissipato ad hūc modū exercitu, eaq; re uulgata, *Reditus Ro*
mirum est q̄d accidit. Etenim ciuitates Pompeiū inermē, ac paucis cum *mam.*
familia-

familiaribus tanquam à profectione priuata redire uidentes, effusæ in- A
genti copia eum Romam usque comitatæ sunt, beneuolentia adductæ:
ut si quid nouarum rerum moliri uoluisset, nihil suo illi exercitu opus fue
rit. Quia uerò lex uetat quenquam triumphaturum, antè quàm trium-
phum egisset in urbem uenire, Pompeius postulauit uti tantum sibi gra-
tiæ daret Senatus, ut comitia differret, donec præsens ea cum Pisone obi
re posset. Verùm ea petitio, Catone repugnante, frustra fuit. Ex eo Ca-
tonis constantiam libertatemq́ue, quibus ille unus pro iure palàm propu-
gnabat, miratus, statuit eum quacunq́ue ratione sibi adiungere: & cum 12
duas haberet fratris sui filias secum alteram sibi, alteram filio in matrimo-
nium petijt. Cato cùm corrumpendi sui gratia eas à Pompeio affectari
nuptias intelligeret, ideoq́ue detrectaret, soror eius uxorq́ue grauiter tule-
runt Pompeij Magni affinitatem ab eo recusari. Interim Pompeius cùm
Afranium ad consulatum promouere cupiens, ciuibus in hortum suum
uenientibus tributim pecuniā diuideret, ut eos Afranio conciliaret, e-
iusq́ue rei fama in uulgus percrebrescente Pompeius malè audiret, quòd
magistratum, quem præclarissimis ipse facinoribus uti summum decus
meruisset, eum hominibus indignis uenalem redderet: Cato mulieribus B
dixit, Horum quoque opprobriorum pars ad nos redundabit necessa-
riò, si Pompeij necessarij esse uolumus. quo audito eæ agnouerunt, re-
ctiùs ipsum honori suo, quàm ipsas, consuluisse. Magnificentiæ autem
triumphi, tametsi in duos dies diuisi, tempus non suffecit: & multa eo-
rum, quæ apparauerat, ista pompa exclusa sunt, & ad alia exornanda spe-
ctacula reseruata. Inscriptiones in triumpho præferebantur, quibus is
de gentibus ageretur indicantes. Erant autem Pontus, Armenia, Cap-
padocia, Paphlagonia, Media, Colchis, Iberia, Albania, Syria, Cilicia, Me
sopotamia, Phœnice, Palæstina, Iudæa, Arabia, & piratæ terra mariq́ue
debellati: tum castella capta ad mille, urbes haud multo pauciores no-
ningentis, naues piraticæ octingentæ, urbes iterum habitatoribus præ-
ditæ undequadraginta. Indicabatur porrò inscriptione, antehac in Ro-
manis reditibus fuisse bismillies sestertiûm, nunc ex his quæ ipse ciuita-
ti Romanæ subegerit, redire termillies ac quadringenties sestertiûm: por
rò in ærarium inferri nomismate & uasis auri argentiq́ue uicies mille ta-
lenta, præter ea quæ militibus clargitus fuisset: acceperat autem is, cui
pro rata proportione minimum datur, sestertia sex. Captiui duceban- C
tur præter principes piratarum filius Tigranis Armeniæ regis cum uxo-
re & filia, tum Tigranis senioris uxor Zosime, rex Iudæorum Aristo-
bulus, Mithridatis soror & quinque nati, ac Scythicæ mulieres: ad hæc
Albanorum, Iberorum, & Commagenorum regis obsides, & ingens
trophæorum numerus, numero prœliorum æqualis, ex quibus aut ipse,
aut legati uictoriam reportauerant. Id uerò plurimum ad gloriam fecit,
quod & nulli antè Romanorum contigerat, quòd tertium triumphum
ex tertia orbis terrarum parte duxit. Quippe ante ipsum quoque inuen-
ti sunt, qui ter triumpharent: sed Pompeius qui primum ex Africa, secun
dum ex Europa, tertium ex Asia attulisset triumphum, de toto orbe ter-
rarum quodammodò uidebatur triumphasse. Qui in eo sunt, ut omni
ex parte Alexandro similem fuisse ostendant, nondum triginta qua-
tuor annos eum natum fuisse affirmant: accedebat autem, si ueritas rei
15 quæritur, iam ad quadragesimum. Atque adeò præclarè fuisset cum
ipso actum, si uita defunctus tum fuisset, dum Alexandri adhuc uteba-
tur fortuna. Quæ enim subsecuta sunt tempora, & successus ei inui-
diosos,

Pōpeius af-
finitatē Ca
tonis petit.

III Pom-
peij trium-
phus.

A diosos, & calamitates immedicabiles adtulerunt. Etenim quam in urbe potentiam meritis suis adeptus fuerat, ea iniustè pro alijs utens, dum suam carpens gloriam uires eorum augeret, non sensit sua se potentia atque magnitudine seipsum pessundare. Nempe quo modo munitissime arces atque partes urbium hostibus, cùm ab ijs occupatur, id quod in ipsis erat positum roboris atque præsidij addunt: sic Cæsar Pompeiana potentia elatus ad opprimendam urbem, quib.reb. contra reliquos præualuit, ijsdem Pompeium quoque ipsum euertit. Res ita acta est. Lucullum, cùm magnis à Pompeio affectus iniurijs ex Asia redijsset, splendidè Senatus accepit, & magis adhuc cùm Pompeius etiam redijsset amplexus, ut gloriam suam ad remp. coniungeret hortatus est. Ibi tum Lucullus (tametsi iam studium rerum gerendarum remisisset, ocioque & luxui deditus uoluptatem negocijs tractandis anteposuisset) Pompeium adortus, constanterque urgens, obtinuit in Senatu, ut suæ constitutiones, quas resciderat Pompeius, ratæ haberentur, adstipulante præsertim Catone. Pompeius pulsus ac circumscriptus, coactus est ad tribunos plebis iuniores confugere, quorum omnium impurissimus atque audacissimus Clodius eum arripuit, populoque submisit, inque foro preter dignitatē eius obuersantē secū rapiens, ad confirmanda ea quæ ipse in gratiam populi promulgaret aut diceret opera eius usus est. Et quidem, quasi nō ignominia sed beneficio affecisset, mercedem postulabat: quam & posteà obtinuit, cùm Ciceronem amicum suum, & qui pro ipso plurima exegisset, in gratiam eius prodidit. Etenim in periculo uersantem, auxiliumque petentem in cōspectum admittere non sustinuit, missisque ad se ab eo occludens fores, alio ostio ædibus exijt: ita ut iudicij metu Cicero Roma discesserit. Interim Cæsar à bello reuersus, rem aggressus est, quæ & tum magnam ipsi gratiam, & multum in posterum potentiæ parauit, Pompeio autē ciuitatique grauissimum damnum attulit. Cōsulatum enim ambiens primum, quia Crassum cum Pompeio dissentire, atque horum alterutrum se inimicum habiturum sentiebat, ad conciliandos eos inuicem animum adiecit. Quod factum honestum alioquin, & ciuile, causam tamen habuit malam, estque ab eo insidiosa calliditate susceptum. Omnis enim reipub. uis, quæ antè diuisa ueluti scapham modò in hoc modò in alterum nutantem latus æquali momento addito librauerat, in unum coacta tantum roboris effecit, cui obsisti porrò nequiret, quin factione sua totam rempub. euerteret. Quapropter Cato dicentibus dissensione Cæsaris & Pompeij (quæ pòst incessit) ciuitatem pessundari, respondit malè eos iudicare, qui extremum culpent: non enim eorum dissidium & inimiciciam, sed coitionem atque concordiam primum, maximumque reipub. damnum dedisse. Cæterùm Cæsar consul creatus, illicò egenos ciuium adulans, legem de colonijs deducendis, agrisque diuidendis tulit, imminuta magistratus maiestate, cùm de consulatu tribunatum plebis quodammodò faceret. Repugnante Bibulo collega, eique summa ui opitulari Catone aggresso, palàm ad rostra Pompeium produxit, nominatimque compellatum interrogauit, eásne leges probaret: annuentique, At si quis, inquit, uim legibus istis faciet, nónne plebi auxilium feres? Vtique, respondit Pompeius, adero, & contra eos qui gladios minantur, cum gladio clypeum quoque afferam. Nihil ad eum usque diem insolentiùs Pompeius neque dixisse neque egisse uisus fuit: adeoque amici eius excusare aggressi, excidisse ei ex tempore id dictum asseruerunt. Sed quæ posteà fecit, satis ostenderunt eum Cæsari se totum utendum tradidisse. Iuliam enim

Pompeius Clodio addictus.

B

C

Cæsaris cōsulatus.

16 enim Cæsaris filiam, Cæpioni iam desponsatam, paucis ante nuptijs desti- A
natum tempus dieb. preter omnium expectationem duxit, Cæpionis in-
dignationem coniugij filiæ suæ, quę Fausto Syllę F. pacta fuerat, promis-
sione leniens. Ipse autem Cæsar Calpurniam Pisonis filiam duxit. Proin-
de Pompeius urbe militib. repleta, ui omnium rerum potestatem tenuit.
Hi enim Bibulum consulem cum Lucullo & Catone in forum prodeun-
tem subitò inuadentes, fasces eius perfregerunt, & quidam corbem ster-
core repletam in Bibuli caput effudit: duo etiam tribuni plebis eum co-
mitantes sauciati sunt. Ita aduersarijs foro pulsis legem agrariam pertule-
runt: qua inescatus populus ad omnia cicurem se eis præbuit, ut nulli eo-
rum instituto se opponeret, nihil inquireret, sed tacitus omnib. eorum de
cretis suo suffragio subscriberet. Confirmatæ proinde sunt cōstitutiones
Pompeianæ, de quib. cum Lucullo ei lis fuerat: decretum etiam, ut Cæsar
cum quatuor legionib. utranq; Galliam & Illyricum per quinquennium
obtineret: consulesq; in sequentem annum designati Piso Cæsaris socer,
& Gabinius, Pompeij assectarum coryphæus. His actis Bibulus domi
suæ se continuit, octoq; integris sui consulatus mensib. in publicum non
prodijt, emissis quib. utrunq; traduceret atq; accusaret edictis. Cato au- B
tem ueluti diuino furore concitus in Senatu quæ Pompeio essent, ciui-
tatiq; euentura prędixit. Lucullus reb. deploratis in ocium se dedit, tem-
pus ad rempub. gerendam suum se exegisse causatus. cùm quidem Pom-
peius dixit, senem intempestiuiùs uoluptati quàm reb. publicis uacare. Atq;
hic ipse tamen Iuliæ amore statim emollitus, illiq; uni studens, plerunq;
in uillis aut hortis suis agitabat unà, neglectis rebus forensibus: adeò ut
Clodius tum tribunus pleb. audacissima facinora ipso spreto conatus sit.
Nam posteaq; Ciceronem urbe exturbasset, ac in Cyprum amandasset
Catonem, Cæsare in Gallias profecto, cùm populum sibi omnia in uulgi
gratiam agenti deditum esse animaduerteret, cōtinuò aggressus est quas-
dam Pompeij constitutiones conuellere. Itaq; & Tigranem abreptum se-
cum tenuit, & amicos Pompeianos in ius traxit, uires Pompeij in eis peri-
clitans: tandem cùm iudicij cuiusdam causa processisset in publicū Pom-
peius, parata hominum impurorum manu, loco conspicuo ipse constitit,
atq; ita quæsiuit: Quis nam imperator est impudicus? quis uir uirum de-
perit? quis uno digito caput scabit? ad hæc illi libidinosi homines, ueluti
chorus ad respondendum alternis instructus, ipso togam cōcutiente ad
singulas quæstiones respondere, Pompeius. Hæc etsi Pompeius ægrè fe- C
rebat, malè audire non assuetus, & huiusmodi certaminum imperitus: ma
iorem tamē ex eo capiebat molestiam, quòd sentiret Senatui pergratum
esse ipsum contumelia affici, proditiq; Ciceronis pœnas dare. Sed ubi in
foro ad uulnera usq; certatum est, & quidam Clodianorum per turbam
Pompeium circunstantem obrepens gladio armatus esse compertus est:
hoc usus prætextu, cùm alioqui petulantiā & maledicentiam Clodij for-
midaret, domi sese omni eo tempore, quod Clodiano tribunatui supere-
rat, continuit, cum amicis deliberans, quánam ratione Senatus optimati
umq; iram placaret. Et Culeoni quidem Iuliam dimittere, atq; ab amici-
cia Cæsaris ad Senatum redire iubenti non paruit: Ciceronem Clodio
infestissimum, & Senatui charissimum reducere hortantib. obtempera-
uit: productoq; in forum fratre eius cum magno hominum agmine, ma-
nibus in foro cōsertis, & sauciatis multis, nonnullis etiam cæsis Clodium
uicit, legemq; de reuocando Cicerone obtinuit. In urbē reuersus Cicero,
confestim Pompeium in gratiam cum Senatu reposuit, legemq; frumen-
tariam

Iuliam Pompeius ducit.

Lex agraria.

Clodius Pompeiū uexat.

A tariam defendēs, rursus quodammodo terræ marisq́ imperiū P.R. Pompeio tradidit, in potestatem eius dando portus, emporia, fructuum uenditiones & emptiones, deniq́ & nauigantium, & terrā colentium negocia. Clodius sane non eò, quòd annona deficeret, latam eam legem: sed penuriam inuectam, ut occasio esset legis ferēdæ, per quam languens iam eius deficiensq́ potentia nouo imperio uires reciperet, causabatur. Alij Spintheris consulis techuam fuisse affirmāt, Pompeio maius imperium deferentis, ut ipse Ptolemæo regi opitulatum mitteretur. Et tamen Canidius tribunus plebis rogationē promulgauit, uti Pompeius cum duobus tantùm lictoribus, & absq́ omni exercitu Ptolemęum Alexandrinis reconciliaret: quod cùm inique pati Pompeius uideretur, Senatus tamen metuere se ei uiro prętendens irritum fecit. Repertę etiam sparsim in foro & ponè Curiam literæ, Ptolemæum pro Spinthere Pompeiū poscere asserētes. Timagenes Ptolemęū nulla coactum necessitate Aegypto cessisse, sed à Theophane persuasum inquit, qui Pompeio pecuniæ faciendæ, nouorumq́ imperiorum materiā procuraret. Id non tam probabile Theophanis malitia facit, quàm incredibile Pompeij natura, nequaquā ita ma

B liciose & illiberaliter ambitiosi. Cæterùm rei frumentariæ procurationi præfectus, dimissis in uarias partes amicis, ipse in Siciliam, Sardiniam, & Africam nauigauit, & frumentum coegit. Inde Romam uersus oram cùm uellet soluere, gubernatoribus ob magnitudinē uēti mari incūbentis trepidantibus, primus in nauim ingressus anchorā attrahi iussit, Nauigandū sibi necessariò, nō necessariò uiuendū inquiens. Huiusmodi audacia, & alacritate, prosperaq́ simul usus fortuna, frumento emporia, mare nauibus impleuit: ita ut externis quoq́ hominibus is apparatus copiam rerum suf fecerit, ueluti ex fonte in omnes exundantem. Interim Gallica bella Cæsarem ad magnam potentiā euexerunt: cùm qui longissimè ab urbe cum Belgis, Sueuis & Britānis uideretur cōcertare, is astutè, neq́ animaduertentibus alijs, interim in medio populi, summisq́ rebus artibus suis præsens Pompeium euerteret. Namq́ Cæsar bellica potentia, ueluti persona, tectus, corpus suum certaminibus contra barbaros, ueluti uenationibus exercebat, neq́ id tam aduersus barbaros, quàm uti potentiam suam inuictam, omnibusq́ terribilem efficeret. Aurum uerò argentumq́, & spolia, opesq́ ijs bellis partas ingentes Romā mittēs, muneribus ac sumptuum *Cæsaris techne.*

C suppeditatione ædiles, prætores, consules, uxoribus quoq́ eorum dona largiēdo, corrumpebat. Ideò cum trāsgressus Alpes Lucę hyemaret, magna uirorum mulierumq́ certatim ad ipsum cōfluentium multitudo fuit, senatores ducenti, interq́ hos Pompeius & Crassus, & procōsulum prætorumq́ centum & uiginti fasces ante fores Cæsaris conspecti. Ibi Cæsar cùm reliquos omnes spe & pecunia onustos à se dimisisset, cum Crasso & Pompeio ita pepigit, ut hi consulatū peterent. & ipse multis ad suffragia ferenda missis militibus eorum petitionem adiuuaret: simul atq́ uerò coss. designati essent, prouincias sibi ipsis & exercitus decerni curarent, ipsi autem Cæsari imperij, quod obtinebat, prorogationē in aliud quinquennium. Hæc eorum conspiratio postquam innotuit in uulgus, grauiter proceres reipublicæ offendit. Et Marcellinus coram populo utrunq́ percontatus est, petiturine essent consulatum: multitudóque respondere cùm iuberet, fortassis petiturum se, fortassis non petiturum Pompeius dixit: ciuilius Crassus, Facturum se quod ex usu reipublicæ iudicasset. Pōpeius autem cùm à Marcellino uehementi oratione esset notatus, iniustissimum esse eum hominem respondit, qui ab ipso loquax de muto, &

uomens de famelico factus, gratiam non haberet. Enimuerò omnibus à A
petitione consulatus abstinentibus, L. Domitio persuasit Cato, ne eam
rem desperaret: non enim de magistratu, sed pro libertate cōtra tyrannos
certamen fore. Sed Pompeius uehementiam Catonis timens, ne is sena-
tum uniuersum à sua parte habens, quod sanū erat populi in suam pertra-
17 heret sententiam: Domitio ad forū descendēti armatos immisit, qui seruo
lucernam præferente occiso, reliquos in fugam coniecerunt: quorum no
uissimus recessit Cato, dextrum cubitum, dum pro Domitio propugnat,
sauciatus. Hoc modo consulatu potiti Pompeius & Crassus, nihilo se mo-
deratiores deinceps gesserunt. Primùm Catoni præturam populo decer-
nente, Pompeius de cœlo ostentum factum causatus concionē soluit: in-
18 de corruptis pecunia tribubus, Antiam & Vatinium prætores constitue-
runt. Deinde leges Trebonij tribuni plebis opera promulgārunt, Cæsari
(uti pacti fuerant) aliud quinquennium, Crasso Syriam & bellum Parthi
cum, Pōpeio uniuersam Aphricā, Hispanias, quatuorq; (ex quibus duas
Cæsari ad bellum Gallicū utendas dedit) legiones decernentes. Et Cras-
sus quidem omisso consulatu statim in prouinciam abijt. Pōpeius autem
extructo theatro, in eius dedicatione gymnica & Musica certamina edi- B
dit, uenationesq; in quibus quingenti leones interfecti sunt, itemq; pu-
gnam elephantorum, maximè horrendum spectaculum. Propter hæc in
admiratione habitus, & dilectus ab omnibus, eo tamen haud leuiorē sibi
inuidiā parauit, quòd exercitū & prouincias amicis suis legatis mandans,
ipse per amœna Italię loca obambulans modò hîc, modò alibi cum uxore
degeret: siue amore eius captus, siue amantem sui uxorem deserere non
sustinens. Nam & hoc fertur, & Iuliæ insignis in maritū Pompeium præ-
ter ætatis rationē amor celebraī: cui causam præbuisse uideť continentia
uiri, nullius præter uxorem mulieris noticiam habentis, & grauitas, con-
suetudine non immodica, sed gratiosa, & mulierum animos apprimè tra-
henti utentis. siquidem etiam Floræ testimonio habenda est fides. Co-
mitijs sanè ædilicijs conflictu circa se orto, & cæsis haud paucis, sangui-
ne conspersus uestem mutauit Pompeius. Cruentam uero cùm serui cur-
sim & cum tumultu domum referrent, Iulia tum prægnans ueste con-
specta animi deliquium passa est, ægreq; ad se redijt, isq; adeò terror ab-
ortus ei causa fuit. Itaque qui amiciciam Pompeij cum Cæsare maximè im
probarent, amorem tamen erga uxorem non culpabant. Iterum grauida C
facta, filiolam enixa è doloribus partus expirauit, ac filiolę paucis pòst
diebus mors subsecuta est. Cùm in Albano cōiugem sepelire Pōpeius sta-
tuisset, populus ui cum coegit in campum Martium funus ducere, magis
adeò miseratione Iuliæ, quàm in Pompeij Cęsarisue gratiam: tametsi alio-
quin maior populi pars ad hunc quàm ad illum inclinaret. Statim enim à
morte Iuliæ ciuitas fluctuabat, omnibusq; in rebus æstus, sermonésque
ad dissidium facientes existebant: affinitate, quę eatenus occultauerat ma
gis eorum uirorum, quàm inhibuerat principatus cupiditatem, sublata,
Neq; diu pòst Crassum apud Parthos perijsse renunciatum est. atq; hunc
etiam magnum belli ciuilis obijcem remotum esse apparet. Quippe anteà
uterq; huius metu, utcunq; pactis inter sese steterāt. Sed ubi fortuna eum,
qui certaminis eorum inspector uictori imminebat, sustulit, statim licuit
Comici illud usurpare:

Aduersus alterum alter hic inungitur,
Hauritq; puluerem manibus.

Vsque adeò fortuna nihil est ad naturam, neque huius potest cupidita-
tem

Pompeius II consul.

Iuliæ in uiru amor & mors.

Origo ciuilis belli.

A tem implere: quando hos duos uiros tanta moles, tantaq; amplitudo imperij cohibere non potuit. qui cum legendo & auditu percepissent inter ipsos Deos

Esse tribus mundum diuisum partibus omnem, 19
Vnumquemq; horum sceptris & honore potitum:

sibi duobus sufficere Romanum imperium non putauerunt. Et quidem in concione aliquando dixerat Pompeius, se magistratũ omnnem expectatione citiùs occepisse, aliorúmque expectatione citiùs deposuisse: & profectò eius rei testimonium habuit, quòd semper exercitus statim dimisit. Verùm eo tempore Cæsarem intelligens non dimissurum copias, in eo fuit, uti ciuilibus magistratibus se aduersus eum muniret: noui præterea nihil moliebatur, neque diffidere socero, sed eum contemnere uideri uolebat. Pòst ubi magistratus non pro sua sententia conferri uidit, corruptis largitione ciuibus, passus est ciuitatem sine magistratibus esse: statimq; de dictatore mentio frequens per urbem uagata est. Hanc primus publicè facere ausus est Lucilius tribunus plebis, populo suadens, uti Pompeium diceret dictatorem: & Catone repugnante parum abfuit B quin tribunatum amitteret. Pompeium amici præsentes multi excusabant, qui neque expeteret eum magistratum, neque esset accepturus. Catonis porrò Pompeius reuerentia, hortantis uti decus reipublicę curaret, effecit uti consules crearẽtur, Domitius & Messala. Paulo pòst iterùm interregno existente, multisq; iam dictatoris mentionem impudentiùs referentibus, ueritus Cato & qui idem sentiebant ne id ui à se extorqueretur, statuerunt legitimum aliquem magistratum Pompeio tradere, eáque ratione eum ab immodica illa & tyrannica potẽtia auertere. Ac Bibulus, Pompeio inimicus, in senatu primus omnium sententiam dixit, Pompeium sine collega consulem esse creandum: ita enim aut ciuitatem præsenti confusione liberatum iri, aut seruituram præstantißimo. ea cùm propter autorem absurda uideretur sententia, Cato assurgens, cùm contrà dicturi opinionem de se præbuisset, Se quidem istius sententiæ autorem nunquam fuisse futurum dixit, sed prolatæ ab alio parendum censere: quemuis enim magistratum nullo sibi potiorem uideri, neque esse, quem Pompeio rectiùs istis in tumultibus reipublicæ posse præesse sentiat. Quæ sententia ubi est à senatu approbata, decretumq; uti Pompeius con C sul solus magistratũ gerat, aut si collegã requirat, ne eum ante duorũ mensium exitũ deligat: ita à Sulpicio interrege cõsul creatus, peramicè Catonẽ salutauit, fassusq; se magnã ipsi gratiã debere, hortatus est ut priuatim consiliarius sibi esse uellet. Ad hæc Cato, Non esse sibi gratias agendas: non enim Pompeij, sed ciuitatis causa se dixisse sententiam: priuatim autem se uocatum, consilia communicaturum: sin uerò, publicè quod ex usu fore putaret dicturum. Talis omnino fuit Cato. Cæterùm Pompeius ut in urbem uenit, Corneliam Scipionis Metelli filiam uxorem duxit, morte P. Crassi (huic enim uirgo nupserat) in Parthia nuper interfecti uiduam. Erant ei iuuenculæ multæ prę ter formam amoris illecebrę, ut quę literas, canere fidibus, ac Geometriam probè nosset, & cum fructu philosophos audire consueuisset: aberant quoque ea uitia, quæ ex huiusmodi studijs iuniores mulieres contrahere solent, morositas & curiositas. Pater & genere & gloria erat minimè contemnendus. Veruntamen nuptias istas eo nomine quidam improbant, quòd aliena ætate essent contractæ, cùm iam nurus, quàm uxor Pompeij rectiùs esset Cornelia. At subtiliores ciuitatis statum neglectui fuisse Pompeio culpabant, cui ea, ut suarum ca-

Pompeius solus cõsul.

Corneliam ducit.

lamitatū medico, soli sese dedisset: ipsum uerò serta ferre, & sacrificia nu- A
ptialia peragere, cum ipsum suum consulatum in cladibus patriæ numerare debuisset, quem nunquam ei salua respublica ita præter leges commisisset. Præterea iudicia & leges de ambitu statuerat, inq; ijs iudicijs grauiter & sincerè uersabat, iudicibusq;, cum armatis ipse præsidens, secu-
Iudicia. ritatem, ordinem, & quietem præstabat: uerùm ubi Scipio socer ipsius in ius uocatus est, trecentos istos ac sexaginta iudices domum aduocans, ut socero suo auxiliū ferrent deprecatus est: ita quidē ut actionem accusator dimiserit, Scipioni iudices è foro comites ire cernens. Ob hæc rursus in infamia uersatus est. Auxit hanc, quòd cùm lege lata laudari reos uetuisset, ipse in iudicium Planci laudandi causa uenit. Cùm quidem Cato, unus iudicum, manibus aures obthurans, non licere sibi laudationem legibus prohibitam audire dixit. Et Catone tamen antè quàm suffragium ferret amoto, cæterorum sententijs Plancus damnatus est cum dedecore Pompeij. Quippe Hypsæus homo consularis, reus factus, & ipse, paucis post illud factum diebus Pompeium à balneo ad cœnam euntem cùm obseruasset, suppliciterque genua tangens inuocasset, Pompeius sanè quàm superbè eum præterijt, nihil ipsum efficere, sibi modò cœnam cor- B
rumpi dicens. Hæc eius inæqualitas in repræhensiones incurrit. Cætera præclarè in ordinem composuit, & in reliquos adhuc quinque menses socerum suum collegam sibi adsciuit. Decreto quoque Pompeio prouinciæ in quadriennium prorogatæ, & statutum, uti quotannis mille talenta ad alendas copias acciperet. Hoc initium amici Cæsaris nacti postulauerunt, uti huius quoque ratio aliqua haberetur, qui tot pro imperio Romano certamina obijsset: scilicet ut aut alter ei consulatus decerneretur, aut imperij tempus proferretur: ne quis alius superueniēs laborum eius gloriam prçriperet, sed ipse eo usq; imperaret dum rebus cōfectis suis per ocium honoribus potiretur. Cōtentione super his postulatis exorta, Pōpeius tanquam Cæsari cuperet, & inuidiam ab eo amoliretur, literas se Cæsaris habere dixit, quibus is affirmet, se successorem mitti sibi uelle, & imperium abdicare: par tamen esse, uti absenti etiā consulatum petere liceat. Hæc cùm à Catone impugnarentur, priuatum positis armis petere à ciuibus præmia iubente, Pompeius dimissa contentione, & quasi uictū se fassus, suspicionem sui in Cæsarem animi ostendit. Quin & Parthici C
belli prætextu repetijt ab eo quos usui dederat milites: quos Cæsar, tametsi causam non ignoraret, præclarè donatos ei remisit. Secundum hæc
Pōpeij morbus. Pompeius Neapoli ex periculoso morbo conualuit: & Praxagoræ suasu Neopolitani sacris pro salute eius operati sunt. Horum exemplo uicinis totaque deinceps Italia ducta, omnis & parua & magna ciuitas festos dies aliquot egit, occurrentibus autem Pompeio nullus satis fuit amplus locus: omnia itinera, pagi, portus conuiuantium & sacrificantium erant pleni, multi coronati prçlatis facibus eum excipiebant, floribúsque pasim in eum coniectis comitabantur: ita ut reditus iste ad urbem eius splendidißimi spectaculi loco fuerit. Et uerò traditum est, nullam aliam grauiorem belli ciuilis causam hac ipsa pompa fuisse. Etenim rerum gestarum memoriç ingens gaudium additum, ita animum eius inflabat, uti cauitonis adhibendç (qua ratione antehac usus ad tu-
Securitas. tum locum actiones suas successusq; perduxerat) securus immodica audacia Cçsaris potentiam sperneret, nihil sibi contra eum armis aut labore opus futurum, multóque nunc faciliùs, quàm antè euectus fuisset, opprimi à se eum posse arbitrans. Sub hçc Appius eos, de quibus dictum

A dictum eſt, Pompeianos milites ex Gallia à Cæſare reducens, mirum in
modum Gallicis rebus eleuatis, Cæſari obtrectauit, Pompeium nõ rectè
ſuarum uirium conſcium eſſe dicens, qui ſe alienis contra Cæſarem armis
muniret, quem ſuis ipſius copijs poſsit peſſundare: tantum enim eſſe o-
dium militum in Cæſarem, tantumq; Pompeij deſiderium, ut ſtatim ad
hunc ſemel conſpectum ſint tranſituri. Quamobrem Pompeius eò con-
fidentiæ, & propter hanc negligentiæ peruenit, ut eos qui bellum metue
rent, riſui habuerit, dicentibusq; non uidere ſe copias quibus Cæſari ad-
uerſus Vrbem ducenti poſsint obſiſtere, ſubridens & hilari uultu reſpon
derit, bono ipſos eſſe animo debere: Ego, inquiens, cùm primum Italiæ
ſolum pede percuſſero, peditum equitumq; turmæ erumpent. At uerò
Cæſar uehementiùs iam ipſam rem tractabat, ipſe nõ procul ab Italia uer
ſans, milites ſubinde Romam ad comitia mittens, pecunia autem multos *Cæſaris actiones &*
magiſtratum gerentes occultè corrumpens: inter quos fuit etiam Paulus *poſtulata.*
conſul, qui M D. talentis ſuam Cæſari ſententiã addixit, & Curio tribunus
plebis, ingẽti ære alieno à Cęſare liberatus, & M. Antonius debiti ob Cu
rionis amiciciam ſocius. Depræhenſum quidem fuit, quendam de Cæſa-
B rianis centurionibus cùm ad Curiã adſtitiſſet, audiuiſſetq; tempus pro-
rogandi imperij poſtulatum Cæſari non dari, manu gladium pulſaſſe, ac
dixiſſe, Attamen hic dabit: & eódẽ ſpectabãt quæ agebant, ac quæ para
bant. Curionis tamen pro Cæſare poſtulata magis uidebant popularia.
Alterutrum enim horum petebat, ut aut Pompeius etiam exercitum di-
mitteret, aut ne Cæſar quidem hoc facere iuberentur: aut enim priuatos
æquali conditione, aut ſi ita maneant, ſuo utrunq; ſtatu contentos fore:
qui uerò alterutrius uires imminuat, eum alterius potentiã, quæ quidem
utrinq; metuatur, augere. Aduerſum hæc Marcello Cæſarem prædonem
appellante, hoſtemq; decerni, niſi arma depoſuiſſet, iubẽte: Curio tamen
& cum eo Piſo atq; Antonius ſenatum coarguerũt. iuſſerunt enim eos qui
ſolum Cęſarem arma deponere, Põpeium magiſtratum retinere uellent,
ſecedere: & pleriq; omnes ſeceſsionem fecerunt. Iterum iuſſerunt eos qui
utrunq; dimiſſo exercitu priuatum eſſe uellẽt, ſecedere: & pro Pompeio
uiginti duo ſolùm, pro Curione reliqui omnes ſteterunt. Itaq; Curio ue-
luti uictor gaudio elatus ad populum ſe proripuit, plauſu & florũ ſerto-
rumq; iactionibus exceptus. Non aderat tum in ſenatu Pompeius: nam
C qui exercitui præſunt, urbem non ingrediebantur. Marcellus autem ſur-
gens, Non inquit, hîc porrò ſedens orationes audiam: ſed quia decem le
giones iam Alpes trãſire cerno, ipſe quoq; ibo ut emittam qui pro patria
propugnet. Simul, ut in luctu, atras ueſtes ſumpſerunt. Marcellus autem
ſenatu comitante per forum ad Põpeium profectus, ut cõtrà adſtitit, Iu-
beo, inquit, te Pompei auxilium patriæ ferre, copijs quas habes uti, ex- *Pompeio*
ercitum alium conſcribere. Idem quoq; Lentulus conſulum deſignatorũ *bellũ cõtra*
alter dixit. Pompeio autem delectum inſtituẽti, partim nomina non de- *Cæſarem*
derunt ciues, partim ægrè & nulla cum alacritate, pleriq; pacificationem *mãdatum.*
clamore poſcebãt. Etenim Antonius apud populum inuito etiam ſenatu
èpiſtolam Cæſaris recitauerat, uulgo gratas conditiones habentem: nam
hoc poſcebat, ut prouincijs exercituq; dimiſsis uterq; apud populũ ſuo-
rum factorũ rationes redderet. Lentulus porrò iam cõſul, ſenatum nõ ha
bebat. Cicero tum ex Cilicia reuerſus, paci ſtudebat, hac conditione pro-
poſita, uti Cęſar relicta Gallia Illyricum & duas legiones retinens, alte-
rum conſulatum expectaret: & Pompeio hîc ſe difficilem prębente, Cę-
ſarianis perſuaſit, ut alteram quoq; legionem remitterent. Lentulo tamẽ *Cicero paci ſtudet.*

 repu-

repugnante ac Catone Pompeium iterum deceptum peccare clamante, A
pacificatio ea irrita fuit. Interim Cæsarem capto Arimino (quæ magna est Italiæ urbs) cum omnibus copijs ad Romam tendere nunciatur. Erat hic nuncius uanus: cum trecentis enim tantùm equitibus & quinque legionariorum milibus ibat, non præstolatus reliquum, qui adhuc trans Alpes erat, exercitum, quòd subitò irruere in perturbatos & nihil tale expectantes, quàm ad bellum parandum tempus concedere mallet. Atque ubi ad Rubiconem amnem, qui ipsius prouinciam terminabat, peruenisset, tacitus substiterat, magnitudinem conatus sui secum aliquandiu reputans: pòst, quemadmodum qui se à præcipitio in profunditatem immensam demittunt, oculos comprimere solent, animo conniuens præ tam grauibus ausis, idque tantùm Græcè ad præsentes uociferatus, iacta esto alea, exercitum traduxit. Fama rei primùm allata Romam, maiore quam unquàm anteà accidisset trepidatione, terrore, metúque urbem repleuit: ac statim ad Pompeium senatus & qui cum magistratum erant conuenere. Ibi cùm Tullus Pompeium de copijs percontaretur, isq; cunctanter responderet, trepidéque exercitum à Cæsare sibi paratum uenire, sperare etiam se B
quos anteà ad triginta millia conscripserat celeriter contracturum, altùm exclamans, Fefellisti nos Pompei, suasit uti ad Cæsarem legati mitterentur. Et M. Fauonius, uir non improbus, sed qui contumacia & petulantia sæpenumerò Catonianam in dicendo libertatem æmulari se posse putaret, Pompeium pede terram ferire iussit, &, quas pollicitus fuisset, euocare copias. Quod tamen tam importunum dictum æquo animo Pompeius tulit. Idem Catoni in memoriam reuocanti, quæ de Cæsare olim ei prædixisset, Veriùs quidem Catonem uaticinatum, à se autem amiciùs actum respondit. Cato cùm consilium dedisset, uti Pompeius dux cum mero imperio belli crearetur, (etenim eiusdem esse magna excitare mala, & compescere) statim in Siciliam abijt, quæ ei prouincia obtigerat: eodémque in suas singuli modo profecti sunt. At uerò tota Italia excitata, magna erat consilij inopia: undique enim Romam confugiebatur, cùm Romani ipsi urbem relinquerent, tanta in tempestate & tumultu, quod pauci ciuium utiles, plerique magistratibus intractabiles essent. Non enim trepidatio reprimi potuit, neque suis rationibus Pompeio uti licebat: sed ut quisque timebat, dolebat, aut dubitabat, ita statim suum affectum ad Pompeium deferebat, eodémque C
ipsum pertrahebat, uti eodem die uaria & diuersa statueret. De hostibus autem nihil certi poterat cognoscere, quòd plerique obuios quosq; rumores referrent, fidemque non habenti succenserent. Ita demum Pompeius tumultum esse decreuit, edictóque uti omnes ipsum senatores sequerentur, qui remansisset eum Cæsarianum à se habitum iri: imminente iam nocte urbe exiuit. Consules quoque non factis, quæ initiò belli consueuerunt, sacrificijs Roma fugerunt. Mira tamen fuit periculosissimo etiam isto tempore hominum in Pompeium beneuolentia, quòd plerisque militiam istam culpantibus nemo ducem odio habuit: ac plures quòd Pompeium deserere non possent, quàm spe libertatis eum secuti sunt. Paucis pòst diebus Cæsar Romam uenit, omnibus sese benignum præbens, animósque ciuium placans: nisi quòd Metello tribuno plebis pecuniam ipsum ex ærario accipere prohibenti, mortem minatus est, uoce quàm minæ ipsæ essent asperiori addita, Minari hoc, quàm facere, sibi esse difficilius. Reiecto hunc in modum Metello, acceptis quæ opus haberet,

Cæsar irruit.

Pōpeius Roma cedit.

A haberet, Pōpeio insequendo se dedit, eijcere eū ex Italia, anteq̄ exercitus ex Hispania ei coniungeretur, festinans. At Pōpeius Brundusio occupato, naues ibi nactus, consules cum triginta cohortibus Dyrrachium præmisit: Scipionem socerum, & Cneum filium in Syriam classis parandæ causa amandauit. Ipse obstructis portis, in muris expeditissimos militum collocauit, & oppidanis mandato uti se domi quisq; suæ continerent, totam intus urbem suffodit, omnesq; uicos actis palis uallauit, duobus, qui ad mare pertinerent, relictis. Tertio die cùm multitudo iam tutò naues conscendisset, murorum custodibus subitò signum dedit, celeriterq; decurrentes ad se recepit, & auectus est. Cæsar ut desertos muros uidit, fugam factam sentiens, parum abfuit quin hostem insequens in sudes & fossas incidisset: monitu tamen Brundusinorum urbem uitans, eáque ambita ad mare perueniens, auectos esse omnes, præter duo nauigia paucis militibus onusta deprehendit. Omnes alij scriptores hanc Pompeij ex Italia fugam, inter præstantissima strategemata ponunt. Cæsar uerò mirari se ait, quòd urbem tenens munitam, exercitū ex Hispania expectans, mare præterea obtinens, Italiam reliquerit. Incusat etiam Cicero, 20
B quòd Themistoclis potiùs quam Periclis consilia imperatoria imitatus sit, rebus hunc non illum requirentibus. Atque ipse profectò Cæsar re ipsa ostendit, se sibi plurimum à tempore metuisse. Cùm enim Numerium Pompeij amicum cepisset, Brundusium eum misit, ad æquas pacis conditiones Pompeium prouocans: sed Numerius inde cum Pompeio auectus est. Post hæc sexaginta dierum spacio tota Cæsar Italia, nullo quidam sanguine facto, potitus, cùm statim persequi Pompeium cogitaret, nauibus destitutus in Hispaniam se conuertit, ut Pompeianas ibi copias ad se pertraheret. Interim magnæ ad Pompeium conuenerunt copiæ: classis planè inuicta, in qua præter quingentas ad prœlium instructas naues, liburnarum & speculatoriorum nauigiorum ingens erat numerus: equites Romani & Itali septem millia, flos hominum genere diuitijs audaciaq; præstantium. Peditatum autem commixtum, & exercitatione opus habētem Berrhœæ instituebat, non ociosus ibi desidēs, sed iuuenis in morem exercitationibus deditus. Magnum enim ad audaciam momentum ipse afferebat, cùm natus annos duodesexaginta cerne
C retur pedes in armis certare, deinde eques promptè stringere gladium currente equo, & in uaginam nullo labore recondere, in iaculationibus non certitudinem modò ostendere, sed eminus iacere tanta ui, ut multi iuuenum superare non possent. Concesserunt ad eum reges quoq; & reguli, principúmque ex urbe uirorum tantus numerus, ut perfectum senatum expleret: tum Labienus Cæsare, cuius amicus & legatus in Gallia fuerat, relicto: & Brutus, filij eius Bruti quem in Gallia Pompeius occiderat, uir magnanimus, & qui Pompeium, uti patris sui interfectorem, nunquam antè salutasset, uerbóue compellasset, tunc ei se ut liberatori patriæ submittebat. Cicero etiam, quamuis aliter & scripsisset & consuluisset, turpe tamen sibi fore iudicauit, si non se quoque ei parti, quæ pro patria propugnabat, adiungeret. Venit & Tidius Sextius ad eos in Macedoniam, extrema senectute, & altero crure mutilus: quem cùm reliqui riderent & exibilarent, accedenti Pompeius assurrexit, & occurrit, magnum pro se ratus testimonium, quòd præter ætatem & uires quidam securitati commune periculum anteponerent. Senatu inde conuocato, ex sententia Catonis decretum est,

Apparatus Pompeij & copiæ.

21 (margin, beside "Labienus Cæsare")

bb 4 ne quis

ne quis Romanorum extra prœlium occideretur, néue ulla urbs Romanis subdita diriperetur: id decretum multum fauoris Pompeianis partibus conciliauit. Nam & quibus uel procul dissitis nihil eius belli intererat, uel qui ob tenuitatem negligebantur, ipsa tamen ij uoluntate assentiebantur, uerbisq; pro iusticia una pugnabant, dijs hominibusq; inimicum iudicantes, qui non uictoriam Pompeij esse uellet. Neq; uero Cæsar uictoria sua inique usus est. Nam & captis in Hispania Pompeij copijs, duces dimisit, militesq; ad se recepit: & cùm rursum superatis Alpibus Italiaq; peragrata Brundusium sub ipsam brumam uenisset, atq; inde Oricū traiecisset, Vibullium amicum Pompeij, quem tum captiuum tenebat, A

22 ad Pompeium misit, hanc conditionem ei ferens, uti inter se congressi uterque intra tertium diem copijs dimissis, inita denuò amicicia, & sacramento dato, in Italiam reuerterentur. Hæc Pompeius insidias esse putauit: itaq; statim ad mare degressus, loca terrestribus castris apta & munita occupauit, stationesq; & portus nauibus à mari accipiendis tutos: ut iam omnis uentus ipsi spirauerit, annonam, milites, aut pecuniam subinde afferens. Cæsar contrà difficultatibus terra mariq; circumuentus, pugnam expetere coactus, identidem oppugnauit castra, & ad prœlium B prouocauit. Leuibus autem conflictibus plerunq; uictor, semel parum abfuit quin toto amisso exercitu attritus fuisset: cùm Pompeius præclara pugna totum hostilem exercitum fudit, duobus hominum millibus cæsis, in castra tamen unà cum fugientibus irrumpere aut nequiuit, aut non est ausus. Tum quidem Cæsar amicis dixit, Ea die uictoriam penes hostes fuisse, si ducem uincendi gnarum habuissent. Proinde hoc clari successu Pompeiani, prœlio decernere festinabant. At Pompeius, tametsi absentibus regibus, ducibus, & urbibus scripsisset se uictoria potitū, pugnæ tamen periculum formidabat, statuebatq; tempore & penuria debellare homines armis quidem inuictos, & qui uincere simul multis iam annis consueuissent: sed qui ad cætera militiæ onera, cùm hinc inde proficiscendum & uagandum, fossæ agendæ, muniendæ urbes essent, prę senectute animos despondissent, ideoq; manum conserere quàmprimùm cuperent. His rationibus ab initio utcunq; persuasit suis, uti quiescerent. Sed ubi Cæsar secundum eam pugnam penuria compulsus mouit, ac per Athamanes in Thessaliam profectus est: nō iam compesci porrò temeritas Pompeianorum potuit, quin fugere Cæsarem clamantes, partim ipse C qui eum, partim ire in Italiam iuberent. Fuerunt qui seruos & amicos Romam mitterent, ædes foro uicinas occupatum, tanquam mox magistratus petituri. Quidam sua sponte ad Corneliam (quam in Lesbum emiserat Pompeius) nauigârunt, confectum esse bellum nunciantes. Aduocato senatu Afranius consuluit Italiam arripiendam esse, maximum scilicet eius belli præmium: hanc tenentibus statim accessuram Siciliam, Sardiniam, Corsicam, Galliam omnem: & patriam, cuius potissimùm habenda sit ratio, eminus iam manus protendentem, minimè negligendā Pompeio, neq; ferendum ut ea contumelijs pressa tyrannorum seruis & adulatoribus porrò seruiat. Pompeius neq; gloriosum sibi fore dixit, si Cæsarem denuò fugeret, cuius insequendi fortuna sibi locum dedisset: neq; pium esse Scipionem urosq; in Græcia & Thessalia consulares destituere, statim cum copijs & opibus magnis in potestatem Cæsaris uenturos: Romæ autem curam uel maximè gerere qui præstet ei, uti bello quàm longissimè remoto ea interim illęsa uictorem expectet. Hoc ita decreto,

Pompeij uictoria & consilia.

Cæsarem

A Cæsarem statuit persequi, certus animi prœlio non congredi, sed proximè inhærens penuria eum oppugnare atque conficere: cùm quòd ita ex usu esse sentiret, tū quòd rumor ad eum allatus erat, sparsus inter equites, statim profligato Cæsare Pompeium quoque esse opprimēdum. Quidam perhibent eum propterea Catonis quoque opera nulla magna in re usum, & cùm ad persequēdum Cæsarē proficisceretur, ad mare eum custodiendorum impedimentorum causa reliquisse, quòd metueret ne is occiso Cæsare statim ipsum quoque imperio se abdicare cogeret. Itaque hostium uestigijs ita per ocium inhærens, obtrectationibus aduersisque clamoribus locum dedit, ac si id consilium non Cæsaris euertendi, sed patriam & senatum decipiendi causa suscepisset, uti semper cum imperio esset, atque ijs qui sibi in orbem terrarum imperium arrogarent, famulis stipatoribusque uteretur. Domitius etiam Ahenobarbus inuidiā ei conflauit, Agamemnona identidem, & regem regum nominando. Fauonij quoque intempestiua dicacitas non minùs quàm aliorum liberæ uoces molesta fuit, uociferantis crebrò, Ne hoc quidem anno, ô uiri, licebit nobis ficubus Tusculanis uesci. Et L. Afranius, qui in Hispania copias amiserat, B proditionisque eo nomine insimulabatur, cùm Pompeium pugnam subterfugere uideret, mirari se dicebat, cur accusatores sui non ad pugnandum contra emptorem prouinciarum procederent. Hæc illi, multaque id genus alia dictitantes, Pompeium existimationis retinendæ cupidum, amicorumque uerecundia uictum compulerunt, uti optimis consilijs omissis, uoluntates eorum spesque sequeretur. Quod sanè uel nauis gubernatori indecorum erat facere, nedum tot gentiū exercituumque imperatori. atque is medicos laudare solitus, qui nihil unquam ægroti cupiditatibus quicquam indulsissent, malè sanis in exercitu suo ducibus concessit, metuens ne salutem afferendo molestus esset. Sanos enim illos ego nequaquam censuero, qui in castris obambulantes, iam tum consulatus & præturas ambiebant: & quidē Spinther, Domitius & Scipio de pontificatu Cæsaris maximo litigabant, & suffragia iam tum aucupabantur. quasi uerò Tigranem hostem oppositum haberent, aut regem Nabatæorum: non Cæsarem ijs cum copijs, cum quibus mille urbes expugnauerat, populos trecentis plures domuerat, cum Germanisque & Gallis inuictus depugnauerat, innumerabiliaque prœlia fecerat, mille captiuorum millia ab- C duxerat, mille hostium millia interfecerat. Enimuerò urgentes Pompeium tumultuantesque, ut in Pharsalicos campos peruentum est, Senatum aduocare coëgerunt: ibi Labienus magister equitum primus omnium surgens, iurauit se nisi fusis hostibus ex prœlio non rediturum, eodemque modo cæteri omnes iurauerunt. Noctu in somnis uisus est sibi Pompeius in theatrum ingredi, applaudente populo, & multis ornare spolijs templum Veneris uictricis. Eo insomnio partim confirmatus est, partim territus, metuens ne Cæsari, qui ad Venerem genus suum referebat, gloriam ipse & splendorem adferret. Panici quoque terrores in castris exorti ipsum excitauerunt. Matutina uigilia in castris Cæsaris summo silentio, ingens lumen effulsit, atque inde fax flammea accensa super Pompeij castra decubuit: hoc se Cæsar ipse, cùm excubias inspiceret, uidisse ait. Orta luce, cùm Scotusam uersus proficisci statuisset, ac iam tabernacula milites demolirentur, & iumenta calonesque præmitterent, exploratores annunciant multa in castris Pompeij arma hinc inde circumferri, tumultúmque esse & agitationem qualis ad pugnam exeuntium assolet: post hos alij primos iam ordines aciei instru-

Suorum importunitati cedit.

Ostenta.

instructos referunt. Tum Cæsar, expectatū illum diem adesse inquiens, A ubi non cum fame & egestate, sed cum hoste sit pugnandum, celeriter ante tabernaculum puniceam togam (hoc pugnæ signum est Romanis) suspendi iussit. Quæ ut à militibus est conspecta, effuso gaudio atq; clamore omissis tabernaculis arma rapuerunt, & à ductoribus in suum quisque locum ducti, uelut chorus quidam absq; omni turba composite suū singuli ordinem seruauerunt. Pompeius dextrum cornu Antonio oppositum cepit, mediam aciem Scipioni socero tuendam contra Domitium Caluinum dedit, sinistrum L. Domitius Ahenobarbus ducebat, equitatu multo munitum: huc enim se omnes ferè contulerant, uti decimam legionem, quæ maximè uirtute bellica erat nobilis, disijcerent, Cæsaremq; in ea pugnam obire solitum funderent. Verùm Cæsar cùm læuum hostiū cornu tam ualido equitatu stipatum cerneret, armorum splendorem metuēs, sex cohortes ex subsidijs euocauit, & à tergo decimæ legionis collocauit: mādato uti quiescerēt, neq; se conspiciendos hostibus darent, atq; ubi equites hostiū impetū dedissent, tum ipsi per primā aciem sese proriperent, neq; tum (uti solent fortissimi facere militum, ad rem gladijs gerendā properantes) pila abijcerent, sed ijs altiùs cōiectis oculos & facies B hostium impeterent. Etenim formosos illos & ætate florentes saltatores, neq; oculos attollere aduersus ferrum præsens ausuros. Hæc Cæsar agebat. Pōpeius uerò ex equo aciem inspiciens, cùm hostes loco se tenere, & tempus pugnæ composito ordine expectare cerneret, milites autē suos præ imperitia æstuare ac tumultuari, ac uix se continere, metuens ne initio pugnæ à se inuicem diuellerētur, primam aciem tuentib. mādauit, uti loco persisterent, impetumq; hostium constanter exciperent. Id cōsilium Cæsar reprehendit: nempe ictuum uiolentiam, quæ excursu intenditur, retudisse eum: præterea impetu illo (qui impetus inter excurrendū in hostem plerosq; incendit & quasi furore quodam incitat, ac cum clamore & cursu ardorē pugnandi auget) represso, animos eum suorū refrigerasse. Erant in exercitu Cæsaris XXII millia: in Pompeiano duplo parum minores numero. Cùm utrinq; signum pugnæ datum esset, classicumq; arma expedire monuisset, gregarij milites singuli de se erant soliciti. Pauci ex optimatibus Romani, quidamq; Græci spectatores pugnæ, cùm iamiam conflicturæ essent acies, reputauerunt quem in locum cupiditas C pertinaciaq; imperium Romanum deduxissent. Erant & arma cognata, & ordines germani, & communia signa, uniusq; urbis uirtus & potentia in seipsam conuertebatur, ostendens q̄ cæca & insana sit humana natura, cùm affectib. fertur. Poterat em̄ uterq; ducū quietus iam imperare, & terra mariq; partis uirtute sua ditionibus totū propè mundū cōplectentibus frui. Sin cupiditati tropheorū & triumphorū siti indulgendū putassent, licebat eam Parthicis aut Germanicis bellis restinguere. Restabant etiam Scythia & Indi, quas barbaras gentes uelle cicurare haud erat inglorius cupiditatis prætextus. Quis enim Scytharum equitatus, aut Parthorum sagittæ, aut Indorum diuitiæ septuaginta armatis Romanorum millibus restitisset, idq; Pōpeio & Cæsare ducibus? quorū nomina prius quàm Romanorum audierant, adeò inaccessas ij multas, ferasq; gentes uincendo peragrauerant. Ii tum ad depugnandū inter se coibant, ne gloriam quidem suam, propter quam patriam in id malorū coniecerant, miserati: cùm eum usq; ad diem uterq; inuicti cognomen tenuisset. nam affinitatem illam & Iuliæ amorem, nuptiasq;, statim ab initio apparuit fraudem esse, dubiæq; fidei, & uerę amicicię expertis ac necessitatis causa initæ socie-

Prælium Pharsalicū.

A tæ societatis obligationem. Posteaquam Pharsalij campi uiris, equis, & armis repleti fuerunt, signúmque conflictus datum, primus ex Cæsaris acie procurrit C. Crastinus, manipuli centum & uiginti uirorum dux, & quod Cæsari splendidè promiserat, egregiè repræsentauit. Etenim cùm primus Cæsari castris exeunti uisus, ab eóque salutatus & interrogatus fuisset, quid animi de pugna futura haberet, manu sublata clamauerat: Victoria magnifica potieris ô Cæsar: me autem uel uiuum hodie, uel mortuum laudabis. Huius tunc promissi memor, impetu facto, multisque suorum secum unà abreptis, in medios hostes irruit. Hîc statim pugna ad gladios perducta, multisque cæsis, conanti prorumpere, & primum quenque ferienti gladium aliquis in aduersum os ita impulit, uti mucro in occipitio impingeret. Cæso Crastino, aliquandiu in ea parte æqualis fuit pugna. Pompeius autem dextrum cornu non statim mouit, sed oculos in utranque partem torquens, & quid equites acturi essent intentus morabatur. Iam tum ij turmas explicuerant, uti Cæsarem cingerent, obiectisq; hostium equitibus pulsis pedestrem aciem inuadebant. Ast ubi Cæsar signum de-
B dit, equitibus sese recipientibus, cohortes (quas in subsidio legionis decimæ positas dixi: erant autem tria uirorum millia) ut circundari aciem prohiberent procurrere, obiectique hostium equitatui, directis (ut moniti fuerant) in sublime pilis uultus eorum impetierunt. Sed Pompeiani equites omnis pugnæ rudes, ad hanc uerò neque expectatione neque disciplina instructi, non sustinuerunt ictus in oculos oráque ingestos, sed manibus facies tegentes turpiter retrò auersi sunt. Fugientes Cæsariani omiserunt, & in peditatum, quà is maximè nudatus equitum ala & circumuentu facilis erat, irruerunt: atque simul his ex obliquo ingruentibus, à fronte decima legio inuasit, non subsistentes, neque ordines aciei seruantes, cùm quo modo se circumuenturos hostem putassent, eo se circumdari uiderent. His quoque fusis Pompeius ubi puluerem uidit, & quid equitibus accidisset coniecit, quod secutus consilium sit, difficile dictu est: maximè autem attonito, & de potestate rationis deturbato similis, neque cogitanti quòd Pompeius Magnus esset, neminem allocutus lento gressu in ca-
C stra abijt. Et omnino in eum uersus hi quadrabant:

Aiaci incußit tunc Iupiter ipse timorem:
Attonitus stetit, atq; in dorsum tergora scuti
Reijciens septena boum, latè omnia circùm
Prospiciens, turbamq; hominum. ——

Talis tunc Pompeius ut in tentorium uenit, tacitus consedit, donec fugientibus multi hostium instantes unà in castra irruperunt. Ibi hac una edita uoce, Ad castra ne etiam? nihil prætereà locutus, ueste quali præsenti fortunæ conueniebat indutus, aufugit. Fugam reliquæ etiam legiones fecerunt, & in castris magna calonum & eorum qui tabernacula custodiebant cædes fuit. Sex modò militum millia cecidisse Asinius Pollio scribit, qui in ea pugna Cæsari adfuit. Captis castris amentiam & uanitatem Pompeianorum uiderunt. Omnia enim tabernacula myrto fuerunt coronata, ueste stragula uersicolori exornata, mensæ poculis instructæ, appositi crateres uini, atq; omnino is apparatus, qualis hominũ sacrificantiũ & festos dies agentiũ est potiùs, quàm ad pugnã euntiũ: hac illi spe perditi, & insana temeritate capti, ad bellum accesserant.

accesserant. Pompeius paululum extra castra progressus, equum dimisit, A paucisq; admodum comitatus cùm nemo hostium insequeretur, tacitus abijt, ijs in cogitationibus uersans, in quas uenire par erat uirum qui triginta quatuor annis omnes superare solitus, tunc primùm in sua senectute quid esset uinci & fugere sentiret: tum reputantem quantam gloriam potentiãq; multis certaminib. bellisq; auctã unius horæ momẽto amisisset, ut paulo antè tot militib. equis, nauibusq; stipatus, adeò nunc destitutus & abiectus discederet, uti hostes etiã inquirẽtes falleret. Inde Larissam trangressus ut ad Tempe uenit sitibũdus, in faciẽ se sternens aquã Penei hausit: atq; inde surgens per Tempe usque ad mare iter fecit. Ibi noctis reliquum in piscatoria casula exegit: circa auroram in fluuiatilem lembum ingressus, de comitibus ingenuos ad se recepit, seruos abire ad Cæsarem bono animo iussit. Inde oram legens, ad iustæ magnitudinis onerariam nauim peruenit, cui præerat Peticius quidã uir Romanus, qui Põpeium de facie nouerat, nihil alioquin admodum cum eo commercij habuerat. Ei præterita nocte in somnis uisus fuerat Pompeius, non qualem sæpe uiderat, sed abiectus & mœstus secum colloqui: idq; tum unà nauigantibus insomnium exponebat, (sicuti solent homines ociosi huiusmodi de rebus consabulari) cum subitò quidam nautarum ei dicit, uidere se B fluuiatilẽ lembum à terra remigio adigi, hominesq; quosdam uestes concutere, manusq; uersum ipsos protẽdere. Peticius itaq; inhibito remigio, confestim Pompeium, qualis ei per insomnium apparuerat, agnouit, feriensq; caput, scapham aduertere eis iussit, manusq; intendens Pompeiũ uocauit, fortunam uiri ex ipso habitu intelligens: quare non præstolatus preces aut orationem Pompeij eo, & quos is iubebat (duo autem hi erãt Lentuli, & Fauonius) receptis prouectus est: paulo pòst ad ipsos à terra contendentem Deiotarum receperũt. Sub tempus cœnæ, cùm nauclerus pro præsenti copia instruxisset, Fauonius Pompeium cernens inopia famulorum ipsum lauare & ungere sese, accurrit, eumq; lauit, & unxit, atq; in posterum omnia seruicia usq; ad pedum etiam lotionem & cœnæ administrationem obiuit. Qui ministerij eius liberalitatẽ inspexisset simplicis, & ab omni simulatione puri, is utiq; dicturus fuerit,

En, omnia ingenuos ut egregiè decent!

Ita uectus Amphipolim Põpeius, Mitylenen inde traiecit, filium & uxorem ibi assumpturus. Vt ad littus insulæ appulit, nuncium in urbem misit C Corneliæ, quæ annunciatis & scriptis sibi delinita, hoc unum opinabatur Pompeio restare, ut bello iam ad Dyrrhachium confecto Cæsarem persequeretur. His eam intentam cogitationibus accessit nuncius, & salutatione omissa, potissima & pleraq; malorum lacrymis magis quàm uoce indicans, properare iussit, si Pompeium una & aliena aduectum naui cernere uelit. Quod ut audiuit Cornelia, humi procubuit, & aliquandiu mentis *Corneliæ questus.* uocisq; impos iacuit: uix tandem ad se redijt, intelligensq; non hoc lamentãdi esse & flendi tempus, ad mare per urbem excurrit: occurrentiq; Pompeio, obuijsq; ulnis labantem, in ipsumq; corruẽtem tenenti, Video inquit, te marite, non tua sed mea fortuna ad unicum nauigium recidisse,
» qui ante Corneliæ nuptias quingentis nauibus per hoc æquor uehebaris.
» Quid me uisum uenisti? cur me nõ aduerso meo fato reliquisti, à qua in te
» etiam tantum redũdauit calamitatis? Ah quàm felix fuissem mulier, si an-
» tè quàm P. Crassum, cui uirgo nupsi, in Parthis occidisse renũciatum fuit,
» mortem obijssem: quàm uerò laudabilis, si (quod conata fui) eo mortuo
» uitam proiecissem, nunc in hoc me seruatam uideo, uti Pompeio Magno cladem

A cladem afferrem. Hæc eam locutam, Pōpeium sic respond. isse memorāt: " Prosperam nimirum, ô Cornelia, fortunam tantùm noueras, quæ te (uti " sentio) decepit, me diutius quàm moris eius est complexa. Sed tamen & " hæc ferenda nobis sunt, quippe hominibus: & periclitanda porrò fortu- " na. neq; enim desperādum est posse nos ex hoc casu ad pristinum statum redire, cùm ex eo huc redacti sumus. Exinde Cornelia opes & famulos ex urbe acciuit. Mitylenæos autem Pompeius salutatum egressos & ut in urbem intraret orantes, hoc recusato monuit, uti bono animo essent, & uictori parerent Cæsari, bono & clementi uiro. Ipse ad Cratippum philosophum (qui & ipse Pompeij uidendi causa eò accesserat) conuersus, repræhendit, ac de prouidentia diuina pauca quædam cum eo disputauit: Cratippo, ne contradicendo molestus aut intempestiuus esset, subterfugiente certamen, & ad meliores spes suscipiendas deducente. Etenim Pompeio de prouidētia sui casus causam quærenti, respōdebat Cratippus, ita accidisse quòd uitiosis reip. status monarchiam iam exposceret: uicissimq; quærebat, At quomodo nos, quóue argumento certi sumus te meliùs, quàm Cæsarem, usurum fortuna fuisse: uerùm hæc (addebat) quæ in deorum sunt posita arbitrio, relinquamus. Cæterùm uxore & amicis receptis Pōpeius ex Lesbo soluit, neq; nisi aqua aut cibo cùm esset opus, nauim portui appulit. Prima urbs quam intrauit, Attalea fuit Pamphyliæ: ibi aliquot triremes ad ipsum, militesq; conuenerunt, adeò ut rursum sexaginta senatorios uiros secum haberet. Audiens autem & classem adhuc constare, & Catonem multis ad se receptis militibus in Africam transmittere, fortunam suam apud amicos deplorauit, seq; incusauit, qui coegisse ad prœlium terrestre committēdum passus, naualibusq; copijs (quibus absq; dubio præualebat) nullam ad rem usus fuisset, neq; classem loco circumposuisset, ut clade in terra accepta, in promptu uires hosti pares à mari haberet. Non enim aliud Pompeij grauius est peccatum, aut Cæsaris callidius consilium, quàm quòd ad pugnam tam procul à classis auxilio abstraxit hostem. Veruntamen ex præsenti re consilium capere, & aliquid moliri coactus, ad urbes partim misit, partim ipse nauibus accessit, pecuniam & supplementum nauibus exigens. Interim hostis celeritatem metuens, ne superueniens eum rebus nondum satis paratis arriperet, de perfugio in præsentia aliquo, & secessu cogitauit,

Cratippus.

B

C Deliberantibus nulla P. R. prouincia satis tuta uisa fuit. Ex regnis ipse Parthiam prætulit, quæ & in præsens ad suscipiendum & tegendum infirmos ipsos, & ad erigendum magnisq; cum copijs emittendum satis haberet opum. Reliqui partim Africam & Iubam regem præferebant. Theophanes Lesbius insani iudicabat esse, relicta Aegypto, quæ tridui itinere aberat, & Ptolemæo ephebô, & qui pro amicicia beneficijsq; patri suo præstitis gratiam deberet præterito, infidelissimæ Parthorum genti se commitere: & qui socero pridem suo, uiro Romano nolit primas in rep. tribuere, atq; ipse secundo loco omnibus prior esse, neque eius æquitatem experiri, eum se Arsaci tradere, qui ne Crassum quidem nisi mortuum ferre potuerit: deniq; Scipionis genere ortam uxorem ætate florente inter barbaros adducere, qui libidine potestatem suam definiant, & quibus eam, tametsi nihil patiatur, atque metuenda tantùm sit uis, graue sit credere. Hoc unum fuisse aiunt, quòd à profectione in Parthos Pompeium auerterit: si tamen consilium eò tempore aliquod Pompeius secutus est, & non fatum iam dux uiæ fuit. Itaque ut sententia fugien-

di in Aegyptum uicit, Seleuciensi triremi à Cypro cùm uxore auectus A
est, reliquis partim nauibus longis, partim onerarijs eum comitantibus:
& cùm tutò id maris traiecisset, Ptolemæum cum exercitu apud Pelu-
sium agere, bellum contra sororem gerentem, audiens, eò appulit: præ-
misso qui de eius aduentu regi indicaret, atque deprecaretur. Erat adhuc
Aduentus in Aegyptũ. admodum adolescens Ptolemæus: Photinus summam omnium rerum
gubernans, potentissimorum (hi erant, quos ipse uolebat) senatum ad-
uocauit, & quemuis dicere quod sentiret iussit. Id uerò indignũ erat, de
Pompeio Magno cõsultare Photinũ eunuchũ, & Theodotum Chium,
qui mercede regem oratoriam docebat, & Aegyptium Achillã: hi enim
inter cubicularios & educatores regios cæteros præcipui erant consilia-
rij, huiusque consilij sententiã procul à terra in anchoris expectabat, quem
salutem suam Cæsari debere indignum erat. Cùm reliquorum sententiæ
diuersæ essent, quibusdam pelli, quibusdam uocari & accipi hominem iu
bentibus: Theodotus, uti facundiam suam artemque ostentaret, neutrum
tutum esse dixit: nam & si accepissent, Cæsarem hostem, Pompeium do-
minum se habituros: & si exclusissent, Põpeium ob repulsam, Cæsarem,
quòd insequi eum diutius cogeretur, infensum futurum: optimum sibi B
uideri, acceptum Pompeium interficere: ita & à Cæsare gratiam initu-
ros, & metu Pompeij se liberaturos. Subridens quoque (ut aiunt) addidit,
Mortuum non mordere. In hanc concessum est sententiam, & Achillæ fa
cinus mandatum. Is assumpto Septimio, qui ordines quondã apud Pom
peium duxerat, & Saluio, qui centurio sub eodẽ fuerat, ac prętereà tribus
aut quatuor famulis, ita ad nauim Pompeij aduectus est. Conscenderant
in nauim Pompeij ex ijs qui unà uenerant præstantissimus quisque, uti ui-
derent quid'nam rerum ageretur. Qui ut uiderunt non regio more, non
magnificè, neque pro spe à Theophane facta Pompeium excipi, sed ad
hoc officium paucos una cymba uenire: suspectam habuere eam contẽ-
ptionem, Pompeiumque hortati sunt, uti nauem in altum detruderet, dum
adhuc extra teli iactum esset. Interim cymba appropinquãte, maturè Se-
ptimius surrexit, Romanoque sermone Pompeium imperatorem saluta-
uit: & Achillas Græcis uerbis eum excipiens, in cymbam transire iube-
bat, uadum ibi causatus, & marê ob arenæ multitudinem triremi non es-
se nauigabile. Simul & naues quasdam regias classiarijs impleri cernebãt,
& armatos milites in littore disponi, ut mutata etiam sententia effugien- C
di nulla esset spes, & ipsa incredulitas cædis purgãdæ causam interfecto-
ribus præbere posset. Salutata itaque Cornelia, quæ iam tum mariti exi-
tum lamentabatur, duos centuriones in cymbam ingredi iussit, unumque
ex libertis Philippum, & famulum Scynem nomine. Hos ipse secutus,
cùm iam Achillas ei manum de cymba porrigeret, ad uxorem & femi-
nam conuersus, Sophoclis iambos protulit:

Etenim tyranni quisquis intrat in domum,
Fit seruus eius, liber etsi uenerit.

Hac postrema uoce suos allocutus, cymbam & ipse cõscendit. Cùm iam
procul triremi sua prouectus nullam suorum qui unà nauigauerant be-
nignam mentionem audiret ad se fieri, Septimium intuitus, Non ego,
inquit, te fuisse meum olim commilitonem agnosco: atque is capite tan-
tùm annuens, nihil respondit, neque ullum amiciciæ signum exhibuit.
Alto rursum orto silentio Græcam orationem quam in libello conscri-
pserat usurus ea apud Ptolemæum, relegit. Cùm iam terræ appropin-
quarent,

A quarent, Cornelia cum amicis in triremi uehementer anxia, euentum expectabat: & iam animum recipere ceperat, multos ad littus aulicos ueluti honoris & salutandi gratia confluere cernens, cùm Pompeium ut facilius surgeret Philippi manum appræhendentem Septimius à tergo ense traijcit: post hunc Saluius, inde Achillas gladios strinxere. Pompeius nihil se indignum neq; agens neque locutus, utraque manu togam faciei prætendens, emisso gemitu ictus excepit, itaq; mortuus est postridie natalis sui diei, annos natus undesexaginta. Qui in triremibus erant Pompeiani, eiulatu qui in terram usq; exaudiretur edito, sublatis ancoris summa celeritate fugerunt, uentusq; mari alto incumbens eos iuuit, ut ne uolentibus quidem persequi Aegyptijs licuisset. Illi capite Pompeij amputato, truncum nudum ex cymba proiecerunt spectandum ijs, quos hæc spectacula delectarent. Philippus tandiu, dum saturati aspectu discederent, trūco adstitit: inde aqua marina abluit, suaq; tunica inuoluit: & cùm lignum in promptu non esset, per littus circumspiciens, fragmenta nauiculæ piscatoriæ inuenit, uetusta quidem, sed quæ ad necessarium rogum nudo, eiq; mutilato cadaueri sufficerēt. Hæc ei fragmenta comportanti,

B pyramq; struenti quidam Romanus iam grandi natu occurrit, qui iuuenis etiamnum prima sub Pompeio stipendia meruerat: &, Quis nam, inquit, hominum es, qui Pompeium Magnum funerare aggrediaris. Respondit Philippus, libertum se eius esse. Tum senex: At non proprium hoc decus habebis: quin tu me quoque huius tanquam pij inuenti consortem accipe, ne peregrinationem meam prorsus culpem, qua inter tot molestias id saltem reperi, ut manibus meis contingam & rogo imponam maximum Romanorum imperatorem. Hoc Pompeij funus fuit. Postridie L. Lentulus quid factum esset ignarus, cùm à Cypro nauigans præter terram ueheretur, rogum & Philippum ei adstantem, necdum sibi agnitum, conspicatus, Ecquis nam, inquit, hominum hîc fato functus quiescit? paululumq; inhibita uoce, & edito gemitu, addidit, Fortasis tu Pompei Magne? pauloq; post egressus in terram, iugulatus est, cùm in Aegyptiorum manus incidisset. Paucis pòst diebus Cæsar in Aegyptum ita conturbatam cùm uenisset, caput Pompeij sibi afferentem, uti scelestum auersatus est: annuloq; Pompeij, in quo leo gladium tenens insculC ptus erat, accepto fleuit: Achillam & Photinum necauit: ipse rex in prælio ad fluuium perijt. Theodotus rhetor Cæsaris manus effugit, per Aegyptum uagando, abiecta conditione & omnium odio. M. autem Brutus cùm Cæsare interfecto rerum potitus in Asia eum depræhendisset, omni priùs cruciatu uexatum occidit. Reliquias Pompeij sibi allatas Cornelia in Albano humauit.

Pompeius ceditur. *L. Lentuli mors.* *Theodoti exitus.*

AGESILAI ET POMPEII *comparatio.*

Vita utriusq; exposita, agedum paucis exponamus instituta comparatione discrimina. Primùm iustissima ratione Pompeius ad potentiam & gloriam contendit, idq; sua ipsius industria, cùm præclaram Syllæ Italiam tyrannis liberanti operam nauasset. Agesilaus & diuinum, & humanum ius uiolasse uidetur in occupando regno, dum Leotychidam, quem frater filium suum legitimum pronunciasset, spurium esse arguit, & de claudo rege oraculum eludit. Deinde Pompeius Syllam & uiuentem semper coluit, & mortui curam habuit, sepulturam Lepido ui extorquens, Faustoq; Syllæ F. suam despondens filiam. Agesilaus Lysandrum

Potentia ut parta.

leui arrepta occasione proiecit, summísque affecit contumeliis. & quidem Sylla non minora à Pompeio accepit, quàm in eum contulerit Agesilaum Lysander & Spartæ regem, & totius Græciæ ducem fecerat. Iam quæ in repub. peccauit Pompeius, affinitate impulsus peccauit: pleraque enim in Cæsaris & Scipionis, socerorum suorum, gratiam deliquit. Agesilaus Sphodriam ob iniuriam Atheniensibus illatam morte damnatum, filij amori gratificatus eripuit: Phœbidæ, qui rupto fœdere Thebanos læserat, ob ipsum facinus palàm opitulatus est. Omnino autem quæ Pompeius reuerentia aliorum, aut ignoratione damna Romanis dedisse culpatur, ea Lacedæmonijs ob iracundiam & peruicaciam iniunxit Agesilaus, Bœoticum bellum incendendo. Quòd si res aduersæ utriusque uiri ad fortunam sunt referendæ, Romanis Pompeiana clades insperata fuit: Agesilaus autem Spartanos præscientes & præmonitos non passus est sibi à claudo regno cauere. Etenim si uel millies deprehensum fuisset Leotychidam alienum esse, & nothum: tamen non deerat Eurytionis posteris, quem sua de familia legitimum & integrum pedibus regem Spartæ darent, nisi in gratiam Agesilai tenebras oraculo Lysander offudisset. Sanè quod de desertoribus post Leuctricam cladem consilium excogitauit Agesilaus, uno die leges silere iubens, nullum tale in republica commentum Pompeij adducere possumus: quin imò hic ne à se quidem ipso positis legibus standum putauit, dum amicis suam potentiam demonstraret. Atqui Agesilaus in ea necessitate constitutus, ut pro salute ciuium leges dissoluendas sibi uideretur, rationem excogitauit eam, ut neque nocerent ciuibus leges, neque, ne damno ijs essent, abrogarentur. Ciuili quoque uirtuti factum Agesilai illud, quod imitando æquatum à nemine est, appono: quòd accepta scytala statim Asiaticas res omisit. Non enim, id quod Pompeius fecit, ijs modò rebus patriæ profuit, quibus sibi ipsi magnam potentiam pararet: sed patriæ commodum spectans, tantam potentiam dimisit atque gloriam, quantam neque priorum, neque posteriorum, Alexandro excepto, quisquam habuit. Proinde autem alio facto initio, si rei bellicæ fiat contentio, numero trophæorum, & magnitudini gentium quas subegit Pompeius, multitudinique prœliorum quibus uictor abijt, ne ipsum quidem Xenophontem puto uictorias Agesilai conferre ausurum fuisse: quanquam propter alias præclaras dotes huic scriptori quasi præcipuum aliquod præmium concessum fuit, uti quæ uellet de Agesilao scriberet, atque diceret. Præterea clementia aduersum hostes Romanus Græco præstitit. Etenim Agesilaus Thebas euertere, & Messena habitatores eijcere cupiens (quarum urbium hæc colonia, illa mater generis eius erat) propè eò rem deduxit, ut Spartam amitteret: imperium quidem amisit. Pompeius & Piratis pœnitentiam agentibus urbes dedit, & Tigranem Armeniorum regem cùm in triumpho ducere posset, socium fecit, unius diei splendori sempiternam gloriam præferens. Cæterùm si boni ducis nomen maximis & summum momentum habentibus factis consilijsque belli tribuitur, permulto prior Romano est Spartanus habendus. Primùm hic hostibus septuaginta militum millia adducentibus, paucis ipse instructus, iisq; ad Leuctra nuper uictis, urbem tamen non destituit: ille cùm Cæsar exercitum trium millium ac trecentorũ ducens unam Italiæ

Peccata. Bellicæ res. Clementia.

A Italiæ urbem occupasset, Roma præ metu cessit, aut fugiens turpiter tam paucos, aut falsò plures opinatus, liberisq; suis & uxore assumptis fugit, reliquas ciuium familias defensori nudas relinquens: cùm aut pugnando pro patria uincendum, aut à uictore (ciuis enim erat & necessatius) conditiones accipiendæ fuissent. Nunc qui Cæsari tempus imperij prorogari, aut consulatũ decerni rem iniquam putauerat, eidem occasionem dedit, ut occupata Vrbe Metello diceret, & ipsum & cæteros omnes captiuos suos esse. Porrò quod præcipuum præclari ducis est officium, ut qua parte præualet, ea hostem ad prœlium committendum cogat, qua infirmior, ea caueat ne confligere cogatur id Agesilaus obseruando inuictus permansit. Cæsar contrà quibus rebus Pompeium præstare intelligebat, ab ijs ne detrimentum acciperet curauit: qua uerò parte, pedestribus nimirum copijs, superabat Pompeium, ea congredi eum coëgit, & summam rerum perdere: ab eoq; prœlio statim pecunia, commeatu, mariq; potitus est, quæ omnia Pompeius, si pugnam uitasset, retinuisset. Quæ autem affertur pro Pompeio excusatio, maximis tantum imperatorem repræhensionibus exponit. Consentaneum enim est rationi, & ue-
B niam meretur, si iuuenis dux tumultibus suorum, timiditatisq; exprobrationibus perturbatus tutissimis consilijs excidat. Quis autem ferat Pompeium Magnum, cuius castra loco patriæ, tentoriũ pro curia, Romæ magistratũ gerentes pro desertoribus & proditorib. Romani habebant, qui nullius imperio subiectus, ipse imperator omnia bella præclarissimè confecisset, eum Fauonij ac Domitij dicterijs uictum, ne Agamemnon audiret, minimo se momento cogi passum, uti principatum & libertatem in tantum discrimen adduceret? Et uerò si omnino ad insaniam unius dicti respiciendum putabat, oportuit initiò statim de urbe Roma dimicare: non, si Themistocleo cõsilio urbe profugisse uideri uellet, cunctationem deinde in Thessalia turpem ducere. Non enim profectò Pharsalios campos tanquam stadium aut theatrum in quo de imperio decertarent Deus aliquis ipsis constituerat, neque præconis uoce ad certamen euocabatur, ut detrectante ipso alter coronaretur: sed multi adhuc campi, infinitæ urbes, omnis terrarum amplitudo ei restabant maris imperium tenenti, si Maximum imitari, aut Lucullum, aut ipsum Agesilaum uoluisset. Nã is haud minores Spartæ tumultus sustinuit, Thebanis eum ad pu-
C gnam pro agro paterno prouocantibus: & in Aegypto ob stoliditatem regis multas pertulit calumnias, quiescere iubens. uerùm hic optima sua consilia constanter secutus, non modò inuitos Aegyptios neq; patriam tantùm in tam graui periculo incolumem seruauit: sed trophæum quoq; de Thebanis in urbe erexit, uincere iterum suos docens, cùm se ab ipsis ad communem perniciem trahi passus non esset. Quamobrem Agesilaus postmodò ab ijs, qui cogere uoluerant, laudatus est: Pompeius, quos peccandi autores, eosdem accusatores habuit. Quidam à Scipione socero deceptum fuisse tradunt: hunc enim cupientem maiorem eius quàm ex Asia attulerat pecuniæ partem peculari, ideò eam occultasse, & quasi nihil pecuniæ superesset, maturare pugnam coegisse. Quod etsi uerum esse credideris, non decuit tamen imperatorem tam facilè pati se decipi, neque ita deceptum maximas res in periculum conijcere. Hactenus quid inter eos discriminis fuerit, spectauimus. Denique Pompeius in Aegyptum necessitate urgente confugit: Agesilaus neque honestè, neque necessariò profectus eò est, operamq; suam barbaris pecunia addi-

Aegyptiaca xit, qua Graecos oppugnare posset. Ad haec quod nos Pompeij causa Aegyptijs, id Aegyptij Agesilao crimen obijciunt. Nam ille fidei eorum se committens, iniustè perijt: hic ab ijs quibus opitulatum uenerat, quicq; se ei crediderant, defectionem ad hostes eorum fecit.

PLVTARCHI ALEXANDER,

[illegible]

Augustano interprete.

Rationem suae scriptionis excusat.

A LEXANDRI regis, & Caesaris (eius qui Pompeium euertit) uitas hoc libro perscripturos ipsa rerum propositarum magnitudo iubet nihil aliud praefari, quàm uti à lectore petamus, si non omnia hominum sermonibus celebrata facta, neque singula accuratè, sed pleraque compendio exponemus, ut ne id uitio nobis det. Non enim historias, sed uitas scribimus: neque semper clarissimis factis uirtutis aut uitij insunt indicia: quinimò saepe exigua quaedam res, dictum'ue aut iocus plus de ingenio alicuius documenti praebet, quàm immensa hostium strages edita, maximae pugnae, urbium'ue oppugnationes. Itaque sicuti pictores facie & uultu (ex quibus potissimùm natura hominis apparet) similitudines exprimunt, minima reliquarum partium habita ratione: ita nobis quoque concedendum est, ut signa animi colligentes, ijs uitam uniuscuiusque depingamus, alijs magnitudinem factorum & certamina relinquentes. Extra omnem positum est controuersiam, paternum genus Alexandri per Caranum ab Hercule, maternum ab Aeaco per Neoptolemum tractum fuisse.

Genus Alexandri.

1 Philippum in Samothracia adolescentem adhuc sacris initiatum perhibent unà cum Olympiade parentibus orba, & amore correptum, à patruo eius Arybba coniugium impetrasse. Sponsa ante eam noctem, qua thalamo coniuncti sunt, imaginata est edito tonitru fulmen in uentrem suum incidisse, eo'que ex ictu copiosum ignem accensum in flammas passim dissipatas abijsse. Et Philippus aliquanto post nuptias tempore in somnis sibi uisus est uterum uxoris obsignasse annulo, cui leonis esset insculpta imago. Quod insomnium cùm in malam partem reliqui arioli acciperent, accuratius'que custodiendam Philippo coniugem dicerent, Aristander Telmisseus concepisse eam affirmauit, (nihil enim inane obsignari) & parituram filium animosum, leonino'que ingenio praeditum. Visus quoque ei aliquando est draco, iuxta corpus dormientis Olympiadis porrectus: eóque maximè amorem Philippi, & familiaritatem cum uxore diminutam aiunt, minus'que eum posthac crebrò cum ea concubuisse: siue ab ea ueneficium metuerit, siue eius, cum qua praestantioris quispiam naturae rem haberet, consuetudinem abominatus sit.

Olympiadis draco.

2 Fertur & alius hac de re sermo. Mulieres eius regionis Orphicis omnes Bacchicis'que orgijs antiquitus obnoxiae Clodones'que & Mimallones cognominatae, multa Edonidum

A dum & Threſſarum (quæ in Thracia apud Aemum montem agunt:
unde uidetur ductum, uti ſacrificia nimis quàm ſuperſtitioſa, threſcææ
Græcis dicantur) factis germana perpetrant. Huiuſmodi furorem
præ cæteris affectans Olympias, ſolennibus bacchationibus barba-
ricum ſuperaddens horrorem, magnos angues cicuratos thiaſis adde-
bat, qui ſæpenumero ex hedera & myſticis cunis prorepentes haſtáſ-
que mulierum & ſerta circumplicantes, uiros perterrebant. Cæterùm
Philippo, cùm poſt illud ſpectrum Chæronem Megalopolitanum Del-
phos miſiſſet, oraculum allatum tradunt, quo Ammoni rem ſacram fa-
cere, eúmque Deorum omnium maximè colere iuberetur: ipſumq; al-
terum oculorum amiſiſſe, quem oſtij commiſſuræ applicuerat, Deumq;
ſub draconis forma cum muliere concumbentem uiderat. Et Olympias
(ut refert Eratoſthenes) Alexandrum ad bellum proficiſcentem proſe-
cuta, remotis teſtibus de arcano ſuorum natalium certiorem reddidit,
dignóſque origine ſua ſpiritus ducere iuſsit. Alij ſolitam abominari hoc
ipſam aſſerunt, & dixiſſe, Nunquàm ne me Alexander Iunoni inuiſam 3
reddere deſinet? Natus eſt ſexto die Hecatombæonis, quem Macedo- *Dies natalis.*
B nes Loum nominant: quo die templum Dianæ Epheſi conflagrauit in-
cendio. Cui rei ita frigidam acclamationem attexuit Hegeſias Magne-
ſius, ut ea ipſum debuerit incendium reſtinguere: ait enim, mirum uideri
non debere crematum eſſe illud templum, quòd eo tempore Diana ob-
ſtetricis munere in partu Alexandri fuerit occupata. Quotquot autem
Magi tum Epheſi fuerunt, templi exitio aliam quandam calamitatem
portendi rati, diſcurrebant facies ſuas percutientes atque uociferantes,
magnam illo die perniciem infortuniúmque Aſiæ natum eſſe. Ad Philip-
pum uerò, cùm primùm Potidæam cepiſſet, tres ſimul allati ſunt nun-
cij: quorum primus Illyricos magna pugna à Parmenione ſuperatos,
ſecundus Olympiacis ludis ipſum equo celete uiciſſe, tertius natum A-
lexandrum indicabat. Lætum, uti par fuit, uates magis etiam excita- *Forma Alexandri.*
runt, filium cuius natalis in tres uictorias incidiſſet, inuictum fore pro-
nunciantes. Corporis figuram ſtatuæ Lyſippi (à quo etiam ſolo fin-
gi uoluit) potiſsimùm exprimunt: multi enim admodum poſteà ſuc-
ceſſorum & amicorum imitati ſunt Alexandrum ceruicis erectione le- 4
C uique in ſiniſtram partem inflexione, oculorúmque uolubilitate: quæ
artifex accuratè effinxit. Apelles autem cùm fulminigerum pingeret, co-
lorem eius non eſt imitatus, ſed ſqualidum & ſubfuſcum fecit: etenim al-
bum fuiſſe ferunt, ruborémque in pectore præſertim & facie albedini ad-
mixtum habuiſſe. Suauiſsimum odorem ab ore & uniuerſa eius carne *Suaueolentiæ causa.*
exhalaſſe, ita ut & tunicæ fragrantia repletæ inde ſint, in Ariſtoxeni legi-
mus commentarijs. Cauſa fortaſsis fuit calidum & igneum corporis tem-
peramentum. Bonus enim odor, ſi Theophraſto credimus, exiſtit, cùm
humores à calore coquuntur: itaque ſiccæ & torridæ orbis terrarum par-
tes plurima & optima gignunt aromata, quòd Sol humorem, qui in ſum- 5
mis corporibus ueluti materia putredinis innatat, attollit. Et conſenta-
neum eſt Alexandrum ob calorem corporis bibacem, iracundúmque *Alexandri modeſtia & grauitas.*
fuiſſe. Cùm puer etiamnum eſſet, modeſtia in eo eluxit: quòd cùm ad
alias res magno impetu ferret, ad corporis uoluptates neq; facilè allicie-
batur, & modicè admodũ ijs utebatur. In cupiditate honorũ grauitas et
præter ætatem & magnanimitas aderat. Non enim quoſuis, neq; à qui-
buſuis honores gratos habebat: ſecùs quàm Philippus, qui rhetoris in morẽ

arte dicendi se ostentabat, Olympicas curruum uictorias nomismati insculpebat. Quin & familiaribus quærentibus, uelletne Olympiæ in stadio decurrere, (erat enim pedibus uelox) Si quidem, respondit, reges sint mecum decertaturi. Videturq; omnino animum ab athletico genere alienum habuisse. Cùm enim plurima certamina nō tragœdorum modò, tibicinum, citharœdorumq; edidisset, sed rhapsodorum etiam, tum uenationes, & fustuarias pugnas, nunquam serio præmium pugilibus & pancratio proposuit. Persarum regis legatos, qui Philippo absente uenerant, hospitio accepit, cōsuetudinemq; cum ijs iniit, in qua familiaritate, nihilq; ex ipsis puerile aut paruum, sed de itinerū spacijs, & cōmeatus in superiorē Asiam modo ac ratione, ac de rege, qualem se is aduersus hostes præberet, quod robur, quæ potentia Persarum esset percontando, ita in admirationē sui pertraxit, ut nobilem istam Philippi uehementiam præ magnarum rerum cupiditate eius pueri nihil ducerent. Quoties captam à Philippo urbem aliquam, aut insigni prœlio partam uictoriam renunciabatur, non admodum hilari uultu Alexāder audiebat: & æqualibus suis dicebat, Omnia, ô pueri, pater meus præripiet, neq; ullam rem magnam mihi uobiscum gerendam relinquet. Non enim uoluptatem, non diuitias, sed uirtutem & gloriam magni faciens, quanto plura à patre accepisset, tanto pauciora sibi agenda relinqui existimabat: itaque crescentibus opibus, materiam sibi præclarorum facinorum absumi iudicans, regnum à patre non pecunia, luxu, & uoluptatibus, sed certaminibus, bellis, & gloriæ contentionibus locuples tradi sibi cupiebat. Multis, ut facilè apparet, cura ipsius commissa fuit alumnis, pædagogis, magistris: omnibus his præerat Leonidas uir seueris moribus, & Olympiadis propinquus. Atque is nomen pædagogi (cuius sanè honestum erat, splendidúmque munus) uitans, dignitatis cognationisque causa à reliquis, præceptor appellabatur, & educator: nomen & personam pædagogi Lysimachus sustinebat, Acarnan genere, cui nihil erat urbanitatis, nisi quòd sibi Phœnicis, Alexandro Achillis, Philippo Pelei nomen accommodans probabatur, & alterum locum obtinebat. Cùm Philonicus Thessalus Bucephalum tredecim talentis uenalem adduxisset ad Philippum, isq; equus in campum explorandi causa deductus, ab omnibus pro effero & inutili iudicaretur, quòd neque sessorem admitteret, neque uocem ullius eorum qui cum Philippo erant, sed contra omnes insurgeret, indignè ferens Philippus, ut nimis ferocem indomitúmque abduci iussit. Alexander, ut fortè aderat, Qualem, inquit, equum isti perdunt, cùm eum præ mollicie & imperitia tractare non possint. Philippus cùm initiò dissimulasset, sæpe idem repetenti, & indignanti, Túne, ait, senioribus obloqueris, quasi rectiùs aliquid ijs noueris, aut equum meliùs tractare possis? Equidem, respondit Alexander, rectiùs eo, quàm quisquam alius utar. Sin uerò, inquit pater: quas tuæ temeritatis pœnas persolues? Alexander, precium, inquit, profectò equi pendam. Risu ad hæc coorto, & mox pecunia definita, statim ad equum accurrit, frænoq; correptum aduersus solem obuertit: nimirum animaduertens equum umbræ, quæ agitata & tremens ei appropinquaret aliàs, conspectu perturbari. Deinde cum paululum palpasset, manuq; leniter ducta demulsisset, ut ira repletum uidit, sensim abiecta chlamyde sese in eum extulit, tutòque consedit, leuitérque habena frænum adducens absq; ictu ullo aut conuulsione compescuit, ut minas posuisse eum, & iam

Marginal notes: *Leonidas Alexandri preceptor.* *Lysimachus.* *Bucephalus equus.*

A & iam curſus cupiditate æſtuare ſenſit, laxata habena currentem aſpera uoce & pedum pulſu inſtigauit. Cùm qui aderant primò anxij tacitique ſpectaſſent, poſtquam exultans gaudio ſaluus retrò acto equo rediјt, omnium acclamatione ſublata, Philippus præ lætitia etiam illacrumaſſe commemoratur, capútque filij, cum ab equo deſcendiſſet, oſculatus dixiſſe: ô nate, regnum tibi par quære: Macedonia enim te non capit. Porrò autem cernens ingenium Alexandri tale eſſe, quod cogi omnino nollet, facilè autem ſermone ad officium faciendum pertraheretur, ipſe etiam ſuadere potiùs quàm mandare ei inſtituit: muſicesq; & encycliorum doctoribus haud ſatis inſtitutionem eius credens, quam rem maioris negocij futuram arbitraretur, (ut eſt apud Sophoclem)

Quod frena multa, multaq; gubernacula
Deſideraret: ——

Ariſtoteles præceptor Alexandri.

nobiliſsimum doctiſsimúmque philoſophorum Ariſtotelem ad id uocauit, eíque præmia doctrinæ præclara & digna dedit. Stagera enim, patriam eius, ante à ſe dirutam, inſtaurauit, & ciues qui uel diffugiſſent uel ſeruirent, reſtituit. Scholam eis deſtinauit Nymphæum apud Mie- 7
B zam, ubi hodiéque ſedilia Ariſtotelis ſaxea, & ambulationes opacæ demonſtrantur. Videtur autem Alexander non moralem tantum & ciuilem rationem didiciſſe, ſed & occultas iſtas & grauiores diſciplinas, quas philoſophi acroamaticas & epopticas ab auditione & inſpectione nominantes nequaquam euulgabant, attigiſſe. Iam enim in Aſiam profectus cum audiuiſſet libros de iјs rebus ab Ariſtotele editos, liberè eum philoſophiæ nomine obiurgauit, epiſtola miſſa, cuius exemplum hoc eſt. Alexander Ariſtoteli S. Quod acroamaticas edidiſti diſputationes, non rectè abs te factum eſt. Qua enim nos re præſtabimus alios, ſi ea qua nos eruditi ſumus philoſophia omnibus nunc erit communis? Ego ſanè mallem optimarum rerum peritia, quàm potentia excellere. Vale. Hanc eius ambitionem ut leniret Ariſtoteles, excuſat ſe de iјs diſputationibus, ita editas, uti non editæ ſi eſſent, indicans. Etenim re uera 8
philoſophiæ primæ tractatio ita primùm eſt deſcripta, ut nihil ad diſciplinam conducere, ac tantùm exempli loco eruditis propoſita ab initio uideatur. Iam quòd medicæ rei ſtudioſus Alexander fuit, eius rei autorem præ cæteris habuiſſe uidetur Ariſtotelem. non enim contemplaC tionibus modò delectatus eſt, ſed & amicis ægrotantibus medicinam fecit, curandíque & uictus quaſdam rationes præſcripſit, ut ex epiſtolis eius colligitur. Literarum & lectionis natura ſtudioſus, Iliadem Homeri, quam rei militaris uiaticum & putabat & nominabat, ab Ariſtotele correctam accepit, cui à narthecio cognomen factum eſt: ſempérque 9
eam (ut Oneſicrates tradit) unà cum pugione ſub puluino habuit. In ſuperiori Aſia degens cùm reliquos libros deſideraret, mitti ſibi ab Harpalo iuſsit: is q; ei miſit Philiſti libros, complures Euripidis, Sophoclis, & Aeſchyli tragœdias, & Philoxeni dithyrambos. Ariſtotelem uerò cùm initiò admiratus fuiſſet, & haud minus quàm patrem ſuum dilexiſſet, (quin & hoc dicebat, ſe à patre uitam, ab hoc ut bene uiueret accepiſſe) poſterioribus temporibus ſuſpectum habuit: quæ abalienatio etſi non eò uſque proceſsit, uti duriùs aliquid de ipſo proptereà ſtatueret, conſuetudine tamen minùs quàm antè amica, & remiſsione amoris patuit. Interim innatum erga philoſophiam, & u- [illegible] ſtudium ex animo nequaquam effluxit: id quod honor

Studia Philoſophiæ Alexandri.

Anaxarcho

Anaxarcho habitus, quinquaginta Xenocrati missa talenta, inq; Danda A
min & Calanum officia demonstrauerunt. Cum Philippus aduersum
Byzantinos expeditionem fecisset, Alexander annum tum agens deci-
mumsextum, rerum Macedonicarum sigillique curator relictus, Mæ-
10 dos, qui defecerant, subegit: urbémque eorum captam, barbaris eie-
ctis conuenis habitandam tradidit, & Alexandropolin nominauit. Pu-
gnæ contra Græcos Chæronensi interfuit: primúsque perhibetur in
sacram Thebanorum cohortem impetum fecisse. atque etiamnum an-
tiqua quercus apud Cephisum ostenditur, quæ Alexandri dicitur,
quòd ibi tum tetenderit: neque procul inde Macedonum sunt sepul-
cra. Propter hæc Philippus (uti par fuit) Alexandrum summopere a-
mabat, ut gauderet etiam hunc à Macedonibus regem, se ducem ap-
pellari. Sed domesticæ ob nuptias & amores Philippi turbæ, cùm re-
Alexandri cum patre offensa. gno etiam nonnihil contagium gynæcei morbosi noceret, multas offen
sas, grauiáque dissidia excitarũt: quæ ipsa Olympias, iracunda & pellicis
impatientissima mulier, morositate sua maiorem in modum auxit, A-
lexandrum irritando. Manifestissimam iurgij causam in nuptijs Cleo-
patræ, quam puellam intempestiuo amore captus duxerat Philippus, B
Attalus sponsæ auunculus præbuit, in conuiuio per ebrietatem Mace-
donas iubens à dijs poscere, ut legitimum ex Philippo & Cleopatra re-
gni hæredem nasci sinerent. Eo dicto commotus Alexander, Ergo, in-
quit, nos tibi spurij uidemur scelleste? simúlque scyphum in eum con-
iecit. Philippus stricto gladio in Alexandrum tendens, bona utriusq;
fortuna præ ira & uino lapsus concidit. Et Alexander insultans ei, En,
inquit, uiri, qui ex Europa in Asiam molitus expeditionem, à lecto
ad lectum transiturus corruit. Post hanc debacchationem Olym-
piadem in Epirum traduxit, atque ipse in Illyrico uersatus est. Sub
idem tempus Demaratus Corinthius patria exul, Philippum, ad
quem ei liber accessus patebat, inuisit: cùmque hic post primam salu-
tationem quæreret, quæ'nam esset Græcorum inter sese concordia,
Nimirum, ait, Philippe, Græciæ res te curare conuenit, qui tanto tu-
am domum dissidio tótque malis impleueris. Ita Philippus recta rem
uia tandem reputans, Alexandro ut rediret, Demarati opera persua-
11 sit. Pòst ubi Pexodorus Cariæ satrapa affinitate societatem Philip- C
pi captans Aristocritum in Macedoniam misit, filiæ suæ natu maxi-
mæ nuptias Arridæo Philippi F. offerens: iterum Alexander matris
& amicorum obtrectationibus (qui Philippum Arridæo splendidi con
iugij, magnarúmque rerum præsidio regnum tacitè parare dicebant)
conturbatus, Thessalum histrionem in Cariam ad Pexodorum legat,
qui eum spurio & uæcorde Arridæo omisso, Alexandrum generum
præferre hortaretur: idq; multo, quàm priora, melius esse consilium
Pexodoro uisum est. Itaque Philippus cùm domi esse Alexandrum
animaduertisset, assumpto eius familiari Philota Parmenionis F. gra-
uiter obiurgauit, & acerbè conuiciatus est, degenerem eum, suisq; indi-
gnum bonis appellans, qui Carem, barbaroq; regi seruientem socerum
sibi optaret. Corinthijs quoque scripsit ut Thessalum compedibus uin-
ctum sibi mitterent: de reliquis Alexandri socijs Harpalum, Nearchum,
Phrygiũ, & Ptolemæũ Macedonia expulit. quos posteà Alexãder redu
Philippi mors. xit, honoribusq; cumulauit. Posteaquam Pausanias Attali & Cleopatræ
suasu turpiter habitus, & iniuriæ sibi factæ nullã ultionẽ cõsecutus Philip
pum

A pum interfecit: causa facinoris omnis ferè Olympiadi fuit imputata, quæ iratum iuuenem instigasset, stimulósque addidisset: attigit tamen & Alexandrum calumnia. Cùm enim Pausanias iniuria affectus ad ipsum accessisset, suámque sortem deplorasset, Medeæ uersiculum ipse pronunciasse dicitur,

Dantemq; ducentemq; uná, & sponsam necá.

Veruntamen Alexander & conscios cædis paternæ conquisitos supplicio affecit, & Olympiadi succensuit, quòd se absente Cleopatram inhumaniùs tractasset. Annos natus uiginti regnum occepit, magnæ inuidiæ, grauibus odijs, atq; periculis undiq; obnoxium. Nam neq; barbaræ & uicinæ gentes iugum ferebant, sed auita regna expetebant: & ad cicurandam, quam armis uicerat, Græciá Philippo tempus non suppetierat, affectasq; modò & conturbatas res Græcas, ob insolentiam mutationis fluctuãtes adhuc & instabiles reliquerat. Ea propter Macedonibus ob tẽporis eius statum solicitis, & Alexandro suadentibus, uti Græcas res omitteret, neq; uim eis afferret, barbaros autem, qui desciuissent, placidè reuocaret, nouarumq; rerum initijs mederetur: Alexãder contrarias secutus est ratio-
B nes, statuitq; audacia & magnanimitate rebus suis salutem & securitatem parare: insurrecturos contra se omnes existimans, si uel minimum de animi sui magnitudine diminuisse sentiretur. Et barbaricos quidẽ motus ac bella circumducto raptim exercitu statim sedauit, omniaq; ad Istrum usq; pacauit: ubi Syrmum quoq; Triballorũ regem magna pugna uicit. Thebanos defectionem moliri audiens, & cum Atheniensibus conspirare, ut uirum se ostenderet, illicò per Pylas exercitum duxit: Demosthenis inquiens, à quo puer esset dictus, quandiu in Illyrico & Triballis hæsisset, adolescens autem cùm in Thessaliam uenisset, uelle se ad muros Atheniensium uirum ostendere. Cùm ad Thebas accessisset, mutãdi adhuc facti potestatem præbens, Phœnicem & Prothytam dedi sibi iussit, impunitatémque ad se transeuntibus edixit: Thebanis autem contrà Philotam & Antipatrum exposcentibus, factóque præconio Græcos inuitantibus, ut qui Græciam liberam uellent, se ipsis adiungerent, ita demum suos ad bellum conuertit. Supra uires etiam uirtute & strenuitate certatum est à Thebanis, qui cum hoste, cuius copiarum uix aliquantam partem explebant, acie congressi sunt: circumuenti tandem Macedoni-
C bus qui in præsidio Cadmiæ positi fuerant, à tergo irruentibus, plerique ipso in prœlio ceciderunt. Vrbs capta, direpta, solóque est æquata, potissimùm Alexandro sperante fore, ut hoc Thebarum exitio perterriti Græci quiescerent: nonnihil tamen gratificari socijs suis Phocensibus & Platæensibus, qui Thebanos accusabant, gestiens. Exemptis sacerdotibus, uniuersisq; Macedonum hospitibus, Pindari etiam posteris, & ijs qui decreto de facienda defectione repugnauerant, reliquos omnes uendidit, ad triginta hominum millia: occubuerunt supra sex millia. In hac Thebanæ urbis calamitate Thraces quidam Timocleæ, nobilis & honestæ mulieris, in domum irrupetunt: & reliquis bona diripientibus, dux feminã interim cùm ui constuprasset, percontatus est ecquid auri argentiue absconditi haberet. Illa se habere fassa, solum in hortum abduxit, & puteo commonstrato, eò se capta urbe quæ preciosissima habuisset deiecisse dixit: intrò despicientem inclinato corpore, à tergo adstans ipsa deorsum in puteum impulit, multisq; iniectis lapidibus necauit. Ea cum uincta à Thracibus ad Alexandrũ adduceretur, ipso statim adspectu incessuq; maiestatem dignitatémque præ se tulit: interrogata à rege, quæ nam esset,

Thebæ rapiuntur.

Mulieris uirtus.

Theagenis sororem se confessa est, eius qui dux apud Cheronæam pro libertate aduersus Philippum commissa pugna ceciderat. Itaq; Alexāder & responsum & factum miratus, liberam unà cum natis dimisit. Cum Athenienſibus uerò in gratiam rediit, tametsi ij grauiter Thebanorum tulerant cladem: nam & mysteriorum festiuitatem præ manibus habentes, præ luctu eam omiserant, & quotquot Thebanorum Athenas perfugissent, summa humanitate acceperant. Verùm siue quòd iam exaturasset animum leonis instar, siue ut clemens facinus crudelissimo coniungeret, non modò offensas ijs omnes condonauit, sed etiam attentam ad res esse ciuitatem iussit, ueluti Græciæ imperaturam, si quid ipsi humanitus accidisset. Sæpe quidem posteà Thebanorum uicem doluisse, multisq; ideò se benigniorem præbuisse fertur. Quin & Cliti cędem à se per ebrietatem perpetratam, & apud Indos Macedonum timiditatem, qua expeditionē ipsius gloriamq; uelut imperfectam destituerunt, Bacchi iræ indignationiq; imputauit. neq; quisquam eorum qui patriæ superstites fuerunt Thebanorum frustra ab eo posteà temporis quicquam petiit. Proinde Græci in Isthmo cōuentu instituto, bellum cum Alexandro aduersus Persas gerere decreuerunt, eiusq; ducem ipsum constituerunt. Hic cùm multi primarij in ciuitatibus uiri, multiq; ad ipsum philosophi gratulādi causa accessissent: sperabat idem Diogenem quoq; Sinopensem facturum, qui tum apud Corinthum degebat. Sed cùm is nihil admodum curans Alexandrum ociosus in Cranio degeret, ipse ad eum profectus est. Iacebat tum in dolio suo Diogenes, soli obuersus: & tot hominum aduentu paululum leuato corpore aduersus Alexandrum prospexit. Qui ut dicta salute eum interrogauit, alicuiúsne rei egeret, Paulisper, inquit, à sole recedas. Hunc fastum Diogenis, magnanimitatemq; ita admiratus fertur Alexander, ut suis in digressu ridentibus illum atq; subsannātibus dixerit, se, nisi Alexander esset, Diogenem esse uelle. Inde numinis de bello consulendi causa Delphos adiit. Fortè tum dies erant nefasti, quibus responsa dari uetitum est. Itaq; uates Alexandro per nuncios oraculum postulante abnuit, legem prætendens: pòst cùm ipse ascendens ui eam ad templū pertraheret, ueluti uicta ipsius importunitate, Inuictus es, inquit, fili. Hoc audito Alexāder, nullo præterea sibi opus oraculo esse dixit, habere iam quod ab ipsa requisiuisset uaticinium. Aggredienti iam ad expeditionem cùm alia diuinitus signa sunt facta, tum apud Lebethra simulacrum Orphei cupressinum per istos ipsos dies multo sudore fluxit. Eo signo omnibus territis, Aristander bono esse animo iussit: celebria enim & nobilia facinora editurum Alexandrum, quibus cantandis multum sudoris ac laboris essent poëtæ musiciq; impensuri. Qui minimā copiarum eius summam ponunt, XXX millia peditum, quinq; equitum recensent: qui maximam, XXXIIII illorum, horum quatuor millia cōputant. Ad hunc exercitum alendum ei nō præter LXX. talenta fuisse scribit Aristobulus. Duris triginta modò dierum cōmeatum, Onesicritus prętereà debuisse eum ducenta talenta perhibet. Enimuerò tametsi re ita tenui ad bellum iret, haud priùs tamen cōscendit nauim, quàm rebus sociorum inspectis, huic pagum, illi agrum, reditum huic uici, illi portus tribueret. Iam regijs bonis omnibus propè distributis & transcriptis, Perdiccas, Tibi, uerò ait, ô rex, quid reseruas? cumq; Alexander spes sibi retinere sese responderet, ergo, inquit, nos etiam tui cōmilitones eas habituri sumus tecum cōmunes. Perdicca autem possessionem sibi assignatam recusante, nonnulli cæterorū quoq; amicorum idem fecerunt: qui maluissent accipere, ijs beni-

Diogenes.

Copiæ Alexandri.

A ijs benignè rex gratificatus est, atque hoc modo plerasque Macedoniæ possessiones diuisit. Tali animo & conatu Alexander traiecto Hellesponto Ilium ascendit, Mineruæ ibi sacrificauit, & herosibus libauit: ipse oleo unctus cum socijs circũ Achillis statuam (uti moris est) decurrit: eamque coronans, fortunam Achillis laudauit, cui & uiuenti amicus fidelis, & mortuo insignis præco obtigisset. Inter circumeundum, & res urbis perlustrandum interrogatus, uellet ne lyram Paridis uidere, nihil se illam curare dixit, sed Achillis citharam quærere, qua is gloriam præclarorum uirorum & facta cecinisset. Interim Darij duces magnas cõtraxerant copias, & ad traiectum Granici fluminis instruxerant. Videbaturque utique in foribus Asiæ de aditu & principio rei gerendæ pugna decernendum: sed & altitudinem fluminis, & inæqualitatem asperitatemque ulterioris ripæ, in quam erat facto prœlio exeundum, plerique metuebant, nonnulli consuetudinem etiam obseruandam putabant, qua receptũ erat, ne Dæsio mense exercitum rex Macedonum educeret. Hoc quidem ita correxit Alexander, ut Artemisium mensem denuò agi iuberet. Parmenioni pugnam

Achillis felicitas.

Pugna ad Granicum.

B dissuadenti, quòd iam in exitu esset æstas, respondit, Pudere se Hellesponti, si eo traiecto Granicum metueret. Itaque cum tredecim equitum turmis Granicum intrat, perque rapidum & profundum amnem contra aduersa tela, & prærupta loca armaturæ grauis militibus & equis enitens, insania magis & desperatione, quàm cõsilio rem gerere uidebatur. Cùm magno labore euasisset per fluuiũ in uda, & ob cœnum lubrica loca, coactus est priusquàm ordines suorũ instruxisset, tumultuario prœlio ac uiritim hostes subsistere, qui magno cum clamore irruebant, equosque equis adhibentes, hastis, &, sicubi eas fregissent, gladijs pugnabant. Ibi multis in ipsum, ut erat parma, & iuba galeæ, cui utrinque alæ candoris magnitudinisque miræ affixæ erant, conspicuus, conuersis, iaculo ictus est, quà thoracis est commissura, sed sine uulnere. Rœsace autem & Spithridate ducib. unà ingruentibus, hoc declinato, Rœsacem hasta prior icit, fractaque ea in thorace illius, gladium strinxit. Interim his manus conserentibus Spithridates equum à latere inhibens, omnique conatu assurgens, copide barbarica tantum ictum galeæ Alexandri intulit, ut & cristam cum altera ala amputârit, & plagam uix galea sustinuerit, sed summos etiam capitis cri-

C nes acies copidis perstrinxerit: alterum ictum intentantem magnus ille Clitus conto medium transfixit. Simul & Rœsaces gladio ab Alexandro ictus cecidit. Hoc in discrimine dum equestris pugna uersatur, iam & Macedonica phalanx transiuerat, & pedestres copiæ pugnã inibant. Sed eam Darij peditatus neque fortiter, neque diu sustinuit, statimque fugam uniuersi fecerunt, exceptis Græcis qui apud Persas stipendia merebant: hi ad tumulum quendam globo facto, Alexandri fidem implorabant. In quos cùm ipse iræ magis quàm ratione obsecutus primus omnium impetum faceret, & equum amisit gladio per latera confossum, (alius is à Bucephalo fuit) & plerique eorum qui de Alexandri exercitu cæsi aut uulnerati sunt, ibi damnum acceperunt cum hominibus bellicosis, & salute desperata feris congressi. Occubuisse de Darianis traduntur millia peditum XX, equites bis mille quingenti. De Alexandri exercitu non nisi XXXIIII homines amissos Aristobulus scribit, quorũ nouem pedites fuerint. His statuas æreas poni iussit, quas Lysippus finxit. Victoriam autem cum Græcis communicans, priuatim Atheniensibus misit trecenta scuta capta: reliquis uerò spolijs communi nomine inscribi iussit magnificum planè titulum: Alexander Philippi F. & Græci, exceptis Lace-

Summa uictoriæ.

 dæmonijs,

dęmoniis, de barbaris Gręciam habitantibus. Pocula, purpuras, aliáq; id A
genus Persica instrumenta quæ cepisset, paucis demptis omnia matri misit. Hæc uerò pugna ingentem statim rerum ad Alexandrum inclinationem effecit: adeò ut Sardes etiam, barbarici in Asia maritima imperij decus, & aliæ urbes se ei tradiderint. Solæ Halicarnassus & Miletus restiterunt: quas cùm ui expugnasset, omnemq; circum regionem subegisset, dubius animi de reliquis fuit, cùm sępe cum Dario confligere, & de summa rerum dimicare studeret, sæpe rebus maritimis opibusq; priùs sese confirmare, & quasi exercere, atq; ita demum aduersus eum pergere statueret. Fons est Lyciæ prope Xanthum, quo tunc sponte sua subuerso & exundante narrant ex fundo eius æream tabulam elatam, in qua literis antiquis inscriptum fuerit, regnum Persarum à Græcis euersum cessare.

Ora maritima subacta. Hoc uaticinio confirmatus, oram maritimam ad Phœnicen usq; & Ciliciam expurgare cōtendit. Qua celeritate oram Pamphylię peragrârit, id multis historicis materiam inflatius scribēdi prębuit, qui diuina quadam fortuna id mare Alexandro cessisse autumant, quod alioqui semper ab alto asperum continenti allidatur, raróq; admodū infra præcipitia & ab- B
13 ruptos montium processus teneras quasdam & resonantes cautes detegat. Sanè incredibilem eam rem etiam Menander in Comœdia notauit,

Quàm germanum Alexandri facinoribus hoc: si quempiam
Quæro, is ultrò adest: quod si uidelicet me oporteat
Pertransire aliquem maris locum, patebit transitus.

At ipse in epistolis suis Alexander nihil prodigiosi memorat: iter se fecisse per Climacem ait, profectum à Phaselide. Plures in ea urbe dies commoratus, cum Theodectę (Phaselites is fuerat) mortui imaginem in foro positam uidisset, post cœnam eò bacchatus, multa serta ingessit: haud ingratum etiam in ioco honorem ei consuetudini reddens, quę sibi propter Aristotelem & philosophiā cum eo uiro fuerat. Secundum hæc

Gordij currus. Pisidas resistere ausos subegit, Phrygiam domuit, cumq; Gordium, quod antiqui istius Midæ fuisse domicilium traditur, cepisset, decantatū illum currum uidit, corni libro illigatum, deq; eo sermonem à barbaris pro uero habitum audiuit, ei, qui nodum istum soluisset, regnū orbis terrarum fato destinari. Pleriq; scribunt nexuum occulta fuisse capita, obliquisq; ea inuolucris uariè inter se abdita: itaq; Alexandrum ut rationem expli- C
candi nodi nullam inuenerit, gladio secuisse, statimq; multa extitisse ligamentorum capita. Aristobulus facilimum solutu fuisse affirmat, extracto temonis clauo, quo ei iugum appenditur, ac deinde iugo etiam amoto. Paphlagonas inde & Cappadoces cùm in suam potestatem redegisset,

Darij copiæ, & insomnium. audita Memnonis morte, qui rei maritimæ præfectus à Dario uidebatur plurimum negociorum molestiarumq; & difficultatum Alexandro exhibiturus, in superiorem Asiam ducendi consilium firmauit. Iam & à Susis mouerat Darius, copiarum multitudine fretus, (DC enim millia hominum secum ducebat) & insomnio animatus, cuius gratiorem ipsi quàm ueriorem interpretationem Magi fecerant. Viderat enim in somnis multo igni Macedonū phalangem depasci, Alexandrum autem eo amictu,
14 quem ipse olim cùm esset asgandes regius, gestasset, sibi adstare ministrū: eundemq; in Beli templum intrantem, à nemine pòst conspici. Per hæc nimirum Deus indicabat fore Macedonum res illustres, Alexandrumq; Asia potiturum, (sic ut Darius etiam eam obtinuit rex de asgande factus) & mox cum gloria uitam dimissurum. Aucta est etiam fiducia Dario, cum Alexandrum diu in Cilicia commorantem pro timido haberet.

Mora

A Moræ autem causa Alexandro fuit morbus, quem ei alij ob defatigationem, alij cùm in flumine Cydno frigidißimo lauisset, accidisse tradunt. Cùm de cæteris medicis nemo auxilium adferre auderet, quòd morbum omni remedio superiorem iudicantes metuebant, ne si medicinam abs re adhibuissent, in calumnias Macedonum incurrerent: Philippus Acarnan tametsi & ipse difficultatē rei cerneret, amiciciæ tamen fidens, indignumq; ratus si rege periclitante non ad extremum usq; conatum potiùs ei opitularetur, quàm cōmune periculum subiret, ausus est medicamentum ei temperare, idq; ut biberet persuadere, cupienti recuperatis uiribus bello reddi. Interim ex castris Parmenio epistolam ad regem mittit, qua monebat, uti sibi à Philippo caueret, quem Darius maximis muneribus & filiæ coniugio proposito ad necandū ipsum compulisset. Alexander lectam epistolā, nulliq; amicorum exhibitam, sub puluinari deposuit: ubi tempus offerendi medicamenti fuit, & Philippus cum amicis ad regem intrauit, pharmacum in calice afferens, epistolam ei porrexit: ipse poculum alacriter, nihilq; suspicans accepit. Mirum profectò id fuit B spectaculum, altero legente, altero bibente, ac deinde se minimè eodem modo aspicientibus: cùm Alexander hilari uultu fidem suam & beneuolentiam in Philippum testaretur, Philippus calumnia attonitus nunc Deos obtestaretur, cœloq; manus tenderet, nunc ad lectum Alexandri concideret, eumq; bono animo esse, & sibi obsequi hortaretur. Et uerò medicamentum initiò corpus adortum, repulerat quasi, & in altum depresserat, uires eius, ita ut & uox deficeret, & animi deliquio oborto uita eius obscurè admodū sensu perciperetur. Sed mox à Philippo refectus, receptis uiribus sese Macedonibus ostendit, quibus non nisi conspectò ipso eximi mœstitia poterat. Erat quidam in castris Darij Amyntas, genere Macedo, & ex Macedonia profugus, cui ingenium Alexandri non erat ignotum. Is cùm Darium uideret in hoc esse, ut per angustias ad Alexandrum contenderet, precatus est uti maneret in locis ijs, ubi aperti essent latiq; campi, tantis copijs cōtra multo pauciores pugnaturo. Ac respondenti Dario metuere se, ne hostes & Alexander fuga maturè facta sibi elaberentur, nihil eo metu opus esse dixit: ipsum enim ultrò Alexandrum uenturum, ac fortaßis iam appropinquare. Sed Amyntæ consilio C spreto Darius castra in Ciliciam mouit: & contrà aduersus eum Alexander in Syriam processit. Per noctem factum est, ut inuicem non occurrerent: inde uterq; retrò iter conuerterunt: Alexander casu sibi oblatā occasionem gaudens, & in faucibus obuiam uenire hosti contendens: Darius, ut locum in quo castra antè habuerat reciperet, copiasq; angustijs educeret. Etenim iam senserat se suo incommodo in loca ob mare, montes, fluuiumq; interfluentē (Pindarum uocant) equitatui aliena, paßimq; intercepta, & paucitati hostium opportuna exercitum induxisse. Alexander, cum ei locum opportunum fortuna dedisset, munere hoc ad uictoriam eo meliùs parandam prudenter usus est: cùm longè admodum inferior hostili multitudine, non modò id cauit, uti ne ab ijs circumueniretur: sed & ipse dextro cornu sinistrum eorum ita præterijt, ut ex obliquo irruens in fugā oppositos sibi hostes pugnans ipse inter primos coniecerit. Ea quidem in pugna gladio femur ictus est: à Dario uulneratū (ipsos siquidem reges manū conseruisse) Chares autor est. Alexander de ea pugna ad Antipatrū scribens, autorē uulneris nō indicat, gladio sibi femur sauciatū uulnere minimè noxio scribit. Victoria insigni potitus est, cæsis CX millib. barbarorū, eoq; ampliùs, Dariū non cepit, qui fuga quinq; aut

Alexandrū Philippus sanat.

Pugna ad Issum.

quatuor stadijs anteuerterat: curru arcuq́ eius capto, ad Macedonas re- A
dnt. Ibi Macedonas offendit castra barbarorū immensis abundātia opib.
diripientes: (& quidem expediti ad pugnā iuerant illi, relictis Damasci
plerisq; impedimētis) Darij tentorium famulicio splendido, apparatuq;
& diuitijs ingentib. refertū Alexandro eximiū à præda reliquerant. Itaq;
statim armis positis ad lauacrū cōtendit, inquiens, Agedum eamus sudo-
rem prœlio conceptū Darij lauacro abluturi. tum quidā sociorū, Nequa-
quam, inquit, Darij, sed Alexādri balneo: uictoris enim & esse & dici de-
bent eorū qui succubuerunt bona. Vt uerò pyxides, guttos, pelues, alaba
stros, aurea omnia & summa arte parata uidit, tum diuinū quendā odorē
domus unguentorū & aromatū reddidit: deinde in scenā progressus ma-
gnitudine & altitudine, ad hæc stragula ueste, mensis & cœnæ apparatu
admirāda omnia uidit: ad socios dixit, Nimirū ergo hoc erat regem esse.

Clementia in Darij filiam captiuam.

Iam cœnaturo renunciatum est inter captiuos matrem, uxoremq́; Darij,
& duas filias uirgines duci, easq; cum Darij currū arcumq; cōspexissent,
plangere & lugere, peremptū eum iudicātes. Hîc diu secum ipse medita-
tus, magisq; earum q̄ sua cōmotus fortuna, Leonnatū mittit, indicare ijs B
iubens, neq; Darium perijsse, neq; ipsis ab Alexandro esse metuendū: se
enim cum Dario de principatu belligerari, ipsis omnia quæ regnāte Da-
rio habuissent præbiturū. Benignus is & humanus sermo mulierib. uisus
est: sed re ipsa plus humanitatis expertæ sunt. Nā & sepelire quos uellent
Persarū permisit eis, uestibus ad hoc & ornatu de præda concessis, neq;
quicq; ijs honorum aut familiæ ademit, reditus etiam priorib. ampliores
destinauit. Maximum aũt & uerè regium ijs beneficiū exhibebat, quòd
generosæ pudicæq; mulieres tum in captiuitatem redactæ nihil neq; au-
diuere, neq; senserunt, neq; expectauerunt turpe: sed tanq; non in castris
hostium, sed castis & sanctis in uirginū domicilijs occultā & ab omnium
oculis remotam uitam egerūt. Et quidem Darij uxorem ferunt longè o-
mnibus reginis fuisse formosiorem, sicut & Darium inter uiros pulcerri-
mum maximumq;, filias etiam parentū similes. Sed enim Alexander sei-

Continētia Alexandri.

psum uincere q̄ hostes magis regium existimans esse, neq; harum ullam,
neq; ullam aliam ante nuptias attigit mulierē, Barsina excepta. Hæc Me-
mnone moruo uidua apud Damascum capta fuit, Græca disciplina erudi
ta, moribusq; bonis, Artabazi, qui regē maternū auū habuerat, filia: eius C
ut noticiā haberet, Parmenionis (ut ait Aristobulus) monitu, quippe mu-
lierem & natalib. & forma nobilem commendantis, factum est. Reliquas
captiuas forma & statura eximias cùm uideret Alexander, per iocum di-
xit, Persides oculorū dolores esse: formæ autem earū spectaculo suę con-
tinentiæ & temperantiæ pulcritudinem opponens, tanq; exanimes ima-
gines prætermisit. Cùm Philoxenus mari præfectus scripsisset Theodo-
rū quendā Tarētinum pueros duos miræ pulcritudinis uenales attulisse,
percontareturq́; an eos emeret: indignè ferens, sæpe apud amicos uocife
ratus est, Cuiúsnam tandem turpitudinis mihi Philoxenus conscius est,
quòd talia mihi opprobria cōmendat? ipsumq́; Philoxenum per literas
grauissimè obiurgatum, amandare unà cum mercibus suis in malam rem
Theodorū istum iussit. Agnonem etiam adolescētem grauiter corripuit,
qui ad ipsum scripsisset, Crobylum Corinthi celebrē uelle se ei emere atq;
afferre. Audito Damonem & Timotheum Macedones stipendiariorum
quorundam militū, qui sub Parmenione erant, corrupisse uxores, Parme
nionem scripta epistola iussit eos, siquidem cōuicti eius sceleris fuissent,
tanq; bestias ad hominū perniciem natas capitali supplicio tollere. Et de
seipso

A seipso ea in epistola hæc uerba scripsit: Ego enim tantum abest ut uel ui-
derim, uel uidere uoluerim Darij uxorem, ut ne sermones quidem de ele
gantia eius referentium admiserim. Idem ex somno & re uenerea potissi-
mùm se intelligere dixit, quod homo esset: sentiens uidelicet naturæ ab ea-
dem imbecillitate & defatigationem, & uoluptatem ingeneratā esse. A'
gula fuisse alienissimū, & alijs multis rebus ostēdit, & his quæ Adę (à qua
se adoptari passus fuerat, eamque Cariæ reginam constituerat) respondit.
Cùm enim illa amoris causa multum ei quotidie ciborū & placentarum
mitteret, & ad extremum quos pręstantissimos coquos pistoresque habe-
ret, Nihil se istis indigere, dixit: meliores enim sibi cocos à Leonida pęda
gogo additos, ad prandium nocturnam ambulationē, ad cœnam frugale
prandium. Idem (inquit) stragulorum etiam uestimētorumque arcas meas
aperuit crebrò, inquirens ne quid delicatum aut superuacaneum mater
eò imposuisset. Minùs quoque, quàm existimabatur, uino fuit deditus: ui-
nosior enim ob tempus creditus fuit, quod nō tam bibendo quàm dicen
do trahebat, singulis calicibus longum sermonem annectens, atque id non
B nisi cùm abundaret ocio. Non enim eum, ut alios imperatores, uinū, non *Vitæ eius*
somnus, non ludus, non nuptiæ, non spectaculū à reb. gerendis detinuit: *rationes.*
quod uita eius demonstrat, cuius breuissimo spacio plurimas res maxi-
masque gessit. Per ocium autem primùm assurgens rem sacram Dijs facie-
bat: inde sedens prandebat. A' prandio reliquum diei uenando, compo-
nendo, iudicandóue aliquid de re bellica, aut legendo exigebat. Si iter
non admodū festinās faceret, inter eundum discebat aut iaculari, aut cur-
rum concitatum conscendere, ab eodemque descendere: sępe etiam animi
causa uulpes aut aues captabat, ut ex diarijs eius intelligi potest. Cùm di-
uertisset, & lauare aut ungi instituisset, ex pistoribus coquisque quærebat
paratáne esset cœna. Cœnare non nisi iam tenebris noctis ingruentibus
cepit: mirabili autem cura circumspiciebat, ne quid in mensa inæqualiter
negligentérue distribueretur. Potum, uti ostendimus, ob loquacitatem
diutius trahebat. Atque hîc rex alioquin iucundissimæ consuetudinis, nul-
liusque expers leporis, iactātia nimia molestus fuit, nimisque militari leuita-
ti indulsit, cùm & ipse maiori se fastu efferret, & seipsum adulatorib. quasi
equitandum præberet. Quæ res ciuilissimo cuique cōuiuarum plurimum
C exhibebat molestię, cùm neque certare cum adulatoribus, neque in laudādo
ijs esse inferiores uellent: quorū alterum turpe erat, alterum periculosum.
A' potu lotus sæpe ad meridiem usque dormiebat: est & cùm totum diem
somno impendit. Ciborū quidem delicatiorū ita erat temperans, ut cùm
sæpe ad ipsum à mari rarissimi arborū fructus & pisces afferrentur, ita de
ijs plerūque ad amicos dimiserit, ut nihil sibi reseruaret. Cœna tamen splen
dida semper fuit, auctoque cum fortuna eius sumptu, tandē ad centum mi-
nas peruenit: tantum enim pendere iubebantur ij qui Alexandrum acci-
perent cōuiuio, neque ultrà id precium auctum est. Secundum Issicam pu-
gnam Damasco adferri pecuniam, & impedimenta & liberos uxoresque
Persarum iussit. Maximè hinc ditati sunt Thessalici equites, quos ut fru-
ctum præclaræ eo in prœlio exhibitę operæ caperent, consultò eò misit.
Sed & reliquus exercitus summam rerum copiam nactus est: ac tum pri-
mùm Macedones auri, argēti, mulierū, uitæque barbaricæ gustu percepto,
ueluti canes uestigiū assecuti, persequi & indagare diuitias Persicas aue-
bant. Cęterùm Alexander maritima priùs certo in statu collocāda sensit.
Statim reges adfuerūt, Cyprum ei & Phœniciā dedentes, Tyro excepta.
Tyrum cum septimo iā mense oppugnaret aggeribus, machinisque & du- *Tyrus expugnata.*

centis à mari triremibus, in somnis uidit Herculem sibi manum de muro A
porrigentem, & uocātem. Multi uerò Tyriorum per insomnium uisi sibi sunt audire Apollinem dicentem, sibi ea quæ in urbe agerentur non probari, ideoq; se ad Alexandrũ abire. Atq; hi quidē perinde ac si hominem ad hostes transfugere aggressum in ipso facto deprehēdissent, colossum Dei eius catenis ligauerunt, clauisq; basi affixerunt, Alexandristā appellantes. Aliud uisum Alexandro per quietem oblatũ est. Satyrus ei cōspectus est eminus alludere, deinde uolenti eum capere fuga elabi, tandem multa orātis & circùm cursitantis in manus uenire. Coniectores nomen Satyri diuidentes, haud absurdè pronunciarunt Sa Tyros, id est, tua erit Tyrus. Ostenditur etiā fons, apud quem in somnis cernere Satyrũ imaginatus fuerat. Durāte Tyri obsidione, exercitũ aduersus Arabes qui accolunt ad Antilibanum duxit. Ibi propter pædagogum Lysimachũ graue subijt periculũ, qui sequebatur eum, neq; deteriorem se neq; grandæuiorem Phœnice dicens. Sed cùm ad montana appropinquasset, & relictis equis pedes incederet, procul reliquis progressis cùm iam aduesperasceret, Lysimachum defatigatũ deserere nō sustinens, dum eum hortatur & B
promouet, paulatim à suis diuulsus, coactus est iniquo loco tenebris iā & uehementi frigore oborto pernoctare. Cernens aũt procul multos ignes passim ab hostib. accensos, fretus agilitate corporis, quam suis adsiduè laborib. tolerādo auxerat, ut suorum incōmodo mederetur, ad proximum ignem hostium accurrit, duobusq; assidentib. barbaris ense cæsis torrem abreptum ad suos pertulit. Ita magno statim igne edito, barbaris tantum iniecerunt terrorē, uti fugam fecerint: cæteros inuadentes repulerũt, atq; ita extra periculũ eam noctem exegerunt. Hæc est Charetis narratio. Cæterùm obsidio Tyri hunc habuit finem. Cùm Alexander maiorem exercitus partem quiete reficeret ob exhaustos labores, paucosq; tātùm muris admoueret, ne hostib. ocium cō cederet, Aristander uates mactata hostia cùm exta inspexisset, audaciùs affirmauit præsentibus, fore ut eo utique mense urbs caperet. Risu ad hoc & cauillis existentibus, q; ultima ea dies mensis erat: rex, uti semper uaticinia magni faciebat, perturbatũ Aristandrum cernens, eum diem non trigesimũ mensis, sed uigesimum octauum numerari iussit: simulq; tuba signũ dans, maiori q̃ statuerat initiò conatu muros oppugnare cœpit. Facto uehemēti impetu, cùm ne ij quidem, qui C
erant in castris, sese cōtinerent, sed & ipsi ad auxilia accurrerent, animos
Gazæ obsidio. despõderunt Tyrij, urbsq; eadem die capta est. Posteà Gazam ei oppugnanti maximā Syriæ urbem, gleba in humerũ incidit desuper ab aue demissa: auis autem cùm in machina consedisset, neruorũ nexibus quorum ad attrahendos funes usus est, sese implicauit. Ita uerò euenit, ut prædixerat id signũ interpretans Aristander: capta enim urbs est, Alexandro humerus uulneratus. Cùm multa de prẹda Olympiadi, Cleopatrẹ, amicisq; dona mitteret, Leonidẹ quoq; pædagogo D thuris, myrrhæ centũ talenta misit, puerilis spei recordatus. Etenī (ut fertur) quodā in sacrificio Leonidas ipsi utraq; manu odoramenta in ignē conijcienti dixerat, Vbi aromatiferā regionem ceperis Alexander, tum ita liberaliter adole: nũc parciùs. Igitur tũ Alexāder ei scripsit: Mittimus tibi thuris & myrrhæ abūdè, uti cesses illiberalis in cultu Deorũ esse. Cùm esset ad ipsum allatum scriniũ, quo nihil in reb. & impedimētis Darij captis preciosius repertũ fuit, ex amicis quẹsiuit, quidnā potissimùm ei imponeret: ac multa multis dicentibus, Iliadē ipse eò depositā se adseruaturũ affirmauit. Multos huius rei habeo magnæ fidei autores. Iam si uerũ est q̃d Alexandrini Heraclidē
secuti

A ſecuti aſſerunt, neq; ociosum ſe ei, neq; conſilij dandi negligentẽ militiæ
comitẽ Homerus præbuit. Nam Aegypto (ut ipſi aiunt) capta Alexãder
cùm urbem Græcã ſibi cognominẽ ibi cõdere uellet, magnã & hominib. *Alexãdria.*
ſtequentem, & iam de ſenrentia archirectorũ locum quendã dimenſurus
ac definiturus eſſet, nocte ea mirabile uidit inſomniũ. Virum uenerabili
forma, cana coma imaginatus eſt ſibi adſtare, & hos uerſus recitare:

Præterea undoſo quædam iacet inſula ponto, 15
Oppoſita Aegypto: Pharon illam nomine dicunt.

Itaq; ſtatim ſurgens, Pharum adijt, quæ tum adhuc erat paulũ ſupra Ca-
nobicum oſtium, nunc aggere eſt annexa cõtinenti. Contemplatus loci
cõmodiſsimam naturã (eſt enim in longũ porrecta inſula, iſthmo medio-
cris & ad longitudinem cõgruę latitudinis intercipiens paludẽ magnam
& mare magno portu finitũ) cùm alijs in reb. admiratione dignũ Home-
rum, tum ſapientiſsimũ eſſe architectum dixit. Proinde urbis figurã loco
iſti conuenientem ibi deſcribere iuſsit. Cùm non eſſet in promptu creta,
polenta in ſolo nigro delineauerunt rotundum ſinum, cuius interiorẽ ſu-
B perficiẽ rectæ baſes, quemadmodũ ab oris ſeu fimbrijs figura chlamydis
ducitur, æqualẽ ad magnitudinẽ perducebant. Eam figurã cùm magno-
perè probaret rex, ſubitò magnæ, innumeræ, omnigenęq; aues à flumine
& lacu nubis inſtar locum eum occupauerunt, atq; ita polentam depaſtę
ſunt, ut ne tantillum quidem relinquerẽt. Perturbatum eo augurio uates
confirmarunt, urbem locupletiſsimam, & quæ omnigenûm hominum
alumna foret, condi ab eo dicentes. Itaq; pręfectis ei operi procuratori-
bus, iter ad Ammonem ipſe ſuſcepit longum: in quo cùm difficilia ſunt *Profectio*
omnia & laborioſa, tum pericula duo impendent, alterum ab aquæ penu- *ad Ammo-*
ria, ob ſolitudines quæ ſunt haud paucorum dierum: alterum ab auſtro, *nem.*
ne is uehemens in immenſa profundaq; ambulantib. arena incidat. quip-
pe olim quoq; fertur ingentibus excitatis arenarum aggeribus, & plani-
cie maris inſtar exagitata, L millia hominũ de Cambyſis exercitu obruiſ-
ſe. Quæ tametſi uniuerſi propè reputarent, difficile tamen erat Alexan-
drum ab eo quod ſemel ſibi propoſuiſſet detrahere. nam & fortuna cona-
tibus eius fauendo animum cõfirmabat, & audacia in reb. inuictam eius
pertinaciam prouehebat, non hoſtes modò, ſed loca etiam ac tempora
C ui ſuperantis. Ea quidem in profectione auxilia, quibus Deus difficulta-
tes eius ſubleuauit, plus fidei quàm reddita deinde oracula inuenerunt:
imò ea fidem etiam oraculis quodammodò fecerunt. Primùm imbres
largi & ſitis metu liberauerunt, & ſicciratem arenæ nimiam abſtulerunt,
cùm ea humectata in ſeſe ſubſideret, eoq; purior fuit, & ſpirabilior aër.
Deinde cùm ductores metas confudiſſent, atque inde error & diuulſio
ſequentium oriretur, ſubitò uiſi corui duces itineris ſe præbuerunt, mo-
dò uolatu præcedentes, modò tardiores expectantes, quinetiam (quod
maximè mirum Calliſthenes commemorat) eos qui aberraſſent per
noctem crocitatione ſua in uiam reuocantes. Vt peragratis ſolitu-
dinibus ad locum quem petebat peruenit, uates Ammonis eum Dei,
ueluti patris eius uerbis ſaluere iuſsit. interroganti deinde, aliquiſne
ipſum patris percuſſorum effugiſſet, Bona, inquit, uerba: non enim
mortali patre tu natus es. tum mutato ſermone quæſiuit Alexander,
Philippine interfectores omnes ultus eſſet, & an omnibus eſſet do-
minaturus hominibus: reſpondit Ammon, & hoc ſe ei dare, & Phi-
lippi cædem prorſus eſſe uindicatam. Tum Alexander donarijs De-
um, pecunia homines donauit. Hæc iſtis de oraculis plerique tradunt.

Ipse in epistola ad matrem arcanas sibi quasdam sortes datas scribit, quas A
solus soli sit, ubi reuertisset, expositurus. Quidā referunt antistitem, cùm
Græco sermone blandiùs alloqui Alexandrum, & pędion, id est, filiū ap-
pellare uellet, lapsum (ut erat barbarus) in ultimę literę sono, ô pæ dios, q̄
Psammonis dictum. est ô fili Iouis, dixisse: Pergratum hunc errorē Alexandro fuisse, atq; inde
uulgatū, eum ab Ammone filium Iouis appellatum. Fertur etiā in Aegy-
pto Psammonē philosphū audiuisse, idq; eius dictum maximè probasse,
quo affirmabat omnes homines à Deo regi: diuinū enim esse id, quod in
uno quolibet præsit atq; imperet. Ipsumq; magis philosophicè eadem de
re sensisse, cùm quidē Deum omnib. hominib. communē esse patrem, sed
proprios sibi filios eos adsciscere, qui hominū essent pręstantissimi, dice-
Alexander an Deo natus. ret. Omnino autē ita se erga barbaros superbè gerebat, ut qui Deo paren
te plurimū fideret: apud Græcos modicè & parcè diuinitatē iactauit. nisi
q; de Samo Atheniensib. scribēs, Nō quidē (ait) ego liberā uobis & nobi
lē urbē tradidi, sed accepistis eā ab eo, qui tū dominus & pater meus no-
minabat: Philippū ita indicās. Pòst sagitta ictus cùm grauiter doleret, Id
quidem, dicebat amicis, quod de uulnere effluit, sanguis est, non ichor B
18 *Qualem felices stillant de corpore diui.*
Magno aliquando tonitru audito, omnibusq; consternatis, Anaxarchus
sophista qui tum fortè aderat, Cur, inquit, nō tu quoq; tale quid exhibes,
fili Iouis? ad hoc ridens Alexāder respondit: Quia nolo amicis esse terro-
ri, id quod tu me iubes, cœnam meam exagitans, quod non satraparū ca-
pita, sed pisces mensis impositos uides. Quippe memoriæ proditū est, id
aliquando dixisse Anaxarchū, cùm Hephæstioni pisciculos rex misisset:
ueluti contemnentem & irridentem eos qui magnis laborib. & periculis
res uiles consectantur, cùm aut parum, aut nihilo plus uoluptatis q̄ alij
percipiant. Enimuerò ex ijs quæ recensui liquet, Alexandrum opinione
diuinitatis nihil affectum, neq; superbiorem factum, reliquos tantùm ea
Ludi ab eo editi. subiugasse. In Phœnicē ex Aegypto reuersus, sacrificia dijs pompasq; in-
stituit, & chorum cyclicum, scenicosq; ludos, non apparatu modò, sed &
certaminib. splendidos. Præbebant enim sumptus Cypriorū reges, sicuti
Athenis ij qui de tribubus sorte ad id ducti sunt: fuitq; inter eos mirifica
contentio, Nicocreontem pręsertim Salaminium, & Pasicratem Solen-
sem: his enim sorte obtigerat, ut nobilissimos histriones instruerēt, Athe- C
nodorum hic, ille Thessalum. Cui quidem cùm ipse quoq; Alexander cu
peret, non antè tamen studiū suum ostendit, quàm Athenodorus uictor
est pronunciatus: tum discedens (ut aiunt) laudare quidem se iudices di-
xit, partem tamē regni sui libenter dimissurum fuisse, ne Thessalū uictum
uidisset. Cùm uerò Athenodorus ab Atheniensib. mulctatus, quòd Bac-
chanalibus non interfuisset, pro se literas à rege peteret, non impetrauit:
mulctam tamē à se rex misit. Lycone Scarphensi cum laude in theatro a-
gente, uersumq; Comœdiæ inserente, qui decem talentorū petitionem
Darij postulata. continebat: ridens, ei dedit. Darius porrò missis literis & amicis ab Ale-
xandro petijt, ut acceptis pro redemptione captiuorum decem millibus
talentûm, Asia cis Euphratem uniuersa occupata, atq; altera filiarum ma-
trimonio copulata, fœdus secū societatemq; coiret. Ea re cum amicis cō-
municata Alexander, Parmenioni conditiones acceptururm se, si Alexan
der esset, dicēti, Acciperem (inquit) & ego, si Parmenio essem. Dario au-
tem scripsit, eum si ad se ueniret, summam humanitatem experturum: si
non ueniret, se iam ad ipsum proficisci. Mox uerò pœnituit facti, cùm
Darij uxor in partu perijsset: neque dissimulauit dolorem, quem ex
neglecta

A neglecta ostentandæ clementiæ haud ulli occasione cepisset. Interim cubicularius quidam Eunuchus, ex his unus, qui cum reginis capti fuerant, Tireos nomine, ex castris aufugit, equoque ad Dariū uectus, mortē ei uxoris nunciauit. Qui cùm caput feriret, fortunamque Persarū deploraret, quæ non captiuam modò duci reginam, sed & mortuam regij funeris expertem iacere permisisset: interpellans eum Tireos, Quod ad sepulturam (ait) decusque eius & honores attineat, ô rex, nihil est quòd fortunam Persarum culpes. Neque enim Statiræ (id reginæ nomen fuerat) uiuenti, neque matri liberisque tuis quicquam eorum bonorum honorumque quibus antè fruebantur, defuit hactenus, nisi quòd tuo aspectu carendū est, quem eis reddat potens Deus Oromasdes. Tantum uerò abfuit ut illa sepulturę ullo honore caruerit, ut lacrymis etiā hostium sit decorata. Ita enim clemens est uictor Alexander, ut acer bellator. Hæc audientem Dariū perturbatio animi in sinistras adduxit suspiciones: & eunuchū in penetrale tētorij recipiēs, ita allocutus est: Nisi tu quoque Persarū fortunā imitatus ad Macedonas animo inclinas, si dominus tibi adhuc est Darius, dic mihi lumen Mithrę magnū & regis dexteram reueritus, núm nam ego minima Statiræ infortunia deploro, eaque uiuente passi sumus grauiora? nunquid honestiùs miseri fuissemus, si in crudelem incidissemus & inhumanum hostem? quî enim castum sit iuueni cum hostis coniuge commercium, ad tātos usque honores procedens? Nondū finiuerat, cùm Tireos ad pedes eius se proijciens obtestatus est, saniora loqueretur, néue iniuria Alexandrum, sororem, eandemque uxorem uita defunctā contumelia afficere, neque se ipsum maximo aduersæ fortunæ huius solatio spoliare uellet: et enim cogitaret potiùs, se ab hoste humana conditione præstantiori uictum esse, & Alexandrum plus temperantiæ captiuis mulieribus, quàm Persis fortitudinis ostendisse. Simul & horrendis se sacramentis obstringebat, deque reliqua Alexandri continentia animique magnitudine orationem instituebat. Darius autem ad amicos egressus, manus ad cœlum tendens, ita precatus est. Dij natales atque regij, id primùm uos precor, quam mihi Persarum fortunam dedistis, eam restitutam ego uti posteris relinquam: uti uictor Alexandro rependam, quæ in mei calamitate icti charissimos contulit beneficia. Sin fatale adest tempus, itaque uisum est Nemesi, & rerum uicissitudini, uti Persicum regnum cesset: at nemo hominum præter unum Alexandrum in Cyri sedeat solio. Hæc ita acta dictaque fuisse plerique scriptorum tradunt. Alexander, cum quantùm cis Euphraten est Asiæ, omne in suam potestatē subegisset, aduersus Darium contendit cum mille hominum millibus descendentem. Hic de re ridicula ad Alexandrum ab amicis refertur. Ministros in duas partes se diuisisse, utrique ducem fuisse, quorum ij alterum Alexandrum, alterum Darium nominauerint. incepisse primùm glebas contra sese iaculari inuicem, mox ad pugnos, inde accensa contentione ad lapides quoque & fustes à multis pertinaciter peruentū. Hæc ut audiuit, iussit ipsos duces singulari prœlio decernere, Alexandrūque ipse, Dariū Philotas armauit: duellū exercitus spectauit, in omen futuri eam rem trahens. Dimicatum est acriter, Alexanderque ille uictor duodecim pagos, & amictū Persicū premij loco accepit autor Eratosthenes. Magna uerò illa Alexandri & Darij pugna non ad Arbela (quod plerique scribunt) sed apud Gaugamela facta est. Gaugamela sermone Persarū cameli domū significat, uti aiunt: quòd rex quidam priscis temporib. ex hostib. camelo cursoria seruatus, eam ibi collocauerit, pagosque & reditus certos ad curā eius destinauerit,

Cum Tireo colloquiū.

Votum.

Luna tum defecit mense Boedromione, quo tẽpore Mysteria agi Athe- A
nis incipiunt. Vndecima post id deliquium nocte cùm iam in conspectu
mutuo essent exercitus, Darius prælucentib. facibus ordines inspectans
in armis suos continuit. Alexander Macedonib. quiescentibus, cum Ari-
17 standro uate ante tentoriũ sacris quibusdã arcanis operatus est, & Apol-
lini hostiam mactauit. Amicorum uerò grandiores natu, & præcipuè Par
menio, cùm quidquid campi interiacet Niphatem & mõtes Gordyeno-
rum, barbaricis fulgere ignib. cernerẽt, sonusq́ incertus, uocesq́ cõfusę,
& trepidatio ab hostium castris tanq̃ uasto mari exaudiretur, multitudi-
nem mirati, atq; inter se collocuti quantę molis esset futurũ aperto Marte
cum tantis hostium copijs cõcurrere, regem à sacris reuersum adiuerunt,
eiq́ autores fuerunt, ut noctu hostes adoriretur: & quod in pugna maxi-
mum suis oblaturũ esset terrorem, tenebris absconderet. Ad hæc uulga-
Alexandri magnanimitas. tum illud Alexander cùm respondisset, Non soleo furari uictoriam: qui-
busdam uisus est iuuenili dicto futiliter in tanto periculo lusisse: quidam
& rectè in præsentia animo constitisse eum, & de futuro uerã fecisse con-
iecturam senserunt, qui Dario nollet occasionem relinquere ut is iterum B
uictus, bellũ denuò repararet, nocti & tenebris hanc cladem, ut priorem
montibus, angustijs, mariq́ imputans. non enim armorũ aut militum pe-
nuria Darium, tantę ditionis totiq́ terrarum dominũ, à bello destiturum,
sed ubi aperto prœlio & ui superatus inferiorẽ se agnoscẽs spiritus spesq́
suas posuisset. Digresis amicis cùm se in tentorio quieti dedisset, præter
morẽ suũ fertur reliquũ noctis alto somno exegisse: ita quidem ut mirati
sint duces cùm sub aurorã accessissent, atq; ipsi à se primum militib. pran-
dendi mandatum dederint. Deinde reb. ita postulantib. Parmenionẽ in-
gressum lecto adstitisse, ac bis tèrue nominatim eum uocasse, expergefa-
ctumq́ interrogasse, quidnam ei accidisset, ut quasi uictoria parta, non
grauissimo instãte certamine, ita dormiret. Tum Alexandrum misto risu
dixisse, Non tibi ergo iam uictoriã adepti uidemur, errorib. & insecutio-
Pugna ad Gangamela superatur Darius. ne pugnam subterfugientis Darij per uastam & populationib. proditam
regionem liberati? Neq; ante pugnam tantùm, sed in ipso etiam cõflictu
magnam suam prudentiã confidentiamq́ ostendit. Apud læuum cornu,
cui Parmenio præerat, nõnihil erat trepidationis, cùm equites Bactriani
magno impetu in Macedones impresionem facerent, Mazæus autem C
extra phalangem circummissos equites impedimentorũ custodes inua-
dere iussisset: itaq; utrinq; turbatus Parmenion Alexandro per nuncios
indicauit, actũ esse de castris & impedimentis, nisi celeriter à fronte auxi-
liũ posteriorib. submitteretur. Fortè tum suis conflictus signũ Alexander
dabat, auditoq́ Parmenionis nuncio, Sanis consilijs excidisse eum dixit,
oblitumq́ inter tumultũ, q uictores hostium quoq; bonis sint potituri: ui
ctis non de facultatibus aut mancipijs, sed morte honestè fortiterq́ pu-
gnando obeunda cogitandum fore. Hæc Parmenioni renunciari iussit,
ipse galeam imposuit capiti: cætera enim arma in tentorio induerat, tuni-
cam superiorem cinctam, Siculi operis, super hac thoracem lineum bili-
cem, ex spolijs Issicis: galea ferrea erat, argenti puri instar coruscans, opus
Theophili: ei consertum erat monile, ferreum & ipsum, gemmisq́ bacca
tum. Ensem mira tinctura ac leuitate ex dono regis Citieorum gestabat,
18 solitus in pugna plerunq; rem gladio gerere. Sagum etiam q̃ cæteræ ar-
maturæ conueniret preciosius (fecerat antiquus Helicon, donauerat eo
Alexandrũ Rhodiorũ ciuitas) erat. gestabat aũt id quoq; ad pugnã. Dum
ordines instruens, milites adhortans, docens, inspiciensue obequitaret,
alio

A alio utebatur equo Alexander, Bucephalo parcens, iam grauiori ætate: ad pugnam accedenti is adducebat, eoq; cōscenso statim prœliū inibat. Tunc autem Thessalos multis cohortatus, reliquosq; Græcos, cùm bono esse animo iussissent, sublatoq; clamore duci se aduersus barbaros peterent, conto in læuam manum translato, dextram intendens Deos (ut est à Callisthene scriptum) precatus est, uti si uerè genus sibi ab Ioue esset, Græcos ulcisci ac roborare sibi darent. Vates autem Aristander albam indutus chlamydem, auream q; gestās coronam iuxtà equitabat, aquilam supra caput Alexandri in aere se librantem, uolatuq; suo eum rectà in hostes dirigentem ostentans: quod uisum multos audacia impleuit, mutuoq; se cohortati, cum equites admissis equis in hostem impetum facerent, fluctuare etiā phalanx cepit. Barbari, antequàm primi manum conseruissent, gradum retulerunt, summoq; conatu Alexander uictos urgens in medium compellebat, ubi Darius erat. Procul enim hunc conspexerat per primam aciem in medio regiæ turmæ, magnum uirum, pulcrumq; in curru sublimi, quem multi splendidiq; equites egregiè cō-
B posito agmine stipabant, parati ad excipiendum hostem. Sed in propinquo uisus Alexander, fugientesq; in stantium adhuc ordines impellens, tantū incussit terroris, ut pleriq; diffugerint: optimi & nobilissimi dum pro rege propugnant occisi, atq; in sese corruentes, insecutionē remorati sunt, calcitrantes cùm ipsi, tum equi, & hostiū equos impedientes. Darius aūt, cùm undiq; obiectum oculis exitiū uideret, ac copiæ quas ante se obiecerat retrò ad ipsum ruerent, quòd circumacto curru effugere nō dabatur, & rotis cadauerū cumulis detentis, & equis inter mortuorum aceruos modò decidentib. & occultatis, modò exilientib. aurigamq; perturbantibus, armis curruq; omisso equā (ut ferunt) quę nuper pepererat conscendit, & fugæ se cōmisit. Non fuisse euasurū existimant, nisi denuò missi à Parmenione equites in istam partem auocassent Alexandrū, magnas adhuc ibi hostiū copias consistere, neq; dum de uictoria cōcedere nunciantes. Atq; omnino segnē fuisse eo in prœlio Parmenionē & instrenuum asserunt: siue languescente iam ob senectutē audacia, siue magnitudini potentiæ Alexandri infensum atq; inuidentē, quod Callisthenes tradit. Rex auocari se dolens, causam apud milites dissimulauit, ac tanq; *Parmenionis culpa.*
C finem cædendi faceret uespera ingruente, receptui canere iussit: conuersus aūt cum suis aduersus eam partē, quam laborare acceperat, in uia audiuit uictos protinus hostes fugā facere. Hunc finē ea pugna habuit, regnumq; Persarū sublatū credebāt: & Alexander rex Asiæ salutatus, magnificè Dijs sacrificauit: amicis quoq; opes, domos, & principatus largitus est, ad Græcos etiā gloriosè scripsit, oēs se aboliturū tyrānidas, ac libertatē omnib. restituturū. Priuatim aūt Platęensib. pollicitus est, se urbē eorū instauraturū, quòd maiores ipsorū agrū suū Græcis tradidissent, ut in eo pro libertate pugnare possent. Partē etiam spoliorū Crotoniatis in Italiā misit, uirtutē studiūq; Phaylli athletę honorans, qui bello Medico, cùm reliqui Itali de reb. Græcorū desperassent, priuata naui ad Salaminā uenerat, uti pugnā adiuuaret. Adeò benignus omni uirtuti, obseruatorq; & amator honestorū facinorū erat. Porrò Babyloniā peragrās, quæ statim se ei dediderat, Ecbatanis non sine admiratione inspexit hiatū ignis, continenter tanq; de fonte sese efferentis: stagnumq; copiosæ naphthæ haud procul eo hiatu. Naphtha bitumini similis est, ita igni obnoxia, ut priusquam flammam contingat, ab ipso sæpe splendore qui circa lumen accensum fulget ignem concipiat, mediumq; aerem inflammet. *Alexandri uictoris liberalitas.* *De naphtha.*

Eius

Eius uim & naturam barbari ut demonstrarenr, angiportum quod ad A
regis diuersorium ducit, paucis modò naphthæ guttis irrorauerunt: inde
in extremo stãtes faces imbutis naphtha particulis admouerũt, (iam nox
oborta erat) ac subitò, & momẽto temporis ita omnia flamma corripuit,
ut totus angiportus in alteram usq; partem ignis continuus esse uideret.
Erat quidam Athenophanes, patria Atheniensis, unus de ijs qui ungere
& lauare Alexandrũ solebant, animumq; eius ad hilaritatem à curis auo-
care. Is tum in balneo cùm fortè puer adspectus lepidi, & canens scitè, no
mine Stephanus Alexandro adstaret, Visne, inquit, rex medicamenti
istius periculum in Stephano hoc faciamus? Si enim hunc quoq; tangar,
neq; corpore eius restinguatur, uehementissimam omnino uim eius esse
fatebor: neq; illibenter ipse etiam puer eos periclitari in se id passus est.
Simul uerò naphtha inunctus est, & ignis admotus, rãtum flammarũ illi-
cò edidit corpus, totumq; igne correptum est, ut Alexander ad summum
solicitudinis metusq; peruenerit. Quòd nisi commodũ adfuissent multi
uasa aquæ plena lauacri causa manu tenentes, nullum profectò auxilium
depascẽtem ignem inhibuisset: sic quoq; uix corpus pueri totum ardens B
extinctum est, maleq; is posteà habuit. Itaq; nõ absurdè quidam fabulam
ueritati asserũt, id dicentes ueneñũ Medeæ fuisse, quo coronã & peplum
(de quibus in tragœdijs multus sermo) inunxerit: neq; enim ex his ipsis,
neq; ultrò emicuisse ignem, sed flammam appositam ab his tanta celerita
te, ut omnem sensum falleret, correptam propagatamq; fuisse. Ignis enim
radios & fluxus cùm in reliqua corpora incidant, lumen tantùm ijs & ca-
lorem afferre: ast ubi sicci spiritus, humorq; pinguis & igni alendo suffi-
ciens inest, ea tum collecta, ignisq; auida, celerem materiæ mutationem
19 adferunt. Iam quomodo generetur naphtha, in quęstionem uenit, utrum
humor is quasi ignis alimentum effluat ex terra, cuius natura pinguis est,
ignisq; ferax. Est enim admodum feruida Babylonia, ita ut hordei grana
humi proiecta sæpe subsultenr, & moueãtur, quòd ea loca quasi pulsum
quendam præ caloris uehementia obtinenr: & incolæ æstus tempore su-
per utrib. aquæ plenis dormiunt. Et Harpalus gubernator eius regionis
relictus, cùm elegantiæ studens Græcis plantis regias & ambulationes
exornare laboraret, solam hederam serere nõ potuit, quin eam perpetuo
tellus perderet ob diuersitatem remperamenti: ipsi enim ignea est natu- C
ra, hederæ frigida amant loca. Huiusmodi autem digressiones, siquidem
modus eis adsit, minus fortassis à morosis repræhenduntur. Alexander
Susis occupatis, in regia inuenit nomismatis talenta quadragies mille, re-
liquas diuitias apparatumq; ineffabilem: cùm quidem inuenta ibi perhi-
beantur Hermionicæ purpuræ quinq; millia talentûm, quæ ante annos
CXC reposita, recentem adhuc colorem retinuisset. Cuius rei causa hæc
affertur, quòd purpureorum tinctura melle, candidorum oleo albo con-
ficiatur, quæ cùm eodem tempore durent, purum rutilumq; splendorem
conseruant. Dinon asserit aquam etiam à Nilo & Istro aduectam cùm a-
lijs solitos reges in thesauro reponere, ut ea re testẽnt magnitudinem sui
imperij omnia cõplectentis. Cùm uerò Persis difficulter adiri ob asprera
posit, & tum quoq; à nobilissimis custodiretur, Dario fuga elapso, cir-
cuitionis cuiusdam haud prolixæ ductor Alexandro obtigit homo dua-
rum linguarum usu præditus, patre Lycio, matre Persica natus: & ferunt
puero etiamnum Alexandro prædixisse Pythiam, fore ut ei dux Persicæ
profectionis ex Lycia oriundus contingeret. Ibi multam hostium capto-
rum cædem factam tradũt: ipseq; scribit se ita mandasse, quòd usus facto
uideretur

Susis captæ opes.

A uideretur esse. Tantum quantū Susis repertū pecuniæ ibi narrant, & reliquas opes decem millibus bigis mulorum, & quinquies mille camelis exportatas esse. Xerxis autem statuam magnam cum uideret a multitudine certatim ad regiam contendente deiectam, substitit, ac ueluti audientem compellans, Vtrum te, inquit, ob bellum Græciæ illatum iacentem relinquo? an propter magnanimitatem tuam uirtutesq; cæteras erigo? tandem, cùm diu tacitus secum meditatus esset, præterijt. Cæterùm ibi reficiendorum militum causa, cùm iam hyems appetijsset, quatuor menses substitit. Memoriæ proditum est, cùm primùm sub aureo cœlo in regio solio consedisset, Demaratum Corinthium amicum eius paternum seniliter illacrymasse ac dixisse, Quàm magna uoluptate priuati sunt Græci, qui mortem obierunt antè quàm Alexandrum in Darij solio sedentem conspexissent. Iam profecturus ad insequendum Darium in compotatione ebriosa & lasciua amicis se sociū præbuit, in quam etiam scorta ad amatores suos comessatum uenerunt. Quorum nobilissima Thais, genere Attica, Ptolemæi eius, qui deinde rex fuit, meretrix, partim scitè laudans Alexandrum, partim iocis alludens, per ebrietatem in ea prolapsa est uerba, quæ patriæ ipsius moribus consentanea, grauiora tamen quàm pro conditione mulierculæ fuerunt. Dicebat enim, de eorum laborum, quos Asiam peruagando exhausisset, præmium isto die recipere, cùm superbæ Persarum regiæ insultaret. maluisse tamen per comessationem Xerxis qui Athenas combussisset, domum inspiciente rege suapte manu incendere: uti inter homines sermo is diuulgaretur, grauiores à Persis pœnas de uiolata Græcia exegisse mulierculas, quæ Alexandri castra essent comitatæ, quàm isti terra mariq; imperatores sumpsissent. Plausu ad hunc sermonē, tumultuq;, & secūda acclamatione amicorum exorta, Alexander etiam in eandem sententiā pertractus, exiluit, coronatusq; & facē gestans cæteros duxit: amici cum clamore, qualis bacchantium esse adsolet, regiam circumdederunt, ijsq; se Macedones, quotquot exaudiuissent, addiderunt, ipsi quoq; facibus correptis. nam regiam cremare eius esse sperabant, quia ad reditum in patriam animum adiunxisset, neq; inter barbaros commorari decreuisset. Hæc quidam hoc pacto, alij autem iniussu Alexandri acta scribunt: de eo cōstat,

Xerxis statua.

B *Thaidis facinus.*

C statim eum eius facti pœnituisse, ignemq; restingui iussisse. Cùm autem esset natura liberalissimus, auxit eam uirtutem splendidior fortuna, aderatq; in dando alacritas, quæ sola uerè grata efficit munera. Eius rei pauca quædam, sed optima referam exempla. Dux Pæonum cùm hostem occidisset, caputq; ei ostendisset, Hoc, inquit, ô rex donum apud nos poculo aureo compensatur: ad hoc ridens Alexander, Nimirum, ait, uacuo: Ego autem tibi plenum mero præbibo. Quidam de uulgo Macedonum mulum regia pecunia onustum agebat, onusq; in sese, iumento defesso, recipiebat: quo eum cùm urgeri admodum uideret rex, & quid rei esset cognouisset, depositurum onus prohibuit, perdurare, & reliquum uiæ usq; ad proprium tabernaculum perferre iubens. Molestius autem omnino ei erat non posci quàm dare. Phocioni scripsit, nō usurum se porrò eius amicitia, si dona pergeret repudiare. Serapioni cuidam ex collusoribus pilæ iuueni nihil dederat, quòd is nihil petijsset. Cùm itaque Alexander ad ludum uenisset, & Serapion soli ei pilam non obiecisset, ac rex percontaretur, cur non ipsi quoq; daret: Quia non petis, respondit. hunc itaque arridens splendido munere affecit. Proteus quidam facetus lepidusq; homo in regis indignationem incidisse uidebatur: deprecan-

Liberalitas Alexandri.

tibus amicis, ipsoq́; lacrymante, cùm rex placatum se homini diceret, Firma ergo (inquit Proteus) aliquo pignore eius rei fidem: quinque ei talenta dari iussit Alexander. Quantas uerò amicis & satellitibus diuitias elargitus sit, Olympiadis ad eum scripta epistola demonstrat. Alia (inquit) ratione amicis tuis bene fac, eosq́; in honore habe: nunc quidem omnes regis æquales facis, multosq́; illis amicos, tibi solitudinem paras. Huiusmodi sæpenumerò ab Olympiade scripta cum nemine communicauit: semel tantùm Hephæstionem apertas literas unà pro more legentem nō uetuit, annulo tamen suo os eius obsignauit. Mazæi, qui apud Darium summo fuerat loco, filio satrapiam obtinenti, aliam superaddidit: quam ille recusans, Antè, inquit, ô rex, unicus fuit Darius, tu nunc multos effecisti Alexandros. Parmenionem domo Bagoæ donauit, in qua dicuntur Susianarum uestium mille talenta inuenta. Antipatrum scripta epistola monuit, uti sibi corporis stipatores pararet, intendi enim ei insidias. Multa ad matrem munera misit, curiosè in suas res inquirere, inq́; administrationem negociorum ingerere se eam non est passus, reprehendentis morositatem æquo animo tulit. Semel cùm Antipater longas contra ipsam B scripsisset literas, lectis ijs, Ignoras, ei dixit, infinitas epistolas unica matris lacryma obliterari. Cùm suos planè luxui deditos cerneret, intolerabiliq́; luxuria & impendijs immensis uti (etenim Agno Teius aureos in crepidis clauos gestabat: Leonnatus multis camelis puluerem in gymnasia ex Aegypto aduehi curabat: Philotę ad uenationes aulęa per centum stadia extendebantur: odorato unguento delibuti ibant ad lauacrum & unctionem plures quàm oleo: circumducebantur fricatores & qui dormitum euntibus somnum allicerent) hæc igitur cùm animaduerteret, placidè suos & philosophicè reprehendit. Mirari se aiebat, quòd tot tantisq́; certaminibus superatis, non meminissent suauius dormire eos qui alios defatigassent, quàm qui defatigati essent: neque ex comparatione suæ cum Persica uitæ ratione perspicerent, nihil magis seruile quàm luxuriam, nihil magis regium esse, quàm laborare. Et uerò (dicebat) quomodo is equum suum ipse curet, hastam galeámue poliat, qui desueuerit suis suum ipsius charissimū corpus manibus attrectare? An nescitis eum uictoriæ finem nobis propositum esse, ne idem quod uicti agamus? Eam ob rem magis etiam quàm antè laboribus & pericu- C lis militiæ ac uenationis seipsum exercuit: adeò ut Laco quidam legatus cùm ei adesset magnum leonem deijcienti, dixerit, Præclarè equidem ô Alexander cum leone hoc de regno decertasses. Venationis eius simulacrum Craterus Delphis dedicauit, æneas leonis, canum, ipsiusq́; regis cum leone congressi, & sui ad opem ferendam adcurrētis effigies, partim Lysippi, partim Leocharidis opera, ponens. Enimuerò dum Alexander exercendo, aliosq́; ad uirtutem stimulando nihil periculi subterfugeret, amici eius propter opes iam & fastum luxuriæ studiosi, errores eius, & expeditiones grauiter tulerunt, sensimq́; ad obtrectandum ei delapsi sunt. Placidissimè initiò id ei latum, quòd diceret, Regium est malè audire, cùm bene feceris. Sanè minima quoque eius in familiares officia, magnæ fuerunt beneuolentiæ, uenerationisq́; indicia: quorum pauca quædam apponam. Cùm Peucestam per literas obiurgaret, quòd is ab urso morsus ea de re ad alios, ad se unū nihil perscripsisset: Vel nūc, inquit, mihi scribe uti ualeas, & an aliqui sociorum in uenatione te destituerint, ut ij pœnas dent. Hephæstionem ob negocia quædam absentem per epistolam certiorem reddidit, in ludicro aduersus ichneumonem

Suorum luxum carpit.

In amicos studium eius.

nem

A nem certamine Perdiccę hasta casu sauciata Crateri femora fuisse. Peuce
sta ex quodā morbo sanitati restituto, Alexippo medico gratias scripto
egit. Cratero ægrotante, cùm insomnium uidisset, sacra pro eius salute fe
cit, ipsumq́ue etiam facere iussit: & Pausaniæ medico, qui ei ueratrum ex-
hibiturus erat, scribens partim solicitudinem suam indicauit, partim de
eo medicamento propinando instruxit. Ephialtem & Cissum, qui primi
de Harpali fuga & defectione indicium attulerunt, tanquam falsò eum
deferentes in uincula condidit. Infirmos eo & senes in patriam remissu-
ro, Eurylochus Aegeus se quoque inter ægrotos adscripserat: depræhen
sus deinde nihil habere morbi, confessus est se amore Telesippę teneri,
eamq́ue discedentem mari cupere sequi. Alexander cuius conditionis ea
esset mulier sciscitatus, ut de liberis meretricib. unam esse intellexit, Me
quoque, inquit, Euryloche amoris socium habes: da autem operam ut eā
uel uerbis uel muneribus persuadeamus uti maneat, quandoquidem li-
bera est. Miretur autem aliquis eum amicis etiam usque ad talium epi-
stolarum scriptionem uacasse, quales fuerunt, qua puerum Seleuci, qui
B in Ciliciam aufugerat, inquiri iussit: qua Peucestam laudat, quòd Nico-
nem Crateri seruum compræhendisset: qua Megabyzo mandat de seruo
qui in templo consederat, ut eum, si posset, euocatum ex templo capiat:
in templo manum ei non afferat. Ferunt eum etiam cùm primùm de cau
sis capitalibus cognosceret, actore dicente manum alteri aurium appo-
suisse, ut eam reo calumniarum expertem reseruaret. Verùm posteà tem
poris exasperarunt eum crebræ calumniæ, à ueris exordijs fidē etiā men
daciorum nactæ: ac præcipuè conuicijs de se auditis mentis impos fie-
bat, durumq́ue se & inexorabilem præbebat. quippe gloriam uita & re-
gno antiquiorem habens. Postquam rursus castra aduersus Darium
mouit, tertio prœlio cum eo decertaturus, captum eum esse à Besso au- *Darium ut insecutus sit.*
diuit in uia. proinde dimissis domum Thessalis, præter stipendia talen-
torum duo millia dono dedit. In persequendo autem Dario ob itineris
difficultatem & longitudinem (etenim undecim dierum spacio ter mil-
le ac CCC stadia perequitauit) plerique animos desponderunt, præcipuè
ob aquæ penuriam. Ibi Macedones ei quidam occurrerunt, aqua reple-
tos utres à flumine mulis uehentes. Qui cùm Alexandrum uiderent ma
C lè ob sitim habentem (iam enim meridies erat) celeriter impletam aqua
galeam ad eum attulerunt: quærenti quibus aquam adueherent, filijs su-
is responderunt, sed se incolumi rege etiam ijs amissis alios posse gene-
rare. His auditis Alexander cùm galeam in manus accepisset, oculisq́ue
circumlatis equites suos omnes capita inclinasse, & ad potum respicere
uidisset, non bibit, sed aquam ijs qui dederant collaudatis reddidit. Nam
si solus (dicebat) ego bibero, languebunt horum animi. Equites autem
continentiam & magnanimitatem regis cernentes, bono eum animo
esse, & se ducere iusserunt, simúlque flagris equos incitarunt: neque
defatigari se, neque omnino homines se esse arbitrari dicentes, quandiu
hunc haberent regem. Omnium quidem erat idem studium: sexaginta
tantùm unà cum rege in castra hostium irruperunt. Ibi multum argenti
aurique proiectum prætereuntes, multos quoque currus liberis & mu-
lieribus onustos & absque aurigis uagantes, primos insecuti sunt, inter
eos Darium esse sperantes. Vix tandem inuentus est Darius in curru ia-
cens, plurimis confixus iaculis, ac iam moribundus: petijt tamen po-
tum, & cùm bibisset aquam frigidam, ad Polystratum (is ei aquam præ-

 buerat)

buerat) ita est locutus. Hoc mihi omnium calamitatum extremum A obtigit, ut pro beneficio gratiam referre non possim: sed Alexander tibi beneficium compensabit, Alexandro Dij humanitatem quam matri uxori liberisq; meis exhibuit: cui hanc ego meam dextram te nuncio porrigo. Hæc fatus, manu Polystrati comprehensa, expirauit. Alexander ut superuenit, dolorem eo ex casu acceptum haud clàm tulit, suamq; ipsius chlamydem exuit, & cadauer Darij ea inuoluit. Bessum quidem posteà repertum in diuersas partes discerpsit, hoc modo. arbores duas rectas ita incuruauit, uti earum fastigia unà essent, utriq; alteram corporis partem alligauit: liberatæ tum arbores, cùm magna uiolẽtia sese erigerent, suam utraq; partem discerpto corpore secum rapuit. In præsentia uerò Darij corpus regio cultu ornatum matri eius remisit, Exathrem Darij fratrem in amicorum numerum recepit. Inde cum robore exercitus in Hyrcaniam descendit: uidensq; ibi sinum maris magnum, ac Pontó non minorem, reliquo tamen mari dulciorem, cùm nihil super eo certi cognoscere interrogando, maximè hanc secutus est coniecturam, esse Mæotidis paludis eruptionem. Quanquam rei ueritas naturæ peritos non latuit, B qui multis ante expeditionem Alexandri annis retulerunt, de quatuor sinubus qui ab Oceano in terram sunt immissi, eum esse Septentrionibus proximum, qui Caspium & Hyrcanum mare nominatur. Hic barbari quidam Bucephalum equum Alexandri, ductores eius subitò adorti, rapuerunt. Haud mediocriter id tulit, minatusq; est se, nisi equum reddidissent, omnes cum uxoribus & liberis interfecturum: adducentibus equum & urbes tradentibus humanum se præbuit, ijsq; à quibus captus fuerat Bucephalus, redemptionis nomine munera dedit. Inde trãslatis in Parthiam castris ociosus, primùm barbaricum amictum induit: siue ut se eius regionis moribus accommodaret; quòd plurimum facere ad subiugandos homines eorum consuetudinis adsimulationem sciret: siue ut ea re Macedonum animos exploraret, quo pacto ij eum adorari se uolentem toleraturi essent, eosq; paulatim ad ferendam ipsius à patrijs institutis digreßionem & mutationem adsuefaceret. Medicum habitum non planè adsciuit, barbaricum nimis & à communi usu alienum, neque anaxyridas, neque candyn, neque tiaram sumpsit: sed medium inter Persicam ac Medicam consuetudinem quiddam commixtis commodè u- C trisque tenuit, quod & minùs quàm illa superbum & hac augustius esset. Vsus autem eo habitu primùm est, si cùm barbaris, domi ue cum amicis colloqueretur: posteà uulgo etiam sic incedens ac responsa dans uidebatur. Erat quidem id spectaculum Macedonibus molestum: reliquas tamen eius uirtutes admirantes, existimabant nonnihil etiã quod ad splendorem & uoluptatem faceret concedendum ei, qui præter cætera facinora nuper admodum sagitta crus ita læsus, ut radij os fractum excideret, rursumq; ictus saxo collum, ita ut caligo oculis oborta aliquandiu duraret, tamen seipsum periculis obijciendi finem nullum faciebat: quinetiam alui profluuio uexatus, Orexarten tamen fluuium (quem ipse Tanain esse iudicabat) traiecerat, Scythasq; fugatos usq; ad centum stadia insecutus erat. Hic ad eum uenisse Amazonem illam multi autores narrant, quorum de numero sunt Clitarchus, Polycritus, Onesicritus, Antigenes, Ister. Aristobulus contrà, Chares quadruplator, Ptolemæus, Anticlides, Philo Thebanus, Philippus delator, Hecatæus etiam Eretriensis, Philippus Chalcidensis, ac Duris Samius, confictam esse eam rem af-

firmant:

Beßi supplicium.

De mari Hyrcano.

Barbaricã uestem Alexander fumit.

A firmant: quib. uidetur adstipulari ipse Alexander, qui ad Antipatrum de omnib. accuratè scribens, à Scytha quidem sibi filię matrimoniũ oblatũ refert, Amazonis non meminit. Ferturq; longo pòst tẽpore Onesicrito Lysimachus rex quartũ librũ recitãti, in quo narratio de Amazone comprehendebatur, leniter subridẽs dixisse, Vbi nam uerò ipse interim fui? Sed hæc neque pro fictis habita diminuunt, neque credita augent Alexandri admirationem. Metuens autem Alexander ne Macedones ad id quod reliquum erat expeditionum animos despondere nt, relicta ibi cætera multitudine, flore exercitus secum accepto (uiginti peditum, tria equitum millia erant) in Hyrcania sic allocutus est, Nunc quidem in somnis etiam ipsos barbaris obuersari: quòd si turbatis tantùm rebus Asię discederent, fore ut tanquam mulieres ij ipsos iterum inuaderent. Qui tamen uellent, eos discedere iussit: testatusq; esse, cùm Macedonibus orbem terrarum subiecisset, cum amicis & uoluntarijs militibus destitutum fuisse. Hęc ijsdem propè uerbis sunt in epistola ad Antipatrum perscripta: idq; præterea, ad hæc ipsius uerba clamorem ab uniuersis sublatum, in quamcunq; uellet mundi partem ipsos duceret iubentium. His
B ea arte correctis, non iam difficile erat reliquam multitudinem mouere, sed ultrò sequebantur. Proinde uitæ rationem ad indigenarum consuetudinem magis etiam quàm hactenus accommodauit, eamq; commiscendo & communicando Macedonicis moribus aptauit, cùm statuisset tam procul inde profecturus beneuolentia potius quàm ui res isthic constituere. Itaque etiam triginta puerorum millia delegit, quæ literis Græcis instituerentur, interq; arma Macedonica educarentur, multis ad id magistris constitutis. Roxanen, aliquando in compotatione pulcritudine eius illectus, amare cepit: sed ea res haud inconueniens tamen eius instituto uisa est. Confisi enim sunt barbari in communione nuptiarum, ac magnopere dilexerunt Alexandrum, quòd modestissimum se gessisset, & cuius unius amori succubuisset, eam nisi ut legib. est permissum, tangere non sustinuisset. Cùm amicorum suorum summos Hephæstionem & Craterum, hunc patrium morem retinere, illum probare imitariq; mutationem uideret, hoc apud Græcos & Macedonas, illo apud barbaros usus est administro: atque omnino hunc maximo honore, il-
C lum summo amore est prosecutus: ab Hephæstione Alexandrum, à Cratero regem diligi sentiens atque pronuncians. Quæ res simultatibus horum inter se offensisq; occasionem frequentibus præbuit. Semel in India etiam ad manus surgium, & gladiorum strictionem res deuenit: amicisq; utriq; ad opem ferendam accurrentibus, equo citato aduectus Alexander, apertè conuicium Hephæstioni fecit, stolidum appellans, & insanum, si non intelligeret se adempto sibi Alexandro nullius esse precij. Craterum quoque priuatim acerbè obiurgauit, conducensq; eos in unum & in gratiam reponẽs mutuam, Ammonem & reliquos Deos obtestatus est, neminem se hominum ijs chariorem habere: si tamen iterum rixari sensisset, aut utrunq; se, aut autorem dissidij interfecturum. itaque in posterum ne per iocum quidem alter alterum dicto factóue læsisse fertur. Erat Parmenionis filius Philotas, magnę inter Macedonas existimationis ob fortitudinem, tolerantiam, liberalitatem, ac in amicos propensum animum: qua uirtute, excepto Alexãdro, parem habebat neminem: (traditum est enim, cùm familiaris quidam ab eo pecuniam peteret, & dispensator numerare iussus nõ esse sibi respondisset, dixisse eum, Quid

Roxane.

Hephæstionis & Crateri dissidium.

Philotas cur à rege necatus. ergo, nullúmne poculũ, nullam uestem habes?) fastu tamen, opibus, corporis cultu uitæq; ratione quàm priuatum hominem deceret insolentiori uti uidebatur: ac tum quoq; maiestatẽ & sublimitatem inscitè & absq; gratia barbaricis insignibus æmulatus, suspectum se, obnoxiumq; inuidiæ reddebat, ita ut Parmenio etiam aliquando ei dixerit, Deterior mihi ô fili euadis. Erat hic iam pridem apud Alexandrum delatus. Quo enim tempore Darius in Cilicia uictus, & apud Damascum bona eius capta fuerant, multis in castra adductis mancipijs, mulier inter ea quædam nomine Antigone, Pydnæa ortu, uenusta forma reperta est: eam Philotas deinde habuit. Apud eam (ut solent apud amasias iuuenes) cùm splendidè multa ac pro militari arrogantia liberiùs iactasset, pleraſq; res gestas sibi & patri suo imputauerat, Alexandrum adolescentem appellans, qui ipsorum opera regis titulo frueretur. Hæc cùm Antigone cuidã suorum familiarium, isq; alteri retulisset, ad Craterũ usq; sermo peruenit, isq; mulierem ad Alexandrum occultè perduxit. Alexander audita re, eam cum Philota consuetudinẽ habere, & quidquid tale inaudiuisset, sibi renunciare iussit. Has insidias non sentiens Philotas, extra & iactantia multos B de rege sinistros sermones apud Antigonam efferebat. Verùm Alexander tametsi grauia de Philota afferrentur crimina, tacitus tamen ea ferebat, seq; continebat, siue Parmenionis erga se beneuolentia fretus, siue gloriam eius Philotæq;, & potentiam metuens. Isto autem tum tempore

Limni insidiæ. Macedo quidam Limnus nomine, Chalastra urbe oriundus, magno conatu insidians Alexandro, Nicomachum quendam adolescentem amasium suum ad facinoris societatem ineundam hortatus est. Is repudiata petitione, rem cum fratre Balino communicat. Balinus ad Philotam accedit, seq; & fratrem ad regem, de magna & necessaria re eum compellaturos, introduci postulat. Philotas incertum qua de causa, abnuit, regem maioribus negocijs intentum causans. Bis ita à Philota repulsi sunt: itaq; insolentiam eius auersati, alium quendam accesserunt, cuius opera ad regem cùm peruenissent, primùm de Limno indicium detulerunt: deinde obiter significarunt, ut bis à Philota spreti fuissent. Vehementer hoc Alexandrum irritauit, auxitq; perturbationem, quòd Limno ab eo qui ad ipsum comprehendendum missus fuerat, cùm ui resistere pararet occiso, indicem insidiarum perijsse putabat. Grauiter exinde Philotæ infensus, C eos qui hominis antiquo odio laborabant, sibi adsciuit, iam palàm dicentes, Socordem esse regem, qui Limnum Chalastræum hominem tantum facinus nemine impellente ausum fuisse opinaretur: administrum eum, aut uerius instrumentum fuisse, facinoris maiorem autorem quærẽdum: insidiarum autem causam apud eos inuentum iri, quibus eas latere ex re fuisset. His sermonib. calumnijsq; aures rege pandente, infinitis iam Philotas criminibus onerari cepit. Itaq; captus est & in quæstionem datus, amicis regis tormentis adstantibus, Alexandro autem post aulæum extentum auscultante. cùm quidem miserabiles & humiles uoces atque deprecationes eo ad Hephæstionẽ emittente, dixisse traditur, Itáne mol-

Parmenionis interitus. lis, adeoq; effeminatus cùm esses Philota, rãtam rem aggrediebare? Occiso Philota, Parmenionem quoq; statim in Mediam missum necauit, eum uirum, qui multis in rebus gerendis affuerat Philippo: unus uerò, aut maximè omnium natu grandiorum amicorum Alexandrum ad Asiaticam expeditionem excitauerat: isq; de trib. filijs quos in castris habuit, duos mori iam antè uiderat, cum tertio ipse interfectus est. His factum est,

A est, ut amicis suis terrori iam Alexander esset, maximè Antipatro, qui & missis nuncijs occultum fœdus cum Aetolis iniјt: nam hi Alexandrum ob excidium Oeniadarum metuebant, quo is audito non Oeniadûm liberos, sed se ab Aetolis supplicium sumpturum affirmauerat. Hæc paulo pòst Cliti cædes subsecuta est. quod facinus, si quis id, omisis circumstantijs audiat, quàm Philotæ interitus potest uidere crudelius: qui causam etiam, tempusq; rei considerant, non sponte regis, sed infortunio quodam perpetratum, fatóque Cliti iram & ebrietatem Alexandri ansam præbuisse animaduertent. Res ita acta est. Venere quidam Alexandro poma Græca à mari apportantes: quorum maturitatem ac elegantiam miratus rex, Clitum accersi iussit, ostensurus ei, partemq; eorum daturus. Clitus tum fortè sacris operabatur, ijsq; relictis statim ad regem contendit, tribus ouibus, de quibus iam immolauerat, post se ferri iussis. Alexander rem perceptam cum uatibus Aristandro & Cleomanti Lacone communicauit, qui cùm dirum esse signum dicerent, statim pro Clito iussit sacrificia peragi. nam & ipse nudiustertius insomnium uide-
B rat horrendum, Clitum unà cum Parmenionis filijs sedere nigris cũ uestibus, omnesq; eos mortuos esse. Non perfecit tamen Clitus sacrificiũ, sed statim ad cœnam uenit, cùm rex Castori & Polluci litasset. Compotatione autem alacri facta, Pranichi cuiusdam, aut (ut alij nominant) Pierionis carmina recitata sunt in duces qui nuper à barbaris uicti fuissent, risus & ignominiæ causa conscripta. Senioribus indignantibus, atq; & poetam, & cantorem criminantibus, Alexandro autem & æqualib. cum uoluptate audientibus, utq; pergeret iubentibus: Clitus iam uino captus, homo natura asper & contumax, ęgrè id tulit, indignum esse inquiens, quòd inter barbaros & hostes exagitentur Macedones, qui deridentibus eos longè fuerint præstantiores, tametsi infortunium passi. Ad hæc Alexandro Clitum sibi ipsi patrocinantem infortunij nomen prætexere timiditati dicente, assurgens Clitus, Hæc quidem, inquit, timiditas te Dijs nate iam Spithridatis gladio tergum præbentem seruauit: Macedonum sanguine tu, hisq; uulneribus eò prouectus es, ut abdicato Philippo Ammonem tibi patrem adsciscas. Iritatus his Alexander, Hæccine tu, ait, scelešte identidem de nobis prædicans, & Macedones ad sedi-
C tionem solicitans, perpetuò gauisurum te putas? Imò, respondit Clitus, ne nunc quidẽ gaudeamus Alexander, hos laborũ fructus percipientes: beatosq; præ nobis eos ducimus qui mortẽ priùs obierũt, quàm Medicis cædi fascib. Macedonas, nosq; ut ad regem adire liceat à Persis impetrare cernerent. Hæc eo liberè dicente, socijsq; Alexandri contra insurgentibus, eumq; conuicijs impetentibus, seniores compescere tumultum conati sunt. Alexander aũt ad Xenodochum Cardianũ, Artemiũq; Colophoniũ conuersus, Non uidenẽ, inquit, uobis Græci inter Macedones, ueluti semidei inter belluas obuersari? Clito aũt non remittente, sed Alexandrũ dicere in medium quæ uellet iubente, aut nõ inuitare ad cœnam liberos, apertiq; oris homines, sed inter barbaros uiuere & mancipia, ad adorandũ Persicam zonam candidumq; amiculum parata: non iam amplius iræ continens Alexander, malo, quod iuxtà iacebat, correpto eum petijt percussitq;, & simul ensem quæsiuit: sed eum maturè subtraxerat unus de stipatoribus Aristophanes. Reliquis aũt retinentib. ac deprecantib. exiliẽs, Macedonico clamore regiã cohortẽ inuocauit (q̃d magni erat tumultus signũ) classicũq; canere iussit, et tubicinẽ cunctantẽ

Antipatri cum Aetolis fœdus.

Cliti cædes.

pugnis cecidit. cuius quidem magna posteà laus fuit, quòd solùs futuro in castris tumultui obstitisset. Clitum nihil de contentione minuentem, amici magnò labore cœnaculo eiecerunt. Verùm is per alias fores rursum intrauit, ferociter admodum, contemptoq; plane Alexandro, Euripidis hos de Andromacha tragœdia uersus recitans, A

20 *Quàm comparatum iniquè id est in Græcia.*

Ibi demum Alexander stipatorum cuidam erepta lancea, Clitum sibi occurrentem, abducentemq; iam ostij uelum ea trajcit: isq; cum gemitu & fremitu corruit. Statim uerò ira Alexandri cecidit, & ad sanam mentem reuersus, cùm amicos tacitos adstare uideret, hastam ex corpore interfecti Cliti rapuit: cumq; eam iugulo intentaret, à stipatoribus prohibitus est, qui manus eius continuerunt, ipsumq; ui in cubiculum pertraxerũt. Totã eam noctẽ lacrymando miserè exegit, postridie clamãdo & lugendo fessus, grauia ducẽs suspiria mutus iacuit: itaq; amici eius silentio soliciti, ui in cubiculũ intrauerunt. Horũ ille sermones nõ admisit: Aristãdro uate ipsum insomnij ostentiq; admonente, atque ut ita fieret in fatis iampridem fuisse affirmante, uisus est nonnihil moueri. Itaq; adductus est ad eum Callisthenes philosophus, Aristotelis propinquus, & Anaxarchus Abderita. Ille placido sermone ciuiliter conatus est eum à dolore abducere, uerborum ambagibus se insinuans, offensasq; declinans. At Anaxarchus peculiarem iam inde ab initio philosophandi rationem secutus, ita ut superbè fastidire communem rationem uideretur, simul atque ingressus est, exclamauit: En tibi Alexãdrum, quem uniuersus terrarum orbis suspicit: ut iacet mãcipij in morem, flens, hominumq; legem & repræhensionem timens: quibus ipse debebat iuris regula & finis esse, si quidem in hoc uicit, ut imperet, nõ ut inani opinione uictus seruiat. Nescis, aiebat, Ius & Fas adsidere Ioui, ut quidquid rex facit, id iustum fasq; sit? Hoc sermone Anaxarchus dolorem quidem Alexandri minuit, leuiorem tamen multo iniustioremq; redegit, seq; ei mirificè gratum effecit, Callisthenis consuetudini propter austeritatẽ iam antè minus iucundæ inuidia maiori conflata. Ferunt aliquando inter cœnandum orta de temperie cœli, & tempestatum uicibus disputatione, Callisthenem eorum opinionem probasse, qui Asiam Græcia frigidiorem censent, & Anaxarcho contentiosè repugnanti dixisse: Atqui necesse est te idẽ nobiscum fateri, qui cùm in Græcia palliolo hyemem sustinueris, hîc tribus tapetibus tectus iaces. Auxit hoc dictum odium aduersus ipsum Anaxarchi. Reliquis autem sophistis & adulatoribus inuisus erat Callisthenes, colebatur uerò à iunioribus propter orationem, & senioribus placebat ob modestiam grauitatemq; uitæ, quam sua cõtentus sorte tolerabat, ita ut confirmaret suæ peregrinationis causam, quam proferebat: nimirum se ut patriam instauraret, ciuesq; reduceret, ad Alexandrum abijsse. Sed cùm gloriæ ipsius inuidebatur, tum ipse quasdam calumniandi occasiones inimicis præbuit, uocatus ad cœnam plerunq; recusans: aut si uenisset, grauitate uultus & silentio indicans ea quæ agerentur sibi non probari: ita ut Alexander quoq; de eo dixerit, B C

Pœnitentia ob cædẽ Cliti.

Anaxarchus regẽ cõsolatur.

In Callisthenem odia, eiusq; interitus.

Sapientem ego odi, qui sibi ipsi non sapit.

Traditum est literis, quondam frequenti in conuiuio iussum inter pocula Macedonum laudes dicere Callisthenem, tanta facundia de proposita re disseruisse, ut assurrexerint, plausuq; dato serta in eum coniecerint. Alexandrum uerò dixisse, Rectè ab Euripide pronunciatum,

Cùm

A *Cùm differendi pulcra datur occasio,*
Non est magni laboris res, bene dicere:

quin potius ostentandæ facundiæ causa uituperaret Macedones, ut uitiorum suorum moniti, ea emendarent. Ibi eum retrectantem, quæ prius dixisset, multa liberè in Macedones locutum, Græcorumque dissidia causam fuisse incrementorum & potentiæ Philippi pronūciasse, addito carmine,

Pessimus ad summos etiam conscendit honores,
Cum res dissidijs & seditione laborant.

Eo dicto ingentia Macedonum in se odia concitasse fertur, & Alexandrum dixisse, Non facundiæ Callisthenes, sed maleuolentiæ suæ documentum Macedonibus præbuit. Hæc Stroibum Callisthenis anagnostam Aristoteli narrasse Hermippus ait: additque Callisthenem, cùm animum regis à se abalienatum sentiret, discedentem ei bis terue dixisse,

Te quoque Patroclus præstantior occidit olim.

Quare haud ab re dictum ab Aristotele uidetur, Callisthenem esse quidem
B eloquentem, sed mente carere. Adorationem autem regis summo conatu, utque philosophum decuit amolitus, solusque palàm ea locutus, quæ optimus quisque & maximus natu Macedonum occulta indignatione mussabat, magno Græcos, maiore Alexandrum dedecore liberauit: sibi uerò ipsi perniciem conciliauit, quod ui magis quàm persuadendo regem ab eo proposito detraxisse putabatur. Chares Mitylenæus Alexandrum narrat in conuiuio cùm bibisset, pateram cuidam amicorum porrexisse: eum accepisse, & ad focum adstitisse: cúmque bibisset, primùm adorasse regem, deinde osculum dedisse, atque ita assedisse. hoc omnes deinceps imitatos. Callisthenem uerò accepta patera, rege non attendente, sed cum Hephæstione colloquente, bibisse, & ad regē osculandi causa accessisse: Demetrio autem, cui Phidonis cognomentū fuit, regem monente, ne osculum ei præberet, quòd solus omnium non adorasset, ita Alexandrum ab osculo se retraxisse: Callisthenem magna uoce dixisse, Vnius itaque osculi iactura facta abeo. Hac animorum abalienatione orta, primùm Hephæstioni creditum est, Callisthenem secum pactum de adorando rege, & fefellisse fidem dicenti: deinde Lysimachi &
C Agnones eum adorti, circumire sophistam aiebant magnos ducentem spiritus, ueluti tyrannidem si demolitus esset, concursum ad eum adolescentulorum esse, ab ijs eum ueluti qui unus inter tot hominum millia liber esset, coli. Quo factum est, ut Hermolai in Alexandrum detectis insidijs, haud absimilia ueri crimina obijcere uiderentur, qui Callisthenem deferebant cuidam quærenti quãnam ratione celeberrimus homo fieri posset, respondisse, Si illustrissimum interficeret: Hermolaumque cùm ad facinus adhortaretur, monuisse ne aureum lectum metueret, sed meminisset se ad morbis & uulneribus obnoxium hominem adire. tametsi nemo ex Hermolai socijs ne extrema quidem passus Callisthenem reum appellauit: quin & Alexander statim Cratero, Attalo, & Alcetæ scribēs, pueros ait in tormentis confessos, se solos, nullo alio conscio, id facinus molitos. Pòst tamen ad Antipatrum scribens, Callisthenem quoque accusat, his uerbis: pueros Macedones lapidibus obruerunt, sophistam ipse puniam, & eos qui eum miserunt, & illos, qui insidiatores meos urbibus receperunt. Quibus uerbis palàm in Aristotelem iram suam aperuit, apud quem ob propinquitatem educatus fuerat Callisthenes, natus

Herone

Herone Aristotelis consobrina. Quidam in crucem ab Alexandro a- A ctum Callisthenem uita abiisse perhibent, quidam in compedibus ex morbo decessisse. Chares septem menses in uinculis seruatum, ut in con cilio præsente Aristotele iudicaretur: quibus uerò diebus Alexander in Mallis Oxydracis circà Indiam uulneratus fuit, mortuum ait pediculari morbo, cùm admodum esset obesus. uerùm hæc aliquanto pòst acta sunt. Cæterùm Demaratus Corinthius ingrauescente iam ætate, studij tamen sui ostentandi causa ad Alexandrum profectus est, cúmque eum uidisset, Magna uoluptate priuatos esse Græcos dixit, qui ante mortui essent, quàm sedentem in solio Darij Alexandrum uiderent. Neque tamen alios ille regiæ beneuolentiæ fructus tulit, quàm quòd ex inualetudine mortuus, magnificè sepultus est, tumulúmque ei magno ambitu, & LXXX cubitorum altitudine milites extruxerunt, reliquiæ quadrigis splendidè exornatis ad mare deuectæ sunt. Transiturus in Indiam Alexander, cùm præ multitudine spoliorum grauem iam uideret tardúmque exercitum, instructis summo manè curribus, primùm suis sociorúmque impedimentis ignem iniecit, idémque deinde reliquos facere Macedonas iussit. Tam ancipitis consilij summus fuit successus, paucísque admodum doluit: cæteri omnes sublato clamore, ueluti furore quodam diuino correpti quæ usibus essent necessaria petentibus distribuerunt, superuacanea ipsi combusserunt, eóque facto alacritatem Alexandri magnopere auxerunt. Atque is iam terribilis quoque erat, & delinquentibus inexorabilem sese præbebat: quippe & Menandrum, unum dè suis familiaribus, manere in castello, cui præsidio erat impositus, nolentem interfecit: & Orsodatem barbarum qui rebellauerat ipse sagittis confixit. Cùm autem ouis agnum peperisset, qui in capite figuram & colorem tiaræ, & ex utraque eius parte testiculos haberet, abominatus id prodigium, à Babylonijs, quos eius rei causa ex more quodam secum habebat, expiatus est: ad amicos etiam dixit, se non sui, uerùm ipsorum causa perturbatum esse, ne ipso defuncto summam rerum ad ignobilem & imbellem aliquem hominem fatum deuolueret. Sed hunc eius mœrorem aliud lætius ostentum sustulit. Etenim Proxenus Macedo, stratoribus regijs præfectus, cùm tentorio regis locum foderet iuxta Oxum fluuium, fontem liquoris pinguis aperuit: cuius cùm C summum esset haustum, purum deinde & perlucidum oleum scaturijt, neque odore quicquam, neque gustu ab oleo, neque nitore etiam & pinguedine differens. & uerò nullæ sunt in ista regione oleæ: Oxum autem mollissimam habere aquam memorant, adeò ut lauantibus cutim pinguedine quadam inungat. Equidem Alexandrum mirificè eo ostento delectatum ex epistola eius ad Antipatrum constat, in qua hoc inter diuinitus sibi facta indicia cum præcipuis numerat. Vates gloriosam quidem, sed iuxtà laboriosam difficilemque expeditionem designari responderunt: nam oleum à Deo hominibus laborum remedium datum esse. Et grauia sanè in prœlijs pericula subiuit, temeréque se in discrimen dans, uulnera accepit: inopia rerum necessariarum, & intemperies cœli maximam exercitui perniciem attulit. Verùm ipse audacia fortunam, uiresque uirtute superare contendens, nihil audentibus inexpugnabile, nihil satis munitū aduersus animosos existimabat. Narrant eum, cùm Sisimethræ saxum inaccessum oppugnaret, militib. animis languentib. ex Oxyarte quæsiuisse, qualis esset ipsius Sisimethræ animus: cumque

Impedimenta cremata. *Ostenta.* *Indica expeditio.*

A is cum timidissimum hominem affirmaret,Saxum, dixisse, expugnabile refers,cùm qui id tenet,munitus non sit,territoq; minis Sisimethra , petram eam occupasse. Alteri æquè prærupto saxo cùm ad oppugnandum iuniores Macedonum adhibuisset, quendam Alexandrum nomine ita compellauit:Te strenuum esse uel ob nominis mecum communitatem conuenit: & cùm is fortiter certans cecidisset, haud mediocriter doluit. Ad oppugnandam Nysam aggredi cunctantibus Macedonibus,eò quòd profundus eam fluuius allueret,fixo gressu,Cur, inquit,hominum ego deterrimus natare non didici?simulq; arrepto scuto traijcere intendit.Cùm ad ipsum obsessarum urbium legati deprecatum accessissent,atq; ipse fortè tum receptui à prœlio cecinisset, conspectus in armis absq; ulla corporis cura,terrorem eis obiecit. Deinde puluinari allato,maximum natu legatorum(Acuphis ei nomen erat) iussit ei insidere. Qui cùm magnificentiam eius & humanitatem admiratus quæreret, quibúsnam conditionibus amicos ipsos habere uellet:Si,inquit Alexander,tui te principem suum constituant,& ad me centum præstantissimos
B suorum uiros mittant:ad quod ridens Acuphis , Atqui,ait , ô rex meliùs imperaturus sim,si pessimos,non optimos ad te mittam. Porrò Taxiles Indiæ sub se partem habuisse traditur Aegypto haud minorem, & cum primis pabuli frugumq; fertilem.Homo ipse sapiens fuit,& cùm salutasset Alexandrum,ita allocutus est: "Quid nobis, ô Alexander, bello inuicem,pugnaq; opus est,si neque aquam nobis , neque uictum necessarium ereptum uenis? quæ sola hominibus cordatis pugnandi necessitatem imponunt. Cæteris seu opibus seu diuitijs si te præsto, paratus sum tibi benefacere: sin ijs te inferior sum, affectus beneficio gratias agere non recuso.Gratum hoc Alexandro fuit,dataq; dextra,Existimas, inquit, nostro hoc congressu amicitiæq; iunctione certamen omne exclusum: sed nihil agis. Ego enim tecum beneficijs certabo, ne bonitate me uincas." Multis inde acceptis donis,cùm plura dedisset, ad extremum mille pecuniæ talenta ei propinauit:quod factum grauissimè amicis doluit,barbarorum autem multorum fauorem Alexandro conciliauit. Indorum bellicosissimi stipendia merentes per urbes circumibant, easq; summa ui tuebantur,Alexandroq; plurimum incommodabant: hos A-
C lexander pacto secum inito ex urbe quadam discedentes in itinere adortus uniuersos interfecit.quod eius facinus cæteris rebus iustè & regi conuenienter gestis maculam inussit. Haud pauciores ei molestias etiã philosophi exhibebant,reges qui se ei dedidissent culpantes, liberosq; populos ad defectionem trahentes : itaq; horum multos suspendio affecit. Rem cum Poro gestam ipsius ex uerbis referam. Inter Alexandri & Pori castra Hydaspes fluebat.Elephantos Porus frontibus ad fluuiũ conuersis identidem instruebat ad prohibendum transitu hostem. Alexander singulis noctib. strepitu & tumultu excitato , suos,ne metuerent barbaros,adsuefaciebat. Nactus autem noctem hybernam luna nõ fulgente , cum parte peditum & robore equitũ longè ab hoste progressus ad insulã quandã haud magnam traiecit.Ibi cùm ingens imber effunderetur,atq; magni turbines & fulmina in castra ingruerent,quosdã suorum perire & conflagrare fulminibus cernens,ab insula ad ulteriorem ripam contendit.Asper aũt Hydaspes,& ob tempestatẽ turgidus alueum magnum perruperat, eoq; plurimum aquæ ferebatur : ita ut medium tenere nõ cõstanter potuerit Alexãder, collabẽte & abrupto subinde uado.Ibi eũ Onesicritus scribit dixisse,Creditisne ô Athenienses quantum periculi

Taxiles.

Res aduersus Porum gesta.

periculi ſuſtineam hîc, ut à uobis prædicer? Macedones(ita enim Ale- A
xander ſcriptum reliquit) omiſsis ratibus cum armis in fluuium deſi-
luerunt, eumq; madefacti mamillarum tenus tranſiuerunt. Inde cum e-
quitatu ſtadia uiginti à peditibus proceſsit, ratus fore ut ſi hoſtes equita-
tu occurrerent, facilè uinceret: ſin phalangem mouerent, ſatis maturè i-
pſum ſui pedites aſſequerentur: & alterum horũ euentus probauit. Mille
enim equites, ac ſexaginta currus obuiã ſibi factos fudit, curribusq; eſt
potitus omnibus, equites quadringentos interfecit. Porus cùm traieciſſe
ipſum Alexandrum ſenſit, uniuerſas cõtra eum copias adduxit, quibuſ-
dam modò ad arcendos tranſitu Macedones relictis. Metuens uerò A-
lexander elephantos & hoſtium multitudinem, ipſe in læuum cornu im-
petum fecit, cæteris ad oppugnandum dextrum miſsis. Vtrinq; autem
cedente cornu, qui pellebantur ad elephantos ſubinde ſe receperunt, at-
que ibi agmen coegerunt, ita ut pugna commixta, uix tandem octaua
hora animos Indi deſponderint. Hæc ſunt, quæ ipſe prœlij autor in epi-
ſtola eo de prœlio ſcribit. Plerique uno ore ſcriptores affirmant, Porum
cubitorum quatuor & palmi longitudine fuiſſe, equitemq; corporis ma B
gnitudine elephanto reſpondiſſe. Maximus is omnium fuit, & in-
genio præditus admirabili, qui mirificam regis curam gereret: nam &
pro incolumi eo acriter propugnauit, obuios quoſq; proruens, & cùm
eum iaculis uulneribusq; confectum cerneret, ne collaberetur in genua
placidè ſubſidens ſingulatim ſpicula proboſcide ex corpore eius extra-
xit. Porus captus cùm eũ Alexander interrogaſſet, quomodo tractari ſe
cuperet, Regaliter, reſpondit: iterumq; percontanti, an'ne præterea ali-
quid, In uoce regaliter omnia ineſſe dixit. Itaq; cum Alexander nõ mo-
dò eius quod tenuerat regni ſatrapã reliquit, ſed & Autonomos(ita uo-
cantur, qui ſuis utuntur legibus, & liberi degunt) ſubactos ei ſubdidit. ho
rum ditio quindecim gentes, urbium memorabiliũ quinq; millia, pago-
rum ingentẽ numerũ complectitur. Aliam regionem triplã huius Philip

Bucephali obitus.

po cuidam ex amicis gubernandã dedit. Ex pugna contra Porum Buce
phalus quoq;, non ſtatim, ſed(ut pleriq; ferunt) poſteà cùm uulnera eius
curarentur obijt: Oneſicritus ætate confectum expiraſſe ait, mortuũ enĩ
trigenarium. Grauiter eius obitum Alexander tulit perinde ac ſi familia-
riũ aliquẽ, aut amicorũ amiſiſſet: ideo & urbem eius nomine Bucephalã C
iuxta Hydaſpen condidit. Sotion ſe ex Potamone Lesbio audiſſe ſcribit,
Alexandrũ canis etiã Peritæ, quẽ à ſe educatũ ſibiq; charũ amiſiſſet, no-
mine urbẽ poſuiſſe. Cęterùm prœliũ aduerſus Porũ Macedonas langui-
diores reddidit, & à petendo ulteriorẽ Indiã auertit. Cùm enim hunc ui-
ginti peditum, duobus equitum millibus occurrentem magno cum la-
bore ſuperaſſent, Alexandro Gangem tranſire contendenti ſummope-
rè repugnarunt. Inaudierant enim latitudinẽ eius trigintaduûm eſſe ſta-
diorum, altitudinem ulnarum centum: ripam ulteriorem armorum,

Copiæ in ulteriori India.

equorum elephantorumq; occultari copijs: quippe Gandaritarum &
Pręſiorum reges ibi cum LXXX equitum, CC peditum, octo curruum,
ſex ad bellum inſtructorum elephantorum millibus conſediſſe. Neque
inflatiùs hæc referebantur. Nam Androcottus, qui paulo pòſt regnum
ibi tenuit, quingentos elephantos Seleuco donauit, Indiamq; uniuer-
ſam circumductis ſexcentis armatorum millibus ſubiugauit. Initiò igi-
tur Alexander præ mœſticia & ira ſeipſum in tentorio incluſit, ibiq; de-
cubuit, ingratas omnes res hactenus geſtas habens, niſi Gangẽ tranſijſ-
ſet, uictumq; ſe palàm fateri exiſtimans, ſi ita retrò abijſſet. Victus

tandem

A tandem & amicorum opportunis cohortationibus & militum deprecantium eiulatu ac clamoribus castra inde mouit, multas opinionis cōciliandę causa fallacias machinatus. Nam & arma solito maiora, & equorū prę sepia, & fræna usitatis grauiora parauit, quę sparsim ibi discedēs reliquit: & aras dijs posuit, quas etiamnum Præsiorum reges ubi transeunt, uenerantur, & ibi Græco ritu sacrificant. Androcottus autem puer admodum Alexandrum uidit: ferturq; sæpe postmodò dixisse, Minimum absuisse quin Alexāder rerum potiretur, rege ob improbitatem & ignobilitatem suis inuiso & contempto. Inde ad uisendum Oceanum Alexander animū applicauit, multisq; nauibus remigio instructis, multis ratibus cōpactis, paulatim ad eum fluuijs subuectus est. Nauigatio autem ea non ociosa, belliue expers fuit: sed urbes in trāsitu oppugnās, in terramq; egrediens in potestatem redigebat. Apud Mallos, quam gentem Indorum bellicosissimā tradunt, parum absuit quin occideretur. Cùm enim iaculis homines de muro profligasset, primusq; admota scala in murū euasisset, scala fracta, & barbaris apud murū subsistentibus, iaculaq; cōtra eum in sublimi stantem torquentibus, ut aderant ipsi suorum admodum pauci, in medios hostes desiliuit, bonaque fortuna in pedes rectus constitit. Hic cùm arma concussisset, fulgorem aliquem & spectrum ante corpus eius ferri existimantes, initiò diffugerunt. Mox cum duobus modò stipatoribus adesse cernentes accurrerunt: alijq; comminus eum gladijs & hastis per arma adactis consauciarunt, defendentem sese, quidam modico spacio remotus tanta ui sagittam arcu in eum emisit, ut thorace perrupto ea in ossibus circum mamillam infigeretur. Ad eum ictum labascēte corpore, accurrit autor uulneris cum stricto barbarico ense. Peucestas autem & Limnæus pro rege se opposuerunt, & uterq; grauiter sauciatus est, ita ut Limnæus perierit: barbarum Alexander obtruncauit. Sed acceptis multis uulneribus, ac tādem ceruicem fuste ictus muro corpus acclinauit, ad hostes respiciens. Interim Macedones circumfusi, abreptum in tabernaculum retulerunt, sensu iam orbatum. Statim per castra rumor uagatus est, mortuum esse regem. Difficulter magnoq; cum labore lignum sagittæ serra præcisum thoraxq; detractus est. Cuspis tres digitos lata, longa quatuor, sub unum ossium hamo ita subiuerat, ut excindēda fuerit. Itaq; tantum animi deliquium Alexandro, dum exsecaretur ea, obortum est, ut C morti fuerit proximus. Redijt tamen ad se, & mortis periculum superauit. Nondum planè recuperatis uiribus, (etenim per haud exiguum tempus diæta curari opus habuit) desiderio sui uidēdi tumultuari foris Macedones audiens, ueste sumpta ad eos exiuit, sacrisq; factis redijt. Inde auectus multas in transitu magnas urbes, multum regionis subegit. Ex Gymnosophistis, qui Sabbæ deficiendi autores fuerāt, & plurima mala Macedonibus parauerant, decem cùm cepisset, qui arguti in respondendo, succinctéq; explicanda quæstione essent, quæstiones eis ambiguas proposuit: qui primus non rectè dissoluisset quod interrogabatur, eum se & reliquos ita deinceps ordine interfecturum minitans, iudiciumq; ea de re uni de natu maximis committens. Primus pluresne uiuos esse an mortuos putaret interrogatus, uiuos respondit: mortuos enim non ampliùs esse. Alter, maréne an terra maiores aleret bestias, Terra, inquit: eius enim pars est mare. Tertius, quod animantium esset callidissimum, Id, ait, quod ab homine nōdum est cognitum. Quartus, qua ratione Sabbæ defectionem persuasisset, Vt, inquit, aut bene uiueret, aut malè moreretur. Quintus, diémne an noctem prius extitisse arbitraretur, Dies, ait, uno die prior

Periculum apud Mallos.

B

Quæstiones Gymnosophistis propositæ.

fuit: & mirante responsionem rege addidit, necessariò quæstionibus ambiguis propositis, obscuras etiam fieri responsiones. Sextus, qua ratione aliquis efficere posset, ut maximè diligeretur, Si, inquit, optimus sit, neque tamen terribilis. Septimus, quónam pacto aliquis ex homine fieri posset Deus, respondit, Si quid faciat, quod homo facere nequeat. Octauus, mórsne an uita sit robustior, Vitam dixit, ut quæ tot mala perferat. Vltimi, cùm percontaretur Alexander, quousque homini uiuendum putaret, responsio fuit, Tantisper, dum mortem non putaret uita potiorem. Conuersus inde rex ad iudicem, sententiam ferre iussit: cumque is unum alio deterius respondisse pronunciaret. Ergo, inquit, tibi primo moriendum est, ita iudicanti. Nequaquam, ait ille, si quidem ô rex tibi constes, qui eum te interfecturum primo loco dixeris, qui omnium pessimè respondisset. Hos quidem donatos dimisit. Onesicritum uerò ad eos Gymnosophistas misit, qui celebri fama in ocio uiuebant. Onesicritus philosophus erat, Diogenis aliquando sectator. Is refert Calanum contumeliosè admodum & asperè sibi mandasse, ut uestimento posito nudus ipsum audiret: alioquin non esse cum ipso collocuturum, ne si ab ipso quidem Ioue missus fuisset. Dandamin autem mansuetiorem se præbuisse, & B cùm de Socrate, Pythagoráque, ac Diogene sermonem accepisset, dixisse, uideri sibi istos uiros bono fuisse ingenio præditos, qui tanta legum uerecundia uixerint. Alij Dandamin aliud nihil, nisi hoc unum dixisse tradunt, Cur tam longo itinere Alexander huc uenit? Calano tamen Taxiles persuasit ut ad Alexandrum iret. Sphinæ ei nomen fuit, sed quod congressos secum Indica uoce cale (id est, salue) compellaret, à Græcis Calanus est dictus. Hunc ferunt Alexandro imaginem regni proposuisse. Corium scilicet probè siccatum & aridum in medium proposuisse, eiusque extremum calcasse, eo factum, ut hoc presso cæteræ partes se erigerent: cúmque ita per orbem circumiens fecisset, medio tandem corio institisse: ita omnes partes subsedisse. Indicabatur autem hoc exemplo, medias maximè partes regni tenendas, neque procul aberrandum Alexandro. Enimuerò septem menses impensi sunt isti per flumina in Oceanum subuectioni. Hunc nauibus ingressus, ad insulam uenit, quam ipse Scillustin, alij Psiltucin nominant. Hic egressus sacra dijs fecit, marisque eius & oræ, quantum eius fieri potuit, naturam contemplatus, Deos precatus est, ne quis C post ipsum homo fines istius expeditionis excederet. Inde rediens classem ita Oceanum iussit circumuehi, uti Indiæ oram à dextra haberet, eique ducem Nearchum, gubernatorum principem Onesicritum præfecit. Ipse pedestri itinere per Oritas profectus in extremum difficultatum incidit, tantámque hominum multitudinem deperdidit, ut bellicarum copiarum ne quadrantem quidem ex India reduxerit. Et quidem CXX peditum, ad XV equitum millia secum habuerat. Enimuerò graues morbi, uictus iniqua ratio, æstus in summa siccitate multos, plurimos fames perdidit regionem incultam peragrantes hominum miseram uitam tolerantium, & quibus præter oues paucas, & quarum ob marinorum piscium esum fœtida esset cibóque incommoda caro, nihil esset bonorum. Hanc cum sexaginta dierum spacio ægrè transiuisset, simul ut in Gedrosiam peruenit, commeatum à proximis satrapis & regibus affatim paratum inuenit. Ibi refecto exercitu, septem diebus comesando per Carmaniam transijt. Ipsum cum socijs super machina in sublimi & insigni tabulato constructa noctes diésque potantem

Calani imago regni.

Alexandri exercitus clades.

Comesatio itineraria.

A potantem octo ferè equi portabant. Sequebantur permulti currus, uelis alij purpureis & picturatis, alij recentibus subinde & uiridibus obumbrati frondibus, quibus reliqui socij & duces coronati & potantes uehebantur. Parmam autem, galeam, aut sarissam nullam uidisses, sed uniuerso itinere milites uinum ex cadis atque crateribus magnis haurientes pateris, scyphis, ac Thericleis, inuicemque sibi cùm in itinere faciendo, tum corporibus reclinatis ad quietèm propinantes. Omnia autem fistularum, tibiarum, carminum, cithararum sonitu, mulierumque bacchationibus perstrepebant: & incompositum uagumque iter facientibus inter pocula subibat orgia Bacchi per lasciuiam simulare, tanquam præsente & pompam eam ducente Deo. Postquam in regiam Gedrosiæ peruenit Alexander, iterum festos agens dies exercitum recreauit. Ferunt eum temulentum chororum certamina spectasse: ibi Bagoam amasium ipsius inter eos qui choros instituer[illegible] uict[illegible] po[illegible]: atque e[illegible] ornatus, ad regem aggressum iuxtà c[illegible]nsedi[illegible]e: Macedones, cùm id cernerent, plausum dedisse, neque uociferandi [illegible] eum rex oscularetur, finem ante fecisse, quam Bagoæ

B amplexum is osculumque tulisset. Huc ad eum cùm peruenisset Nearchus, delectatus nauigationis eius narratione, statuit ipse magna cum classe secundo E[illegible]phrate in Oceanum deuehi, atque inde iuxta Arabiam & Africam facta nauigatione, per columnas Herculis in mare mediterraneũ intrare. Itaque apud Thap[illegible]ac[illegible]m omnis generis nauigia compingi, & undique nautæ gubernatoresque c[illegible]nduci c[illegible]t. Sed auditum expeditionem in superiori Asia Alexandro malè cessisse, apud Mallos amissam exercitus magnam partem, neque fidem nunc [illegible] de eius salute habendam: subditos ad rebellionem pellexerat, ducibusque & satrapis multa iniustè, insolenter, atque ex cupiditatibus agen[illegible] ansam præbuerat. & iam undique res fluctuabant, adque defe[illegible]onem spectabant, quando Olympias etiam & Cleopatra mota aduersus Antipatrum seditione, ita inter se imperium partitæ erant, ut illa Epirum, hæc Macedoniam teneret. cùm quidem Alexander re audita, rectiùs con[illegible]lui[illegible] sibi matrem dixit: quòd Macedones mulieris regnum nequaquam [illegible]ent perpessuri. His motibus impul[illegible]s, Nearchum rursus ad [illegible]re dimisit, consilio oram totam bel[illegible]s implendi. Ipse, ex superiori Asia degressus pœnas de malis præfectis *Motus noui.*

C sumpsit, Oxyartémque unum de Abu[illegible]ti liberis [illegible]arissa confodit. Abulitus nihil rerum ne[illegible]ssariarum apparauerat: tria millia modò talentorum pecuniæ ipsi attulerat. Alexander id argentum equis proponi iussit, cumque ij non gustare[illegible]t, Ad quid ergo, inquit, nobis tuus apparatus prode[illegible]? Abulitumque in carcerem coniecit. In Persia primùm mulieribus pecuniam distribuit. Nam mo[illegible] regibus Persiæ fuit, ut quoties in eam regionem uenissent, aurum sin[illegible]lis Persarum mulieribus diuiderent: ideoque ferunt quosdam reges raro, Ochum ne semel quidem in Persidem uenisse, sed ob tenacitatem uoluntari[illegible]m sibi à patria exilium indixisse. Deinde Cyri sepulcrum effossum offendens, autorem facinoris Polymachium, minimè quidem ignobilem hominem, Pellaque oriundum necauit: inscriptionem cùm legisset, Græcis subscribi literis iussit. Eius hæc fuit sententia: Quicunque [illegible]des mortalium, atque undecunque ueneris, (uenturum enim te scio) Cyrus ego sum, qui Persicum regnum c[illegible]stitui: ne igitur tantillum mihi te[illegible]ris i[illegible]ideas, qua corpus meum obtegitur. Hæc res animum Alexandri maiorem in modum perturbauit, incertitudinem rerum uicissitudinemque reputantis. Ibidem C[illegible]s cùm ex aluo modicum tempus laborasset, rogũ sibi extrui postulauit: & ad hunc equo *Persica largitio.* *Cyri sepulcrum.*

aduectus, cùm se certis precibus consecrasset, primitiásque crinium in- A
fecisset, adscendit, ac Macedones qui tum aderant salutans, hortatus est
Calanus se ipsum cremat. ut eam diem hilarem sumerent, ac cum rege compotarent, quem ipse paulo pòst Babylone esset uisurus. Hæc locutus se reclinauit, uestibúsque uelauit, neque igne appropinquante se commouit, sed eo quo decubuerat habitu seruato, more eius regionis sophistarum antiquo, seipsum sacrificauit. Hoc idem multis interiectis annis Indus quidam Cæsaris assecla Athenis fecit, cuius hodie etiam ostenditur monimentum, ac Indi sepulcrum dicitur. Digressus à rogo Alexander, multis amicorum & ducum conuocatis ad cœnam, certamen poculorum, co-
Certamen potandi. ronámque ei qui plurimum meri ebibisset, proposuit: eius uictor Promachus usque ad quatuor choas processit, ac uictoriæ præmium nactus talentum, tres dies superuixit: reliquorum compotorum XLI mortuos testatur Chares, oborto post ebrietatem uehementi frigore. Nuptias amicorum Susis celebrans, atque ipse filiam Darij Statiram ducens, & præstantissimas cæteris suarum præstantissimis coniungens, nec non & Macedonibus qui iam ante nuptias peregerant epulū sponsale e- B
gregium præbens (cùm quidem nouem hominum millibus ad cœnam inuitatis, unicuilibet aurea patera ad libandum data est) cùm in reliquis admirabili est usus magnificentia, tum æs alienum de suo ipse creditoribus dissoluit, cuius summa impensæ fuerunt nouem millia talentorum, & DCCCLXX talenta. Antigenem uerò unoculum, quod is se debere mentitus fuisset, & ficticium creditorem ad mensam adduxisset, cui pecuniam redderet, depræhensum imposturæ præ ira aula & imperio amouit. Præclarus rebus bellicis fuit is Antigenes, iuuenísque adhuc Philippo Perinthum oppugnante, cum sagitta tormento acta oculum ictus esset, non antè passus fuit sibi telum à suis extrahi, quanquam instantibus, quàm intra muros hostem ui repulisset. Itaque hanc ignominiam haud mediocriter ferenti, ueritus ne seipsum præ mœrore interficeret, gratiam delicti fecit, pecuniámque eam habere ipsum iussit. Cùm autem triginta ista puerorum millia, quos ab eo Græca disciplina instituendos suprà ostendimus, non corporum modò uiribus, sed & agilitate in exercitationibus ac uelocitate admirabili uti uideret, non leuem cepit uolu-
Macedones ab Alexandro neglecti. ptatem. Macedonibus autem ea res tristiciam attulit atq; solicitudinem, C
ne in minori propterea apud regem essent precio. Itaque cùm is imbecillos Macedonum & membris mutilatos ad nauigationem dimitteret, contumeliam hoc esse & circumscribi se reliqui dixerunt: quòd eos homines, quorum in omnibus negocijs abusus esset corporibus, ignominiosè nunc deponeret, patrijsq; & parentibus non quales accepisset redderet: quin uniuersos potiùs Macedonas, ueluti inutiles, dimitteret, ac cum iuuenibus istis tripudiare in armis callentibus subigere mundum pergeret. Hæc stomachum Alexandro mouerunt, grauibusque eos conuicijs increpatos repulit, custodias Persis mandauit, atque ex ijs satipatores & lictores constituit. Macedones cùm ab his regem deduci, se cum dedecore esse reiectos uiderent, animos demiserunt, collocutique mutuò senserunt præ ira se & æmulatione propè insanire. Tandem unanimes ad tentorium regis accesserunt, inermes, unicáque singuli tunica amicti, ac cum clamore & eiulatu se regi dediderunt, statuendíq; de ipsis ut malis ingratísque potestatem detulerunt. Alexander tametsi mitigatus, non admisit eos tamen, totq; biduo totidémque noctibus continenter adstantes, dominúmque eum suum lugubriter inuocantes.

Tertia

A Tertia die progressus, cùm miserabilem eorum & abiectum gestum uideret, aliquandiu illacrymauit: inde mediocriter uerbis castigatos humaniter compellauit, militiæque inutiles magnificè donatos dimisit: Antipatro etiam scribens, omnibus certaminibus ac spectaculis præcipuum eis in theatro locum assignari, coronatosque sedere iussit: defunctorũ etiam pupillis stipendia decreuit. Postquàm Ecbatana Mediæ peruenit, negocijs serijs confectis, theatro iterum & ludis uacauit, quam ad rem tria artificum millia ex Græcia ei missa uenerant. Fortè tum ijsdem diebus Hephæstio, cùm febricitaret, accuratam diætam, homo scilicet iuuenis & bellis adsuetus, non ferens, Glauco medico ad theatrum digresso prandens gallum assatum deuorauit, ingéns poculum uino plenum exhausit: quo facto deteriùs habuit, neque multo pòst mortem cum uita commutauit. Hunc casum immodicè tulit Alexander. Illicò luctus causa omnium equorum mulorúmque iubas totondit, & circumiacentibus urbibus propugnacula ademit: miserum illum medicum in crucem sustulit, ac in castris tantisper tibiarum Musicésque usum inhibuit, dum ab *Hephæstionis mors.*
B Ammone oraculum allatum Hephæstioni honores & sacrificia tanquam Heroi fieri iussit. Bello etiam ad leniendum dolorem usus, ueluti ad hominum uenationem exiuit, Cossæámque gentem subegit, & occidione occidit: hæc iusta Hephæstionis dicta sunt. Porrò autem decem millia talentorum in eius sepulturam & monumentum impendere cùm animum induxisset, artificio autem & ornatu apparatus impendium superare, maximè omnium artificum Stasicratem requisiuit, cuius in magnificentia & nouitate insolenti tentanda audaciam cognitam habebat. 21
Quippe is antè etiam cum Alexandro congressus affirmauerat omnium montium Athon Thraciæ aptissimum esse, qui in statuæ humanæ formam fingeretur: itaque si iuberet sibi stabilissimum & illustrissimum fabricari ex illo monte monimentum, se ita eum efformaturum, uti sinistra manu urbem populosam contineret, dextra autem amnis in mare decurrentis copiosam aquam funderet. Quod cùm Alexander tunc repudiasset, isto tempore multo absurdiora & sumptuosiora adhibitis artificibus instituebat atque machinabatur. Cum ad Babylonem procederet, Nearchus (is enim rursus ab Oceano per Euphratem subuectus re-
C dierat) retulit, quosdam Chaldæos ad se uenisse, qui regem Alexandrum monere iuberent, ut Babylonem uitaret. Verùm Alexander neglecta ea admonitione cùm ad muros urbis iam accessisset, coruorum turbam uidit mutuò concertantium, seque inuicem rostris ferientium, ita ut nonnulli iuxta ipsum deciderent. Indicio etiam delato, Apollodorum Babylonis præfectum de ipso extra consuluisse, Pythagoram aruspicem uocauit: neque is factum inficiatus est: & interrogatus qualia fuissent exta, iecur sine capite apparuisse dixit: & Alexander, Papæ, inquit, graue hoc ostentum, Pythagorámque illæsum dimisit. Interim grauiter ferens quòd Nearcho non obtemperasset, plerunque extra Babylonem se continuit, & circumnauigando Euphrate tempus traxit, multis eum prodigijs terrentibus. Etenim leonum, qui alebantur maximum ac pulcerrimum asinus cicur aggressus calce impacta occiderat. Cùm ipse ungendi causa uestibus se nudasset, & pila luderet, adolescentes qui unà ludebant, cùm iam uestes essent recipiendæ, hominem conspiciunt in solio sedentem, tacitum, amictúque & diademate regio indutum. Is interrogatus, quisnam esset, aliquandiu uocem nullam edidit, uix tandem *Prodigia.*

ff 3 animo

animo recepto, Dionysium se uocari respondit, genere Messenium es- A
se, mari huc aduectum criminis cuiusdam causa, diu in uinculis habitum fuisse: modò Serapin ei adstitisse, uincula soluisse, huc produxisse, & mandasse ut diademate, & amictu regio sumpto tacitus ibi sederet. Hoc ut audiuit Alexander, istum quidem hominem iussu uatum è medio sustulit: ipse animo æger, minus iam Dijs fidere, de amicis sinistra suspicari, præcipuè autem ab Antipatro, & eius filijs sibi metuere. Ex his Iolaus pincernarum princeps erat, Casander recens eò aduenerat. Hic cùm barbaros quosdam genua coram rege flectere cerneret, Græco nimirum more educatus, ac qui nihil tale priùs uidisset, liberiùs risit: *Casander ab eo malè tractatus.* Alexander autem iratus, crinibus utraque manu arrepti caput parieti allisit. Iterum aduersus Antipatri accusatores dicere aliquid cupientem reijciens, Quid dicis, inquit? hósne homines nulla affectos iniuria calumniandi modò causa tantum iter fecisse? cúmque Casander hoc ipsum calumniarum indicium responderet esse, quòd tam procul ab ijs, unde possent redargui, recessissent, risu sublato Alexander, Hæ, ait, illæ Aristotelis sunt argutiæ: sed plorabitis uterque, si uel leui quenquam B
affeceritis iniuria. Omnino autem grauis Alexandri metus animo Casandri, penitúsque insedit: adeò ut multo pòst tempore cùm iam Macedonibus imperaret, Græciámque sua in potestate haberet, Delphis ambulans, statuásque spectans, uisa fortè Alexandri imagine subitò perculsus toto horruerit tremueritque corpore, eáque animi æstuatio uix sedari potuerit. Cæterùm Alexander postquam semel animus religione obstrictus fuit, etiam leuissima quæque & à communi consuetudine utcunque aliena in prodigium traxit: itaque sacrificantium, expiantium, uaticinantium plena esse regia. Etenim ut perniciosa est incredulitas, & contemptus signorum diuinitus oblatorum: ita superstitio etiam noxia est, quæ tum aquæ instar ad subsidentia delabentis, animum Alexandri trepidum stolida timiditate complebat. Enimuerò oraculis de Hephæstione allatis, finito luctu rursum sacrificijs & compotationibus se dedit. Cùm autem splendido conuiuio Nearchum accepisset, ac pro more suo à cœna lotus cubitum ire uellet, à Medio exoratus est, ut ad eum comessatum iret: ibi cum insequentem diem totum potando exegisset, febrici- C
22 tare cepit. Quæ enim de epoto Herculis scypho, utq́ repentè tanto correptus sit dolore, ac si hasta dorsum esset transuerberatus, à nonnullis scribuntur, afficta sunt ab ijs, qui grandi ueluti fabulæ exitum tragicum & miserabilem attexendum putauerunt. Aristobulus eum febri sæua laborantem, cùm uehementer sitiret uinum bibisse scribit, inde in phrenesin incidisse, ac mortuum postrema Dæsij mensis die. De morbo eius ita *De obitu Alexandri.* est in diarijs perscriptum. XVIII Dæsij die dormijt in balneo propter febrim, postridie in cubiculū redijt, & cum Medio talis ludendo diem consumpsit. uesperi cum lauisset, & dijs sacra fecisset, sumpto auidiùs cibo febricitauit. XX eius mensis die lauit, iterum dijs solitum sacrificiū peregit, inq́ balneo recumbens Nearcho nauigationem suam & de Oceano narranti uacauit. XXI die cùm idem fecisset, aucto æstu noctem duriter egit: postridie uehementi febre laborauit, transportatusq́ ad magnū natatoriū, cum ducibus collocutus est de cōstituendis ijs quæ uacarēt præfectis prouincijs. XXIIII uehemēter febricitās, ad rem sacram faciendā deportatus est, summosq́ duces in aula agere, minores, & quingenorum præfectos foris pernoctare iussit. Translatus in ulteriorē regiā XXV die quantu-

A aliquantulũ dormijt, febri nihil remittente: cumq; ad eum duces acces-
sissent, uocem nullam edidit. Idem XXVI accidit. Itaque Macedonibus
obijsse uisus fuit, & ad fores aggressi, magno clamore ac minis ab ami-
cis regijs obtinuerunt, ut ostijs apertis singuli tunicati iuxta culcitram
regis transirent. Eadem die Pytho & Seleucus ad oraculum Serapidis
missi quæsiuerunt, eóne deferendus esset Alexander: relinqui eum in
quo esset loco deus iussit. XXVIII mensis die uita excessit. Hæc ferè
ita ad uerbum in diarijs habentur. Veneni suspicio tunc quidem nemini
incidit. Sexto pòst anno (uti traditum est) Olympias re per indicium
comperta, multos occidit: Iolai que antè defuncti reliquias dissipauit, *De ueneficio.*
quòd is uenenum miscuisset. Qui Aristotelis consilio Antipatrum rem
eam egisse aiunt, atque illius omnino opera uenenũ allatum, Agnothe
min quendam, qui id ex rege Antigono audiuisset, narrasse tradunt: ue-
nenum autem fuisse aquam gelidissimam, ex rupe quadam Nonacridis
sumptam uelut rorem tenuem, & in asini ungula repositam, quòd nul-
lo alio uase contineri posset, uerùm sua frigiditate & acrimonia omnia
B perrumperet. Plerique totam ueneficij narrationem confictam exi-
stimant. Quibus haud leue testimonium perhibetur eo, quòd princi-
pibus per multos dies de summa rerum contendentibus, interim cada-
uer Alexandri insepultum iacens in æstuoso loco, nullum tamen huius-
modi corruptionis signum habuit, sed purum atque ueluti recens per-
mansit. Roxane autem uterum tunc ferebat, ideoq; in honore à Mace-
donibus habebatur. Ea æmulationis instinctu Statiram cum sorore
fictis literis euocauit, ambasq; occidit, & earum cadauera in puteum
abiecit atque obruit, conscio & adiuuante Perdicca. Is enim statim ma-
gnam est adeptus potentiam, Arridæum ueluti regni obtinendi satelli-
tium sibi adiungens. Fuit is Arridæus Philippo & ignobili scorto Phi- *Arridæus.*
linna prognatus, mentis non planè compos, quòd corporis morbo ei e-
ueniebat. Verùm is morbus non naturæ uitio, aut casu aliquo accidisse,
quinimò in puero eo satis bona atque ingenua indoles apparuisse di-
citur: sed postmodò uenenis ab Olympiade corruptus, sanæ mentis ia-
cturam fecisse.

C

PLVTARCHI CAESAR,

[illegible]

Augustano interprete.

INNAE, qui tyrannidẽ Romæ occupârat filiam Cor-
neliam Sylla uictor cùm neque pollicitationibus ne-
C que minis à Cæsare diuellere posset, dotem eius publi-
cauit. Causa autem Cæsari inimiciarum cum Sylla
fuit Marij propinquitas: nam Iulia, patris Cęsaris soror, *Cæsar Marij propinquus.*
uxor Marij senioris, mater iunioris fuit. Cæsar uerò cùm initiò præ
multitudine cædium & negociorum à Sylla se præteritum non con-
tentus, sacerdotij insuper petendi causa in publicum procederet, non-
dum planè adolescens, Sylla resistente repulsam tulit. Idem de cæ-
de eius deliberans, quibusdam dicentibus absurdum fore, si talem pue-
rum occideret, stupidos esse respondit, si non in isto puero multos
conspicerent Marios. Cæsar autem de hoc dicto certior factus, diu
in Sabinis oberrans neci se subtraxit. Deinde ob ualetudinem noctu
in aliam domum translatus, in Syllanos milites incidit, qui loca ista per-

ſcrutabantur, & latentes ibi comprehendebant: horum duci Cornelio A
duobus datis talentis, dimiſſus eſt: ſtatimq́ ad mare profectus, in Bithy-
niam ad regem Nicomedē nauigauit. Neque diu apud eum cōmoratus,
Syllā fugit. cùm inde aueheretur, apud Pharmacuſam inſulam à piratis captus eſt,
iam tum magnis claſsibus & innumeris nauigijs mare obtinentibus. Ab
his primùm uiginti talentis dimiſsionem redimere iuſſus, deriſit eos,
quòd neſcirent quem cepiſſent: ultroq́ daturum ſe quinquaginta pro-
miſit. Deinde ſuis in diuerſas urbes ad cogendam pecuniam dimiſsis,
cùm inter hominum generis immaniſsimum Cilicas ſolus ipſe cum u-
no amico & duobus famulis ageret, ita eos ſpreuit, ut quoties requieti ſe
dediſſet, mitteret qui eos tacere iuberent. Ita per duodequadraginta
dies quaſi non captus teneretur ab ijs, ſed ſtiparetur, ſumma ſecuritate
colluſit ipſis, & unà exercitationibus uacauit: carmina etiam & oratio-
nes quaſdam cum ſcripſiſſet, ijs recitabat: & qui non laudaſſent, eos pa-
làm barbaros rudesq́ appellabat, ac ſæpe per riſum minabatur, ſe eos in
crucem acturum, gaudentes ea dicendi libertate, & ſimplicitati ac ioco
imputantes. Allatis à Mileto pecunijs, cùm ſatisfeciſſet piratis, eſſetq́ di- B
miſſus, ſtatim nauibus inſtructis aduerſum eos ex portu Mileſiorum eſt
prouectus, & ſtationem adhuc apud inſulam habentes nactus ple-
roſq́ cepit. Itaque pecunia prædæ ceſsit: piratas Pergami in cuſto-
diam dedit, & ad præfectum Aſiæ Iunium abijt, cui ratione officij pu-
2 niendos captos intelligebat. Verùm cùm is pecuniæ intentus (erat e-
nim haud parua) per ocium ſe de captiuis deliberaturum reſpondiſſet:
ualere eo iuſſo, Pergamum redijt, productosq́ in medium uniuerſos pi-
ratas in crucem egit, quod illis ſæpe in inſula iocans (ut uidebatur) præ-
dixerat. Secundum hæc, Syllæ potentia iam langueſcente à ſuis in pa-
triam reuocatus, Rhodum nauigauit ad Apollonium Molonis F. quem
3 & Cicero audiuit, inſignem rhetorem, & honeſtorum morum. Fertur
ad ciuiles orationes Cæſar & natura aptiſsimus fuiſſe, & plurimum in ea
re operæ poſuiſſe, ut haud dubiè ſecundum laudis locum tenuerit: pri-
mum enim dimiſit, non quòd potentia & armis primus omnium eſſe
mallet, ſed quia negocijs obrutus ad id inclinauit, ad quod natura rapie-
bat, & eloquentiæ ſtudium bellicis ciuilibusq́ occupationibus, quibus C
rempublicam in ſuam redegit poteſtatem, impeditus non ad propoſi-
tum finem perduxit. Ipſe quidem poſtea temporis in oratione qua
laudationi Catonis Ciceronianæ reſpondit, precatus eſt, ne militaris
ſermo cum oratoris ingenioſi & qui multum ocij dicendo impendiſ-
ſet, eloquentia compararetur. Romam reuerſus, Dolabellam repetun-
Accuſatio- darum poſtulauit, multarum Græcarum ciuitatum teſtimonijs adiutus:
nes eius. abſolutus tamen eſt Dolabella. Cæſar, ut gratiam Græcis referret, cau-
ſam eorum egit P. Antonium captorum munerum accuſantium apud
M. Lucullum Macedoniæ prætorem: ac tantum ualuit eius oratio, ut
Antonius prætendēs ſibi in Græcia contra Græcos iniquum eſſe certa-
men, ad tribunos plebis prouocauerit. Cæterùm Romæ Cæſar cùm
reis defendendis gratioſum ſe reddidit, tum congreſsibus & collo-
quijs comibus magnam ſibi plebis beneuolentiam parauit, ultra quàm
ætas ipſius ferret officioſus: ſimul & conuiuiorum ac cœnarum & ui-
tæ ſplendore paulatim potentia ipſius augebatur, ſuo tempore in rep.
ualitura. Quam initiò æmuli eò neglexerunt apud uulgus effloreſcen-
tem, quòd ſumptibus deficiētibus fore ut ſtatim euaneſceret putabant:

A ſerò admodum errorem ſuum animaduerterunt, cùm ea grandis iam &
inexpugnabilis non occultè iam ad mutationem reipublicæ ſpectaret.
adeò nullus rei initium ita paruum eſt putandum, quaſi non id aſsidui-
tate magna incrementa, idq; breui temporis ſpacio facere poſsit: cùm
quidem eo quod neglectui ſit, & contemptui habitū, abſq; ullo impe-
dimento augeſcat. Sane qui primus uidetur eius inſtitutum ſuſpectum
habuiſſe, ueluti maris falſò blandientem tranquillitatem, latentémque
ſub humanitatis & hilaritatis ſpecie calliditatem depræhendiſſe Cicero,
dicebat ſe in omnibus eius conatibus atque conſilijs tyrannicum propo
ſitum ineſſe perſpexiſſe: ſed cùm eum comam ita accuratè compoſuiſſe,
& uno digito caput ſcabere uideret, non potuiſſe ſibi perſuadere eum ho 4
minem tantum facinus animo concepturum, ut rempublicā Romanam
euertere aggrederetur. Sed hæc pòſt. Primum popularis beneuolentiæ
erga ipſum documentum extitit, quòd in ambitione tribunatus milita-
ris C. Popilio eſt prælatus. Alterum, & illuſtrius, cùm Iuliæ Marij u- *Gratia apud populū*
xoris, amitæ ſuæ defunctæ laudationem funebrem in foro perorauit, &
imagines Marij in funere duxit, tunc primùm à Syllæ dominatu uiſas, à
B quo Marius cum ſuis hoſtes reipublicæ fuerant iudicati. Tunc enim qui-
buſdam obſtrepentibus Cæſari, populus factum eius læto clamore &
applauſu approbauit, gaudens longo poſt tempore & quaſi ab inferis
eum honores Marij in urbem reduxiſſe. Enimuerò ætate prouectiores 5
mulieres in funere laudare, moris antiqui apud Romanos fuit. Primus
Cæſar uxorem ſuam, cùm iuniores laudari non eſſet receptum, mortuā o-
ratione funebri decorauit: quo facto animos multitudinis ſibi fauore
obſtrinxit, ut tanquam manſuetum, placidiſsimis'que moribus uirum a-
marent. A' morte mulieris quæſtor cum prætore Vetere profectus eſt 6
in Hiſpaniam, quem & coluit ſumma conſtantia, & ipſe prætor factus fi-
lium eius quæſtorem fecit. Eo defunctus magiſtratu, tertiam duxit con-
iugem Pompeiam: cùm haberet ex Cornelia filiam, quæ poſteà Pom-
peio Magno nupſit. Cæterùm ingentes ſumptus faciens, creditusq; bre-
uem & unius dieculæ gloriam maximis parare impendijs, cùm re uera
minimis maxima emeret: fertur priuſquàm magiſtratum ullum iniret,
MCCC talenta æris alieni conflaſſe. Cùm uerò inſuper uiæ Appiæ pro- *Aes alienū.*
curator conſtitutus, magnam à ſe pecuniam impendiſſet, & ædilis CCC
C XX gladiatorum paria exhibuiſſet, cęteris'que in theatra, pompas, &
cœnas impenſis omnem priorem magnificentiam ſuperaſſet, tantum er-
ga ſe fauorem populi concitauit, ut certatim nouos magiſtratus, nouos
honores quęrerent, quibus delatis ei gratias referrent. Duę eo tempo-
re factiones Romę erant, Syllana altera, tum uigens: altera Mariana, hu-
milis tum, & diſsipata atque fracta. Hanc Cęſar reficere, & ſibi adiun-
gere cupiens, occultè imagines Marij & trophęa noctu in Capitolio po-
ſuit, auro radiantia, artéque ſumma elaborata, quorum inſcriptiones
Cimbricas uictorias indicarent. Quę facta die cùm eſſent conſpecta, mi-
rati ſunt homines audaciam eius qui ea poſuiſſet: neq; enim obſcurū erat.
Statim rumore uulgato, uniuerſi Romani ad ſpectaculum concurrerunt.
Ibi alij clamare, Cęſarem tyrannidem moliri, qui legibus & ſenatus cōſul-
tis abolitos honores reſtitueret: periculū eum facere iā de animis populi,
eosq; pręmollire, & explorare, an huiuſmodi donis cicurari ſe, ipſumq; re
bus huiuſmodi ludere, & noua affectare patiātur. at Mariani ſubitò ingēti
multitudine exiſtere, dictis Cęſarē cōfirmare, plauſu Capitoliū implerent
quidam

quidam cōspecta Marij imagine præ gaudio illacrymare: Cæsar in oculis A
eorum esse, magnisq́ laudibus tolli, ac solus Marij propinquitate dignus
prædicari. Conuocato eius rei causa senatu, Lutatius Catulus, qui in sum-
ma tum erat inter Romanos existimatione, inter alia quibus Cæsarem ac-
cusabat, id quoq; memoratum deinde dixit, cum non iam cuniculis, sed
machinis rempub. oppugnare. Sed postquam Cæsar excusationem suam
senatui probauit, auxit ea res animos sectatorum eius: hortatiq́ sunt, ut
ne cui animi contentione cederet: haud dubiè enim omnes populi fauore
uicturum. Interim Metello pontifice maximo uita defuncto, cùm id sacer-
dotium Isauricus & Catulus clarissimi uiri, & in senatu principes pete-
rent, nihil territus Cæsar ipse quoq; idem ambijt: & cùm paria utrinque
studia uiderentur, Catulus quo maiore esset dignitate præditus, eo ma-
gis euentum rei incertum metuens, grandem pecuniam Cæsari per inter-
nuncios obtulit, si à petitione desisteret: respondit Cæsar, se, si mutuo sit
sumenda maior pecuniæ summa, nihilominus tamen certaturum. Comi-
tiorum die matrem cum cum lacrymis ad fores persequentem cum salu-
tasset, Hodie, inquit, mater, filium tuum aut pontificem maximum, aut e- B
xulem uidebis. Vicit tamen in suffragiorum certamine: senatuiq́ & o-
ptimatibus metū incussit, quòd ad extremum audaciæ populum produ-
cturus uidebatur. Itaque Piso & Catulus Ciceronem incusabant, qui
Cæsari pepercisset, cùm ob coniurationem Catilinariam eius opprimen-
di ansam habuisset. Catilina enim, cùm non mutare, sed euertere rempu-
blicā, & omnia confundere statuisset, antequam totum ipsius consilium
detegeretur, leuioribus quibusdam indicijs proditus profugerat, Len-
tulo & Cethego coniurationis executoribus in urbe relictis: quibus u-
trum uirium aliquid fiduciæq́ fecerit Cæsar, non satis constat. His qui-
dem in senatu conuictis, cùm Cicero consul de supplicio ijs irrogando
sententias singulorum quæreret, & ad Cæsarem usque omnes morte
mulctandos dixissent: Cæsar orationem, quam fuerat antè meditatus, ha-
buit: neque moris Romani, neque iustum sibi uideri, indicta causa, idq́
non postulante extrema necessitate, uiros dignatione & genere illustres
interficere: placere, ut in urbes Italiæ arbitrio Ciceronis diuisi in custo-
dia teneantur, donec Catilina debellato senatus per ocium de causis sin- C
gulorum cognoscere ac statuere queat. Hæc sententia cùm humanita-
tem præ se ferret, & oratione facunda esset confirmata, tantum ualuit,
ut non modò qui post Cæsarem dixerunt, ei subscriberent, sed & qui-
dam eorum qui antè responderant, suis retractatis ei accederent: eous-
que dum ad Catulum & Catonem peruentum est. Hi cùm Cæsaris o-
rationem magno studio refellerent, & Cato simul etiam suspicionem
ei impingeret, coniurati isti ad necem traditi sunt. In Cæsarem uerò se-
natu egredientem multi eorum iuuenum qui Ciceronem stipabant,
nudatis gladijs irruerunt: sed eum Curio fertur toga sua circundata edu-
xisse, & ipse Cicero respicientibus ad se iuuenibus renuisse, siue quòd
populum metueret, siue quòd iniustam eam cædem putaret. Hoc si ue-
rum sit, equidem miror à Cicerone in libro de consulatu suo omissum.
Vitio sanè ei pòst datum est, quòd occasione contra Cæsarem oblata
optima usus non esset, metu populi, qui incredibili studio Cæsarem de-
fenderet. Nam & paucis pòst diebus, cùm in senatum is diluendarum
suspicionum causa uenisset, ac tumultibus exciperetur aduersis, & sena-
tus solito diutiùs consedisset: magno cum clamore multitudo curiam
circumsteut,

Catilinaria coniuratio.

A circumstetit, missum fieri Cæsarem postulans. Itaque Cato seditio-
nem pauperum præsertim (hi enim Cæsare freti totam multitudinem
incendebant) metuens, senatui persuasit, ut menstruum in plebem fru-
mentum diuideretur: qua ex re cæteris sumptibus accessit trecenties
sestertiûm in singulos annos. Id quidem factum magnum in præsen- 7
tia terrorem auertit haud dubiè, maximam'que Cæsaris copiarum par-
tem auellit ac dissipauit, cùm is ob præturam, quam tum idoneo sibi
tempore erat gesturus, terribilior uideretur. Sed neque ullum ea tu-
multum præbuit, & Cæsaris domus aduersa fortuna læsa est. P. erat *Clodij flagitium.*
Clodius patricio genere natus, opibus'que & facundia clarus, libidine
autem, audacia, & impudicicia nemini nequissimo secundus. Is Pom-
peiam Cæsaris uxorem deperibat, cui ne ipsi quidem uoluntas deerat:
sed & gynæceum accurate custodiebatur, & Aurelia Cæsaris mater,
honesta matrona, nurum ubique comitans, congressui eorum obsta-
bat. Colitur Romæ dea, quam Bonam appellant, ut Græci Mulie-
brem. Hanc Phryges Midæ regis matrem fuisse putant, Romani Nym-
pham Dryadem, Fauni uxorem, Græci de nutricibus Bacchi unam,
B eam scilicet quam nominari nefas est: itaque apud hos cùm sacra ei fiunt,
uitium palmitibus scenæ tectæ gestantur: & secundum fabulam draco
sacer apud Deam collocatur. Cùm ea sacra peraguntur, uirum acce-
dere, aut ijsdem in ædibus esse nefas ducitur: ipsæ inter se mulieres
multa cum Orphicis conuenientia obire feruntur. Eorum orgiorum
tempus & celebrandi munus cùm ad consulem uel prætorem deuenit,
ipse, & omne quod est masculum, ædibus egrediuntur: uxor domum
exornat, & pleraque noctu fiunt iocis ad nocturna sacra admixtis, mu-
sica'que multa adhibita. Ea tum sacra Pompeia administrante, Clo-
dius imberbis adhuc, eo'que se latêre posse sperans, habitu psaltriæ,
specie mulieris iuuenis ad ædes uenit, cum'que fores apertas offendis-
set, ab ancilla rei conscia tutò introducitur. Hæc dum ad Pompeiam
accurrit rei indicandæ causa, & mora fit, Clodius manere ubi relictus
erat non sustinens, magna in domo hinc inde oberrat, lucem fugiens.
In eum Aureliæ pedisequa incidit, & mulierem rata, ad colludendum
inuitat, detrectantem'que in medium protrahit, & quis ac unde esset
percontatur: cùmque is se Pompeij ancillam Abram nomine quærere
C diceret, & uirum se esse uoce proderet, subitò magna cum uociferatio-
ne ad lumina & turbam se proripit, uirum se in ædibus depræhendis-
se clamans. Perterritis mulieribus Aurelia orgijs deæ sublatis, fores oc-
cludi iussit, domum'que facibus prælucentibus perlustrauit, Clodium
quærens: is'que inuentus est in conclaui ancillæ, quæ eum domum ad-
duxerat, quò confugerat, agnitus'que à mulieribus domo eijcitur. Ea
adhuc nocte matronæ domum digressæ maritis rem aperuerunt, inter-
diúque rumor per urbem dispersus est, Clodium infanda conatum,
non ijs modò ad quos priuatim ea iniuria pertineret, sed ciuitati etiam,
dijs'que pœnas debere. Itaque ei quidam tribunorum plebis diem
uiolatæ religionis dixit, factáque est contra Clodium coitio potentis-
simorum senatorum, qui ei cùm alia horrenda flagitia, tum incestum
cum sorore Lucullo nupta obijcerent. Huic eorum conatui populus
se opponens, Clodio auxiliabatur, quod ei plurimum profuit, quia iu-
dices multitudinem formidabant. Cæsar cum uxore statim diuor-
tium fecit. Testimonium uerò iussus dicere, nihil se eorum quæ Clo-
dio obijcerentur, cognitum habere, respondit: quod cùm incredibile
uideretur,

uideretur, accuſator quæſiuit ex eo, cur ergo uxorem dimiſiſſet: tum Cæ- A
ſar, ſiue ex animi ſententia, ſiue ut populo gratificaretur, Clodium inco-
lumem cupienti, reſpondit, Quia ſuam uxorem etiam ſuſpicione uacare
uellet. Abſolutus quidem eſt Clodius, cùm pleriq; iudices, (ne ſi conde-
mnaſſent, in periculo uerſarētur apud plebē: ſin abſoluiſſent, in infamia a-
pud optimates eſſent) confuſas tuliſſent ambiguasq; ſententias. Cæſar ex
prætura in Hiſpaniam abiturus, cùm fœneratores debitum exigentes mo
leſte'que urgentes placare non poſſet, ad Craſſum confugit, Romano-
rum ditiſsimum, & qui uigore ac uehementia Cæſaris indigeret ob diſ-
ſenſionem cum Pompeio: Craſſo apud creditores, qui maximè inſtabāt,
DCCCXXX talenta intercedente, in prouinciam ſuam abijt. Narrant
eum, cum Alpes iam tranſiſſet, & præter oppidulum quoddam barbari-
cum iter faceret paucis & miſeris habitatum hominibus: amicis per io-
cum ex ipſo quęrentibus, an & hîc de magiſtratibus eſſent contentiones,
ac de principatu certamina, & potentium æmulationes, ſeriò reſpondiſ-

Principatus cupiditas.

ſe, Malle ſe hîc primum, quàm Romæ ſecundum eſſe. Rurſus cùm in Hi-
ſpania per ocium res Alexandri geſtas legeret, diu cogitabundum, ad ex-
tremum illacrymaſſe, & amicis cauſam quærentibus dixiſſe: An non do- B
lendum uobis uidetur, me cùm id ætatis ſim, qua Alexander tot nationi-
bus imperauit, nihil dum memoratu dignū geſsiſſe? ſimul atq; autem Hi-
ſpaniam attigit, eam induſtriam adhibuit, ut paucis diebus cohortibus ui
ginti ſuis decem alias adiecerit: factaq; in Callaicos & Luſitanos expedi-
tione, populos qui Romanis hactenus non paruerant ſubigendo uſq; ad
Oceanum perrexerit. Rebus bellicis bene compoſitis, ciuiles eadem feli
citate conſtituit, ciuitates ad cōcordiam reducens, & maximè rixas inter
debitores & creditores tollens, lege poſita, ut de reditibus debitoris beſ-
ſem creditor quotannis acciperet, dum ipſi ſatisfactum eſſet, reliquo de-
bitor frueretur. Parta his factis gloria ex prouincia diſceſsit, ditatus ipſe,
& à militibus qui eo ducerem & ipſi fecerant imperator dictus. Quia au-
tem triumphum petentes extra Vrbem manere, conſulatum ambire præ
ſentes oportebat: ea legum diuerſitate implicatus, cùm ad urbē comitijs
conſularibus inſtantibus acceſsiſſet, miſit ad ſenatum petitum, ut ſibi ab-
ſenti petere conſulatum per amicos concederetur. Cato primùm lege ad
poſtulatum id oppugnandum annixus cùm uideret multos Cæſari dedi
tos, rem mora iniecta impedijt, totumq; diem dicendo abſumpſit. Itaq; C
Cæſar ſtatuit omiſſo triumpho, conſulatum perſequi. Vt primum in Vr-
bem uenit, callidè eam rem cōfecit, qua uniuerſos homines, ſolo excepto
Catone, decepit: Pompeium enim & Craſſum ex graui diſcordia in gra-
tiam mutuò reſtituit, qui duo facilè totius ciuitatis erant potentiſsimi: eo-
rumq; potentiam in unum conflatam ad ſe transferens, perhumano titu
lo tenus facto rempublicam nemine animaduertēte peruertit. Non enim
Cæſaris & Pompeij diſsidium (quod pleriq; putant) ciuilium bellorū cau
ſa fuit, ſed amicicia uerius eorum, quam initio ad euertendū optimatium
in ciuitate principatum initam deinde diſciderunt. Cato autem ſæpenu-
merò quæ futura eſſent uaticinans, eum fructum tulit, ut tum moroſus &
curioſus homo, pòſt prudentior quàm felicior conſultor haberetur. Cæ-
ſar Craſsi Pōpeijq; amicicia ſtipatus, conſulatū petijt, eumq; ſplēdidè im
petrauit, Calpurnio Bibulo collega. Vt primùm uerò magiſtratū inijt, illi

Conſulatus Cæſaris.

cò leges de agris diuidendis in gratiam multitudinis tulit, non quæ con-
ſulem, ſed petulantiſsimum aliquem tribunum plebis decerent. In ſenatu
autem optimatibus repugnantibus, arrepta quam dudum quærebat oc-
caſione

A caſione,magna uoce obteſtatus inuitũ ſe & ui coactum ad populum con
fugere,eiq; ſe committere iniurijs & uiolentia ſenatus cõpulſum, ex Cu-
ria ſe in forum proripuit: & à lateribus ſuis hinc Pompeium, inde Craſ-
ſum collocans,quæſiuit ex ijs, ecquid leges has probarent: affirmanteq;
utroq;, hortatus eſt ut ijs opitularentur,qui gladijs ſe contrà acturos mi-
narentur.Promiſit hoc uterq;, addiditq; Pompeius,ſe contra gladios i-
ſtos cum enſe,& ſcuto etiam uenturum. quod dictum pergratum popu-
lo,optimates offendit,inſano ſcilicet adoleſcẽti potiùs cõueniens, quàm
tantæ uiro exiſtimationis, & à uerecundia ſenatui debita alieniſsimum.
At Cæſar,quo magis potentiam Põpeij ſuam faceret,Iuliam filiam ſuam,
Seruilio Cæpioni deſponſatam Pompeio nuptum dedit, promiſſa huic Nuptiæ
Pompeij filia,quæ & ipſa Fauſto Syllæ F.pacta erat. Neque multo pòſt
ipſe Calpurniam Piſonis filiam duxit,eiq; conſulatum in ſequentem an-
num confecit:maximè tum Catone uocif erãte,& teſtante ferendos non
eſſe,qui nuptijs principatum proſtituant, & mulierum cauſa prouincias
copiasq; mutuò ſibi tradant.Collega Cæſaris Bibulus,cum reſiſtendo e-
ius legibus nihil proficeret,ſed ſæpe cum Catone in foro de uita pericli-
B tatus eſſet,domi incluſus reliquum conſulatus tempus exegit.Pompeius
nuptijs peractis ſtatim armatis forum oppleuit,& in perferendis legibus
populum adiuuit:Cæſari Gallia omnis cis & trans Alpes,Illyricumq; de-
cretum cum quatuor legionibus in quinquennium.Catonem his auſum
contradicere, Cæſar in carcerẽ abripuit,exiſtimans eum tribunos plebis
appellaturum: ſed cùm eum tacitũ ire,& non modò optimatibus id do-
lere factum, ſed plebem etiam uerecundia uirtutis Catonis mœſtam ui-
deret ſilentemq; ſequi,ipſe clàm unũ de tribunis exorauit,ut Catonẽ eri-
peret.De reliquis ſenatoribus perpauci in Curiam exinde uentitabant,
cæteri indignitate eorum quæ fiebant moti publicò abſtinebant. Cuius
rei cùm cauſam Conſidius quidam admodum ſenex redderet, armorum
& militum metu fieri,ut non conueniretur dicens,Quid ergo,inquit Cæ "
ſar,non tu quoq; domi te contines,eadem timens? Et Conſidius: Metu "
me ſenectus liberat: quod enim reliquum eſt uitæ,exiguum cùm ſit, non "
magna cura indiget. Omnium autem factorum id turpiſsimum uide- "
tur,quod Cæſare conſule Clodius ille tribunus plebis eſt factus,qui con "
iugium Cæſaris,& arcana ſacra polluerat. Ad eum autem magiſtratum
C promotus eſt,ut Ciceronem euerteret: neque priùs Cæſar ad exercitum
abijt,quàm opera Clodij Ciceronem Italia expuliſſet. Talia eius ante
Gallicum bellum facta fuerunt.Id autem tempus, quo bellis Galliam do Gloria re-
muit,quaſi nouum uitæ eius,rerumq; initium efficit. Neque uerò quiſ- rũ geſtarũ.
quam eſt ſummorum & maximè apud omnes in admiratione habitorum
ducum,cui non parem imperatorijs & militaribus laudibus id eum tem-
pus demonſtrauerit. Nam ſiue Fabios,Scipiones,Metellos, ſiue qui æ-
quales eius,aut ætate paulò ſuperiores fuerunt, Syllam, Marium, utrun-
que Lucullum,ipſumq; adeò,cuius ad cœlum uſque omnigenarum bel
licarum uirtutũ gloria ſe efferebat,Põpeium cõferas: rebus eorum geſtis
facta Cæſaris palmam præripiunt.Alio enim maiorem laudem conſecu
tus eſt ob iniquitatem locorum in quibus bellum geſſit,alio ob magnitu
dinem regionis,quam in poteſtatem redegit, alio ob multitudinem deui
ctorum hoſtium & robur,alio ob perfidiam & barbariem gentium ſuba
ctarum,alio ob clementiam qua aduerſus domitos uſus eſt, alio ob libe-
ralitatem in commilitones:omnibus uerò, ob multitudinem depugna-
torum prœliorum,occiſorumq; hoſtium. Non toto enim decennio in

Gallia belligeratus, urbes octingentis plures cepit, populos trecentos A subegit, cùm ter millies millibus hostium congressus diuersis prœlijs, trientem eius summæ interfecit, reliquum uiuos in potestatem redegit.

Militum eius uirtus. Tanta uerò beneuolentia erga eum, tantum fuit studium, ut qui alioquin in bello nihil reliquis præstarent, ij pro Cæsaris gloria inuicti quoduis periculum adirent. Qualis fuit (exempli causa) Acilius: qui cùm Massiliensi naumachia in hostilem nauim euasisset, dextra ei gladio amputata, sinistra manu clypeum tenuit, eoq; facies hostium feriens, uniuersos repulit, nauiq; ipse potitus est. Et Cassius Sceua, qui in pugna ad Dyrrhachiũ oculum sagitta, humerũ, itemq; femur pilo confixus, exceptis scuto centum & triginta telorum ictibus, hostes uocauit, ueluti se dediturus: accedentibusq; duobus, alterius brachium gladio abscidit, alterum in faciem percussum auertit, & ipse suorum auxilio saluus euasit. In Britannia cùm primos centuriones in palustrem & aqua repletum locum ingressos adorirentur hostes: quidam Cæsarianus miles, ipso Cæsare pugnam spectante, per medios se proripuit: cumq; præclara fortitudinis facinora edidisset, fugientibus barbaris, ægrè ipse euadens, in lacum sese cõiecit, & summa cum difficultate natando partim, partim gradiendo eum amisso scuto transijt. Admirantibus eum suis, & magno cum gaudio clamoreq; obuiam prodeuntibus, ipse tristis admodum & lacrymans Cæsari supplicauit, ut sibi ueniam scuti amissi daret. In Africa Scipio nauim Cæsaris cepit, inq; ea quæstorem Granium Petronem: is cùm hostes reliquis inter se diuisis, eum se salute donare dicerent, Cæsaris milites non accipere, sed dare salutem consueuisse inquiens, seipsum gladio transfegit. Huiusmodi autem spiritus militum, & animi ardores Cæsar ipse excitauit atq; aluit: primùm honoribus & donis largiendis, ostẽdens non se sui luxus aut uoluptatum causa bello diuitias parare: sed eas opes tanquam communia uirtutis præmia apud se recondi, at tantùm diuitem ipsum in hoc esse, ut militibus pro meritis dare præmia posit. Deinde quòd omnibus ultrò periculis se obijciebat, & nulli labori succumbebat. Et quidem eius in periculis adeundis audaciam eo minùs admirabantur, quod proficisci ab incredibili gloriæ cupiditate existimarẽt: laborum tolerantia, quos præter uires corporis sustinebat, stupefaciebat. Nam & corporis habitu tenui fuit, & alba molliq; carne, & capite morboso, & comitiali morbo ob- C noxius: quod ei malum Cordubæ primùm accidisse dicitur. Verùm inualetudinem Cæsar non mollicici ansam arripuit, sed expeditionibus, difficilimis itineribus, tenuitate uictus, sub dio agendo, morbum depellere, & corpus sanum tueri studebat. Plerunque in curru aut lectica dormiebat, simulq; prouehebatur, ut ne somnus quidem ociosus esset. Interdiu uehebatur circũ castella, urbes, & castra, uno assidente puero, qui dictata ab ipso exciperet scribendo, unoque à tergo milite cum gladio adstante. Adeò autem magna itinera faciebat, ut primam Roma expeditionem faciens, octauis castris ad Rhodanum peruenerit. Equitare ab ineunte ætate didicerat, ac se adsuefecerat, ut retrò abductis manibus & tergo applicatis summo impetu equum citaret. Ea uerò expeditione exercuit se præterea, ut inter equitandum epistolas dictaret, id'que duobus, & (ut Oppius ait) etiam pluribus diuersas. Ferunt id quoque primum omnium Cæsarem excogitasse, ut per literas cum amicis colloqueretur: quòd coràm eadem agere & urbis magnitudo, & negociorum multitudo non pateretur.

Frugalitas. Quàm tenui uictu usus fuerit, argumento, est quòd Mediolani apud hospitem suum Valerium Leonem cœnans,

A nans,cùm is asparagum apposuisset,& pro oleo recenti conditum instillasset,ipse nihil moratus comedit,amicosq; indignantes increpuit,Satis erat(inquiens)non uesci ijs quæ displicerent:inciuilis uerò hominis est, tantam rusticitatem arguere. In itinere aliquando ui tempestatis in tugurium pauperis cuiusdam compulsus,cùm nihil reperisset præter unum cubiculum uix uni recipiendo sufficiens,ad amicos dixit,Honestiora optimis,necessaria infirmissimis concedenda:idq; cubiculum Oppio ad quietem concessit,ipse cum reliquis in uestibulo ostij dormiuit. Enimuerò,ut redeamus eò unde egressi sumus, primum bellum Gallicum ei contra Heluetios fuit & Tigurinos,qui cùm suas urbes,numero duodecim,ac uicos quadringentos combussissent, per Galliam Romanis subditam procedebant,quemadmodum olim Cimbri ac Teutones,quibus neque audacia inferiores uidebantur,& CCC hominum millia erant,atque ex his XIX millia ad pugnam apti. Tigurinos Labienus Cæsaris legatus apud Ararim flumen concidit. Heluetij autem Cæsarem,cùm is ad sociam quandam urbem exercitum adduceret, inopinatò sunt in itinere adorti:occupauit tamen in locum quendam natura munitum cum *Bellum Heluticum.*

B suis euadere.Ibi cùm colligeret & instrueret copias,& equus ei adduceretur,Hoc,inquit,utar ad insequendum uictos hostes, nunc in eos eamus: simulq; pedes irruit. Difficulter, & serò pulsis hostibus,plurimum laboris apud carros & castra eorum sustinuit,cùm non uiri solum ibi, sed mulieres etiam & pueri usque ad mortem se defenderent,atque concide rentur: ita ut mediante demum nocte finis pugnandi fuerit. Insigni uictoriæ pulcrius adiecit facinus, quòd barbaros à pugna superstites ultra C millia hominum,coegit regionem quam reliquerant, repetere, urbesque à se crematas iterum colere.id autem eo consilio fecit, ne Germani eam regionem habitatoribus uacuam inuaderent. Secundum bellum palàm pro Gallis,contra Germanos gessit:tametsi eòrum regem Ariouistum Romæ priùs socium P.R. appellauisset.Erant autem intolerabiles Romanorum subditis uicini Germani, & capto tempore uidebantur non contenti statu suarum rerum præsenti latiùs grassaturi, Galliamq; intrasuri.Videns autem Cæsar duces suos formidine captos, præsertim uerò qui nobiles iuuenes ipsum secuti erant,luxum scilicet & diuitias in castris Cæsaris consecuturi: aduocata concione, abire eos, neq; inuitos *Contra Germanos.*

C periculo se committere iussit,qui ita effeminati essent: se cum decima legione in hostes iturum, quòd neque hostes Cimbris fortiores, neque se Mario deteriorem imperatorem duceret. Eam ob rem decima legio missis legatis gratias Cæsari egit:reliquę suis obtrectantes ducibus,repletæq; alacritate unà multorũ dierum iter Cæsarẽ secutæ sunt,donec ad uigesimũquintũ ab hoste milliare peruenerunt,ac castra metati sunt. Audaciam Ariouisti ipse aduectus Cæsaris nonnihil fregit:mirabatur enim Cæsaris confidentiã,qui ducere ad uersus Germanos(quibus ipse aduentantibus fugam facturos Romanos sperauerat)exercitũ non ueritus fuisset, inq; suis castris trepidari sentiebat. Auxerunt terrorẽ uaticinia mulierum sacrarum, quæ in uortices fluminum inspicientes, ex strepituq; & fluctuatione amnium futura præsagientes, pugnare eos ante nouam Lunam uetabant.Quæ ut sunt ad Cæsarem renunciata,Germanos quiescere uidẽs,statuit potiùs adoriri eos pugnam ita formidantes, quàm ociosus desidere, dum tempus ijs commodum appeteret. Itaque munitiones eorum & colles quos insederant inuasit, irritatosq; ut descenderent

ad pugnã permouit: fuditq; eos, & ad Rhenũ usq; per CCC stadia insecutus, cadauerib. & spolijs omnẽ planiciẽ repleuit, Ariouisto cum paucis elapso, & Rhenũ trãsuecto. Cęsa perhibẽt LXXX hominũ millia. Inde exercitu in Sequanis in hybernis relicto, ut rebus urbanis intendere animũ posset, in Galliam Pado uicinã profectus est, quæ & ipsa ad eius prouinciã pertinebat: Rubicone enim amne Italia à Gallia cisalpina diuiditur. Ibi cùm ageret, multitudinis ad se confluentis animos largiẽdo quæ petebantur, aut spem eius consequẽdi faciendo, neminemq; à se cum repulsa dimittendo, sibi deuinxit. Reliquo etiam belli tempore, non animaduertente Pompeio alternis, modò ciuium armis hostes, modò pecunijs ab hoste captis ciues in potestatem suam redegit. Posteaquam uerò renunciatum est Belgas Gallorum potentissimos, & qui tertiam totius Galliæ partem tenerent, contractis multis hominum armatorum millibus, bellum moliri, magna aduersus eos celeritate contendit, populantesq; Romanis societate coniunctam Galliam adortus, conferto agmine turpiter pugnantes fudit: tantaque affecit strage, ut ob cadauerum multitudinem Romanis transitus per paludes altos que fluuios daretur. Ex his qui rebellauerant, ad Oceanum accolentes omnes, ne tentato quidem prœlio, deditionem fecerunt. Inde in Neruios Cæsar duxit omnium Gallorum ferocissimos atque bellicosissimos. Hi cum densissimas syluas incolerent, medio cuiusdam syluæ & penetrali recessu liberis suis atque facultatibus repositis sexaginta millium multitudine Cæsarem castra facientem, neque tum pugnam expectantem subitò inuaserunt, & fuso equitatu duodecimam septimamq; legionem circumdederunt, centurionesq; omnes interfecerunt: quòd nisi Cæsar ipse arrepto scuto per suos in primam aciem processisset, impetumq; in barbaros dedisset, coq; in tali periculo constituto, duodecima legio à tumulis decurrisset, ordinesq; hostium dissipasset, nemo uidetur ea die Romanus euasurus cædem fuisse. Nunc Cæsaris audacia incitati, supra uires (ut dicitur) pugnantes, Neruios non pulere quidem, sed resistentes propè occidione ociderunt: quippe de sexaginta millibus uix quingenti, de quadringentis senatoribus tres cladi superfuerunt. Hæc cùm senatui essent renunciata, quindecim dierum (quod pro nulla antè unquam factum fuit uictoria) decreta est supplicatio: nam & periculi magnitudinem tot populorum simul facta rebellio ostendebat, & uictoriæ splendorem beneuolentia erga Cæsarem augebat. Ipse uerò Gallicis rebus compositis, rursus circa Padum hyemabat, ac rebus urbanis operam dabat. Non enim ij modò qui magistratus petebant, ipso suppeditante pecunia populum corrumpebant, & dignitates quas uellent consecuti, omnia quæ ad potentiam Cæsaris conducerent augendam agebant: sed & ad eum pleriq; illustrissimorum amplissimorumq; uirorum Lucam cõuenerunt, Pompeius, Crassus, Appius Sardiniæ præfectus, Nepos Hispaniæ proconsul. ita ut lictores ibi tum CXX, senatorij uiri ducentis plures fuerint. Inter eos ita conclusum est, ut Pompeius ac Crassus consules constituerentur, Cæsari prouincia in aliud quinquennium, & pecunia ex ærario decerneretur. Quod quidẽ nemini cordato nõ est uisum absurdissimũ, eos qui tantũ à Cæsare pecuniæ accepissent, senatui decernendæ ei tanquam indigenti pecuniæ autores esse, aut inuito potiùs gementiq; id extorquere decretum. Cato tum aberat, quem isti de industria in Cyprum amandauerant. Fauonius autem, qui erat Catonis imitator, cùm in senatu diu frustra reclamasset, è curia se proripuit, & apud multitudinem magnis clamoribus questus

Belgicum, & Neruicum.

A quæstus est: cùm quidem nemo dicta eius curaret, alijs Pōpeium & Crassum uerentibus: alijs Cæsari, in quo ipsis erant omnia, [illegible]. Cæsar postquàm in Galliam ad copias rediṫ, magnum ijs in [illegible] bellum offendit, quòd duo magni Germaniæ populi, Vlipetes & Tencteri Rhenum habitationis quærendæ causa transijssent. De pugna [illegible] his facta ipse in commentarijs scribit, eos cùm missis legatis inducias petijssent, in itinere eximprouiso equitatum ipsius (erant autem quinque millia Cæsarianorum equitum) octingentis equitibus adortos in fugam uertisse: misisse deinde iterum fallendi causa legatos, quos ipse detinuerit, & exercitum in hostem duxerit, stoliditatem ratus fidem erga homines ita infidos ac periuros. Canusius quidem scribit, cùm senatus uictoriæ eius causa supplicationē decerneret, Catonem sententiam tulisse, dedendū esse barbaris Cęsarē, expiandamq; urbis nomine uiolationē fœderum, uertendasq; in fontem execrationes. Cæsa autem fuerunt Germanorum CCCC millia: eos qui iterum traiecere, Sicambri excepērūt, Germanica gens. Hanc nactus ansam Cæsar, qui alioquin gloriæ studiosus 9

B primus cum exercitu Rhenum transijsse dici cuperet, ponte Rhenum instrauit, quo maximè loco is & latus admodū est, & rapidus turgidusq;, ita ut trunci ac ligna secundo amne deuecta pontis fulcra uehementer concuterent. Contra hoc Cæsar sublicas ligneas ualidas & robustas obiecit, flumini impactas, quibus uis undarum frangeretur: pontemq; decem omnio diebus absoluit, opus fide superius. Traductis eò copijs, cùm nemo occurrere auderet, sed Sueui etiam, quorū prima est inter Germanos laus, intra densas ac syluis obsitas conualles se recepissent: cùm duodeuiginti dies in Germania hostium regionem incendijs uastando, sociosq; Romanorum confirmando exegisset, in Galliam redijt. Nobilis etiam conatus Britannicę expeditionis est. Primus enim cum classe occiduum Oceanum intrauit, ac per Atlanticum mare copias ad bellum uexit, & insulam incredibilis magnitudinis, ac quæ permultis scriptoribus contendēdi materiā præbuit, cùm quidam nihil nisi nomen esse eam putarent, occupare aggressus, Romanum imperium extra orbem terrarum propagauit. Bis ex opposita Gallia in eam insulam traiecit: cumq; multis prœlijs maiora Britannis damna, quàm suis commoda attulisset (nihil

C enim ferè erat, quod [illegible]minibus inopem & laboriosam uitam tolerantibus eriperet) non quali statuerat exitu bellum finijt: sed acceptis à rege obsidibus, & stipendio imperato, ex insula discessit. In Galliam reuersus, literas accepit, quas nuncij fuerant ad ipsum in Britanniam delaturi: his amici eum certiorem de obitu Iuliæ filiæ Pompeio nuptæ faciebant, quæ in partu perierat. Magnum is casus Cæsari, magnum Pompeio dolorem attulit: amici autem perturbabātur, existimantes uinculum, quod laborantem cæteroqui rempub. in pace & concordia continebat, morte Iuliæ ruptum. nam & infans paucis post matrem diebus obijt. Iuliam quidem inuitis tribunis populus in campum Martium detulit, ibiq; sepelijt. Cùm uerò Cæsar copias suas, magnas iam factas, in hyberna multa diuisisset, atque ipse more suo in Italiam abijsset, omnia illicò Gallica bella recruduerunt: & Galli magnis cum exercitibus circumeuntes excindebant hyberna, oppugnabantq; castra Romanorum. Maxima & ualidissima pars rebellantium duce Ambiorige Cottam & Titurium cum ipso exercitu necauerunt, Ciceronis hyberna sexaginta hominum millibus obsederunt, & ac tantùm non expugnauerunt, Romanis omnibus consauciatis, & uirtute magis quàm uiribus obsidionem sufferentibus.

Iuliæ mors.

Gallorū defectio.

Cæsar acceptis harum rerum nuncijs, tametsi procul à suis abesset, statim A
tamen eò conuersus, septem millibus militum contractis ad eripiendum
periculo Ciceronem properauit. Hostes eius aduentu cognito, & contempta
paucitate, obuiam contendunt, tanquam sublimem cum suis arre
pturi Cæsarem. At Cæsar callidè subterfugere, locum nactus qui paucis
aduersum multos pugnaturis esset cōmodus, castra munire, suos prœlio
abstinere, uallū altius extrui, & portas obstrui metu simulato iubere, ita
se hostibus in contemptum adducere: donec eos palantes subitò adortus,
fudit, & magna clade affecit. Hoc factum plerasq; Gallorum qui in
Belgico sunt defectiones repressit: & ipse per hyemem circum oppida
passim proficiscebatur, ac ne quid nouarum rerum existeret obseruabat.
nam in locum amissorum militum tres ei legiones Roma missæ aduenerant,
quarum duas de suis militibus ei Pompeius utendas dedit, tertia ex
Gallia togata recens collecta fuit. Interim in diuersa procul parte defe-
ctio, cuius iam pridem inter bellicosissimos & potentissimos homines
facta erant & alita semina, in maximum & periculosissimum erupit bel-
lum, confirmata ingentibus hominum ualida ad militiam ætate copijs,
& armis undiq; conductis, collatis in unum maximis opibus ac diuitijs: B
ad hæc ualidæ urbes, & regiones difficilibus munitę accessibus, & tūc hy
berno tempore congelati amnes, syluæ niuibus obtectæ, campi torren-
tibus stagnantibus perfusi, itinera partim ob niuis altitudinem incerta,
partim ob paludes & amnes auersos perplexa uidebantur Cæsarem im-
peditura, ne de rebellantibus pœnas sumere posset. Desciuerant autem à
fide Romanorum multi populi, quorum præcipui erant Aruerni & Car
nutes: summa rerum ad Vecingentorigem delata erat, cuius patrem Gal
li affectatæ tyrannidis insimulatum occiderant. Is copijs in multas partes
diuisis, & singulis partibus suis præfectis ducibus, ad defectionem uici-
10 nas omnes usq; ad Ararim regiones pertraxit, in animo habēs quòd iam
tum Romæ coitio esset aduersus Cæsarem facta, uniuersam bello concita
re Galliā. Et quidē si hoc paulo pòst molitus fuisset, Cæsare bello iā ciui-
li implicato, haud leuiores utiq; Cimbricis terrores Romam inuasissent.
Nunc qui omnibus rebus ad bellum præclarè, tempore autem omnium
optimè nosset uti Cæsar, simul atq; rem comperit, eadem qua uenerat uia
profectus, celeritate ipsa itineris & impetu ostendit barbaris, inuictum C
se aduersum eos adducere exercitum. Quò enim missum ab eo nuncium
aut tabellarium peruenire multo etiam tempore posse nemo credidisset,
ibi ipse statim cum toto est conspectus exercitu, agros hostium uastans,
munitiones excindens, urbes subigens, eos qui factum mutarent in fi-
dem recipiens: donec ab Heduis etiam est rebellatum. Hi cùm se reli-
Heduorum defectio. quo tempore fratres Romanorum appellassent, essentq; ab ijs præcipuos
honores consecuti, tum se adiunxerunt rebellibus, multasq; Cæsaris ex-
ercitui molestias exhibuerunt. Itaque Cæsar inde motis castris per Lin-
gones in Sequanos contendit, socios, & quorum regio omnium Gallica
rum prima aditur ab Italia proficiscentibus. In itinere eum hostes adorti
sunt, multisq; hominum millibus circumfusis pugnare coegerunt. Quos
ille partim prœlio uicit, partim diuturno terrore compressit: tametsi ini-
tio uidetur incommodum accepisse. Ostendunt enim Aruerni pugio-
nem in templo suspensum, spolium Cæsaris: quem ipse Cæsar postea
cùm uidisset, subrisit, amicosq; tollere uolentes prohibuit, sacrum esse di
cens. Enimuerò eorum qui cladem effugissent, maior pars cum rege Ale
xiam confugerunt, urbem & murorū magnitudine, & tum defensorum
multitudine

A multitudine propè inexpugnabilem. Quam cùm Cæsar in obsidione haberet, periculum ei tantum, quantum uerbis exprimi non potest, obtigit. Robur enim totius Galliæ, hominum armatorum C C C millia ad Alexiā uenerunt, cùm in urbe essent C L X X millia: ita ut Cæsar utrinque grauì bello detētus, duos castris muros sit coactus circumdare, unum aduersus urbem, alterum contra eos qui recens aduenerant. actum enim de se fore intelligebat, si inter se copias coniungere hostibus licuisset. Multis itaque nominibus celebre ad Alexiam bellum Cæsaris fuit, quòd obscurū non erat, nullo unquam alio bello insigniora audaciæ ac peritiæ opera edita esse. Id uerò maximam admirationem meruit, quòd Cæsar non animaduertentibus qui in urbe erant hostibus, cum altera parte conflixit, ui ctorque discessit: idque adeò magis, quòd Romanos etiam, qui murum urbi obiectū custodiebant, fefellit. Non enim prius de uictoria cognouerunt, quam uirorum & mulierum ab Alexia eiulatum & planctum exaudiuerunt, qui nimirum uiderent ab altera parte multa auro argentoque ornata scuta, multos sanguine conspersos thoraces, multa pocula, multa tentoria Gallica à Romanis in castra referri. Tanta celeritate magnæ istæ copiæ umbræ instar aut insomnij dilapsæ euanuerunt, plerisque in pugna occisis. Qui uerò Alexiæ obsidebantur, cùm & se & Cæsarem diu multumque torsissent, in deditionem tandem uenerunt: totius autem belli dux Vercingentorix armis indutus pulcerrimis, equo ornato portis exijt: cumque ter in orbem circa Cęsarem, ut tum sedebat, equitasset, equo desiluit, proiectisque armis ad pedes Cæsaris accessit, atque ibi quietus assedit, donec ad triumphum in custodia asseruari iussus est. Enimuerò iampridem Pōpeium euertere Cæsar animum induxerat, sicut & hunc Pompeius. Crasso enim, quem uictor aduersarium fuisset habiturus, in Parthis occiso, relinquebat Cæsari ut maximus fieret, eum qui maximus erat Pompeium deijciendi, Pompeio huic, ne id sibi accideret, maturè opprimendi consilium capere. Et Pompeius quidem nuper sibi à Cæsare timere cœperat, quem hactenus neglexerat, existimans se quem euexisset, haud difficulter deiecturum. At Cęsar qui multo antè hoc apud animū suū proposuisset, longè se subduxerat, ut se pugilis instar cōtra aduersariū pararet: bellisque Gallicis & se & copias exercuerat, ac gloria factorū rerū gestarū Pompeij famā æquauerat. Occasiones aūt propositi sui exequēdi partim Pōpeius ipsi, partim temporū uitia, corruptaque Romæ reipub. ratio suppeditabāt. Quippe q magistratus ambiebāt, posita in medio mēsa impudēter populū epulis corrūpebant: isque addictis suffragijs in Campū descendebat, nō uotis pro largitore, sed sagittis, gladijs & fundis certaturus. ita ut sępe sanguine & cędib. polluto tribunali discessum sit, urbe, tanquam naui quę gubernatoris orba ui tēpestatis deferē, fluctuāte, magistratibusque carēte: adeò quidem ut cordati homines bene actū fore cum repub. existimarēt, si ad nihil eam deterius uæsania tanta atque procella, quæ ad unius alicuius dominationē redigerēt. Quin & inuenti iam sunt, q nisi unius imperio sanari rem pub. posse negare auderēt in publico, idque remediū adhibendū esse à medico lenissimo, eique obtemperandum: Pōpeium scilicet indicantes. Pōpeius aūt se id recusare simulās, re ipsa hoc unū summo studio agebat, ut dictatorē se dici efficeret: id quod Cato intelligēs, senatui persuasit uti eum solū consulē crearet, ut legitimo utcunque magistratu delinitus, cōtentionē dictaturę adipiscendæ abijceret. Quin & prouincijs eius tēpus certū definitū est: obtinebat aūt duas Hispaniā, & Africā uniuersam, quas missis

Alexiæ obsidio.

B (margin letter beside "toria Gallica")

Occasiones belli ciuilis.

C (margin letter beside "famā æquauerat")

legatis adminiſtrabat, ex ærario quotanis acceptis mille talentis exerci- A
tus alebat. Interim Cæſar per nuncios conſulatum, & prouinciarum pro-
rogationem petit. Ibi primùm tacente Pompeio Marcellus & Lentulus
odio Cæſaris, petitionem eius impugnauerunt, neceſſarijs dictis multa
Iniuriæ in Cæſarem. ſuperuacanea addentes, quæ ad contumeliam eius, iniuriamq́ pertine-
rent. Nam & Nouocomenſibus, quam coloniã nuper in Galliam Cæſar
deduxerat, ius ciuitatis ademerunt: & Marcellus conſul unum ſenatorum
eius loci Romam profectum uirgis cædi iuſsit, addens ſe eum ita inſi-
gnijſſe, ut cognoſceret ſe Romanum non eſſe: abiret, ac Cæſari oſtende-
Eius largitiones. ret. Cæſar poſt Marcelli hoc factum Gallicas diuitias ubertim haurien-
das ijs qui in republica uerſarentur dedit: Curionem graui ære alieno li-
berauit, qui tum tribunus plebis erat: Paulo conſuli H S trecenties ſexa-
gies largitus eſt: ex qua pecunia is baſilicam, nobile opus, foro adiecit,
pro Fuluia extructum. Proinde Pompeius factionis Cæſarianę metu pa-
làm ipſe amicorum etiam adhibita opera egit, uti Cæſari ſucceſſor mitte-
retur. miſitq́, qui milites ab eo repoſcerent, quos ad Gallicum bellum ei
utendos conceſſerat. Remiſit eos Cæſar, uiritim C C L denarijs donatos. B
qui autem eos ad Pompeium reduxere, ij apud uulgus ſparſis de Cæſare
ſiniſtris rumoribus, ipſum Pompeium inani ſpe productum corrupe-
runt: deſiderari eum à Cæſaris exercitu dicentes, & qui ob inuidiam
& uitia reipublicæ hic uix ſuum locum teneat, ei paratas ibi eſſe copias:
& ſimul atque Italiam attigiſſent, in eius poteſtate futuras: adeò Cæſa-
rem ſuis militibus ob continentes expeditiones inuiſum, & metu ty-
rannidis ſuſpectum eſſe. His inflatus Pompeius, curam exercitus paran-
di dimiſit, Cæſarémque inanibus decretis & ſententijs, quas ille nihili fa-
ceret, oppugnare ſatis habuit. Ferunt ſanè quendam tribunum militum
adſtantem curiæ, cùm audiret ſenatum Cæſari tempus imperij non pro-
rogare, capulo gladij manu pulſato dixiſſe, At hic dabit. Veruntamen
Poſtulata. Cæſaris petitio ſplendidum iuſticię prętextum habebat. Poſtulabat e-
nim, ut tam Pompeius, quàm ipſe ab armis diſcederent, & priuati à ciui-
bus aliquid muneris peterent: & oſtendebat qui ſe armis ſpoliarent,
Pompeio imperium confirmantes, eos alterum tyrannidis accuſando,
alteri tyrannidem parare. Has à Cęſare latas conditiones Curio apud po
pulum proponens magno eſt acceptus applauſu, & coronę in eum tan- C
quam athletam coniectæ. Antonius etiam trib. plebis epiſtolam Cæ-
11 ſaris eadem de re allatam apud populum inuitis conſulibus recitauit.
In ſenatu autem Scipio Pompeij ſocer ſententiam tulit, ut Cęſar, niſi in-
tra diem dictum ab armis diſceſsiſſet, hoſtis iudicaretur. Conſulibus ue-
rò quęrentibus, Pompeiúsne dimittere exercitum iuberetur, itémque an
Cęſar: illud pauci admodum, hoc propè omnes cenſuerunt: cùm uerò
Antonius poſtularet, uti uterque imperio ſe abdicaret, ab uniuerſis aſ-
ſenſum eſt. Vi tamen Scipio obtinuit, ac Lentulus conſul armis, non ſuf-
fragijs, contra latronem opus eſſe uociferans, ut re infecta diſcederetur,
& ob tumultum ueſtis mutaretur. Aliæ deinde Cæſaris allatæ ſunt epi-
ſtolę, quibus moderatè, ut uidebatur, petebat, uti citerior ſaltem Gallia
& Illyricũ ſibi cum duabus legionibus concederetur uſq; ad alterius con
ſulatus petitionem. Cicero etiam tunc è Cilicia reuerſus pacificationi
ſtudebat, & Pompeium eò uſque inflexerat, uti negatis militibus, cętera
concederet: & eò rem inclinauerat, ut perſuaſi ab ipſo Cęſaris amici no-
minatarum prouinciarum, & ſex millium militum promiſsione contenti
eſſent,

A essent, idq; iam Pompeius concederet. Verùm Lentulus consul, quiq; ab eius erant factione, obstiterunt: & ab his ignominiose Antonius & Curio senatu exturbati sunt; Cæsari ultrò prætextum honestissimū præbentibus, & qui ad animos militum irritandos plurimum conduceret. ostendebat enim eis uiros insignes, & qui cum magistratu fuissent, seruili habitu, (nam ita se Roma fugientes metus causa composuerant) rheda meritoria ad se profugisse. Habebat secum Cæsar haud plures trecentis equites, & legionariorum militum quinque millia: reliquum exercitum trans Alpes relictum missi erāt qui adducerent. Videns autem initium rerum, quas aggrediebatur, in præsentia non magis multitudine militum opus habere, quàm celeritate & terrore hostibus iniecto, (faciliùs enim se eos improuiso impetu perterrefacturum, quàm armis coacturum) milites iussit absq; armis reliquis, solis gladijs succinctos, Ariminum occupare, magnam Galliæ urbem, & quantum eius fieri posset, à cædibus & tumultu abstinere, eosq; Hortensio ducendos tradidit. Ipse interdiu in conspectu omnium gladiatorum exercitia spectauit: paulùm ante uesperam curato corpore in triclinium ingressus, & haud diu apud hos, qui erant ad cœnā uocati, moratus, iam tenebris se intendētibus abijt, salutatis cęteris & suum reditum expectare iussis: paucis autem amicorum mandauerat, uti alia alij uia se sequerentur. Ipse meritorio curru primùm alia uia, deinde ea quæ ad Ariminum tendit, uectus, ad Rubiconem fluuiū peruenit, qui Italiam à Gallia cisalpina diuidit. Hìc cum propiorem iam facinori, quod proposuerat grauissimum, ac præ magnitudine conatus sui ueluti uertigine circumactum, uariæ grauesq; cogitationes subierunt: itaq; inhibito cursu substitit, diuq; tacitus secum in utranq; partem rem deliberauit, multa etiam cum amicis, inter quos fuit Asinius Pollio, commentatus, quantorum malorum omnibus hominibus istius fluuij transitus esset præbiturus initium, & quæ de eo iudicia posteritatis futura essent. Tandem animi feruore quodā, ueluti euentui se ualere iussis rationibus committens, ac præfatus id, quod solent qui dubiæ se fortunæ & incertis periculis credunt, Iacta esto alea, transijt amnem: cursuq; deinde pergens, ante lucem Ariminum peruenit, idq; occupauit. Ferunt proxima, quàm Rubiconem transijt, nocte obscœnum insomniū ei uisum: nempe se cum matre sua corpus miscere. Occupato Arimino, belliq; iam tanquam latis plateis in omnes terras & maria aperto transitu, ac cōfuso simul cum prouinciarum limitibus iure reipub. Romanę: non iam, ut aliàs fieri solet, cōsternatione hominū oborta uiros & mulieres per Italiā discurrere uidisses, sed ipsas adeò urbes certatim ac promiscuè fugere: Romam uerò fuga circumiacentium urbium, ueluti fluuiorum illuuie oppletam, neq; cuiusquam iam dicto audientem esse, neq; oratione temperari posse, sed in tanto æstu atq; procellis tantùm non ipsam à seipsa subuerti. Contrarij enim affectus, & uehementes motus ubiq; locorum existebant: cùm ne ij quidem, qui gaudio afficiebantur, quiescerent, sed spe euentus ferocirent, & passim cum timentibus sibi ac dolentibus contenderent. At Pompeium attonitum alij aliter perturbare: hi, quòd euexisset contra se Cæsarem, administrati malè imperij pœnas eum dare dicentes: illi culpantes, quòd æquas ferentem conditiones à Lentulo contumelijs affici passus esset: Fauonius pede eum terram percutere iubebat. Etenim elatiùs aliquando in senatu uerba faciens, nihil eos de belli apparatu solicitos esse iusserat: se, ut primùm pede solum pulsasset, exercitibus Italiam impleturum. Et uerò tunc Pompeio quàm

Cæsaris impetus. (margin, beside "Videns autem initium rerum")

B (margin, beside "rato corpore in triclinium ingressus")

C (margin, beside "matre sua corpus miscere")

Trepidatio Pompeij & fuga. (margin, beside "rent, & passim cum timentibus")

Cæsari ampliores erant copię: sed nemo eum suis uti consilijs sinebat. Itaque uictus multitudine falsorum rumorum atque terrorum, tanquam omnibus iam ab hoste occupatis, eoq; iam imminente, abreptus cõmuni hominum impetu, tumultum esse decernit, & urbe excedit, iusso sequi senatu, & omnibus qui patriam & libertatem tyrannide antiquiorem haberent. Consules ne ijs quidem sacris, quæ ante exitum fieri leges iubent, peractis fugerunt: fugerunt & senatorum pleriq; obiter de suis, tanquam aliena si essent, quædam abripientes secum. Fuerunt etiam, qui cùm antè Cęsaris partes secuti essent, tamen tunc stupore excussi consilijs unà procella fugæ eius nulla sua necessitate, abriperentur. Miserrimum uerò fuit spectaculum urbis, cùm ea ueluti nauis ingenti ingruente tempestate, rectoribus iam desperantibus, ad quemcunq; fortuna obtulisset locum, eiectum iri uideretur. Nihilominus, etsi ea migratio esset miserrima, fugam tamen Romani ob Pompeium pro patria habuerunt, & Romam, tanquam Cæsaris castra, reliquerunt. quando Labienus etiam, præcipuus inter amicos Cæsaris, quiq; eius bellis Gallicis legatus fuisset, & in omnibus rebus promptissimam ei nauasset operam, ab eo ad Pompeium perfugit. Huic quidem Cæsar pecuniam & impedimenta eius transmisit. B Domitius triginta cum cohortibus Corfinium obtinebat. is cum admoto exercitu Cæsar eum obsedisset, rebus suis desperatis à medico uenenũ poposcit, idq; ut moriturus bibit. Statim uerò audito Cæsarem mira humanitate captos hostes prosequi, deplorauit suam sortem, & consilij celeritatem: cumq; eum medicus bono esse animo iussisset, & somniferum, non lethale bibisse uenenum ostendisset, incredibili gaudio affectus surrexit, & Cæsarem adijt: ab eoq; benignè acceptus, iterum ad Pompeium profugit. Hæc Romam renunciata, hominum animos deliniuere, ita ut multi se à fuga in Vrbem reciperẽt. Cęsar Domitianis militibus, & quoscunque alios per oppida Pompeij nomine conductos depræhendit, in suam potestatem redactis, magnis iam auctus copijs, & terribilis, aduersus ipsum contendit Pompeium. Sed is aduentum eius haudquaquam præstolatus, præmissis Dyrrhachium cum exercitu consulibus, Brundusium fugit: & paulo pòst Cæsare eò insequente inde soluit: quæ singulatim omnia in uita eius persequemur. Cæsaris autem Pompeium statim insequendi consilium penuria nauium impedijt. Redacta in potestatem suam spacio dierum LX uniuersa absque prœlio aut sanguine Italia, Ro- C

Cæsaris Roma potiti eda. mam uenit. Ibi cùm res expectatione sua pacatiores offendisset, complure͛sq; senatores, hos benigno sermone, popularíq; compellauit, hortatusq; est ut ad Pompeium legatos de pace tolerabilibus conditionibus componenda mitterent. Nemo tamen obtemperauit, siue quòd Pompeium à se desertum metuerent, seu quòd præter animi sententiam simulari hæc à Cęsare putarent. Metello autem tribuno plebis pecuniam ex ærario auferre prohibenti Cæsar, legésque prætendenti, Non, inquit, » idem est armorum atque legum tempus. tu, si tibi quę geruntur displi» cent, hinc te age: non enim libertatem dicendi bellum admittit: ubi arma » deposuero, & bellum compositum erit, tunc redibis, si lubet, & po» pularia ista perorabis. Et hæc ego tibi dico, de meo decedens iure: » meus enim tu es, & omnes quos de aduersa factione cepi. Hęc locutus, ad ęrarium perrexit: cúmque claues nusquam inueniret, accitis fabris fores effringi iussit. Ibi rursus instantem Metellum, & à nonnullis laudatum, interfecturum se, nisi finem obturbandi fecisset, seriò minatus est, addens: Haud quidem te, ô adolescentule, fallit, difficilius

mihi

A mihi hoc dictu esse quàm factu. Id dictũ fecit, ut & Metellus perterritus
discederet, & reliqua Cęsari faciliùs ac celeriùs, quibus ad bellum opus
erat, subministrarentur. Proinde in Hispaniam expeditionem fecit, quòd
statuisset primò Afranium & Varronem legatos Pompeij inde profliga-
re, prouinciaq; ea & copijs potitus, ac nullo à tergo relicto hoste, ita de-
mum Pompeium persequi. Eo in bello cùm & insidijs sæpe petitus in di-
scrimen uitæ uenisset, & exercitus eius fame præsertim laborasset: tamen
insequendi, prouocandi, & munitionibus circumueniendi hostes non
anteà finem fecit, quàm castra eorum & exercitum caperet, ducibus ad
Pompeium fuga se conferentibus. Reuersum inde Romam Piso socer e-
ius hortatus est, uti ad Pompeium pacis contrahendæ causa legatos mit-
teret: Isauricus autem Cæsaris studio ductus contradixit. Cæsar ex eo di- *Dictatura*
ctator constitutus à senatu, exules reduxit, & à Sylla proscriptorum libe- *& II. consu*
ris petitionem magistratuum concessit, debitoresq; fœnorum quadam *latum.*
diminutione subleuauit, aliaq; id genus haud multa egit: intra diem unde
cimum dictatura se abdicauit, consulq; cum Seruilio Isaurico à seipso fa-
ctus, bellum prosecutus est. Relicto in itinere reliquo propter festinatio-
B nem exercitu, cum sexcentis delectis equitibus, & quinq; legionibus cir-
ca brumam atq; Ianuarij initium (quem mensem Athenienses Posideo-
nem uidentur appellare) mari se commisit, Ionio transmisso Oricum &
Apolloniam cepit: inde naues remisit Brundusium, ad reliquam exerci- *Traiectum*
tus partem transfretandam. Hi dum essent adhuc in itinere, ut quorũ iam *Ionij maris.*
ætate corpora languescerent, animiq; præ multitudine bellorum defice-
rent, Cæsarem incusabant. Quis tandem (dicebant) ei finis erit nos cir- «
cumducendi, & nobis quasi omnis laborum sensus animaq; expertibus «
utẽdi? At enim & ferrum crebris ictibus retusum est, & clypeo thoracíue «
tam longo tempore quæ nam fuit quies? Saltem ex uulneribus Cæsar in- «
telligeret se mortalibus imperare nobis, & doloribus mortiq; obnoxijs. «
At is ea anni uentorumq; tempestate mari incumbente, quam ne Deus «
aliquis superare ui queat, audacter in aperta nos pericula conijcit, tan- «
quam si non insequeretur, sed fugeret hostes. Hæc illi dictitantes lenio «
gradu Brundusium profecti sunt. Sed ut eò peruenerunt, & auectũ iam
antè Cæsarem senserunt, statim mutata sententia seipsos culpauere, impe
ratoris proditores sese uocantes: duces quoque incusauerunt, qui non ce
C leriùs duxissent. Porrò autem in promontorijs sedentes, mare & Epirum
prospectabant, naues operientes quibus ad imperatorem transueheren-
tur. Interim Cæsar Apolloniæ cùm non satis haberet secum copiarum,
morante ea, de qua modò retulimus, exercitus parte, summa solicitudine
& dolore percitus, rem grauissimam aggressus est. Naui quę duodecim
remis ageretur clam omnibus conscensa, statuit Brundusium traijcere, *Audax Cæ*
cùm tantis classibus mare hostes obtinerent. Itaque noctu seruili ueste oc *saris faci-*
cultatus in eam se contulit, & tanquam extremę sortis homo quietus de- *nus.*
cubuit, Anioq; flumine est ad mare deuectus. Auram matutinam, quæ a-
pud ostia amnis procul repulsis undis tranquillitatem solebat efficere,
fortè tum uentus qui ab alto uehemens eam noctem tenuerat, extinxe-
rat: ita ut ob æstum maris undantis, fluctusq; occurrẽtes incitatus fluuius
& exasperatus, magno cum strepitu & grauibus retrò auersus procellis
nulla ui à gubernatore superari posset, isq; iam nautas retrò auertere na-
uim iuberet. Hîc Cęsar re cognita seipsum aperuit, manumq; gubernato-
ris uiso eo obstupefacti appręhendens, Agedum, inquit, bone uir au-
dacter perge, neq; time quicquã: Cęsarem uehis, & Cęsaris unà fortunã.

Nautę

Nautæ illicò tempestatis obliti, remis insurrexere, omnique conatu ad- A
uersus uim amnis laborârunt: postquam frustra omnis labor fuit, nauisq;
in ipsis ostijs multa aqua recepta periclitata est, inuitus ad modum Cæsar
rectori ut cursum conuerteret concessit. Redeunti cateruatim obuios se
dedere milites, grauiter cõquerentes, quòd non uel cum solis ipsis se uin-
cere posse existimasset, sed quasi præsentibus diffideret, ita se ob absentes
angeret, tantumq; discriminis adiret. Mox & Antonius cum exercitu à
Brundusio transuectus adsuit. Exinde Cæsar confirmata fiducia, Pompe
ium castra commodo loco habentem, & terra mariq; commeatu subue-
cto instructum ad pugnam prouocauit: cum ipse neq; initiò abundè ne-
cessariorum haberet, & postmodò grauissima premeretur inopia. Quip-
pe radicem quandam effodiebant milites, concisamq; & lacte subactam
Penuria. comedebãt. Quin & aliquando confectis ex ea panibus, ad excubias ho-
stium accurrentes, intrò eos coniecerunt, dicentes se à Pompeij obsidio-
ne non discessuros, dum terra esset huiusmodi radices productura. Pom-
peius neq; panes istos, neq; sermones efferri ad uulgus militum passus
est: etenim Cæsarianorum feritatem & extremam tolerantiam formida-
bant. Semper autem leuia prœlia ad munitiones Pompeianas sunt com- B
missa: & Cæsar, cùm semper discessisset superior, semel exercitu ipsius fu-
so propè ipsa castra amisit: nemo enim mãsit in ijs Pompeio irruente, sed
& fossæ cadaueribus impletæ, & apud ipsum uallum munitionesq; effusè
Cæsar uictus ad Dyrrhachium. fugientes cæsi sunt. Et Cæsar cùm obuium se offerens fugam inhibere co
naretur, nihil egit aliud, nisi ut signiferi signa ipso apprehendente abijce-
rent: de quibus duo & triginta ab hostibus capta sunt. Atque ipse Cæ-
sar leui tum momento morti ereptus est. Etenim magno cuidam & ro-
busto uiro iuxta se fugienti manum injciens, manere & in hostem se
uertere iubebat: is totus, ut fit in graui periculo, perturbatus, gladio
ictum ei intentauit: ac ferijsset, nisi armiger Cæsaris brachium ei am-
putare occupasset. Adeò quidem tum de suis rebus desperauit, ut cum
Pompeius siue metu, siue fato operi tanto finem non imposuisset, sed ho
stibus ex fuga in castra inclusis abduxisset, discedens amicis suis dixerit:
» Hodie penes hostem fuisset uictoria, si uincentem habuissent. Noctem
uerò eam omnium acerbissimam exegit Cæsar in tentorio decumbens,
grauissimis cogitationibus uexatus, quòd rem malè gessisset: qui cùm
ad uicinas locupletes regiones, urbesq; diuites Macedoniæ ac Thessaliæ C
bellum potuisset auertere, ad mare, quod totum in hostium potestate e-
rat, desidere maluisset, oppugnatus uerius commeatuum penuria quàm
armis oppugnans. Tandem præsentibus difficultatibus compulsus castra
mouit eo consilio, ut in Macedoniam contra Scipionem duceret: sperans
se aut Pompeium eò pertracturum, ubi commeatu à mari destitutus co-
geretur pugnare, aut Scipionem à socijs desertum oppressurum. Hęc Cæ
saris discessio Pompeianos milites ducesq; excitauit, ut uictum fugien-
temq; Cæsarem insequi iuberent. Ipse enim Pompeius in discrimen pu-
gnæ mittere summam rerum quammaximè cauebat, optimeq; ad ducen
dum bellũ paratus, cunctando atterere & conficere hostem, cuius haud
diu uigere possent copiæ, cupiebat. Quod enim in Cæsaris exercitu erat
pugnacissimum, id peritia & incomparabili audacia præditum ad certa-
mina obeunda: ad oberrandum, & castra mutandum, & oppugnãdum,
& excubandum propter senectutem defatigatum animum despõdebat:
ita ut cõfectis corporibus alacritas etiam eos in obeundis laboribus de-
ficeret. Sed præter hæc lues etiam pestilens ferebatur in castris Cæsaris

A graſſari,coorta ex uictus uitioſitate.& in ſumma,neq; à pecunia, neque à commeatu inſtructus Cæſar,breui uidebatur temporis ſpacio ultrò confectum iri.Eas ob cauſas Pompeium à pugna abhorrentẽ,unus Cato laudabat,eò quòd ciuib. parceret: quippe hic etiam uelato uultu lacrymans diſceſſerat,cùm hoſtium cadauera,qui ad mille in acie ceciderant, cõſpexiſſet. Cæteri omnes Pompeium,quòd pugnam ſubterfugeret,culpauerunt,iritauerúntq; Agamemnonem,& regem regum appellantes: quòd imperiũ deponere nollet, ſed tot principes à ſe pendere, & ad tentorium ſuum commeare gauderet. Et Fauonius Catonis dicacitatem æmulans, inſani in morem quiritabatur, ſi propter Pompeij unius imperiũ ne iſto quidem anno Tuſculanis ficubus ueſci liceret.Afranius etiam,qui recens 14
ex Hiſpania re malè geſta aduenerat, & malè audiebat,quòd accepta pecunia prodidiſſe exercitum putaretur,tum interrogabat,Ecquid non pugnaret Pompeius aduerſus emptorem illum prouinciarum. His omnib. præter animi ſui uoluntatem compulſus Pompeius, pugnæ conferendæ cauſa Cæſarem eſt inſecutus. Cæſari iter perdifficile fuit, nemine cõmea-
B tum præbente, omnibúſq; eum ob acceptã nuper cladem deſpiciẽtibus. Sed ut Gomphos Theſſalicũ oppidum cepit, non alimenta modò exercitui parauit, uerùm etiam morbo eos inſperato quodã modo liberauit. Vino enim,in cuius magnam inciderant copiam,abundè hauſto milites, comeſati deinde per uiam atq; bacchati, habitu corporis immutato affectum priorẽ diſcuſſerunt. Poſtquam in Pharſalia uterq; caſtra fecit,Pompeius ad id conſilij,quod primum intenderat, reuolutus eſt:territus præterea oſtentis parum felicibus, & quòd ſecũdum quietem plauſu ſe P. R. in theatro excipi imaginatus eſſet. At ſocijs eius tantum erat cõfidentiæ, adeóq; ſpem uictoriæ animis iam præceperant, ut de Cæſaris pontificatu Domitius,Spinther,& Scipio contenderent: multíq; Romam mitterentur, qui ædes conſulatum & præturam ambientibus idoneas conducerent atq; occuparent, ueluti ſtatim confecto bello magiſtratus geſturis: maximè omnium equites ferociebant, pugnamq; expetebant, & armorũ mirifico ſplendore ornati, & equis benè ſaginatis inſtructi, & pulcritudine ſua ſuperbi,Cæſarianóſq; prę paucitate(nã ſeptem millia Pompeio,mille tantum Cęſari erant)contemnentes. Ne pedeſtribus quidem
C copijs hoſtem Cęſar ęquabat:quippe XXII millia, Pompeianorũ XLV millib. opponebat. Cæſar aduocatis in concionẽ militibus, Cornificium 15
cum duabus legionibus appropinquare, quindecim cohortes cum Caleno circum Megara & Athenas uerſari oſtẽdit:& interrogauit,illorúmne aduentum expectare,an abſq; his prœlium committi uellent. Illi ſublato clamore popoſcerunt, uti ne moram inijceret, ſed id omni arte atq; conſilio potiùs ageret,ut hoſtem ad pugnam eliceret.Luſtranti deinde exer- *Oſtenta.*
tum Cęſari, primamq; immolanti hoſtiam aruſpex ſtatim dixit, hoc triduo pugna cum hoſte decretum iri.Quęrẽti porrò,númnam aliquod uictorię ſignum in extis conſpiceret, Tu,inquit, rectiùs quàm ego, tibi reſpondens. magnam enim Dij ſtatus rerum tuarum in diuerſam partem portẽdunt mutationem. itaq; ſi in præſentia res tuas exiſtimas bono eſſe loco,aduerſam fortunam: ſin afflictas cenſes,meliorem ſpera. Ea nocte, quæ pugnam præceſſit, cùm excubias ipſe inſpiceret, fax cœleſtis ignis cõſpecta eſt, quę cùm ſuper caſtra eius ſplendida & flammea ferretur, in Pompeij caſtra decumbere uidebatur. Matutina etiam uigilia Panicum terrorem in caſtris hoſtium extitiſſe ſenſerunt. Neque uerò pugnam eo die futuram Cæſar ſperabat, ſed caſtra ueluti ad Scotuſam profecturus

mouebat: cùm iam detensis tabernaculis exploratores equis ad ipsum aduecti, hostes ad pugnam descendere annunciarunt. Quo nuncio uehementer gauisus, Deos comprecatus est, triplicemq́ instruxit aciem: mediam Domitio Caluino commisit, Antonio sinistrum cornu, dextrum ipse tenuit, decimæ legionis præsidio pugnam initurus. Contra hoc equites hostium obiectos uidens, eorúmque splendorem & multitudinem metuens, occultè ab extremis ordinibus ad se cohortes sex subire, & post dextrum cornu adstare iussit, mandato quid agerent hostibus irruentibus. Pompeius dextrum cornu, alterum Domitius, mediam aciem Scipio Pompeij socer ducebat: equitatus uniuersus ad sinistrum cornu coiuerat, spe dextri hostium cornu circumueniendi, magnamq́ apud eorum ducem fugam stragemq́ edendi: non enim impetum hunc tot equitum à pedestri acie posse sufferri, sed perruptum statim prostratumq́ iri putabant. Cùm iam congressus signum essent daturi, Pompeius stare suos in procinctu iussit, seruatisq́ ordinib. hostiũ incursum excipere, donec ij intra pili coniectum uenissent. In quo eum Cæsar peccasse ait, neque animaduertisse, initio pugnæ impetus uehementiam cursu augeri, & cùm ictibus robur addere, tum animi feruorem quasi exagitatum inflammare. Ipse iam aciem commoturus, & ad rem gerendam accessurus, quendam primi pili ducem, hominem fidum sibi & belli peritum primũ omnium uidet suos cohortãtem, & ad fortitudinem instigantem. hunc nominatim compellans, Quid, ait, spei C. Crastine, quid fiduciæ habemus? Tum Crastinus manum intendens, cõtenta uoce, Vincemus, inquit, ô Cæsar præclarè: me quidem aut uiuum, aut mortuum hodie laudabis. Hęc locutus, primus omniũ cum CXX militib. quos secum habebat, cursu in hostes latus est: primisq́ dissipatis, cum magna cæde ac ui pergeret, ense per os traiecto, ita ut mucro supra occiput exiret, obtruncatur. Hoc modo pugna inter pedites in medio, & à cornibus etiam commissa, Pompeiani equites turmas suos confidenter ad circundandum dextrum hostium cornu explicant. Qui antequàm impetum darẽt, à Cæsare cohortes procurrunt, non, ut alioquin solebant, pila eminùs conijcientes, neq́ suras aut femora comminus ferientes, sed in ora & facies ictus intentantes. Ita eñ Cęsar eos docuerat, sperans homines qui in bello atq́ inter uulnera haud diu egissent, iuuenes & forma florẽtes, maximè huiusmodi uulnerum metu cessuros, ac cùm præsens periculũ, tum mansuram in posterum deformitatem fugituros: neq́ id abs re fuit. Non enim sustinuerunt uolitantia pila, ferrumq́ ante oculos obuersans, sed faciei suæ quisq́ timens, auerterunt sese, & texerunt: tandemq́ ita perturbatis ordinibus in fugam uersi sunt, turpissimè summam rei pessundantes. Statim enim qui hos uicerant, peditib. circumfusi, à tergo eos inuaserunt. At uerò Pompeius ut ab altero cornu dissipatos uidit equites, non iam idem qui priùs, neq́ se Pompeium esse Magnum recordans, uerùm eius similis, cui Dij sanam eripuissent mentem, aut clade diuinitus illata obstupefactus, tacitus in tentorium suum abijt, ibiq́ euẽtum expectans sedit, donec omni ipsius exercitu fuso, castra etiam ipsa adorti sunt hostes, & cum custodibus pugnauerunt. Ibi demum ueluti mente captus, » hoc unum (ut aiunt) fatus, Ergóne etiam ad castra? paludamento posito fugæ aptam uestem sumpsit, & è castris elapsus est. Qua deinde fortuna usus sit, utq́ seipsum Aegyptijs in manus dans, ab ijs sit interfectus, in eius uita ostendimus. Cæsar castra hostium ingressus cùm hostium cadauera inspexisset, & alios qui necarẽtur, gemitu edito, Hoc, inquit, ergo uolue-

Pugnæ Pharsalicæ descriptio.

A B C

A uoluerunt, ad eam me neceſsitatem compulerunt: ſcilicet ut C. Cæſar *Cæſaris uictoris clementia.*
qui maxima bella feliciter confeciſſem, dimiſſo exercitu condemnarer.
Hæc Aſinius Pollio Latinè tum Cæſarem pronunciaſſe, pòſt autem
Græcè ſcripſiſſe ait: & addit, pleroſq; ſeruos fuiſſe eos, qui in caſtrorū ex-
pugnatione ceciderint: milites haud plures ſex millibus periiſſe. Pleroſq;
peditum captorum Cæſar in ſuas legiones immiſcuit. Multis etiam illu-
ſtribus uiris impunitatem conceſſit, inter quos & Brutus fuit, à quo
deinde occiſus eſt. fertur grauiter doluiſſe, cùm is nuſq; inueniretur: &
cùm incolumis ad ſe adduceretur, magnoperè gauiſus eſſe. Multis uerò
prodigiis ea uictoria eſt præmonſtrata: quorum id, quod Trallibus eue- *Signa ante uictoriam.*
niſſe narrant, illuſtriſsimum eſt. Ibi in templo Victoriæ ſtatua Cæſaris po
ſita erat, loco circùm ſolido & natura, & lapidib. inſtrato pauimēto: inde
tamen iis dieb. iuxta fundū ſtatuæ palma enata eſt. Patauii autem C. Cor-
nelius, Liuii hiſtorici ciuis & familiaris, diuinādi ſcientia nobilis, cùm eo
die, quo depugnatum eſt, auguria obſeruaret, primò tēpus ipſum (ut te-
ſtatur Liuius) pugnæ notauit, iisq; qui aderant dixit, Iam rem cōfici, prœ
B liumq; cōmitti: deinde ad obſeruanda ſigna iterū cōuerſus, iis perſpectis
diuino quodā furore afflatus exiluit, uociferās, Vincis ô Cæſar: & iis qui
intererant attonitis, coronam capiti detraxit, ſacramento ſe obſtringens,
non antè ſe eam reſumpturū, q; artem exitus comprobaſſet. Hæc ita acta
eſſe Liuius affirmat. Cæſar uictoriæ ergò Theſſalis libertate donatis, Pō-
peiū inſequi inſtitit. Cùm in Aſiam perueniſſet, Cnidios in gratiā Theo
pompi, eius qui fabulas conſcripſit, liberos reddidit: omnibusq; Aſiæ ha
bitatorib. tertiā tributi partē remiſit. Alexandriā Pōpeio iam mortuo ue-
nit, ibiq; Theodotū caput illius offerentē auerſatus, accepto ſigillo eius
illacrymauit: omnes autē ſocios eius & familiares qui per eam regionem
errantes capti eſſent, adſciuit ſibi, ac beneficiis ornauit. ſcribensq; ad ami
cos Romam, hūc ſe dixit fructum uictoriæ ampliſsimum dulciſsimumq;
ferre, quòd ſemper aliquos eorum ciuiū, qui arma contra ipſum tuliſſent,
ſeruare ſibi daretur. Bellum uerò Alexandrinum quidam ab eo nulla ne- *Belli Alexandrini hiſtoria.*
ceſſitate ſuſceptū, ſed ob amorem Cleopatræ cum infamiam ſimul & gra
uia pericula iſta adiſſe dicunt: quidam in regios adminiſtros culpam con
ferunt, Photinum præcipuè, qui potentiſsimus omnium, nuper Pompeio
C cædem parauerat, Cleopatram regno eiecerat, ac tum Cæſari occultè exi
tium ſtruebat. quam fuiſſe Cæſari cauſam perhibent, ut inſidiarū euitan-
darum gratia noctes compotando exigere inciperet. Et quidem palàm
intolerabilis erat Photinus, multa in Cæſaris inuidiam cōtumeliamq; di-
cens ac faciens. Milites enim cùm iis peſsimum uetuſtiſsimumq; dimeti-
retur frumentum, ferre iuſſit & boni conſulere, quòd de alieno ederent:
ad cœnas ligneis utebatur tātum & fictilib. uaſis, cætera Cæſarē pignoris
loco habere dicens. Debuerat autem pater eius qui tum rex erat Cæſari
ſeptingenties HS: & tum Cęſar reliquū eius ſummę liberis eius donabat,
quadringenties ſolum petebat ad alendum exercitum. Photinus eum in
præſentia abire, & magna ſua negocia perſequi iubebat: pòſt eum cū gra
tiarū relatione debitum recepturū. Cæſar ſe nihil omnino Aegyptiis con
ſiliariis opus habere reſpondit: & occultè Cleopatram ad ſe ex agro acci-
uit. Hæc cum uno ſuorum amicorum Apollodoro Siculo in lembum in-
greſſa, iam nocte ingruente ad regiam peruenit, cumq; latêre aliter non
poſſet, in longum porrecta ſtragulo ſe illigari ab Apollodoro, atq; ita ad
Cæſarem per fores apportari paſſa eſt. Hac primū Cleopatræ techna ca-
ptus ac proteruitate traditur Cęſar: uictus deinde ſuauitate cōſuetudinis

eius & iucũditate, in gratiã fratris eam restituit, ita ut unà regnaret. Facta A
hac cõpositione, cùm frequenti omnes cõuiuio interessent, tonsor Cæsaris, ut erat hominũ timidissimus, ideoq́ curiose omnia explorabat & clanculum auscultabat, ab Achilla exercitũs præfecto, & Photino eunucho insidias strui Cæsari percepit, indiciumq́ rei detulit. Cæsar cœnaculum præsidio cinxit, & Photinum necauit. At Achillas fuga in castra elapsus difficilimũ ei bellũ intulit, parua manu contra ingentes copias, inq́ tanta urbe id sustinere coacto. Primum periculum fuit, quòd aqua prohibebatur, aquæductib. hostium opera obstructis. Alterum, quod exitiũ classis coactus est incendio amoliri, quod à nauali grassatum magnam etiam bibliothecam absumpsit. Tertiũ fuit, cùm apud Pharum cõmissa pugna ab aggere in lembum desiluit, suisq́ pugnantib. auxilium tulit: multis uerò Aegyptiorum nauibus petitus, in mare seipsum coniecit, magnoq́ cum labore enatauit, lembo, in quo fuerat, ab hostibus statim submerso. Ferũt eum tunc libellos multos manu altera tenuisse, eosq́ tametsi & mergeretur & telis impeteretur, non dimisisse, uerùm una manu supra aquam extulisse, altera natasse. Ad extremum rege ad hostes digresso, prœlium cõmisit, & multis deiectis, ipsoq́ etiam rege (incertũ quo modo) de medio B
sublato uicit. Cleopatram inde Aegypti reginã cõstituit, quæ paulo pòst filiũ ex eo peperit, quẽ Alexandrini Cæsarionẽ appellauerunt. Ipse statim ab eo bello in Syriã profectus Asiam inde peragrauit. Ibi ei renunciatum est, Domitium à Pharnace Mithridatis filio uictũ ex Ponto cum paucis profugisse, Pharnacen uictoriã insatiabili cupiditate subsecutum, iam Bithynia & Cappadocia occupatis minorem Armeniã appetere, omnesq́ in illis partibus reges principesq́ ad defectionem pertrahere.

Pharnaces à Cæsare uictus.

Aduersus hunc illicò tribus cum legionibus profectus, apud urbem Zelam ingenti prœlio facto exercitum eius occidione deleuit, ipsumq́ Ponto expulit. Celeritatem eius uictoriæ Romam nuncians, ad Amintium suorũ quendam amicorum, ita scripsit: Veni, uidi, uici. quæ uoces eo ipso, quòd similiter desinunt, breuitati indicandæ haud parum cõgruunt. Secundũ hæc in Italiam traiecit, Romamq́ uenit, in fine anni eius, quo dictator II creatus fuerat: cùm quidem nunq̃ anteà annua fuisset dictatura. Ad insequentem annum consul creatus est.

Querelæ de Cæsare.

Malè autem audiuit, q̃ milites, cùm ij per seditionem duos prætorios uiros Galbam & Cosconium interfecissent, C
uerbis tantùm increpauit ita, uti pro militib. Quirites appellaret: ijsq́ uiritim mille denarios, & multum agri in Italia distribuit. Vitio ei dabantur
16 etiam Dolabellę insania, Amintij auaricia, & Cornificij Antonijq́ temulentia, qui domum Pompeianam, tanq̃ haud satis laxe in ea posset habitare, demoliebatur atq; mutabat. hæc enim Romanis erãt molesta. Cæsar tametsi neq; ignoraret, neq; probaret, tamen quia ad institutum suum ijs necessariò uteretur administris, cõniuebat.

Bellũ Africum contra Scipionẽ & Catonem.

Interim Cato & Scipio à Pharsalica pugna in Africam delati, auxilio regis Iubæ magnas contraxerant copias. Aduersum hos expeditionem faciens Cæsar, brumæ tẽpore in Siciliam traiecit, utq́ suis spem omnem cunctationis præcideret ducibus, in littore suum posuit prætorium. Ventum nactus idoneum, cum trib. peditum millibus, & paucis equitib. in Africã transmisit: hisq́ expositis, me tuens maiorib. suis copijs clàm rursum auectus, eas iam transfretantes offendit, inq́ castra deduxit. Cæterùm audito hostes antiquo oraculo quodam fretos esse, quo Scipionis genus semper rem in Africa obtenturum prædiceretur: Scipionem quendam Sallutionẽ cognomento, Africanorum genere ortũ, sed hominẽ alioqui contemptũ & abiectum, in prœlijs

primo

A primo loco tanquam ducem constituit, & sepe inuadere hostem, ac conferere manus coëgit: incertum an oraculi sibi uindicandi causa. Caesariani & frumenti, & pabuli affligebātur penuria, cogebanturque iumentis algam marinam salsugine ablutam porrigere, condimenti loco parum graminis admiscentes. Numidae enim celeres, multique simul identidem irruebant, & agris potiebantur. Quodam etiam tempore, cùm Caesaris equites ociosi Afrum quendam saltantem simul & tibia canentem ita uti admirationem mereretur, spectarēt, eique intenti oblectationi equos pueris commisissent: Numidae subitò circumfusi bonā eorum partem occiderunt, reliquos effuse ad castra fugientes insecuti eodem impetu irruperunt. quod nisi Caesar ipse, cumque eo Asinius Pollio ex castris auxiliū suis tulissent, eorumque fugam inhibuissent, actum utique de eo bello fuisset. Iterum deinde alio proelio superiores hostes fuerunt: cùm quidē Cęsar aquiliferū fugientem ferē collo correptū obuertisse, ac dixisse, Hic sunt hostes. Scipio sanè his successibus elatus, statuit proelio rem committere: relictoque seorsim Afranio, seorsim Iuba, castra haud procul habentibus, super paludē prope ur-

B bem Thapsacum castris munitionē erexit, quae omnib. ad pugnam ituris arcis & refugij loco esset. Hoc illo agente Cęsar superatis incredibili celeritate syluestrib. ac difficilimis ob perplexitatē itinerum locis exercitum eius partim cinxit, partim à fronte adortus est. Eo fuso, impetū successus prosperi sequens, continuò Afranij castra capit, confestim etiam Numidica, dilapso fuga Iuba, diripit. Ita exigua unius diei parte trinis est potitus hostium castris, ac suorum nō omnino quinquaginta amissis, hostium L millia deleuit. Quidam eum rei gestae interfuisse negant: sed cùm iam ordines instrueret, correptū solito morbo tradūt, idque cū sensisse, ac priusque penitus omnib. sensib. caperet, cùm iam inciperet tremere, in quoddam uicinum castellum abductum fuisse, atque ibi acquieuisse. Qui ex pugna fugerant consulares & praetorij uiri, multi capti mortem sibi consciuerunt: permulti ad Caesarem adducti, iussu eius necati sunt. Catonem autem uiuum in potestatem suam redigere quam maxime cupiens, ad Vticam propere accessit, quam is urbē custodia tenens, proelio non interfuerat. Vt uerò de morte eius, quam is sibi ipse attulerat, cognouit, haud dissimulauit grauiter id se ferre: tamets cur ita, non cōstat. dixit quidem, Inuideo tibi mor- *Catonis interitus.*

C tem tuam ô Cato, quando tu etiam mihi salutem tuam inuidisti. Sanè oratio in Catonem iam mortuum scripta à Caesare, uidetur animi nequaquam reconciliati aut benigni indicia continere: qui enim pepercisset uiuo, in quem sensu iam omni priuatum tantum irę effuderit? Humanitas tamen, qua Ciceronem, Brutum, & mille alios qui in bello cōtra ipsum fuerant, complexus est, argumento esse quibusdam uidetur, non odio uiri eam orationem, sed ciuilis contentionis causa scriptam. Etenim Cicero laudationē Catonis cōposuit, quae ab eo est Cato inscripta, & à multis magno studiò probata, ut par erat orationem à praestātissimo oratore de materia pulcerrima conditam. Id molestū erat Caesari, ut qui hominis propter se mortui laudibus se accusari putaret: itaque multa in Catonem crimina collegit, libroque complexus est, cui titulus est Anticato. Vtraque oratio propter & Catonem & Cęsarem multorū est applausu accepta. Enimuerò ut redijt Romā Caesar ex Africa, primò uictoriā suam apud populū uerbis iactauit, praedicans se tantum telluris subegisse, unde quotannis in publicum ducēta millia Atticorū medimnorū frumenti essent reditura, & olei librę termillies millenę. Triumphos deinde duxit, Aegyptiacum, Ponticum, Africanum, hunc scilicet non de Scipione, sed de Iuba rege: cuius *Triumphi Caesaris.*

etiam filius Iuba, puer admodum, in pompa tum ductus est, beatissimus A eius captiuitatis nomine, qui per eã ex Numida eò deductus est, ut inter doctissimos Græcorum numeretur. Secundum triumphos militib. amplissima dona dedit, populumq; epulis & spectaculis recreauit. Totum populum epulo excepit tricliniorum XXII millibus: & in honorem filiæ Iuliæ dudum mortuæ gladiatorum & naumachiæ spectacula edidit. Post hæc populi recensio facta est, & numerata sunt hominum CL millia, cùm priori censu CCCXX millia essent relata. Tantam ciuile bellum calamitatem inuexit, tantamq; populi partem pessundedit: ut cæteras reliquæ Italiæ & prouinciarum clades taceam. His omnibus perfectis, consul IIII factus, in Hispaniam contra filios Pompeij profectus est, qui iuuenes etiamnum ætate, admirandæ tum multitudinis copias contraxerant, audaciamq; imperio non indignam præ se ferebant. Magnum ad urbem Mundam prœlium depugnatum est. Quo in prœlio Cæsar cùm pelli suos uideret, & ægrè resistere, per ordines & arma discurrens uociferatus est ad milites, Ecquid uos puderet: quin uos imperatorem uestrum corripitis, & in manus puerorum traditis? Tandem magno conatu hostes fudit, & super XXX millia occidit, amissis suorum mille præstantissimis uiris. Discedens quidem à pugna suis dixit, se de uictoria sæpe, tunc B uerò primùm de uita sua dimicasse. Pugnatum est autem Liberalibus, quo die etiam Pompeius Magnus traditur ad bellum exiisse ante quadriennium. De filijs Pompeij iunior effugit: maioris caput paucis pòst diebus Didius attulit. Vltimum hoc bellũ à Cęsare gestorum fuit. Triumphus autem ab eo bello apud Romanos summã commouit indignationem. Minimè enim probabatur eum non exteris ducibus, aut barbaris regibus deuictis, sed optimi Romanorum calamitate icti genere & liberis extirpatis, per triumphum patriæ infortunijs insultare, ijsq; se rebus iactare, quas unica necessitas apud Deos hominesq; excusare possit: augebatq; rei indignitatẽ, quòd antehac neq; nunciũ neq; literas publicas de ulla bello ciuili parta uictoria miserat, uerecũdia gloriã tegens. Veruntamen ad fortunã uiri inclinantes, recepto iã fręno, & existimãtes constituto unius in rep. principatu, respirare urbẽ ab intestinis malis posse, dictatorẽ eũ perpetuũ creauerunt. ea uerò haud dubia erat tyrannis, adiecta ad impunitatẽ perpetuitate. Honores ei decernẽdos in Senatu proposuit Cicero, quorũ tamẽ magnitudo utcumq; homini par esset: his certatim alij maiora adijcientes effecerunt ut Cæsar, ob fastum & nouitatem eorum quæ C in honorem eius decreta sunt, etiam mansuetissimis inuisus fieret. Quam ad rem inimici eius haud minus quàm assentatores contulisse uidentur, id agentes, ut quàm plurimas ac maximas eius inuadendi causas haberent. Alioquin enim imposito à se iam bellis ciuilibus fine Cęsar nullo se crimine obligauerat uideturq; haud absurdè templum Clementię ad agendas humanitati eius gratias decretum fuisse. Multos enim eorum qui bellum contra ipsum gessissent, uenia dignatus est: quosdam etiam ad magistratus prouexit, ut Cassium & Brutum, qui tum prætores erant. Pompeij etiam statuas, quæ deiectæ erant, non est passus iacere, sed restituit: estq; tunc à Cicerone dictum, Cæsarem restituendis Pompeij imaginibus, suas stabilire. Amicis quoque stipatoribus ipsum uti iubentibus, & operam suam offerentibus, recusauit, dicens, Pręstat semel mortem oppetere, quàm semper metuere. Itaq; ciuium beneuolentia, quam honestissimam & fidelissimam custodiam censebat, sese muniens, iterum populum epulis & frumentarijs largitionibus refecit, milites colonijs deducendis,

Census populi.

Bellum contra Pōpeij filios.

Dictatura Cæsari honoresq; decreti.

Eius benignitas, ut gratiam ca pàrit.

A ducendis. De quibus nobilissimæ sunt Carthago & Corinthus, quæ ut olim eodem tempore dirutæ, ita tum simul instauratæ sunt. Potentiores autem cōsulatus & præturas insequentis anni promittendo, alijsq; hono ribus & dignitatib. deliniuit: omnibusq; bonas spes proponens id egit, ut uolentibus imperaret. Quinetiam mortuo Maximo cōsule cùm unica dies consulatus gerendi superesset, Caninium Rebilum consulem ei suffecit: ad quem cùm pro more frequentes salutatum accederent multi, Cicero, Properemus, inquit, priusquam magistratu homo abeat. Enimuerò ingenium eius magnificum atque honoris auidum ita erat, ut prosperi successus eum non ad fruenda ea quæ adeptus erat auerterent, sed ad nouos conatus incenderent: & quasi defunctus præsenti gloria esset, ad querendam recentem aliam incitarent: adeoq; ipse secum, ueluti cum alio quopiam, contendebat, & acta agendis superare certatim laborabat. Ea propter tunc quoque animo res arduas conceperat: expeditionem in Parthos facere, his subactis per Hyrcaniam præter Caspium mare & Caucaso adiacentia loca in Scythiam proficisci, inde regiones Ger- *Noui eius conatus.*
B maniæ finitimas, ipsamq; Germaniam percurrere, & per Gallias in Italiam reuerti, scilicet confecto expeditionum circulo, qui Oceano undique circumfuso terris concluderetur. Interim opera Anieni statuerat Isthmum Corinthiacum perfodere, Tiberim statim infra urbem profundo alueo intercipere, atque ad Circæum auertere, inq; mare quod apud Anxur est deducere: qua re & faciliorem & tutiorem mercaturæ causa Romam petentibus nauigationem machinabatur. Præterea paludes quæ sunt apud Nomentum & Setium siccare, & campum redigere multis hominum millibus colendum: aggeribus coniectis claustra mari quod Romæ proximum est addere: littorisq; Ostiæ propinqui cæcis & importuosis partibus expurgatis, portus ibi & stationes pro dignitate nauigationis condere. Atque hæc quidem parabantur. Anni uerò correctio, & inæqualitatis fastorum emendatio eleganter ab eo excogitata & absoluta, usum habuit gratissimum. Non enim antiquitus modò Romani menses habuerunt ad anni circuitum non congruentes: (quo efficiebatur, ut sacra & feriæ paulatim à constituto die decedentes, in diuersam adeò anni partem deferrentur) sed & solaris anni ra- *Anni correctio.*
C tio, qua utebantur Cæsaris ætate, omnibus præter sacerdotes ignota erat, ijq; soli eam cognitam habentes, subitò, ac præsentiente nemine mensem intercalarem adijciebant, qui & Mercedonius dicitur. hunc autem primus omnium Numa rex inuenisse traditur, auxilium ad errores & confusionem tollendam exiguum, neque durabile, uti est in eius uita à nobis demonstratum. Sed Cæsar præstantissimis philosophis atque mathematicis eam quæstionem proposuit, & ex methodis iam tum inuentis, peculiarem quandam & absolutam emendationem eruit: qua etiamnum utuntur Romani, minusq; reliquis temporum inæqualitate laborare uidentur. Neque tamen id institutum eorum qui potentiæ ipsius æmulabantur repræhensiones effugit: cùm & Cicero dicente quodam Lyram prostridie orituram, Nimirum (inquit) ex edicto: tanquam hîc quoque necessitatem hominibus Cæsar imposuisset. Enimuerò apertis, capitalibusque in eum odijs ansam præbuit regni cupiditas: quæ & prima causa plerisque fuit, & iampridem infensis honestissima facti sui præscriptio. Et uerò qui regium nomen Cæsari quærebant, rumorem diuulgauerant, Sibyllino oraculo indicari, Parthos à Romanis subigi nullo modo posse, nisi si cum *Regnum affectatum.*

rege suo in eos expeditionē facerent. Quinetiam ab Alba Romā descendentem ausi sunt regem salutare: cùm quidem populo cōturbato, ipse indignatus Cæsarem se, non regem uocari dixit: omniumq; silentio facto, minimè sereno hilariq; uultu transijt. Deinde cùm essent in senatu honores ei immodici decreti, accedentib. ad ipsum pro rostris tū sedentē consulibus, prætoribus, totoq; senatu, nō assurrexit, sed tanq; si cum priuatis hominibus colloqueretur, respondit eos honores diminutionem potiùs quàm additionem requirere. Non Senatum modò, sed & populum id offendit, ciuitatemq; rati ignominia Senatus ludibrio haberi, magna cum tristicia discesserunt, quotquot discedendi facultatem habuere: adeoq; sensit Cæsar indignationem eam, ut statim domum abiret, reductaq; à collo ueste ad amicos uociferaretur, se paratum esse ad præbendū, si quis necare ipsum uellet, iugulum: ac posteà morbum suum prætēderit facto, quo qui laborent, ij si stantes ad multitudinem uerba faciant, sensib. suis integris ac firmis uti nequeant, sed hi statim cōturbentur, exagitenturq;, & uertigo inde oboriatur. Sed res nequaquam ita habuit: imò enim ferunt eum, cùm assurgere Senatui uellet, ab amico, aut uerius adulatore quodam suo Cornelio Balbo prohibitum, monente eum, ut se Cæsarem esse meminisset, seq; ut præstantiorem coli pateretur. Ad has inde offensas accessit circumscriptio tribunorum plebis: res ea ita acta est. Lupercalibus (quæ à pastoribus olim celebrata fuisse multi tradunt: & quidem habent nonnihil similitudinis cum Arcadicis Lycæis) multi nobiles adolescentes, & magistratū etiā gerētes discurrunt per urbem nudi, & obuios per risum iocumq; hirsutis scuticis feriunt: multæ uerò nobiles matronæ de industria occurrunt, manusq; uerberibus tanq; in ludo literario præbent, ad facilem partum grauidis, fœcunditatem sterilibus conducere id persuasæ. Ea tunc Cæsar spectabat pro rostris sedens aurea sella, uestitu triumphali. Antonius etiam, ut tum erat consul, inter Lupercos currebat. Is ut in forum peruenit, populusq; ei locum adeundi dedit, diadema serto laureo circumplicatum Cæsari porrexit: ad hoc ex composito plausus non alacris est editus, Cæsare repudiante, uniuersus populus plausum dedit: iterumq; Antonio diadema porrigente, pauci, Cæsare non accipiente uniuersi manus cō ploserunt. Hoc modo animis populi exploratis, Cæsar surrexit mandato ut sertum in Capitolium deferretur. Statuæ autē ex eo Cæsaris conspectæ sunt, regijs mitris redimitæ: has duo tribuni plebis Flauius & Marullus detraxerunt, inuentosq; eos, qui primi Cæsarem regem salutassent, in carcerem abduxerunt, populo sequente, & Brutos nomen tribunis acclamante. nam Brutus fuit is, qui regia potestate euersa, rempublicam senatui & populo reddidit. His factis iritatus Cæsar, Flauium & Marullum magistratu deposuit: & in accusandis ijs multa contumeliosè in populum faciens, brutos eos & Cumanos appellabat. Proinde multitudo se ad M. Brutum confert, cuius paternum genus à magno illo Bruto uidebatur descendere, maternum ex Seruiliorum nobili stirpe: idemq; consobrinus erat ac gener Catonis. Is Brutus cum natura uideretur ad tyrannidem destruendam incitari, honoribus tamen & muneribus à Cæsare acceptis inhibebatur. Non modò enim à Pompeiana fuga apud Pharsalum Cęsar eum seruârat, multosq; ipso deprecatore uenia donauerat, sed & plurimum ei habebat fidei, pręturamq; omnium pręstantißimam contulerat, & in quartum annum consulem destinauerat, prælatum in contentione Cassio. Ferunt enim Cęsarem dixisse, Cassium iustiore sermone uti, se tamen Bruto non de-

Lupercalia.

Iniuria in tribb. pl.

A non defuturum. Idem quibuſdam accuſantibus Brutũ, iam tum conſpi-
ratione ea gliſcente, animũ non aduertit: quin & corpus ſuum manu tan
gens, delatoribus dixit: Hæc cutis Brutum expectat. cenſens eum ob
uirtutem dignum imperio, atque huius tamẽ cauſa non ingratum aduer-
ſus ſe futurum. Qui uerò mutari ſtatum reipublicæ cupiebant, & ad Bru-
tum uel ſolum uel primum omnium reſpiciebant, non auſi uerbis eum
tentare, noctu ſellam eius & tribunal de quo prætor ius dicebat, ſchedis
oppleuerunt, quibus ferè hæc eſſent inſcripta, Dormis Brute, neque es Brutus in
Brutus. Quibus ſentiens Caſſius paulatim animum eius commoueri, Cæſarẽ exa
magis quàm antè inſtitit hominémque inſtigauit, priuatim ipſe etiã Cæ- citatur.
ſari infenſus ob cauſas in Bruti uita indicatas. Sanè & ſuſpectus Cæſari
fuit, adeò ut hic ad amicos aliquando dixerit, Quid uobis uidetur Caſ-
ſius? mihi quidem non admodum probatur, nimis enim pallet. Iterumq;
delatis apud eum Dolabella & Antonio, quaſi ij res nouas machina-
rentur, dixiſſe fertur, ſe ſibi haud magnopere à craſſis iſtis crinitiſq;
metuere, ſed à pallidis iſtis atq; macilentis: Caſſium & Brutum notans.
B Verùm enimuerò fatum haud tam præuideri quàm euitari nequit: quan
do & mirabilia prodigia atq; oſtenta apparuiſſe dicunt. Fulgores qui- Prodigia
dem cœleſtes, & ſtrepitus paſſim auditos, & aues ſolitarias in forum dela
pſas referre, ut tantæ rei ſigna, fortaſſe nõ conuenit. Strabo philoſophus
narrat, multos homines ignitos per aerem deferri uiſos: calonem quen-
dam ex manu multũ flammæ effudiſſe, uiſumq; ardere: ſed flammis ceſ-
ſantib. nihil habuiſſe mali. Ipſo Cęſare immolante, hoſtiã corde carere ui-
ſam, idq; pro graui oſtento habitum, quòd natura non ferat uti ullũ ani-
mal ſine corde ſit. Iam illud à multis cõmemoratur, quendam ei ariolum
prędixiſſe, ut Idib. Martijs magnũ periculum caueret: Cæſarẽ Idib. Mar-
tijs in ſenatũ euntẽ ariolo illuſiſſe, dicentẽ, Idus Martias iam ueniſſe: illũ
ſubmiſſa uoce reſpondiſſe, Næ illæ uenerunt, ſed nondũ præteriuerunt.
Pridie eius diei cum apud M. Lepidũ cœnaret, & accumbens (uti ſole-
bat) literis ſubſcriberet, orta diſquiſitione, quód nam mortis genus eſſet
optimum, omnib. anteuertit, & ſubitã inopinatamq; mortẽ optimã eſſe
exclamauit. More deinde ſuo cum uxore dormiens, omnib. ianuis & ual
uis feneſtrarum conclauis ſubitò apertis, ſtrepitu ſimul & luce perterri-
C tus, luna ſplendente uidit Calpurniam uxorem grauiter dormire, & uo-
ces obſcuras gemituſq; inarticulatos edere per ſomnum. ea enim imagi-
nabatur per quietẽ ſe mariti trucidati corpus in ulnis tenere atq; deplo-
rare. Quidam non hoc inſomnium uxori eius obtigiſſe dicunt: ſed (ut Li Calpurnia
uius narrat) fuit quoddam pinnaculum quaſi honoris cauſa & maieſtatis inſomniũ.
mandato ſenatus additum Cæſaris ædibus: id per quietem uiſa ſibi eſt
Calpurnia collapſum deflere ac lamentari. Itaq; facta luce Cæſarem ora-
uit, ut ſi omnino prodire cogeretur, at ſaltem ſenatui diem protraheret:
quòd ſi ipſius inſomnia prorſus uilipenderet, at alijs diuinationibss at-
que ſacris futurum exploraret. Et iniecit quidem uiro nonnihil metus
ac ſuſpicionis, quòd uxorem, quam hactenus nequaquam mulierum
more ſuperſtitioſam expertus fuerat, uehementiùs eſſe ſolicitam cerne-
ret: cùm uerò aruſpices etiam multis mactatis hoſtijs non potuiſſe lita-
ri nunciarent, ſtatuit omnino miſſo Antonio ſenatum dimittere. Inte-
rim D. Brutus Albinus cognomento aduenit, cui Cæſar tantum tribue-
bat, ut eum in teſtamento ſuo ſecundum hæredem ſcripſerit. Is M. Bruti
& Caſſij coniurationis ſocius, metuens ne Cæſare illam diem euitan-
te conatus ipſorum innoteſceret, aruſpices riſit, Cæſarémque uerbis

increpuit, qui ſeipſum incuſationib. & calũnijs ſenatorũ obijceret, quòd A
ijs illudere uideretur: etenim eos iuſſu ipſius conueniſſe, omnesq́; paratos
eſſe decernere, ut ipſe rex omnium quę extra Italiam ſunt prouinciarum
dicatur, ac terra mariq́;, niſi cùm in Italia ſit, diadema geſtet. quod ſi
nunc aliquis eos abire domum iubeat, & rurſum in curiã uenire ubi meliora
Calpurniæ inſomnia fuerint oblata, quóſnam futuros æmulorũ ſermones
putaret? aut quem amicorum eius audituros eſſe iſtos, oſtendere
conantem, hęc non ſeruitutem eſſe & tyrannidem? ſi tamen omnino ſtet
ſententia diem iſtum abominari: rectiùs facturum, ſi ipſe in curiam pro-
greſſus ſenatui coràm hoc indicet. ſimulq́; Cæſarẽ manu appræhenſum

Indicia conſpirationis neglecta.

produxit. Haud procul foribus proceſſerãt, cùm ſeruus quidam alienus
Cæſarem compellare cupiens adfuit: qui cum à turba Cæſarem certatim
ſectantiũ retruderet, in domũ Cæſaris tamen ui eluctando per cateruas
peruenit, Calpurniæq́; cuſtodiendũ ſeſe tradidit, dum rediret Cæſar, habere
ſe magnarum rerum indicia, quæ ad eum deferret dicens. Artemidorus
etiam Cnidius Græcè dicendi magiſter, atq; ob eam rem quorundam
Brutianæ conſpirationis ſociorum familiaris, ita ut pleraq; eorum B
conſilia haberet cognita, indicia rei in libello perſcripta ad Cæſarem attulit:
cumq́; eum uideret libellos accipere, ac ſuis famulis porrigere, proximè
aggreſſus, Hunc, inquit, ô Cæſar ſolus lege, & celeriter: ſcriptas eñ
continet res magnas, & tua plurimum referentes. Acceptum Cæſar cùm
ſæpius eſſet conatus legere, prohibitus interpellantium multitudine in
manibus retinuit ſolum omnium reliquorum, itaq; ſeruans in curiam intrauit.
Quidam libellum ab alio porrectum ſcribunt: ipſum Artemidorum
tota uia aditu Cæſaris excluſum & detruſum fuiſſe. Verùm huiuſmodi
res etiam caſu euenire poſſunt. Eo autẽ in loco, ubi ſenatus eſt habitus,
& cædes peracta, Pompeij ſtatua tum iacebat: ipſaq; illa curia ab
eodẽ Põpeio olim dedicata, & ornamenti cauſa theatro adiecta demonſtrauit
Dei alicuius ductu ibi rem perpetratam fuiſſe. itaq; ergo Caſſius
etiã, tametſi ab Epicuri opinionib. haud abhorrens, fert̃ ante factũ ad ſtatuam
Pompeij reſpexiſſe, tacituſq́; eum inuocaſſe: ſcilicet inſtante iã facinoris
tempore animo diuinitus concitato, atq; ea perturbatione prioribus
ſententijs excuſſis. Antonium Cæſari fidum & robuſtum hominẽ,
extra curiam D. Brutus detinuit, iniecto ſtudioſè longiori ſermone. Cæ- C
ſare ingreſſo ſenatus aſſurrexit honoris cauſa. coniurati partim poſt ſellam
eius circumſtiterunt, partim obuiam iuerunt, Tullio Cimbro pro
fratre exule deprecanti adfuturi, & uſque ad ſellam comitati ſunt, preces
ſuas pro eo interponentes. Poſtquam conſedit Cæſar, & preces eorum
repudiauit, acriuſq́; urgentes ſingulatim obiurgauit: Tullius togam
eius utraque manu compræhenſam à collo detraxit: quod ſignũ erat inferendarum

Cæſar in ſenatu trucidatur.

Cæſari manuum datum. Tum primus ei Caſca pugione ſecundum
ceruicem uulnus inflixit haudquaquam lethale: nimirum initio
magni facinoris cõſternatus. itaq; Cæſar obuertit ſe, & arrepto pugione
exclamauit Latinis uerbis, Scelerate Caſca quid agis? ſimul Caſca Gręco
ſermone fratris auxilium implorauit. Hoc facto initio, qui non erant coniurationis
conſcij, ita ſunt obſtupefacti, ut neq; fugere, neque opitulari,
neque omnino uocem ullam edere auderent: coniurati gladium unuſquiſque
ſuum ſtrinxerunt. Ita Cęſar circulo armatorum incluſus, & quocunq;
faciem conuerteret, ictibus occurrens in ferrumq́; offendens uultui
oculiſq́; intentatum, feræ inſtar inter manus omnium ſeſe obuerſauit:
oẽs enim oportuit participes cædis eius fieri, ideoq; unũ etiã uulnus

ad

A ad inguen ei Brutus imposuit. Perhibent Cęsarem, cùm reluctatus aduersus cæteros esset, uociferansq; corpus hinc inde iactasset, ut uiderit Brutum gladium nudasse, toga caput obnubisse, ac se siue fortuitò, siue compulsum eò à percussoribus demisisse ad basin statuæ Pompeianæ: & hanc cędes ista cruore oppleuit, ut uideri posit ipse Pompeius supplicio inimici adstitisse, sub pedes eius collapsi, ac præ multitudine uulnerum calcitrantis. uiginti enim ac tria uulnera accepit: & multi dum in unum corpus tot plagas ingerunt, sese mutuò consauciarunt. Cæsare interfecto, quamuis in medium progressus Brutus esset uerborum de re acta faciendorum causa, manere tamen Senatus non sustinuit, sed fuga se per fores proripuit, tumultuq; & dubio metu populum repleuit, ita ut quidam ædes clauderent, alij mensis & tabernis relictis ad curiam accurrerent uisuri cadauer, quidam eo spectato inde procurrerent. Antonius & Lepidus præcipui Cæsaris amici in alienas domos confugerunt. Brutus uerò cum socijs, ut adhuc à cæde calebant, nudos ostendenres gladios uniuersi à curia agmine facto Capitolium petierunt, non fugien-

B tium similes, sed hilari uultu & audaciam præ se ferente, populumq; ad libertatem uocarunt, obuiorumq; optimum quenq; adsciuerunt, & in arcem euaserunt. Fuerunt qui se eis adiungerent, unáque ascenderent, & societatis perpetratæ cædis gloriam sibi arrogarent, ut Lentulus Spinther, ac C. Octauius: qui paulo pòst pœnas uanitatis suæ dederunt, ab Antonio & iuniore Cæsare necati. cùm sanè reliquis fidem eis derogantibus ne gloria quidem ea, ob quam mori cogebantur, perfrui eis contigisset: & non facti, sed uoluntatis causa supplicium eis imponeretur. Postridie Bruto cum suis degresso, & in concione facti rationes edente: populus neque indignatione, neque collaudatione facti uerba eius prosecutus est: altoq; silentio ostendit se Cęsaris miseratione, Brutiq; uerecundia teneri. At Senatus obliuione iniuriarum, omniumq; aduersus omnes pacificatione constituta, Cæsari diuinos honores decreuerunt, utq; nihil ne leuissimum quidem eorum quę is dictator sanxisset rescinderetur: Bruto quoque & socijs prouincias dignósque honores tribuerunt. iamq; omnes existimabant pacatam esse rempublicam, & optimè omnia composita. Verùm ubi testamentum Cęsaris *Obliuio sancitur.*

C recitatum est, quo haud uile munus uiritim is ciuibus legauerat, corpusq; eius per forum ducto funere spectatum est, ut erat laniatum uulneribus: statim multitudo nulla decori, nulla ordinis habita ratione, subsellia à foro, & cancellos & mensas ad cadauer Cęsaris accumulauerunt, ijsq; cremauerunt: alij arreptis ardentibus facibus ad ędes interfectorum eius accurrerunt, ijsq; incendium minati sunt: alij per totam urbem discurrerunt, compręhendere eos & discerpere, si oblati fuissent, cupientes. Verùm eorum nemo se obuiam tulit, sed tuto se quisq; loco continebat. Erat quidam amicus Cęsaris, Cinna nomine.. Is superiori nocte secundum quietem uisus erat sibi à Cęsare ad cœnam uocari, cumq; detrectaret, ab eo manu abduci inuitus atq; repugnans: tum uerò audiens Cęsarem in foro cremari, honoris causa eò se cōferre cepit, tametsi & insomnio nonnihil terreretur, & febricitaret. Hunc cùm de multitudine unus uidisset, percontanti alteri quis esset indicauit, isq; rursus alteri: ita confestim apud omnes rumor increbruit, esse hunc unum de interfectoribus Cæsaris. Etenim fuit inter coniuratos alius quidam Cinna: quem illi tum sibi offerri putantes, hominem in media turba facto impetu discerpserunt. Hoc maximè facinore perterriti Cassius & Brutus, cæte- *Tumultus in funere Cęsaris.*

tus, cæteriq; eorum socij, paucis interpositis diebus Roma discesserunt: A
quæ deinde egerint, quæ pertulerint, utq; perierint, in Bruto perscripsi-
mus. Mortuus est Cæsar annos natus LVI, quatuor post Pompeij obitũ,
haud pluribus annis, cùm uix dum potentiam & imperium, quod per o-
mnem uitam ac tot pericula quæsiuisset adeptus, nullum eius fructũ nisi
nomen solum, & inuidiosam gloriam apud ciues percepisset. Magnus ta
men ille genius, qui uiuenti adfuit, mortui quoq; cædem persecutus est,
autores eius terra mariq; agens & inuestigans eousq;, dum nemo eorum
superesset: sed quicunq; in facinoris partẽ uel facto uel cõsilio uenissent,
Cædis Cæ- pœnas dedissent. Ex ijs quę hominibus euenerint, maximam Cassij casus
saris ultio. admirationem meretur. Is enim uictus apud Philippos, eodem, quo Cæ-
sarem, gladio sese peremit. De ostentis diuinitus factis, cometa ingens,
qui septem noctes à morte Cæsaris splendidus apparuit, octaua euanuit:
& solis obscuratio, qui totum illum annum pallido & nihil rutilante circu
lo ortus est, imbecillumq; à se & tenuem diffudit calorẽ, ita ut aër ob de-
fectum eius à quo discernitur & temperatur caloris caliginosus grauisq;
fuerit, ob eiusq; frigiditatem fruges non satis percoctæ maturatæq; ex- B
titerint. Maximè autem omnium Bruto ostentum factum demonstrauit,
Cæsaris cædem Dijs displicuisse. Exercitum enim Abydo in oppositam
continentẽ traiecturus, cùm in tentorio more suo non dormiens, (nemo
enim, ut perhibent, imperator illo minùs dormitauit, aut plus uigilię tem
poris impendit) sed futura secum animo prospicens quiesceret, uisus est
sibi apud fores strepitum quendam exaudire, respiciensq;, lucerna iam
deficiente terribilem imaginem uiri inusitatæ magnitudinis, horrendęq;
formæ uidit. Perterritus primùm, ut nihil agere aut loqui, sed tacitè adsta
re lecto sensit, percontatus est, ecquis esset: respondit ei umbra, Sum tuus
Brute malus genius, apud Philippos me uidebis. & Brutus tum cõstanti
animo, Videbo, inquit: statimq; recessit spectrum. Posteà temporis apud
Philippos cum Antonio & Cęsare congressus, priori prœlio hostes à sua
parte fudit, & insecutus eos, castra Cæsaris diripuit. Iterum pugnaturo
spectrum idem noctu occurrit, tacitum tamen: itaque intelligens fato se
urgeri, coniecit seipsum in pugnæ discrimen. Neq; tamen in prœlio ce-
cidit: sed fusis suis in præruptum quendam confugit locum, nudoq; pe-
ctore in gladium incubuit, & quodam ex amicis (ut traditum est) ictui C
uehementiam addente mortuus est.

PLVTARCHI PHOCION,

DEMADDEMADE VIRO ATHENIEATHENIENSI VIRO

Augustano interprete.

Demadem & Phocionem cõfert.

DEMADES orator cùm Athenis potentia uale-
ret, eo quòd ad gratiã Antipatri & Macedonum
omnia sua in repub. consilia accommodaret, mul-
ta interim dicere ac scribere contra dignitatem &
D consuetudinem ciuitatis coactus, ueniam sibi de-
beri dicebat, qui naufragia reipublicæ guberna-
ret. Quod etsi dictũ uideri potest ab eo audaciùs,
tamen ad Phocionis translatum reipub. admini-
strationem, locum habet. Nam Demades quidem
ipse fuit ciuitatis naufragium, qui ita libidinosè uixerit, ut de eo iam ętate
proue-

A prouecto Antipater diceret, linguam tantùm eius & uentrem, ueluti confectæ hostiæ, superesse. At Phocionis uirtutem cum tempore, graui & uiolento aduersario, quasi forte comparatam, fortunæ Græciæ obscuram ingloriamq́ effecerunt. Neq; eñ Sophocles audiendus est, qui uirtuti uires derogat, ita scribens: 1

Neq; enim ictus infortunio compos manet
Mentis: licet antè sapuerit uel maximè.

Id quidem uirium credendum est habere fortunam bonos uiros oppugnantem, uti pro merito honore & gratia quandoq; grauibus repræhensionibus & calumnijs eos onerans, uirtuti fidei aliquantum deroget. Sanè uidetur populus rebus præsertim secundis insultare bonis uiris, fortunæ fauore & rerũ statu læto elatus: contrà tamen fieri solet. Nã res aduersæ morosos semper multitudinis animos efficiũt, irritabilesq́, & qui leuissimã ob causam iras cõcipiant: aures quoq; difficiles & delicatas, ac quæ ab omni sermone ac uerbo uehementiori lædantur. Peccata enim increpans aliquis, exprobrare eis infortunium uidetur: & liberè si loquatur, contemnere. Ac quemadmodum uulneratas & exulceratas corporis partes mel offendit: ita sæpenumerò uerus & prudens sermo, nisi admixtam habeat lenitatem & obsequium, mordet & exasperat aduersam fortunam expertos. atq; hoc est opinor, cur Homerus ea quę dulcia sint, animo obsecundantia (id enim uidetur Latinis esse, quod Grecè menoeces effertur) dixerit: nempe quod animæ parti ei quę uoluptatem percipit, concedant, neq; ei repugnent. Atq; ut oculus inflammatione laborans umbrosos & obscuros colores libenter inspectat, splendidos & luminosos auersatur: itidem ciuitas rebus parum prosperis utẽs meticulosior est, & delicatior, quàm ut perferre liberioris sermones possit: cùm quidem hi maximè tum requirantur, quòd correctione eorum quæ peccantur status rerum non admittit. Itaq; eo tempore in repub. uersari, periculosissimum est: nam & qui grata populo loquuntur, unà pereunt: & qui secùs faciunt, ab eo perduntur. Quemadmodum igitur solem mathematici perhibent neq; eodem quo cœlum motu ferri, neq; prorsus tamẽ contrario: sed obliquo & deflexo cursu leuiter in curuis circuitionibus conuerti, quibus temperat omnia quàm rectissimè & conseruat: ita in repub. etiam administranda rectus nimis, & ubiq; populari sententiæ repugnans tenor, durus est & inhumanus: rursusq; ad perniciẽ procliue est, obsequi per omnia, & unà cum peccantibus abripi se pati. Quæ uerò & morẽ gerit aliquando petentibus, & gratificatur aliquid, gratiamq́ rursus commodi publici causa reposcere nouit gubernatio hominum, multis rebus placidè atq; utiliter, si non pro imperio omnia exequi cogantur, subseruientium: ea demum ut salutaris, ita & perdifficilis est laboris, grauitatem habens cum mansuetudine coniunctam. Quæ duo si inter se commisceantur, nulla profectò modorum aut sonorum concinnior dici potest suauiorq; harmonia: quo modo etiam Deus temperare mundum dicitur, non cogendo, sed necessitatem obtemperandi persuadendo deliniens. Eorum, quæ à nobis hactenus sunt disputata, exemplum in Catone minore proponimus, homine ad persuadendum & fauorem gratiamq; multitudinis alliciendam minimè appositi ingenij. Hunc Cicero consulatu excidisse ait, quòd diceret tanquam in Platonis repub. nõ tanquam in Romuli fæce sententias. Mihi uerò idem uidetur ei contigisse, quòd alieno tempore enatis fructibus: Ut enim hos spectamus non sine gaudio & admiratione, neq; tamẽ utimur: sic mores Catonis ad antiquę

Vis uirtutis & fortunæ. *Res aduersæ.* B 2 C 3 *Cato cur reip. parũ utilis fuerit.*

uirtutis exemplum compositi longo pôst tempore, corrupta iam & profligata uiuendi honestate, cùm laudarent, & in magna essent gloria, nullo tamen fuerunt usui, quòd uirtutis eius grauitas istis temporibus non congrueret. Quippe tametsi nõ inclinata prorsus, ut Phocion, patria, magna tamen tempestate & æstu iactata, malum & rudentes appræhendens, contraq; uim maiorem reluctari aggressus, quanquam clauo & gubernatione depelleretur, plurimum tamen negocij fortunæ exhibuit: aliorum enim opera rempub. ea euertit, idq; difficulter, ac diu Catonianę uirtutis pręsidio subsistentem, & prope uictoria potitã. Cum hoc Phocionem comparamus, non cõmunes illas secuti similitudines, quòd boni fuerint, & reip. studiosi uiri (nam & fortitudo alioquin in alio alia est, ut in Alcibiade & Epaminonda: & prudentia non unius generis, ueluti Themistoclis & Aristidę: & iusticia à iusticia differt, quemadmodũ Numę & Agesilai) sed horum uirorũ, etiam si extremas & tenuissimas consectere differentias, eandem planè formam, eandem effigiem, eundẽ colorem habent, idem in utroq; ingenium fuisse ostendunt, temperatũ parib. austeritatis & humanitatis, prudentiæ in cauendis periculis & fortitudinis, procurationis aliorum salutis & metus (quòd ad se attineret) ciuitatis, fugæ turpitudinis & constantiæ in persequenda honestate portionibus. ita ut tenui admodũ oratione tanq; instrumento ad inuenienda & diiudicanda eorum discrimina opus sit. Et Catonẽ quidem constat illustri prognatum genere, ut pôst dicemus. Phocionem aũt arbitror non obscura prorsus aut humili familia ortũ. Nam si pater eius fuisset coclearium faber, id quod Idomeneus asserit, haud profectò id Glaucippus Hyperidis F. in ea oratione, qua alia infinita contra Phocionem conuicia est complexus, prætérijsset: neq; ita liberali ac honesto uitæ instituto, disciplinaq; uti potuisset, cùm quidẽ sciamus adolescentulũ Platoni, deinde in Academia Xenocrati operam dedisse, & à tenera statim ętate optimis quibusq; studijs incubuisse. Duris refert, neq; ridentẽ neq; flentẽ ab ullo Atheniensiũ temerè conspectum fuisse, neq; in balneo publico lauantẽ, neq; manum extra pallium, si eo amiciretur, exerentẽ: etenim ruri aut militiæ nudus semper & absq; calceis incedebat, nisi frigus uehementissimum & intolerabile incidisset: ita ut per iocũ etiã milites intensum gelu significari amicto Phocione dicerent. Cùm autem ingenio esset humanissimo, magnaq; præditus comitate, ex uultu tamen austerus & difficilis alloquentibus apparebat: ita ut eorum qui non unà consueuissent nemo facilè solus eum compellaret. Itaq; Chareti in supercilium aliquando ipsius uerba facienti, arridentibus Atheniensibus, Nihil, inquit, uos hoc supercilium læsit: sed istorum risus in multas lacrymas ciuitatem coniecit. Sermo etiam ipsius salutaris erat, & in bonis animi cogitationib. exprimendis felix, imperiosa quadam & austera nullisq; condimentis edulcata breuitate contentus. Quod enim Zeno dicebat philosophum uerba prius in animum demersa proferre debere, id in Phocionis erat oratione, ut paucissimis uerbis plurimum sententiæ compræhenderet: eoq; respexisse Polyeuctus Sphettius uidetur, oratorem optimum Demosthenem, Phocionem summa dicendi ui præditum dicens. Nam ut nomisma exiguo pondere plurimum precij continet: ita uis dicendi paucis uocibus multa indicat. Ferunt ipsum quoq; aliquando Phocionem, cùm eum repleto theatro solum cogitabundumq; in scena obambulantem quidam amicus, dixisset sibi uideri meditari quippiam, respondisse, Et uerò meditor, si quid de oratione, quam ad populum habiturus sum, possim

Marginal notes: A; B (beside "ríb.austeritatis"); *Phocionis genus.*; *Mores.*; C (beside "significari"); *Oratio.*

A possim detrahere. Demosthenes etiam cùm reliquos oratores nihili fa-
ceret, Phocione ad órandum assurgente, submissa uoce dicere solebat,
Meorum sermonum securis adest. Tametsi id fortassis ad mores eius re-
ferendum est: unum enim boni uiri uerbum, unus nutus, sexcentis argu-
mentis ac uerborum continuationibus parem fidem meretur. Iuuenis e-
tiamnum Phocion Chabriæ duci se adiunxit, cumq; assiduè comitatus, *Chabriæ amicicia.*
multum ab eo ad rei militaris consequendam peritiam adiutus est: inæ-
quale etiam eius uicissim, intemperatumq; ingenium non una in re cor-
rexit. Segnis enim alioqui, & cunctator Chabrias, ipsis in certaminib. in-
flammabatur, ita ut nimis temerè cum audacissimis in pericula ferretur:
quomodo etiam in Chio perijt, cùm primus omnium triremem terræ ap 4
pulisset, & exscensionem ui conaretur. At Phocion, qui & cautus esset, et
strenuus, Chabriam cunctantē excitare, & rursus intempestiuè ruentem
inhibere solebat. Itaq; eum Chabrias, uir liberalis ingenij charū habuit,
Gręcisq; notum fecit, & ad res gerendas atq; imperia prouexit, operaq;
eius in maximis negocijs usus est. Nauali præsertim apud Naxum cer-
B tamine nomen & gloriam Phocioni haud exiguam conciliauit, sinistro
ei cornu commisso: apud quod & pugnatum est acerrimè, & hostes pri-
mùm uicti. Hac primùm post captam urbem nauali pugna Gręcos uice-
runt Athenienses, aliorum auxilio destituti, Chabriamq; summo amore
complexi, Phocionem quoq;, ut imperio gerendo idoneum uirum, cele
brarunt. Victoria parta est, quo tempore Athenis magna mysteria pera-
gebanť: & quotannis Chabrias propterea die Boedromionis XVI A-
theniensib. uinum dimensus est. Missus deinde ab eo Phocion ad exigen
dam ab insulis pensionē cum uiginti nauibus, dixisse ferť, Maiorib. opus
esse copijs, siquidē ad bellum mittatur: sin ad socios, unā nauim sufficere.
uectusq; una triremi, cum ciuitatib. & magistratib. ingenuè & benignè
collocutus, multis cum nauib. Athenas redijt, quę à socijs missæ pecuniā
aduehebant. Neq; uiuū modò Chabriam sum̄a coluit & obseruauit con-
stantia, sed mortui quoq; necessariorū curam, fideliter gessit: ac filiū eius
Ctesippum cùm niteretur præclarum uirum redigere, stolidū uidens, &
disciplinæ haud capacem, corrigere tamen, & dedecora eius uelare non
destitit. Semel tantùm fertur, adolescente militię obturbante, intempesti
C uisq; interrogationib. & consilijs molestante, ac corrigendi partes sibi
sumente, inq; administrationē imperij ingerente, dixisse: ô Chabria, Cha
bria, magnā tibi amicicię mercedē repēdo, qui filiū tuum tolerē. Cernēs
aūt eos qui tum remp. gerebant inter se ueluti sorte pretoriū & tribunal
diuisisse, & alios apud populū tantum concionari legesq; rogare, ut Eu- *Vt rēpub.*
bulū, Aristophontem, Demosthenē, Lycurgum, Hyperidem: Diopathē *gesserit*
aūt, Menestheū, Leosthenem & Charetem bello & exercitib. ducendis *Phocion.*
opes sibi parare. statuit Periclis, Aristidis, Solonisq; institutū sequi, & u-
traq; re coniuncta perfectū reip. administrandę officiū suscipere. Vnus-
quisq; enim eorum uidetur fuisse, ut est apud Archilochum

Gradiui iuxtà per atrocia bella minister,
Dulciaq; edoctus munera Pieridum:

ipsamq; Mineruā sentiebat bellicosam simul & ciuilē esse atq; dici. Hoc
modo cùm se cōparasset, consilia quidē domi semper ad pacē ac quietē
attinentia agitauit, imperia uerò plura quàm ullus ęqualium aut superio
rum ducum obiuit, non ambiens ea, neq; tamen à ciuib. oblata subterfu-
giens. est enim in confesso, quadragies eum ac quinquies ducem creatū,
cùm nunquā interfuisset comitijs, sed absens semper delectus uocatusq;

fuerit. Quo factũ est, ut quidã haud satis sapiẽtes populi consiliũ miraren- A
tur, Phocionẽ crebrò ei repugnare solitũ, nihilq́ in eius gratiã aut fecisse unquam, aut dixisse scientes: cùm tamen, quemadmodum reges solent adulatorib. uti postq̃ mensæ accubitũ est: ita populus urbaniorib. istis & blandis oratoribus quasi animi causa uteretur: ad imperia autem sobrius & seriò agens austerissimum & cordatissimum ciuem uocaret, eum, qui unus, aut omnium maximè uoluntati cupiditatibusq́ multitudinis obsisteret. Sanè cùm esset oraculum Delphis allatum, Omnib. Atheniensib. idem sentientib. unum esse, qui contra ciuitatem sentiret: progressus Phocio, Desinite, inquit, solicite inquirere quisnam is sit uir: ego sum, de quo quæritur. soli enim mihi nil eorum quę aguntur probaũ. Cùm aliquando apud populum suam dicens sententiam, uideret ab uniuersis eam accipi, & se laudari, conuersus ad amicos, Numnam, ait, aliquid imprudens malè dixi? Atheniensib. ad sacrificium quoddam stipem petẽtibus, multisq́ dantibus, cùm sæpius ipse posceretur, A' diuitibus, inquit, ista petite: pudeat me si uobis largiar, & huic (Calliclem ostẽdebat fœneratorem) non reddam quod debeo. cùm clamandi finem & cõuiciandi nullũ facerent, B fabulam eis hãc narrauit. Virum quendam timidum cùm ad bellum exiret, coruorum audito clamore, positis armis quieuisse: iterum deinde armis sumptis progressum rursus ijs crocitantib. substitisse, & ad extremũ dixisse: Vos quantũ libet & potestis clamabitis, me quidem nõ gustabitis. Alio tempore iubentib. ciuibus, ut in hostem duceret, cumq́ id recusaret, timidum & ignauum uocãtibus, Neq; uos, inquit, me audacẽ, neq; ego uos timidos potero efficere. Sed nouimus nos inter nos. Periculo graui imminẽte magnos contra ipsum tumultus populo concitante, utq́ rationes gesti imperij ederet postulante, Sinite, inquit, ut priùs uos seruẽ. Cùm in bello pusillanimes fuissent ac meticulosi Athenienses, facta autem pace ferocirent, Phocionemq́ uictoriæ ipsorum obstitisse uociferarẽtur: Felices estis, ait, qui imperatorem uestrorum ingeniorum gnarum habeatis: alioqui iampridem perijssetis. Cùm de agro cum Bœotis non iudicio, sed armis disceptare uellẽt, consuluit, ut uerbis potiùs, quib. pręstarent, q̃ armis, quib. essent inferiores, decernerent. non admittentibus aũt ipsius orationem, neq; aures præbentibus, Potestis quidem, dicebat, me cogere ut faciam q̃ nollem: cogere ut dicam q̃ non sentio, non potestis. C Ex oratoribus ipsi aduersarijs Demostheni dicenti, Occident te ô Phocion Athenienses, ubi insanierint: Te uerò, inquit, ubi sapuerint. Polyeuctum Sphettium cernẽs æstu graui Atheniensib. suadere uti bellum contra Philippum susciperent, & ob sudorem multum anhelitumq́ difficilem (erat enim perobesus) identidem aquã potare, Enimuerò, inquit, ciues, par est uos huic fidem habere, & bellum decernere: quid enim existimatis eum in thorace & clypeo facturũ ubi prope hostes erit uentum, qui nunc dicens apud uos quæ est meditatus antè, periculum est ne suffocetur. Lycurgo in cõcione multis in ipsum maledictis inuecto, & ad extremum exprobrãte, quòd decem ciues quos sibi dedi Alexander postulauerat, dedi consuluisset: Sanè, inquit, multa ego utilia populo consului, sed non parent mihi. Erat quidam Archibiades, cui ab imitatione Spartanorum Laconistæ erat cognomentum: ferebat longã ingentemq́ barbam, palliolumq́, & tristi semper uultu utebatur. Hunc in consilio conturbatus Phocion orationis suæ testem adiutoremq́ inuocabat: cumq́ is ea dixisset, quæ grata in uulgus sentiret, barbã ei tangens dixit, O' Archibiade, cur ergo non tondebaris? Cùm exercitus conscribendi causa pro tribu-

Preclara eius aliquot dicta.

A pro tribunali sedens, Aristogitonem sycophantam, qui in concionibus ad bellum excitare populum solitus fuerat, procul cum baculo & crure obligato adire uideret, acclamauit: Scribe Aristogitonē etiam claudum & nequam. Admirari quidem possit nonnemo, quomodo ita seuerus & durus nomen Boni inuenerit. Sed arbitror ut difficile esse, ita tamen 5
fieri posse, uti idem homo (sicut & uinum) dulcis simul & austerus sit: *Boni cognomen.*
quemadmodum contrà nonnulli cùm suaues uideantur, acerbissimi sunt utentibus, & plurimum nocent. Ferunt sanè Hyperidem etiam aliquando ad populum ita locutum: Cogitate ô Athenienses non modò an sim acerbus, sed etiam iniuriáne talis sim: innuens eos, qui cupiditatibus populi repugnando molesti sunt, à populo magis solere metui, atque traduci, quàm qui potentia sua in libidines, inuidiam, iram, aut contentiones abutuntur. Equidem Phocion inimicitię causa nemini ciuiū malè fecit, ac ne inimicū quidē ullum putauit: quantū res ipsa postulauit, ut aduersarijs suorum quæ ob utilitatem patriæ iniȷ̄sset consiliorū resisteret, asperum se, peruicacemq́ præbuit. Priuatim communem, omnibusq́ beni-
B gnum & mitem sese exhibuit, ita, ut inimicis quoque infortunium passis auxilium tulerit, & in iudicio periclitantium salutem defenderit. Amicis reprehendentibus, quòd mali cuiusdam hominis causam in iudicio defendisset, respondit, Bonos eo auxilio non indigere. Cùm Aristogito sycophanta damnatus eum uocaret, utq́ ad se ueniret oraret, ad carcerē ire cepit: amicisq́ prohibentibus, Missum, ait, facite me inepti: quo enim loco mallem Aristogitonem conuenire? Socij quidem Atheniensium, & insulares, quoties alius aliquis Athenis legatus aut dux missus ueniret, hostis loco eum habentes, portas occludebant, portus aggeribus obstruebant, ab agro in urbes pecus, mancipia, uxores liberosq́ comportabant: si Phocion, procul suis nauibus coronati occurrebant, eumq́ læti ad se deducebant. Cum in Eubœam irrupisset Philippus, militesq́ in eam ex Macedonia traȷ̄ceret, ac tyrānorum opera urbes sibi adiūgeret: Athenienses Plutarcho Eretriense uocante, oranteq́ uti insulam à Macedonibus occupatam liberarēt, Phocio cum parua manu missus est: quòd spes erat insulares ei præstò adfuturos. Cùm uerò in Eubœam aduectus, *Eubœam*
omnia proditorū plena, largitionumq́ corruptelis labefactata offendis- *Phocion*
C set: magno constitutus in periculo, quod pugnæ aptissimum in exercitu *liberat.*
erat, in colle quodam conualle profunda incluso in campis qui apud Tamynam sunt, continuit. Ibi cùm imperij impatientes ac nugaces prauiq́ multi ex castris ad hostes transfugerent, & discederent, tribunos militum cohortatus est, ne eam rem curarent. istos & hîc ob inobediētiam inutiles, & pugnantib. impedimento futuros fuisse: & isthic, cō scios sibi deserti imperatoris, eò minus calumniarū aduersus ipsum dissipare ausuros. Ingruentib. deinde hostibus, quiescere suis in armis mandato dū rem sacrā peregisset, an quòd nō litasset, an quòd propiùs ad castra pertrahere hostē cuperet, aliquantū temporis traxit. Itaq́ primò Plutarchus, præ timore eum cunctari ratus, cum mercenarijs militib. excurrit: eo uiso ne equites quidē se cōtinuerunt, quin incōposito agmine, ut castris sese effundebant, in hostē impetū facerent. Iam & uicti ab hostib. primi erant, & dissipati cæteri, & fugiebat ipse Plutarchus, & hostiū nonnulli uictos prorsus aduersarios rati, ipsa castra excindere conabātur: cùm Phocion perlitato Atheniēses castris emisit. Hi subitò hostes adorti, magnā eorū partē apud munitiones fugientē occidunt. Phalangē Phocion cōtinere se, & euentū expectare iussit, interimq́ ad se fuga prius dispersos recipe-

re: ipse cum delecta militum manu in hostes impressionem fecit. Acre id A prœlium fuit, magnaque omnium Atheniensium alacritas, insignis audacia: apud ipsum imperatorem Thallus Cineæ, & Glaucus Polymedis F. pugnando primam laudem meruerunt. Cleophanis quoque maximi fuit ea in pugna momenti opera, qui à fuga equites reuocans, hortansque ut in periculo uersanti imperatori succurrerēt, effecit ut ij reuersi peditum uictoriam confirmarent. Secundum hæc Eretria Plutarchum expulit, & Zaretra castellum cepit opportunissimè situm, quo loco maximè utroque mari sibi occurrente angustissimo insula quasi isthmo coarctat. Hîc neminem Græcorum captiuum duci passus est, metuens Atheniensium oratores, ne ij populum eò perducerent, ut ira commotus in eos aliquid duriùs statueret. Postquam his confectis rebus domum rediit Phocion, statim socij bonitatem eius & iusticiam desiderauere, statim etiam Athenienses de peritia eius & fortitudine cognouerunt. Successor enim eius Molossus ita bellum gessit, ut uiuus in manus hostium peruenerit. Deinde cùm Philippus in Hellespontum uniuersas copias duxisset, maxima quæque animo complexus, & sperans illicò se Cherrhoneso, Perintho, By B zantioque potiturum: Atheniensibus impedire conatum eis cupientibus, oratores obtinuerunt, ut eò cum classe Chares mitteretur. Is cùm nihil apparatu suo dignum egisset, neque reciperetur urbibus, sed suspectus omnibus uagaretur, à socijs pecuniā exigens & contemptus ab hostibus: irritatus oratorum sermonibus populus stomachabatur, & consilium opitulandi Byzantijs damnabat. Tum in concione Phocio, Non debetis, inquit, fidem uobis non habentibus socijs, sed ducibus uestris irasci, quibus ij fidem habere nolunt: hi enim efficiunt, ut metuamini ab ijs etiam, qui nisi uestra opera ne salui quidem esse possunt. Hoc sermone populus motus, priori sententia repudiata, Phocionē noua cum classe in Hellespontum ad ferendū confœderatis auxilium misit. quæ res ad seruandum Byzantiū plurimum conduxit. Gloriā uerò Phocionis iam tum magnā, auxit magnoperè, quòd cùm Cleon Byzantiorū uirtute primus, & pridem Phocione in Academia familiariter usus, fide sua pro eo apud ciues obligata effecisset, ut Byzantij eum extra urbē castra habere non paterent, sed intra muros reciperent, Athenienséisque suis permiscerent: miles eius non modestā modò & inculpatā uitæ rationē tenuit, sed & ob fi C dem sibi habitā promptissimū se ad omnia certamina præbuit. Itaque tum Philippus Hellesponto excidit, contemptuique est habitus, cùm inuictus antè uideret. Phocion aūt quasdā naues eius cepit, urbesque præsidio detentas occupauit, agrumque multis locis egressus è nauib. incursionibus uastauit: tandem acceptis ab ijs qui auxilio uenerāt regioni uulneribus, domum nauigauit. Vocatus deinde occultè à Megarensibus, ac metuēs ne Bœoti præsentientes maturè eò accurrerēt, prima luce populū in concionem aduocauit, Megarensiumque postulata proposuit: quæ cum probata essent, signo tuba dato statim à concione armatos eduxit. Acceptus à Megarensib. studiosè, Nisęā muro cinxit, duobusque lōgis muris ab urbe ad nauale porrectis, urbē cum mari coniunxit: ita ut Megarenses parui facientes hostes terra instantes, toti ab Atheniensib. penderēt. Cùm iam apertè contra Philippū bellum suscepissent Athenienses, & per absentiā Phocionis alios duces delegissent: Phocion ab insulis domum reuectus populū hortari cepit, uti cum Philippo iam ad pacē inclināte periculūque præsens metuente certis conditionibus pacem iungerent. Hîc cùm quidam eorum quadruplatorū, qui circa Heliæā (iudicij locus est Athenis) uersa-

Byzantium seruat.

Nisæam munit.

Pacem suadet.

A uersabantur, diceret: Et tu ô Phocion audes Athenienses arma iam ma-
nib. tenentes à bello dehortari? Maximè, inquit: idq; sciens te bello du-
rante in mea, pace facta me in tua futurũ potestate. Cùm nihil obtineret,
sed Demosthenis sentẽtia uinceret, qui quàm longissimè ab Attica prœ-
lium conserere Athenienses iubebat: cõuersus in eũ, Heus tu, inquit, nõ
ubi pugnemus, sed ubi uincamus deliberandũ est. nã si uicerimus, ita tũ
bellum à nobis procul remouerimus: uictis nobis omnia mala proxima
erunt. Cladẽ passis Atheniensibus, cùm turbatores & nouarũ rerum affe
ctatores Charidemum ad tribunal pertraherẽt, & summam rei deferrẽt: 6
optimates metu correpti, cõsilium Areopagitarũ in populo detinentes
multis precib. ac lacrymis ægrè impetrarunt, ut ciuitatis cura Phocioni
committeretur. Is tametsi humanitatẽ Philippi amplectendã, & uolun-
tati eius obtemperandũ suaderet, Demade tamen rogationẽ ferẽte, qua
postulabatur ut Athenæ communis pacis Græciæ, consiliiq; consessus
participes fierent: non antè id petendũ contendit, quàm constaret, quæ
esset à reliquis Græcis Philippus exacturus. Victus tamẽ iniquitate tem
B porum, cùm statim Athenienses consilii eius pœnitere uideret (quippe
& triremes cogebantur, & equites Philippo dare) Hęc, ait, ego metuens
Demadis sententiam improbaui. Sed, quando consensistis, nõ est quòd
iniquiùs sortem uestram feratis, grauiùsue doleatis. memento te maiores
etiam uestros modò imperando, modò parẽdo, cùm utrunq; horum re-
ctè facerẽt, & sibi & Græciæ salutem attulisse. Philippo mortuo, cùm ob
tam lętum nuncium sacrificare populus uellet, Phocion obstitit. nam &
ignobilis esse animi dicebat, morte alterius exultare: & copias à quibus
essent ipsi ad Chęroneã uicti, unius tantùm hominis iacturã fecisse. De-
mostheni Alexandrũ iam Thebis exercitũ admouentẽ cõuicianti dixit:

Quid uesane uirum uis irritare ferocem? 7

& ingenti glorię cupiditate feruentem? uis'ne uicino rogo tam magno
urbem nostram iniicere? nos quidem qui ob salutem ciuiũ magistratum
gerimus, nunq; patiemur nostros se in apertum exitium pręcipitare. Di-
rutis Thebis cùm dedi sibi Demosthenem, Lycurgũ, Hyperidẽ, & Cha-
ridemũ Alexander posceret: Phocion, cùm in ipsum oculos intendisset
concio, & sępe nominatim uocaret, surrexit: ac iuxta se constituto Nico-
C cle, quem singulari fiducia ac amore prę reliquis suis amicis colebat, Eò,
inquit, infortunii urbem nostrã isti perduxerunt, ut etiã si hũc Nicoclem
meũ dedi Alexander poscat, dedi iussurus sim. Et uerò beatũ me puta-
uerim, si mihi pro uobis omnibus sit moriendũ. miseret me, ô Athenien-
ses, etiam eorum, qui Thebis huc confugerunt: sufficit tamen, solos The
banos apud reliquos Gręcos flere. Itaq; & pro nobis, & pro illis depre-
cari apud uictorem, quàm pugnare pręstat. Alexandrum autem ferunt *Alexandrũ*
cùm primum decretũ Atheniensiũ accepisset, abiecisse id, & auersatum *placat A-*
legatos fugisse: alterum à Phocione allatum accepit, cùm ex maioribus *theniensib.*
natu audisset, Philippo quoq; eum uirum admirationi fuisse. Neq; con-
gressum modò, precesq; Phocionis sustinuit, sed & cõsulenti aures prę-
buit. Suadebat autem ut bellum, si quietem peteret, deponeret: sin glo-
riam, à Gręcis in barbaros transferret: locutusq; multa Alexandri inge-
nio uoluntatiq; cõuenienter, ita hominem emolliit ac flexit, ut is Athe-
nienses iusserit rebus intentos esse, dignos, si quid ipsi humanitus acci-
disset, qui reliquis Græcis imperarent. Priuatim uerò amiciciam ho-
spitiúmque cum Phocione coiuit, tantóque in honore, quanto paucos
familiarissimorum, habuit. Duris & Chares autores sunt, eum cùm iam

uicto Dario magnus esset, in epistolis porrò suis præter Antipatrum & A
Pecuniam spernit.
hunc Phocionem nemini salutem adscripsisse. Quod subiungam, confes-
sum & manifestum est. Centum ei talenta dono misit Alexander. Hæc
cùm essent Athenas perlata, cos qui ferebant percontatus est Phocion,
Ecquid in tanta Atheniensium multitudine sibi soli tantum munus daret
Alexander: respondentibus, Quòd ipsum solum de omnibus uirum bo-
num iudicaret: Sinat ergo, ait, me talem perpetuò & uideri & esse. Illi ubi
eum domum suam prosecuti, insignem uidere tenuitatem, uxorē eius fa-
rinam subigentem, ipsum aqua de puteo hausta pedes lauare: magis urge
re ut acciperet intenderunt, indignam rem affirmantes, si regius amicus
tam inopem uitam degeret. Tum Phocion pauperem senem cōspectum
8 qui sordida lacerna tectus incedebat, eis ostendit, ac quęsiuit, utrum se quàm
illum peius habere putarent. Bona uerba, respondentibus eis: Atqui, in-
quit, is minorib. reditib. uiuit, contentusque est. Omnino autē aurum hoc
aut frustra possidebo, non utens: aut utens, regem ac me sinistris ciuium
sermonib. obiecero. Itaque ergo pecunia rursum Athenis auecta est: inno-
tuitque Græcis tanti muneris recusatorem dante ditiorem esse. Cùm Ale- B
xander iniquè hoc factum tulisset, Phocionique scripsisset, se amicos non
putare, qui ipso non uterentur: ne tum quidem pecuniam accepit Pho-
cion: Echecratidem sophistam, Athenodorum Imbrium, duosque Rho-
dios Demaratum ac Spartonem criminum quorundam causa in carce-
rem Sardib. compactos, missos fieri ab Alexandro postulauit: iique statim
ab eo liberati sunt. Misso deinde in Macedoniam Cratero, Phocioni ex
9 quatuor Asiæ urbibus, Cio, Gergitho, Mylassis, & Elæa optionem deli-
gendi quam uellet dedit, minans se grauiùs quàm antè indignaturum, nisi u-
nam earum accepisset. Sed neque accepit Phocion: & Alexander mox ui-
ta decessit. Domus Phocionis hodieque in Melita ostenditur, æreis orna-
Vxores Phocionis.
ta laminis, cæteroqui uilis & ornatus expers. Duas habuit uxores: qua-
rum de priore nihil traditum est memoriæ, nisi hoc, Sororem eam Cephi
sodoti fictoris fuisse: altera non minorem pudiciciæ & simplicitatis,
quàm maritus bonitatis laudem apud Athenienses habuit. Etenim quo-
dam tempore cùm nouos histriones spectarer populus, introiturus iam
in theatrum histrio, à ludorum præfecto personā reginæ, multasque splen-
didè ornatas pedisequas poposcit, eoque non præbente, indignè tulit, spe C
ctatoresque detinuit, progredi nolens. Tum Melanthius (is enim præerat
ei spectaculo) in medium eum protrusit, uociferans: Non uides uxorem
Phocionis una semper ancillula comitatam in publicum prodire? inso-
lenter agis nimioque luxu gynæceum corrumpis. Hæc uox ad aures adsi-
dentium in theatro perlata, ingentem applausum & strepitum excitauit.
Ipsa uxor Phocionis, cum Ionica quædam hospita mundum ei suum, au-
rea & baccata gemmis monilia, cincinnosque preciosos ostenderet: Mihi,
Filius.
aiebat, ornatus loco est Phocion, uigesimum iam annum Atheniensium
10 dux. Filio autem festiuitate Panathenaica cupienti desultorio certamine
contendere Phocion obsecutus est, non uictoriæ cupiditate, sed ut cura
in exercitationē corporis conuersa, mores corrigeret, potator alioquin,
& immodestus. Victoria potitū cùm amici certatim ad conuiuiū, quod
uictorię gratulandæ causa parari soleret, inuitarent, reliquis repudiatis
Phocion uni omnium concessit: cumque ipse ad cœnam ueniens, luxurio-
sè omnia apparata, pedesque etiam intrantium uino per aromata diffuso
lauari cerneret, Phocum (hoc eius filio nomen erat) ad se uocauit, &, Nō,
ait, prohibebis amicū tuū, ne luxu perdere tuam uictoriā pergat? Vt autē
planè

A planè à uita delicata filiũ suũ abstraheret, Spartã eum abduxit, & in ado
lescentiũ qui certa disciplina formabant̃, cœtum inseruit. Molestè id tule
runt Athenienses, quòd cõtemni ab eo & despici patrios mores putarẽt.
Cùm uerò Demades diceret, Cur non, ò Phocion, persuademus Athe-
niensibus, uti Laconico exemplo remp. instituãt? si em̃ iusseris, ego ea de
re promulgare rogationẽ, & oratione populo suadere paratus sum: nimi
rum uerò (respõdit) te unguenta olentẽ, & huiusmodi chlamyde amictũ
conuenit Athenienses ad phiditia cohortari, & Lycurgi leges laudare.
Scripserat Atheniensib. Alexander, ut triremes sibi mitterent. Id cùm im
pugnarent oratores postulatũ, à senatu dicere sententiã Phocion iussus,
Iubeo, inquit, uos aut armis superare, aut amicicia superiorũ uti. Pytheã, 11
qui cùm primùm uerba ad populũ facere inciperet, loquacẽ se & audacu
lum præberet, ita corripuit: Nõ tacebis tandẽ, idq́; cùm nuper sis à popu
lo emptus. Harpalus cùm magna cum pecunia ex Asia ab Alexãdro pro Harpalus
fugus ad Atticã appulisset, ad eumq́; oratores certatim accurrerent, au- Phocionẽ
ro ipsius intenti: his quidẽ de magnis opib. exigua inescandi causa munu tentat.
B scula obiecit, Phocioni aũt missis nũcijs DCC talẽta obtulit, seq́; totũ cũ
omnib. suis rebus fidei eius cõmendauit. Phocion asperè legatis respon-
dit, Daturum pœnas Harpalum minitans, qui corrumpere ciuitatẽ non
desineret: quo respõso ictus Harpalus, solicitare eum destitit. Paulo pòst
Atheniensib. cõsultantibus, cùm uideret eos qui pecuniã à se accepissent
immutatos, ac ne facinoris manifesti fierent, ipsum accusare: Phocionẽ,
qui dona repudiasset, salutis tamen ipsius, quantũ eius bono publico fie-
ri posset, rationem habere: iterum se ad demerendũ hunc cõtulit. Quem
cùm ambiens inexpugnabilem auro ualidæ arcis instar perstare uideret,
Chariclem generum eius sibi conciliauit, omniaq́; ei credẽs, inq́; omnib.
reb. opera eius utens, corrupit. Pythonica meretrice mortua, Harpalus,
qui eam amasset, filiolamq́; ex ea sustulisset, Charicli negociũ dedit, ut se-
pulcrũ ei magno sumptu extrueret. Auxit huius ministerij turpitudinem
uilitas sepulcri, nihil dignũ habentis triginta istis, quæ se impendisse in ra
tionibus scripserat Charicles, talentis: extat enim adhuc in Hermeo, quà
ex Vrbe Eleusinã itur. Filiola quidem mortuo Harpalo est à Charicle &
Phocione omni cura educata. Cæterùm Phocion Chariclẽ, cùm is in ius
C ob munera ab Harpalo accepta uocatus patrociniũ ipsius implorasset,
repulit, dicens, se eum sibi generum omnibus honestis conditionib. ad-
sciuisse. Asclepiades Hipparchi F. primus omniũ Athenas nunciũ de obi
tu Alexandri attulerat. Huic fidem adhibendam negabat Demades: o-
dor (inquiens) istius cadaueris iampridem per totum terrarum orbẽ dis-
sipatus fuisset, si uera hic narraret. Phocion autem populum uidens ad
nouas res consurgere, dehortari & detinere uerbis conabatur: multisq́;
ad tribunal accurrentibus, ac uera nunciare Asclepiadem, & mortuum
esse Alexãdrum uociferantibus, Ergo (ait) si hodie uita caret, neq́; cras,
neque perendie etiam uiuet, licetq́; omnino nobis quietè, aut potiùs tu- 12
tò consilia inire. Cùm Leosthenes populum in Lamiacum bellum Lamiacum
coniecisset, Phocion indignè id ferens cùm per risum interrogaretur ab bellum.
eo, Quidnam utilitatis contulisset patriæ, gesto per tot annos imperio:
Haud exiguũ, inquit: effeci enim, uti ciues suis in monumentis sepeliren
tur. Eidem multa apud populum audacter iactanti, Sermones, ait, tui a-
dolescens cupressorum similes esse uident̃: quæ proceræ cùm sint, & ma
gnæ, fructum tamen nullũ ferunt. Hyperidi in cõcione assurgẽti, & quę-
renti, Et quãdo tandem ô Phocion censes Atheniensibus bellum geren-
dum?

dum? respondit: Cùm uidero iuuenes uelle ordinem tueri, diuites pecu- A
niam conferre, & oratores peculiandi finem facere. Plerisque Leosthenis
copias admirantibus, & ex ipso quærentibus, quomodo ei apparatæ ui-
derent, Bene, inquit, ad stadium currendũ: sed ego ne in dolicho (id cur-
sus prolixioris est genus) belli deficiamus metuo. nã neque pecunias alias,
neque naues, neque milites habemus. Res ipsa sermonẽ eius comprobauit.
Primùm eñ præclaris usus est successibus Leosthenes, superatis prœlio
Bœotis, & compulso Lamiam Antipatro. Cùm quidem Atheniensib. in
magnã erectis spem, atque ob tam lętos nuncios cõtinenter sacrificãtibus,
Cõstanter. Phocionem quidam redarguere aggressi interrogauerũt, ecquid hæc ita
acta esse nollet? quib. is respondit, placere quidẽ sibi ista: malle tamẽ, suo
consilio obtemperatum esse. Iterumque alijs super alios uictoriæ allatis &
ex castris perscriptis nuncijs, Et quando tandem (dixit) uincendi finem
faciemus? Mortuo aũt Leosthene metuẽtes nõ nulli, ne Phocion dux ad
bellũ missus pacẽ componeret, hominem quendã haud illustrẽ suborna-
runt, qui in concione surgens, se amicũ Phocionis, & qui eũ à habita stu-
diorum magistrorumque cõmunitate probè nosset, suadere populo dice- B
ret, uti ei tanto uiro parcerent: cauerentque ne eum, cuius similẽ nõ habe-
rent alium, amitterent: Antiphilo bellũ mandandũ esse. Hoc cum appro-
bassent Athenienses, progressus in mediũ Phocion: Ego, inquit, neque te
ulla noticia attingo, neque disciplinę eiusdẽ societate tecũ usus sum: sed in
posterũ amicum te, familiaremque meũ accipio. cõsuluisti eñ in rem meã.
Atheniensib. cupiditate bellũ Bœotis inferendi flagrantib. aduersatus
est: amicisque interfectũ iri offenso populo dicentibus, respondit: Imme-
ritò quidẽ, si utiliter ei ago: sin pręuaricer, iustè. Cernens aũt nõ remittere
eos quicque, sed clamorib. urgere, edicere pręconẽ iussit, ut quicunque intra
sexagesimũ ætatis annũ essent, cum alimentis ad quinque dies statim solu-
ta concione ipsum sequerẽtur: orto tumultu, senibusque rem indignã fieri
uociferantibus, & ex concione se proripientibus, Quid uerò, inquit, ma
li est? cùm ego dux uester octogenarius unà sim futurus. hoc modo cir-
Atticã defendit. cumegit eos atque sedauit. Cùm Micio Macedonum & mercenariorũ mi-
litum manu exscensionẽ apud Rhamnuntẽ fecisset, oramque Atticę incur
sionib. uexaret, cõtra eum Athenienses eduxit. Ibi cùm passim ad ipsum
concurrerent, in officiumque imperatoris sese ingererent, alius collẽ occu C
pare, alius equites eò emittere, alius hac parte inuadere hostẽ pręcipien-
tes, Hercules, ait, quàm ego multos duces, paucos milites uideo. Aciem
deinde instruens, quendã, qui procul ante alios processerat, deinde præ
metu uisi hostis se in ordinẽ receperat, ita corripuit: Non te pudet adole-
scẽs, duos locos deserere, & eum quẽ tibi imperator dedit, & eũ quẽ ipse
cepisti? Facto in hostes impetu, uicit, ipsumque cũ multis alijs Micionẽ in-
terfecit. In Thessalia aũt Antipater, tametsi se ad eũ Leonnatus & ex Asia
reuersi Macedones aggregassent, uictus est à Græcorum copijs, cæso
13 etiam Leonnato: duxit autem phalangem Græcorum Antiphilus, e-
Græci uincuntur. quitatũ Meno Thessalus. Paulo pòst, cùm ex Asia Craterus magno cum
exercitu uenisset, commisso apud Cranonem prœlio uicti sunt Græci.
Quæ tametsi clades haud magna fuit, paucique perierunt: tamen quòd
ducibus iuuenibus & ipsis, multitudinique obsequentibus dicto audien-
tes non essent, simul etiam Antipatro ciuitates ad defectionem solici-
tante dissipati, turpissimè libertatem prodiderunt. Antipatro statim
uersus Athenas ducente, Demosthenes & Hyperides urbe excesserunt:
Demades autẽ tum ueniã consecutus (etenim quòd septies contra leges
scripsisse

A ſcripſiſſe damnatus nullam mulctæ partē exoluiſſet, ignominia notatus, dicendiꝗ; priuatus fuerat poteſtate) legem fert, legatosꝗ; plena cum poteſtate ad Antipatrum de pace mittit. Metuente ſibi tum populo, Phocionemꝗ; uocante, ſoliꝗ; ſe ei fidē habere dicente, Enimuero, inquit Phocion, ſi meis conſilijs fidem adhibere uoluiſſetis, non nunc de huiuſmodi rebus deliberandum eſſet. Perlata tamen lege, miſſus eſt ad Antipatrum caſtra in Cadmía habentem. Ab eo primùm omniū hoc cùm peteret, ut ibi cōmorans pacificationē cōponeret: Cratero dicente, Phocion iniquū petit, ut in amicorū agro deſideamus, eumꝗ; exhauriamus, cùm ex hoſtili ali ac locupletari exercitū liceat: eius manū apprehendens Antipater, Dādū eſt hoc, inquit, Phocioni. Athenieſes aūt iuſſi ſunt arbitrio uictoris ſua omnia permittere: hanc eñ Leoſthenes etiā Antipatro conditionē Lamię obſeſſo tulerat. Acceperunt neceſſitate cōpulſi cōditionem: rurſusꝗ; Thebas miſſus cū reliquis legatis Phocion: inter quos etiā Xenocratē philoſophū conſtituerant, cuius uirtus tantæ apud oēs autoritatis exiſtimationisꝗ; erat, ut nemo hominū ita libidine, ira, aut crude-

B litate uideretur poſſe teneri, qui non Xenocratis uiſi ſaltem uerecundia moueretur. Verùm Athenienſib. hoc conſilium ſecùs cecidit, ob Antipatri in bonos odium, animiꝗ; illiberalitatē. Primùm eñ reliquis data dextra, ſolū Xenocratem nō ſalutauit (& quidem Xenocrates dixiſſe tum fertur, rectè Antipatrū feciſſe, qui ſui ſolum pudore moueretur, reputans quæ in Vrbem eſſet iniuſtè ſtatuturus) deinde dicere orſum nō ſuſtinuit, ſed reclamando ſilentiū ei aduerſandoꝗ; impoſuit. Phocione locuto quę uellet, Pacē ſe cum Athenienſib. & ſocietatē coire dixit, ſi Demoſthenē & Hyperidē dedant, patrio more remp. æſtimatione cenſus delecto magiſtratu adminiſtrent, præſidium in Munychiā recipiant, & ſumptus belli uictori cōpenſent, mulctamꝗ; perſoluant. Has conditiones cùm ut benignas reliqui legati probarent, ſolus Xenocrates dixit Antipatrū, ſe Athenienſibus, ſi eos ſeruos putet, moderatū, ſin liberos, inhumanū præbuiſſe. Phocione aūt præſidium deprecante, reſpondiſſe fert Antipater: Nos quidē ô Phocion quiduis in tui gratiā facere uolumus, niſi id, quod tuo & noſtro ſit ſtaturū exitio. Alij ita narrant: Antipatrum quæſiuiſſe ex Phocione, an ſpōdere pro Athenienſib. uellet, eos pręſidio liberatos pa-

C cē ſeruaturos, nihilꝗ; noui tētaturos: tacēte Phocione, ac cunctante, ꝓſiluiſſe Callimedontē Carabū hominem petulantē, populiꝗ; libertati infenſum, ac dixiſſe Antipatro: Tu ergo, ſi hîc nugef, credes ei potiùs, ꝗ̄ agas q̄d inſtituiſti? Ita præſidiū Macedonicū Athenienſes acceperūt, cui pręfuit Menyllus, uir moderati ingenij, & Phocionis amicus. Res ea ſuperba uidebaſ, magisꝗ; licentię cōtumelioſę oſtētandę, ꝗ̄ utilitatis cauſa inſtituta. Auxit rei indignitatē tempus ipſum. Vigeſimo eñ Boedromionis menſis die præſidium eſt introductū, cùm Myſteria celebrari ſolent, & Iacchi pōpa ex urbe Eleuſinē duci: qua tunc confuſa cęremonia, pleriſꝗ; ſubijt ſuperioris temporis fortunam cum præſenti cōparare apud animū ſuū. Quippe olim præclariſſimis Athenienſiū facinorib. uiſa uocesꝗ; myſticas affuiſſe, terroremꝗ; & ſtuporē hoſtib. incuſſiſſe: nūc ad id conniuere Deos, ut ipſo ſacrificij tempore grauiſſima Græciæ calamitas accidat: ſanctiſſimusꝗ; dies, & ijs aliquando gratiſſimus memoriam miſeriarū prodat. Paucis antè annis Dodonęū oraculū Athenienſes monuerat, uti extremas urbis partes Dianę ſacras cuſtodirent, ne in hoſtium eæ poteſtatem uenirent. Iis uerò diebus cùm faſciæ, quibus myſticæ ciſtæ inuoluuntur, tingerentur, pro purpureo colore pallidum ac qualis 14

eſt mor-

Phocion ad Antipatrum legatus.

Xenocrates.

Pacis conditiones.

Præſidium Athenis impoſitum.

est mortuorum extulerunt, idq́ reliquis quæ priuatorum res hominum A una inficiebantur, purpuræ colorem accipientibus. Sacerdotem quoq́, cùm is in puro portu porcellum ablueret, cetus arripuit, & ad uentrē usque inferiores partes deglubijt: Deo ipsis haud obscurè prę monstrante, priuatos maritima & inferiori parte, superiorem urbem retenturos. Menylli quidem modestia effecit, ut præsidium nullam ciuibus inferret iniuriam. Super duodecim millia hominum paupertatis causa exclusi repub. sunt: quorum qui in urbe remanserunt, graui ac miseranda affecti uidebantur ignominia: qui Athenis ideò cesserunt, seq́ in Thraciam contulerunt, Antipatro urbem & agrum concedente, similes erant eorum, qui urbe ipsorum bello capta atq́ euersa aliò migrassent. Demosthenis autē in Calauria, & Hyperidis apud Cleonas cædes (de quibus alio loco diximus) effecerunt, ut Alexandrum ac Philippum tantùm non desiderarent Athenienses. Et quod posteà temporis Antigono cæso, cùm eius interfectores uim facere hominibus cepissent, rusticus quidam in Phrygia agrum fodiens cùm interrogaretur quid ageret, ingemiscens, quærere se Antigonum respondit: id tum multis subijt dicere, recordantibus istorū B regum iram generosam ac placabilem fuisse: cùm Antipater priuati hominis persona, & uictus uestitusq́ tenuitate potestatē dissimulans, multo esset molestior, malus atq́ iniustus dominus. Phocion tamen apud eū precibus agens, multos ab exilio liberauit, effecitq́ ut multi exulum non ultra Ceraunios tamen montes & Tænarum pellerentur, sed in Peloponneso habitarent: inter quos etiam Agonides fuit sycophanta. Mansuetè porrò & iustè ciuitatis res procurans, ciuiles elegātesq́ uiros semper ad magistratus euexit: inquietos, cùm ij ocio marcescerent, ad agriculturæ studium conuertit. Xenocratem tributum inquilinorum pendere uidens, statuit ciuitate donare: sed is abnuit, negans se ciuem futurum in ea repub. quę ne constitueretur, ipse legatus esset deprecatus. Phocion Menyllo dona & pecuniam offerenti respondit: Neq́ tu Alexandro melior es, neq́ ego accipiendi nunc causam habeo meliorem, quàm tum recusandi. Oranti, ut filio suo tamen ea accepta seruaret: Meus, inquit, Phocus, si mutata uita temperantiæ studebit, paternis bonis erit contentus: sin perget ut cepit, nihil ei satis erit. Antipatro operā suam in re parum honesta requirenti, asperiùs respondit: Non poterit Antipater me simul C & amico uti, & adulatore. Ipsum uerò Antipatrum dixisse perhibent, se de duobus amicis, quos Athenis haberet, Phocione & Demade, alteri ut acciperet persuadere, alterum dando saturare nequiuisse. Et uerò paupertatem ueluti uirtutem quandā ostentauit Phocion, in qua toties dux Atheniensium, & regum amicus factus consenuit. Demades autē etiam contra leges agēdo diuitijs se iactabat. Cùm enim lege tum esset cautum Athenis, ne quis peregrinus saltaret: aut, si id accidisset, magister ludorū solueret mulctam decem minarum: Demades totum chorū ex peregrinis, numero centum, constituit, simulq́ in theatrū denas itu singulos minas pro mulcta intulit. Demeæ filio nuptias faciens, Me quidem, inquit, ô fili, matrem tuam ducente, ne uicinus quidem sensit: tuis nuptijs reges & principes suppeditant. Porrò autem Phocio, instantibus Atheniensibus ut de deducendo præsidio apud Antipatrum ageret, siue impetrare id diffidens, siue metu contentum populum honestiùs uiuere, & ciuitatem rectiùs temperari sentiens, eam legationem perpetuò detrectauit: persuasit tamen Antipatro, uti exactionem pecuniarum differret. Populus ad Demadem se contulit, idemq́ ab eo postulauit. Is in se eo recepto, & qui-

Antipatri crudelitas.

Phocion dona spernit.

Demadis uita & exitus.

A & quidem libenter munere, unà cum filio in Macedoniã abijt. Et diuina quadã (ut arbitror) fortuna incidit eius profectio in id tempus, quo Antipatro iam aduersa ualetudine occupato, Casander summam rerum obtinẽs, epistolam Demadis reperit ad Antigonum scriptam, qua eum adhortabaẽ ut res Græciæ & Macedoniæ à uetere & putrido pendẽtes filo (sic Antipatrũ notabat) inuaderet. Itaq; Casander ut eum cõspexit, capi: ac primùm eius filiũ ꝓpè adduci & trucidari iussit: ita ut cruorẽ sinu pater exceperit, eoq; fuerit oppletus: deinde ipsum quoq;, grauiter priùs & cõtumeliosè ingratitudinẽ ꝓditioneq; exprobrata, necauit. Cæterùm Antipater Polysperchõtem ducẽ, Casandrũ tribunũ militũ renuncias, uita excessit. Casander tempore & rebus prereptis, statim Nicanorem Menyllo successorẽ misit, mandãs ut priusq̃ fama mortis Antipatri uulgareẽ, Munychiã occuparet. Quod ubi factũ est, & paucis pòst dieb. de obitu Antipatri relatũ est, Athenienses Phocioni obtrectauere, putãtes eum rem sibi cognitã in gratiã Nicanoris silentio texisse. Sed Phocion his calũnijs spretis, Nicanorẽ adijt, eumq; cùm alijs in rebus benignũ Atheniensibus

B redegit, tum ut certaminũ præses liberalitate sua populo gratificareẽ effecit. Interim Polysperchon, cui procuratio regis erat cõmissa, ut Casandrũ cõsilio opprimeret, literas Athenas mittit, q̃bus affirmabat, Regem Atheniensib. populare in repub. imperiũ reddere, patrieq; more eam administrari, ab omnibusq; teneri iussisse. Erãt hæ aduersus Phocionem insidiæ: nam sibi ipsi urbem (id quod paulo pòst patuit) adiũgere cupiẽs, intelligebat nihil se nisi eiecto Phocione effecturũ: eiectũ autem iri exulib. reductis, rursumq; tribunali à popularis auræ captatorib. & calumniatorib. occupato. Cùm Polysperchõtis literis populus esset concitatus, Nicanor colloquiũ petẽs, cõcilio in Piræeo coacto accessit, corpus suum Phocioni credens: Dercyllo autem, qui tum Atticæ prætor erat, cõprehendere ipsum conante, præsentiens id proripuit sese: neq; obscurè tulit, se pœnas de urbe exacturũ. Phocion autem, ꝙ dimisisset eum, neq; detinuisset incusatus, respõdit, Fidere se Nicanori, neq; ab eo quicquam mali expectare: sin falleret is, malle se acceptorem, quàm autorẽ iniuriæ deprehendi. Honestè hoc & ꝑclarè dictũ uideri poterat, si de se ipso cogitare Phociõ tum debuisset: sed ꝑfectò quòd eo facto salutem patriæ in discrimen adduxit,

C idq; dux & princeps, haud scio sanctiúsne & antiquius ius, quo ciuitati obstringebatur, uiolauerit. Neq; eñ dici potest, Phocionem eo abstinuisse Nicanore, ne urbem in bellum conijceret: ac deinde id factum præscriptione datæ fidei uelasse, ut eius reuerentia Nicanor quiesceret, neq; uim Atheniensib. intentaret. Sed plurimũ omnino fidei habuisse Nicanori uidetur: cùm multis eum apud se deferentibus, Piræeoq; occupãdo intentum peregrinos milites in Salaminã trãsmittere, & quosdã Piræei habitatores corrupisse dicentibus, credere noluerit. quinetiã cùm Philomedes Lamprei F. legem tulisset, uti omnes Atheniẽses in armis essent, Phocionisq; ducis mandata exequerenẽ, eousq; neglexit, dum à Munychia cum armatis profectus Nicanor Piræeum cepit circumuallare. Hæc ita cum agerentur, Phocion perturbatus est: cumq; educturus esset Athenienses, ab ijs contemptus. Adfuit & Alexãder Polysperchontis F. cum exercitu, uerbo quidem ut ciuibus cõtra Nicanorem opem ferret, reipsa, ut urbem si quã posset, intestinis turbis distracto populo occuparet. quippe & exules unà cum eo profecti, statim in urbem peruenerant, & concursus eodẽ peregrinorum ignominiaq; affectorũ erat. Cõcione promiscua turbulentaq; cõgregata, Phocioni imperium abrogatum, alijq; duces creati sunt.

Polysperchon insidiatur Phocioni.

Phocion proditionis accusatur.

Quod nisi Alexāder cum Nicanore solus colloq apud murū sæpiùs esset A
cōspectus,idq; suspicionē rei mouisset,actū profectò tum de Athenis fuisset.Statim Agnonides rhetor Phocionē eiusq; amicos adortus proditionis accusauit. Itaq; Callimedon & Pericles metuentes sibi urbe cesserūt: Phocion & amicorū qui manserāt reliq ad Polysperchōtem profecti sunt, unaq; cum his studio Phocionis Solon Platæensis,& Dinarchus Corinthius,quibus uti familiarißimè Polysperchon putabatur.Inualetudo Dinarchi in causa fuit,ut per aliquot multos dies Elatię cōmorarentur.Interim Agnonidis suasu lex ab Archestrato lata est, qua mitti legati iubebantur,qui Phocionē accusarēt.Vtrinq; simul est ad Polysperchontē peruentum apud Phocidis uicū Pharyngē (positus is est ad Acruriū mōtem,qui hodie Galata dicit̄)cum rege deambulantē.Ibi ergo Polysperchō posito aureo tabernaculo, cōsidentib. subter eo rege & amicis, Dinarchū accedentē in uia corripi statim, excruciatumq; necari iussit: Atheniensib. dicēdi potestatē fecit.Cùm tumultus exoriretur,mutuò se magna uociferatione accusantiū,progressus Agnonides: Omnes, inquit, nos in unā caueā inclusos Athenas mittite,rationes ibi factorū edituros.Id dictū risum regi B
mouit: qui adstabāt cōcilio Macedones & peregrini, ociosi tum, audire eos disceptātes cupiebāt,legatisq; uti dicerēt innuebant.Sed iniquè erat cōparatū certamē, cum dicenti Phocioni Polysperchon crebrò obturbaret, donec is baculo terrā feriēs abijt & cōticuit. Hegemone autē dicēte ipsum Polysperchontē sibi testem beneuolētię erga populū esse,Desine, (inqt Polysperchon) me apud regē mēdacijs onerare: exiluit ad hoc rex, lāceaq; Hegemonē ferijsset, nisi eum Polysperchō statim esset cōplexus. Ita cōciliū solutū est.Vt aūt Phocionē cum suis custodia cinctū socij procul stantes uiderūt,uelatis statim capitib. dilapsi, fuga sibi cōsuluerūt.Phocionē & reliqs captiuos Clitus Athenas abduxit,uerbo quidē ad cognitionē causę,re,ut iam tum dānati,ibi necarent̄.Tristis fuit aspectus,cùm uehiculis per Ceramicū ad theatrū perferentur: ibi enī eos detinuit Clitus,dum cōcio à prętorib. indiceret̄: à qua sanè nemo seruus, nemo peregrinus, nemo notatus ignominia excludebat̄, sed omnib. theatrū & accessus ad tribunal patebat.Recitata regis epistola,qua scribebat, se quidem iudicasse proditores istos esse, libero tamē iam populo iudiciū cōmittere,introducti sunt à Clito rei. Cōspecto tum Phocione,optimus quisq; ciuiū caput ue- C
lauit,& oculos in terrā dejciēs fleuit.Quidā etiā assurgēs ausus est dicere, Quādo liberū & legitimū iudiciū à rege sit permissum populo,seruos ergo & peregrinos cōcione amouēdos esse.Sed is ea multitudinis indignatione est exceptus,populi osores & paucorū in rep.dominationē cupientes feriri saxis iubētis, ut nemo præterea pro Phocione dicere quicq; sit ausus.Ipsius uox prę tumultu ægrè exaudiri potuit,quærentis,Iurène,an iniuria occidere me uultis? Respondentib. quibusdā,Iure: quomodo autē, inquit,hoc scietis,nō cognita causa? Cùm nihilo magis aures præberent, propiùs aggressus: Ego, ait,fateor me iniustè egisse, & morte dignam meā reip.administrationē: istos uerò cur occidetis, qui nihil deliquerūt? respōdere multi una uoce:Quia amici sunt tui.Ita Phocion destitit, & quieuit. Agnonides scriptū decretū recitauit,debere populum suffragia ferre, an sontes ij sint: si dānauerit,morte mulctandos. Addendū quidā dixerunt, Phocionē excruciatū debere necari, iubebantq; rotā ad tormenta paratam adferri,& lictores uocari. Agnonides aūt qui & Clitū molestē id ferre,& rem esse barbaricā atq; obscœnā uidcret, Cùm Callimedontē, inqt, uerberonē ceperimus, ô ciues,torquebimus eum: de Phocione nihil tale

Damnatur rei capitalis.

A ego ſtatuero. Huic eius uoci quidam uir haud malus ſubdidit: Rectè tu
quidem: ſi enim Phociō tormentis adhibeatur, quid te fieri dignum erit?
Approbato edicto, cū ſententię quærerenatur, uniuerſi conſurrexere, ſtan
tesq̧, & plerique etiā coronati morte reos damnauerunt. Erant cum Pho
cione Nicocles, Thudippus, Hegemō, Pythocles: Demetrius Phalereus,
Callimedon, Charicles, quidamq̧ alij abſentes capitis damnati ſunt. So-
luta concione, cùm damnati ad carcerem ducerentur, & reliqui amicis ac
neceſsarijs circunfuſis lamentarentur, admirationi fuit magnanimitas &
conſtantia Phocionis, qui uultum haud aliū, quàm ubi imperator comi-
tatus hominū caterua domū iret, gerebat. Inimici autem iuxtà currentes, *Phocionis*
maledicta ingerebant: quidam etiā aduerſum ſe offerens conſpuit ipſum. *patientia.*
cùm quidem fertur Phociō ad magiſtratus cōuerſus dixiſſe, Nemóne hu
ius impudiciciam compeſcet? Thudippo, cùm is in carcere teri iam cicu-
tam uidens calamitatem ſuam deploraret, quaſi cum Phocione morien-
dum ei iniquè eſſet, Non ſatis tibi eſt, ait, quòd cum Phocione moreris? “
Cuidā amico interrogāti uellétne aliquid filio ſuo Phoco mādare, Man- “
do, ait, ei ſeriò, ne iniuriæ ab Athenienſibus acceptæ memoriā ſeruet. Ni-
B cocli, quem fidiſsimum amicorū habuerat, oranti ut ſe prius bibere cicu-
tiam pateretur, Eſt omnino, inquit, tua hæc petitio grauis & moleſta: ſed “
quando nihil tibi unquam denegaui, concedam ſanè hoc quoq̧. Cùm bi-
biſſent omnes, ac uenenū deeſſet, & carnifex niſi acceptis duodecim dra-
chmis (tanti enim uendebatur cicuta) aliud temperaturum ſe negaret,
moramq̧ id inijceret: quendam ſuorum amicorum uocauit, dicensq̧, Ne
mori quidem Athenis niſi dato precio licere, pecuniam numerare iuſsit.
Erat tum Munychionis menſis dies XIX. Iouiq̧ pro more pompam du- *Mors &*
centes equites partim coronas poſuerunt, partim ad fores carceris lacry- *ſepultura.*
mantes reſpexerunt. omnibus autem, niſi ijs quorū animi odio & ira pror
ſus erant perditi atq̧ efferati, facilè patuit, ſcelus graue eſſe commiſſum,
cùm ne feſto quidem die abſtinere à publica cæde potuerit populus. Et
uerò inimici eius hac uictoria non ſatiati, decretum fecerunt, ut cadauer
Phocionis extra Atticam deportaretur, neq̧ ullus Athenienſium eius ſe-
peliendi cauſa ignem accenderet. Conopion quidam ueſpillo cadauer
precio cōductus ultra Eleuſinem deportauit, & igne apud Megarenſem
C quendam accenſo cremauit. & Megarica (à qua ignem petierat) mulier
cum ancillis adfuit, inanemq̧ tumulum aggeſsit, & parentauit: oſſa in ſi-
num ſuum repoſuit, noctuq̧ domū portauit, & apud focum defodit, in-
quiens: Apud uos, dij penetrales, has uiri boni reliquias depono. uos eas “
patrio buſto reddetis, ubi Athenienſes reſipuerint. Paulo quidem pòſt “
cùm re ipſa appareret, qualem præceptorē cuſtodemq̧ temperātię & iu-
ſticiæ amiſiſſet populus, ſtatuā Phocioni æream Athenienſes poſuerunt,
reliquias publico ſumptu ſepeliuerunt, & Agnonidem damnatū capitis
ſupplicio affecerūt. De cæteris accuſatoribus Epicurū & Demophilū ex
urbe fuga elapſos filius Phocionis cōſecutus interfecit. Hunc quidem ui
tioſum planè hominem fuiſſe ferūt: & cùm amore puellæ cuiuſdam apud *Filius.*
lenonem degentis teneretur, ac forte fortuna Theodorū, qui Atheus (q̧
negaret Deos) dictus eſt, in Lyceo ita audiſſet diſſerere: Si non eſt turpe
ſoluere amicū, ne amicā quidem ſoluere turpe erit: ſi ſociū, ergo & ſociam
(nam hoc uocabulo etiā ſcorta Gręcis dicūtur) liberare licet. hūc Phocus
ferē ſermonē ſuę cupiditati accōmodaſſe, tanq̄ probū, & puellam iſtam
redemiſſe. Enimuerò Phocionis cædes Socratis necem Gręcis in memo-
riam redegit ſimilimus enī hic illius & error fuit, & Athenarū detrimentū.

PLVTARCHI CATO VTI- CENSIS, [redacted] Augustano interprete. A

CATONIS genus primus illustrauit Cato Maior, huius pro-
auus, propter uirtutem ad summã inter Romanos gloriam
potentiamq; euectus: uti in eius uita demonstrauimus. Is au
tem, de quo nobis in præsentia sermo est, parentibus orbus
unà cum fratre Cæpione, sorore germana Porcia, & sorore
1 uterina Seruilia apud Liuium Drusum auunculum suum, qui uir summa
Ingenium & educatio. præditus facundia, morumq; probitate, & animi magnitudine, tum in re-
publica principatum obtinebat, educatus est. Fertur autem Cato statim à
puero uoce, uultu, adeoq; inter ludendum etiam ingenium rigidum atq;
immobile, constansq; in omni re præ se tulisse. Nam & uis perficiendi ei,
quę instituisset, maior quàm pro ætate affuit: & adulatoribus difficilem se
asperumq; præbens, magis adhuc terrentibus obsistebat. Risus ita diffi-
culter ei mouebatur, ut perrarò ad leuem etiam risum uultum remitteret:
haud facilè ad iram prolabebatur, iratus placari ægrè poterat. Cùm se ad B
discendum contulisset, tardus fuit ad percipiendum: quæ autem perce-
cepisset, ea firmiter memoria retinebat. quo modo uidemus, qui bono
sunt ingenio præditi, eos facilè reminisci: qui autem non nisi cum magno
labore discunt, eos memoriter quæ appræhenderunt tenere, eò quòd sin
gula quæ didicerunt, quasi inuruntur eorum animis. Catoni porrò ut dif-
ficiliùs disceret in causa fuisse uidetur etiam incredulitas. Nimirum enim
discere, est affectio quædam: afficiuntur autem celeriùs, qui credũt, quod
ijs euenit, qui minùs resistere possunt: itaq; iuueni quàm seni, & sano quàm
ægroto faciliùs aliquid persuaseris: atq; omnino facillimè assentiunt, qui-
bus dubitandi facultas minima est. Cato autem obtemperasse quidem o-
mnibus in rebus pædagogo dicitur, singulorũ tamen causas ex eo quæ-
siuisse: habebat uerò pædagogum Sarpedonem, uerbis quàm uerberi-
bus promptiorem, id quod est boni atq; ciuilis pædagogi. Puero adhuc
Catone, Romanorum socij de iure ciuitatis impetrando agebant. De his
2 unus Popedius Silo, uir bello clarus, primæq; inter suos dignitatis, cum
per aliquot dies Liuij hospitio uteretur, factus pueris familiarior, petijt ab C
eis, ut pro se in causa Latinorum obtinenda apud auunculũ intercederet.
Constantia. Ibi eùm subridens Cæpio annuisset, & Cato nihil respondisset, uerùm in
hospites toruo immotoq; uultu inspexisset, Popedius: Tu uerò, ait, ado-
lescentule quid dicis? non tu quoq;, ut frater, pro hospitibus auunculum
precaberis? nihil respondentem, sed ipso silentio uultuq; ostendentem se
abnuere, ad fenestrã extulit, ac nisi assentiretur, deiecturũ per eam mina-
tus est: simulq; & uoce usus est asperiore, & manib. eleuatũ Catonẽ supra
fenestrã sæpius cõcussit. Cùm puer diu imperterritus impauidusq; persti
tisset, deposito eo Popedius submissa uoce ad amicos dixit: Quàm bona
Italię fortuna accidit hũc adhuc puerũ esse. nam si uir esset, haud equidem
opinor ullũ nos populi suffragiũ impetraturos. Rursus Catone cum alijs
pueris ad cœnã nataliciã cuiusdã ꝓpinqui uocato, cùm in parte quadã æ-
diũ seorsim luderẽt, ꝓmiscuè maiores cum minoribus, iudicia per iocũ ce-
lebrãtes, & inuicẽ accusantes, cõuictosq; in carcerẽ abducẽtes: quidã ele
gãtis formę puer dãnatus, & ineõ claue q̃ddam ab adultiore abductus in-
clususq; Catonẽ inuocauit: isq; re cognita statim ad fores accurrit, repul
sisq; adstantib. & aditu eũ ꝓhibentib. puerũ eripuit, iratusq; domũ secum
abduxit,

A abduxit, sequentib. etiam alijs. Adeò autem nobilis tum erat, ut cum Sylla Troiam, ludum sacrum & equestrem spectaculorũ causa institueret, ad eumq; conductis patricijs pueris duos duces designaret, filium Metellæ priuignum suum, & Sextũ fratre Pompeij natum: illum quidem in honorem matris pueri probauerint, Sextum autem repudiauerint: & interrogante Sylla, quem ergo uellent, omnes Catonem uocauerint: atq; ei ipse Sextus, ut præstãtiori, honore ultrò cesserit. Erat autem paternus Catonis amicus Sylla, & aliquando eum (id quod perpaucis ob fastum & potentiæ suæ magnitudinem tribuebat) ad se uocabat, cumq; eo colloquebatur. Id plurimum ad honorem & salutem pueri conducere ratus Sarpedon, crebrò salutatũ duxit Catonem ad Syllam: cuius tum domus ob multitudinem eorum qui eò ad cruciatus adducebãtur, nihil planè adspectu à carnificina differebat. Annum tunc agebat Cato decimumquartum. Videns autem capita illustrium uirorum efferri, ingemiscẽtibus occultè qui adstabant, percõtatus est pædagogũ qui hæret, quòd nemo Syllam necaret: cumq; is respõderet, Quia, mi puer, metuũt omnes magis eum quàm Odium tyranni.

B oderunt: Cur ergo, inquit Cato, non mihi gladiũ dedisti, ut interfecto eo seruitute patriam liberarem? Sarpedon hoc audito, simulq; uultum eius iracundiæ plenũ cõspiciens, in grauẽ peruenit metũ, atq; in posterũ summo studio curauit ne quid Cato audaciùs conaret. Puer adhuc admodũ quẽ maximè diligeret interroganti, fratrẽ respõdit: idemq; iterũ ac tertiò, ac toties omnino retulit, dum alter interrogando fatigaret. Quem suũ er- Amor fratris. ga fratrem amorem magis etiã adulta ætate cõfirmauit. Annos ẽm natus uiginti, nũquam sine Cæpione cœnauit, nunq; peregrinatus est, nunquã in forum prodijt: unguentum tamen, illo utente, respuit, quemadmodum tota etiã Catonis uictus ratio accurata fuit & seuera. Cæpio quidem temperantiæ mediocritatisq; causa cùm laudaretur, fassus est se talem esse si cum alijs conferret: sed si uitam suam cum Catonis cõpararet, nihil se sibi Sippio meliorem uideri. Erat autem is Sippius ob luxũ & molliciem infamis. Cato flamẽ Apollinis creatus, diuisa paterna hæreditate portionem centum ac uiginti talentorũ accepit, & à fratre migrauit. Exinde uictus ratione ad maiorem etiã pristina frugalitatem conuersa, Antipatrũ Tyrium Flaminiũ à Stoica secta philosophum socium sibi adsciuit, moralib. præsertim & ci- & frugalitas.

C uilibus placitis intentus. Cùm autem ad omne uirtutũ genus quasi numine afflatus ferretur: eam tamen honesti partem, quæ in iustitia cõspicitur nullo æquitatis aut gratiæ respectu inflexa, præ reliqs sectatus est. Instrumentum quoq; orationis, quo ad populum uti posset, exercitatione sibi parabat: ut in ciuili sapiẽtia, tanq; magna urbe, quiddã etiam iuxtà aleret, q̃d esset ad certamina utile. neq; tamẽ apud alios declamauit, alijs úe dicẽtibus auscultauit. quin & sociorũ cuidam dicenti, Repræhendunt ô Cato tuũ homines silentiũ: Modò ne uitã, respõdit. incipiã autem dicere, cùm potero loqui, quæ non præstiterit tacuisse. Porciã basilicam Cato maior in censura dedicauerat. Ibi cùm solerent tribuni plebis ius dicere, & uideretur colũna quędã sellis ipsorũ obstare, statuerunt auferre eam, uel amouere aliò. Hæc primùm res Catonẽ inuitũ in forũ produxit. Impugnauit Oratio. ẽm tribunorũ propositum, admirationemq; oratione sua & magnanimitate excitauit. Erat enim in oratione nihil noui, nihil ad elegantiã cõpositi, sed recta omnia, & plena, atq; aspera: gratia quoq; animos auditorũ cõcilians breuitati aderat, uoluptatemq; aliquam & risum ciuilem admixta ingenij eius indicia, & per orationẽ sparsa mouebãt. Vox autem ea erat, quæ satis exaudiri ab uniuerso populo posset: eius intentio erat, uisq; in-

kk 3 exhausta,

exhausta, ita ut sæpe numero totū diem perorās non defatigaretur. enim- A
uerò rem tunc obtinuit, rursusq; seipsum silentio & exercitationi dedit.
Corporis exercitatio. Corpus quoq; exercitationib. ualidis adsuefaciebat ad perferendū æstū, & niuē nudo capite, iterq; pedib. omni tempore anni faciendū, absq; uehiculo, cum equis unà irent amici peregrinationis socij: quibus ille inter eundum sæpe singulatim sese applicuit, estq; collocutus. Aegroti etiā admirabilis fuit cùm cōtinentia, tum patientia. Febricitans enim solus seorsim egit, neq; ad se quenq; admisit nisi pulso morbo, & sanitate recepta. In cœnis cùm forte partes diuiderentur, & ipsi sors non fauisset, amicis ni-
3 hilominus ei optionem deferētibus, respōdit, Non cōuenire hoc, inuita Venere. Et initiò quidem semel tantùm in cœna bibebat. Posteà temporis magis indulsit potui, ita ut sępe usq; ad aurorā traheret potationē. Cau-
Potatio. sam hanc afferunt amici eius, q interdiu publicis negocijs occupatus, & à philosophia exclusus, per noctē salte & inter pocula uoluerit cum philosophis cōmentari. Itaq; Memmio aliquādo in cōcione dicēte, Catonē totas noctes ebrietati uacare: Cicero interpellās, Hoc aūt, ait, nō dicis, q totos etiā dies talis ludit. Omnino aūt uitæ & studiorū rationē diuersam B sibi ab ea, quæ uulgò tum usurpata, praua ipsi & magnæ indiga mutationis uidebatur, tenendā ratus, cùm purpurā uideret saturatā rubore & rutilantē cęteris ꝓbari, nigra ipse usus est: sæpe etiā nudis pedib. & sine tunica post prandiū in publicū ꝓdijt, nō gloriæ uenādæ studio, sed adsuefaciens se, ne cuius ipsum rei nisi turpis puderet, reliquas infamias cōtēneret. A Catone sobrino hęreditatē oblatā centū talentorū, in pecuniā redegit, eamq; amicis indigētib. absq; fœnore locauit. Quidā etiā agros & seruos
Matrimonium. ipso dāte & cōtractū confirmāte ærario publico oppignorarūt. Vt tempus uxorē ducēdi uenisse iudicauit, cùm priùs nullius mulieris habuisset noticiā, Lepidā duxit, quæ antè Scipioni Metello pacta fuerat, sed rescissa ab eo pactione tum innupta erat. Verùm priusq; nuptiæ fierēt, Scipio mutato facto nihil sibi reliqui fecit dum Lepidā sibi matrimonio iūgeret. Grauiter eo facto irritatus Cato, cùm iudicio disceptare statuisset, prohibitus ab amicis, iuuenili animi feruore ad scribendos iambos se cōtulit, Archilochiq; acerbitatē mutuatus, impudētia eius & nugis omissis, Scipionē cōuicijs ꝓscidit. duxit aūt Atiliā Sorani filiā, cumq; ea prima, nō tamē unica, cōgressus est: infelicior hac in parte Lælio Scipionis amico, q cùm C diu uixerit, unā modò, eam quam primò duxit uxorem, cognouisset mu-
Res militiæ gestæ. lierē. Cōmisso seruili bello, q & Spartaciū dicit, Gellio duci sociū se Cato adiunxit ultrò, ꝓpter fratrē Cæpionē, qui tribunus erat militū. Ac tametsi eo in bello, q id malè gereret, non potuit alacritate sua uirtuteq; quātum uellet efficere: inter magnā tamen militū molliciē atq; luxuriā, modestiā suā, & fortitudinē (qua maximè tum opus erat) audaciamq; prudētiæ cōiunctā ostēdendo ita se gessit, ut nihil cōcedere prisco Catoni uideretur. Gellio aūt honores ei præmiaq; decernēte, accipere detrectauit, q nihil se ijs dignū egisse diceret. Id primùm eius factū insitatū uisum est. Dein-
4 de cum lex esset lata, ne ijs q magistratū ambirēt nomēclatores adessent, tribunatū militū petēs solus eam legē uiolauit, monitorisq; usus ministerio ciues nominatim salutauit atq; cōpellauit. Et uerò ijs etiā, q ipsum laudabāt, molestus nōnihil fuit: q magis eū honestatē eius instituorū intelligebāt, eo iniquius ferebāt se ea imitādo ęquare nequire. Tribunus militū factus, missus est in Macedoniā ad Rubriū prętorē. Memoriæ traditū est, cùm Atilia uxor fleret, maritiq; discessum deploraret, Munatiū ei unum de Catonis familiarib. dixisse, Bono sis animo Atilia mea: ego tibi Catonē tuum

A tirum custodiam. tum Catonem: Vtriq; ergo me custodies. cumq; diei i-
ter unius progresi essent, Agedũ Munati, dixisse, ut promissa Atiliæ per-
ficias, neq; interdiu, neq; noctu iam tibi à me discedendum erit. exindeq;
iussisse duos lectos in suo cubiculo poni, & Munatium ita semper iuxta
Catonẽ dormiuisse, custoditũ ab eo ioci causa. Comitabantur aut Cato-
nem quindecim serui, duo liberti, & amici quatuor: quib. equitantib. ipse
semper pedes incedẽs singulis sese applicabat, interq; ambulandũ collo-
quebatur. Postquam in castra peruenit, uni legioni de multis præfectus,
suam unius uirtutẽ demõstrare non regij neq; magni operis esse ratus, in
id maximè incubuit ut sui similes subditos efficeret. Itaq; nõ metũ suæ po 5
testatis eis ademit, sed oratione, qua eos singulis de rebus uel doceret, uel
persuaderet, simul etiã præmijs supplicioq; adhibitis, difficile dictu est
pacis'ne an belli artium scientiores, & acriores'ne an iustiores redegerit:
adeò & terribiles hostibus, & socijs mãsueti, ad peccãdũ timidi, ad laude
dignos conatus suscipiendos prõpti alacresq; fuere. Interim gloria, gra-
tia, obseruãtia, amorq; militũ summus Catonẽ sequebatur, quæ ille mini-
B me instituto suo quęrebat. At enim cùm ultrò in his, quæ alijs imperasset,
ipse elaboraret, habituq;, uictu, & incessu militũ quàm ducũ esset similior,
moribus uerò, animi magnitudine, & facũdia omnes qui imperatorũ aut
ducum nomen gerebant anteiret, magnã sibi occultè beneuolẽtiã exerci
tus cõciliauit. Nam cõparatũ est ita, ut uirtutẽ non suspiciamus, neq; eius
imitandæ studio corripiamur, nisi eum, in quo ea cõspicitur, summo amo
re atq; honore prosequamur. qui uerò bonũ aliquem laudant, cùm non
ament, non uirtutẽ ij eius admirãtur, neq; imitari cupiunt, sed gloriam re
uerẽtur. Cùm inaudiuisset de Athenodoro, cui Cordylioni cognomentũ
fuit, uirũ eum Stoica disciplina præclarè exercitatũ, qui regũ ac principũ
familiaritates summo studio subterfugisset, senẽ iam apud Pergamũ de-
gere: existimans se scribendo ad eum aut mittendis nũcijs nihil profectu
rum, cùm lex ei duorũ mensium profectionẽ concederet, ad eum in Asiã
nauigauit, suis fretus dotibus ut eũ speraret uinci à se, & in consuetudinẽ
pertrahi posse. Cõgressus cum homine, peruicit, deiectũq; de priori sen-
tẽtia in castra secũ perduxit, magna elatus lætitia, seq; maiori & præstan-
tiori præda, quàm Lucullus Põpeiusq; arma circũferendo, gentesq; sub i
C gẽdo parasset, potitũ sentiẽs. Cùm esset adhuc tribunus militũ, frater eius
in Asiã proficiscẽs, Aeni (Thracię est urbs) in morbũ incidit. Qua de re Ca
to cùm esset statim certior per literas factus, & mare uehemẽti iactaretur
tẽpestate, neq; iustę molis nauis esset in prõptu, cũ duob. amicis & tribus
seruis onerariã ingressus, Thessalonica soluit: & grauissimo submersionis
periculo mirabili quadã fortuna ereptus, iã mortuo Cæpioni superuenit.
Grauiùs, quàm philosopho conueniret, tulisse eum casum fertur, non fle-
tum modò & cadaueris amplexus, luctusq; magnitudinẽ considerantib.
sed & sumptũ sepulturæ, & odoramentorũ uestiũq; preciosarũ unà cre-
matarũ impẽdia, & monumẽti magnificẽtiã, q̃d ex Thasio lapide octo ta
lentorũ precio cõfectũ in foro Aenensiũ cõstituit. Hæc enĩ nõnnulli cum
Catonis morib. alioquin ab omni fastu alienis cõferẽtes calũniabãtur, nõ
perspicientes quantum mansuetudinis & amoris inesset uiro rigido, &
qui se nulla uoluptate, nullo metu, nullis inhonestis precib. percelli sine
ret. Ad eam rem ciuitates quoq; ei & principes ampla pro honore defun
cti munera miserunt, de quibus ipse pecuniam quidem omnino repu-
diauit, odoramenta tantùm & ornamẽta persoluto precio accepit. Cùm
uerò ad ipsum & Cæpionis filiolam hæreditas deuenisset, in diuisione

Cato Athenodorũ philosophum adsciscit.

Vt fratrem desiderarit.

eius nihil pro sumptibus sepulturæ poposcit. Quæ cùm ille egisset, age- A
retq́, inuentus est tamen qui scriberet, Cineres eum mortui cribrasse, au-
6 rum combustum quærentem: tantam nimirum non gladijs modò, sed sty
lo etiam iste tribuit impunitatem. Defunctus tribunatu militū Cato, de-
ductus à suis est, non uotis tantùm (est enim id usitatum) neq; laudationi-
bus, sed lacrymis & insatiabilibus amplexibus eum prosequentibus, ue-
stimentaq́ sua quà iret subijcientibus, & manus deosculantibus. quod eo
tempore uix paucis imperatoribus à Romanis datum est. Porrò cùm sta
tuisset antè quàm ad remp. accederet, Asiam peruagari, regionū, morum,
institutorum, & quæ in singulis essent prouincijs copiarum contemplan
darum gratia, simul etiam gratificaturus Deiotaro Galatæ, qui ipsum ami
Peregrinatio eius. ciciæ hospitijq́ paterni nomine ad se uti ueniret rogauerat: ita peregrina
tionem instituit. Prima luce pistorem coquumq́ eò, ubi esset pernoctatu
rus, præmittebat. Hi compositè admodum & tranquillè urbem ingressi,
si nullum paternum hospitem Catonis aut notum ibi offendissent, diuer-
sorium ei apud cauponem parabant, nemini molesti: quòd si ne caupona
quidem esset, ibi tum magistratum adibant, & diuersorium petebant, da- B
tumq́ boni consulebant. Sæpe etiam à magistratibus fides eis non est ha
bita, cōtemptiq́ quòd nullo tumultu, nullis minis hæc agerent, re adhuc
7 infecta Catone eis superueniente: isq; ipse apud clitellas tacitus sedens,
maiori despicatui materiam præbebat, pro abiecto & obnoxij animi ho-
mine habitus. Veruntamen uocato ad se magistratu solebat dicere: Corri
gite ô praui homines peruersam hanc hospitum excipiendorum ratione͂,
& comitate uestra eorum qui ueniēt (neq; enim semper Catones ad uos
uenient) potentiam frangite, occasionem captantium ut ui uobis eripiāt,
quæ ultrò dare nolueritis. Ridiculum est, quod ei in Syria usu uenisse di-
citur. Cùm ad Antiochiam accessissent, ante portas urbis magnam homi
num multitudinem ab utroq; uiæ latere effusam offendit: erant autem
adolescentes seorsim chlamydibus induti, & pueri honestè ornati seor-
sim stabant, tum sacerdotes deûm, uel magistratus puris in uestibus coro
nati. Nihil aliud itaq; ratus, quàm sui excipiendi gratia hunc honorem à
ciuitate paratum, suis, quos præmiserat, succēsuit, qui non prohibuissent:
iussitq́ amicos ab equis descendere, peditesq́ secum incedere. Vt pro-
ximè accesserunt, pompæ istius magister atq; instructor, homo iam pro- C
uectæ ætatis, manu baculum & coronam tenens Catoni ante alios oc-
currit: & ubi Demetrium reliquissent, ac quando is esset uenturus, inter-
Demetrius Pompeij libertus. rogauit. Erat is Demetrius Pompeij libertus, & apud eum largiter pote-
rat: itaq; omnibus tunc ferè hominibus in Pōpeium oculos conijcienti-
bus, ultrà quàm dignū homine esset colebatur. Amicis itaq; Catonis tan-
tus est obortus risus, ut inhibere eum incedentes per turbā non possent.
Cato autem tunc uehementer conturbatus, nihil aliud dixit, quàm, Proh
infelicem urbem: posteà temporis ipse quoq; recordans aut recitans id
factum, ridere est solitus. Enimuerò ipse Pompeius eos qui per ignoratio
nem ita Catonem neglexerant, suo exemplo erudijt. Cùm enim Cato i-
Pōpeius Catonē honorat. psius, ut senioris, & gloria amplissimi, maximarumq́ tum copiarum du-
cis salutandi causa Ephesum uenisset: conspicatus eum Pompeius acce-
dere, sedere non sustinuit, sed tanquam ad præstantiorem exiliens de so-
lio accurrit, dextramq́ iniecit, multisq́ inter complexus ipsos & saluta-
tionem, pluribus etiam digressi uirtutem prædicauit: ita ut conuersi om-
nes intentiq́ iam Catoni, quem priùs spreuissent, eius tum mansuetudi-
nem animiq́ magnitudinē cum admiratione considerarent. Neq; enim
obscurum

A obſcurum erat Pompeij erga ipſum ſtudium, demerentis magis quàm a-
mantis: intelligebaturq; eum Catonẽ præſentẽ admirari, diſceſſu eius læ-
tari. nam reliquos iuuenes qui ad ſe ueniſſent Pompeius magna cupidita
te ſecum detinebat, à Catone nihil tale petebat: ſed quaſi eo præſente ſua
liberè uti poteſtate nequiret, ita libenter dimittebat: ſoli ferè ei omnium
qui Romam nauigarent liberos ſuos uxoremq; commendans, alioquin
etiam genere ipſi coniunctos. Certatim exinde ciuitates Catoni operam
dare, eum inuitare, & conuiuia præbere. Qua in re Cato à ſocijs ſe obſer-
uari iuſsit, Ecquid imprudens dictum Curionis ipſe confirmaret. Ete-
nim Curio amicus & familiaris Catonis, auſteritatem eius iniquiùs ferẽs,
percontatus fuerat, haberet'ne in animo exacta militia Aſiam perluſtra-
re: cumq; id affirmaſſet, Bene tu, reſponderat: iucundior enim inde & tra
ctabilior redibis: hæc enim ferè eius fuerunt uerba. Cæterùm Deiotarus
Galata ætate iam prouectior, Catonem acciuerat, ut ei liberos ſuos fami-
liamq; committeret: uenientiq; cùm uaria numera offerret, utq; ea accipe
ret omnibus modis ſolicitaret, ita hominẽ iritauit, ut cùm ſub ueſperã ue- *Deiotari*
B niſſet, ibiq; pernoctaſſet, poſtridie tertia hora diſcederet. Verùm unius *dona ſpreta*
diei progreſſus iter, Peſsinunte plura prioribus dona ipſum expectantia
offendit, cum literis Deiotari, precantis ut acciperet: ſin ſecus uideretur,
at amicis eorum accipiendorum poteſtatem faceret: dignis utique qui-
bus propter ipſum aliquid boni contingeret, cùm quidem de ſuo ditare
eos ipſe non poſſet. Sed ne tum quidem Cato conceſsit, quanquam ui-
deret nonnullos amicorum delinitos, ipſumq; tacitè incuſare: uerùm
inquiens, Omni munerum acceptioni prætextum aliquem inueniri poſ
ſe, ſe cum amicis ea quæ honeſtè poſsideret communicaturum, dona i-
ſta ad Deiotarum remiſit. Traiecturo Brunduſium amici ſuadebant,
ut reliquias Cæpionis in aliud nauigium imponeret: quibus ille reſpon-
dens, Animum ſe potius quàm iſtas relicturum, transfretauit, periculoſ-
ſiſsimè quidem fortuna (ut aiunt) quadam, cùm reliqui ſatis commodè
nauigaſſent. Romam reuerſus aut Athenodoro, aut in foro amicis ope- 8
ram dedit. Quæſturam autem, cuius petendæ tempus appetierat, non
antè ambijt, quàm leges quæſtorias legiſſet, ſingula ex peritis eſſet per- *Quæſtura*
contatus, & eius magiſtratus ius animo quaſi informaſſet. Itaque ſimul *Catonis.*
C atque quæſtor eſt conſtitutus, ærarij ſtatim adminiſtrorum & ſcribarum
aliam inſtituit rationem. Hi enim cùm hactenus publicas literas & le-
ges ſuis in manibus habuiſſent, iuuenibus ſubinde quæſtoribus creatis,
ac quibus ob imperitiam & ignorationem opus eſſet præceptoribus a-
lijs atq; magiſtris: poteſtatem illis nequaquam conceſſerant, ſed ipſi ma-
giſtratũ geſſerant. Primus Cato nouo modo non titulum tãtùm & hono
rem, ſed & animũ rationemq; eo magiſtratu dignam attulit, ſcribiſq; (id
quod erant) pro famulis uſus eſt, partim eorum maleficia arguens, par-
tim ignorantia peccantes erudiens. Cùm uerò ſe proteruè gererent, a-
liosq; adulãdo demererentur, ipſi aduerſarentur: primum eorũ fraudis
in hæreditate commiſſæ compertum ab officio remouit: alteri cuidam fal
ſi dicam ſcripſit. Hunc defendere aggreſſus eſt Lutatius Catulus cenſor, 9
magnę ob magiſtratum, maximę ob uirtutẽ exiſtimationis, quòd iuſticia
& temperantia omnes antecellere Romanos crederetur, laudator etiam
Catonis, eiuſq; ob uitæ inſtitutum familiaris. Huic, cùm ſe cauſa inferio-
rem cernens palàm condonari ſibi reum peteret, idq; Catone prohiben-
te magis inſtaret, Turpe eſt, inquit Cato, te Catule cùm ſis cenſor, & de
noſtris factis iudicare debeas, ob noſtros famulos officio tuo exturbari.

Hæc

Hæc locutū Catonem intuitus est quidem Catulus tāquam responsurus, dixit tamen nihil: sed siue ira, siue uerecundia conturbato animo tacitus abijt. Non tamen damnatus est reus. Nam ut uno calculo plures damnantium quàm absoluentium lati sunt, Catulus ad M. Lollium (qui collegarum Catonis unus, tum ob ualetudinē à iudicio aberat, misit, orans ut opitularetur reo: isq; peracto iam iudicio lectica allatus, suo eum suffragio absoluit. Attamen eum Cato neque pro scriba habuit, neq; ei mercedem persoluit, neq; omnino calculum Lollij in reliquorū numero duxit. Hoc modo repressis & cicuratis scribis, ipse literis suo utens arbitrio, breui tempore effecit ut maior esset quæstorij quàm Curiæ dignitas, utq; omnes ita sentirent atq; dicerent, Catonem quæsturę consularem maiestatem conciliasse. Primū enim cùm inuenisset multos antiquitus ærario debere, uicissimq; ex ærario deberi multis, eadem opera rempub. & à ferenda, & ab inferenda iniuria liberauit, debitum seuerè & acriter exigens, nominibusq; celeriter & promptè satisfaciens: quæ res uerecundiā populo mouit, cum & persoluere eos quos nihil reddituros putabant, & satisfieri ijs qui desperauerant uideret. Deinde cùm multi tabulas ad ærariū contra quàm fieri deberet adferrent, antiqua cōsuetudine precibus & gratia consequi studentes ut falsa decreta reciperentur: nihil horū Catonē fefellit. & quidem de uno aliquando dubitans genuinum'ne esset, multis testantibus fidē non habuit, neq; prius inter cætera retulit, quàm cōsules accessissent, & iuramēto id cōfirmassent. Porrò cùm multi essent, quibus Sylla in secunda proscriptione uiritim quadragena octona sestertia ob cæsos proscriptos dederat, ijq; omnibus inuisi & pro scelerosis pollutisq; haberentur, ulcisci tamen eos auderet nemo: singulos eos Cato postulauit pecuniæ publicæ iniustè possessæ, eamq; exegit, iracunda interim oratione impias eis cædes exprobrans. Hi uerò statim homicidij rei, & prǽiudicio iam damnati, in ius rapiebātur atq; pœnas dabant, gaudentib. omnibus, existimantibusq; unà demum Syllanam tyrannidem excindi, ipsumq; se Syllā uidere supplicio affici putantibus. Animos autem multitudinis adsiduitas quoq; eius, & indefatigata accuratio allexit. Nemo enim collegarum prior Catone ad ærarium accessit, aut posterior discessit. Idem omnibus concilijs, omni senatui interfuit, ueritus & obseruans eos, qui per gratiam debita aut uectigalia quibusuis condonare intendebant. Ita ærario sycophantis exclusis, eoq; pecunia repleto, docuit licere ciuitati etiam absq; iniuria diuiti esse. Collegarum quoq; nonnullorum, quibus inuisus initio fuerat, animos eo sibi cōciliauit, quòd largitionum aut iniquorū iudiciorū detrectatorū omnē inuidiā in se solus recipiebat, eamq; sui excusandi aduersus instantes & urgentes occasionē illis præbebat, quòd dicerent se ipsis gratificari inuito Catone nullo modo posse. Postremo quæsturæ die cùm esset ab uniuersis propè ciuibus domum deductus, inaudiuit Marcellum concursu amicorum atq; potentum & precibus uictū largitionem quandam, ueluti debitam, perscripsisse: (erat autem is Marcellus à puero Catoni amicicia iunctus, cumq; eo magistratum optimè gerebat: priuatim autem facilè ut precibus annueret pudore abducebatur, & erat ad quamuis gratiam ineundam ingenio procliui.) itaq; statim reuersus eò Cato, ut comperit ui adactum Marcellum scripsisse eam donationem, tabulas poposcit, eamq; deleuit, tacito adstante Marcello: atq; hunc ab ærario secum domum abduxit, neq; tum, neq; postmodò eo de facto querentem, sed ad extremum usq; in familiaritate pristina perseuerantē. Iam ne defunctus quidem quæstura ærarium præsidio uacuum reliquit: sed ade-

Syllani administri mulctātur.

A B C

A ſed aderant quotidie ſerui ipſius qui quæ agerentur conſcriberent. Et i-
pſe libros,in quibus deſcriptio publicæ diſpenſationis à Sylla ad ſua uſq;
tempora continebatur,quinq; emptos talentis adſiduò uerſabat. Primus
in ſenatum ueniebat,diſcedebat ultimus:ſæpe reliquis tardiùs conuenien
tibus,libro togam prætendens legebat:nūquam peregrè abfuit,cùm ha-
beretur ſenatus. Poſtea etiam temporis, cùm Pōpeiani eum iniuſtis ſuis
conatibus conſtantiſsimè aduerſari,neq; ab eo propoſito detrahi ulla ra-
tione poſſe uiderent, ideoq; eum patrocinijs amicorum, arbitrijs,alijsq;
negocijs occupare ne in ſenatū ueniret,molirentur:inſidijs depræhenſis,
omnia poſthabuit,totumq; ſe in id dedit,ut conuocato ſenatu ne quid a-
liud ageret. Non enim gloriæ ſtudio,non opū,neq; fortuito caſu,ut qui-
dam alij,ad tractandas res publicas delatus,ſed conſilio,quòd hoc boni- *Inſtitutum eius.*
uiri eſſe officium putaret, intentiorem ſe reipublicæ, quàm apem melli
eſſe debere cenſuit:itaq; ergo operam etiam dedit,ut ab amicis & hoſpi-
tibus ſuis quos paſsim habebat,prouinciarum adminiſtrationes,decreta,
iudicia,& præcipua facta ad ſe perſcriberentur. Quodam tempore Clo-
B dio tribuno pl.reſiſtens,qui grauia nouarum rerum ſemina ſpargens, ſa-
cerdotibus utriuſq; ſexus,in quibus etiam Fabia Terentia erat, uxoris Ci
ceronis ſoror,apud populum calumniando periculum crearet:eum igno
minia circumfuſum urbe excedere coegit. Ciceronem autem gratias ſibi
agentem,ciuitati acceptum hoc referre iuſsit: huius enim cauſa ſe omnia
agere. Proinde in magna erat exiſtimatione:adeò ut orator quidam uni-
co teſte in iudicio allato iudicibus diceret, Vni teſti,ne ſi Cato quidem is *Autoritas.*
eſſet,credendum eſſe: & uulgo iam de rebus incredibilibus ueluti pro-
uerbium iactaretur, Ne Catone quidem affirmante hoc probabile eſt.
Cùm in ſenatu quidam prauis moribus ac luxurioſus uerba de frugalita-
te & temperantia faceret,inſurgens Amnæus, Quis, inquit, te ferat? qui 10
cùm Craſſum cœnādo,ædificando Lucullū æques,nobis ut Cato concio
nare. alios quoq; homines uitioſos & luxui deditos,uerbis tamen grauita
tem & auſteritatem præferentes, ſubſannandi cauſa Catones uocabant.
Porrò autem multis hortantibus ut tribunatum plebis peteret,Cato uim
magnæ poteſtatis iſtius ueluti uehementis medicamenti non ratus nego
cijs leuibus inſumendam, ſolutus à repub.acceptis libris & philoſophis
C in Lucaniam profectus eſt: ibi enim prædia ocio haud illiberali idonea
poſsidebat. In itinere autem multis iumentis,uaſis,atq; calonibus occur-
rens,cùm intellexiſſet Metellum Nepotē tribunatus plebis petendi cau-
ſa Romam reuerti,tacitus conſtitit, paulumq; cunctatus, retrò ſuos abire
iuſsit. Mirantibus hoc amicis, An ignoratis,dicebat, Metellum uel per ſe
ob ſtoliditatem ſuam ciuitati metuendum eſſe? is nunc de ſententia Pom
peij adueniens in rempub.incidet fulminis in morem, atq; omnia pertur
babit. non igitur ocij mihi aut peregrinationis tempus, ſed aut inhiben-
dus iſte homo,aut præclaro certamine pro libertate oppetendum eſt. Ta
men amicorum adhortationibus concedens priùs in prædia ſua uenit: i-
biq; haud diu moratus, Romam redijt. Veſperi cùm ueniſſet, ſtatim ma-
nè in forum deſcendit, tribunatum plebis petens,ut reſiſtendi Metello fa
cultatem haberet. (etenim eius magiſtratus maior eſt in impediendo uis,
quàm in agendo: & reliquis omnibus,uno excepto,quicquam decernen
tibus,unius illius præualet ſententia.) Principiò pauci cum Catone amici
fuerūt:uerùm ubi inſtitutū ipſius innotuit,breui tēpore omnes boni no-
tiq; ciues ad eum confluxerunt,hortabanturq; & confirmabant,non pe-
tere eum,ſed dare beneficiū patriæ optimisq; ciuibus maximū,aſſerētes:
qui cùm

qui cùm sæpe quieto eo magistratu defungi potuisset, nūc maluerit non A
sine suo periculo certaminis pro libertate & repub. suscipiendi causa eum ambire. Fertur multis ad ipsum studij fauorisq; gratia certatim concurrentibus, pressus in turba haud sine discrimine difficulter admodum in forum euasisse. Creatus tribunus plebis cum alijs & Metello, ut uidit comitia consularia uenalia esse, increpauit ea de re populum acri oratione: cuius in fine iurauit se eum, quicunq; pecuniam dedisset populo, in ius tracturum: unicum Silanum ob necessitudinem excipiens, cuius uxor erat soror Catonis Seruilia. Itaque hunc etiam omisit: L. Murenam ambitus postulans, qui largitione confecisset, ut cum Silano consul designaretur. Lex erat, ut reus accusatori custodem daret, ne ipsum laterent quæ is accusationis causa colligeret aut pararet. Is ergo, quem Murena Catoni adiunxerat, cùm eum comitans passim & obseruans animaduerteret nihil insidiosè, nihil iniquè moliri, sed ingenuè & humaniter simplicē iustamq; actionis formam cōponere: adeò admiratus est uiri magnanimitatē & bonitatem, ut in foro aut domi ad eum accedens quæsierit tantùm, esset'ne hodie aliquid eorum quæ ad accusationem pertinerent acturus: ac si negaret, fidem uerbis eius habens discesserit. Cum causa ageretur, Cicero B
tum consul Murenæ patrocinatus est, multaq; in Stoicos propter Catonem, & illorum paradoxa ista quæ uocantur (hoc est admirabilia, & omnium opinioni contraria) iocatus, risum iudicibus mouit: feruntq; ipsum Catonem leniter subridentem dixisse ijs qui adstabant, Quàm ridiculum habemus consulem. Absolutus autem Murena non ut peruersorum est mos, stolidorumq; hominum se erga Catonem gessit: sed in cōsulatu suo eum de maximis rebus consuluit, ac pro tribunali in honore & existimatione perpetuò habuit. Cuius rei causa in ipso fuit Catone, qui iuris defendendi causa in foro & curia cùm se terribilem & durum præberet, aliâs humanum se omnibus & beneuolum exhibebat. Priusquam tribunatum plebis iniret, Ciceronis consulatum cùm multis alijs certaminibus firmauit, tum eo in primis, quòd Catilinariæ eius actioni amplissimæ & pulcerrimæ finem imposuit. Nam Catilina cùm pestiferam totius Romanæ reipub. mutationem moliretur, bellaq; simul & seditiones turbaret, depræhensus conuictusq; à Cicerone, urbe exciderat: Lentulus uerò, & Cethegus, cumq; his alij complures coniurationis socij Catilinę timiditatem & conatuum humilitatem incusantes, ipsi urbem incendio delere, & C
defectionibus populorum bellisq; exteris imperium euertere statuerāt. Quorum cùm innotuisset apparatus (sicuti in uita Ciceronis scriptū est) & in senatu Cicero quid de eis statuendum esset sententias quæreret, primus omnium Silanus extremo supplicio afficiendos pronunciauit, eiq; deinceps usq; ad Cæsarem omnes assenserunt. Cæsar, ut erat disertus, ac qui omnem in urbe mutationē motumq; (quippe materiam eorum quæ iam tum animo agitabat) augeri quàm extingui mallet, multa gratiosa & humanitatis speciem habentia locutus, indemnatos eos necari non debere censuit, in carcere tamen adseruandos. Ita uerò, senatu populum metuente, reliquorum sentētias mutauit, ut Silanus quoq; non morte se eos damnasse, sed carcere (hoc enim ultimum esse ciui Romano supplicium) affirmaret. Hac mutatione facta, & omnibus in leniorem atq; humaniorem partem inclinantibus, Cato illi sententiæ contradicturus, initio statim iram suam animiq; cōmotionem non dissimulauit, Silani inconstantiam repræhendens, Cæsaremq; dictis incessens, qui prætextu populari, clementiq; in speciem oratione rempublicam subrueret, perterreretq; senatum,

Ambitus postulat Murenam.

A senatum, ea in causa, in qua sibi ipse metuere debuisset, & arbitrari præclare secum agi, qui suspicionem & suppliciū eorum quæ acta essent euaderet. cùm quidem ita palàm & proteruè publicos hostes eripere intenderet, seq; tantæ tamq; illustris patriæ sortem, cui præsens impenderet exitium, fatereturnon miserari: sed eos, quos ne natos quidem esse oportuisset, deploraret, quòd ij sua morte ciuitatem magnis cædibus atq; periculis essent liberaturi. Hanc unam de omnibus Catonis orationibus extare ferunt: per omnia curiæ loca sparsim Cicerone dispositis ad eam excipiendam scribendi celeritate præstantibus ministris, quos antè docuerat certas notas, quæ breuibus & exiguis figuris multarum literarum uim in se haberent. nondum enim exercebant, neque habebant eos, quos notarios appellamus: sed tunc primùm uestigium eius rei deprehensum ferunt. Enimuerò obtinuit Cato, & reliquos in suam sentētiam traduxit, ita ut morte illi damnarentur. Traditū est (nam quia imaginem ueluti quandam animi Catonis depingimus, ne minima quidem nobis prætermittenda uidenē) cùm acriter aduersus Catonē tum Cæsar cōtenderet, in eosq;

B intenti senatores essent, paruam tabellam Cæsari extrinsecus allatā. quam rem cùm in suspicionem traheret Cato, & in sinistram partem interpretaretur, non defuisse, qui postularent recitari quod scriptum in ea esset. Tum Cæsarem Catoni propè adstanti tabellam porrexisse: fuisse autem Seruiliæ, sororis Catonis epistolam impudicam ad Cæsarem, cuius amore erat corrupta. Catonem lectam eam Cæsari rursum obiecisse, ac dixisse, Accipe temulente: & sic reliquum orationis persecutum. Omninò autem apparet gynæceum Catoni infortunatum fuisse. Quippe ex duabus Seruilijs sororibus eius hæc (uti retulimus) ob Cæsarem erat infamis, alterius maior etiam turpitudo: quæ Lucullo primū inter Romanos gloriæ gradum obtinenti nupta, cùm eum prolis unius patrem reddidisset, ob impudiciciam domo est eiecta. Et, quod erat summum, ipsa etiam Atilia Catonis uxor eius criminis pura nō fuit, ita ut eam, quamuis binos ex ea sustulisset liberos, coactus sit ob uitæ inhonestatem repudiare. Duxit deinde Marciam Philippi filiam egregiā mulierem, de qua multi sunt uarijq; sermones: hæcq; pars fabulæ uitę Catonis omnium maximè ambigua est, difficilesq; habet explicatus. Thraseas rem ita, ut sequitur, actam

Sorores Catonis impudicæ.

Secundæ nuptiæ.

C scribit, autorem huius historiæ Munatium Catonis amicum & cōuictorem nominans. Inter multos amatores admiratoresq; Catonis, quorū alij studium suum alijs apertiùs præ se ferebant, Q. etiam Hortensius fuit, uir magna existimatione, probatisq; moribus. Hic non contentus se sociū esse Catonis & familiarem, necessitate insuper aliqua & communitate totam familiam suam cum Catoniana permiscere animum induxit. Itaque conatus est persuadere Catoni, ut is sibi filiam Porciam, quæ Bibulo nupta erat, bisq; iam eum patrem fecerat, traderet, uti ex ipsa, tanquam bonæ frugis fertili, liberos susciperet. hominum quidem opinione absurdū hoc uideri: reipsa præclarum esse & ciuile, ut mulier integra ætate florens neq; neglecta uirtutē sobolis dandæ perdat, neq; plures quàm requirantur liberos pariendo grauet, atq; ad pauperiem redigat maritū nihil porrò prolis indigentem: sed communem alijs etiam prole dignis liberûm suscipiendorum facultatem præbeat, uirtutemq; in multa genera diffundens ab inuidia uindicet: quibus necessitatibus ipsa deinde inter se ciuitas quasi commisceatur. quòd si omnino uxor Bibulo cordi sit, se eam ipsi simul atque ex se peperisset redditurum, arctiùs hac liberûm communitate Bibulo ipsi & Catoni coniunctum. Cùm ad hæc respōderet Cato,

probari quidem sibi Hortensium affinem, sed de filiæ iam traditæ alteri nuptijs abs re sermonem fieri: mutata oratione Hortensius haud dubitauit animo suo detecto ipsam Catonis uxorem petere, ætate adhuc ad pariendum habilem, cùm satis iam liberorum esset Catoni. neque uerò id prætendere potuit, eam à marito negligi: nam grauida tum quoque fertur fuisse. Cato animaduerso Hortensij studio, non aduersatus est, Marciæ tantùm patris Philippi consensum requiri dixit: atque is compellatus facilem se præbuit, neque aliter, quàm ipso Catone præsente & unà despondente Marciam Hortensio collocauit. Hæc mihi cùm in mulierum mentionem incidissem, hoc loco uisa sunt commemoranda, etsi posteriora essent tempore. Cæterùm Lentulo cum socijs necato, cùm Cæsar apud senatum accusatus ad populum confugisset, ciuitatisque uitiosas & corruptas partes conturbaret, sibique adsciseeret: Cato reipublicæ timens, Senatui autor fuit frumentaria largitione egenam turbam placandi: cuius quidem annuæ impensæ fuerunt trecenties sestertiûm. atque hoc beneficio periculum præsens perspicuè est auersum. Exinde Metellus tribunatum plebis adeptus conciones habuit tumultuosas, legémque promulgauit, ut Pompeius Magnus quamprimùm cum exercitu in Italiam ueniret, urbémque à Catilina in periculum coniectam seruaret. Erat hic prætextus speciosus: id autem agebatur, ut principatus ac respublica in manus Pōpeio traderentur. Habito eius rei causa senatu, cùm non, ut aliâs, asperè Metello aduersaretur Cato, sed moderatè eum de multis rebus ac placidè moneret, & ad extremum preces quoq; adderet, Metellíque familiam, quòd semper optimatum partes fouisset, collaudaret: eo magis elatus animo Metellus, Catonémque ueluti trepidantem & concedentem aspernatus, multa superbè minari, dictisque ferocire instituit, tanquam omnia inuito etiam senatu confecturus. Ibi Cato uultu, uoce & oratione mutata, in fine disertis uerbis testatus est, se uiuo Pompeium nunquam cum armis urbem intraturum. Subijtq; tum senatui cogitare, neque Metellum neque Catonem mentis suæ compotem esse, aut sanis uti consilijs. sed Metelli institutum, insaniam esse, qua præ nimia malicia ad exitium publicum rueret: Catonis autem uirtutem, diuinam esse quandam animi commotionem, pro honestate & iure propugnantem. Cùm esset suffragia laturus ea de lege populus, Metello arma, hospites, gladiatores, seruiq; per forum dispositi adfuerunt, magnáque pars populi, ob spes in Pompeio collocatas mutationem rerum expetentes: Cæsar quoq; tum prætor, multum uirium suppeditauit. Sed cum Catone primus quisque ciuium dolorem magis & iniuriam, quàm certamen commune sufferebat: magna domum eius mœsticia, magnus timor tenebat, adeò ut nonnulli amicorum incœnati unà peruigilarent, grauiter pro ipso soliciti, mulierésque & sorores quiritarentur atque plorarent. Ipse intrepidè & confidenti animo compellans singulos atque consolans, cœnatus somno noctem exegit: expergefactúsque (dormiebat enim altiùs) à Minucio Thermo collega, in forum descendit, paucis sanè comitantibus, multis uerò occurrentibus, utq; sibi caueret monentibus. Postquam forum ingressus ædem Castoris circumdatam armatis uidit, gradúsque à gladiatoribus custodiri, ipsum suprà Metellum cum Cæsare assidentem, conuersus ad amicos, Proh ferocem, inquit, iuxtà, & timidum hominem, qui aduersus unum, eúmque nudum hominem tantum exercitum coëgerit. Simul rectà cum Thermo ad eos perrexit, eisque graduum custodes cesserunt: neque tamen quenquam

alium

Marcia Hortensio tradita.

Cōtra Metellum Nepotē actiones Catonis.

A

B

C

A alium admiserunt, ipsumque Munatium manu iniecta ægrè attraxit Cato: ita progressus, medium sese inter Metellum & Cæsarem collocauit, eorumque colloquium dissipauit. His hæsitantibus, magno spectatores perfusi gaudio, miratique uultum audaciámque Catonis, propiùs accesserunt, & alta uoce ipsum ut pergeret ita, se autem mutuò uti manerent, neue libertatem & defensorem eius proderent cohortati sunt. Cùm apparitor legis tabulam promeret, Cato legere eum non est passus: Metello etiam eam sumenti & recitare incipienti, de manibus eripuit: eidem uerbis suis legem referre absque tabula conanti manibus ori iniectis uocem interclusit Thermus. Proinde uidens Metellus istorum peruicacia populum quoque uinci, quid ex usu sibi foret intelligens, domo sua euocatos armatos magno cum clamore in forū irruere, & aduersarijs terrorem incutere iussit. Quo facto cùm dissipati essent omnes, Catonem solum subsistentem, ac desuper saxis & lignis impetitum haud neglexit Murena, is qui pridem ab eo in ius fuerat tractus: sed togam ei suam prætendens, uociferandóque iacientes ut cessarent monens, uix tandem monitis suis cō-
B cedentem Catonem ueste sua inuoluit, inque ædem Castoris abduxit. Metellus cùm solitudinem apud rostra, fugam aduersæ partis è foro cerneret, pro certo habens se uicisse, discedere armatos iussit: ipseque progressus placidè, legem perferre intendit. Interim aduersæ factionis homines à fuga iterum congregati in forum magno & horribili cum clamore irruperunt: quo Metelli sectatores perterriti, qui eos arma alicubi nactos irruere putarent, uniuersi à tribunali fuga dilapsi sunt. His ita disiectis Cato progressus populum partim collaudando, partim confirmando effecit, ut & multitudo se ad euertendum quoque modo Metellum pararet, & senatus magistratibus negocium daret, uti Catoni suppetias ferrent: legémque, qua seditio & ciuile bellum Romæ induceretur, impugnarent. Ergo Metellus, tametsi ipse adhuc ferox & imperterritus, ut suos uidit Catonem summopere formidare, eúmque pro insuperabili habere, subitò in forum se proripuit: conuocatóque populo multa ad faciendam Catoni inuidiam locutus, ad extremum fugere se Catonis tyrānidem & coniurationem aduersus Pompeium dicens, ac breui fore ut Romam eius pœniteret, quæ tantum uirum ignominia afficeret, in Asiam abijt, quasi
C de his rebus apud Pompeium questurus. Magnæ id Catoni gloriæ fuit, qui tanto onere tribuniciæ licentiæ urbem leuasset, & Pompeij potentiā quodammodo in Metello fregisset. Maiorem laudem reperit, cùm Senatum dedecore afficere Metellum, eique magistratum abrogare uolentem inhibuit. nam & uulgus humanitati hoc & animi moderationi imputabat, quòd insultare inimico deiecto noluisset: & cordatis uidebatur prudenter & utiliter ab irritando Pompeio abstinuisse. Secundum hæc Lucullus à bello reuersus, cuius ei finem & gloriam præripuisse Pompeius censebatur, de triumpho etiam in discrimen uenit, C. Memmio factiones apud populum contra eum excitante ac crimina intentante, magis id in Pompeij gratiam, quàm priuatis ducto odijs. At Cato, cuius soror Seruilia Luculli esset uxor, alioquin etiam rei indignitate motus, Memmio se opposuit: qua in re cùm multas calumnias pertulisset, tandémque magistratu ueluti tyrannide esset amotus, tantum tamen effecit, ut Memmius ultrò accusationes Luculli omittere opus haberet. Itaque Lucullus acto triumpho arctius exinde amicitiæ Catonis inhæsit, ualidum eam aduersus potentiam Pompeij præsidium habens. Pompeius uerò rebus mi-

Mēmio resistit Cato.

litiç gestis clarus domum reuertens, aduentúsque sui gratia & splendore A
ita fretus, ut nihil se frustra petiturum à ciuibus putaret, præmisit qui à se-
Pompeij po- natu peterent, uti comitia consularia differrentur tantisper, dum ipse prę-
stulatũ in- sens ea in gratiam Pisonis (is enim ambiebat consulatum) obire posset.
fringit. Hic plerísque cōcedentibus, Cato non in dilatione comitiorum tantum
esse sitũ, quàm in conatu Pompeij & spe frustranda existimās, reclamauit,
utq; Senatus hoc denegaret obtinuit. Haud leuiter eo facto perturbatus
Pompeius, cùm animaduerteret se, nisi Catonē sibi amicicia cōiunxisset,
maximis in rebus offensurũ, accito ad se Munatio Catonis socio, de dua-
11 bus Catonis ex fratre aut sorore neptibus iam nuptijs maturis alterā sibi,
filio minorē in matrimoniũ postulauit: quidā nō neptes, sed ipsius Cato-
Eius affini- nis filias ab eo petitas fuisse ferũt. Cùm hac de re Munatius Catonē, uxo-
tatē respuit. remq; eius, & sorores docuisset, istacq; affinitatē magnoperē acceptā ha-
berēt ob potentiā & dignitatē Pōpeij: Cato nulla mora aut deliberatione
interposita, perculsus statim respondit: Vade Munati, uade & dic Pōpe-
io, Catonē per mulieres capi nō posse: sed tamen beneuolentiā eius gratā
habere, eiq; iustē agenti amicitiā omni firmiorē necessitudine cum ipso B
futurā: obsides aũt Pompeij gloriæ aduersus patriā ipsum nunq; daturũ.
Molestē hoc mulieres tulerunt: & uerò amici quoque Catonis id respon
sum ut inurbanum & superbum repræhenderunt. Paulo pòst Pompeius
12 cuidam amicorum consulatum ambiens pecuniam in trib. diuisit, in hor-
tis suis eam numerans: qua largitione diuulgata, Cato mulieribus dixit,
Necesse fuisse huiusmodi quoque infamiæ actionum societatem inire, si
affinitatem cum Pompeio contraxisset. itaque ipsæ etiam fassæ sunt, re-
ctiùs ipsum statuisse, eum repudiando. Enimuerò si iudicandum ex euen
tis est, apparet Catonem grauissimē errasse, qui Pompeij coniunctionem
respuens, passus est eum ad Cæsarem ire, & nuptias eiusmodi coire, quæ
Pompeij & Cæsaris in unũ confusa potentia, propē euerterũt imperium
Romanum, rempublicam quidem perdiderũt: quorum nihil fortasse eue
nisset, nisi Cato metuens uilia Pompeij peccata, concessisset ei faculta-
tem parandæ summorum perpetrandorum potestatis. Verùm hæc infe-
riorum sunt temporum. Lucullo autem & Pompeio de Ponticis cōstitu-
tionibus inter se certantibus, (uterq; enim à se constituta confirmari uo-
lebat) & Catone Lucullum haud obscurē iniuria affectum adiuuante, uí- C
ctus in senatu Pōpeius, ut animos multitudinis sibi deuinciret, militibus
spem agri diuidundi fecit: hic quoque Catone resistente, & legem istam
abolente, ita demũ ad Clodium se contulit, eorum qui tunc temporis po-
pularem fauorem sectabātur audacissimum, & ipsum Cæsarem, præben-
te quodammodo ansam ipso Catone, sibi adiunxit. Cæsar enim à bello
Hispanico rediens, simul & cōsulatum petere & triumphare cupiebat. &
cùm lex esset, ut petitio per præsentes fieret, qui aũt esset triumphum du
cturus, is tantisper extra pomœriũ maneret: petebat à senatu, ut sibi alio-
rum opera ambire consulatum liceret. Id cùm multi concederent, Cato
repugnauit, sentiensq; Cæsari plerosq; cupere, diem totum dicendo exe-
git, atque ita senatus consultum impedijt. Quare Cæsar omisso trium-
Cæsaris cō- pho, statim in urbem uenit, Pompeiúmque amplexus, consulatum pe-
sulatus, et tijt, eoq; impetrato, huic Iuliam filiam suam nuptum dedit, factaq; aduer
cum Pōpe- sus rempũblicam conspiratione, Cæsar leges de diuidendo egenis agro
iō affinitas. tulit, Pompeius eas defendit. Lucullus autem & Cicero collegæ eius Bi-
bulo se coniungentes, repugnabāt: atq; in primis Cato, iam tum suspicās
Cæsaris

A Cæsaris & Pompeij societatem nullum ob iustum finem coaluisse, dicensque non se diuisionem agri metuere, sed præmium quod ij essent pro ea à populo, quem hoc inescarent & demererentur munere, exacturi. Hæc illi dicenti cùm senatus adstipulabatur, tum aliorum quoque haud pauci se adiungebant Cæsaris peruersitati infensi: nam quæ tribb. plebis ferocissimus quisque & uilissimus in gratiam multitudinis ageret, hæc ille turpiter & abiectè in fauorem se populi insinuans consulari potestate moliebatur. Ergo Cæsar, & qui ab eius erant factione, metuentes suo proposito, ad uim confugerunt. Primùm Bibulo ipsi in forum degredienti corbis stercore plenus superfusus est: deinde in lictores eius factus impetus, eorúmque confracti fasces: denique telis coniectis, multisque consauciatis è foro diffugêre cursu reliqui. Cato ultimus pedetentim discessit, subinde ad ciues conuersus, inque capita eorum execratus. Ita non solum perlata est lex agraria, sed insuper scitum, ut senatores singuli iuramento promitterent, se eam legem ratam habituros, & contra aduersantes ei auxilium laturos: graui denunciata ijs qui non iurassent pœna. Iu-
B rauere autem omnes, uicti necessitate, Metellique prisci casum memoria 13
recolentes, quem iurare in similem legem recusantem Italia extorrem agi passus fuerat populus. Quapropter Catonē multis lacrymis, multis precibus domi mulieres obtestatæ sunt, uti flecteret animum, & iuraret, multis etiam amici hoc eum eo egerunt: qui uerò præcipuè persuasit homini, & ad iurandum pertraxit, Cicero fuit, monens eum, docénsque, Fortassis ne iustum quidem esse, unum ipsum illis quæ essent communi consensu decreta reluctari: in apertum uerò se conijcere periculum eius rei causa, quæ rescindi nullo modo iam possit, id uerò uæcordis planè esse & insanientis. iam id omnium malorum grauissimum, si ciuitate cuius gratia agat omnia, destituta & quasi prodita insidiatoribus excidat ipse, quasi gaudens se certaminibus pro ea susceptis liberatum. etenim si non Roma Catoni, at Romę Catone opus esse, eodémque amicos indigere, ac se prę reliquis, insidijs Clodij tribunatum affectantis palàm iam impetitum. His similibusque sermonibus ferunt emollitum domi atque in foro Catonem, tandemque uictum, postremum omnium, excepto familiari suo Fauonio, ad iurandum accessisse. Elatus eo successu Cæsar, aliam legem promul-
C gauit, qua tota propè Campania pauperibus distribuebatur. Huic præter Catonem nemo contradixit: quem à tribunali Cæsar ad carcerem abduci iussit, nihilo seciùs sua utentem dicendi libertate, sed inter eundum ea de lege disserentem, ciuésque hortantem, uti huiusmodi leges ferendi finem facerent: sequebatur eum senatus mœstus, & de populo optimus quisque tacitè indignans. Neque fefellit Cæsarem, iniquè id suum factum à ciuibus ferri: pergebat tamen peruicaci contentionis studio, fore sperans ut Cato deprecaretur, aut auxilium inuocaret. Sed ubi satis apparuit, nihil eum tale facturum, uictus pudore & infamia rei Cæsar ipse tribunum quendam plebis subornauit, qui Catonem liberaret. Sane his legibus & muneribus cicurato & subiugato populo, Cæsari Illyricum & uniuersa Gallia cum quatuor legionibus ad quinquennium est decreta, prædicente Catone, populum suis ipsius suffragijs tyrannum in arce collocare. P. quoque Clodium contra leges de patricijs in plebeios traductum tribunum plebis constituerunt, ea mercede ut Cicero in exilium pelleretur, omnia in gratiam ipsorum agentem. Consules creauerunt Pisonem Calpurnium, socerum Cæsaris, & A. Gabinium ho-

Cato in carcerem duci iussus.

Clodij tribunatus plebis.

minem ex sinu Pompeij natum, ut affirmant ij quibus mores eius & uita est cognita. At enim tametsi tam ualidè essent rerũ potiti Cæsariani, ciuitatemq́ partim fauore partim metu sibi subiecissent: Catonẽ tamẽ adhuc timebant: molestũ enim ipsis erat, & difficile, se ea quæ obtinuissent, nõ potuisse tamen nisi magno cum labore, neq́ citra turpitudinem ab eo coarguros ui consequi. Et uerò Clodius desperans se Catone præsente Ciceronem opprimere posse, simul atq́ tribunatum plebis occepit, id agens ut illum ab urbe dimoueret, ad se uocauit, atq́ ita compellauit: Se eum omnium Romanorum integerrimum iudicare, idq́ nunc re ipsa testatum reddere statuisse. multis enim administrationem Cypri ambientibus, se ipsum ea dignissimũ arbitrari, ideoq́ libẽter eam ipsi facere gratiam. Exclamante Catone, non hanc gratiam, sed insidias esse & iniuriam: superbè admodum Clodius, Ergo, inquit, quãdo gratum tibi hoc non est, inuitus eò nauigabis: statimq́ ad populum progressus, legem de ea re pertulit. Proficiscenti Catoni neq́ nauim, neq́ milites, neq́ famulos dedit, præter duos scribas, quorum alter fur erat, alter Clodij cliens. Porrò tanquam in Cypro constituenda & Ptolemæi negocio parum laboris esset futurum, iniunxit ei præterea ut Byzantiorum exules reduceret: id agens, ut se tribunatum plebis gerente, quàm diutissimè ab Vrbe abesset Cato. Hac constrictus Cato necessitate, Ciceroni iam tum à Clodio impetito consilium dedit, ne factionibus aut armis cædibusq́ urbem propter se agitari uellet, sed tempori concedens abiret, atq́ ita patriæ denuò salutem afferret:
14 ipse uno suorum amicorum Canidio in Cyprum præmisso, Ptolemæum monuit, uti citra pugnam cederet, uicturus uitam neq́ opum neq́ honorum indigam: nam ei populum sacerdotium Veneris Paphię concessurũ. interim Rhodi ad negocium tractandum se comparans, responsa expectabat. Venit eò tum temporis Ptolemæus Aegypti rex, qui ciuiũ ira & dissensione cõpulsus Alexãdria abiuerat, Romamq́ nauigabat impetraturum, ut à Cæsare & Pompeio armata manu restitueret. Is cum Catone colloqui cupiens, ad eum misit, sperãs eum ad se uenturũ. Cato qui tum fortè uentrem medicamẽto purgaret, Ptolomæũ, si quid uellet, ad se uenire iussit: uenientiq́ neq́ est progressus obuiam, neq́ intrãti assurrexit, sed tanquam quemuis aliũ salutauit ac sedere iussit. Id primùm perturbauit Ptolemæũ, hominis tam uili habitu populariq́ utentis fastũ admirantẽ: orsus deinde de suis rebus colloqui sermonẽ sapientem liberumq́ Catonis audijt, increpãtis ipsum, & ostẽdentis, quanta relicta beatitate seipsum tantos in labores coniecisset, cui demerenda nunc, muneribusq́ cõcilianda esset Romanorũ principũ auaricia, quã uix tota in pecuniã redacta Aegyptus explere posset: monentis porrò, ut retrò ad suos nauigaret, cumq́ ijs gratiã recõciliaret, ad eamq́ rem suũ comitatũ & operã pollicẽtis. ibi tum rex quasi ex insania aut delirio ad animũ reuersus intellecta ueritate, & sapienti Catonis cõsilio, statuit quidem ei obtemperare: sed rursum ab amicis retractus à proposito, ut primùm Romã uenit, & ad fores unius principũ accessit, deplorauit suã imprudentiã, qui nõ egregij uiri sermonem, sed Dei oraculũ spreuisset. At Ptolemæus Cyprius bona quadã Catonis fortuna ueneno sese necauit. Cuius morte cùm magnę relictę ferrenẽ diuitiæ, Cato ipse Byzantiũ nauigare statuens, Brutũ sororis filiũ in Cyprum præmisit, nõ satis fidẽs Canidio: reductis exulibus & redintegrata Byzantijs cõcordia, in Cyprũ nauigauit. Cùm uerò esset amplissima supellex regia poculorũ, mensarum, lapidũ, purpurarũ, eaq́ omnia uendendo in pecuniam

Cato in Cyprum amandatur.

Cum Ptolemæo rege colloquitur.

A B C

A cuniã eſſent cōmutãda: cupiẽs omnia ad ſummũ preciũ adducere, ipſeq; omnib. intereſſe, & exactè de ſingulis ſubducere rationes, neq; conſuetudini fori ſatis credidit, & ſuſpectos habens omnes famulos, pcones, uẽditores, ad extremũ ſingula ipſe emptorib. ꝑferendo & preciũ cõſtituẽdo, pleraſq; ita merces diuendidit. Quæ res cùm alios eius amicos, q parum ijs habere fidei uideretur, offendit, tum Munatium omnium familiariſsimum ira propè implacabili accendit: ita quidem, ut in Anticatone Cæſar huic loco acerbiſsimè exagitando immoratus ſit. Verùm ipſe Munatius non Catonis ſiniſtro de ſe iudicio, ſed neglectione ſui, & aduerſus Canidium æmulatione ſua iram eam extitiſſe narrat: edidit enim librum de Catone, quem Thraſeas præcipuè ſecutus eſt. Ita autẽ refert. Se poſteriorem in Cyprum appuliſſe, ibiq; hoſpitium ei ab alijs ſpretum & neglectum obtigiſſe: cùm uerò ad Catonis fores ueniſſet, non fuiſſe admiſſum, eo intus aliquid arcani cum Canidio tractante. Quo nomine cùm incuſaſſet modeſtè Catonem, aſperiùs iuſto ſibi ab eo fuiſſe reſponſum. Equidem " apparet, ô Munati, id quod eſt à Theophraſto dictum, nimium amando " B aliquando effici, ut eum quem amamus, odiſſe incipiamus: quando tu e- " tiam uehementiſsimè nos amans, eò indignaris, quòd minori te quàm " conueniat in honore eſſe putas. ego autem Canidio cùm ob peritiam u- " tor præ reliquis, tum ob fidem, quòd & initiò uenit, & integrè ſe geſsit. " hæc ait Catonem cum ipſo remotis arbitris locutum, deinde ad Canidium extuliſſe. Itaq; ſe re comperta neq; ad cœnam porrò uentitaſſe, neque ſi ad conſilium uocaretur, paruiſſe: cumq; minaretur Cato ſe eum pignore (ita enim ſolet agi cum contumacibus) coacturum, nihil iſta curaſſe, ſed è Cypro ſoluiſſe, diuq; in ira ea permanſiſſe. Poſteà temporis Marcia (nam adhuc cum Catone uiuebat) cum marito ea de re collocuta, fortè utrunq; à Barca fuiſſe ad cœnam uocatũ: Catonemq; cùm reliqui omnes iam accubuiſſent ingreſſum, quæſiuiſſe ubi accumberet, & Barca optionem ei dante, dixiſſe, iuxta Munatium uelle ſe accumbere, ſibiq; adſediſſe: neq; tamen ea in cœna amicè quicquam præterea ſecum egiſſe. Rurſum Marcia deprecãte, Catonem epiſtola ſe uocaſſe ad colloquium: ſe prima luce ad domum eius ueniſſe, detentumq; à Marcia, donec cæteri omnes diſceſsiſſent: ibi demum Catonem ingreſſum complexum ſibi tu C liſſe, ac conſalutaſſe. Hæc eſt Munatij narratio: quam fuſiùs retuli, exiſtimans huiuſmodi hiſtorias ad mores & ingenia hominum demonſtranda non minus, quàm magna & publica facinora, perſpicuitatis adferre. Coegit autem Cato argenti talenta propè ſepties mille. Porrò longam nauigationem metuens, uaſa multa parauit, quorum ſingula duorum talentorum & quingentarum drachmarum eſſent capacia, horum unicuiq; longum funem appendit, cuius capiti ſuber magnum eſſet annexum: ut fracta naui indicio eſſet, ubi locorum demerſa pecunia iaceret. Et pecuniæ quidem paucis demptis omnes ſaluæ Romam allatæ ſunt. Rationes uerò ſuæ adminiſtrationis accuratè duobus in libris conſcripſerat, quorum uterque intercidit. nam cùm alterum libertus eius Philargyrus ferret, is à Cenchreis ſoluens, euerſa naui unà cum ſarcinis perijt: alterum cùm ipſe ad Corcyram uſque pertuliſſet, ipſo in foro ſub tabernaculo dormiente, nautæ propter frigus magnos ignes noctu fecerunt, ita ut corriperentur flammis tentoria, cumq; his unà liber periret. Aderant quidem ei adminiſtri regij, quorum opera inimicis & calumniatoribus facilè ora obthuraret: mordebat tamen ea librorum iactura Catonem, quòd eos non tam pro ſuarum rationum confirmatione, quàm ut eſſent

Munatij & Catonis diſcordia.

Iactura librorum rationum.

reliquis diligentiæ exemplum adferre studuerat, nisi huic eius conatui A inuidia fortunę obstitisset. Cum Tiberi ad Vrbē subueheretur, non latuit eius aduentus ciues: sed omnes magistratus, omnes sacerdotes, uniuersus senatus, ac magna populi pars obuij utranque ripam multitudine sua texerunt, ita ut conspectus nauigationis istius & comitantium studium triumpho nihil concederet. Tametsi nouum illud quibusdam uidebatur & superbum, quòd consulibus & prætoribus præsentibus, neque egressus naui ad illos est, neque nauigationem inhibuit: sed regia naui quę sex ordinibus remorum agebatur littus citato cursu legens non antè cessauit, quàm in nauali classem constituit. Pecunijs per forum trāslatis, & populus earum admiratus est multitudinem, & senatus frequens præter cæteras meritas

16 laudes Catoni præturam extraordinariam decreuit, utque ludos ueste purpura prætexta spectaret. Verùm Cato his repudiatis senatui persuasit, ut Niciam regium dispensatorem libertate donaret, diligentiæ ei ac fidei testimonium præbens. Erat tum consul Philippus Marciæ pater, & eius magistratus autoritas atque potentia ad Catonem redibat: cùm non maiorem Philippus ob affinitatem, quàm eius collega ob uirtutem Catoni honorem tribueret. B Cùm Cicero ab exilio reuocatus, recuperata potentia sua tribunicias tabulas à Clodio (is Ciceronem patria expulerat) in Capitolio positas absente Clodio ui deijceret: deinde eius rei causa cōgregato senatu, & accusante factum Clodio, diceret pręter leges Clodio tribunatum plebis datum, itaque rescindi & irrita haberi debere ea quæ sub eo acta aut scripta essent: Cato eam orationem interpellauit, & ad extremum

Honor Catoni habitus.

Clodij tribunatū defendit.

» surgens ita uerba fecit. Sibi quidem neque rectum, neque utile Clodij capessendæ reipub. institutum uideri. si tamen rescindi oporteat ea quæ in tribunatu eius acta sint, omnem quoque suam Cypriam actionem rescissum iri, neque iustam fuisse suam amandationem, cuius autor is fuisset, qui contra leges magistratum gereret. Enimuerò nequaquam contra leges Clodio tribunatum plebis cōmissum: quòd lex patricium adoptari à plebeio, & sic transire ad plebē permittat. quod si uerò iniustè magistratū (ut & alij) administrârit, ipsum eo nomine in ius rapi debere: neque deberi unà etiam magistratus, cui iniuria fit ab ipso facta, autoritatem euerti. Ob hæc Cicero Catoni iratus, aliquādiu eius amicicia uti omisit: redintegrata est tamen posteà inter eos gratia. Secundū hæc Pōpeius & Crassus cum Cæsare Alpes transgresso cōgressi rem ita composuerunt, ut ipsi cōsulatū secūdum peterent, eumque adepti, Cæsari imperiū in aliud quinquennium prorogarent: sibi prouincias amplissimas, pecuniam, exercitusque decernerent. Erat hoc de diuidendo imperio, & euertenda repub. coniuratio. C Erant multi tum ac præclari uiri, qui petere consulatum intendissent: sed eos Pompeius ac Crassus inter competitores conspecti statim deterruerunt. soli L. Domitio Porciæ sororis suæ marito persuasit Cato, ne cederet, ne'ue certamen dimitteret, quo non de eo honore, sed libertate P. R. dimicaretur. Nam & rumor per optimos quosque ciuium diditus erat, non esse concedendum ut Pompeij ac Crassi potentia in unum cōpactis consularis magistratus nimia uis atque potentia redigeretur, sed eum alterutri præripiendū: coniugebantque se Domitio multi, adhortantes eum & confirmantes, ac multos esse promittentes qui nunc metus causa tacentes suffragijs suis ipsum essent electuri. Id metuens Pompeius, Domitio manè prælucentibus facibus in campum descendenti insidias collocauit: ac primus qui facem ante ipsum Domitium gestabat ictus cecidit, expirauitque: deinde reliquis etiam consauciatis, diffugere omnes præter Catonem, ac

Domitio cōsulatū petēti uis fit.

Domitium,

A Domitium, quem Cato, tametsi ipse quoque brachium uulneratus, retine-
bat, hortabaturque ut secum maneret, neque dum spirarent, certamine absi-
sterent pro libertate patriæ aduersus tyrannos suscepto: qui ut essent usu
ri magistratu, iam nunc satis ostenderent, tantis sibi flagitijs aditũ ad eum
parantes. Domitio tamen periculum subterfugiente, & se domum subdu
cente, Pompeius & Crassus consules sunt creati. Ne sic quidem defatiga-
tus Cato, præturam statim petijt, cupiens ex hac quasi arce aduersus il- *Cato repul-*
los pugnare, neque priuatus ipse cum magistratibus decertare. At consu- *sam patitur*
les designati hoc quoque metuentes, ne prætura ob Catonem consulari *præturam*
potestati fieret, primùm subitò, & plerisque ignorantibus senatum conuo- *petens.*
carunt, ac decreuerũt ut qui prætores essent electi, ij statim magistratum 17
inirent, non interposito solito tempore: ne cui fraudi ambitus esset, eiusque
causa dies ei posset dici. Simulque ipsi amicos suos & administros ad pe-
tendum præturam subornarunt, ipsi pecuniam eis quam largirentur dan
tes, ipsique suffragijs ferendis adsistentes. Hoc quoque consilium uirtus &
gloria Catonis irritum fecit, turpe plerisque & indignum existimantibus,
B suffragijs Catonem uendi, qui emendus ciuitati prætor esset: itaque & pri-
ma tribuũ ad suffragium uocata, Catonẽ nominauit. Tum Põpeius subi-
tò mentitus se tonitru audisse, turpissimè comitia soluit: erat enim in con-
suetudine positum, ut si de cœlo esset seruatum, nihil perageretur. Iterum
multa usus largitione, optimisque campo expulsis ui obtinuerũt, ut pro Ca
tone Vatinius prętor crearetur. Cùm quidem ferunt eos qui ita iniustè &
iniquè suffragia dedissent, statim se à pontibus quasi fuga proripuisse: re-
liquos coitionem fecisse graui indignatione concitos, dataque ijs statim à
quodam tribuno plebis concione, Catonem ita uerba fecisse, ut quasi di-
uino quodam afflatus furore quæ futura essent ciuitati uaticinaretur, ci-
uesque aduersus Pompeium & Crassum instigaret: qui scilicet huiusmodi
sibi consiliorum essent conscij, easque res tentarent, ut metuerẽt Catonem,
ne is prætor factus ipsos uinceret. denique domum abeuntem tanta multi-
tudo prosecuta est, ut ne uniuersis quidẽ tum designatis prætoribus tan-
tus fuerit comitatus. Præterea cùm C. Trebonius legem de consularibus
prouincijs tulisset, ut alter Hispaniam & Africam obtineret, alter Aegy-
ptum & Syriam, & copijs terrestribus naualibusque oppugnarent ac subi-
C gerent quos uellent: reliqui desperato se quicquam posse reluctando ef-
ficere, etiam contradicendo supersederunt. Cato autem antequam suffra
gia populus iniret conscenso tribunali cùm uerba facere cuperet, uix im- *Legem Tre*
petrauit, ut sibi per duas horas dicere liceret: quas ut multa commemo- *bonij oppu*
rans, docens prædicensque exegit, non ampliùs dicendi ei copia est con- *gnat.*
cessa, sed manẽtem in tribunali apparitor aggressus detraxit. cum inferio
ri loco stans clamaret adhuc, neque deessent qui ei aures præberent, & uim
ei factã iniquè ferrent, rursus eum apparitor arreptum foro eduxit. dimis
sus, illicò ad tribunal iterũ contendit, uociferãdo ciuium auxilium implo
rans: quod cùm aliquoties exturbatus foro fecisset, tandẽ Trebonius gra
ui dolore cõmotus abduci eum in carcerẽ iussit. sequebatur autem eum
multitudo, auscultabatque, eo interim dum abduceretur clamitante: ita ut
Trebonius in metũ ueniret, eumque dimitti iuberet. Sic illa dies à Catone
est extracta. Quę insecutę deinceps sũt, ijs partim perterrito populo, par
tim beneficijs & largitionib. deuincto, Aquilio etiã tribuno plebis armis
aditu è curia in forum intercluso, ipsoque Catone, cùm tonuisse uociferare
tur, foro exturbato, cõplurib. sauciatis, quibusdã etiã cæsis, ui demũ legẽ
pertulerunt: qua re indignatione multi cõcitata coitionẽ fecerunt & sta-
tuas

tuas Pompeij deijcere ceperunt: sed eos Cato inhibuit. Cûm deinde alia A
Pōpeio uaticinatur. lege Cæsari prouinciæ & exercitus decernerentur, Cato non, ut antè, ad populum, sed ad ipsum iam cōuersus Pompeium, testatus est prædixitq;, Eum Cæsarē iamq; ultrò in suas ceruices imponere imprudentem: fore autem, ut cùm grauari eo onere, & premi inciperet, neq; deponere ualeret, tunc unà cum eo in ciuitatem concideret: atq; tum eum Catonis monita recordaturū, intellecturumq; non minùs ea ad Pompeij utilitatē, quàm ad honestatem fuisse & iusticiam accōmodata. Hæc sæpius audiens Pompeius, planè contempsit, quòd sua fretus felicitate & potentia mutatum
Prætura Catonis. iri Cæsaris animum nullo modo crederet. In annum insequentem prætor factus Cato, non tantum præclarè à se gesto magistratui maiestatis addidit, quantum uideretur de eius dignitate detraxisse, qui sæpe absq; tunica & calceis ad tribunal ueniret, ac de capitalibus causis illustrium uirorū ita cognosceret. Quidam eum etiam à prandio potum ius dixisse, sed falsò tamen ij, affirmant. In ea prætura cernens populum ambitiosorum hominum planè corruptum largitionibus, eumq; iam esse multorum ueluti certum quæstum: ut illum ciuitatis morbum penitus excinderet, senatui B persuasit uti S.C. faceret, quo designati magistratus si à nemine ambitus
Cōtra ambitum acta. postularentur, cogerentur ipsi iurato in iudicio comparere, suæq; petitionis rationes edere. Offendit & candidatos ea res, & magis adhuc turbam addicere precio suffragium solitam: itaq; prima luce ad tribunal descendente Catone conferto agmine irruerunt uociferantes, maledicentes, iacientes: adeò ut plerique diffugerent à tribunali, & ipse turba hominum pressus atq; contrusus uix rostra appræhenderit. Inde assurgens, tumultum ipsa statim uultus grauitate & ferocia compescuit, clamoremq; seda uit: locutusq; de re quæ essent cōsentanea, auditusq; quietè, omnem motum cōposuit. Laudatus ob hoc à senatu: At ego, inquit, uos nequaquam laudo, qui in periculo constitutum prætorem destitueritis. In magna autem difficultate unusquilibet eorum qui magistratum peterent, erat constitutus: nam & largitione suffragia mercari ipse non audebat, & metuebat, ne si hoc aliquis competitorum fecisset, sibi magistratus præriperetur.
18 Itaq; inter eos sic est conuentum, ut singuli quingena sestertia deponerent, ac proinde legitimè magistratum ambirent: qui uerò secùs fecisset, aut muneribus suffragia captasset, is pecuniam depositam amitteret. C Hoc pacti, Catonem custodem, testēm, iudicemq; delegerunt, pactiq; literas apud eum deposuerunt, sponsores loco pecuniæ accipientem. Vt uenit dies comitiorum, adstans Cato tribuno plebis qui comitijs præerat, & suffragiorum lationem obseruans, unum ex ijs mala fide agere depræhendit, iussitq; eum pecuniam competitoribus numerare: sed illi Catonis iusticiam admirati, mulctam damnato remiserūt, satis iam tum hac damnatione supplicij dedisse censentes. Inuisus autem eam ob rem Cato reliquis fuit, quasi senatus & iudicij & magistratuum potestatem sibi uindicans. Nullius enim uirtutis gloria & autoritas magis obnoxia est inui-
Iusticiæ inuidetur. diæ, quàm iusticiæ: eò, quòd summa etiam eius potentia, summa fides est apud multitudinem. Non enim honorant tantùm iustos uulgò, ut fortes, neque admirantur modò, ut prudentes: sed & diligunt, & in ijs fiduciam collocant, cùm illos partim metuant, partim ijs diffidant. ad hoc istos putant natura magis quàm uoluntate præstare, prudentiam pro celeritate quadam mentis, fortitudinem pro animi robore
19 habentes: iusticiam autem à sola uoluntate arbitrantur proficisci, eò quòd turpitudo iniusticiæ, ut certi atq; aperti uitij, fugiatur. Quæ causa fuit ut

A fuit ut Catoni omnes proceres, ueluti ab eo repræhensi, aduersarentur. Et uerò Pompeius suam potentiam ipsius subrui gloria iudicans, semper aliquos submisit, qui conuicia in eum iacerent: inter quos & Clodius fuit ille, qui se rursus ad Pompeium cùm contulisset, Catonem multa de pecunia Cypria interuertisse, & Pōpeium, quòd is filiam eius ducere abnuisset, insectari uociferabatur. Aduersum hæc Cato dicebat: Se nullo neque equo neq; milite usum, pecuniæ tamen tantū in ærarium intulisse, quantum toto terrarum orbe exagitato Pompeius tot bellis triumphisq; non aduexisset. Pompeij autem se affinitatem nunquam probasse, non quòd eum indignū iudicaret, sed quòd dissimilitudinē institutæ in rep. rationis cerneret. Se enim datam sibi ex prætura prouinciam omisisse: illum alias arripere sibi, alias alijs largiri, nuper etiam sex millia militum Cæsari in Galliam utenda misisse, quæ neque Cæsar à populo petijsset, neque Pompeius de populi sententia ei concessisset: sed huiusmodi exercitus, arma, equosq; munera esse, quæ priuati inuicem darent. Eundē Pompeium imperatoris & ducis nomine insignem, alijs exercitus & prouin- *Cato de se & Pōpeio.*

B cias tradidisse, ipsum ad urbem desidere præmia factionum comitijs distribuentem, tumultusq; concitantem, idq; haud obscurè molientem ut magistratibus abolitis summam rerum occupet. Hoc modo Pompeium ultus est Cato. Erat quidā M. Fauonius Catonis amicus & æmulus (quem admodum Apollodorus fertur Phalereus Socratis prisci fuisse imitator) 20 homo animi uehementis, & qui non lentos aut placidos eius motus, sed intemperatos atq; insaniæ & furori similes haberet. Is in petitione ædilitatis repulsam ferebat: Cato autem, qui tum unà aderat, tabellas animaduertit una omnes manu conscriptas: eaq; fraude detecta, tribunis plebis appellatis comitia dissoluit. Pòst ædilitatem consecuto Fauonio, diligenter eum in eo officio adiuuit, inq; theatro spectacula adornauit, scenicisq; operis coronas distribuit non aureas, sed ut Olympiæ fiebat, ex oleastro: dona quoq; pro sumptuosis istis dedit, Græcis quidem betas, lactucas, radiculas, pira: Romanis uerò testas uini, carnes suillas, ficus, cucumeres, fasciculos lignorum. Horum quidam donorum uilitatem ridebant, alijs iucundum erat uidere austeritatem morositatemq; Catonis sensim ad hilaritatem se inclinantem. Tandem Fauonius turbæ se immiscens, interq; *Fauonij ædilitas.*

C spectatores assidens, plausum Catoni dedit, iussitq; eum præmia uictoribus tribuere, spectatoresq; ut applauderent Catoni, cui ipse eam potestatem concessisset, hortabatur. Altero in theatro Fauonij collega Curio magnificos ludos edebat: sed homines eo relicto in Fauonij theatrum transibant, cum eoq; ludebant personam priuati, Catone ædilis agente. Id autem Cato faciebat, ut irrideret consuetudinem istam, ac ostenderet res ludicras per iocum tractandas, magisq; iucunditate simplici celebrandas, quàm magnos sumptus atq; apparatus & curam operamq; in res nullius momenti conferenda. Scipione, Hypsæo, & Milone consulatum petentibus, ac non usitatis modò istis & consuetis facinoribus largiendo & suffragia corrumpendo, sed palàm armis cędibusq; grassando bellum ciuile conturbantibus: non defuerunt, qui Pōpeium præfici comitijs iuberent. Reclamabat initiò Cato, nō legibus à Pōpeio, sed huic à legib. securitatē præstandā dicens. Verùm ut aliquāto iam tēpore sine cōstitutis magistratibus tracto, ac tribus quotidie exercitib. forū circūstantibus, parū ab extrema pernicie res abfuit: statuit priusquam ultima urgeret necessitas gratuito senatus beneficio summā rerū ad Pōpeiū deuoluere, & q̄ maximē tolerabili legū uiolatione ad sanādam rēp. uti, potiusq; uni omnē potestatem 21 *Cato consulatū Pōpeio absq; collega defert.*

ſtatem concedere, quàm eundem tandem ſeditonum finem præſtolari. A
Dixit in ſenatu tum Bibulus familiaris Catonis ſententiam, Pompeium
abſq; collega eſſe creandum conſulem: aut enim ab eo rempub. conſtitu-
tum iri, aut præſtantiſsimo ſaltem ſeruiturã urbem. Hanc ſententiam Ca-
to, id quod inſperantib. omnibus cecidit, approbauit, docuitq; cùm quẽ-
uis magiſtratum nullo potiorem eſſe, tum ſe ſperare Pompeium optimè
res adminiſtraturum, ciuitatemq; fidei ſuæ creditam conſeruaturum. Ita
conſul factus Pompeius, Catonẽ ut ad ſe ueniret in ſuburbium rogauit:
uenientemq; amicè & comiter cõplexus gratijs actis orauit, uti ſibi con-
ſilarius eo in magiſtratu ac aſſeſſor eſſe uellet. Reſpondit Cato, ſe neq; pri
ora odio Pompeij, neq; iſta ſtudio eius dixiſſe, ſed in commodum omnia
ciuitatis: itaq; ſe ei priuatim uocati libenter conſilium daturũ, publicè e-
tiam iniuſſu eius ſententiam ſuam pronunciaturum: atq; ita planè egit.
Primò Pompeium nouas grauesq; pœnas aduerſum eos qui largitioni-
bus populum corrumperent conſtituere intendentem, miſſa facere præ-
terita iuſsit, & futuris conſulere. nam neq; finem inquirendi in antè pecca
ta conſtiturũ, & ſi noua eorum decernantur ſupplicia, de iniquitate que- B
rendi occaſionem habituros, qui alia lege punirentur quàm ea quam uio
laſſent. Deinde cùm multi nobiles uiri, nonnulli etiam amici Pompeij at-
que domeſtici rei agerentur, uidens ipſum ſæpe inflecti ad gratiam, & à
iuſticia declinare, grauiter repræhenſum correxit. Porrò lege lata Pom-
peius laudationes ſeu commendationes cùm ſuſtuliſſet, atq; ipſe tamen
22 Munatio Planco unam ſcripſiſſet, inq; iudicio dediſſet: Cato tunc inter
T. Plancus dictum. iudices aſsidens manibus aures texit, recitariq; eam uetuit: & quamuis
eum Plancus ex iudicum numero reijceret poſt oratam cauſam, nihilomi
nus tamẽ eſt damnatus. Omnino autem maximas difficultates Cato reis
exhibebat, quòd eum neq; iudicem eſſe uellent, neq; reijcere auderent.
multi enim eò dãnabantur, quòd Catonẽ recuſantes iudicẽ malè ſibi con
ſcij uiderẽtur: & multis id tanquã graue opprobrium obijciebatur, quòd
hunc ferre nõ potuiſſent. Cùm Cæſar in Gallia apud exercitus cõmorare
tur, muneribus autẽ, amicorũq; opera ſuam Romę potentiã confirmaret:
Conſulatũ petit fruſtra Cato. iam Catonis prædictiones Põpeium nonnihil excitabant, poſt longã in-
credulitatẽ ueluti per inſomniũ animo periculũ imaginantẽ. Quem cùm
uideret Cato trepidationis & cunctationis plenũ, obſtare Cęſari & eum C
reprimere ſegniter conaturũ: ſtatuit ipſe cõſulatũ petere, quo impetrato
aut ſtatim adimeret arma Cęſari, aut reluctãtis inſidias detegeret. Vterq;
cõpetitorum eius gratioſus erat: Sulpicius autem, qui ampliſsimos Cato
nis autoritatis & potẽtiæ fructus in ciuitate tuliſſet, uidebatur iniuſtè age
re, malamq; benefactori gratiã referre: neq; tamẽ id ei uitio dabat Cato:
Non eſſe mirũ inquiens, ſi quod quis omnium bonorũ maximũ eſſe puta
ret, id alteri non concederet. Cæterùm Catonis ſuaſu ſenatus decreuit, ut
qui magiſtratum ambirent, ij citra aliorũ operam ipſi præhenſarent. Hoc
populi animos magis etiam exaſperauit, cùm non modò mercedem acci
pere, ſed ne gratificari quidem iam quibus uellent ipſis liceret, ſimulq;
& damnum & ignominia ipſis inferretur. Sed & Cato ipſe minimè
gratioſus in compellandis ciuibus, ut qui moribus ſuis partam autorita-
tem conſeruare, quàm augere eam magiſtratus dignitate mallet, ipſe
ciues præhenſans, neque amicos ea agere ſinens, quibus demereri a-
nimos hominũ ſolent, in petitione repulſam tulit. Eam qui paterentur,
ſolebant per aliquot dies pudore & mœrore teneri: neque ipſi modò
ſed amici etiam ac domeſtici, ſed Cato ita contempſit, ut unctus in cam-

po

A pò pilà luderet, & à prandio sine tunica & calceis in foro pro more suo deambularet cum amicis. Culpat eum Cicero, quòd rebus tum maximè talem consulem desiderantibus, non ad eum magistratum cõsequendum studio & comi hominum compellatione incubuisset, sed in posterum quoq; ueluti defatigatus desperasset: tametsi præturã denuò ambiuit. Hæc ita excusat Cato, Præturam sibi non uolente populo, sed uel coacto uel corrupto denegatam: in consulatus petitione quia citra fraudem essent suffragia lata, expertum se quòd esset etiam multitudini inuisus, ob mores nimirum suos, quos neq; mutare ob captandam aliorũ gratiam, neq; eos obtinentem rursus eandem subire fortunam dignum homine cordato existimaret. Cùm Cæsar facta in bellicosas nationes impressione uictoriam audacia sua parasset, & Germanos induciarum adortus tempore trecenta millia occidisse diceretur, reliquis ob tam lętum nuncium iubentibus populum sacrificare, Cato dedendum ijs, quib. esset iniuria præter fœdus facta, Cæsarem affirmabat, neq; ei piaculo ciues urbemq; obstringendam: Et tamen, inquiebat, par est nos Dijs immolare, gratias agentes, quòd insaniam ducis non militum pernicie puniuerunt, sed ciuitati pepercere. Secundum hæc literæ Cæsaris ad senatum allatæ sunt, multis in Catonem criminationibus, multis conuicijs refertæ. Quibus recitatis Cato non ira aut contentionis studio, sed ratione consilioq; impulsus ita uerba in senatu fecit, ut repræhensiones Cæsaris iurgij & dicteriorum, puerilium'q; nugarum & scurrilium facetiarum similes esse demonstraret: orsus deinde omnia ipsius facta & conatus à capite recensere, omnes eius cogitationes & consilia nõ ut inimicus, sed tanquam coniuratus & particeps detegens ostendit Romanis, si saperent, non Britannos aut Celtas, sed ipsum esse timendum Cæsarem: atq; ita animos senatorum circumegit & irritauit, ut recitatam epistolam Cæsaris amicos pœniteret, quòd eo facto Catoni iustæ orationis, uerorũq; obijciendorum criminum occasionem præbuissent. Nullum tum factum est S.C. id modò dictum fuit, debere successorem Cæsari mitti. Eius uerò amicis postulantibus, ut Pompeius quoq; itidem arma & prouincias traderet, aut ne Cæsari quidem ea adimerentur, Iam nunc ea instare Cato uociferabatur, quæ esset uaticinatus: uenire iam Cæsarem, & uim intentare, palamq; abuti sua potentia, quam decipiendo urbem ac fallacijs circumueniendo occupasset. Hæc ille dictans, apud populum nihil efficiebat, qui semper Cæsarem ad summum euehere studebat: senatui quidem persuasit, ut q; à populo sibi timeret effecit. Arimino occupato cùm nunciaretur Cæsarem exercitum Romam uersus ducere: ibi omnes in Catonem intueri, atq; ipse ad eò Pompeius: hunc solum ab initio præsensisse Cæsaris consilia, hunc primùm manifestè prædixisse ferentes. ad ea Cato, Si uos consilijs meis atq; prædictionibus obtemperassetis, nõ iam et unum hominem metueretis, & in uno omnem spem repositam haberetis. Pompeio etiam dicente Catonem rectiùs de futuris prædixisse, se amiciùs egisse, Cato senatui autor fuit summam rerum Pompeio permittendi, Eiusdẽ esse dicens magna mala inferre & depellere. Et Pompeius quidem cùm neq; in promptu esset exercitus, neq; satis animi ijs qui scribebantur, Romam reliquit. Cato comitem se fugæ præbere cùm statuisset, maiore filio secùm accepto, minorem in Brutios ad Munatium misit: domo autem & filiabus procuratoris indigentibus, Marciam iterum ad se recepit, uiduam tum, & ualdè pecuniosam. Etenim Hortensius moriens eam hæredem instituerat, Id quod maximè ei exprobrat Cęsar, auaritiam

Cæsaris cõsilia detegit.

Marciã recipit.

mm

riciam exagitans, & coniugij commercio quęstum paratum: quid enim A
(inquit) attinebat uxorē cōcedere alteri, qua ipse opus habebat? quid' ue
eam recipere, cùm non esset usui, si non inescandi causa Hortensio Mar-
cia tradita est iuuenis, ut ditata reciperetur? Ad hæc commode Euripi-
deum illud responderi potest, ut arbitror:

23 *Primùm refellam infanda: nam metum Herculi*
Animumq; mollem, crimen infandum, obijcis.

Est enim perinde ac si Herculi timiditatem exprobres, Catoni turpis lu-
cri cupiditatem tribuere. Id quidem uidendum, ne aliâs istæ nuptiæ ha-
beant, quod culpari possit: ducta enim denuò Marcia, eiq; tradita fami-
lia & filiabus, ipse Pompeium secutus est. Ab illa fertur die neq; capillum
totondisse, neq; barbam, unumq; lugentis & ob patriæ calamitates gra-
ui mœsticia affecti siue secundis siue aduersis rebus uultū retinuisse. Sor-
te tum nactus Siciliam prouinciam, Syracusas uenit: ibi cùm accepisset
Asinium Pollionem cum exercitu missum ab hoste Messanam appulisse,
misit, qui eum sibi rationem iuberent aditæ prouinciæ reddere. Sed con
trà ab eo iussus rerum commutatarum causas edere, simulq; Pompeium B
audiens Italia prorsus excessisse, & Dyrrhachij castra habere: Magnam
esse dixit rerum diuinarum incōstantiam atq; obscuritatē, quando Pom-
peium, qui malas & iniustas res agens semper obtinuisset, nunc pro salu-
te & libertate patriæ propugnantem fortuna destituisset. itaq; etsi uide-
batur sibi posse Asinium insula depellere, tamen quòd ei maiores aliæ co
piæ submittebantur, nolens belli calamitatibus insulam affligere, Syracu
sanis monitis ut uictori se adiungerent, suęq; saluti consulerent, ad Pom-
peium se contulit. Vnam autem hanc sententiam perpetuò tuebatur, tra
hendum esse bellum: sperans extituram pacificationem, neq; uolens ut
commisso prœlio ciuitas Romana sese extremis cladibus cōficeret. Mul
ta quoq; huius sententię germana decernendi autor Pōpeio eiusq; con-
siliarijs fuit: uerbi causa, Ne qua urbs Romanis subdita diriperetur, ne
quis Romanus extra aciem cęderetur. quibus rebus Pompeio gloriam
fauoremq; parauit, ut multi ęquitatem eius & humanitatem amplecte-
rentur, seq; ei adiungerent. Missus deinde in Asiam, ut eos qui naues ibi
& milites conducebant adiuuaret, Seruiliam sororem suam, & puerum
quem Lucullo pepererat, secum abduxit. nam ea tum uidua fratrē seque C
batur, & multa impudicicię crimina eo diluebat, quòd ultrò cum Cato-
ne uagari, eiusq; custodiam & uictus rationē perferre sustinuisset. Quan
quam Cęsar sororis quoq; eius nomine obtrectare Catoni non pepercit. Videtur autem Pompeianis ducibus nihil opus fuisse Catonis prę-
sentia: itaq; Rhodijs persuadendo in suam partem pertractis, ibi Serui-
lia cum puero deposita, ad Pompeium redijt, qui iam & pedestres & na-
uales copias amplas parauerat. Quo quidem tempore Pompeius quid
in animo haberet, uidetur haud obscurè prodidisse. Cùm enim statuisset
Catoni nauales tradere copias (erāt autem naues ad pugnam factę haud
pauciores quingentis: tum Liburnę, speculatoria & alia non tecta naui-
gia amplissimo numero) iamq; ea de re esset cum ipso locutus: mox uel
ipse sentiens, uel ab amicis monitus, hoc unum esse Catoni propositum,
protinus omni dominatione patriam liberare, & si tāto cum imperio sit
futurus, quo die Cęsarem uicissent, eo Pompeium quoq; ut arma depo-
neret & legibus pareret coacturum: mutata sententia Bibulū classi pręfecit. Neq; tamen id factum Catonis studium languidius reddidit. Quin
& hoc memorię traditum est, Pompeium ad pugnā apud Dyrrhachium
suos

Catonis facta bello ciuili.

A suos cohortatum, & reliquos etiã duces ut uerba ad milites facerent iussisse: milites tacitos & animo minimè alacri audiuisse. cùm autem postremo loco Cato ea quæ tempestiuè ibi recitari possent de philosophia depromens, de libertate, uirtute, morte, & gloria orationem habuisset uehementi cum animi commotione, in caq; extrema Deos, ut præsentes & suscepti pro patria certaminis inspectores compellasset: tantum extitisse clamorem, atq; ita excitatos militum animos, ut bonæ spei pleni omnes duci se in hostẽ postularent. Fortuna Cæsaris eo die uictoriæ partæ firmam Pompeio ademit, cautione ad hoc eius & timiditate abusa: ut in uita Pompeij scripsimus. Gaudentib. autem omnibus Pompeianis, & rem præclarè gestam prædicantibus, Cato uidens multos ac bonos ciues à se mutuò cæsos, patriæ calamitatem, pestiferamq; hominum & infelicẽ ambitionem deplorauit. Pompeius uerò Cæsarem in Thessaliã persequens, multis apud Dyrrhachium armis, multis suorum relictis hominum, uniuersis ducem custodemq; præfecit Catonem cum quindecim cohortib. militum: quòd eum uirum & metueret, neq; satis fideret ei. censebat cñ

B eum sibi uicto omnium fidissimum fore, uictorem autẽ uti rebus eo quo constituisset modo nequaquam passurum. multi etiam alij illustres uiri unà cum Catone tum ibi apud Dyrrhachium à Pompeio abiecti atq; relicti sunt. Accepta deinde apud Pharsalum clade, ita secum statuit Cato, Siquidem perijsset Pompeius, suos in Italiam transmittere, ipse autem in exilio quàm longissimè à tyrannide uitam exigere: sin is supercsset, omnino ei quas habebat copias seruare. Eo animo Corcyram ad classem traiecit, & Ciceroni imperium, ut prætorius consulari, concessit. Detrectante eo & in Italiam tendente, cernens Pompeiũ filium intempestiuo quodam fastu ac peruicacia impulsum punire abeuntes intendisse, ac primo omnium Ciceroni manus illaturum: priuatim compellatum mitigauit, atq; saniori consilio instruxit: eaq; re haud dubiè Ciceronẽ neci eripuit, reliquisq; abeundi tutam facultatem confecit. Conijciens porrò Pompeium Magnum in Aegyptum aut Africam aufugisse, ad eumq; contendens, cum uniuerso exercitu soluit: neq; tamen prius perrexit, quàm ijs qui grauatim sequerentur retrò abeundi uel ibi manendi largitus est potestatem. Oram Africæ legens in Sex. Pompeium incidit, Magni F. natu

C minorẽ: is ei patrem in Aegypto necatum refert. Grauissimo omnib. dolore perculsis, nemo tamen post Pompeiũ nominari alium ducẽ quàm Catonem sustinuit: itaq; & Cato ipse motus uerecundia, miseratusq; uiros egregios & qui iam fidei suæ documentum dedissent, ne ij in peregrina regione rerum omnium ducisq; orbi desererentur, imperium accepit. Profectus Cyrenen, receptus eò est, cùm paucis antè diebus Labienus inde esset exclusus. Hîc cùm inaudisset Scipionẽ Pompeij socerum à Iuba rege susceptum, & unà esse Attium Varũ cum copijs, quem Pompeius Africæ præfecerat: hyeme durante ad eos terrestri itinere contendit, conductis multis qui aquam portarent asinis, multamq; secum prædam, multos currus agens, ac Psyllos etiam: hi morsos à bestijs sanant, oreuenenum exugentes, ipsasq; bestias incantationibus demulcent. Septem continentibus diebus iter factũ est, cùm ipse agmẽ pedes duceret, neq; unquam equo aut iumento uteretur. Cœnabat etiam sedens: nam post Pharsalicam calamitatem priori id luctui addiderat, ut nunquã nisi dormiendi causa accumberet. Ita per Africam hyberno tẽpore suos traduxit, haud multo pauciores decem millibus. Erant autem res Scipionis & Vari pessimo statu, cùm ipsi inter se dissidentes Iubam adularentur, ob 24 *In Africa quæ egerit.*

diuitias & potentiam fastu intolerabili tumentem: quando & primum A
cum Catone collocuturus iste, suam sellam in medio Catonis & Scipionis collocauit. Sed Cato hoc uidens, ipse suam sellam in alteram partem transtulit, mediumq; assumpsit Scipionem, quamuis inimicum, & qui edito libro Catonem esset calumniatus. & tamen inuenias, qui hoc Catonis factum pro nihilo ducant, eiq; interim uitio uertant, quòd in honorem philosophiæ Philostratum inter deambulandum in medium receperit. Tum quidem Cato Varum cum Scipione in gratiam reduxit, & insolentiam Iubæ repressit, qui eos tantum non satraparum loco habuerat. Porrò uniuersis ipsi imperium deferentibus, idq; primis omniũ Varo & Scipione ultrò concedentibus: nunquam se leges, contra quarum euersorem belligeraret, uiolaturum, neq; se proprætorem præsenti proconsuli præpositurum respondit. nam Scipio erat proconsul: & plerique nomine eius in spem uictoriæ erigebantur, Scipione in Africa duce. Sed postquam Scipio munere ducis in se recepto statim in gratiam Iubæ Vticenses à maximo ad minimum omnes interficere, & urbem, ut Cæsaris partibus fauentem diruere intendit: Cato indignitatem rei nõ ferens, B
Deos hominesq; obtestando in senatu ægrè tandem crudelitati eorum Vticenses eripuit: & partim ipsis orantibus, partim Scipione postulante, custodiendam urbem, ut neq; uolens neq; coacta ad Cæsarem descisceret, in se recepit. Erat urbs eo situ, ut plurimum ijs qui eam obtinerent utilitatis ad quascunq; res præberet: munitiorem tamen Cato redegit. Nam & ingentem frumenti uim importauit, & muros erectis turribus, fossis ductis, uallisq; actis roborauit: de Vticensibus qui essent militari ætate, eos sibi traditis armis in uallo iussit habitare: reliquos in urbe continuit, sedulò curans ne qua afficerentur à Romanis iniuria: multa autem arma, pecunias, commeatum suis ab urbe in castra mittebat, atq; omnino ea urbe pro penore belli utebatur. Quod uerò antè Pompeio, idem tum Scipioni consulebat, Ne pugnã cum homine acri & bellicoso committeret, sed tempus traheret, quo omnis uigor tyrannidis soleret elanguescere. Hæc Scipio superbia cæcatus contemnebat: & aliquando scribens ad Catonem, timiditatem ei exprobrauit, qui non contentus eo, quòd ipse intra muros desideret, ne reliquos quidem patiatur oblata occasione fortibus uti consilijs. Ad hæc Cato rescripsit, paratum se esse suos C
pedites equitesq;, quos in Africam secum adduxisset, assumere, cumq; his in Italiam trajcere, Cæsaremq; ab ipsis eò contra se auertere. Cùm hoc quoq; irrideret Scipio, haud obscurè Cato tulit sibi dolere, quòd imperium ei cõcessisset, quem neq; bellum rectè administraturum uideret, neq; uictoria (si quidem eam præter opinionem tamẽ suam & rationem obtinuisset) moderatè erga ciues usurum. Itaq; in hanc uenit sententiam, quam & apud familiares extulit: de euentu belli se nihil boni sperare, imperitia & temeritate ducum considerata: quòd si tamen bona quadã fortuna eueniret, ut Cæsar opprimeretur, se quidem Romæ nõ mansurum, sed fuga se Scipionis subtracturum sæuiciæ, qui iam nunc superbè multis & atrociter minaretur. Citiùs uerò opinione eius id quod metuebat accidit. Nam tenebris iam noctis obortis, quidam ad ipsum peruenit tertia quàm à castris discesserat die, annunciãs magno apud Thapsum conserto prœlio euersas esse res sociorum, potitum castris Cæsarem, Scipionem & Iubam cum paucis effugisse, reliquum exercitum perijsse. Hunc nunciũ cùm & noctis & belli terror augeret, tanta per totam urbẽ excepit consternatio, ut quasi de potestate mentis exijssent homines, uix sese

muris

Scipioni imperium concessum.

A muris continuerint. Tum Cato progressus, ut occurrisset singulis discurrentibus & uociferantibus, inhibere eos, consolari, rem inflatiùs quàm gesta esset nunciatam dicere, nimium terrorem & trepidationē eximere, denique tumultum sedare. Prima luce trecentis (erant hi Romani, per Africam negociantes & fœnerantes, eosque pro Senatu Cato legerat) in fanum Iouis conuenire iussis, tum quotquot aderant senatorij uiri, & eorum unà liberos: interimque dum ij conuenirent, constanti & sedato uultu ad eos progressus, tanquam si nihil noui accidisset, librum in quo instrumentorum bellicorum, armorum, frumenti, arcuum, militum recensio erat descripta, manibus tenens legit. Congregatis omnibus, initium dicendi de trecentis istis senatoribus fecit, quorum magnopere collaudata uoluntate ac fide, quam summam ostendissent, pecuniam, corpora, & consilia ad publicam maximam utilitatem suppeditando, cohortatus est deinde, ne abiecta omni spe à se inuicem dissipari, aut unusquisque pro se priuatim diffugere intenderent. si enim unà mansissent, fore ut & bellantes minùs à Cæsare contemnerentur, & ueniam orantes faciliùs impetrarent. Catonis fortitudo reb. uersis.

B rent. Proinde se nihil impedire, quin suo uterentur quisque iudicio. nam se & necessitati inscripturum, si fortunæ succubuissent: ac si sufferre res aduersas, & certamen pro libertate sustinere maluissent, non laudaturum modò, sed admiraturum etiam uirtutem ipsorum, seque eis ducem commilitonemque præbiturum, donec ultimam patriæ fortunam experirētur. quæ quidem patria non Vtica sit, aut Adrumetum, sed Roma, quæ sæpe ex grauioribus periculis sua se magnitudine emersisset. Iam ne subterfugiendum quidem præsens periculū esse, cùm sint tam multæ salutis spes propositæ & securitatis: quarum hæc maxima, quòd bellum contra eum sit uirum, qui uarijs occupationib. distineatur, cùm & Hispaniæ ad Pompeij filium defecerint, & Roma ob rei insolentiam nondum planè frænū acceperit, sed indignè dominum ferens ad quascunque res nouas unà excitetur. Caperent ab ipso hoste exemplum, qui propositis maximis flagitijs se in aperta uitę discrimina mitteret: minimè id propositum habēs, quod ipsi tenerent, ut uel beatissimam uitæ conditionem uictoria, uel pulcerrimam mortem aduersa fortuna consequantur. Verùm hæc ipsi deliberarent, Deos unà comprecantes, ut ij dignos ipsis pristina uirtute

C studioque in patriam successus eorum quæ statuissent largiantur. Hac oratione Catonis redditus est nonnullis animus: sed plerique metus uacuitatem, animi magnitudinem & humanitatem eius reputantes, eoque penè præsentium obliti periculorum, ipsum, ut qui solus omnium ducum inuictus, omnique esset superior fortuna, ornauerunt, ut corporibus ipsorū, opibus, armisque suo uteretur arbitratu. præstare enim sibi, parendo huic duci occumbere, quàm prodita tam insigni eius uirtute superesse. Cùm quidam censuisset, seruis libertatem esse decernendam, & adstipularentur plerique: Cato id se facturum negauit, quòd neque legitimum, neque iustū foret: eos quidem acceptur um se, quos ętate ad militiam commoda ipsi domini manu misissent. Multis ibi multa promittentibus, annotari quę quis promisisset iussit, & ex consilio abijt. Paulo pòst literę ipsi à Iuba & Scipione allatę sunt. Iuba in monte occultatus, quid agere Cato statuisset percontabatur: se enim uel expectaturū eum, si Vtica excedere uellet: uel si ibi obsideretur, cum exercitu opitulaturùm. Scipio in promontorio quodam haud procul ab Vtica cum classe stationem habebat, eundemque in finem pręstolabatur. Visum est itaque Catoni ex re esse, tabellarios tantisper detinere, dum trecenti ea repręsentarent, quę erant polliciti,

citi. Nam qui senatorij erant ordinis, promptè satisfaciebant, seruosq; sta A
tim suos libertate donabant, & armabant. At trecentis illis, quippe nauigando & fœnerando assuetis hominibus, & quibus magna suarum facultatum pars in mancipijs esset, mox Catonis oratio ex animis effluxit. quemadmodum quædam corpora facilè quidem incalescunt, sed simul atq; ignis abijt, statim refrigerantur: ita illos Cato quidem conspectus exuscitabat atq; calefaciebat: sed secum ipsis rem putantibus, metus Cæsaris uerecundiam honestatis & Catonis excutiebat. Nos (dicebant) qui sumus? aut cuius tãdem imperia detrectamus? Nonne Cæsaris, ad quem unum omnis Romanorum deuoluta est potentia? Nostrûm uerò nemo Scipio est, aut Pompeius, aut Cato: & tamen quo tẽpore omnes alij homines ob metum abiectiore quàm deceat animo esse solent, nos pro Romanorum propugnantes libertate ex Vtica bellum ei facimus, cui Cato cum Pompeio fugiens totam Italiam concessit. libertate donamusq; seruos nostros contra eum, in cuius manu nostra ipsorum est libertas. ô stolidos nos. uel tandem cognoscamus nostras uires, & missis ad uictorem deprecatoribus, ueniam imploremus. Hęc erat modestissimorum de trecentis oratio. Nam plerique senatorijs insidiabantur, ijs captis sperantes se Cæsaris iram placaturos. Cato tametsi animaduerteret animos eorũ mutatos, dissimulauit tamen: Iubæ & Scipioni rescribẽs, ut ob infidelitatem trecentorum Vtica se abstinerent, tabellarios ablegauit. Cæterùm equitum cladi elapsorum haud contemnendus numerus ad Vticam uenit, præmissiq; sunt ab ijs ad Catonem tres uiri, non eandem omnium sententiam denunciantes: quidam enim ad Iubam discedere, quidam Catoni se coniungere cupiebant: nonnullis etiam periculosum uidebatur Vticam intrare. His cognitis Cato M. Rubrio iussit, ut trecentos obseruaret, & paulatim ab ijs nomina belli causa manumissorũ acciperet, neq; tamen quenquam cogeret. Ipse cum senatorijs extra urbem ad equitum ductores progressus, orauit ne destituere tot Romanos senatores, neue Iubam pro Catone uellent deligere, sed salutem dare simul atq; accipere, intrando in eam urbem, quæ neque ui expugnari posset, & in multos annos alimentis omniq; apparatu esset instructa. Hæc eadem senatoribus etiam orantibus, lacrymasq; effundentibus, magistri equitum ea de re communicauere cum equitibus, Catone cum suis in aggere quodam sedente, & C
responsum operiente. Interim Rubrius ad eum iratus uenit, tumultuari trecentos, & deficere, urbemq; perturbare conquerens. Quo audito cæteri omnes desperata sua salute ad lacrymas & lamentationes conuersi sunt: Cato autem & hos cõsolari aggressus est, & ad trecentos misit, qui eos expectare iuberet. Responsum autem equitum ei nequaquam moderatum est allatum. Neq; Iubæ se pro mercede militaturos dicebant, neq; metuere Cæsarem, Catone duce: unà autem cum Vticensibus, hominibus Punicis, & leuibus includi, id sibi periculosum oppidò uideri. nam ut nunc ij quiescant, at Cæsaris sub aduentum insidiaturos ipsis, & proditures. ergo qui præsentia ipsorum auxilioq; indigeret, is eiectis priùs aut occisis Vticẽsibus, ita in urbẽ barbaris hostibusq; uacuã ipsos uocaret. Hæc Cato tametsi immania planè & barbarica iudicabat, placidè tamen respondit, se ea de re cum trecentis deliberaturum. Hos in urbem reuersus offendit non iam prætextus aut circuitiones quærẽtes, uerecundia ipsius, sed palàm indignantes, quòd bellum contra Cæsarẽ gerere cogerentur, ad quod & uoluntas ipsis & uires deessent: quidam obiter de senatorijs mussabant, eos in urbe detinendos Cæsare aduentante.

Verùm

Marginal notes: *Cato à suis destitutus.* — *Equitũ postulata.*

A Verùm hoc Cato, ueluti non exaudijsset, transmisit: erat em̄ nõnihil surdaster. Sed ubi quidã accessit, & ei indicauit, discedere iam equites: metuens ne trecenti omnino crudelius aliquid in senatorios statuerent, surrexit cum amicis, illosq; est secutus: cumq; uideret progressos iã aliquantum, equo sumpto insecutus est. Illi lætis animis uidere ad se accurrentē, hortatiq; sunt, ut unà saluti suæ cõsulens abiret. Lacrymasse tum Catonē ferunt pro senatorijs deprecantē, manusq; protēdisse, nonnullorū etiam equos retrò egisse, & arma corripuisse, dum exoraret, ut istum saltē diem apud Vticã cõmorantes, tutam senatorijs fugã præstarent. Vt equites secum Vticã reduxit, & alijs portas, alijs arcē custodiendã tradidit: metuentes sibi trecenti, ne defectionis pœnã soluere cogerentur, miserunt ad Catonē, summopere orantes ut ad se ueniret. At uerò senatorij circũfusi id prohibere, neq; se suum seruatorē hominib. infidis & proditorib. credituros dicere. Euidentissima em̄ tunc omnib. Vticæ degentib. Catonis uirtus, eiusq; desiderium & admiratio extitit, in cuius factis atq; consilijs nihil omnino fucatū, nihil falsum inesset. nam cùm iampridē decreuisset B sibi mortē consciscere, incredibilib. tamē curis se & laborib. defatigabat, dum suis omnib. in tuto collocatis, ipse uita abiret. ita em̄ latebat eius moriendi cupiditas, ac si nihil tale cogitaret. Morē itaq; tum trecentorū petitioni gessit, confirmatis senatorū animis, & solus ad eos uenit. Tum illi gratiã ei agere, & orare, ut omni ipsorū opera uterer̄, neq; de fide sua dubitaret: q aūt Catones nõ essent, neq; tanta in ipsos cõpeteret animi magnitudo, huic eorū imbecillitati ignosceret. Statuisse se ad Cæsarē mittere, ueniã petitum, & quidē maximè pro ipso Catone: cui si nõ impetrassent, ne sibi quidē data usuros, sed pro ipso ad extremum usq; anhelitum propugnaturos. Ad hæc Cato collaudato ipsorū studio, suæ ipsorū salutis causa ut quàm primùm deprecatorē mitterent, monuit: pro se aūt intercedi prohibuit. uicti em̄ esse ueniæ petitionē, & deprecationē ei, qui iniuriã intulerit, cõuenire: se nõ inuictū modò uniuerso uitæ tēpore fuisse, sed & iusticia ac honestate (quib. reb. certauerit) superiorē Cæsare esse: illū conuictū esse, atq; superatū: quæ em̄ contra patriã moliēs iampridem inficiando texerit, ea nunc aperta esse & deprahensa. His dictis, trecentos reliquit. Audiens uerò Cæsarē cum omnib. copijs iam cõtra se in C itinere esse, Papæ, inquit: ut ille aduersus nos, tanq; uiros? Cõuersus inde ad senatorios, properare, & dū adhuc adessent equites, saluti suæ prospicere iussit: ac reliquis portis clausis, per unã eam quæ ad mare est eos eduxit, naues inter eos distribuit, & ita ordinauit, ut citra tumultū, uim, ac trepidationē abirēt, dato etiã indigentib. uiatico. Cùm aūt M. Octauius duas ducens legiones prope Vticã castra fecisset, missisq; ad Catonem nuncijs postulasset, ut de finib. prouinciæ secum constitueret: Cato eum responso nõ dignatus, amicis dixit, Miremur uerò quomodo res nostræ perierint, cùm uideamus imperãdi cupiditatē præsente iam exitio in nobis manere. Interim audito equites iam abire, & res Vticensiū hostiliter diripere, celeriter accurrit, primisq; obuiã factus, prædam eripuit: cæteri abijcientes ultrò, omnes uerecūdia moti deiectis in terram oculis taciti abierunt. Conuocatis deinde in urbē Vticensibus, petijt pro trecētis, ut ne contra illos Cæsarem irritarent, sed communem utriq; salutem quærerent. Regressus deinde ad mare, uidebat quomodo sui conscenderent naues: & amicos hospitesq;, quib. ut unà abirent persuaserat, salutauit atq; deduxit. Filio ut nauim intraret persuadere nõ potuit: neq; eum putauit à colendo patre depellendum esse. Erat quidam ibi Statilius, iu-

Fides Catonis in suos.

25

Magnanimitas.

In ambitionem suorū.

uenili adhuc ætate, sed qui constantiæ animi studeret, & immobilitatem Catonis imitaretur. Hunc, quòd odij in Cæsarem manifestus esset, nauigare cum reliquis iubebat: cúmque repugnaret, in Apollonidem Stoicum, & Demetrium Peripateticum intuens, Vestrum est, inquit, tumentem hunc animo mitigare, & ad commodi sui rationes habendas perducere. Ipse reliquos deducens, & ijs qui opus haberent consilia dans, noctem eam, & maximam diei quæ insecuta est partem ita exegit. Tum L. Cæsar, qui uictoris Cæsaris domesticus, pro trecentis ad eum erat legatus iturus, Catonem accessit, postulauitq; ut se in oratione ad persuadendum apposita, qua pro ijs uteretur, componenda adiuuaret: nā propter ipsum libenter se & manus Cæsaris tacturum, & ad pedes eius se abiecturum. Tu uerò, inquit Cato, nequaquam id feceris: mihi enim, si salutem requirerem à Cæsare, ipsi ad eum accedendum erat. ego uerò gratiam habere tyranno nolo eam ob rem, quam contra leges facit: id enim facta ui legibus habet, ut seruare possit tanquam dominus eos, quibus nullo iure dominatur. quomodo autem eum trecentis istis places, id, si lubet, communi consilio uideamus. Atque ea de re cum L. Cæsare commentatus, abeunti filium & socios commendauit: amiceq; eum comitatus, postquā domum redijt, conuocatis ad se filio & amicis, multa disseruit: intérque cætera filium hortatus est, ne ad rempublicam accederet: neque statum iam hunc esse, ut in ea uersari posset, sicut Catonem deceret, neque absq; turpitudine aliter eum posse dicens. Vesperi ad balneum se contulit: intérque lauandum Statilij recordatus, magna uoce ad Apollonidem: Emisisti, ait, Statilium, animi eius altitudine nonnihil depressa? isq; nobis insalutatis abijt? Minimè uerò, inquit ille: nam se longo nostro colloquio planè immobilem præbuit, mansurúmque, & idem, quod tu, facturum confirmauit. Ad hoc subrisisse nonnihil Catonem ferunt, & dixisse, id quidem mox uerúmne sit appariturum. Lotus cum multis cœnauit, sedens more suo, ut suprà demonstratum est. Aderant ea in cœna omnes socij, & Vticensium principes. Post cœnam compotatio perelegans atque erudita fuit, uno post alterum philosophicas quæstiones ordine proponentibus, donec ad Stoicorum admirabilia illa, quæ paradoxa uocantur, disputatio est deuoluta: quale est, Solum bonum uirum esse libertate præditum, malos omnes esse seruos. Hic cùm more suo Peripateticus repugnaret, acriter & aspera uoce ingressus orationem Cato perprolixè disputauit, magna utens & miranda contentione: ut nemo non animaduertere posset, statuisse eum uitam finire, atq; sic præsenti conditione defungi. Itaq; finito eius sermone cùm mœsti omnes obticuissent, recreandi causa & suspicionē abolendi alias de pręsentib. rebus quæstiones mouit, solicitudinesq; suas exposuit de nauigantiū sociorum periculis, deq; ijs qui terrestri itinere solitudinem siccam & barbaram peragrarent. Soluto conuiuio, factis aliquot deambulando spacijs, ut solebat, cum amicis, postquam uigilum præfectis mandata dedisset, domum se recepit. Ibi filium & amicorum singulos familiariùs quàm pro more suo allocutus, rursus suspicionem sui instituti prębuit. Ingressus deinde in cubiculum, consedit, ac Platonis Phędonem in manus sumpsit: magnáque eius parte perlecta, sursum supra caput respiciens, ut abesse gladium uidit (nam filius cum cœnante adhuc patre subtraxerat) uocato seruo sciscitatus est, ecquis sustulisset. tacente illo, rursus legere perrexit: paruaq; interposita mora, tanquam non seriò urgeret, sed fortuitò gladium requireret, ferri eum sibi iussit. Cunctantibus omnibus, & te-

Vltima Catonis cœna.

Phędo Platonis.

A & respondente nemine, cum perlegisset librum, rursus singulatim seruos uocauit, atq; contentiori uoce gladium poposcit: unius etiam os pugno feriens, manum cruentauit, sæuiens iam, & alta uoce clamans, nudum se hostibus à filio & seruis tradi. Tandem plorans filius unà cum amicis intrò accurrit, patremq; amplexus eiulauit, & deprecatus est. Cato autem assurgens, toruoq; intuitus in eos uultu, Ecquid, inquit, imprudens atq; «
non sentiens de potestate animi ego exij? quādo nemo docet me saniora, neq; ea quæ malè decreui refellit: sed ui impedior, ne ea quæ statui «
exequar, & dearmor. Quin tu præclare fili non uinculis etiam cōstringis «
patrem, & manus eius in tergum retorques, donec Cæsar ueniēs me de- «
fendendi spoliatū facultate inueniat? Nam mihi contra me gladio nihil «
est opus, cùm liceat uel spiritu aliquantisper retento, uel capite semel in «
parietem impacto mori. Hæc illo dicente, filius, omnesq; alij flentes fo- «
ràs egressi sunt, solis Apollonide & Demetrio intus manentibus. Quos placidiùs iam alloquens, Num uos quoq;, inquit, decreuistis uirum eò æ- «
tatis prouectum ui in uita detinere, atq; hìc taciti adsidentes eum obser- «
B uare? An uerò argumenta adfertis, quibus ostendatis turpe indignumq; «
non esse, Catonem nulla alia salutis ratione extante, eam ab hoste expe- «
ctare? Quin ergo profertis ea, nobisq; persuadetis, & pristinā nos illam «
in qua ætatem triuimus philosophiam dedocetis? ut factus propter Cæ- «
sarem sapientior, tanto maiores ei gratias agam. Et quidem nihil dum «
statui: quod autē statuero, id ut exequar, integrum mihi esse debet. De- «
liberabo autem etiam uobiscum, si prius rationes habuero cum ijs libris «
& doctrinis, quibus etiam uos, cum philosophamini, uti soletis. Bono «
itaq; animo abite, & filio meo iubete, ut quæ persuadere patri non pos- «
sit, ad ea ipsum ne cogat. Nihil ad hæc respondentes ij, lacrymis effusis «
exiuerunt. Tum gladium paruulus puer Catoni intrò adfert. quem ille acceptum strinxit, & explorauit, uidensq; mucronem firmum atq; integrum, Nunc (inquiens) mei sum iuris, gladio deposito librum resumpsit: «
bisq; totum perlegisse fertur. Deinde altissimè cùm dormiuisset, ita ut etiam qui extra cubiculum erant stertentem exaudirent, circa mediam noctem de libertis suis Cleanthem medicum, & Butan uocauit, cuius opera in negocijs ciuilibus maximè usus fuerat. Atque hunc misit ad mare,
C ut uideret, essent'ue omnes auecti, idq; sibi renunciaret. Medico autem manum, quæ ex ictu seruo illato intumuerat, ligādam dedit: idq; omnes consolatum est, existimantes eum de uita cogitare. Paulo pòst Butas uenit, nuncians omnes auectos esse præter Crassum, qui negocio quodam impeditus iamiam esset & ipse soluturus: magna aūt tempestate & uento ualido mare agitari. Hoc audiens Cato miseratione nauigantium ingemuit, rursusq; Butam misit speculatū, si quis fortè ad littus relatus cuiusquam rei indigeret. Iam auiculæ cantare incipiebant, cùm Cato rursus leniter obdormijt. Tum reuerso Buta, & omnia apud portus esse tranquilla indicanti mandauit ut ostium occluderet, seq; in lectulum demisit, tanquam reliquum noctis somno daturus. Egresso autem Buta, *Cato seipsum interficit.*
gladium strinxit, eòque se infra pectus ferijt: quòd autem ictus fuerat ob manum tumore debilitatam imbecillior, non statim est mortuus, sed uita cum morte luctante lecto sese deuoluit, & abacum quendam geometricum iuxtà positum euertit: ita ut strepitu audito famuli statim clamorem sustulerint, filiúsque & amici intrò accurrerint. Qui cùm cernerent eum sanguine respersum, & intestina pleraque prolapsa, ipsum tamen adhuc uiuere & uidere, grauiter sunt omnes perturbati,

At

At medicus propiùs accedens, intestina, quia sauciata non erant, repo- A
nere, & uulnus consuere, aggressus est. Sed Cato ut paulisper ad se rediijt,
idq; sensit, medico repulso, manibus intestina discerpsit, uulnusq; lace-
rando patefaciens, mortem obijt. Nondum de obitu eius per totam fa-
miliam cognosci potuisse aliquis putasset, cùm trecenti isti ad fores adsti
terunt, statimq; etiam populus Vticēsis, una uoce benefactorem suum,
& seruatorem, unumq; hominem inuictum & liberum inuocantes: idq;
agebant, cùm Cæsarem iam appropinquare urbi nunciaretur. sed neque
metus eos, neq; studium adulandi uictorem, neq; mutuæ dissensiones
segniores ad tribuendum Catoni honorem redegerunt. Itaq; splendide
ornatum eius corpus, insigni ducto funere, apud mare sepeliuerunt, ubi
nunc statua eius gladium tenens conspicitur: atq; ita demum ad salutem
sibi urbiq; parandam conuersi sunt. Cæsar cùm de ijs qui Vtica ad se ue-
niebant percepisset, Catonem reliquos à se dimittere, ipsum Vticæ ma-
nere, neq; de fuga cogitare, sed ipsum, socios, ac filium securos ibi agere:
difficulter posse depræhendi consilium eius uiri censuit, quem tamē ma
ximè suam in potestatem redigere cuperet. Audita uerò eius morte, tan- B
tum fertur dixisse: Inuideo tibi ô Cato mortem tuam, nam & tu tuā mihi
salutem inuidisti. Etenim ita res habet, Catonem si à Cæsare donari salu-
te sustinuisset, non tam suam dedecoraturum fuisse gloriam, quàm illius
ornaturum: & quamuis quid acturus hic cum eo fuisset, non liquet, tamē
Filij Catonis uita & mors. coniectura est humaniter eo fuisse usurum. Mortuus est Cato annos na-
tus duodequinquaginta. Filius eius nihil mali est à Cæsare passus: fer-
tur autem ingenio socordi, & mulierosus fuisse. Et in Capppadocia ho-
spitio Marphadatis cuiusdam regij familiaris utens, cui formosa uxor es-
set, ac diutius quàm cōueniret apud eos commorans, huiusmodi scriptis
uexabatur: Cras Cato abit, scilicet post triginta dies. & : Porcius ac Mar-
phadates duo sunt amici, habent unam animam. nam uxor Marphadatis
nominabatur Psyche, id est anima. item: Generosus est & præclarus Ca-
to, animam (Psychen) regiam habet. Verùm omnem hanc ille infamiam
aboleuit gloriosa morte. Nam apud Philippos aduersus Octauianū Cæ-
sarem & Antonium pro libertate dimicans, inclinata acie neque fugere
neq; latere sustinens, hostes prouocauit, quis esset declarans, unaq; cum
his qui ipsi aderant impetu dato, cùm admirandam suam uirtutem ho- C
Porciæ & Statilij exitus. stibus ostendisset, occubuit. Nobilior quidem filia Catonis est, quæ &
pudicicia, & fortitudine patrem retulit, uxor Bruti eius, qui Cæsarē ne-
cauit: nam & conspirationis cōscia fuit, & uitā generi ac uirtuti suæ con-
uenienter proiecit: ut in Bruti uita scripsimus. Statilius uerò, qui se fa-
ctum Catonis imitaturū dixerat, cùm sibi manus afferre tum uellet,
est à philosophis prohibitus. Post hæc autem cùm se
Bruto fidelissimum commodissimumq;
præbuisset, apud Philip-
pos perijt.

PLV-

A

PLVTARCHI DIO,

[redacted]

Augustano interprete.

QVOD Simonides ait, Sossi Senecio, Troianos, Corinthijs qui ad Iliũ cum Achiuis profecti sunt non succensere, quia ipsis quoque Glaucus Corintho oriundus in ferendo auxilio præstò fuerit: id nos hoc loco iure dicere posse uidemur, neque Romanos neque Græcos Academiam incusare debere, cùm hoc libro, quo Dionis & Bruti uitam perscripsimus, æqualem utrique laudem referant, quorum ille ipsius auditor Platonis, hic in Platonica enutritus philosophia, ueluti ex eadem palæstra ad pulcerrima certamina progressi sunt. Iam quòd uterque, cùm multa alterius factis germana egisset, testimonium uirtutis suæ præceptori præbuerunt,

Platonica philosophia.

B qui ad prudentiã & iusticiã debere potentiã & fortunã adiũgi, ut ciuiles actiones pulcritudinẽ & magnitudinem adipiscantur, docuit: id mirum non est. Nã quemadmodũ Hippomachus alipta dicebat se eos qui apud ipsum exercitati essent, agnoscere, etiã si carnem à foro ferentes eminus conspiceret: ita consentaneum est eorum qui disciplina eadem exculti sunt rationem eodem modo in rebus agendis progredi, & certa eas accuratione, cõcinnitateq; & decoro tractare. Porrò uitas horũ uirorũ inter se similes efficiunt etiam utriusq; casus, quos fortuna magis quàm consilium eosdem utriq; attulit. Nã uterq; priùs est interfectus, quàm finem actionum suarum eum, quem multis & præclaris certaminib. consequeretur. &, quod maximè mirum est, utriq; etiam diuinitus obiecto spectro sinistro mors sua est prædicta. Sanè qui spectra ista impugnant, hac utuntur ratione, nemini unq; cordato imaginem genij alicuius aut spectrum offerri: pueros, mulierculas, & ob inualetudinẽ mente parum constantes homines, animi quodam errore uel corporis intemperie affectos, inania sibi & horribilia quædam imaginari, inq; ijs genium esse superstitiosè credere. Quòd si ergo Brutus ac Dio, philosophi, animiq; magno robo

De spectris.

C re præditi, neq; ad ullam animi perturbationem procliues ita sunt spectris commoti, ut etiam alijs ea exponerent: periculum profectò est ne antiquorum absurdissimam approbare cogamur opinionem: qui ita censuerint, malos, & inuidos genios, æmulari infensosq; esse præclaris uiris, ac ideò actiones eorũ impedire, terroribusq; & metu obiectis uirtutem concutere ac labefactare, ne in honesto proposito ij persistentes absq; lapsu, post mortẽ, meliori sint, quàm ipsi, cõditione. Verùm de his alio loco dicere præstat. Nũc in hoc duodecimo uitarũ iuxta se conferendi causa expositarum libro, Dionis, ut quæ tempore præcesserit, priore loco exponamus. Dionysius senior ut primùm est rerum potitus, statim Hermocratis Syracusani duxit filiam: hanc nondum satis confirmata tyrannide deficientes Syracusani arripuerunt, corpus eius scelerata & fœda libidine ita uiolarunt, ut ultrò ipsa propterea mortem sibi attulerit. Recuperata tyrannide & stabilita Dionysius, duas simul uxores ducit, unam Locrensem, nomine Dorida, alteram indigenam Aristomacham Hipparini filiam, uiri inter Syracusanos primarij, & qui Dionysij collega, cùm is primùm imperator ad bellum esset creatus, fuisset. Fertur utriusque nuptias eadem die

Dionysij nuptiæ, & Dionis affinitas,

fecisse

fecisse, neq; deprahendisse quenquam utri prius concubuerit: in posterum quidem equaliter usus utraq; est, ut cœnarent ambæ una, & alternis noctibus una cubarent. Volebat quidē populus Syracusanus ciuē priori loco haberi: sed Doris edito in lucē filio, qui inter liberos Dionysij maximus natu fuit, facilē principatum eius opera obtinebat. Aristomacha A autem diu cum Dionysio sterilis uixit, quanquam maritus cuperet ex ea prolem suscipere: qui etiam matrem Doridis, quòd ueneficio eam Aristomachæ spem fœtus ademisse diceret, necauit. Huius Aristomachæ frater Dio, ab initio sororis causa in honore, mox cùm suæ prudentię documenta dedisset, propter se charus tyranno fuit: præterq; cætera in honorem eius facta mandatum fuit quęstoribus, ut quidquid petijsset Dio, id darent, sibiq; eadem die id indicarent. Cæterùm Dioni, cùm indole esset generosa, magnoq; & forti præditus animo, maximum ad uirtutem incrementum attulit Platonis præsentia. Nam Plato nullo humano consilio; sed diuina fortuna, Deo scilicet Syracusanis occasionem libertatis eminus obijciente, & tyrannidis euersionem moliente, ex Italia Syracusas uenit, ibiq; discipulum nactus est Dionem, iuuenem tum planè, sed omnium qui Platonis consuetudine essent usi ingenio ad discendum aptissimo, & ad uirtutis præcepta accipienda celerrimo. quod & Plato de eo scriptum reliquit, & res testatur. Educatus enim apud tyrannum abiectis moribus, adsuefactusq; ad uitam incertam & obnoxiam metui, tum cultui nouis ex diuitijs instituto, luxui inepto, uitæq; in uoluptatibus & cupiditatibus felicitatē quærenti: ut primum orationē, philosophiamq; ad uirtutem ducentem gustauit, celeriter animo flammas concepit: atq; ex suo ingenio, quòd facilimè honesti rationib. duceretur atq; obsequeretur, iuuenili omnino ingenuaq; simplicitate coniecturam faciens, Dionysium eodem modo affectum iri, magno studio effecit, ut is cum Platone per ocium colloqueretur. Quo in congressu cùm caput disputationis de uirtute esset, ac plurima de fortitudine dissereretur, Plato autē quemuis potius quàm tyrannum fortem esse affirmaret, ac sermone ad iusticiam conuerso doceret, beatam iustorum, miseram iniustorum esse uitam: neq; uerba eius, quibus sua redargui uitia putabat, æquo animo tyrānus tulit, & ijs qui aderant succensuit, mirificè Platonis sermonem approbantibus, eoq; delinitis. tandem exasperatus, commoto animo quæsiuit, cuiúsnam rei causa in Siciliam uenisset: cumq; is responderet, se bonum uirum quærere, Per Deos, inquit, uideris mihi talem qualem quæris nusq; inuenisse. Intra hunc finem iram Dionysij constituram Dio existimans, Platonem urgentem ea triremi quę Pollidem Lacedęmonium imperatorem in Gręciam reuehebat, emisit. At Dionysius occultè à Pollide precibus contendit, ut inter nauigandum Platoni mortē afferret: sin id nollet, at saltem uenderet. nihil enim id illi obfuturum, sed quamuis uenditum in seruitutem, iusticię causa felicem futurum. Et fertur Pollis Aeginam aduectus, ibi Platonem uendidisse: cùm bellum Aeginetis esset aduersus Athenienses, & legē sancitum, ut quicunq; Atheniensium Aeginam uenisset, is uenderetur. Verùm hęc res nihil de honore & autoritate Dionis apud tyrannum detraxit: sed & maximas obiuit legationes missus ad Carthaginenses, & in summa fuit admiratione, eiusq; ferè unius libertatem Dionysius tulit, palàm dicentis quod in buccam ueniebat. Cuius generis fuit, cùm eum Geloni obloquentem increpuit. Cùm enim Gelonis imperium, ut sępe aliàs, subsannaretur, ac Dionysius in uoce ludens (est enim gelos risus) Gelonem risum Sicilię fuisse diceret: reliquis cauillum

Plato in Sicilia cum Dione & tyranno.

Dionis in dicendo libertas.

A cauillum id admirari se simulantibus, At uerò, ait Dio, tibi propter Gelonem fides habita est, atque ita tyrannidem obtinuisti: propter te autem omnibus alijs fides denegabitur. Reuera enim uidetur Gelo urbem unius imperio gubernatam, rem spectatu pulcerrimam, Dionysius turpissimam demonstrasse. Erant Dionysio trini ex Locrensi uxore liberi, ex Aristomacha filij duo: totidemque filiæ, Sophrosyne, & Arete: quarum illam Dionysio filio suo uxorem locauit, hanc fratri Thraridæ nuptum dedit: atque hoc mortuo, Dio eam auunculus duxit. Cùm autē Dionysius ita decumberet, ut de uita eius desperaretur, statuit Dio cum eo de Aristomachæ liberis colloqui: sed medici futuro successori gratificantes, eum non admiserunt. Addit Timæus, eos regi medicamētum somniferum poscenti tale porrexisse, quod sensus obstupefaceret, & somno mortem adderet. Primo in amicorum concilio, cùm ij ad Dionysium iuniorem essent conuocati, eam de præsenti rerum statu atque rationibus orationem Dio habuit, ut prudentia sua reliquos omnes infantes, libertate sua mācipia tyrānidis esse, turpiterque & timidè plerisque suis consilijs adolescentem adulari demonstraret. maximè autem eos stupefecit, cùm periculum, quod à Carthaginensibus imperio imminebat, metuentibus promisit, se Dionysio pacem expetenti eam quàm æquissimam confecturum, eoque nomine in Africam nauigaturum: sin bellum gerere mallet, se ei quinquaginta instructas triremes suis sumptibus alere, & auxilio dare uelle. Dionysius magnopere cùm magnanimitatem eius est admiratus, tum studium gratum habuit. At qui splendore Dionis se obscurari, & potentia deprimi censebant, hoc arrepto principio nihil non locuti apud tyrannum adolescentem sunt, quo animum ipsius in Dionem exasperarēt. hunc mari tyrannidem affectare, ac classe in sororis suæ filios imperium traducere conari. Euidentissimæ autem & maximę, quibus odium Dionysij aduersus eum excitari posset, causæ erant, uictus diuersa & ab alijs semota ratio. Nam cæteri iam inde ab initio adolescentis, & malè educati tyranni in consuetudinem uoluptatum illecebris & adulationibus se ingerentes, semper amores quosdam, & occupationes inutiles parabant, cōpotationibus hominem, mulierculis, alijsque inhonestis oblectationibus detinentes. quibus tyrannis ferri instar emollita, subditis quidem benigna uidebatur, sæuicia remissa nonnihil: neque hoc humanitate tyranni magis, quàm socordia. Sed hæc adolescentis inertia hoc fonte deriuata sensim latiùs sese diffundens, adamantina ista uincula, quibus tyrannidem uinctam se filio relinquere Dionysius senior affirmauerat, colliquàuit & pessūdedit. Nam, ut perhibent, cùm semel incepisset potare, nonaginta totos dies cōtinenter potauit: totoque illo tempore honesti uiri, serijque sermones aula arcebantur, cùm eam interim crapulæ, iocationes, citharæ, saltationes, & scurrilia ludicra possiderent. Apparet sanè inuisum eo fuisse Dionem, quòd nulli se iucunditati aut iuuenili ludo socium adiungeret: unde & affinia uirtutibus eius uitiorum nomina imponentes calumniabantur, grauitatem fastui, libertatem superbiæ, admonitiones criminationibus, fugam communis culpæ contemptui aliorum inscribentes. Sed & natura erat aliquanto tumidior, difficilioremque se in congressibus præbebat. Non enim à iuuenis, cuius assentando essent aures corruptæ, consuetudine tantùm adhorrebat, minusque in ea gratiæ consequebatur: sed & multi eorū, qui familiarissimè ipso uterētur, simplicitatemque morum eius & ingenuitatem amplecterentur, reprehendebant hominem, quòd inurbaniorem, & quàm ciuilia officia poscerent difficiliorem se ijs qui desiderarent ope-

Margin notes: 3 — *Dionysij prioris mors.* — *Dionysij iunioris molli cies.* — *Dionis uitia.*

(B and C section marks in left margin.)

ram ipsius præberet. qua de re posteà temporis Plato quasi uaticinans ad A
4 eum scripsit, consulens uti arrogantiam solitudinis contubernalem uitaret. Verùm enimuerò tametsi tunc quantiuis precij esse uideretur, & qui uel unus, uel omnium maximè nutantem tyrannidem stabiliret atque conseruaret: tamē non fauore Dionysij, sed quòd is ita rebus exigentibus cogeretur facere, primum se dignitate atque potentia haberi animaduertebat. Cuius rei causam cùm existimaret esse tyranni imperitiam, in id incubuit, ut eum ad liberalia studia pertraheret, gustumque ei orationum & disciplinarum quibus mores informantur præberet: ut & uirtutem timere cessaret, & assuesceret bonis uiris gaudere. Etenim Dionysius natura nequaquam pessimus tyrānorum fuit: sed pater ueritus ne sapere inciperet prudentium utens consuetudine, atque exinde sibi insidias faceret, & imperium eriperet, domi inclusum in custodia habuerat, penuria hominū qui unà conuersarentur, & rerū (ut aiunt) ignoratione, plostella, candelabra, sellas ligneas, mensasque fabricantem. Ita enim suspectos omnes homines habuit, ita sibi ab omnibus cauit Dionysius senior, neminē non metuens, ut ne capillos quidem cultris tonsorijs præsecaret: sed eos quidam figu- B lus ad eum introiens carbone ambureret. nemo in conclaue ipsius intromittebatur, ne frater quidem aut filius, nisi sua ueste posita nudus à custodibus antè conspiceretur, & aliam uestem indueret. Cùm Leptines frater naturā ei loci cuiusdam exponens, accepta à stipatore quodam lancea locum descripsisset, fratri grauiter succensuit, stipatorē autem interfecit. ab amicis se sibi cauere cordatis dicebat, haud ignarū illos malle tyrannide potiri, quàm tyrāno subesse. Marsyam quendā à se euectum ad imperium militare necauit, quòd is à se Dionysiū occidi in somnis esset imaginatus: quasi uerò à cogitatione meridiana eius facinoris illi noctu id uisū occurrisset. Ita ille, qui Platoni succensuisset, quòd non ab eo omniū mortalium fortissimus esset dictus, meticulosum, totque ob timiditatē malorū plenum animum gerebat. Filium autem eius Dio (ut explicare orsi sumus) deperditum inscitia, moribusque profligatissimis uidens, hortatus est, uti se ad disciplinam conferret, summisque à principe philosophorum precibus contenderet, ut in Siciliam is ueniret, eique se formandum, & uirtute exornandum traderet. Ita fore, ut pulcerrimo exemplari, & diuino eius cui gubernanti uniuersum hoc obtemperans pro confusione ordinē cōstantiamque C tuetur, conformatus, plurimā & sibi felicitatē & ciuibus pareret, quibus se pro tyranno regē præberet: ut quæ ij nunc metu tyrannidis mœsti inuitique facerent, eadem porrò modestiam iustitiamque ipsius uenerantes itidem ut patri præstarent. Non enim (ut pater ei dixisset) metū ac uim, non cateruā iuuenum stipantium, non immensum barbarorum satellitium, adamātina ista esse uincula: sed beneuolentiam, studium, gratificādique uoluntatem uirtutis reuerentia ciuibus ingeneratam. quæ ut rigidis istis & duris uinculis molliora uideantur, esse tamen ad perpetuitatem regni firmiora. Porrò autem principem neque magno in honore, neque ulla in admiratione esse, qui magno uestium ac uictus luxu se ostentans, in congressu & colloquio nihil quemuis uulgarem hominē præstaret, neque animi partem regiam principi conuenienter excultā habere laboraret. Hæc Dione crebrò inculcante, & nonnunquam Platonis doctrinā interserente, acris & propè furiosus Dionysium ardor incessit Platonis consuetudine ac sermone potiundi. Itaque statim frequentes à Dionysio literæ Athenas mitti, multæ Dionis etiam ad eum cohortationes, multæ Pythagoricorū ex Italia, obsequi iubentium, & iuuenis animum magnitudine potentiæ obrutum inhi-

Dio Dionysium F. ad philosophiā adhortatur.

A tum inhibere, sanisq; consilijs suffulcire. Itaq; Plato (quod ipse scribit) sui ipsius motus uerecundia, præsertim ne uideretur uerbis tantùm philosophus, haud libenter ad agendum se conferre, simulq; sperans se uno Dionysio, ut principali parte, expurgato totius Siciliæ morbũ sanaturũ, obtẽperauit. Interim Dionis aduersarij Dionysio, cuius mutationẽ metuebãt, persuadẽt, ut ab exilio reuocaret Philistũ, hominẽ & eruditũ, & morũ tyrannicorũ gnarissimũ: ut eum aduersus Platonem & philosophiam opponerent. Is enim Philistus & initiò in constituenda tyrannide promptissimam Dionysio seniori operã nauârat, & præsidio præfectus, longo tempore arcem tenuerat: ferebaturq; eum cum matre tyrãni haud plane ignorantis cõsuetudinẽ stupri habere. Sed cùm Leptines ex muliere, q̃ adulterio cognitã marito eripuerat, & secũ habuerat, susceptarũ duarum filiarũ alteram Philisto despondisset, non cõmunicata re cum Dionysio: Dionysius iratus uxorem Leptinæ in compedibus detinuit, Philistumq; Sicilia exterminauit: atq; is ad hospites quosdã mare Adriaticũ accolentes profectus, & ibi post mortem usq; Dionysij senioris cõmoratus, eo in ocio (ut *Philistus.*

B mihi uidetur) maiorem historiæ suæ partẽ condidit. Illo igitur tempore, Dionysio iuniore rerum iam potito, reliquorũ in Dionem odia Philisto reditũ in patriam confecerunt, ut sibi commodo apprimè homini, tyrannisq; fido: isq; ut primùm reuersus est, tyrannidi conseruandæ se totum dedit. Erant & aliæ calumniæ aduersus Dionem paratæ, quæ ad Dionysium deferrentur: ferebatur enim de euertẽda tyrannide cum Theodote & Heraclide cõmunicasse. Sperabat enim Dio, ut apparet, Platonis aduẽtu, nimis imperiosa & immodica dominatione à tyrannide sublata se ex Dionysio moderatum & iustum principẽ redacturũ: sin reluctaretur tyrannus, neq; mitigaretur, eo deiecto statuerat rempub. Syracusanis reddere: non quòd populi imperium probaret, sed quod id, ubi primùm ab optimatum in rep. legitimo principatu discessum fuisset, utiq; potius tyrannide censeret. Hoc rerũ statu in Siciliam Plato aduectus, mirifico honore & comitate exceptus est. Nam & triremi egresso uehiculũ regiũ adfuit splendidissimè ornatum, & rem sacram tyrannus fecit, quòd eius aduentu magna imperio suo felicitas contigisset: tum modestia conuiuiorum, & aulæ habitus, ipsiusq; in dãdis respõsis lenitas Dionysij, in amplis- *Plato in Siciliã redit.*

C simam spem Syracusanos erigebãt. itaq; & ad philosophiam miro omnes impetu ferebantur, eratq; regia (ut narratur) plena pulueris ob multitudinem eorum qui Geometriæ uacarent. Paucis pòst diebus cùm esset in regia sacrificium solenne, & præco ut moris erat uoueret uti longo tempore inconcussa maneret tyrannis, Dionysius adstans dixisse ei fertur: Nunquam'ne finem in nos execrãdi facies? Id Philisti factionẽ grauiter offendit, existimantes Platonis potentiam tẽpore & cõsuetudine cõfirmatam inexpugnabilẽ fore, siquidẽ is paucorũ dierũ cõuictu animũ adolescẽtis adeò mutasset. Nõ ergo singuli, ut hactenus, neq; occulte, sed uniuersi & palàm Dionẽ calũniari: eum manifestò Platonicis sermonibus incantare Dionysiũ, ut hoc imperiũ ultrò deponẽte, id ad sororis suæ Aristomachæ liberos trãsferat. Nõnulli indignitatẽ rei sibi dolere simulabãt, quòd cùm Athenienses olim magnis cum naualib. terrestribusq; copijs in Siciliam profecti interijssent antè, quàm Syracusas capere possent: nunc unius sophistæ opera tyrãnidem Dionysij essent destructuri, persuadendo ei, ut decẽ millibus stipatorũ omissis, quadringẽtis triremibus relictis, decem millibus equitũ, & peditũ multoties pluribus millib. posthabitis in Academia ignobile illud bonũ quæreret, ac Geometria felicitatẽ pararet, im- "

nn 2 perij,

perij,opum,& uoluptatũ beatitate Dioni,eiusq́ sororis filijs tradita. Ex A his suspicio primùm tyranno de Dione insinuauit: aucta deinde ira,& se iam ostendẽte,occulte Dionysio epistola allata est,quã ad Carthaginensium procuratores Dio scripserat,monens ut cum Dionysio acturi,id ne se absente facerẽt:se enim effecturũ,ut omnia quæ uellent,certò cõsequerentur.Hanc Dionysius Philisto legit,usus q́ eius (ut Timæus tradit) cõsilio,ficta gratię recõciliatione Dionem adortus, in colloquio moderata quædã prętendẽs,omnesq́ dilutas offensas affirmãs, eum ad mare quod est infra arcẽ abduxit:ibi epistolã ostendit,ac cum Carthaginensib.aduersus se cõspirasse arguit.Excusare se uolentẽ,nõ sustinuit,sed eum,ut tum erat,in cymbã imposuit,ac nautis mãdauit,ut in Italiã deportatũ exponerent.Cùm hoc factũ homines crudele iudicarẽt,domus quidem tyrãni luctu à mulierib.oppleta est:Syracusani autẽ erigebãtur ad spem nouarũ rerum,& mutationis q́ primùm futurę ob tumultũ Dionis causa ortum,cuius casus reliquos etiã,ne quam tyrãno fidẽ haberẽt,mouisset.Quę ille animaduertens,sibiq́ metuens,amicos & mulieres cõsolatus est,non se in exiliũ misisse, sed ablegasse Dionẽ dicẽs: ne fortè cõtumacia eius irritatus B grauius aliquid in præsentẽ statuere cogeretur: domesticis autẽ Dionis naues tradidit duas,mãdans ut quidquid facultatũ eius mancipiorũq́ ipsis uideretur, in eas imponerẽt,atq; ad eum in Peloponnesum trãsueherent.Erãt autẽ amplæ Dionis opes,ac tyrãnica propè põpa & apparatus rei familiaris.quem omnẽ necessarij eius cõuasarunt, ad eumq́ attulerũt, multis unà ab mulierib.& amicis dono missis:ita ut diuitijs suis Dio inter Græcos illustris extiterit,eiusq́ exulis opib.magnitudo potentię tyrãni indicata sit.Platonẽ uerò Dionysius statim in arcem trãstulit,specie benigni hospitij honorifica eũ custodia includens,ne unà cum Dione nauigaret,iniurięq́ ei factę testis esset.Ibi tempore & cõuictu adsuefactus(quomodo ferę solent cicurari,ut hominũ cõtactus ferant) Platonis cõsuetudinem & sermones sustinere,tyrannico planè amore correptus est,ut cuperet se solũ à Platone redamari,maximeq́ omniũ in admiratione eius esse,quòd ipsi paratus esset tyrannidẽ summãq́ rerũ tradere,siquidem Dionis amicitiã suę nõ anteferret.At Plato calamitatis loco ducebat,se à Dionysio ita amari : nam is amor quasi ęmulatione & riualis metu insanientis erat,breui tẽporis spacio modò irascentis,modò in gratiã redeuntis atq; C deprecãtis:& cùm mirifico studio audiendi præcepta philosophię flagrãtis,tũ illos qui dehortabãtur,& corruptum iri ea cõsuetudine affirmabãt, metuentis.Cõmodùm incidit bellũ.Hac occasione Dionysius Platonem dimittit, pollicitus se uere ineunte Dionẽ reuocaturũ. Hoc quidem promissum fefellit,reditus tamen possessionũ Dioni misit,à Platone ueniam postulãs,ac se quo minus prętaret quod receperat,bello impeditũ prætendens,facta autem pace,statim ad se reuocaturũ Dionem:simul petẽs, ut quietè is ageret,neq; nouas res moliretur, aut sibi apud Grecos obtrectaret.Conatus est hoc ita facere Plato, Dionemq́ ad philosophiam cõuertit,& in Academia cõtinuit.Habitabat autem Dio Athenis apud Callippũ quendã familiarem: agrũ quoq; oblectationis causa emerat,quem in Siciliam posteà nauigans Speusippo dono dedit, cuius maximè Athenis amicicia fuerat & cõsuetudine usus: Platone id moliente,ut iucunda cõuersatione,& quæ tempestiuè decoros lusus admitteret Dionis ingenium temperaretur atq; hilarius redderetur. quam ad rem Speusippus erat idoneus,quem & egregiè facetum Timõ in Sillis appellat.Cùm Plato chorum puerorum ludis daret:Dio & instituit eum chorum, & à se sumptum

Dio deportatur.

Plato dimissus.

Dionis in Græcia uita.

A ptum omnem præbuit: cõcedẽte hoc Platone, ut Dio erga Athenienses liberalitate uteretur, eaq; maiorem sibi beneuolẽtiam, quam Platoni gloriam pararet. Reliquas etiã Græciæ urbes obiuit Dio, cum optimis quibusq; & in ciuitate quaq; præstantissimis uiris ociũ agens, & ludis solennibus uacans. Quo in cõuictu nihil barbaricũ, nihil tyrannicũ, nihil luxuriosum ostendit: sed temperantiam, moderationẽ, fortitudinem, & in sermonib. ac cõmentationib. philosophicis honestã exercitationẽ. Ob hæc cùm à priuatis fauorem est & admirationem cõsecutus, tum publicè honores ei habiti, decretaq; in eam rem ab urbib. facta. Lacedæmonij etiam ciuitate eum donauerunt, indignatione Dionysij spreta, tametsi tum in bello contra Thebanos prõpte auxilia suppeditãtis. Fuit quidã Megaræ Ptœodorus, diuitia & potentijs inter ciues nõ postremus: ab hoc aliquan do inuitatus Dio cùm ad domum eius uenisset, uideretq; multitudinem hominum forib. assistẽtem, & ad ipsum dominũ uariè occupatũ difficiles aditus, difficiles congressus eius esse, amicos uerò propterea stomachari, Quid, inquit, hũc culpamus, cùm ipsi omnes, dum adhuc Syracusis essemus, eadem egerimus? Post aliquantũ temporis Dionysius æmulatione

B instigatus, Græcorumq; in Dionẽ beneuolentiã metuens, finem fecit reditus annuos Dioni mittẽdi, & rem familiarẽ eius procuratorib. ab ipso Dione cõstitutis tradidit. Porrò ut partã sibi apud philosophos ob Platonem illiberaliùs cultum infamiam aboleret, multos eorũ qui eruditionis nomine celebrarentur cõduxit: quos omnes cùm superare differẽdo cõtenderet, cogereturq; propterea ijs quæ oscitanter de Platone audiuisset minùs rectè uti, rursus eum desiderium Platonis incessit, ac seipsum damnauit, qui præsenti non usus esset, neq; ex eo quæ oportebat audiuisset. Itaq; ut erat tyrannus, qui quibusuis cupiditatib. præceps ageretur, & q̃d semel animo destinasset, omni studio adipisci cõtenderet, ut Platonẽ ad se retraheret omnem mouit lapidem, effecitq; ut Archytas Pythagoreus Platonẽ in Siciliã redire hortaretur, ipse fidem suam pro ijs quę promittebat Dionysius interponens atq; obligãs. Etenim Archytę & Tarentinis cum Dionysio ius hospitij & amicitię Plato cõiunxerat. Misit ad Platonẽ Archytas Archedẽmũ: misit simul etiã Dionysius triremes, & amicos, q Platonẽ orarẽt: atq; ipse disertè scripsit, nunquã ęquis cõditionib. cũ Dio

Pœnitentia Dionysij.

C ne actũ iri, nisi Plato in hãc peregrinationẽ cõsentiret: ueniẽte eo, omnia se Dioni humaniter p̃biturũ. Multæ simul ab uxore etiã & sorore ad Dionẽ afferebãt suasiones uti à Platone peteret, ut is Dionysij uolũtati satisfaceret, neq; occasionẽ sæuiẽdi tyrãno daret. His se inductũ rationib. Plato scribit tertiò in Siciliã trãsfretasse, *Emensum immanis rursum aspera saxa Charybdis.* Simul atq; in Siciliam appulit Plato, magno & Dionysium gaudio, & spe totam impleuit insulam, gratulantẽ ei, uotisq; & studijs in hoc incumbentem, ut Plato Philistũ, philosophia tyrannidẽ uinceret. Magno etiam regiæ mulieres studio Platonẽ coluerunt. Et ipse tyrãnus tantum ei, quantum nemini alij habuit fidei, non excussum priùs ad se accedere sinens. Cùm autẽ pecuniæ munera crebrò Dionysius offerret, eaq; ampla, & Plato identidem repudiaret, Aristippus Cyrenæus, qui tum aderat, Citra periculũ liberalem esse Dionysium dixit: nam sibi & alijs pauca largiri, plura requirentibus: Platoni multa, nihil accipienti. A prima cõsalutatione, Dionysius, cùm Plato pro Dione intercedere ordiretur, initiò rem differre: mox repræhensiones etiam & iurgia existere, latentia reliquos ea. Dionysio tegere conante, & reliquis honorib. atq; officijs, quib. Platonẽ colebat, à beneuolẽtia erga Dionẽ deducere: cùm quidẽ Plato primo etiã tẽpore perfidiam eius & mendacia dissimularet, & ęquo animo se ferre uul

tu gestuq; ostenderet. Ita ijs mutuò affectis, & neminē hoc sentire putan- A
tibus, Helico Cyzicenus, unus ex familiarib. Platonis, Solis deliquiū prę-
dixit: cumq; ita, ut prædixerat, euenisset, admiratus eum tyrānus argenti
talento donauit. Tum Aristippus per iocum ad reliquos philosophos di
xit, se quoq; admirabile quiddā uaticinari posse: & quærentib. quid'nam
id esset, Mox, inquit, inter Dionysiū & Platonē inimicicię existēt. Deniq;
tyrannus facultates Dionis uendidit, & pecuniam sibi uendicauit: Plato-
nem autē in horto domui uicino degentē, inter mercenarios milites mi-
grare coegit, iam pridē ei infensos, & interficere cupientes, quòd Diony
sio deponēdæ tyrannidis, & sine stipatorib. uiuendi autor esset. Hoc in pe
riculo cùm cōstitutum Platonem Archytas cognouisset, illicò nauim tri-
ginta remis actā & legationē misit, reposcēs à Dionysio Platonem, com-
memoransq;, ut is ipso fide iubēte in Siciliam nauigasset. Hîc Dionysius,
ut inimiciciā & odiū tegeret, discessuro conuiuijs comibusq; cōgressib.
blanditus, semel in eum sermonē delapsus est: Nimirū, ô Plato, multa ac
grauia de nobis crimina apud eos, qui tecū philosophantur sparges. tum
Plato subridens: absit, Ait, ut tanta sermonū penuria laboret unquā Aca- B
demia, ut tui quisquam mentionē inferat. Hoc modo Platonē dimissum
tradūt: nam quę ipse ea de re Plato scripsit, non planè istis cōsentiunt. Cæ
terùm Dio cùm hoc indignè tulit, tum paulo post audito quæ uxori eue-
Vxor Dioni adepta. nissent, prorsus hostis Dionysij factus est. Quod ad uxorem Dionis atti-
net, per ambages Plato in epistola Dionysiū monuerat: atq; ita res habet.
Dionysius Platonē, cùm pulso Dione eū emitteret, iusserat ex Dione q̄-
rere occultè, cōcederet'ne uxorē suā alteri nuptū dari: rumor eñi siue ue-
rus, siue ab inimicis Dionis cōfictus ferebat̄, nō euenisse gratū hoc Dioni
matrimoniū, neq; eum cum ista uxore uiuere cōmodè posse. Plato Athe
nas reuersus, Dionisq; explorata sentētia, Dionysio scripsit epistolā, cu-
ius reliq̄ partes intelligi ab omnib. possent, id uerò à solo Dionysio: se de
re ista, quā nosset, Dioni collocutū, & dep̄hendisse eum, si res ita ageret̄,
iniquissimè laturū. Ac tū quidē Dionysius, q; multū spei esset de reparāda
gratia, nihil de sorore noui statuit, sed eā passus est cū infante ex Dione na
to habitare. ut à pacificatione cōsiliū planè auertit, ac Platonē ad se reuer
sum infenso animo amandauit, ibi demū Aretā inuitā uni amicorū Timo-
crati nuptū dat: hac quidē in partè humanitatem patris nō imitatus. Ete- C
nim Polyxenus sororis eius Thestę maritus, cùm gratia tyrāni excidisset,
ac Sicilia p̄fugisset, ille sororē ad se uocatā obiurgauit, q; mariti fugę con
Mulieris u.rtus. scia, se eā rē celasset. at illa impauidè p̄fectò, & fortiter, Adeo'ne, inquit,
tibi nullius precij atq; mollis uideor Dionysi mulier, ut me, si fugā mariti
p̄sensissem, nō unà eandē subiturā fortunā existimes? sanè nō pręuidi: ma
luissem enim utiq; Polyxeni p̄fugi uxor, q; tua tyrāni soror dici. Hoc tam
liberū respōsum ferūt Dionysiū admiratū. & Syracusani quidē tanti fece
rūt feminę uirtutē, ut euersa etiā tyrānide honores ei, & cultū regiū per-
miserint, mortuęq; funus publicè sint p̄secuti. Hęc egressio inutilis nō est.
Cęterùm Dio iāinde bellū moliri cepit, Platone quidē uerecūdia hospitij
6 & ob senectutē Dionis prohibente, Speusippo autē & alijs amicis adsti-
pulātib. Dioni, hortātibusq; ut Siciliā manus porrigentem, ultroq; acci-
pientem liberaret. Quo enim tēpore Syracusis Plato egit, Speusippus fre
quentiùs cum ciuibus conuersans, animos eorum explorârat: initio qui-
dem liberè fateri quę sentirent non audentium, quòd eum à tyranno sub-
missum supicarentur: sed cum tēpus fidem ei apud ipsos fecisset, una uo-
ce omniū orantiū atq; hortantium Dionē ut in Siciliā ueniret: non opus
ei nauibus, nō pedite, non equis esse: saltē q̄uis nauigio aduectus, corpus
suum

A suũ & nomẽ Siculis cõtra tyrannũ utendũ prẹberet. Hęc Dio annũciante
Speusippo, animo confirmatus, suo tecto ꝓposito per alios occultè militẽ
mercenariũ cõducebat. Adiuuabãt aũt cùm ciuiles uiri tum philosophi nõ
pauci, inq́ his Eudemus Cyprius (in cuius mortem Aristoteles dialogũ de
animo cõposuit) & Timonides Leucadius, cõiunxere etiã ei Miltã Thessa
lũ, diuinãdi peritũ, & in Academia uersatũ. At de ijs q̃s in exiliũ egerat tyrã
nus, (erant M. nõ pauciores) X X V modò socios se ꝓbuerunt, reliquis eum
præ metu destituẽtibus. Receptaculũ aũt futuri belli erat Zacynthus insu-
la, in quã milites conueniebant, infra D C C C numero, sed multis iam antè
præclaris stipendijs nobiles, corporib. eximiè exercitatis, ac peritia & au-
dacia omnium primi, denique apti ad multitudinem, quam sibi in Sicilia
præstò futuram Dio sperabat, excitandam, adq́ fortitudinem inflamman-
dam. Hi ut primùm accepere in Siciliam & aduersus Dionysium istam pa-
rari expeditionem, perterriti sunt, Dionisq́ conatum damnârunt, insania
quadam concitum, iraq́ furore, & spei melioris inopia seipsum conijce-
re in certum periculũ putantes: succẽsebantq́ suis ducib. & conquisitori-
B bus, q nõ initiò ipsis ad q̃d legerent bellũ indicassent. Sed postq́ Dio ora-
tione sua exposuit, quàm male suffulta esset tyrannis, & se nõ tam militum
eos, q̃ ducũ loco in Siciliã ducere docuit, Syracusanis reliquisq́ Siculis iã
pridem ad defectiõnẽ cõparatis: post Dionẽ etiã Alcimenes, qui nobilita-
te generis & gloriæ Achæorũ princeps unà militabat, uerba habuit ad cõ-
militones. ita demũ milites assenserũt. Iam adulta æstate pelagus Etesię te-
nebant, Lunaq́ toto fulgebat orbe, cùm Dio magnificè sacris operatus A-
pollini, militũ armatorũ põpam ad ædem Dei duxit, peractoq́ sacrificio,
in circo Zacynthiorũ epulũ eis ꝓbuit. Illi uerò argenteorũ aureorumq́ po
culorũ & mensarũ splendorem, priuatis opibus longè maiorem, admirari,
ac sic ratiocinari: uirum iam ꝓuecta ætate, tamq́ opulentũ nunq́ res dubi-
as tentaturũ fuisse, nisi certa proposita spe, amicisq́ ipsi in Sicilia plurimas
& maximas præbentibus occasiones. post libationes & uota ritè peracta, *Lunæ defectus.*
Luna defecit. Nihil id miratus est Dio, quippe eclipticas circuitiones, &
umbræ occursum Lunæ incidentem, terræq́ & solis oppositionẽ reputãs.
Sed cùm milites perturbati oratione aliqua essent cõfirmãdi, Miltas uates
in mediũ ꝓgressus, Bono esse eos animo, & sperare optima iussit: significa
C ri eñ diuinitus alicuius illustrissimi obscurationẽ: at nihil esse Dionysij ty- *Prodigia.*
rannide illustrius, hanc ipsos simul atq́ Siciliã attigissent, de clara obscuris-
simã reddituros. Hęc Miltas publicè dixit. Ostẽtum uerò apum, quæ apud
naues Dionis cõspectæ erãt examen ad puppim facere, priuatim ei & ami
cis interpretatus ita est: Vereri se, ne præclaras quidem res essent gesturi,
sed ex cùm floruissent breui tempore, emarcescerent. Ferunt etiã Diony-
sio multa diuinitus prodigia obtigisse. Aquila enim abreptũ cuiusdã stipa-
torum hastile in sublime euexerat, atq́ inde in profundũ abiecerat. Mare
quod arcem alluit, per unum diem aquam dulcem & potabilem præbuit,
id quod gustus omnes docuit. Porci quoq́ partu editi sunt, cætera perfe-
cti, sed auribus carẽtes. Arioli respõderunt, hoc defectionis & rebellionis
esse signum, ac ciues non ampliùs tyrãnidi obtemperaturos. maris dulce-
dinẽ Syracusanis mutationẽ rerũ aduersarum in lętas portendere. aquilam
Iouis ministrũ, hastã imperij insigne: ita summũ Deorũ tyrannidis euersio
nẽ moliri. Hæc Theopompus. Milites Dionis nauibus duab. strõgylis im- 7
positi sunt, alia naui haud magna, & duab. X X X scalmorũ nauib. comitan
tibus: arma ꝑter ea q̃ tum habebãt milites secũ uehebat duo clypeorũ mil-
lia, iaculorũ & hastiliũ magnã multitudinẽ, tum abundè alimentorũ, ne
quid ipsos maritima nauigatione deficeret: quippe oẽm cursum alto mari

tenebãt terrã metuẽtes, ꝙ in Iapygia Philistũ stationem speculãdi causa habere audiuissent. Leni ac molli uento uecti duodecim dies, decimotertio ad Pachynũ Siciliæ ꝓmontoriũ peruenerũt. Ibi cùm gubernator celeriter exscẽsionẽ faciendã moneret, alioqn fore ut à terra & isto ꝓmontorio ultrò digresʃi multas dies noctesꝗ;, dum Auster flaret, in alto cõmorari cogerẽtur: Dio in terrã ita ꝑpe hostẽ egredi metuẽs, ac remotiora primùm aggredi cõsultius existimãs, Pachynũ ꝑternauigauit. Statim & uehemens obortus Aparctias magno fluctu naues à Sicilia repulit, & fulgura ac tonitrua sub primũ Arcturi ortũ erũpẽtia, magnã cœlo tempestatẽ, uiolẽtumꝗ; imbrẽ effuderũt: qbus perturbati nautę cùm nõ tenuissent cursum, subitò cernunt naues à fluctu ad Cercinã Libyæ obiectã insulã cõpelli, quà maximè ꝑruptis atꝗ; asperis saxis ea importuosa erat. Ita ꝑpè ad saxa eiecti, naufragiumꝗ; passi, cùm à petris nauigia contis magno cum labore ægrè detrusissent, postꝗ; tẽpestas desijt, in nauim quandã incidẽtes cognouerũt se ad capita (q̃ uocãt) magnæ Syrtis esse. Aegro tum animo trãquillitatẽ ferentib. atꝗ; solicitis, ex regione illa Australis quædã aura aspirauit, nihil admodũ tũc Austrũ ſperãtibus, neꝗ; fidẽ mutationi habẽtibus. Mox aũt uẽto aucto & ualidiùs incũbete, pansis q̃tquot habebãtuelis, Deosꝗ; cõprecati, per altum ab Africa ad Siciliã leui cursu fugerũt, qntoꝗ; die apud Minoã naues applicuerũt: id est oppidũ Siciliæ, Carthaginensiũ ditionis. Aderat ibi tum Synalus ꝑfectus eius loci, hospes & amicus Dionis: sed cùm nihil de huius aduẽtu cognouisset, milites egressu in terrã ꝓhibere conatus est. itaꝗ; illi impetu armata manu facto, nemine occiso (Dio eñ respiciens amiciciã q̃ ipsi erat cũ Carthaginẽsi, cędib. interdixerat) unà cũ fugientib. in oppidũ irruerũt, eoꝗ; potiti sunt. Vt aũt ipsi duces sũt cõgresʃi, facta cõsalutatione Dio oppidũ Synalo nulla iniuria affectũ reddidit: Synalus hospitio milites excepit, ac Dionẽ quib. in reb. uellet adiuuit. Maximè animos militũ cõfirmauit fortuita tũ Dionysij peregrinatio, q nuper adeò nauib. octoginta in Italiã iuerat. Itaꝗ; Dione eos hortãte, uti corpora diuturna nauigatione afflicta Minoę curarẽt, morę impatiẽtes & ꝑpere tẽpus cupiẽtes, uti se ad Syracusas duceret iusserũt. Quãobrẽ Dio deposito ibi quidquid armorum & sarcinarũ erat superuacaneum, Synalo orato, ut occasione postulãte ea sibi mitteret, ad Syracusas cõtendit. In itinere eo primùm ducẽti equites Agrigentinorũ, eorum qui apud Ecnomum habitant, se ei adiunxerunt: secundum eos Geloi. Fama autem rei celeriter Syracusas allata, Timocrates qui Dionis uxorem, tyranni sororem tunc habebat, princeps huius in urbe relictorũ amicorũ, illico nuncium emittit Dionysio literas ferentem, quibus eum de aduentu Dionis doceret: ipse interim urbanis motibus atꝗ; tumultibus intentus, cum omnium sublati animi, incredulitate tantùm adhuc & metu continerentur. Tabellario autem isti admirabilis casus euenit. Cùm enim iam in Italiam traiecisset, atque per agrum Rheginum in Cauloniam ad Dionysium pergeret, occurrit ei quidam familiaris, hostiam recens cæsam portans: ab eo sumpta hostiæ parte, cùm iter acceleraret, ac noctis etiam parte ambulando confecta, præ lassitudine cogeretur dormire, sicut erat, in sylua quadam secus uiam decubuit. At lupus ad odorem accurrẽs, carnes manticæ alligatas, atꝗ; unà manticam ipsam (in ea autem continebantur literæ) abstulit. Is homo, ut expergefactus damnum sensit, diu multumꝗ; frustra q̃sita passim oberrãdo & persequẽdo mantica, statuit absꝗ; literis ad tyrannum non adire, sed aliquò aufugere. ita factum est, ut serò, & ex alijs Dionysius de bello in Sicilia excitato cognosceret. Dioni aũt ꝓficiscenti Camarinæi se adiunxerunt, atꝗ; in agro habitantiũ Syracusanorum multitudo haud exigua se ad eum aggregauit. Leontini autem &

Campani

Dio in Siciliam appellit. *Mirus casus.*

A B C

A Campani, qui in custodiẽdis Epipolis Timocrati aderant, cùm ad eos fal
sum nunciũ Dio misisset, se omissis Syracusis in ipsorũ priùs urbes impe-
tum facturũ, relicto Timocrate domum ad auxiliũ suis ferendũ abierunt.
Quæ cùm essent Dioni apud Macras castrametato annũciata, ipsa nocte
exercitum abduxit, & ad Anapum amnem decem ab urbe stadia distantẽ
peruenit: ibi inhibita profectione apud fluuiũ sacris operatus est, Solem
tum orientem cõprecatus. Simul & uates uictoriã diuinitus dari ꝓmise-
runt, & milites Dionẽ sacrorũ causa coronatũ uidentes, uniuersi unanimi
studio serta sibi sumpserũt. Erant autem haud pauciores quinq; millibus,
qui se in itinere adiunxerãt, armatiq; malè nimirũ raptis ut in quodq; in-
ciderant inter tumultuandũ armis, alacritate defectũ apparatus sarciebãt:
ita quidem, ut simul atq; agmen mouere Dio instituisset, ipsi hilares cumq;
læto clamore currentes inuicem ad libertatem se cohortarent recuperan
dam. At qui in urbe erãt Syracusani, horum pręcipui pura in ueste ad por
tas Dioni occurrerunt: reliqui pleriq; amicos tyrãni adorti sunt, emissari-
osq; eius & corycæos corripuerunt, homines sceleratos, ac dijs ipsis inui
B sos, qui permixti ciuib. obambulare, ac singulorũ sensus uocesq; explora-
re, & ad tyrannũ deferre cõsueuissent. atq; hi primi omniũ pœnas dede-
runt, à ꝓximo quoq; uerberib. cæsi. Cæterum Timocrates cùm intra præ- 9
sidiũ arcis uenire nequisset, arrepto equo ex urbe ꝓfugit, inq; fuga metu
omnia ac tumultũ cõpleuit, inflatiùs Dionis res pręd icãs, ne uideretur le-
ui ꝓposito metu urbem amisisse. Iam & Dio cõspiciebatur subire urbi, pri *Syracusæ à*
mus omniũ armatus incedens, latera eius Megacle fratre & Callippo A- *Dione rece*
theniensi coronatis cingentibus: de peregrinis militibus centum præsidij *ptæ & libe*
causa Dionẽ comitabant, reliquos cõposito agmine centuriones duce- *ratæ.*
bãt, spectantib. Syracusanis & excipientib. hãc quasi sacrã põpam liberta
tis & populi in republi. dominationis, quadraginta & octo annis postq;
sublata esset reuertentis. Vt ad Menitida portã peruenit Dio, tuba sedato
tumultu, pręconem edicere iussit, Dionem & Megaclem aduenisse tyran
nidis destruendę causa, itaq; eos Syracusanos & reliquos Siculos ab ipsa
liberare. Porrò sua etiã uoce cupiens eos alloqui, per Achradinã adscẽdit,
ab utraq; parte uiæ uictimis, mensis, & craterib. collocatis à Syracusanis,
qui in eum qua iret molas cõijciebant, & tanq; Deum uotis appellabant.
C Erat infra arcem & Pentapyla quæ dicunt solariũ illustre & editũ, à Dio- 10
nysio cõstructũ: eo conscenso orationem ad populũ habuit, qua ciues ad
studium libertatis excitaret. Atq; illi læti amicè eum cõpellatũ cum fratre
imperatores, in quorũ potestate omnia essent, cõstituere: ijsq; ita uolen-
tibus atq; postulantib. uiginti collegas adiunxere, quorũ decem erãt dè
ijs qui cum Dione ab exilio redibãt. Ariolis uerò bonũ esse signũ uideba-
tur, ꝙ cõcionãs Dio tyranni magnificũ opus atq; donũ sub pedib. habuis-
set: q aũt solariũ esset id, in quo stans esset imperator electus, metuebãt ne
id celerem rerũ mutationẽ in peius portenderet. Dio secundum hæc ca-
ptis Epipolis in uinculis detentos ibi ciues liberauit, & arcem ducto mu-
ro ab urbe deiunxit. Septima die in arcem nauibus aduectus est Diony-
sius: Dioniq; arma quæ apud Synalum deposuerat, plaustris allata, quæ
inter ciues distribuit, cæterorum pro se quoque arma sibi quantum eius
posset parante, operamq; suam ei militiæ alacrem nauante. Dionysius *Dionysij*
autem initiò priuatim ad Dionem legatos mittere, animumq; eius solici- *insidiæ.*
tare: pòst eo iubente, ut publicè cum Syracusanis (quippe liberis) collò-
queretur, per legatos benignè populum compellare, tributorũ & militiæ
onera leuaturũ se ipsorũ consensu polliceri. Sed hæc Syracusani ridebãt:
Dio legatis respondit, nisi deposita tyrannide, nõ esse cur Dionysius cum

ciuibus uerba cómutet: ea deposita se memorē ꝓpinquitatis ei quacunq; A
in re tolerabili libenter adiutorem fore. Hęc Dionysius laudare, alijs missis legatis petere, ut quidā de Syracusanis in arcem ad se mitteretur, quibuscum de toto negocio cōmunicaret. Missi sunt, quos Dio ad id destinasset: multusq; ex arce in urbem deferebat rumor, Dionysiū tyrānide abiturū, idq; magis sui, quàm Dionis causa. Hæc autem tyrānus dolosè simulabat, interimq; Syracusanis insidiabatur. Nam & missos ad se ex urbe, inclusos detinuit: & sub autoram mero impletos milites mercenarios ad deijciendū murūq, ab urbe arcem intercludebat, emisit. Hi cùm de improuiso impetū fecissent, magnaq; audacia & ingenti tumultu murū reuellerent, inq; Syracusanos irruerēt: nemo eorū persistere, murúmue ausus est defendere. Milites peregrini, quos secum adduxerat Dio, cùm tumultuari sensissent, accurrūt: sed præ clamore ac trepidatione Syracusanorū discurrentiū à fuga, seq; eis permiscentiū, neq; uidere q̄d agendū esset, neq; exaudire ducis mādata poterāt. Ibi Dio, ut, quando uerbis nō licebat, facto suis quid fieri uellet, demōstraret, primus omniū in barbaros irrupit, pugnamq; circa se acrem conciuit, cognitus non à socijs modò, sed & ab B
hostibus magno cum clamore passim incurrētibus. Erat tum maior Dionis ætas, quàm ut certaminibus huiusmodi par esset: animi tamen robore fretus impetū hostiū sustinebat atq; defendebat: eoq; in prœlio lācea manum sauciatus est, thorace cæteros cōminus eminusq; per scutū ipsum illatos ictus ægrè perferente: cumq; hastilia scuto infixa frangerentur, corruit. Statim autem à militib. suis abreptus, ijs Timonidē ducem præficit: ipse equo per urbem citato uectus Syracusanorū fugā inhibet, militesq; mercenarios suos ab Achradina (quam custodiebāt) adducit integros cōtra defatigatū hostē, & alacres cōtra desperantē iam de re tentata. quippe cùm se primo incursu & impetu totā urbē subacturos sperassent, ꝑter opinionē suā in homines pugnaces ac strenuos incidētes, se recipere coacti, & Græcis, postq; semel referre pedē ceperūt, acriùs instātibus, ꝓtinus intra muros cōpulsi sunt, cùm LXXIIII de Dionis exercitu necassent, suorum aūt magnū numerū amisissent. Hac tam splēdida parta uictoria Syracusani militib. peregrinis ꝓmij loco centū minas donauerūt, atq; hi Dioni coronā aureā. A Dionysio aūt præcones missi sunt, literas ad Dionē à mulierib. eius ꝓpinquis ferētes, unamq; simul epistolam, quæ foris inscri- C
ptionē habebat, quasi ab Hipparino filio (id em̄ ei nomē erat, quamuis Timæus ab Areta matre Aretæū dictū tradat: sed arbitror in hac quidem re Timonidi, amico & cōmilitoni Dionis potiùs credendū) ad Dionē missa. Reliquę omnes Syracusanis lectæ multas mulierū deprecatiōes & supplicationes cōtinebāt. Eam aūt, q̄ à filio scripta ferebat, cùm solui nollēt ciues, inuitis eis aperuit Dio. Erat aūt scripta à Dionysio, uerbis cum Dione, re cum Syracusanis colloquēte, ac sub specie deprecationis & excusationis, calūnias cōtrā Dionē cōtinebat. In memoriā Dioni reuocabat, q̄ is multa studiosè tyrānidis cōstituēdæ gratia egisset, minabat' se grauissima in sororē, uxorē, & filiū eius statuturū: prætextus graues atq; miserandos nō sine lamētatione ꝓferebat, & (q̄d maximè mouebat hominē) orabat eum, ne euerteret, sed ipse accipere tyrānidē, neq; infensos & iniuriarū memores homines liberare, sed ipse imperiū tenere, suisq; tuta omnia & secura præstare uellet. His recitatis literis, non id, quod æquū erat Syracusanis subijt, nempe ut Dionis, qui contra tantas necessitudines animū honestatis causa obfirmasset, constantiam fortitudinemq; admirarentur: sed metus & suspicionis oborto initio, quasi cogi ipsos ad parcendū tyranno passurus foret Dio, alios iam circumspicere duces ceperūt: præcipuè

Dionis fortitudo & uictoria.

Dionysij epistolæ.

Ciuium in Dionē ingratitudo.

A cipuè autem animi eorum sublati sunt, cùm Syracusas nauigare Heraclidem audiuerunt. Erat is Heraclides unus de exulibus, functus aliquando imperio militari sub tyrannis, eoq; nomine celebris: sed homo animo nō satis constans, nimiumq; leuis, ac minimè fidus in cōmunitate rerum quibus gloria & principatus adesset. Isq; cum in Peloponneso ei cum Dione dissidiū intercessisset, statuerat propria classe contra tyrannū nauigare, ac tum septē triremibus, lembis tribus Syracusas aduectus, cùm Dionysiū in obsidione haberi, Syracusanos erexisse animos inueniret, statim se captādo multitudinis fauori dedit: quam ad rem natura ei gratiam quandam indiderat, qua multitudinē, quæ sibi inseruiri cupit, demereretur. Nactus autem tunc tales, qui Dionis grauitatē quasi molestam, & intractabilem aspernarentur, & ob uictoriam partam securi atq; ferocientes priusquam essent prorsus consecuti libertatē, coli iam se & adulari uellent, facile traxit, sibiq; conciliauit. Primò iniussu in concionem confluentes, Heraclidem noualib. copijs præfecerunt. Deinde cùm Dio interuenisset, istamq; electionem repræhenderet, qua sibi priùs delatum merum imperium mu
B tilaretur, (non enim omnia se in sua manu habiturum, si alius classi præesset) inuiti quidem rursus Heraclidæ prouinciā abrogārunt. His actis Dio eum domū ad se uocauit: modesteq; culpatum, quod secum cōtrà quàm honestum aut utile esset, contentionem de gloria instituisset eo tempore, quo leui momento pernicies accidere posset, aduocato deinde ad cōcionem populo ipse classi præfecit: iussitq; ei à ciuibus, ut & sibi data erat, custodiam corporis dari. At Heraclides, cùm uerbis & gestu Dionem coleret, eiq; gratias ageret, & humilis sequeretur, imperataque faceret, occultè uulgus hominum & eos qui nouis rebus studebant corrumpebat atq; concitabat, Dionemq; tumultibus uexans in summas conijciebat difficultates. nam siue dimittendum ex arce tyrannum fide data & accepta iubebat Dio, criminabantur eum hosti parcere: siue ne molestus esset, ociose in obsidione perseuerabat, trahere bellum ferebatur, quo diutiùs cum imperio, & terrori ciuibus esset. Erat tum quidam Sosis, homo malicia & temeritate celebris apud Syracusios, qui abundare se libertate ita demū putaret, si ad maliciosam temeritatē licentia esset abusus. Is Dioni insidias struens, primùm in cōcione surgens, multa Syracusanis cōuicia fecit, qui
C non sentirent se stolido & ebrioso liberatos tyranno, uigili & sobrio homini seruire: deniq; ita tum foro abijt, ut se palàm inimicū Dionis ferret. Postridie eius diei nudus per urbem currere uisus est, quasi insequentes quosdam fugiens, caput & faciem sanguine oppletus: eoq; habitu cùm se in forū proripuisset, sibi à militibus Dionis factas insidias dixit, caputq; cruentum ostentauit. Multos nactus est indignantes, & cōtra Dionem coēuntes, iniquè scilicet & tyrannicè libertatem ciuiū cædibus & insidijs opprimentē. Veruntamen Dio, quamuis confusa esset & turbulenta concio, progressus sese purgauit populo, Sosin docens fratrem esse unius Dionysij stipatorum, atque ab eo submissum ut seditionibus urbem conturbaret: quòd tyrannus nullam spem salutis, nisi in ipsorum dissidio inter se ac mutua diffidentia haberet. Simul & medici Sosidis uulnere inspecto, deprǽhenderunt superficiem tantùm capitis leuiter laniatam, nō ictu plagam illatam. quippe gladijs facta uulnera, ob teli pondus ferè in medio sunt profundiora: at Sosidis leue erat prorsus, & multa habebat initia, ut appareret eum, cùm indoluisset, sectionem omisisse, dolore sedato eam repetijsse. Simul & notæ quidam fidei homines in concionem uenerunt, nouaculā apportantes, narrantesq; in itinere sibi Sosin obuiā factum,

Heraclida in Dionem iniuria.

Sosidis in Dionē ma- fidiæ.

factum, ſanguine perfuſum, & dixiſſe, fugere ſe Dionis milites, à quibus A
recens eſſet uulneratus. ipſos ſtatim ueſtigia eius perſecutos, in hominē quidem neminem incidiſſe: ſed quo ex loco ipſum progredi uidiſſent, ibi ſe nouaculam iſtam ſubter cauo lapide repoſitam conſpexiſſe. Labaſcere tum ſtatim Soſidis cauſa cepit: cùm aũt indicia huc acceſsiſſent, ſeruis teſtimoniũ in quæſtione perhibētibus, ſolum eum noctu cum nouacula domo exijſſe, accuſatores Dionis receſſerunt, & populus addicto morti Soſide cum illo in gratiã redijt. Nihilominus tamen ſiniſtrè de mercenarijs militibus ſuſpicabantur, maximè, cùm pleraq; aduerſus tyrãnum pugnæ mari fierent. Etenim Philiſtus ex Iapygia multas triremes Dionyſio attulerat: itaq; Syracuſani iſtos Dionis milites, quippe pedites, nulli uſui porrò eſſe putabãt, ſed ſe re nauali potentiã conſecutos, imperium iam in eos obtinere. Auxit eorum faſtum proſpera naualis pugnæ fortuna, qua Philiſtum ſuperatum crudeliter & barbaricè tractauerunt. Ephorus ſanè refert eum capta naui mortem ſibi ipſi conſciuiſſe. At Timonides, qui iſtis rebus cùm à Dione gererentur ab initio interfuit, ad Speuſippum philoſophum ſcribens, narrat Philiſtum triremi in terram eiecta uiuum in poteſtatem hoſtium perueniſſe: tum Syracuſanos primùm thorace eum ueſtibuſq; ſpoliaſſe, nudumq; hominis iam ſenis corpus contumelioſè uexaſſe: deinde caput ei præcidiſſe, corpus pueris tradidiſſe, mandato ut id Achradinã tractum in Latomias deijcerent. Timæus uerò augendę contumeliæ cauſa addit, pueros ex crure, quod claudum habuerat Philiſtus, cadauer deligatũ per ciuitatem raptaſſe, ſubſannãtibus Syracuſanis, cùm uiderent eum crure trahi, qui dixerat Dionyſio, non eſſe ei celeri equo ex tyrannide aufugiendum, ſed pede inde extrahi ſe ſinere debere. Et quidē Philiſtus non à ſe, uerùm ab alio id ad Dionyſium dictum fuiſſe prodidit. Sed Timęus Philiſti in tyrannos ſtudium atq; finem, occaſionem ſanè reprehendendi non iniuſtam, arripiens, ad ſatietatem uſq; conuicijs hominem proſcindit. Sanè qui tum ab eo uiuēte iniuria affecti fuiſſent, ijs ignoſci poterat, quòd iræ ſuæ etiam in ſenſu iam caſſum indulgerent. Eos autem, qui poſteriores tempore hiſtorias ſcripſerunt, nihil eius factis læſi, oratione autem etiam adiutos, cõmune hominũ iudicium dehortari debuit, ne cõtumelioſè aut ſcurriliter calamitates eis exprobrarēt, qbus quo minus iniuria fortunæ etiã optimus quiſq; uir feriatur, nihil obſtat. Neq; C
uerò ſanus Ephorus: qui Philiſtum prædicans, quamuis fuerit callidiſsimus, malos mores & iniuſta facta honeſtis in ſpeciem præſcriptionib. tegere atq; excuſare, id tamen omni conatu atq; opera crimen diluere non potuit, quin hominem fuiſſe eum tyrannorũ ſtudioſiſsimum, & qui maximè omniũ luxum, potentiã, diuitias, nuptiaſq; tyrannorũ ſuſpiceret atq; admiraretur, crederetur. Tutiſsimum eſt, neq; laudare Philiſti facta, neq; fortunã ei exprobrare. Mortuo Philiſto, Dionyſius miſsis ad Dionem legatis, arcem ſe ei, & arma, & mercenarios, hiſq; in quinq; menſes integrũ ſtipendiũ daturũ promiſit ea cõditione, ut ſibi data fide in Italiã abire atq; ibi degenti fructus Gyatis (quæ eſt agri Syracuſani bona & magna pars, ab ora maritima ad mediterranea pertinens) percipere liceret. Dione nõ accipiente conditionē, ſed ut à populo hæc impetrare conaretur iubēte, Syracuſani uiuo ſe Dionyſio potituros ſperantes, legationem repulerũt. At Dionyſius arce tradita Apollocrati ſeniori ſuorũ filiorũ, nactus uentũ ſecundũ, quod opũ hominumq; habebat chariſsimũ in naues impoſuit, & nõ animaduertente Heraclida rei maritimæ præfecto auectus eſt. Heraclides autem cùm ciuiũ ſermonib. uapularet, & tumultibus uexaretur,

Philiſti interitus.

Timæũ & Ephorum notat.

Dionyſius Syracuſis aufugit.

Hippo-

A Hipponem quendam oratorem submittit, qui ad diuisionẽ agrorũ uocaret, æqualitatem libertatis, egenis autem paupertatẽ seruitutis initiũ esse dicẽs. Huius legem ipse suadens, & Dionẽ repugnantẽ factione premẽs, non modò ut hoc sciseeretur perfecit: sed & militibus peregrinis mercedem detrahendi, Dionisq; morositatem (ut uocabãt) delectis alijs ducib. effugiẽdi autor fuit. Cæterùm Syracusani à tyrãnide ueluti diuturno morbo statim cupiẽtes assurgere, alienoq; tempore libertate populari uti, nõ ipsi modò successus parum prosperos experti sunt, sed Dionẽ odio etiam habuerunt, qui ueluti medicus urbem cõtinere in accurata & sobria cuperet diæta. Comitia eis agitantib. ob deligendos nouos duces, idq; æstate media, tonitrua insolẽtia & ꝓdigia mala per quindecim totos dies crebrò ea soluerũt, populo ob superstitionẽ prohibito à creandis magistratibus. Cùm aũt ij, q populũ orationib. suis trahebãt, cõstanti serenitate obseruata, comitia fecissent, bos quidã plaustrarius, nequaquã turbæ hominũ insuetus, tum fortè ab agasone iritatus iugo excusso in theatrũ accurrit: populoq; ut ꝓmiscuè fugerẽt excitato, saltando atq; tumultuãdo omnes urbis partes, quæ deinde in hostiũ potestatem uenerũt, peruagatus est. Verùm his omnib. spretis Syracusani uigintiqnq; duces creauerũt, atq; inter hos Heraclidã: subornatis etiã clàm certis hominib. stipendiarios milites ut à Dione ad se deficerẽt corrumpere aggressi sunt, ius ciuitatis eis, si parui ssent, ꝓmittẽtes. Sed milites optima fide atq; alacritate Dionẽ, spretis populi pollicitationibus, armati ad se receperũt atq; stipauere, & urbe educere intenderũt, uim nemini interim faciẽtes, ingratitudinem modò & peruersitatẽ obuijs exprobrãtes. At Syracusani ob paucitatẽ eos, & q ita innoxij discedere uoluissent, cõtemnẽtes, lõgè maiore manu collecta opprimere in ipsa urbe, uniuersosq; interficere se posse rati, adoriri eos sunt conati. Hac in necessitate cõstitutus & fortuna Dio, ut aut cum ciuib. cõfligendũ, aut cum suis militib. pereundũ esset, multis uerbis Syracusanos deprecatus est, manus intendens, arcemq; hostiũ plenã, desuper à muris quod agerẽt spectantiũ, demõstrãs. Vt impetũ multitudinis inhiberi à se posse nõ uidit, sed totã urbem turbulentorũ cõsiliariorũ orationib. quasi uento incũbente mare obtineri, ne sic quidẽ irruere suos passus, incursionẽ leuiter simulare eos, & arma cõcutere iussit: quo facto, nemo Syracusanorũ mãsit, sed passim per plateas diffugerũt, insequẽte nemine. nam Dio statim suos reuocauit, & ad Leontinos cõtendit. At Syracusanorũ duces, ridiculi mulierib. facti, abolendæ ignominiæ causa rursum armatis ciuib. Dionẽ insecuti sunt: dephẽsoq; eo in trãsitu amnis, quasi prœliũ cõserturi adequitãrũt: ubi cùm cernerẽt eum nõ, ut antè, placidè animóue paterno iniurias ipsorũ ferre, sed iratũ suos obuertere, aciemq; instruere, paucis amissis, turpiori q̃ priùs fuga in urbẽ se receperũt. Cæterùm Dionẽ Leontini exceptũ amplis honorib. affecerũt, milites eius stipẽdio ac ciuitate donauerunt, legatione ad Syracusanos missa postulauerũt, uti militibus, q̃d iustũ esset, satisfacerẽt. Qui cùm legatos accusatũ Dionẽ misissent, essetq; corã uniuersis cõfœderatis apud Leontinos cõgregatis disceptata res, Syracusani causa ciderũt: sententię tñ iudiciũ nõ steterunt, lasciuientes iam & superbientes eo, q nemini obtemperarent, sed magistratib. populũ timentib. adulantibusq; uterenť. Secundũ hęc triremes cum Nypsio Neapolitano Syracusas appellũt à Dionysio obsessis alimenta & pecuniã portãtes: cõmissaq; naumachia, Syracusani cùm uictoriã obtinuissent, quatuorq; tyrãni naues cepissent, successu luxuriãtes, & (q̃d fit penuria ducum) ob stolidũ & insanum gaudium ad cõuiuia cõuersi, ingenti suæ utilitatis

B

C

Prodigia.

Dio cum suis urbe pulsus.

Syracusæ à Nypsio captæ.

neglige̅tia rem eò deduxeru̅t,ut qui tantum no̅ potiri iam arce uiderent, A urbe̅ quoq; ipsam amitterent. Etenim Nypsius cùm nihil sani in urbe agi, populu̅ inter pocula & tibię ad cantum de die in noctem desidere,duces cùm delectari eo uoluptatu̅ studio, tum ebrijs hominib. necessitatem aliquam imponere no̅ audere intelligeret: occasione præclarè ista utens,murum arci obiectum aggressus est,eoq; perfracto,barbaros in urbem immisit,cum obuijs ciuib. ita ut uellent atq; possent agere iubens. Hoc malum statim quidem Syracusani senserunt: co̅sternatio autem fecit, ut segniter & difficulter ad auxilia co̅currerent. Excidiu̅ em̅ urbis erat,quod agebat: quippe cum uiri obtruncarent,muri deijcerentur,mulieres liberiq; in arcem eiulantes abducerent. Cùm de salute duces desperassent, q; ciuibus, quibus hostes passim erant permixti,uti ad defendenda̅ uim hostilem no̅ possent,iamq; periculo Achradinæ etia̅ immine̅te,nemo sane fuit,qui no̅ intelligeret in Dionem unum reliqua̅ omnem spem ciuitatis recumbere: nemo tamen eum nominare ausus est, pudore ingratitudinis & eoru̅ quę male in eum statuera̅t co̅scientia. Attamen necessitate pudore̅ superàte,à socijs ta̅dem & equitib. uox edita est, uoca̅dum esse Dione̅,& Pelopo̅ne B sios eius milites è Leontinis accersendos. Hæc uox ut primùm audita,inuentiq; sunt qui adstipulari auderent,clamor,gaudiu̅,lacrumæq; Syracusanis obortæ sunt,exoptantib. Dionis aduentum,co̅spectumq; eius desidera̅tibus,eiusq; fortitudinem in periculis pro̅ptitudiemq; animi memoria repetentibus,ut is ante̅ no̅ ipse modò imperterritu̅ se, sed ipsos quoq;

Dio reuocatus. audaces,& ad pugna̅dum in hostem intrepidos præstasset. Illicò igitur ad eum ablegant de socijs Archonida̅ & Telesidem,de equitib. Hellanicum cum quatuor alijs. Hi cùm uiam admissis equis co̅fecissent, in Leontinos sole iam occide̅te peruenerũt. Statimq; ab equis desilie̅tes, primo omniu̅ Dioni lacryma̅tes supplicàrunt,& calamitatem Syracusanoru̅ narrauere. Iam & Leontinoru̅ quida̅,& Pelopo̅nesioru̅ ad Dione̅ multi co̅fluxera̅t, ex tam feria actione & precib. legatoru̅ suspicantes euenisse aliquid noui. Dio suos statim in co̅cione̅ ꝓduxit,co̅ currentib. celeriter reliquis. Ibi Archonides & Hellanicus cum socijs ,egressi in mediu̅,breuiter & magnitudine̅ calamitatis exposuerunt, & milites Dionis ad deponenda̅ acceptarum iniuriarum memoria̅,ferendamq; Syracusanis(qui grauiores pœnas dedissent, quàm sumere ab ipsis in[illegible] uoluissent) opem cohor- C tati sunt. Postq; hi finem dicendi fecerunt, silentiu̅ toto theatro fuit. Dioni autem orare ingresso magna [illegible] lacrymaru̅ oborta uocem inhibuit. Militib. ut bono esset animo hortatibus, unaq; etia̅ dolentibus, cùm se no̅-

» nihil ex animi perturbatione collegisset,hæc locutus est. Viri Peloponne
» sij,atq; commilitones,uos de uobis ip[illegible] consilia ut iniretis,huc conduxi.
» Nam mihi de me aliquid capere co̅silij Syracusis intereuntibus,no̅ couenit: quas si seruare non possum, abeo,ut igni & ruina patriæ sepeliar. Vos
» si etiamnum stultissimis nobis & miserrimis opitulari lubet,agite, uestrũ
» opus Syracusana̅ urbem erigite: sin Syracusanis infesti nos negligitis, at
» Dij tamen uobis digna̅ uirtutis uestræ atq; erga me studij mercedem red
» dant: Dionemq; memoria teneatis neq; uos tum, cùm iniuria uobis infer
» retur,neq; nunc ciues infortunium passos deseruisse. Nondum peroraue

rat, cùm milites magno cum clamore exilientes, uti se quàm celerrimè ad succurrendu̅ urbi Syracusanę duceret,hortati sunt. Tum legati eos amplecti,atq; consalutare,multa Dioni, multa ipsis diuinitus bona precari. Sedato tumultu Dio milites statim discedere,ac se parare, cœnatosq; in eun dem locum reuerti iussit, q; noctu auxilio uenire suis decreuisset. Interim Syracu-

A Syracusis, cùm Dionysij duces quantisper dies duraret maxima urbi damna dedissent, & paucis quibusdam suorum amissis noctu se in arcem recepissent: oratores animo collecto, & hostem existimantes nihil porrò tonaturũ, rursus ciues hortati sunt, ut Dionem missum facerẽt, neq; eum cum Peloponnesijs uenientem in urbem admitterent, illis ue gloriã uirtutis tanquam præstantioribus concederent: sed ipsi suapte opera urbem libertatemq; defenderent. Rursum igitur ad Dionem missi sunt à ducibus urbis, qui eum omittere profectionem, ab equitibus autem & notis ciuibus, qui accelerare eum iuberent: itaq; & Dio lentiùs processit. Augescente nocte, inimici Dionis, ut eum aditu in urbem arcerẽt, portas occupauerunt. At uerò Nypsius rursum ab arce milites suos & animis iam, & numero auctos demisit, qui statim quidquid erat obiectum muri subruto, urbi hostiliter uastandæ se dederunt: neq; uiri iam solùm, sed & mulieres & pueri necabantur: pauca prædæ, interitui pleraq; dabantur. Quippe quòd Dionysius de rebus suis iam desperasset, tãtum in Syracusanos odij cõceperant, ut tyrannidi eius ruenti, urbis exitio parentare intenderent: itaq; ut Dionis auxilio anteuerterent, incendio, quo celerrimè perderent omnia, miscere urbem aggressi, proxima quæq; facibus manu illatis, remotiora igne sagittis iniecto inflãmauerunt. Fugientiũ autem Syracusanorũ alij in uia trucidati sunt, alij in domos fuga elapsi, ui ignis rursum inde eiecti sunt, plerisq; iam ardentibus, & in eos qui discurrebant corruentibus. Ea maximè calamitas urbem Dioni reserauit, omnib. idem sentire coactis ciuib. Etenim Dio remissiùs iam incedebat, q; in arcẽ cõpulsos hostes audiuisset. Die iam adolescente, primùm equites ei occurrerunt, iterum captam urbem annunciantes: deinde & eorũ, qui se ei aduersarios gesserant, nonnulli adfuerunt, ut properaret orãtes: augescente malo, Heraclides fratrẽ suũ emisit ad eum, & auunculũ Theodotem, suppliciter petens ut auxiliũ ferret, nemine iam hostib. resistente, se ipso saucio, urbe tantùm nõ euersa & incendio hausta. Sexaginta adhuc stadijs à mœnib. aberat Dio, cùm hos accepit nuncios. Isq; indicato urbis periculo militib. suis, eosq; dictis cohortatus, nõ ut antè lento gressu, sed citato cursu ad urbẽ duxit, alijs super alios, qui orarent uti festinaret, occurrẽtibus. Vsus aũt admirabili suorum celeritate & alacritate, per portas in regionẽ urbis quæ Hecatõpedum dicitur, perrexit. Inde leuis armaturæ milites statim in hostem misit, ut ijs uisis animus Syracusanis redderẽt: grauem armaturã ipse instruxit, & ciues qui agmine facto ad ipsum conuenissent, manipulis densiorib. quàm in frõte longiorib. institutis, diuisisq; imperijs, ut simul terribilior uarijs ex partibus impetus in hostes fieret. Postq; his ita cõparatis, uotisq; dijs factis cõspectus est per urbem in hostes tendere, uociferatio & gaudiũ, ingensq; conclamatio uotis adhortationibusq; permixta Syracusanorũ extitit, Dionem seruatorẽ & deum, milites fratrum ciuiumq; nomine inuocantiũ: neq; ita tum quisquam suæ uitæ metuens fuit, qui nõ pro Dione magis, quàm reliquis omnib. laborare uideretur, primo eo omniũ per sanguinem, ignem, & cadauerũ aceruos ad pugnã progrediente. Erant quidẽ & hostes ipsi terribiles, efferati iam prorsus, & instructa acie apud muri ruinas, quã difficilis etiã magna ui nitentib. erat accessus, stãtes: ignis tamen periculosiorẽ difficilioremq; progressum Dionis militibus fecit: cùm flammis undiq; cingerentur ædificia depascentibus, per ruinas ardẽtes adhuc, & magna passim decidentia domorum fragmenta nõ sine grauissimo discrimine, multumq; fumũ simul atq; puluerem cogerentur ita incedere, ut ne ordines dissiparent

Alia Syracusanorum clades.

Dio Syracusas recuperat.

suos. Postquam ad hostem peruentum est, paucorum cum paucis conflictus extitit ob angustiā & inæqualitatē locorū: Syracusanis autem clamore & alacritate sua Peloponnesios confirmantibus, Nypsius cum suis pulsus est. Horum plerique in arcem, à qua non procul aberant, fuga euaserunt: qui uerò extra eam relicti palabantur, eos insecuti Dionis milites cōfecerunt. Cæterùm status rerum fruendæ uictoriæ, gaudio, & complexibus, quæ tam præclarum facinus merebatur, tempus nō cōcessit, ad domos suas Syracusanis cōuersis, quarū incendium uix adeò nocte ea est restinctū. Facta luce, reliqui perturbatores populi omnes sua conscientia damnati ex urbe profugerūt: Heraclides autem & Theodotes ipsi ultrò Dioni se dediderunt, falsi iniustè se cum eo egisse, precantesq́ue, ut se ipsis meliorem, quàm expertus erga se eos esset, præberet: dignū autē Dionis incōparabili uirtute esse, ut iræ quoq́ue moderetur rectiùs, quàm ij, à quibus ipsi essent ortæ iniuriæ. qui cum hactenus cum eo de præstantia uirtutis cōtendissent, nunc spōte fateantur uirtute se eo inferiores esse. Hūc in modū Heraclida deprecante, Dionem amici monuerūt, ne malis inuidisq́ue hominibus parceret, sed & Heraclidem militib. dederet, & reipub. popularis istam gratiæ aucupationē eximeret, morbū rabidū, & tyrannide nihilo minorem. Quos ut placaret Dio, Aliorū ducum exercitationē in armis ferè & bello cōsistere dixit. Se diu in Academia meditatum esse, B

Clementia Dionis in inimicos.

» quomodo iræ, inuidiæ, studioq́ue omni cōtentionis moderaretur. eam uirtutem non in eo cōspici, si quis bonis & amicis se æquum præbeat: sed si quis iniuria affectus placabilem se & benignū peccantib. exhibeat. Ostēsurū se, non tam potentia & armis Heraclida se, quàm bonitate & iusticia præstantiorē esse. nam hæc re uera potiora esse: cùm de prospero bellorū successu, & rerum bene gestarū gloria, si nemo hominum, at fortuna certè disceptare posit. Quòd si Heraclides infidelis & improbus ob inuidiā sit: non cōuenire tamen propterea Dioni, ut ob iram ipse officiū prodat. quippe ulcisci se accepta iniuria iustiùs, quàm iniuriam inferre uideri, q́uod ita legibus sit constitutum: cùm, si naturā spectes, ab eadem animi imbecillitate utrunq́ue proficiscatur. Neq́ue uerò cuiusquam hominis maliciam, quantumuis magnā, ita prorsus intractabilē esse & indomitā, non ut mutari crebris beneficijs posit. His ille ductus rationibus, Heraclidæ & socijs iniuriarum gratiā fecit. Ad murum inde arci obiectū cōuersus repa- C
12 randum, singulis Syracusanorū singulos uallos cædere, & ibi deponere iussit: ipse noctu suos milites operi adhibēs dormientib. & imprudentib. rei Syracusanis arcem munitione circumuenit: ita ut orta die cùm ciues, tum hostes celeritatē operis admirati sint. Humatis porrò qui obierant Syracusanis Dio, & redemptis captiuis, qui erāt duobus millib. haud pauciores, populi concionem indixit. In eam progressus Heraclides, censuit omne mari terraq́ue imperiū Dioni plena cum potestate committendum. Quam sententiam cùm optimi ciuiū approbarent, populumq́ue ita iubere cuperent, nautica & mercenaria turba tumultuari cepit, dolens nauali præfectura excidere Heraclidē, qui si nihil aliud cōmodi rebus adferret, at saltem magis quàm Dio popularis, uulgoq́ue hominum deditus esset & obnoxius. Atq́ue hoc quidē Dio eis gratificatus est, reddiditq́ue maritimū imperium Heraclidæ: offendit tamē populi animos, cùm ad diuisionem agrorum & domorū cōuersos inhibuit, legemq́ue ea de re antè latā abrogauit. Itaq́ue Heraclides hoc nouo arrepto exordio insidiarū in Dionem, Messanā nauigauit, ibiq́ue desidens nautas & milites, quos secū duxerat, popularib. sermonib. cōcitauit, & cōtra Dionē quasi is affectaret tyrannidem

Heraclidæ infidelitas.

A nidem, instigauit: & ipse Pharacis Spartani opera occultè cum Dionysio
pactus est. Quæ res cum Syracusanorũ principibus suboluisset, in castris
seditio, atq; propter eam difficultas annonæ in urbe extitit: unde in sum-
mis Dio angustijs cõstitutus malè apud amicos audiuit, q Heraclidẽ ho-
minẽ præ inuidia & improbitate intractabilem cõtra se potẽtia auxisset.
Pharace deinde ad Neapolim in agro Agrigẽtino castrametato exercitũ
Dio eduxit: cumq; alio tẽpore statuisset dimicare, Heraclidæ & nautarũ
insectationib. cõpulsus uociferantiũ eum prœlio decernere nolle, ut du-
rante semper bello imperaret, manũ cum hoste cõseruit, accepta leui ad-
modũ clade magis suorũ tumultu, q̃ hostiũ turbata acie. Inde cum suos
adhortãdo atq; monẽdo rursum ad pugnã se pararet, ineunte iam nocte
annunciatur ei Heraclidẽ cum classe Syracusas contendere, eo cõsilio, ut
urbe occupata ipsum, exercitumq; ea excludat. Proinde assumptis alacer
rimo & ualidissimo quoq; Dio totã noctẽ equitãdo cõsumpsit, tertiaq;
diei hora ad portas urbes peruenit, D C C stadia eo cursu emensus. At He
raclides cùm tardiùs uenisset, quãuis magna usus in nauigãdo festinatio-
B ne, ab urbe euectus, cùm absq; ullo certo rei gerẽdæ ꝓposito uagaretũ, in
Gęsylũ Spartanũ incidit, qui se cò nauigasse dicebat, ut Siculis sese ducẽ
p̄beret, sicut olim Gylippus fecerat. Eum quasi amuletũ aduersus Dio-
nẽ sibi futurũ lætus admodũ Heraclides recepit, socijsq; ostẽdit, missoq;
Syracusas p̄cone ciues hortatus est, ut Spartanũ ducẽ acciperẽt. Respõ-
dit Dio, satis ducum Syracusanis esse: q si omnino res Spartani ducis in-
digere uideatũ, se quoq; ciuẽ Lacedæmoniũ esse factũ. Ita Gæsylus despe-
rato principatu, ad Dionẽ nauigauit, eiq; Heraclidẽ recõciliauit, iuramẽ
to se & maximis obligantẽ ꝓmissis: quæ si uiolasset, ipse Gæsylus ultorẽ
se fore, pœnasq; ab Heraclida sumpturũ iurabat. Secundũ hæc Syracusa-
ni nauales copias dimiserũt, cùm nihil ijs efficeretũ, magnã aũt impensam
requirerẽt, & ducib. dissidiorũ ansas pręberẽt: arcem aũt, munitione ex-
ædificata, oppugnârũt. Nemine obsessis opitulãte, iamq; & alimẽtis defi
cientibus, & militib. malè se gerẽtibus, filius tandẽ Dionysii rebus despe
ratis data acceptaq; fide Dioni arcẽ, arma, reliquumq; apparatũ tradidit,
ipse cum matre & sororib. triremib. quinq; oneratis ad patrẽ abijt, securũ
ei discessum Dione præbẽte. Nemo fuit Syracusis, qui nõ abitũ eius spe- Arcem Dio
C ctaret: imò & absentes inuocabãt tanq; infelices, qui diem istũ, & solẽ Sy recipit &
racusanis liberis orientẽ nõ uiderẽt. Et uerò cùm etiamnũ omniũ fortunę uxorem.
mutatæ exemplorũ amplissimũ sit atq; euidentissimũ Dionysij fuga: q̃d
tandẽ gaudiũ fuisse, quos spiritus illis credendũ est, qui omniũ quæ unq;
fuerũt maximã tyrannidẽ minima usi occasione euertissent? Postq; abijt
cum nauib. Apollocrates, & in arcẽ Dio adscẽdit, mulieres regię nõ cõti
nuerũt se, quin ad portas ei obuiã ꝓcurrerent, Aristomacha Dionis fi-
liũ ducẽs, Arete ponè sequẽs, lacrymãs & solicita quónã modo maritũ sa
lutaret atq; cõpellaret, q̃ ipso uiuẽte cum altero rem habuisset. Ibi Aristo
macha, cùm eam primùm, deinde filiũ salutasset Dio, Aretã Dioni addu-
cens, Miseræ, inquit, te exulante fuimus ô frater, aduentus & uictoria tua
omnẽ nobis ademit mœrorẽ, hac una excepta, (Aretã indicabat) quam
infelix ego uidi cogi ut te uiuo alteri nuberet. At tu fortunæ munere do-
minus nostrûm factus, q̃d tandẽ ea de necessitate fers sententiæ? ut auun
culúmne, an ut maritũ te salutabit. Hæc fata sorore, Dio lacrumis effusis
perhumaniter uxorẽ appræhẽdit, filioq; ei tradito in domũ suã ire iussit,
ubi ipse q̃q;, reddita Syracusanis arce, habitabat. Hoc rerũ successu hunc
sibi primũ suæ felicitatis fructũ percipiendũ Dio ratus ut amicis gratiam

 referret,

referret, socios'q; muneribus, & eos p̄sertim qui Syracusis erāt familiares A
atq; hospites beneficio aliquo aut honore afficeret, liberalitate potentiā
Liberalitas eius. suam superauit, cùm ipse interim frugaliter & sobriè ex ijs quæ obtigerāt
uiueret: admirabanturq; eum homines, q, cùm in oculis nō Siculorū modò & Carthaginensiū, sed & omniū Græcorū ferret, neq; ea ætate quisq; audacia fortunaq; sua maiorē cōsecutus rem uideret, uestitui tamē, familiæ, uictuiq; ita tēperaret suo, tanq; si in Academia cum Platone, nō inter duces militesq; stipēdiarios uiueret, quibus q̄tidiana crapula & oblectationes laborū & periculorū leuamen habent. Scripsit sanè ad eum Plato, in eum unū omnes omniū mortaliū oculos cōuersos esse: at ipsum in unū unius urbis locū Academiā defixisse lumina, solos qui in hac uiuāt eum & spectatores suos, & iudices putare. ut qui neq; facinus ullū, neq; audaciā, neq; uictoriā, sed id unū spectēt ac magni faciāt, si quis fortuna rectè utat, & moderatū se in magnis uersantē rebus p̄beat. Iam de grauitate in congressibus sua, & in populo tractādo rigiditate magnopere cauebat Dio, ne quid remitteret: cùm quidē & res ita postularēt, ut gratiosus esse studeret, & Plato (ut demonstrauimus) eo nomine ipsum increparet, ac B
scriberet, Arrogantiam solitudinis esse sociam. Sed uidet mihi cùm ingenio ad ducēdos homines minimè tēperato fuisse, tum Syracusanos nimis lasciuientes seueritate sua retrahere à uitijs studuisse. Quippe Heraclides rursum adortus Dionē, primò in senatū uocatus, uenire detrectauit, priuatū se esse, & inter reliq̄s ciues in cōcione futurū dicens: deinde uitio ei uertit, q arcē demolitus nō esset, q populū à sepulcro Dionysij aperiēdo & cadauere eijciēdo inhibuisset, q spretis ciuib. Corintho cōsiliarios & collegas euocasset. Et uerò hos Dio acciuerat, q ijs præsentib. faciliùs q̄
13 animo cōceperat reip. formā se instituturū sperabat. Statuerat aūt purā illā merāq; populi dominationem (q̄ nō tam respub. q̄ nundinę rerump. dici Platonis sentētia potest) nequaq; admittere, sed Laconicā quādā & Cretensem formā miscere, ex populo & regno cōflatā, in qua maximarū rerū potestas penes p̄stantissimos esset: & animaduerterat Corinthiorū remp. ferè in paucorum esse manu, neq; multa publica negocia per populū tractari. Qua in re cum summa cōtentione sibi Heraclidē repugnaturū præuideret, hominem planè turbulentū, leuē, & seditiosum, quos iampridem eum necare uolētes, phibuerat, ij: tum ut cæderēt hominē permisit: C
Heraclidis mors. ijq; domi suæ Heraclidē trucidârūt. Mortem eius molestissimè ciues tulerūt: sed cùm Dio splendidè eum sepeliri curasset, & funus ipse cum exercitu deduxisset, orationemq; ad populū habuisset, placati sunt, intelligētes nullū in urbe turbarū finē futurū quandiu Heraclides simul & Dio in repub. uersarent. Erat quidā inter socios Dionis Callippus Atheniēsis, quē Plato ait nō philosophiæ studio, sed ex sacrorū initiationib. & passim uagante sodalitate ista notū familiaremq; Dioni factū. Is cùm se expeditionis in Siciliā sociū p̄buisset, tāto apud Dionē fuit in honore, ut coronatus cum eo primus omniū amicorū Syracusas sit ingressus, inq; certaminib. clarus atq; insignis haberet.
Callippi in Dionē perfidia. Cùm uerò p̄cipuos & optimos Dionis amicos bellū absumsisset, Heraclides etiā perijsset, cernēs & Syracusanā plebē duce carere, & apud Dionis milites sibi nōnihil esse autoritatis, scelerosissimus omniū mortaliū factus, de Dione interficiēdo cōsiliū cepit, p̄miū necati hospitis certū fore Siciliā sperās. quidā ab hostib. Dionis p̄terea talētis uiginti eum cōductū ad facinus perpetrandū asserūt. Cuius gratia cùm milites Dionis corrūpendos sibi uideret, neq̄ssimo & astutissimo usus est exordio semper ad Dionē sermones q̄sdā eorū seu auditos seu cōfictos deferēdo, ob fidē, q̄ ei erat apud Dionē, tantū est cōsecutus

A poteſtatis, ut qbuſcũ militib. uellet, ſecreta cũ ijs colloqa agitare tutò poſſet: quippe ita à Dione iuſſus facere, cupiẽte ſibi cõſtare, quicunq; abalienato eſſent aut infenſo erga ſe animo. Ita fiebat, ut & malos ac tacito Dionis odio laborãtes Callippus facilè cognoſceret, atq; ſibi adiungeret: & ſi quis ſermones eius, quib. fides ſua ſolicitabãt, reſpueret, atq; Dioni renũciaret, Dio nihil ea re, ut qui Callippũ hoc modo explorari animos militũ iuſsiſſet, turbarẽt aut offẽderẽt. Ita cõpoſitis inſidijs, magnũ & horribile uiſum Dioni offert. Cùm enĩ inclinãte iam die ſolus forte in atrio domus ſederet cogitabũdus, ſubito ſtrepitu excitatus in alterã porticus partem reſpexit, magnamq; cõtuitus eſt mulierẽ, q̃ habitu uultuq; nihil à tragica Furia diſtans, domũ ſcopis uerreret. Grauiter eo ſpectro territus atque conſternatus, amicos ad ſe uocauit, ijsq; uiſum expoſuit, & ut ſecum eam noctem agerent orauit, omnino metu quaſi attonitus timens ne ſibi ſoli rurſum id oſtentũ occurreret: id quod tamẽ porrò nõ accidit. Paucis *Oſtentum.*
pòſt dieb. filius eius ephebus iam, dolore leui & ludicra ex cauſa orto cõ 14
citus, de ſuperiore parte ædium ſe in caput deiecit, atq; obijt. Sic afflicto
B Dione Callippus ad facinus animo deſtinatum alacrior factus, rumorem intèr Syracuſanos ſparſit, Dionem liberis orbatum ſtatuiſſe Apollocratẽ Dionyſij filium ſucceſſorẽ ſibi uocare, natum ſorore uxoris ſuæ, eademq; filia ſororis ſuæ. Sanè & Dioni, & mulierib. ſuſpiciones quædã eorũ quæ agebantur inſinuauerant, & indicia paſsim afferebantur. Sed Dio, ut apparet, necẽ Heraclidis adhuc moleſtè ferens, idq; factũ ueluti næuũ quendã uitæ actionumq; ſuarũ exoſus, dicebat, Iam ſæpe ſe paratũ mori, & iugulũ dare uolenti cædere, ſiquidẽ ita ſit uiuendũ, ut non ab hoſtib. modò, ſed etiam ab amicis cauere ſibi cogatur. Mulieres autẽ uidens Callippus accuratè in rem inquirere, metuẽs ſibi ad eas uenit, inficians & lacrumãs, ſeq; fidem ſuam ijs quo uellent pignore obſtricturũ dicẽs. Illæ eũ magnũ iuſiurandũ dare iuſſerunt. Id tale erat, ut qui fidem illo ſuam ſanciret, is in templũ Cereris ac Proſerpinæ deſcenderet, ſacriſq; peractis quibuſdam, purpura deæ ſe indueret, facemq; tenens ardentẽ iuraret. Hoc ſacramẽto dato Callippus adeò riſui Deos habuit, ut die Deabus, per quas fuerat iuratus, feſto, ipſis Proſerpinalib. cædẽ perpetraret. quanquã religionem diei ab eo contemptã mirum non eſt, utiq; Deã offenſuro, etiamſi alio tẽ- *Magnũ iuſiurandum.*
C pore ſacris eius initiatum ipſe initiator necaſſet. Cùm autẽ facinoris eius multi eſſent ſocij, Dione in cubiculo quodã lectulos habẽte cum amicis ſedente, cõiuratorũ quidã foris domũ circũſteterunt, alij ad fores domus & feneſtras adſtiterunt, Zacynthij, qui manus erant illaturi, abſq; gladijs ad Dionem tunicati intrarunt. Simul & qui foris erãt, fores ad ſe attractas conſtrinxere, & Zacynthij in Dionem manibus iniectis, tenere eum, atque opprimere intenderũt: quod ubi non ſucceſsit, gladium popoſcere, nemine quidẽ fores aperire audẽte, quòd multi intus erãt cum Dione. uerùm hi auxilium ei ferre nõ auſi ſunt, quòd unuſquiſq; ita exiſtimaret, ſe ita ſaluti ſuæ cõſulturum, ſi Dionẽ deſtituiſſet. Poſt aliquantã moram, Lyco Syracuſanus cuidã Zacynthio per feneſtram pugionẽ porrigit: eo illi Dionem iamdudũ uictum atq; conſternatũ ueluti uictimam mactarunt. Statim quoq; ſororẽ, & uxorem uterũ ferentem in carcerem coniecerũt: atq; huic uſuuenit ut miſerrimo puerperio in carcere maſculum fœtũ ederet: quem & cuſtodib. delinitis nutrire atq; educare non ſunt ueritæ, iam tum Callippo rerum ſucceſſu non ſatis ſecundo utente. Quippe is initiò Dione interfecto magni erat inter Syracuſanos nominis, urbẽq; in poteſtate ſuã habebat, & ad ciuitatẽ Athenienſẽ (quã unã ſecũdũ deos maximè *Dio necatur.*

debuit revereri, ac metuere, tanti sibi piaculi conscius) literas dabat. Sed A
profectò apparet uerū esse quod fertur, Athenis homines eos nasci, qui si boni sint, uirtute omnibus præstent: sin mali, omniū deterrimi dici mereantur. quomodo & regio ipsorum optimum mel, & præsentissimā necādis hominibus cicutā producit. Neq; uerò Callippus diuturnā de dijs & fortuna, quòd impune paterentur hominem tanto scelere tam magnis partis opibus frui, conquerendi occasionē dedit: sed mox digna sese supplicia persoluit. Etenim ad Catanam occupandam profectus, statim Syracusas perdidit: cùm quidem dixisse fertur, se urbe amissa, tyrocnestim adeptū. Adortus deinde Messanenses, cùm plerosq; militum, interq; eos etiā Dionis percussores, amisisset, neq; ulla Siciliæ urbe reciperetur, omnib. eum abominantib. & respuentibus, Rhegium se contulit. Ibi graui pressus penuria, cùm militib. stipendia ægrè suppeditaret, à Leptine & Polysperchonte interemptus est, idq; (fortuna sic gubernante) eodem, quo se rebatur Dio cæsus, pugione: agnoscebatur enim magnitudine, cùm esset (ut solent Laconici) breuis, & affabre paratus. Has Callippus pœnas dedit. Aristomachā autem Aretamq; carcere emissas Icetes, qui unus de amicis Dionis fuerat, ad se recepit, & fideliter præclareq; aliquandiu tractauit. Postea autem ab inimicis Dionis ei persuasum est, ut parata ijs naui, qua scilicet in Peloponnesum ueherentur, uectorib. eas in nauigatione trucidādas, inq; mare eijciendas mādaret: quidā uiuas unà cum infante in mare demersas scribunt. Sed & hic meritas eius facinoris pœnas luit. Nam & ipse à Timoleonte captus perijt, & Dionē ulciscentes Syracusani duas filias illius ante patris necem interfecerunt: quam historiam singulatim sumus in uita Timoleontis prosecuti. B

Callippi exitus.

PLVTARCHI M. BRVTVS,

Augustano interprete.

Brutus genus suum ab Iunio Bruto deduxit, quem prisci Romani æreum inter reges in Capitolio posuerunt, cum ense stricto: quòd eius maximè uirtute Tarquinij eiecti, libertasq; Romanorum confirmata esset. Verùm is, gladij instar qui candens in frigida aqua extinctus ni- C
1 miam duriciem rigoremq; cōtraxit, præduro ingenio præditus, neq; eo doctrina emollito, ira aduersus tyrannos usq; ad cædem liberorū prouectus est. Hic autē, de quo nobis sermo instituitur, ita indolem suam disciplina, philosophicisq; studijs temperauit, naturaq; suapte ingenium graue & placidū impetibus ad res agēdas accōmodatis excitauit, ut egregiè ad honestatē cōposito animo uideretur. quę causa fuit, ut qui eum ob cædem Cæsaris oderūt, quidquid eo in facinore præclarum infuit, id omne Bruto, atrocissima quæque Cassio imputarent, familiari quidem Bruti, & amico, sed non item sincero ingenio. Mater Bruti Seruilia ad Serui-
2 lium Ahalā genus refert, qui, cùm Sp. Mælius tyrannidē affectaret, populumq; cōcitaret, sub ala gladium ferens in forū processit, Mæliumq; propè assistens tāquā si colloqui uellet, eo ictū interfecit. Et de hac quidē gētilitatis parte nihil est cōtrouersiæ. Paternū genus nōnulli, Bruto ob inceptū Cęsarē haud obscurè infesti, negāt ad eū Brutū pertinere, q reges eiecerit: qppe ei necatis filijs nullā relictā prolē: sed hūc Brutū cuiusdā filiū
3 Bruti dispēsatoris plebeiū nuper adeò ad capessendos magistratus pcessisse. Posidonius autē adultos iā Bruti filios, ita ut narrat, à patre occisos affirmat:

Genus Iunij.

A firmat: relictum autem tertium, adhuc infantem, & ab eo Brutorũ genus
propagatũ: & uerò quosdã qui eo genere orti essent, uiros illustres, suoq́
uixissent tẽpore, similitudinẽ formę in statua prisci Bruti expressam facie
sua retulisse. Seruiliæ, eius quæ Bruti mater fuit, frater fuit Cato philoso-
phus, quem auunculũ Brutus omniũ Romanorũ potissimùm sibi ad imi-
tandũ proposuit: pòst etiam filiam eius duxit. Nullus ferè fuit Græcorum *Bruti stu-*
philosophorũ, quẽ nõ audierit: nulla secta, quã non cognouerit. Maximè *dia.*
tamẽ Platonicã amplectebať: nouãq́ & mediã (ut uocãt) Academiã non
admodũ ꝓbans, antiquã sectabať. Antiochũ Ascalonitã perpetua in ad-
miratione habuit: fratrẽq́ eius Aristonẽ amicũ sibi & cõtubernalẽ adsci-
uit, hominẽ usu doctrinę lõgè reliquis philosophis inferiorẽ, modestia au
tẽ & lenitate nemini primorũ cedentẽ. Empylus uerò, cuius & ipse Bru-
tus in epistolis, & amici crebrò meminerunt, quasi eius qui uitã cũ Bruto
egerit, rhetor fuit: reliquitq́ paruũ quidẽ, sed minimè cõtemnendũ librũ
de cęde Cęsaris, q inscribitur Brutus. Romano quidẽ sermone Brutus ad 4
excursiones & cõtentiones orationũ sufficienter exercitatus fuit. Græcè
B autẽ argutę illi & Laconicę breuiloquẽtiæ se studuisse in epistolis aliquo
tics ostendit. Vt cùm iã ad bellũ aggressus, Pergamenis scriberet: Audio
uos Dolabellæ dedisse pecunias. Si uolẽtes id fecistis, fatcamini me à uo- 5
bis iniuria affectũ: sin inuiti eas dedistis, id mihi libẽter dãdo declarate. I-
tem Samijs: Cõsulitis negligẽter, administratis tardè: quẽ finem horũ fore
cogitatis? Et in alia epistola de Patarensibus. Xanthij meo beneficio spre
to, patriã suæ dementię nacti sunt sepulcrũ: Patarenses, quòd se mihi cre-
didissent, nullã libertatis partẽ desiderãt. uestrum est, aut Patarensium sen
tentiam, aut Xanthiorũ fortunã deligere. Atq́ hoc est genus insignium
Bruti epistolarũ. Adolescentulus etiamnum cum Catone in Cyprum est
ꝓfectus, misso aduersus Ptolemæũ insulæ regẽ. Ibi Cato, cùm se rex ipse
interfecisset, necessaria de causa Rhodi cõmorãs, ꝓmisso in Cyprũ Cani- 6
nio suorũ uno amicorũ ad custodiendã pecuniã regiam, metuens ne is pe
cularetur aliquid, Bruto scripsit ut quàm celerrime ex Pãphylia (ibi enim
se ex quadam imbecillitate colligẽs agebat) in Cyprũ nauigaret. Perinui
tus paruit Brutus, q & Caniniũ reuerebatur, ignominiosè officio à Cato
ne amotũ, & omnino huiusmodi administrationẽ illiberalem, & se (adole
C scens quippe, & ocio erat deditus) nõ dignã putaret. Veruntamen & hac
in re ꝓclarã nauãs operã, à Catone laudatus est, & bonis regijs diuẽditis,
cum maiore parte pecuniæ Romã missus. Cũ iã arma arripientib. Cæsare
& Põpeio ciuile bellũ glisceret, & perturbata esset respub. nemo nõ exi-
stimabat Brutũ Cęsaris partes secuturũ: quippe cuius pater esset iussu Põ 7
peij interfectus. Verùm is priuato publicũ antiquius habẽs, Põpeio, cui *Pompeium*
q̃ Cæsari iustiorẽ belli causam esse sentiret, se adiunxit. Antè ne allocu- *sequutur.*
tus quidẽ fuerat Põpeiũ obuius fortè ei factus, quòd magnũ putaret esse
flagitiũ, cũ patris sui occisore colloqui. Tũc autem se ei ut principi patriæ
submittens, in Siciliã cũ Sestio (cui ea obtigerat sorte prouincia) legatus
abijt. Vbi cùm nullius magnæ rei gerẽdę daretur occasio, iãq́ de summa
rerũ decertaturi Põpeius & Cęsar cõgrederẽtur, ultrò ad cõmune prœlij
discrimẽ in Macedoniã uenit. cùm quidẽ Põpeiũ gaudio & admiratione
aduẽtus eius de sella ei obuiã isse, & tanquã præstantiorẽ amplexũ in con
spectu omnium fuisse perhibẽt. Ea militia interdiu, quidquid à Pompeio
abfuit temporis, studijs librisq́ impendebat, non aliàs modò, sed & im-
minente iam Pharsalica pugna. Quæ eã pręcessit dies, ingenti æstu castra
locis palustrib. adulta tũ maximè æstate metatos affligebat. Brutus autẽ
eo con-

eo cõfectus, cùm q̃ tentoriũ ei ferrent nõ statim aduenissent, uix tãdẽ me A
dia iam circũacta die unctus & modicè prãsus, reliquis aut dormientib.
aut de euẽtu futurę pugnę solicitè cogitantib. ad uesperã usq; scripsit, Po-
lybium in epitomen cõtrahens. Ferunt & Cęsari Bruti salutẽ curæ fuisse,
ideoq; eum in prœlio ducib. iussisse uti parceret ei, neq; cæderent, sed ad
se perducerẽt, si quidẽ uolẽs sequeretur: sin repugnaret, missum facerẽt.
Hoc eum in Seruilię gratiã, matris Bruti, egisse. cum ea enim traditur iuue
nis adhuc tem̃ habuisse, insano ipsius amore correpta: & Brutum, quò ma
ximè tẽpore amor iste flagrauit, editũ quodãmodò sibi persuaserat ex se
natũ. Est & hoc memoriæ mãdatũ, cùm in Senatu grauis de re Catilinaria
(quę parũ absuit quin ciuitatẽ euerteret) incidisset deliberatio, Catonem
& Cęsarẽ eodem in loco stãtes, altercatos esse. interim epistoliũ quoddã
sibi foris allatũ, Cęsarẽ tacitũ legisse. Catonẽ uerò clamasse, Indignũ Cęsa
ris facinus, qui literas ab hostib. recipiat. tũ Cęsarem multis tumultuanti-
bus literas istas, ut erãt, Catoni tradidisse. Eumq; lectas (cõtinebant autẽ
impudica sororis Seruilię ad Cęsarem uerba) rursus Cęsari ꝓiecisse dicen
tem, Accipe ebriose. atq; sic ad priorẽ sermonẽ regressum fecisse. Ita Serui B
lię in Cęsarẽ amor notus fuit. Victo ad Pharsalũ Põpeio, & fuga ad mare
elapso, cùm oppugnarenť castra, Brutus nemine animaduertẽte ad locũ
palustrem, & aqua cannisq; refertũ porta egressus, noctu Larissam euasit.
Inde cùm dedisset literas, Cęsar superstitẽ eũ esse lætatus est, & ad se uoca
tũ nõ culpa modò liberauit, sed & in summo secũ habuit honore. Incertus
deinde quònã Põpeius profugisset, animoq; ęstuãs, cùm solus cũ Bruto
ambularet, sententiã eius explorauit: cumq; eum quibusdã ex colloquijs
optimè omniũ de Põpeij fuga cõiecturã facere sentiret, omnib. reb. omis
sis in Aegyptũ cõtendit. Sed Pompeius iã eò (ut cõiecerat Brutus) perla-
tus perierat. Porrò & Casio Cęsarem Brutus placauit: & cum regi Gala-
8 tię patrocinãs, multitudine criminum ei obiectorũ uincereť, deprecans
pro eo obtinuit, ut magnam ditionis partem non amitteret. Ac fertur Cę
sar, cùm eum ꝑtimùm audiuisset dicentem, ad amicos dixisse: Haud scio
quid hic iuuenis uelit. Sed quidquid uult, ualde uult. Ea animi grauitate
pręditus erat Brutus, ut nõ facilè cuiuis petẽti abs se quippiã gratificareť:
quod uerò agẽdũ sibi rationib. cõsilioq; adductus statuisset, ad id ualido
efficaciq; ferebatur impetu. Neq; adulationib. se ad ꝓbandas iniustas pre C
9 ces adduci patiebatur: & importunitati impudenter petentiũ succũbere,
(id q̃d nõnulli uerecũdia uinci appellãt) turpissimũ magno uiro iudicãs
esse, dicere solebat, Videri sibi malè illos tẽpus suũ collocasse, qui nihil di
dicerint denegare. Aduersus Catonẽ & Scipionẽ in Africã traiecturus Cę
sar, Gallię citeriori Brutũ bona quadam eius prouinciæ fortuna pręfecit.
Cùm enim reliquæ libidine & auaricia eorũ quib. cõmissę erãt tãquã bel-
lo captę diriperẽtur, huic priùs toleratarũ miseriarũ leuamẽ & solatiũ Bru
tus fuit, omniũ suorũ beneficiorũ gratiã ad Cęsarẽ referẽs: itaq; huic in Ita
liã reuerso urbes Bruto creditę iucũdissimo fuerũt spectaculo, augẽte si-
mul gloriã ipsius Bruto, q umà gratiosè circũibat. Multæ sũt in repub. præ
turæ, quarũ ea quæ urbana dicitur, dignitate cęteris omnib. pręstat: uide-
bat autẽ uel Brutus eã cõsecuturus, uel Cassius. Sũt q dicãt hos, cùm iam
antè simultates nescio quã ob rẽ mutuas exercerẽt, grauiùs tũ eius præturæ
causa contendisse: cùm quidem Iuniam Bruti sororem in matrimonio
Cassius haberet. Quidã Cęsarem utriq; occultè suam pollicentẽ operam,
in hoc certamen eos pertraxisse aiunt. Brutus uirtute & gloria aduersus
multa ac pręclara Cassij Parthica facinora contendebat. Cęsar auditis eo-
rum pe-

Cæsar cur Bruto fauerit.

Pretura urbana.

A rum petitionibus, cũ amicis eo de negocio consultãs, Iustiora afferre Cas-
sium, Bruto tamen priores partes dãdas dixit. Ita Cassius alia prætura or-
natus, non tantum gratiæ ob impetratum magistratũ Cæsari habuit, quã-
tum iræ ob alterius repulsam in eum cõcepit. Brutus autem cęteris quoq;
in reb. potentiæ Cęsaris fructus quãtos uellet percepit. Ac licebat ei sanè
primo inter amicos Cęsaris loco esse, plurimũq; posse: modò ita uoluisset.
Sed eũ Cassij societas à Cęsare ad se retrahebat, tametsi nõdum recõcilia
ta cum illo gratia: uerùm amici instabãt, hortãtes ne se ipsum à Cęsare de-
mulcendo emolliri pateretur, sed amicitiã tyrãni & blãdicias fugeret, nõ
honorãdæ uirtutis, sed eneruãdi roboris, subruendiq; animi causa talẽ se
ipsi pbentis. Et quidẽ nõ omni suspicione de Bruto Cęsar uacabat, erãtq;
ad ipsum nõnullæ aduersus eũ delatę calũnię: sed magnitudinẽ animi, di-
gnitatem, amicosq; Bruti metuẽs, morib. tamen hominis fidebat. Ac pri
mùm allato Dolabellã & Antoniũ nouas res moliri, Non sibi pingues &
comatos negocium facessere dixit, sed pallidos & graciles istos: Brutum
indicãs & Cassium. Deinde Brutũ quibusdã traducẽtib. utq; sibi ab eo ca
B ueret monentib. manu corpus suũ tãgens, An uobis, inquit, uidetur Bru-
tus hãc carunculã non expectaturus: significans tantã, quanta præditus
ipse esset, potẽtiam præter se nemini nisi Bruto cõuenire. Et uero uidetur
Brutus princeps haud dubiè ciuitatis futurus fuisse, si aliquãdiu saltẽ prio
res Cæsari, sibi posteriores relinquere sustinuisset, dũ potẽtia illius, & tot
rerũ gestarũ gloria clangueret. Sed Cassius homo iracundus, magisq; pri
uatim Cęsari, quàm publicè tyrãnis infensus, eum inflãmauit, & ad festinã
dum impulit. Ferunt Bruto principatũ, Cassio principem inuisum fuisse:
huncq; cùm alias odij causas habuisse, tum leones, quos ipse ædiliciũ mu-
nus exhibiturus cõparauerat, Cęsar autẽ Megaræ, cùm urbs ea à Caleno
esset capta, depræhensos retinuerat. Magnã leones illi calamitatẽ Mega-
rensib. intulisse perhibentur: cùm enim ciues urbe iã occupata claustra di
ripuissent, & uincula soluissent, ut hosti irruenti leones impedimento es-
sent, ferę in ipsos ciues cõuersæ, inermes passim discurrendo laniarũt, ita
ut ipsis hostib. adspectus is miserandus esset. Cæterùm errãt, qui hanc po
tissimùm causam insidiarũ in Cęsarẽ Cassio fuisse tradunt. Nam iam inde
ab initio odium quoddã uniuersi tyrannorũ generis Cassio natura inge-
C nerauerat: id quod puer adhuc ipse demõstrauit. Cùm enim Faustus Syl-
læ F. qui in eundẽ ludum cõmeabat, inter pueros patris sui dominationẽ
iactantiùs prędicaret, insurgens Cassius pugnos ei incussit. quod cũ tuto
res necessarijq; Fausti ulcisci, & iniuriã iudicio persequi uellent, Põpeius
obstitit, puerisq; ad se uocatis de eo facto quęstionẽ habuit. Ibi ferũt Cas-
sium dixisse: Agedum Fauste, aude corã hoc uiro istam tuam qua irritatus
sui orationẽ referre, ut tibi rursus os ego cõminuam. Talis quidẽ fuit Cas-
sius. Brutũ autem multi familiarium sermones, multi ciuiũ rumores & lite
rę ad facinus excitãrunt. quippe statuę prisci illius qui reges eiecerat Bru
ti subscripserunt, Vtinã nunc esses Brutus: &, Vtinã uiueret Brutus: atq;
ipsius Bruti tribunal, ubi prętor ius dicebat, interdiu repertũ est plenum
huiusmodi literarum, Brute dormis, neq; uerè Brutus es. Horum in Cæsa
rem populi odiorum causas prębuerũt assentatores, qui & alios honores
inuidiæ obnoxios Cæsari habẽdos excogitauerant, & statuis eius noctu
diadema imposuerant, quasi multitudinem illecturi ut pro dictatore re-
gem eum appellarent. sed hoc secùs cecidit, quemadmodum in Cæsaris
uita accuratè scripsimus. Cassio amicorum animos in Cæsarẽ pertentan-
ti, omnes ea conditione assensi sunt, si Brutus ducem se præberet. non e-
nim

Cassij in Cæsarẽ odiũ.

nim manibus,nō audacia hoc facinus indigere,ſed gloria uiri, qualis Bru A
tus ſit,qui autor ſua præſentia confirmet,iure id factū eſſe: alioquin & in
eo perpetrandi facinore ſibi minus animi, & re confecta ſuſpectos fore,
quòd ita ſint homines exiſtimaturi,nūquam Brutū ſocietatē eius facino-
ris,ſi ab honeſta cauſa eſſet profectū,recuſaturū fuiſſe. Hæc ſecum expen-
dens Caſsius,prior Brutū poſt illam cōtentionē acceſsit: cumq́ reditum
in gratiā, & renouata amicicia eſſet,interrogauit, eſſet'ne Kalēdis Martij
in ſenatū uenturus:audiuiſſe enim ſe,ea die de regno Cæſari deferēdo a-
micos eius relaturos. Bruto ſe uenturū negante, Quid ergo, inquit,ſi nos
,, uocent? Tum Brutus, Meum iam erit non ſilere,uerùm libertatē tueri, ac
,, pro ea uitam profundere. His excitatus Caſsius, Quis uerò,ait, Brute Ro
,, manorū te pro libertate mori ſuſtinebit? An teipſum ignoras? an à texto-
,, ribus & cauponib. non à primis & potētiſsimis ciuibus inſcribi tribunal
,, tuū credis? ab alijs pretorib. largitiones,ſpectacula & gladiatores illi, à te
,, ueluti paternū debitū exigūt tyrānidis euerſionē,parati quiduis pro te ſu
,, bire,ſi te eis,qualē poſtulant & optāt,præbueris. Hęc fatus, Brutū ample
,, xus eſt,& ſalutauit:poſt eū digreſſum ſe ad amicos cōuerterunt. Erat qui- B
,, dā C. Ligarius,unus ex amicis Pōpeianis, quem & eo nomine accuſatum
Cęſar abſoluerat. Is nō gratus ob eam ueniam,ſed dominationi ob quam
in diſcrimē uenerat,infenſus, Cæſariq́ erat,ſummus Bruti familiaris. Ad
hūc tum ęgrotantē Brutus ingreſſus, Ò Ligari,inquit,quàm alieno tēpo-
pore ęgrotas. tū is in cubitū ſe cōtinuò eleuās,dextra eius appręhenſa, E-
go uerò Brute,ait,ſi quid te dignū animo concipis, ualeo. Inde animis no
torū hominū,quibus fidebant, exploratis, rem cum ijs cōmunicant: ad-
ſciſcuntq́ ſibi nō modò de familiarib. delectos, ſed & ſi quos alios animo
intrepido,mortisq́ contēptores ſciebāt eſſe. Quę cauſa fuit,ut Ciceronē,
Socij conſpirationis. qui fidei beneuolētiæq́ cauſa primas apud eos tenebat,inſtitutū ſuum ce
larent: ne is, qui timiditati ſibi innatæ per ętatē iam ſenilē etiā in cauēdo
accurationē adiunxerat,ſingulorū rationes ut q̄ tutiſsima eſſent ſubdu-
cendo uigorē ipſorū conatus, celeritatē deſiderātis, debilitaret. Sic de a-
micis ſuis Brutus Statiliū quoq́ Epicureum, & Fauoniū Catonis ſectato
rem præterijt: quod cùm per ambages inter cōmentandum de rebus phi
loſophicis de ea re animos eorū tentaſſet, Fauonius iniuſto unius princi-
patu bellū inteſtinum peius eſſe, Statilius ſapientis nō eſſe propter malos C
& ſtultos in periculū ſe & turbas dare reſpōderat. Labeo tū interſuerat,et
cōtra utrūq́ dixerat: huic poſtea,cùm ſe quæſtionē pro difficili & perple
xa habere ſimulās tunc obticuiſſet, cōſilium ſuum Brutus detexit,prom-
ptumq́ in coeunda facinoris ſocietate eum habuit. Viſum deinde Brutū
etiā Albinū adiungere,uirum neq́ ſtrenuum ſanè neq́ audacē,ſed gladia
torum manu,quos ad exhibendos Romanis ludos alebat munitū, & cui
fidem Cæſar haberet. Is Caſsio ac Labeoni rem aperientib. cùm nihil re-
ſpōdiſſet,cum Bruto ſeorſim collocutus, ut hunc ducē facinoris fore au-
diuit, promptā ſuam operam detulit. Reliquorū etiam plurimos & præ-
ſtantiſsimos Bruti autoritas ad eam conſpirationē illexit. Tanta autē fide
& taciturnitate rem penes ſe illi omnes cōtinuerunt atq́ occultarūt,quā-
quā neq́ iuramento ſe mutuò,neq́ data acceptaq́ cum ſacrorū obteſta-
tione fide obſtrinxiſſent: ut quanquā augurijs,oſtentis,hoſtiarumq́ pro-
digijs diuinitus eorū inſtitutū indicaretur,fidem tamē nemo habuerit. E-
nimuerò Brutus,ut qui ciuium magnitudine animi,nobilitate,ac uirtute
primis ducem ſe & autorem facinoris præbuiſſet, periculūq́ animo totū
cerneret, foris conatus animi ſui curas diſsimulare,atque pacata & tran-
quilla

A quilla omnia præ se ferre, domi & noctu alius erat: cùm modò inuito somnum sollicitudinib. excutiẽtibus, modò altioribus defixo eo cogitationibus, diutiusq; immorante uxorem unà cubantem non falleret plenum eum insolitæ perturbationis esse, & uoluere secum graue aliquod perplexumq; consilium. Erat ea Porcia, filia (ut diximus) Catonis, qui Bruti fuit auunculus: quam ille non uirginẽ duxerat, sed uiduam ætate integra, quæ ex priore marito filiolum habebat Bibulum nomine, cuius extat de dictis & factis Bruti exiguus libellus. Hæc, ut erat sapiẽtiæ iuxtà atq; uiri studiosa, magnoq; & prudenti animo prædita, non aggressa priùs arcanum mariti expiscari, quàm seipsam explorasset, scalpello, quo ungues solet præcidere tonsor, arrepto, omnibus pedisequis cubili eiectis, uulnus femori profundum inflixit, ita ut sanguinis multum profluxerit, ipsamq; paulò pòst acres dolores, horroresq; febriles corriperẽt. Bruto anxio, & ægrè casum istum ferẽte, ita eum cùm maximè uigeret dolor allocuta est: Ego Brute Catonis filia tibi nuptum tradita sum, nõ ut pellicis in morem lecti tantùm & mensæ, sed cùm bonorum, tum aduersorum omnium te-

B cum essem particeps. Quod ad te attinet, planè reprẽhendi in hoc nostro coniugio nihil potest. Ego autem qua re meum tibi animum demonstrabo, quámue referam gratiam, si non in occulta perturbatione, & solicitudine fidelitatem requirente perferenda sociam me tibi addidero? Non sum nescia muliebrem naturam pro imbecilla haberi, & quæ arcano reticendo non sit. Sed profectò Brute facit aliquid ad mores honesta educatio, & bonorum cõsuetudo. Mihi hoc accessit, quòd & Catonis sum filia, & uxor Bruti: quibus cùm anteà minus fiderem, nunc insuperabilem me etiam à dolore esse cognoui. Hæc locuta, uulnus ultro ostendit, & factum uirtutis periculum narrat. At Brutus attonitus, manus intendens Deos comprecatus est, darent sibi, ut re præclarè gesta dignus esse Porcia uir demonstraretur: tum mulierem refecit. Indicto Senatu, cum certò existimaretur ei Cæsar interfuturus, statuerunt rem aggredi: quippe & se tunc nemine quicq; suspicante frequentes ibi futuros, & habituros in promptu primos optimosq; uiros, qui tanta re confecta statim libertatis defensionem essent suscepturi. Locus quoq; omen ipsis prosperum uidebatur habere. Erat enim Senatus indictus ad Idus Martij in porticum unam ea-

C rum, quæ theatrum ambiunt, exedram habens, & in ea imaginem Pompeij à populo positam, cùm is porticibus & theatro locum istum exornasset: ita ut numen quoddã Cęsarem uideatur ad dandas Pompeio pœnas adduxisse. Ea dies cùm appetijsset, Brutus pugionem succinctus, sola uxore rei conscia, progressus est: cæteri ad Cassium congregati, filiũ eius, qui uirilem tunc sumebat togam, in forum deduxerunt. Inde omnes in porticum Pompeij se conferentes, ibi Cæsarem iamiam, ut putabatur, in Senatum uenturum expectabant. Hic maximè uirorum istorum uacuitatem perturbationum, animiq; in periculo tanto tranquillitatem admirari potuisset, cui de ipsorum instituto cõstitisset. Quippe multi ipsorum propter magistratus quos gerebant coacti ius dicere, non modò ociosorum instar placidè compellantes & disceptantes audiuerunt, sed & accuratè prudenterq; sententias tulerunt, ac responderunt quærentibus. Et cùm quidam iudicio parẽre detrectãs ad Cæsarem prouocaret, multusq; esset in clamando & obtestando, intuens in adstantes Brutus, Me quidẽ, inquit, Cęsar secundum leges agere neq; uetat, neq; uetabit. Et uerò multa tunc ad perturbandos eos fortuitò acciderunt: quorum id primũ fuit atq; præcipuũ, quòd Cæsar die iam prouecta morabatur, quem ob sacra

Porciæ fortitudo.

Locus & tẽpus insidiarum.

Constantia conspiratorum.

aduerſa & mulier domi detinebat, & prodire aruſpices prohibebant. A
Deinde ad Caſcam, unum ex his qui conſpirauerant, accedens quidam,
manu appræhẽſa, Tu quidem, inquit, ô Caſca arcanum tuum nos celaſti,
ſed Brutus id omne mihi detexit. cõſternato ad hæc Caſca ridens pergit:
Vnde enim ita repentè ditatus es, ut ædilitatẽ petere intendas? tantillum
abfuit, ne Caſca ambiguitate lapſus, arcanum efferret. Ipſos Brutum &
Caſſium Popilius Lænâs, uir ſenatorij ordinis, cùm ſolito ſtudioſiùs ſalu-
taſſet, ſubmiſſa uoce, Precor, inquit, uos feliciter quod ſtatuiſtis perfice-
re, hortorq́; ne cunctemini: neq; enim tacita res eſt. Ita locutus præterijt,
cùm quidem magnam iniecisset ſuſpicionem, euulgatum eſſe conſilium.
Interim domo quidam ad Brutum accurrit, mori uxorem eius nuncians.
Porcia enim de euentu grauiter anxia, magnitudinemq́; ſolicitudinis nõ
ſufferens, ęgrè ſe domi continebat, & ad omnem ſtrepitum, clamoremq́;,
earũ inſtar quę Bacchi agitãtur furore exiliens, ex uno quolibet à foro do
mũ uenientẽ quid ageret Brutus ſciſcitabat̃, aliosq́; ſubinde ſpeculatũ mit
tebat. Tandem cùm tempus traheretur, uires corporis non ſuffecere, ſed
animo ob anxietatem æſtuãte collapſæ ſunt. ita quidem, ut in cubiculum B
ire non occupauerit, ſed ut conſederat in medio, ſtupor eã ingens & exa
nimatio corripuerit, unde & color mutatus eſt, & uox penitus intercluſa.
eo uiſo eiulationẽ ſuſtulerunt ancillæ, concurrentibusq́; ad fores uicinis,
ſtatim rumor diſſipatus eſt, eã obijſſe. uerùm eã, cùm mox ad ſe redijſſet,
ancillæ refocillauerunt. Brutus autem, quanq̃ erat (ut par eſt) eo nuncio
perturbatus, non deſeruit tamen publicum negocium, neq; affectus eum
ad curam ſuorum auertit. Iam & Cæſar lectica aduenire nunciabatur, qui
ob ſacrificia parum læta animo æger, ſtatuerat nihil de reb. magnis decer
nere, ſed ualetudinis excuſatione uti, & in aliud ea tẽpus differre. Egreſſo
lecticam Popilius Lænâs (quem paulo antè demonſtrauimus Bruto &
Caſſio proſperum ſucceſſum eius quod intenderent precatum fuiſſe) ſe
adiungit, & aliquandiu uerba ad eum facit, ſtantem ac diligẽter animum
intendentem. Ergo cõiurati (ſic enim appellentur ſanè) uocem eius non
percipientes, ſuſpicantes autem eum indicium inſidiarũ deferre, contur-
batis rationib. mutuò ſe intueri, uultuq́; ſe inuicem docere, non eſſe expe
ctandum donec caperentur, ſed ſtatim ſuis ipſorum manib. oppetẽdum:
iamq́; & Caſſius, & quidam alij capulos ſub ueſtib. arripuerant, & ſtringe C
bant pugiones, cùm Brutus Lænatem ex uultu & geſtu non accuſare, ſed
efflagitare aliquid colligens, hilari uultu (nam q̃ permixti ipſis etiã alieni
ab hac conſpiratione multi erant, uerbis uti non licebat) Caſſium confir-
mauit. ac paulo pòſt Lænâs dextram Cæſaris oſculatus diſceſsit, ſatisq́;
apparuit, ſui eum & ſuorum neceſſariorũ alicuius cauſa cum Cæſare col-
locutum. Poſtq̃ in exedram peruenit Senatus, reliqui ſellam Cæſaris cir-
cumſteterunt, tanq̃ eum aliqua de re compellaturi: & Caſſius fertur ad
Pompeij ſtatuam conuerſa facie, hunc quaſi ſentientem ad auxilium uo-
caſſe. Trebonius Antonium ante fores colloquio ſuo detinuit. Cæſari in-
gredienti Senatus aſſurrexit, utq́; primùm aſſedit, coniurati ſe ei circum-
fuderunt, Tullio Cimbro ſubornato, qui pro fratre ſuo exule deprecare-
tur: uniuerſiq́; pro eo intercedentes, manus Cæſaris tangebant, pectusq́;
& caput deoſculabantur. Cùm initiò preces aſpernaretur, deinde ut non
remittebant, ui aſſurgeret, Tullius utraq; manu ueſtem ab humeris deri-
puit, & primus Caſca, (ſtabat enim à tergo) ſtricto gladio humerum Cæ-
ſaris leuiter uulnerat: Cæſare capulũ eius arripiente, & Latinè exclaman-
te, Scelerate Caſca quid facis? Gręco ſermone fratris auxilium implorat.

Cæſar in ſenatu cæditur.

Multus

A Multis iam ferientibus Cęsar, cùm in orbem uultum circumferret, & manus corũ exire cuperet, Brutũ ubi uidit gladiũ aduersus se stringere, manum Cascæ, quam tenuerat, dimittit, caputq́ ueste inuoluens, ictibus se præbet. At illi confertim irruentes multis gladijs, seipsos quoq; mutuò sauciarunt: ut & Brutus uulnus in manum acceperit, & sanguine omnes sint oppleti. Cæsare ad hunc modum interfecto, Brutus in medium progressus uerba facere intendit, senatumq́ detinere, & dictis confirmare. Verùm senatores metu acti nullo ordine profugiebãt, & apud fores mutuò se trudebãt, tumultuabãturq́, nemine insequente aut urgente. Nam id firmißimè erat ab ipsis decretum, neminem quenq; præter Cæsarẽ necare, sed omnes ad libertatem uocare. Et reliquis sanè omnib. uidebatur cùm consiliũ totius rei caperent neci Cęsaris Antonius addendus, homo tyrannidis studiosus, & libidinosus, ac qui consuetudine militũ diuturna uires sibi parasset, præcipuè autem eam ob rem, quòd natura elatus magnarumq́ rerum appetens, insuper & consularem tunc dignitatem collega Cæsaris acceperat. Solus Brutus ei consilio obstitit, cùm iustitiæ innixus, tum spem faciens mutationis: nõ enim desperabat Antonium, bono hominem ingenio & laudis cupido, Cæsare sublato æmulatione cæterorum ad honestatis curã, libertatisq́ defensionẽ traductum iri. Ita à Bruto seruatus Antonius, ista in trepidatione plebeio amictu tectus fugit. Brutus autem & socij ad Capitolium ibant, cruentis manib. strictos gladios ostentantes, ad libertatemq́ ciues uocabant. Cõclamatum initiò paßim est, discursumq́ uariè, eaq́ fortuita trepidatio tumultum auxit: ut uerò neq; cædes alia, neq; direptio uel minima subsecuta est, animo recepto & senatores & de plebe multi ad eos in arcem ascenderũt. Multitudine congregata Brutus quæ ad conciliandos populi animos faceret orationem, reiq; gestæ cõuenientem habuit. inde collaudati, & descendere in urbem iußi populi acclamatione, confirmato animo in forum degreßi sunt, reliqui mutuò se comitantes. Brutum autem agmen illustrium uirorum cinctum ab arce in forum deduxit, inq; rostris cõstituit. Ad conspectũ eius multitudo, quanq; promiscua & ad tumultuandũ parata, territa est, euentumq́ tacita & composita expectauit: cumq; ad uerba faciẽda prodiret, tranquillè omnes audiuerunt. Non fuisse tamen omnibus gratam Cæsaris necem, ostendit multitudo, quæ Cinnam dicere & accusare Cæsarem orsum in iram prolapsa apertã, maledictis incessere cœpit. Itaq; percussores Cæsaris rursus in arcem se cõtulerunt. Ibi Brutus obsidionẽ metuens, præstantißimos eorũ qui unà arcem cõscenderant à se dimisit, indignum existimans eos, qui facinoris participes non fuissent, idem subire periculum. Verùm postridie senatu in æde Telluris habito, cùm Antonius, Plancus, & Cicero de obruendis obliuione iniurijs & concordia redintegranda sententias tulissent, decretum est, non modò impunitatem conspiratorib. istis dandam, sed & consules de honorib. eis habendis debere referre. atq; hoc facto S.C. discessum est. Antonius filium suũ obsidis loco in Capitolium misit: itaq; Brutus cum socijs descenderunt, omnibusq; inter se permixtis consalutationes benignæ factæ: Casiũ Antonius, Brutum Lepidus, reliquos alij, ut quisq; familiaritate erat aut amicicia alteri iunctus, conuiuio exceperunt. Postridie prima luce in senatum cõuentum est: ibi Antonio primo omnium honores decreti, qui initia belli ciuilis sustulisset: laudatus deinde Brutus & socij, ijsq; assignatæ prouinciæ, Bruto Creta, Cassio Africa, Trebonio Asia, Cimbro Bithynia, D. Bruto Albino Gallia quæ est ad Padum. Secundum hæc de testamento & sepultura Cæsaris

Tumultus post necem Cæsaris.

B

C

Bruto & sociis prouinciæ decretæ.

PP 2

Cæſaris propoſita quæſtione, cùm Antonius recitari teſtamentum, & fu- A
nus eius neq; obſcurum, neq; ſine ornamentis fieri uellet, ne ſcilicet po-
pulus irritaretur: Caſsius magnoperè contrà contendit. Brutus autē con-
ceſsit, idq; ſecundum eius peccatum eſſe uidetur. quippe Antonio par-
cens, culpatus eſt quòd aduerſus ſuam conſpirationē grauem expugna-
tuq; difficilem hoſtem conſtituiſſet: & paſſus quo modo uolebat Anto-
nius Cæſarem ſepeliri, totam ſuam cauſam perdidit. Primò enim, cùm te-
ſtamento uiritim Romanis treceni ſeſtertij, populoq; horti trans Tibe-
rim (quo loco nunc eſt Fortunæ fanum) legarentur, mirum Cæſaris deſi-
derium, amorq; populum inceſsit. Deinde cadauere in forum allato, An
tonius orationem pro more in laudes defuncti recitās, cùm uideret mul-
titudinis animos ea motos, ad miſericordiam excitandam ſe conuertit,
Cæſarisq; cruentatam ueſtem arripiens explicuit, uulnera ictuumq; mul
Antonius populū concitat. titudinem oſtendēs. Nihil exinde ordine aut modeſtè agi uidiſſes. Hīc cò
pars clamare, necandos eſſe paricidas, pars ex tabernis (quod antè in fu-
nere Clodij trib. pl. factum fuerat) ſubſellia ac menſas auulſas compor-
tare, & ingentem rogum extruere, & cadauer imponere, in medio mul- B
torum ſacrorum, inuiolatorum ac minimè profanorum locorum, dein-
de rogum incendere. Poſtq; ignis effulſit, alius aliunde accurrere, torrem
ſemiuſtum arripere, ita ad ędes percuſſorum diſcurrere, & incendium eis
intentare. Sed hi maturè ſe præmunierant, & periculū propulſabant. Cæ-
12 terùm quidam Cinna uir non poſtremæ in ciuitate dignitatis, minimè fa-
cinoris iſtius particeps, & qui amiciciam Cæſaris coluerat, in ſomnis ui-
ſus ſibi erat à Cæſare ad cœnam uocari, cumq; detrectaret, eum inſtiuiſſe
orando, uimq; etiam tentaſſe, ac tādem manu arreptum ſe ab eo, & in ua-
ſtum atq; tenebroſum locum abductum: eademq; nocte in ſebriculā in-
cidit. Tamen manè cùm duceretur funus, pudori ſibi ducens abſentiam,
ad populum iam exaſperatum prodijt, utq; primùm conſpectus eſt, cùm
putaretur non is qui erat Cinna, ſed alter ille Cinna qui nuper admodum
in concione Cæſarem contumelioſis dictis erat inſectatus, à multitudine
diſcerptus eſt. Hoc poſt Antonij mutationē facto prę ſertim timor Bruto
Brutus Roma excedit. iniectus eſt. Itaq; urbe egreſſus, Antij primùm commoratus eſt, rediturus
in urbem, ubi populi ira deſerbuiſſet: id quòd facilè futurum exiſtimabat
multitudine celeri & inconſtanti impetu lata, cùm & ſenatum ipſe bene- C
uolum haberet, qui ualere iuſſis Cinnæ interfectoribus, eos qui ad coniu
ratorum domos uim inferendi cauſa concurrerant, indagabat atq; com-
prehendebat. Iam & populus Antoniū prope regnum inſtituentem mo
leſtè ferēs, Brutum deſiderabat: uidebaturq; ipſe præſens ludos, quos ob
præturam debebat, editurus. Sed cùm ſentiret multos eorum qui ſub
Cæſare ſtipendia fecerant, ab eoq; erant agris & urbibus donati, inſidias
ſibi ſtruere & ſenſim Romam intrare: uenire eò non eſt auſus. Spectauit
autē populus eos ludos, magnificentiſsimè abſente ipſo apparatos. nam
& beſtias cum coëmiſſet plurimas, nullam earum relinqui aut uendi, ſed
abuti omnib. ad ſpectacula iuſsit: & ipſe Neapolim profectus, cū pleriſq;
13 hiſtrionibus locutus eſt: & de Canutio quodam, qui theatrali arte nobilis
erat, ad amicos ſcripſit, ut perſuaderent ipſi, ut operā ſuam ludis ſuis na-
uaret. non enim conueniebat quenq; Gręcum cogi. Ciceronē quoq; per
literas orauit, ut omnino ſpectaculis iſtis intereſſet. Hoc rerum ſtatu alia
mutatio aduentu iunioris Cæſaris extitit. Is natus erat filia ſororis C. Iulij
Cæſar Octauianus. Cæſaris, & ab hoc teſtamento filius hæresq; inſtitutus, quo tēpore is oc-
ciſus eſt, Apolloniæ literis operam dabat, illum, qui mox in Parthos expe
ditionem

A ditionem facere decreuerat, ibi operiens: audita patris nece, statim Romam se contulit, Cæsarisq; nomine principio studia populi sibi conciliandi usus, & pecuniam ab eo legatam ciuibus largitus, factione sua Antonium superauit, ac pecuniæ diuisione multos eorum qui sub Cæsare militauerant contraxit, sibiq; adiunxit. Cùm autem Cicero ob odium in Antonium, partes Cæsaris foueret, acriter eum Brutus per epistolam obiurgat. Non tibi, inquit, dominum ferre molestum est, sed dominum tibi infestum metuis, tuaq; eò spectant consilia, ut lenem ac clementem seruitutem feras: huc enim facit, quòd scribis & dicis Cæsarem esse bonum. At uerò maiores nostri ne mites quidem dominos sustinuerunt. Mihi in præsentia neq; bellum gerere constitutum est certò, neq; quiescere: id unum firmiter decreui, non seruire. Te autem miror, qui cùm bellum ciuile & periculosum metuas, turpem & ignominiosam pacem non times: & pro exturbato tyrannide Antonio id mercedis postulas, ut Cæsar tyrannus constituatur. Huiusmodi in primis suis epistolis fuit Brutus. Iam uerò alijs ad Cæsarem, alijs ad Antonium discedentibus, & exercitibus ueluti 14

B sub præcone prostantibus, atq; ei qui plus dedissent se adiungentibus, desperatis planè rebus Italia excedere statuit, pedestriq; itinere per Lucaniam ad mare Eleam uenit. Inde Romam Porcia reuersura cùm conaretur occultare dolorem, quem animo ob digressum mariti summum capiebat, uicta est contẽplatione picturæ cuiusdam, generosa aliàs fortisq; mulier. Erat autem picturæ Græcum argumentum, Andromacha Hectorem comitans, puerum ab eo redditum accipiens, inq; maritum respiciens. Hanc picturam intuenti Porciæ affectuum suorum obiecta effigies lacrymas excussit, interdiuq; sæpe eò accedens plorauit. Acilio autem qui unus de amicis Bruti erat, Andromachæ ad Hectorem uerba recitanti, 15

Tu mihi nunc pater es, mihi mater amabilis Hector:
Tu pro fratre mihi es, dulcisq; marite maritus.

subridens Brutus: At mihi, inquit, non subit Hectoris uerbis Porciæ respondere,

Tu telam cape cum fusis, famulisq; iubeto:

corporis enim natura in culpa est, cur non æqualia nostris facinora edat, animo pro patria non minorem nobis laudem meretur. Hæc Porciæ filius Bibulus scripsit. Inde Brutus Athenas nauigauit, receptusq; à populo benignè, & honorib. decretis laudibusq; ornatus, apud hospitẽ quendam degẽs, Theomnestum Academicum, & Cratippum Peripateticum audiuit, cumq; ijs de philosophia disputãs, uidebat omnino reb. omissis ocio deditus. Interim uerò nemine suspicãte bellum parabat, misso in Macedoniam Herostrato, eius opera animos eorum qui copijs ibi præerant sibi cõcilians: iuuenes quoq; Athenas Roma studiorum causa profectos sibi coniunxit. inter hos etiam Ciceronis erat filius, quem maximis tollit laudibus, & ait se eum siue uigilaret, siue dormiret, mirari ita generosum & tyrannis infensum. Cùm iam apertè rem aggrederetur Brutus, audito naues Romanas pecunia onustas ex Asia aduentare, prĕesseq; eis Romanum sibi notum atque egregium hominem, apud Carystum ei occurrit, collocutusq; ei persuasit, ut sibi eas naues traderet. Ibi cùm instituisset splendidius solito conuiuium, quòd natalem tum suum celebraret, reliquis inter pocula iam libantibus, & uictoriam Bruto, Romanis libertatem uouentibus: ut animos eorum confirmatiores redderet, maius po-

Bruti in Græcia res gestæ.

C

culum poposcit, eoque accepto, temerè, neque ulla ductus occasione uer- A
sum hunc alta uoce retulit, *Sed me Latoides, fatumq; immite peremit.*
16 Quin & hoc addunt narrationi, postremo ad Philippos prœlio Brutum
militibus pro tessera Apollinem dedisse, indeque colligunt eam uocem
futuræ cladis omen fuisse. Porrò autem Antistius uicies sestertiûm ei
17 dedit de ea pecunia, quam ipse in Italiam uehebat. Quæ in Thessa-
lia reliquię Pompeianarum copiarum uagabantur, cupidè ad Brutum
Bruti bellicus apparatus. confluxerunt. Cinnæ etiam equites quingentos, quos in Asiam Dola-
bellæ adducebat, abstulit. Mari Demetriadem aduectus, magna armo-
rum copia, quæ prioris Cæsaris iussu ad Parthicum erant parata bellum,
& tunc ad Antonium uehebantur, potitus est. Cùm ab Hortensio Mace-
doniam accepisset, seque ipsi uicini circùm reges coniungerent, annuncia-
tur C. Antonium, Marci fratrem, ex Italia traiecisse, & rectà ire ad copias,
quas Dyrrhachij & Apolloniæ Gabinius continebat. Itaque ut huic ante-
uerteret, & copias occuparet ipse, subitò cum suis eò contendit, itinere
difficili, niualique tempestate: & cum longè præuenisset eos qui ipsi pran-
dium portabant, prope Dyrrhachium ob defatigationem & frigus in bu B
limiam incidit. Id malum accidere tam hominibus quàm iumentis solet
Bulimia. potissimùm cùm ningit: siue quòd ob circumstans frigus & obthuratio-
nem cutis calor intrò omnis conclusus confertim alimentum omne con-
sumit; siue quòd acris & tenuis niuis dissolutæ halitus corpus penetrat,
calorémque foràs dissipatum perdit. nam & sudor comes eius mali inde
uidetur nasci, quòd calor in superficie ab occurrente frigore extinguitur.
18 qua de re alio loco disputatum est latiùs. Cùm animus Brutum defice-
ret, neque esset quicquam edulij in castris, coacti sunt milites ipsius ad
hostes confugere, & ad portas aggressi, custodes panem poposcerunt.
Hi casu Bruti audito ipsi ad eum accurrerunt, cibum potumque adferen-
tes. Pro quo officio Brutus urbe recepta non ipsis modò, sed & reli-
quis omnibus clementem se præbuit. C. autem Antonius Apolloniam
cùm applicuisset, uicinos milites ad se conuocauit: quos ut ad Brutum
se conferre, & Apolloniatas etiam partes huius præferre sensit, relicta
Apollonia Buthrotum proficisci instituit. Primum in eo itinere tres
cohortes amisit à Bruto concisas. Deinde loca circa Bullidem ab hosti-
bus occupata ui obtinere conatus, commisso cum Cicerone (eo enim C
legato utebatur Brutus, ac plurima eius opera cōfecit) prœlio uictus est.
Tandem Brutus eum palustribus in locis dissipato agmine hærentē de-
præhendit: neque passus est suos impetum facere, sed obequitans parcere
iussit hominibus paulò pòst suis futuris. neque id eum fefellit: nam & se &
ducem illi Bruto dediderunt. Magnas iam Brutus habebat copias. C.
autem Antonium diu secum honorificè habuit, ita ut magistratus etiam
insignia ei non adimeret: quanquam, ut aiunt, cùm alij multi, tum Cicero
scribens Roma ad necandum hortarentur: incipientem uerò occulta
cum ducibus colloquia agitare, & nouas res moliri, naui impositum in
custodia habuit. Cùm ab eo corrupti milites Apolloniam secessissent,
eoque ipsum uocarent, Non hoc moris esse Romani respondit: ipsos ad
ducem uenire, iramque ob delictum conceptam debere deprecari. ue-
nientibus & ueniam petentibus ignouit. Iam in Asiam transituro nun-
cius de mutatione rerum Romæ facta allatus est. Nam Cæsar Octauia-
nus à Senatu aduersus Antonium armatus, eo Italia eiecto terrori ciui-
bus erat, consulatum contra leges postulans, magnosque exercitus nulla
publica

A publica exigente necessitate alens. quæ cùm uideret senatui molesta, eumq; ad Brutum respicere, prouinciasq; huic decernere decretasq; confirmare: metuens sibi ad Antonium misit, eumq; ad iungendam amicitiam inuitauit: & ipse exercitus urbi circumdans, consulatum iniit, non planè adolescens, sed uigesimum agens annum, ut ipse in commentarijs scribit. Statim autem iudicium de cæde aduersus Brutum & socios constituit, quòd ij principem uirum, & summos gerentem magistratus, indicta causa necassent. accusator Bruti L. Cornificius, Cassij M. Agrippa delectus, damnatiq; sunt absentes, coactis ferre sententias iudicibus. Sanè ferunt præcone, ut in more positum fuit, de tribunali Brutum ad dicendam causam uocante, palàm ingemuisse populum, optimos quosque tacitos oculos in terram deiecisse, & P. Silicium lacrymantem conspectum, eámque ob causam paulo pòst inter proscriptos nomen eius fuisse. Nam statim hi tres, Cæsar, Antonius, & Lepidus, composita societate prouincias inter se distribuerunt, ducentosq; uiros proscripserunt trucidandos: inter quos & Cicero fuit. His in Macedoniam allatis nuncijs impulsus Brutus, Hortensio C. Antonij necandi negocium missa epistola iniungit, D. Brutum & Ciceronem ulciscens, cognatum alterum, alterum amicum. Propter hoc posteà Antonius Hortensium apud Philippos captum ad tumulum fratris sui iugulauit. Brutus magis sibi causam mortis Ciceronis pudorem, quàm mortem dolorem attulisse ait: culpatq; amicos suos Romæ agentes, quòd eorum causa magis quàm tyrannorum respub. seruiat, qui præsentes ea uidere sustineant, quæ ne audire quidem deberent. Traiectis in Asiam copijs iam satis amplis, classem in Bithynia & apud Cyzicum parans, ipse terrestri itinere circum urbes profectus, eas constituit, & cum principibus regulisq; colloquitur. tum ad Cassium in Syriam scribit, Debere eum ab Aegypto abstinere, ac ad se uenire: non enim debere ipsos principatus obtinendi causa uagari, sed copias in unum conducere ad liberandam tyrannide patriam, eiusq; memores & tenaces propositi haud procul ab Italia abesse, sed eò ad ferendam ciuibus opem contendere. Obtemperauit Cassius, & apud Smyrnam Bruto occurrit: isq; primus fuit eorum congressus, ex quo in Piræeo digressi alter Syriam, alter Macedoniam petijt. Magnam autem utriq; alterius copiæ uoluptatem attulerunt, atque fiduciā. Quippe ex Italia ita profecti, ut nihil eorum conditio quam abiectissimi cuiusq; exulis esset præstantior, pecunia & armis destituti, & ne uniremem quidem nauim habentes ullam, neq; militem, neque urbem, non longo exacto tempore conuenerunt nauibus, peditatu, equitibus, & pecunia ita instructi, ut satis uirium ad decertandum pro Romano imperio haberent. Statuerat quidem Cassius potestatē & honorē cum Bruto ęquali ratione cōmunicare: sed pręuenit eum Brutus, crebrò ad ipsum commeans, ut ętate priorem, & corpore iam minùs ad labores ferendos apto. Ea autem hominū de Cassio erat opinio, uirū esse bello egregium, cæterùm iracundum, & qui metu magis q̄ amore sui subditos regeret, apud familiares suauior aliquantum & iocosior. Brutū autē ob uirtutem à multitudine dilectū, ab amicis amatū, ab optimis in admiratione habitū & ne hostib. quidē inuisum fuisse perhibēt: q; in eo insignis mansuetudo, animi magnitudo, & ab ira, uoluptatibus, cupiditatibusq; esset uacuitas, inq; recta & immobili de honesto & iustitia persisteret sententia. Maximam autem beneuolentiā & gloriā parauit uoluntatis propositiq; fides.

Octauiani consulatus. *19* *Triumuiratus.* *Res Bruto in Asia gestæ.* *Cassius se ei iungit.* *Bruti institutum & Cassij.*

Non enim ſpes fuerat Magnum illum Pompeium, ſi Cæſarem deuiciſſet, A legibus potentiam ſuam certò ſubmiſſurum fuiſſe, ſed ſemper res in ſua manu retenturum, nomine conſulatus aut dictaturæ aut alterius tolerabilioris magiſtratus populum demulcentem. Caſſium quoq; uehementis hominem & iracundi ingenij, & qui ſæpe ob lucrum à iuſticia exorbitaret, omnino exiſtimabant uagari ac belligerare non ut ciuibus libertatem, ſed ut ſibi potentiam pararet. Nam qui his antiquiores ſunt Cinnæ, Marij, & Carbones, ij quaſi præmium & prædam patriam ſibi propoſitam habuerunt, neq; planè de tyrannide pugnarunt. De Bruto ne hoſtes quidem ferunt tale quicquam ſenſiſſe: multosq; audiuiſſe ex Antonio, Exiſtimare ſe ſolum Brutum ſplendore facinoris & honeſtatis opinione adductum ad inſidias Cæſari faciendas, reliquos odio & inuidia impulſos conſpiraſſe. Et apparet Brutum non tam uiribus ſuis quàm uirtute fretum fuiſſe, ex his quæ ipſe ſcripſit. Attico enim ſcribens, cùm iam periculo appropinquaret, optimo loco res ſuas eſſe ait. aut enim ſe uictoria ſua rempublicam liberaturum, aut morte ſeruitutem euitaturum: reliquisq; omnibus in tuto & certo collocatis, unum id non conſtare, uicturine ſint B liberi, an morituri. M. etiam Antonium ait dignas uæcordiæ pœnas dare, qui cum poſſet inter Brutos, Caſſios, & Catones numerari, Octauio ſe adiunxerit, cum quo ſi in præſentia non uincatur, paulo pòſt ſit pugnaturus aduerſus eum. Atque hic præclarè de futuro diuinaſſe Brutus uidetur. Smyrnæ tum poſtulauit à Caſſio, ut is ſecum pecunias, quas multas collegerat, communicaret: ſuas enim ſe conſumpſiſſe fabricanda ea claſſe, qua obtinere totum mediterraneum mare poſſent. Caſſium autem nolebant amici dare, iniuſtum dicentes, quæ non ſine inuidia corraſiſſet, & parcè conſeruaret, ea Brutum accipere, militumq; gratiam ijs diuidendis conſectari. trientem tamen Caſſius uniuerſæ pecuniæ Bruto dedit. Rurſum inde digreſſi ad negocia certa exequenda, Caſſius Rhodum cepit, inhumaniterq; & iniquè ſe geſsit, quanquam primo ſuo ingreſſu ijs à quibus rex & dominus ſalutabatur dixiſſet, Neque regem ſe neque dominum, ſed regis dominiq; occiſorem & perſecutorem eſſe.

Lycij ſubacti. Brutus à Lycijs pecuniam & milites popoſcit. Sed cum Naucrates orator urbes ad defectionem traxiſſet, Lycijq; tumulos quoſdam ad prohibendum tranſitu Brutum occupaſſent: primùm equites prandentibus C immiſit, à quibus ſexcenti interfecti ſunt. Deinde oppida & pagos recipiens, ſine mercede redemptionis omnes dimiſit, ſperans ſe benignitate populum ſibi deuincturum. Sed ij erant pertinaces, & acceptorum damnorum cauſa iraſcebantur, humanitatem uerò eius contemnebant. Tandem pugnaciſſimos eorum in urbem Xanthum compulit Brutus, & in obſidione habuit. Hi cùm amnem, qui mœnia alluit, ſub aqua tranantes effugere tentarent, capiebantur proditi tintinnabulis, quæ retibus appenſa in profundum aluei demiſſis erant, retibusq; implicitum ſono ſtatim indicabant. Nocte quadam Xanthij eruptione facta, machinis Romanorum ignem iniecerunt: neque fefellerunt Romanos, ſed ab ijs intra muros repulſi ſunt. Hîc cum uehemens uentus flammam

Xanthiorū exitum. ad propugnacula propelleret, eoq; uicinas iam ædes apprehenderet, urbi ab incendio metuens Brutus, ſubuenire ſuos & reſtinguere iuſſit. At Lycios dirus quidam ad perniciem impetus, inſaniaq; ineffabilis ſubitò egit: quam amori potiſsimùm mortis comparauerimus. Vniuerſi enim omnis conditionis, ſexus, ætatisq; homines Romanos incen-

A incendio opitulātes de muro telis impetētes, ipsi calamos, ligna, & omne fomitis genus aggesserunt, ignem eo in urbem adducentes, materiam ei affatim porrigendo, omniq; modo & opera excitando atque alendo. Vt flamma passim dissipata urbem undiq; cinxit, & copiosissima effulsit, grauissimo ictus dolore Brutus circum mœnia obequitauit, auxilium ubi ferre cupiens, manibusq; ad Xanthios intentis precans ut patriæ parcerent, eamq; saluam esse paterentur. Neq; ei quisq; animum aduertebat, sed quocunq; modo uniuersi necem sibi cōsciscebant: non uiri modò & mulieres, sed etiam parui pueri cum clamore & fremitu uel in ignem sese cōijciebant, uel de muris præcipitabant, uel nuda iugula parentū gladijs subijciebant, & ad cædendū hortabantur. Vrbe conflagrata mulier conspecta est collo suspensa, ceruice tenens mortuum puerulum, & ardentē face ignem domui inferens. quod spectaculum uisum est sanè tragicum, neq; sustinuit intueri Brutus, sed ad nuncium eius fleuit, præmiumq; militibus edixit, quicunq; Lycium aliquem seruassent. Ferunt CL modò inuentos, qui se saluti non eripuerint. Ita Xanthij longo temporis circuitu
B ueluti fatalem exitij orbem uoluentes, temeritate sua maiorum suorum fortunam renouārunt: qui & ipsi bello Medico urbe incensa necem sibi adsciuerant. Porrò Brutus Patara uidens pertinaciter sibi resistere, oppugnare tamen non audebat, anxiusq; animi erat, metuens ne ad eandem incolæ rabiem conuerterentur: mulieres eorum cùm cepisset, nullo accepto precio dimisit, atq; hæ maritis & parētibus suis, uiris primarijs, Bruti insignem iusticiam temperantiamq; laudantes, persuaserunt uti deditionem facerent. Id eorum factum cæteræ etiam Lyciorum urbes imitatæ, fidei Bruti se crediderunt. Ita autem præter spem ipsorum æquum humanumq; se eis prębuit, ut cùm Cassius eodem tempore coëgisset Rhodios priuatim omne aurum & argentum sibi tradere, unde ad octo millia talentorum confectum est, publicè autem ciuitatem quingentis talentis mulctasset: ipse exactis à Lycijs centū & quinquaginta talentis, neq; ullo prætereà damno dato, ex Ionia recesserit. Idem meritos uel pœna uel honore afficiendo multa memoratu digna facinora edidit: de quibus id referam, quo & ipse maximè delectatus est, & Romanorum præstātissimi. Cum Pompeius Magnus Cæsarem fractis rebus fugiens ad Pelusiū Ae-
C gypti uenisset, regis pueri etiamnum tutores de eo cum amicis consultantes, uariabant sententijs, quòd nonnulli recipiendum, nonnulli repellendum censerent. Ibi Theodotus quidam Chius, qui mercede conductus regem rhetoricā docebat, tum uerò penuria meliorum in consiliū adscitus erat, utranq; sententiam uitiosam esse pronunciauit, idq; in præsentia esse consultissimum, ut receptus necaretur: addiditq; in fine suæ orationis, Mortuum nō mordere. quam sententiā cùm probasset senatus, exemplum rerum incredibilium inopinatarumq; iacuit Pompeius Magnus, rhetorica & facundia Theodoti confectus, sicut ipse rhetor sese iactans dicebat. Paulo pòst superuenit Cæsar, fontesq; necis Pompeianæ, ita ut digni erant, exitio pœnas dare coēgit: Theodotus à fortuna usuram temporis mutuatus, quo abiectam miseramq; degens uitam uagaretur, Brutum tunc Asiam peragrantem nō fefellit, sed ad eum adductus & supplicio affectus, mortem est uita sua nobiliorem adeptus. Cassium Brutus ad se Sardes acciuit, uenientiq; est cum amicis obuiam profectus: & ambo sunt ab uniuerso exercitu armato imperatores salutati. Quod autem usuuenire in tantis rebus, tantaq; amicorum & legatorum uarietate solet, offensæ inter ipsos, & mutua crimina extiterant. Itaque priusquam aliud

Theodoti Chij supplicium.

Bruti cum Cassio in gratiam reditus.

aliud quicquam agerent, soli ipsi in conclaue statim ex itinere conuenerunt, A
remotisque arbitris & forib. occlusis primum reprehendere, deinde arguere & accusare mutuo ceperunt, post ad lacrymas etiam & liberos sermones magnis animi motib. prouecti sunt, ita ut amici asperitatem iræ & contentionem mirati uererentur, ne quid incõmodi inde nasceretur, adire tamen, quod interdictum erat, non auderent. Cæterum M. Fauonius, imitator Catonis, & non ratione magis, quàm impetu quodam & furore philosophans, intrò ad eos irrupit, frustra prohibentib. famulis. difficile enim erat Fauonium, quòcunque se concitasset, inhibere, hominem uehementem semper, & præcipitem, qui pro nihilo putabat se Romanum esse senatorem, sed Cynica licentia sæpenumerò molestiam, quam sua importunitate exhiberet, adimebat, ioco exceptus. Is igitur tum ui per adstantes ad ostium se cùm proripuisset, intrauit, composita ad id uoce uersus recitans, quibus Nestorem usum Homerus finxit: de quibus hic est,

Vos mihi nunc ambo natu parete minores.

Risum hoc Cassio mouit: Brutus autem Fauonium cubiculo expulit, uerum canem, falsumque cynicum nominans. Discordiarum tamen finis tunc B
factus, reditumque à Bruto & Cassio statim in gratiam. Tum Cassio cœnam præbente inuitauit ad conuiuium amicos Brutus. Cùm iam accubuissent, uenit & Fauonius lotus, Brutoque eum non uocatum adesse testante, & ad summum lectum abire iubente, ui se in medium cõtulit: estque id conuiuium festiuitate non ineleganti, neque philosophiæ experte exactum. Postridie Brutus L. Pellam pretorium uirum, & cui ipse multum tribuerat, Sardensibus accusantib. repetundarum publicè cõdemnauit, ignominiaque notauit. Quę res Cassio nõ leuem attulit molestiam, qui duos amicos paucis antè dieb. eiusdem criminis reos uerbis priuatim castigatos dimiserat apertè, utebaturque in posterum. Itaque Brutum incusabat, quòd eo tempore, quod ciuilitatem quandam & humanitatem requireret, nimis iustus, legumque obseruãs esset. Contrà Brutus recordari eum Martias Idus iubebat, quo die Cæsarem necassent, non ipsum bona omnia diripientem, sed uires & licentiam uexandorum hominum alijs suppeditãtem. etenim (aiebat) si quis esset honestus prætextus negligendę iustitiæ, rectiùs fuisset pati Cæsaris amicos quàm nostros iniuriam hominib. inferre: illis enim abiecti animi infamia fuisset extitura, nobis inter pericula & labores iniustitiæ crimen impingeret. Hoc erat propositum, hæc uoluntas & consilia Bruti. Ex Asia C
autem in Europam transituro, ostentum graue oblatum fertur. Fuit Brutus natura uigilans, somnumque exercitatione & tẽperantia intra breue temporis spacium cõstrinxerat, ita ut interdiu nunquam dormiret, noctu tantum id temporis, quo reliquis omnibus dormientib. nihil uel agere uel cum alio colloqui posset. ac tum bello cõmisso præ manib. habens uniuersę rei administrationem, cogitationib. in euentum intentis, ubi primùm post cœnam aliquantulum dormisset, reliqua noctis parte ad negocia incumbentia expediẽda utebatur: quod si ea citiùs cõfecisset, librum aliquem legebat ad tertiam usque uigiliam, qua ad eum cõmeare tribuni militum & centuriones solebant. Cùm ergo esset in Europam transportaturus copias, cõcubia iam nocte, cùm in tentorio eius lumen esset haud sanè clarum, & totis castris quies silentiumque esset, animo secum quippiam deliberãs atque reputans, uisus est sibi quendam audire ad se intrantem, respiciensque ad ostium, terribilem conspexit & monstrosam inusitatæ staturæ corporis atque metuendę imaginem, tacitè sibi adstantis: ausus tamen percontari, Quisnam, ait, hominum deorùmue, aut cuius rei causa ad nos uenis? respondit ei imago, Tuus sum ô Brute

Ostentum Bruto factum

A Brute malus genius, apud Philippos me uidebis. tum ille nihil territus,
Videbo, inquit. Cùm id spectrum euanuisset, famulos uocauit, qui neq;
uidisse quicquam se, neq; ullam uocem audijsse responderunt. Noctem
eam insomnē Brutus exegit, summo manè ad Cassium se contulit, eiq;
uisum illud suum exposuit. Tum Cassius, ut qui ab Epicuri esset secta,
& de huiusmodi rebus consueuisset aduersus Brutum disputare, Nos, 21
inquit, ita existimamus Brute, non affici nos reuera semper ijs, aut ui-
dere ea, quibus affici nos, aut quæ cernere nobis uidemur. Nam & sen-
sus mobiles sunt, ac facile decipiuntur: & mens multo celeriùs ipsa sei-
psam nulla impellente causa incitat, & quasuis species concipit. quippe
hæc imaginum informatio ceræ quandam habet similitudinem, & ani-
mo hominis, in quo & effingendi, & effigies recipiendi inest uis, id quo-
que suapte natura adest, ut quàm facilime uariet idem atq; formet. De-
monstrant hoc insomniorum tam uariæ uices, quibus uis imaginandi
ex leui initio ita cōuertitur, ut omnis generis uisa & affectiones existant.
Etenim animi natura ea est, semper ut moueatur: motio autem illa, ima-
B go aliqua aut intellectio est. Porrò tibi corpus natura afflictum mentem
exagitat, atq; minus sui compotem reddit. Neq; uerò probabile est ge-
nios uel esse, uel hominum formam habere, uocemue aut uim quandam
ad nos pertinentem. Omnino autem uelim nos, non armorum modò, e-
quorum, nauiumq; tantis copijs, sed & Deorū ductu fretos esse atq; con
fidere, qui sanctissimi atq; pulcerrimi facinoris autores ducesq; sumus.
Hoc sermone Cassius Brutum demulsit. Cùm in terram ex nauibus egre
deretur exercitus, in duo quæ prima omnium ferebantur signa duæ de-
uolauerunt aquilæ, & ad Philippos usq; à militib. portatæ unà atq; alitæ
sunt: inde ea die quæ prœlium anteiuit auolarunt. Cæterùm plerosq; po-
pulos, qui circum ea loca habitant, Brutus iam antè subegerat: si qua ta-
men ciuitas, si quis regulus ab eo fuerat præteritus, tunc omnes in ditio-
nem Cassij & Bruti peruenerunt, usq; ad mare quod Thasum insulā con-
tinet. Ibi Norbanum faucibus, quas in angustijs (quæ Stena dicuntur)
apud Symbolum castris occupauerat, usi circuitione eiecerunt: ac nisi 22
Antonius mirabili usus, ipsiq; Bruto incredibili celeritate subuenisset,
copias quoq; Norbani suam in potestatem redegissent, relictas à Cæsare
C inualetudine detento. Decem pòst diebus Cæsar uenit, castraq; opposita
sunt inuicem, ita ut Brutus contra Cæsarem, Cassius contra Antonium 23
collocaretur. castra hostium in medio siti Philippici campi dirimebant.
Maximi eo tempore Romani exercitus collati sunt: & quanq; haud pau-
lo minores Bruti essent q̃ Cæsaris copię, ornamētis tamen armorum mi-
rum in modum erant splendidæ, quæ pleraq; aurea, aut argento abundè
impenso constabant. Et uerò Brutus duces alioquin ad moderatam fru-
galemq; adsuefecerat uitæ rationem: sed diuitias in corporis & armorum
ornamentum collatas existimabat laudis cupidis nonnihil addere ani-
morum, & auaris quoq; fortitudinem augere, qui arma ueluti opes suas
tenerent. Cæsar & Antonius lustrato in castris exercitu, paululum fru-
menti & quinq; denarios uiritim ad sacrificium peragendum diuiserunt.
Brutus autem & Cassius eorum uel egestatem uel illiberalitatem da-
mnantes, primùm sub dio, ut moris est, exercitum lustrauerunt: deinde
centuriatim certo hostiarum numero, & uiritim quinquagenis denarijs
distributis, maiorem militum fauorem alacritatemq; parauerunt. Osten- Ostenta.
tum tamen Cassio in lustratione infaustū perhibent factū: nimirum ei co-
ronam inuersam à lictore porrectā. Priùs quoq; in quodā spectaculo &
pompa

pompa ferunt eum qui Caſsij aureũ trophæum ferret, corruiſſe. Porrò & A
aues multæ carniuorę interdiu ſuper caſtra conſpectæ, & examina apum
ad locum quendam intra caſtra conuenerunt: eum locum aruſpices ex-
terminauerunt, ſuſpicionem amolientes, quæ militum animos planè oc-
cupauerat, & ipſum iam Caſſium ab Epicuri decretis ad ſe paulatim ſub-
ducebat. Itaꝙ ergo in præſentia prœlio decernere non admodum cogi-
tabat, trahendumꝙ bellum ſuadebat, quòd pecunia ſatis inſtructi, armo
rum & militum numero hoſtibus non eſſent pares. At Brutus, qui iam
antè ſtatuerat quàm celerrimè pugna decertare, & uel patriæ libertatem
recuperare, uel homines qui ſumptibus, militia, laboribusꝙ uexarentur
continentibus, malorum iſtorum ſemel mole exonerare: tunc eo elatiori
erat animo, quòd equites ſui in leuibus prœlijs & pugnæ præluſionibus
proſperè rem gererent, uictoresꝙ diſcederent. Iam & tranſitiones non-
nullorum ad hoſtes, & calumniæ ſuſpicionesꝙ de alijs efficiebant ut in
conſilio multi amicorum ad Brutum inclinarent. Vnus de Bruti amicis
Atellius refragabatur, hyemem expectandam dicens: Brutoꝙ interro-
gāti, cur melius poſt annum rem geſtum iri putaret, Si nihil, aiebat, aliud B
» eſt commodi, utique id tempus tamen diutius uixero. Hoc & Caſſius in-
dignè tulit, & non mediocriter cæteri offenſi ſunt. Decretum eſt ut po-
ſtridie pugnaretur. Et Brutus quidem bona ſpe cogitationibusꝙ philo-
ſophicis cœnam exigens, inde quieti ſe dedit. Caſſium uerò Meſſala ait
ſeorſim cœnaſſe, uocatis ad ſe paucis familiarium, conſpectumꝙ cogita-
bundum ac tacitum, cùm quidem non ita natura eius ferret: peracta cœ-
na, manum ſuam ualidè compræhendiſſe, & ad ſe Græco ſermone, uti a-
» micè colloquens ſolebat, in hæc uerba locutum: Te Meſſala teſtor, me,
» itidem ut Pompeio Magno accidit, inuitum coactumꝙ res patriæ in u-
» nius pugnæ diſcrimen adducere. bono tamen animo ſum ad fortunam
» reſpiciens, cui, etiam ſi mala conſilia ſequamur, diffidere non eſt iu-
ſtum. Hæc cum ultimò ſecum locutum Meſſala ait, indeꝙ ſalutaſſe: fuiſſe
24 etiam Caſſium à ſe in craſtinum uocatum ad cœnam, quę dies ſibi natalis
eſſet. Prima luce in Bruti & Caſsij caſtris punicea toga, ſignum pugnæ,
Caßij & Bruti colloquium. propoſita eſt. ipſi in medium caſtrorum cõuenerunt. Ibi Caſſius: Vtinam
uerò Brute uincamus, ſemperꝙ re præclarè geſta unà ſimus. Sed quo-
niam maximæ res hominum incertiſsimæ ſunt, & pugna ſecùs quàm uel C
» lemus ſuccedente haud facilè iterum nos inter nos uiſuri ſumus, quid tibi
» de fuga & morte eſt ſententiæ? Reſpondit Brutus: Iuuenis ego Caſſi eti-
» amnum, rerumꝙ imperitus, neſcio qua ductus philoſophica ratione ma-
» gnoperè damnaui Catonem, quòd is ſibi necem conſciuiſſet: ratus eum
» & nefarium, neꝙ uirile perpetraſſe facinus, quòd ſuccubuiſſet fortunæ,
» neque id quod acciderat conſtanter tuliſſet, ſed ſtationem deſeruiſſet.
» Nunc fortuna ſententiam meam ut mutarem effecit: & ſi inſtitutum no-
» ſtrum Deus non ſecundet, non exiſtimo nouas mihi ſpes experiendas,
» bellumúe reparandum, ſed moriar fortuna collaudata propter Idus Mar-
25 tias, quibus patriæ uitam meam impendi, * ſed quam propter eum uixi li
beram glorioſamꝙ. Ad hæc ſubridens Caſſius, Brutum amplexus eſt, &
Hoc, inquit, animo in hoſtē eamus: aut enim uincemus, aut à uictore no-
Pugna apud Philippos. bis non metuemus. Inde de inſtruenda acie præſentibus amicis collocuti
ſunt: & Brutus à Caſſio petijt ut dextrũ cornu ſibi ducere liceret, cui pro-
pter ætatem & peritiam Caſſius potiùs pręeſſe debere uidebatur. tamen
& hoc Caſſius conceſſit, & Meſſalam qui exercitus pugnaciſſimã partem
ducebat, eodem collocauit. Brutus ſtatim equitatum eduxit ſplendidè
ornatum

A ornatum: neq; segniùs pedites subsecuti sunt. Forte tum Antonius à paludibus, ad quas castra habebat, fossas in campum ducebat, Cassiumq; itineribus ad mare intercludebat: Cæsaris copiæ (ipse enim propter inualetudinem aberat) præsidij loco stationes agebant, non admodum pugnam ab hoste expectantes, sed excursiones tantùm facturum eum, iaculisq; eminus leuib. & tumultibus fossores interturbaturũ putantes. Interim tabellas Bruto ducib. dimittente, in quib. scripta erat tessera, ipsoq; aciem equo circumuehente, & milites dictis confirmante, pauci tantisper se continuerunt, dum tesseram ipsis tradi audirent: pleriq; uno impetu & magna cum conclamatione in hostem irruerunt. Hic incursus cùm nullo fieret ordine, secuta est confusio, diuulsioq; ordinũ: & Messalæ primùm legio, tum proximæ ijs præterito Cæsaris læuo cornu, cùm leuiter extremas partes attigissent, paucosq; deiecissent, circumducto suo cornu castra Cæsaris adorti sunt. Et ipse quidem Cæsar (ut in eius commentarijs scriptum est) monitus amici cuiusdã sui M. Artorij insomnio, quòd eum castris excedere iubebat, paulo antè inde euectus erat: uidebaturq; *Cæsar insomnio seruatus.*

B perijsse, eo quòd hostes lecticam eius uacuam pilis iaculisq; confoderãt. Qui autem in castris capti sunt, trucidabantur: inter quos duo Lacedæmoniorũ millia, quæ nuper auxilio u...erant, concisa sunt. Sed qui exercitum Cæsaris non circumuenerant, sed in eum impressionem fecerant, ij facilè perturbatos fuderunt, tribusq; legionibus interfectis cum fugientibus eodem impetu uictoriæ in castra irruerunt, atq; inter hos erat Brutus. Quod autem non animaduerterant uictores, id uictis ostendit occasio. Quã enim abruptum erat dextrum aciei latus, & ad insequendũ 26
uictos se dederat, eà in nudos hostes dato impetu cùm mediam aciẽ non pellerent, sed acri certamine detinerentur, læuum tamen confusione & eorum quæ acta erant ignoratione laborans repulerunt, fugientesq; usque ad Cassij castra persecuti, ipsa etiam castra ceperunt atq; diripuerũt, neutro imperatorum præsente. nam & Antonius fertur primo congressu se subtraxisse, & ad paludes recessisse: & Cæsar castris elapsus nusquã apparebat. & quidam Bruto cruentatos gladios ostendebant, interfectum eum ab ipsis iactantes, formamq; eius & staturam indicantes. Iam & media Bruti acies magna cæde aduersarios fuderat, uidebaturq; om-

C nino Brutus uicisse, ut Cassius uictus esse. Idq; unũ exitio ipsis fuit, quòd neq; Brutus Cassio, quem uincere putabat, auxiliũ tulit: & hic Brutum, quem perijsse putabat, non expectauit. nam eo Messala uictoriam definit, quòd Brutus tres aquilas & multa signa hostium cepit, hostes uerò nullum. Castris Cæsaris iam direptis recipiens se Brutus, miratus est se non uidere prætoriũ Cassij, quod sublime latè conspiciebatur aliàs, neq; cætera in castris eius eo quò fuerant antè modo atq; ordine. id eò fiebat, quia hostes ijs occupatis confestim pleraq; deiecerant. Verùm qui aderant socij, & acutiùs uidebãt, indicabant ipsi, uidere se multa arma splendentia, multos argenteos clypeos in castris Cassianis hinc inde differri: neq; tamen sibi eam uideri multitudinem neq; armaturam custodum ibi relictorum: neq; uerò ab ea parte conspici tantam stragem, quanta futura fuisset uictis pugna tot legionibus. Hæc primùm in suspicionem accepti incommodi Brutum adduxerunt. itaq; relicto in castris hostium præsidio, ab insecutione suos reuocauit, et cõtraxit, Cassio opẽ laturus. Cassij res ita actæ erant. Neq; primum Bruti militum impetum absq; tessera & iniussu factum probauerat, neque id quòd omissa circumueniendi opprimendiq; hostis cura simul atq; superiores esse cepissent ad prædan-

dum se contulerant. ita quæ gerebantur minimè grata habens, & cuncta A
tione magis quàm alacritate aut consilio utens, à dextro hostium cornu circumuentus est: cumq; equites statim peditatu deserto ad mare fuga contenderent, pedites etiam pedem referre uidens, conatus est retinere eos & uerbis confirmare, unique signifero fugienti signum eripiens ante pedes infixit: tandem ne stipatoribus quidem satis animi ad resistendum habentibus, ita demum coactus cedere, cum paucis recessit in collem quendam unde in campum prospectus patebat. Verùm ipse ob debilitatem uisus nihil poterat cernere: uixq; id uidebat, castra sua diripi. Comites missos à Bruto equites conspexerunt, quos Cassius ab hostibus ad persequendum missos suspicans, Titinnium tamen speculatum misit. Is non latuit Bruti equites appropinquans, sed cùm uiderent amicum hominem & Cassio fidum ad se uenire, præ lætitia clamorem sustulerunt, familiaresque ex equis desilientes eum exceperunt atque amplexi sunt: reliqui in orbem circum eum equitantes, immoderato suo gaudio

xxi

Cassij interitus.

dum plaudunt & pæanas cantant, maximi mali autores fuerunt. Cassius enim ab hostibus utique captum Titinnium putans, Vitæ, inquiens, B
cupiditate adducti sustinuimus uidere ut amicus noster in hostium manus perueniret: in desertum quoddam tabernaculum digressus est, uno suorum libertorum Pindaro secum accepto, quem ad huiusmodi ministerium instructum iam inde à Crassi clade secum ducebat: uerùm euitatis Parthis, tum ueste caput inuoluit, ceruicemq; nudatam ei amputandam præbuit. nam caput seorsim à trunco repertum est, neq; Pindarum post cædem quisquam hominum uidit: itaque non defuerunt, qui iniussu eum Cassio necem attulisse crederent. Paulo post aperte conspecti sunt equites, & Titinnius ab ijs coronatus ad Cassium contendit. Cuius ubi interitum, cui ignoratio rerum causam præbuisset, ex amicorum lamentatione eiulatuque cognouit, stricto gladio multis suam ipsius moram incusans sese confodit. Brutus cognita Cassij clade ad succurrēdum properans, ut iam prope castra peruenit, de obitu eius cognouit. Corpus eius, cùm super eo plorasset, eumq; ultimum Romanorum uirum appellasset (sentiens ista in ciuitate hominē tam magni animi nasci nullum preterea posse) honorificè ornatum in Thasum misit, ne si in castris sepeliretur, turbæ occasionem præberet. Conuocatos deinde milites consola- C
tus est, uidensq; omnib. rebus necessarijs spoliatos, in locū amissorum singulis se octo sestertia daturum promisit. Hoc eius sermone animum receperunt milites, magnitudinemq; doni admirantes discedentem magno cum clamore prosecuti sunt, solum eum de quatuor imperatoribus eo in prœlio inuictum prædicantes. Res quidem ipsa ostendit, rectè eum sibi persuasisse, pugna se hostibus superiorem fore. Paucis enim legionibus omnes qui occurrerant fudit: & si omnibus in pugna usus fuisset, neq; plerique omissis hostibus prædam sectati essent, uerisimile est nullam hostium partem expertem cladis futuram fuisse. Ceciderunt à Cassij & Bruti parte octo millia, connumeratis ijs qui militiā sequebantur ser-
27 uis, quos Brigas nominabat Brutus. Hostiū clades duplo maior existimata est, ut Messala perhibet. Itaq; illi magis anxij fuerunt: donec Cassij famulus nomine Demetrius statim eadem uespera ad Antonium chlamydem & gladium domini attulit. His allatis ita animum receperunt, ut prima luce armatas copias ad pugnam educerent. Brutum uterque exercitus fluctuans parumque in tuto constitutus angebat. Nam & in suis castris captiuorum omnia plena, custodiam requirebant accuratam: &

Cassiani

A Cassianum imperatorem mutatum nō facilè ferentes, nonnihil etiam in[illegible] & odiorum uicti ipsi aduersus uictores fo[illegible] gerebant. V[illegible] est armare copias, pugna autem abstinere. Hic captiuis seruilem multitudinem, quæ haud sine suspicione armaris se immi[illegible]cebat, nec[illegible]: liberos partim dimisit, captiuos eos uerius apud hostes esse dicens, seruisq; apud se liberos & ciues, partim cum uideret amicos & duces placari eos non posse, occultando & tacite emittendo saluti eorum cōsuluit. Erant inter captiuos Volumnius quidam mimus, & Saculio scurra, quos Bruti lenitas. cùm nihili penderet Brutus, amici ad eum adduxerunt, accusantes eos, quod ne nunc quidem ipsos conuiciis impetere & subsannare desinerent. Nihil respōdente Bruto, ut qui aliis curis distraheretur, cùm Messala Coruinus censuisset uerberibus in tentorio mulctatos nudos debere ducibus hostium reddi, ut uiderent, quales militiæ secum cōpotatores atq; familiares haberent, adq; id dictum nonnulli risum sustulissent, P. Casca, qui primum Cæsari ictum intulerat, Non rectè, inquit, Cassio mortuo risu iocisq; parentamus: tu uero Brute uel puniendis uel dimittendis eius
B derisoribus & obtrectatoribus demonstrabis, quæ eius apud te extet memoria. Ad hoc Brutus grauiter indignans respondit: Quid ergo uos ex me, ô Casca, sciscitamini, & non id quod uobis uisum est agitis? Id illi responsum pro consensu interpretati, miseros istos abduxerunt, & necauerunt. Secundum hæc donum militibus promissum repræsentauit, leuiterq; increpatis iis, quòd tessera non accepta iniussu & non rectè seruatis ordinibus in hostem irruissent, pollicitus est eis si in pugna rem bene gessissent, duas se ipsis urbes diripiendas daturum, Thessalonicam & Lacedæmonem. Hoc unum Bruti factum in crimen trahi, & defendi commodè non potest. Nam tametsi Antonius & Cæsar longè iniustiora suis uictoriæ præmia dederunt, ferè omnibus habitatoribus Italia exturbatis, ut agrum militibus suis urbesq; ad ipsos non pertinentes largirentur: iis tamen dominatio belli finis propositus fuit. De Bruti uirtute ea erat hominum opinio, ut neque uincere eum, neque [illegible] esse debere putarent, nisi iusticia & honestate incolumi: præsertim Cassio mortuo, q[illegible] ex[illegible] a[illegible]ed[illegible] a[illegible]di[illegible] fuisse Bruto. Enimuero sicut fracto nauis gubernaculo conamur aliqua
C aptare atque affigere, non rectè quidem, sed necessitati tamen [illegible] subuenientes: ita Brutus tantis copiis rebusq; dubiis utens, cum [illegible] cum deficeret teneri par[illegible] coactus est tempori [illegible] agere, quæ suis placerent. Placebant autem ea, quibus Cassiani milites uidebantur posse corrigi, intractabiles admodum, qui & in [illegible] penuriam ducis [illegible]arentur, & ob acceptam cladem hostes reformidarent. Neque meliori conditione res Cæsaris Antoniiq; erant, quibus Difficultates [illegible] & magna erat in commeatu supp[illegible]ndo difficultas, & propter [illegible] castrorum loco cauo & incluso montib. positorum grauem expectabant [illegible]mem. quippe palustribus in locis [illegible]tur, & [illegible] tur[illegible]es obortæ pluuiæ, cœno tentoria opplebant & aqua quæ propter frigus statim congelaret. Supervenit [illegible] his [illegible] de accepta mari exercitus clade, quem numerosum ex Italia ad Cæsarem nauigantem Bruti classis adorta per[illegible]derat [illegible] pauci [illegible] hostibus superstites fuerint, coacti præ fame uela & rudentes comedere. His illi auditis properarunt ad rem prœlio decernendam, priusquam Brutus de successu suo certior redderetur, eodem enim die & terra & mari res gesta fuit. Atque casu magis quam malicia præfectorum classis fa-

tium est, ut de sua uictoria Brutus uiginti elapsis diebus [illegible] A
ret. Quod si percepisset, non prodisset, sed [illegible]
erat: qui & de rebus necessarijs exercitui ad longum tempus prosp[illegible]
rat, & loco opportuno castra habebat, quę neque [illegible] ab hyeme [illegible]
ab hoste expugnari facilè possent. [illegible] & mare in sua pote[illegible]
beret, & terra ipse uictoriam reportasset, fiduciæ erat futurus plen[illegible]
nimuerò cum respublica administrari amplius a populo non p[illegible], u-
niusq; imperio esset porrò tenenda, Deus è medio abducere & am[illegible]
re eum qui unus imperaturo esset impedimento uolens, Bruto fortu-
nam istam intercepit, quamuis minimum abfuit, quin Brutus rem [illegible]
diret. Pridie enim quàm pugnatum ab eo est, Clodius quidam ab [illegible]
bus perfuga uenit, referens Cæsarem eò dimicationem expetere, quod
de classe sua perdita cognouisset. hæc tamen dic[illegible], [illegible] fe[illegible]
que in conspectum Bruti adductus est, omnino spretus, quasi uel [illegible]
ueri audijsset, uel captandæ gratiæ causa mentiretur. Ea nocte [illegible]
Bruto apparuisse [illegible], de quo diximus, spectrum eadem f[illegible]
Ostenta. tur, neque ulla uoce edita discessisse. P. autem Volumnius homo phil[illegible] B
sophia imbutus, & qui ab initio castra Bruti est secutus, id quidem osten
tum non commemorat: primam uerò aquilam ait apum plenam [illegible]
se: & cuiusdam qui primos ordines duceret brachiũ sua sponte un[illegible]
to rosaceo fluxisse, frustraque id sæpe abstersum fuisse: ante ip[illegible]
pugnam duas aquilas in medio acierum depugnasse, incredibili q; exer-
cituum silentio spectatas fuisse, concessisse tandem & fugisse [illegible]
Bruti parte erat. fama etiam Aethiopis late increbruit, qui port[illegible]
aquilifero exeunti obuiam factus a militibus rem in omen tr[illegible]
Altera Bruti pugna. gladijs concisus est. Brutus cum in aciem suos eduxisset, hostibusq; ad-
uersos cõstituisset, diu cunctatus est quòd suspiciones & in[illegible]
nullis proditionis offerrentur ei exercitum inspicienti, eq[illegible]
bat haud satis alacriter pugnam incipere, peditatusq; operiri im[illegible]
Tum subitò Camulatus quidam uir bellicosus, & fortitu[illegible]
mo in honore habitus, iuxta ipsum Brutum adequitans ad ho[illegible]
sit. Itaque Brutus graui dolore percussus, partimq; ira, partim m[illegible]
defectionis suorum metu concitatus, nona iam diei hora in h[illegible]
ducit. A sua parte uicit, cedentiq; læuæ hostium aciei incumb[illegible] C
rexit, eq[illegible] impetum eius adiuuantibus, qui & ip[illegible]
hostium pedites se incitauerant. Alterum uerò cornu cum id [illegible]
ab hoste clauderetur circumducerent, neq; iusta esset ad eam rem mul-
titudo, in medio diuulsum est, itaq; debilitatum f[illegible]. [illegible]
pato hostes statim Brutum circumdederunt, qui omni imperat[illegible]
militari munere obeundo, [illegible] ad uictoriam p[illegible]
clara edebat: uerùm id, quod superiorem prœlio [illegible]
tunc obfuit. ibi enim quod uictum erat hostium, statim occi[illegible]
hic de Cassij militibus [illegible] ut ante etiam u[illegible]
dinis pleni maiorem exercitus partem met[illegible] & trepidatio[illegible]
Catonis F. obitus. Ibi Marcus etiam Cat[illegible] F. inter nobilissimos & præstantissimos [illegible]
gnans [illegible], cùm esset labore confect[illegible]
ctum con[illegible] est sed manu rem gerens, & q[illegible] esset q[illegible]
tre nom[illegible], [illegible] hostium cadauerum [illegible]
Amici fides. reliquorum etiam optimus quisq; pro Bruto propugnans ce[illegible]
[illegible] Lucilius quidam [illegible] præclarus. is [illegible]
barbaros [illegible] equites [illegible] reliquis omnibus [illegible]

A unum Brutum omni studio contendere, statuit se periculo obijcere, ut eos impediret, Brutoque effugiendi spacium pararet. Itaque paulum post eum relictus, Brutum se esse eis dixit, persuasitque, ad Antonium duci se petens, & huic se fidere, Cæsarem metuere simulans. Equites læti hac præda, & mirabili quadam fortuna se eum reperisse rati, adduxerunt, præmissis ad Antonium de suo numero nonnullis, qui rem indicarent. Antonius gaudio percitus equitibus istis occurrit, concurrentibus eôdem & reliquis, qui Brutum uiuum adduci audierant, nonnulli eorum misericordia dignam hominis fortunam, alij contra suam dignitatem fecisse censentes, qui cupiditate uitæ adductus barbarorum præda esset factus. Vt propè peruentum est, Antonius substitit, animi dubius quo modo Brutum exciperet. Lucilius autem ad eum adductus, præsenti admodum animo, M. inquit, Brutum Antoni, nemo hostium cepit, « neque uerò ceperit: absit enim ut tantum aduersus uirtutem fortuna « possit. Verùm is uel uiuus, uel mortuus ita ut ipso dignum est inuenie- « tur: ego deceptis tuis militibus adsum, nullam eius facti nomine pœ- «
B nam deprecans. Hæc fato Lucilio, & uniuersis stupore perculsis, An- « tonius in eos, qui adduxerant hominem, intuitus: Nimirum, inquit, com- « militones iniquè errorem uestrum fertis, grauemque uos incidisse in con- « tumeliam putatis. Sed ita habete, meliorem uos quæsita prædam inue- « nisse: hostem enim cùm quæreretis, amicum nobis attulistis. Atque ipse « per Deos nescio, qualem me fuerim Bruto uiuenti præbiturus: huius- « modi autem uiros amicos quàm hostes habere malim. Hæc ubi dixit, Lu « cilium amplexus est, unique amicorum commendauit, fidumque in posterum semper, constantemque expertus est. Cæterùm Brutus cùm riuum quendam uirgultis undique consitum, ripisque clausum præcipitibus trãsiuisset, iam tenebris obortis haud procul progressus est: sed in cauerna quadam, cui magnum erat obiectum saxum, consedit, paucos secum amicorum ducumque suorum habens. Ac primùm in cœlũ oculos conuertens, stellis tum refulgens, duos uersus pronunciauit: quorum alterum Volumnius scripsit, estque hic:

Non autor horum te lateat Saturnie. «

alterius se oblitum ait. Paulo pòst amicos, qui in pugna ipsum defenden
C tes ceciderant, nominatim recensens, Flauij maxime, & Labeonis recordatione ingemuit, quorum hic legatus eius, ille præfectus fabrorum fuerat. Interim quidam sitiens, sitique affectum etiam Brutum sentiens, arrepta galea ad riuum decurrit: & cùm strepitus ex altera parte esset delatus, progressus est speculandi causa Volumnius, cumque eo Dardanus stipator. reuersi paulo pòst, interrogauerunt de potu: tum Brutus ciuiliter admodum subridens, Epotum est, inquit: uobis tamen alia adfe- « retur aqua. Missus idem qui antè, penè est ab hostibus captus, ægrèque euasit uulnere accepto. Reputanti inde Bruto non multos in pugna perijsse, Statilius promisit se per hostes (aliter enim nequibat) in castra euasurum, ignique edito, si res ibi saluas reperisset, rediturum. Atque iuit *Statilij interitum.* sanè eò, & ignem extulit: & cùm diu non rediret, dixit Brutus, Statilium utique si uiueret rediturum. uerùm is in reditu in hostes illapsus perijt. Adulta iam nocte, ut tum fortè sedebat Brutus, ad famulum suum Clitum se inclinauit, ad eũque uerba fecit: eoque tacente & lacrumante, aduocato ad se Dardano stipatore, seorsim quædam ad eum est locutus. Tandem Volumnium ipsum Græcis uerbis philosophiæ præceptorum exer-

 citatio-

citationumq́ admonuit, hortatusq́ est, ut manum gladio, quo se erat iu- A
gulaturus, adhiberet, ictumq́ cōfirmaret. Volumnio, itemq́ cæteris de-
trectantibus, cùm quidam non manendum, sed fugiendum diceret, Ve-
Bruti mors. rò, ait, fugiendum est: non pedum tamen, sed manuum officio. Dextram
deinde singulis dedit, hilaris admodum, Maximam se percipere inqui-
ens uoluptatem, quòd nemo ei amicorum fidem fefellisset. fortunam se
patriæ causa culpare, se quidem se uictoribus beatiorem iudicare, neque
id heri modò aut nuper, sed etiamnum: se enim uirtutis gloriā relinque-
re post se, quam uictores neq; armis sint, neq; pecunia extincturi. semper
enim existimatū iri, eos cum iniusti maliq́ essent, iustis bonisq́ uiris in-
terfectis iniustè dominari. Hortatus inde & precatus ut quisq; suæ salu-
ti consuleret, cum duobus aut tribus recessit longiùs: inter quos etiam
Strato fuit, quo rhetoricæ causa usus fuerat familiariter. Hunc proximè
adsistere iubens, stricti gladij manubrium utraq; manu suffulciens, in mu
cronem incubuit, itaq; finē uitæ fecit. Alij non Bruto, sed Stratone mul-
tis precibus adducto, auersisq́ oculis gladium tenente, Brutum cum im
petu pectus aciei inflixisse, eoq; transadacto celeri morte decessisse aiūt. B
Strato. Hunc Stratonem Messala amicus Bruti, in gratiam à Cæsare receptus, a-
liquando per ocium ad Cæsarem adduxit, lacrumansq́, Hic, ait, uir est ô
Cæsar, qui Bruto meo extremum officium præstitit. Et Cæsar Stratonem
ad se receptum in laboribus, & Actio certamine inter eos Græcos, qui-
bus usus fuit fidelibus, reperit. Ipsum uerò Messalam ferunt, cùm postea
temporis à Cæsare laudaretur, quòd ipsi præclaram operam apud Acti-
Messalæ libertas. um nauasset, cùm tamē apud Philippos acerrimus hostium fuisset, dixis-
se: Ego enim, ô Cæsar, semper meliorem ac iustiorem sum partem secu-
tus. Bruti cadauer inuentum Antonius preciosissima suarum punicea-
rum tunicarum inuolui iussit: & furem, à quo eam subtractam sensit, in-
terfecit. reliquias aūt ad matrem Bruti Seruiliam misit. Porciā uerò Bru-
29 ti uxorem Nicolaus philosophus, & Valerius Maximus memorant cùm
mortis cupida ab amicis prohiberetur, qui eam obseruabant, carbones
Porciæ mors. ex igne arreptos deglubisse, oreq́ clauso ita suffocatā perijsse. Sanè Bru-
ti ad amicos epistola circumfertur, qua eos incusat, casumq́ Porciæ de-
plorat, quæ ab ipsis neglecta propter morbum mortem sibi consciscere
delegerit. Videtur igitur Nicolaus ignorasse tempus: quando ea epistola C
(siquidem est genuina) morbum amoremq́ uxoris & mortis modum
significat.

DIONIS CVM BRVTO COMPARATIO.

Inter multa quæ uterq; habuit præclara, præcipuum id est, quòd ambo mi-
nimis usi occasionib. maximi euaserunt. Id uerò in Dione pulcherrimum
Occasio rerum gerendarum. fuit. non enī habuit qui cum ipso de ea laude cōtendere posset, sicut Bru
to fuit Cassius, minori quidē uirtutis gloria ornatus, sed qui ad bellū ge-
rendum non minus peritiæ, audaciæ, consilijq́ cōtulerit: cui quidem non
nulli totius facinoris principiū adscribunt, eum Bruto cessanti ducē con
silij aduersus Cæsarem suscipiendi fuisse dicentes. Dio autē sicut arma, &
naues, & exercitū, ita amicos etiam sibi, & ceptorum suorū administros
ipse apparasse uidetur. Iam ne opes quidem & potentiam bello & rebus
gestis, quemadmodū Brutus, inuenit: sed suas ipsius diuitias, exilijq́ sui
alimenta ad ciuium libertatem recuperandam impendit. Porrò aūt Bru-
tus & Cassius Roma eiecti cùm quiescere tutò non possent, morte nimi-
rum damnati, & à persecutorib. ad necem quæsiti, necessariò ad bellum
confu-

A confugerũt, suaq; corpora armis cõmittẽtes, pro sua salute magis quàm pro ciuibus dimicarunt. Dio autem cùm in exilio tutiorẽ atq; iucundiorem quàm ipse qui exterminauerat eum patria tyrãnus uitã ageret, ultrò Siciliæ seruandæ causa tantum periculum subiuit. Neq; uerò idem fuit Siciliam Dionysio, & Romam Cæsare liberare. Quippe ille & palàm præ se ferebat nomen tyranni, & infinitis malis Siciliam implebat. Huius dominatio ut initiò dum constituebatur aduersarijs molesta fuit, ita uictis ijs & parentibus nomen tantùm & opinio esse tyrannidis uidebatur, cùm nihil crudele aut tyrannicum ageretur, appareretq; Cæsarem rebus unius alicuius imperiũ in republica postulantibus diuinitus ueluti medicum obtigisse. Itaque Cæsarem sublatum statim Romanus populus desiderauit, eiusq; percussoribus infestus implacabilisq; fuit: at Dionem emissus Syracusis Dionysius, priorisq; tyranni non euersum sepulcrum præcipuè inuisum ciuibus reddidit. Præterea in ipsis rebus bellicis, Dionis administratio culpari nullo modo potest, qui & ipse suo consilio rem optimè gessit, & accepta aliorum culpa incommoda correxit. *Res gestæ.*

B Brutus neque prudenter subijsse postremam dimicationem, neque uictus emendationem quæsiuisse uidetur, sed omnem spem dimisisse, ne tantum quidem, quantum Pompeius, ausus ulteriùs fortunam tentare: cum tamen adhuc & in armis multum spei habere posset, & mare totum classe obtineret. Quod autem maximum Bruto crimen obijcitur, quòd ei manus intulerit, à quo & ipse salute donatus fuerat, & uenia multi amicorum, qui in potestatem uictoris uenerãt, à quo inter amicos receptus, multisq; alijs prælatus fuisset: nihil tale de Dione, sed contrarium dici potest. Dum enim amicus & domesticus Dionysij fuit, in cõstituendis eum & seruandis rebus adiuuit: patria ab eo pulsus, coniugeq; & opibus spoliatus, apertè bellum aduersus eum iustum legitimumq; suscepit. Enimuerò id primùm in contrariam sententiam uerti potest. Quod enim maximæ laudi est, odiũ aduersus tyrannos, inimicitiæq; contra malos, ea in Bruto integra sunt & sincera. nihil enim priuatim offensus à Cæsare, pro publica libertate aduersus eum discrimen subijt. Dio nisi iniuria affectus, nunquã erat Dionysio bellum facturus. idq; Platonis epistolæ demonstrant, Dionem non defecisse à tyrannide, sed ab ea depulsum, Dio-

C nysium inde euertisse. Et Brutum quidem publica utilitas & amicum Pompeio, & inimicũ Cæsari fecit, ut qui iure amiciciã inimiciamq; definiret uno. Dio, dum esset cum Dionysio, multa in eius gratiã atq; cõmodum egit: iratus deinde ob fidem sibi non habitã, bellum ei fecit. Itaq; ne amici quidem omnes huic satis crediderunt, suspicantes eum eiecto Dionysio ipsum dominationem inuasurum, molliorïq; nomine quàm esset tyrannidis ciuib. impositurũ: de Bruto etiam hostes prædicauerũt, solũ eum omniũ qui in Cæsarẽ conspirassent id unũ sibi ab initio ad finẽ usq; propositũ habuisse, ut Romanis antiquã reip. constitutionem recuperaret. Et his etiam omissis, non comparari potest certamen aduersum Dionysium susceptum cum conatu euertendi Cæsaris. Dionysium ẽm nemo non contemnebat familiarium, qui in cõpotationes, lusiones, & rem muliebrem maiorem temporis partem consumeret. De Cæsare aũt opprimendo cogitare, neq; eius calliditatẽ, potentiã, fortunamq; formidare, cuius ipsum nomen Parthorũ Indorũq; regib. somnos adimeret, incredibilis fuit animi magnitudinis, quæ nullo metu inflecti posset. Itaq; Dioni, ut primùm cõspectus in Sicilia est, multa se hominũ millia adiunxerũt *Difficultas.*

qq 4 aduersus

aduerſus Dionyſium: Cæſaris gloria etiam mortui erexit amicos, nomenq́; eius hunc, qui id gerebat, ita extulit, ut puer omni ope deſtitutus, ſtatim Romanorum primus exiſteret, eo tāquam amuleto aduerſus Antonij inimiciciam atque potentiam uſus. Quod ſi quis dicat tyrannum à Dione magnis certaminibus eiectum, Cæſarem nudum & incautum à Bruto necatum: ſciat hoc ipſum ſummæ prudentię fuiſſe opus, atque calliditatis, hominem tantis munitum copijs potuiſſe nudum cuſtodiaq́; uacantem depræhendere. nō enim ſubito, aut ſolus uel cum paucis, ſed diu capto conſilio eum adortus eſt, multis facinoris ſocijs, à quorum nemine deceptus eſt: nam aut delegit optimos, aut deligendo eos qui ipſi fidebant, bonos effecit. Dio autem uel malis ſeſe credidit, non rectè de eis iudicans: uel ita uſus eſt eis, ut ex bonis malos redderet. quorum neutrum euenire prudenti debet. Plato etiam eum culpat, quòd huiuſmodi amicos adſciuerit ſibi, à quibus occideretur. Denique Dionis cædem nemo ſtatim ultus eſt: Brutum & hoſtis Antonius honorifica affecit ſepultura, & Cæſar honores eius conſeruauit. Fuit Mediolani, quæ eſt citerioris Galliæ urbs, ærea Bruto poſita ſtatua. Hanc cùm poſtea temporis Cæſar uideret artificioſè factam, imaginemq́; eius bene referentem, præterijt. paulo pòſt ſubſiſtens, aduocatis ad ſe magiſtratibus urbis, audientibus multis dixit, ſe depræhendiſſe eos contra pacta egiſſe, & hoſtem ipſius detinere ſecum. Inficiantibus (ut par erat) primùm, quemq́; hoſtem diceret dubitantibus, ac ſe mutuò intuentibus: ad ſtatuam conuerſus, contracta fronte, An non, ait, is qui hîc adſtat, hoſtis noſter eſt? cùm magis etiam perterriti ſilerent, uultu in riſum ſoluto collaudauit Gallos iſtos, qui etiam aduerſa fortuna utentibus amicis beneuolentiam conſtanter retinerent: iuſſitq́; ſtatuam quo erat loco relinqui.

Statua Bruti à Cæſare ſeruata.

A B

PLVTARCHI DEMOSTHENES,

[redacted] [redacted] O

Auguſtano interprete.

Illuſtri loco ad quæ res ſit opus.

C

Q VI Alcibiadem Olympiæ equorum certamine uictorem ſcripto laudauit, Soſſi, ſiue is (ut plerique aiunt) Euripides, ſiue alius quiſpiam fuit, ad felicitatem primo loco requiri patriam nobilem aſſerit. Ego uerò ei qui ueram ſit felicitatem conſecuturus, cuius in moribus & animi affectionibus maior pars conſiſtit, nō magis exiſtimo ignobilem & obſcuram patriam obeſſe, quàm matre deformi uel puſilla eſſe natum. Ridiculus enim fuerit, qui cenſeat Iulidē, quæ exigua pars eſt Cei non magnę inſulæ, uel Aeginā, quam Atticorū quidā amoueri iuſſit ueluti Pirę ei luminib. officientem, hiſtriones poſſe & poëtas bonos producere: uirum autē iuſtum, & ex ſeſe aptum, prudentem, ac magnanimum proferre non poſſe. Etenim conſentaneum eſt alias artes quæ ad rem faciendam, cōparandámue gloriam pertinēt, in humilibus & obſcuris urbibus elangueſcere: uirtutem autem, ut ualidā uegetamq́; plantā, quouis in loco radices agere, ubicunq́; bonam indolem, & animum laboris tolerantem appræhenderit,

A derit. Itaque ne nos quidem, si non ea qua debemus prudentia & magnitudine animi simus, patriæ id nostræ humilitati, sed nobis ipsis merito imputauerimus. Ei uerò, qui historiam scribendam suscepit, non ex ijs quæ domestica aut in promptu posita, sed peregrinis maiori sui parte & aliorum in locis hinc inde dispersis constantem narrationibus, reuera primo omnium opus erat urbe nobili, rerum honestarum studiosa, hominum multitudine affluente: ut & in omnis generis librorum copia uersans, & ea quæ à scriptoribus omissa, memoriæ tamen beneficio conseruata, fidem merentur, percontando audiendoque percipiens, ita suum opus absolueret, ut ne multa, aut necessaria in eo desiderari possent. Nos autem & paruam habitamus urbem: in eáque, ne minor etiam fiat, libenter hæremus. Romæ uerò & in alijs Italiæ agentibus partibus ocium exercendi nostri in Romano sermone ciuiles occupationes, & ij qui philosophandi causa nos conueniebant non permiserunt: ita serò tandem, & prouecta iam ætate, Romanas literas attigimus. Quo in studio mira nobis, uera tamen res accidit: ut nimirum non tam ex uocabulis rerum ipsarum noticiam consequeremur, quàm ex rerum peritia, qua utcunque eramus præditi, uerba etiam ipsa addisceremus intelligere. Pulchritudinem autem Romani eloquij, & celeritatem sentire, & translationes nominum, concinnitatémque, & alia quibus oratio exornatur, existimamus quidem rem esse elegantem & non iniucundam: exercitatio autem quæ ad eam requiritur, studiumque maioris est operæ, & eorum, quibus & ocium amplius est, & ætas integra. Itaque etiam in hoc quinto nostro libro eorum, quo Romani cum Græco aliquo uitam coniunctè comparamus, de Cicerone & Demosthene scripturi, ex actionibus eorum, & reipublicæ administratione naturas moresque ipsorum inter se contendemus: orationes autem eorum conferre, & pronunciare uter uero suauior aut maiori in dicendo ui præditus fuerit, supersedebimus. nam hoc pacto erit futurum id, quod Ion dixit,

B

Delphinis in tellure uis. 1

Quod non animaduertens Cæcilius, homo nimis omni in re curiosus, temerè ausus est Ciceronis cum Demosthene comparationem edere. Enimuerò si cuiuis in promptu esset nosse seipsum, non diuinitus id preceptum creditum fuisset. Demosthenem quidem & Ciceronem idem uidetur ab initio effinxisse Deus, & naturæ ipsorum multas inseuisse similitudines: ut fuerunt honoris, & libertatis in republica studium, timiditas in periculis bellisque adeundis: multa etiam fortuita admiscuisse. non enim duos alios existimo inueniri posse oratores, qui de obscuris & abiectis magni clarique facti sint, reges & tyrannos offenderint, filias amiserint, in exilium acti rursus in patriam splendidè redierint, tandemque rursus aufugerint, & in hostiũ manus inciderint, & unà cum publica libertate perierint. Itaque si naturæ & fortunæ, uelut opificibus, contentio incideret, difficile iudicatu sit futurũ, moribúsne altera, an uerò altera actionib. similiores eos inter se effinxerit. Dicendũ aũt prius de antiquiore est. Eius pater Demosthenes unus de optimatib. fuit Athenis, si Theopompo credimus. Gladiorũ aũt faber cognominabatur, quod officinã habebat magnam multosque seruos, qui gladios cuderent. Quæ de matre nostri Demosthenis Aeschines dixit, natã eã fuisse Gylonis eius qui proditionis accusatus Athenis profugit, & barbaræ cuiusdam mulieris: uerumne id, an confictũ calumniandi causa obiecerit, dicere nõ habeo. Septẽ annorũ pupillus

Plutarchus de se.

Ciceronis & Demosthenis similitudo.

C

2

Demosthenis genus & educatio.

lus à patre relictus Demosthenes, ampla re familiari [illegible] eius facultatum precium æstimatū est haud multo [illegible] quindecim [illegible] lentis à tutorib. iniurijs affectus est, bona ipsius partim surripientibus, partim negligentibus, adeo ut præceptores quoque [illegible] mercede defraudarent. Quæ & ipsa causa fuit, cur elegantiorum & puero ingenuo dignarum disciplinarum artiumque expers fuerit: quo accessit corporis imbecillitas & mollicies, ob quam mater eum à laboribus abstinebat, neque ad eos pædagogi urgebant. Et quidem à pueris mollitiē eam corporis eius incessentibus, Batali ei cognomen, quod deinde in contumeliam tractum est, factum dicitur. A

Fuit aūt, ut perhibent, quidā Batalus tibicen luxuria enervatus: eumque traducens Antiphanes comœdiam in eam rem scripsit. Alij Batalum [illegible] lasciui poëtæ, & qui carmina temulentis apta scripserit, meminerunt. Videtur etiam pars quædam corporis, quæ honestē nominari nequit, Batalus tum Atticè appellata. Argas uerò nam & hoc cognomen Demostheni fertur aut ob morum feritatem & acerbitatem ditus est: quidam enim poëtarum Argam serpentē nominant. uel quòd oratio eius audientibus esset molesta: Argas enim quidā poëta carmina scripsit maligna & B

Vt se oratoriæ dederit. mordacia. Verùm hæc (ut ait Plato) hactenus. Vt animum ad eloquentiæ studium appelleret, hanc ei fuisse ansam tradunt. Callistratus rhetor causam Oropiam acturus ferebatur, & magna expectatio eius erat [illegible] cij, cùm ob facundiā rhetoris, cuius tunc maximè florebat gloria, tum ob causæ ipsius nobilitatē. Demosthenes itaque cum audiret præceptores & pedagogos inter se de audiēda illa disceptatione agere, à pedagogo suo precib. instandoque impetrauit, ut ad audiendū ipse quoque adduceretur: isque familiares sibi habēs apparitores, qui curiā aperiunt, locū obtinuit ab eis, in quo sedens puer occultè audiret orationes. Cùm uerò causam Callistratus præclarè egisset, magnamque sui admiratione dicēdo excitasset, uidens eum Demosthenes deducī à multitudine & felicē prædicari, longe hominis æmulari cepit: magis tamen facundiæ tam admiratus est, [illegible] conficere & subigere ualentis. Itaque cæteris relictis disciplinis, studijs & puerilibus, ipse se ipsum declamitādo exercitabat atque ita auciebat, ut futurus aliquando orator. Præceptore dicendi usus est Isæo [illegible] Isocrate tum docente: siue quòd propter orbitatē mercedem [illegible] decem [illegible] à singulis discipulis exigebat minas persoluere nō posset, siue quod [illegible] orationem, ut uehementem callidamque, usus causa præferret. Hermippus scribit, incidisse se in autoris incerti comentarios, in quib. scriptum [illegible] Demosthenē Platonis fuisse auditorē, plurimumque inde ad eloquentiā adiumenti accepisse. Atque idem Ctesibium refert affirmare, Demosthenem [illegible] tis præcepta, quibus Isocrates & Alcidamas utebantur, occulte à Callia Syracusano & alijs quibusdam accepisse, atque perdidicisse. Adultus statim in ius tutores suos uocauit, orationesque aduersum eos composuit. Si quam quam illi uariè subterfugere, & latas sententias rescindere conarentur, assiduitate tamen studij, ut Thucydidis uerbis utar, exercitatus, non sine magno labore & periculo eos deuicit. Ac [illegible] quidem paternorum bonorum partem ab eis extorquere posset, [illegible] ciam tamen ad dicendum consuetudinemque confecit [illegible] gustu gloriæ atque potentiæ forensium certaminum, in medium prodire, & res tractare publicas aggressus est. Et quemadmodum Laomedontem Orchomenium memorant, ut uitio [illegible] consilio [illegible] longis [illegible] cursibus, eo modo habitu confirmato certamina publica adijsse, & cursorem [illegible] præstantissimos numeratum:

3

C

ac

A sic Demosthenes cùm primùm causa recuperandi bona paterna orare
cepisset,atq; ea re peritiam uimq; sibi parasset, inde in publicis causis,ue
luti in coronæ præmio proposito commissis certaminibus uersans, om-
nes de tribunali perorantes ciues superauit. Sanè primùm ad populum *Vitia eius*
uerba faciens,tumultib.excipiebatur,& deridiculo eius erat oratio, con- *in dicendo.*
fusis circuitibus,& contortis fastidiosè nimis atq; asperè argumentis cō-
stare credita.Accedebant eò uocis quædā,ut aiunt, imbecillitas, linguæ
obscuritas,& spiritus defectio, quæ diuulsis inter se connexionib.uerbo
rum,sensum eorum quæ dicerent perturbabant. Tandē eum relicto po-
pulo ob ægritudinem animi in Piræeo oberrantem,Eunomus Thriasius
oppidò senex conspicatus obiurgauit,quòd orationē Periclea similimā
nactus , præ timiditate seipsum & mollicie proderet, neq; tumultus po-
puli præsenti animo sustinens,neq; corpus ad contentionē parans,sed id
luxu emarcescere sinens.Rursus deinde explosum ferunt, & cùm obuo-
luto capite grauiter casum suum ferens domū rediret,Satyrū histrionem
familiarē ipsius subsecutū, & congressum. Ibi cùm Demosthenes deplo-
B raret, se, qui omnium oratorum plurimum elaboraret, ac propè omnem
corporis uigorem in eam rem impendisset,nō esse tamen acceptū popu-
lo: seq; neglecto,audiri & occupare suggestū ebriosos homines, nautas,
bonarumq; rudes disciplinarū:respōdisse Satyrū, Vera quidē tu dicis:ue
rùm ego statim causæ medebor,si mihi Euripidis aliquot, aut Sophoclis
carmina recitare uelis.Recitante Demosthene, Satyrū quæ ille retulisset *Actio.*
repetentē,eo gestu uultuq; eadē extulisse,ut omnino diuersa Demosthe
ni uiderent. Itaq; eū doctū quantū ornatus gratiæq; orationi actio con-
ciliaret,exercitationē pro nullius momēti re habuisse,ubi pronunciatio-
nis negligeret ratio. Proinde locū in quo orationes suas meditaret sub-
terraneum ædificasse, quæ cauerna nostra etiā ætate superstes fuit: eò ad
minimū singulis dieb.descendisse,actionis formandæ,uocisq; cōponen
dæ gratia:sæpe etiā duos aut tres menses cōtinuos egisse ibi,rasa altera ca
pitis parte,ut ne si uellet quidē,egredi inde præ uerecundia posset.Quin
& congressus cum alijs & colloquia,& occupationes,pro argumento et
occasione elaborādi arripuit.Cùm eñ ab ijs ad ociū esset rursum solutus,
statim in cōclaue illud suum descendens,actiones,earumq; allatas ratio-
C nes secū repetebat,tum quas audiuerat orationes:ijsq; in sentētias singu
lis & cōtinuationes digestis,eorū quæ ipse ad alios, aut ad se alij essent lo
cuti, uarias emendationes cōminiscebatur, alioq; dicendi modo eadem
efferre meditabatur.Inde factum est,ut non naturali,sed labore parta fa-
cundia uiq; dicendi præditus crederetur. Cui rei argumento esse uide- *Qualis o-*
batur,quòd non facilè quisquam Demosthenem ex tēpore uerba facien *rator fue-*
tem audiebat: atq; adeò sæpe in cōcione adsidens, nominatimq; à popu *rit.*
lo uocatus,ad dicendū non nisi præmeditatus paratusq; surgebat. Ob id
cùm alij oratores eum subsannabant, tum Pytheas argumenta eius redo
lere lucernā cauillandi causa dicebat. Atq; huic quidē acerbè respondit,
Non earundē rerū sibi atq; illi lucernā consciā esse dicēs. Apud reliquos
non planè inficiabat,seq; neq; de scripto,neq; omnino tamen nō scripta
dicere fatebat.Et quidem eum,qui orationē præmeditaret, popularē es-
se pronunciabat: meditando eñ homines se ad captandā populi gratiā
cōparare : negligere uerò quomodo multitudo esset orationē exceptu-
ra,id hominis esse ad paucorū omnia potestatem reuocātis,ac cogendis
magis,quàm persuadendis hominib.intēti.Id quoq; signū adducūt,De-
mosthenem ex tempore dicere nō ausum,q Demades sæpe ei tumultib.
populi

populi perculſo ſubitò aſſurgens adſtipulatus ſit: ipſe autem Demadi A
nunquam. Vnde ergo, inquies, Aeſchines incredibili eum ad dicendum
audacia præditum fuiſſe dicit? quomodo Pythoni Byzantio efferenti ſe,
& in Athenienſes acriter inuehenti, ſolus ipſe ad dicendum progreſſus
4 reſtitit? aut qui Lamacho Mirrhęneo Olympiæ laudationem Alexandri
& Philippi regum recitante, in qua multis maledictis Thebanos & O-
lynthios proſcindebat, contrà aſſurgens, & quæ Thebani ac Chalciden-
ſes bona Gręciæ feciſſent fide digna narratione demonſtrans, tum quan
torum malorum cauſa ij qui Macedones adularentur fuiſſent, ita cōmo-
uit auditores, ut rhetor ille tumultu perterritus, ſe ex conuentu ſubduce-
ret? Enimuerò uidetur Demoſthenes cæteras quidem Periclis artes ni-
hil ad ſe attinere exiſtimans, geſtum modò eius & compoſitionem cor-
poris, idq; ne celeriter neq; quauis de re ex tempore diceret, imitatus eſ-
ſe: quòd ijs rebus eum magnum euaſiſſe iudicaret. itaq; neq; planè dimi-
ſiſſe perorandi re non priùs meditata gloriam, neq; tamen libēter ſæpius
fortunæ facultatem dicendi ſuam crediſſe. Plus enim audaciæ atq; con
fidentiæ dictæ eius quàm ſcriptæ orationes habuerunt, ſiquidem Erato- B
ſtheni, Demetrio Phalereo, & Comicis credimus. Eratoſthenes enim ſę-
pe eum ait inter dicendum quaſi extra ſe raptum bacchari cępiſſe: Deme
trius eum ueluti furore diuinitus percitum, iuramentum illud numeris
compræhenſum iuraſſe ad populum,

Aduro terram, fontes, latices, flumina.

5 Comicorum quidā eum Rhopoperperethram appellat, quaſi dicas ina-
nis & futilis loquacitatis hominem. Alius eum ob uſum antithetorum ca
uillans, Ita, ait, recepit, ut accepit. Delectabatur enim Demoſthenes hoc
uerbo extrinſecus adſumpto. Niſi fortè in orationem de Haloneſo hoc
luſit etiam Antiphanes, quam Athenienſibus ſuaſit ille non accipere, ſed
recipere à Philippo. Cæterùm in confeſſo apud omnes erat, Demadem
naturā ſua utentem, inuictum eſſe, & ex tempore dicentem, meditatas &
præparatas Demoſthenis orationes ſuperare. Ariſtò Chius præterea
Theophraſti quandam de oratoribus ſententiam refert: interrogatū ſci-
licet eū qualis orator ei uideretur Demoſthenes, reſpondiſſe, Dignus ur
be: qualis Demades, Præſtantior urbe. Idem philoſophus Polyeuctum
narrat Sphettium, unum ex ijs qui tum Athenis in rep. uerſabantur, pro- C
nunciaſſe, Maximum oratorem eſſe Demoſthenem, ſed Phocionis ſum-
mam eſſe in dicendo uim: nam hunc pauciſſimis uerbis plurimū ſenten-
tiæ exprimere. Sanè ipſum quoq; Demoſthenem traditum eſt, quoties
Phocionem ſibi contradicendi cauſa ſuggeſtum conſcendere uideret, fa
6 miliaribus dicere ſolitum, Aſſurgit enſis, qui mea uerba diſſeciſſet. neq;
conſtat, ad orationémne uiri, an ad mores & exiſtimationem Phocionis
reſpexerit, uerbum unum & nutum uiri autoritate præditi plus ualere
Vitia ſua ut correxerit. multis & longis uerborum continuationibus intelligens. Corporis au-
tem uitijs ut mederetur, huiuſmodi uſus eſt exercitatione: ut quidem
Demetrius Phalereus ex ipſo ſe iam ſene audiuiſſe perhibet. Aſſumptis
in os calculis, uerba aliquot recitans, hæſitantiam & balbuciem linguæ
correxit. Vocem inter currendū exercuit, interq; adſcendendum per ac-
cliuia locutus eſt, ſimulq; increbreſcente ſpiritu uerſus aliquot aut ſen-
tentias protulit. Domi habuit magnum ſpeculum, ex aduerſo eius ſtans
declamare ſolitus. Ferunt eum homini cuidam ad ſe uenienti, patroci-
niumq; petenti, quòd uapulaſſe à quodam ſe diceret, reſpondiſſe, At tu
quidem nihil eorum quæ narras paſſus es. intendente eo deinde uocem,
& cla-

A &clamante,Ego uerò, ô Demosthenes, nihil passus sum? dixisse, Iam
profectò hominis iniuria affecti uocem audio. Adeò multum condu-
cere ad fidem faciendam uocis contentionem gestusq; putabat. Mul-
titudini porrò actio ipsius mirum in modum placuit: politiores humilem
eam,& indignam,mollemq; iudicabãt.inter quos Demetrius etiam Pha
lereus est.Aesionem refert Hermippus de suæ ætatis & antiquis oratori- 7
bus sententiam interrogatum,respondisse: Admiraturum sanè fuisse,qui
hos audiuisset, ita decorè & magnificè ad populum loquentes. scriptas
autem Demosthenis orationes lõgè plus apparatus habere atq; uitium.
Iam orationes eius scriptas multũ habere austeritatis atq; mordacitatis,
ita in prõptu est,ut mea admonitione res non egeat. Facetijs tamẽ idem *Facetiæ.*
ex tẽpore in congressib.usus est.Vt cum dicenti Demadi,Demosthenes
me,sus Mineruam.hęc,inquit,Minerua nuper in Collyto est in adulterio
dẽphensa.Ad furẽ qui Aerei cognomẽto insignis erat,ausum aduersus ui
gilias ipsius & lucubrationes aliquid dicere,Scio,ait,me lucerna utẽdo ti
bi molestũ esse.Sed uos,ô ciues,desinite mirari furta quę fiunt, cùm fures
B ęreos habeamus,parietes luteos.Verùm de his,etiãsi nõ desunt plura, di
cendi finẽ faciamus.Cęteros ipsius mores & ingenium ex actionib.& rei
pub.administratione spectare conuenit.Accessit autem ad rempub.Pho
cico iam bello conflato:quod & ipse affirmat,& colligi ex Philippicis po *Quãdo rẽ-*
test:quarum aliæ confecto iam eo bello scriptæ sunt, primæ autem res æ- *pub.attige-*
tati illi proximas attingunt.Manifestum est,eum se etiam ad Midiæ accu *rit.*
sationem parasse annos natum trigintaduos, nondum tantum parta in
ciuitate potentia & autoritate.Qua maximè causa motum arbitror acce-
pta pecunia litem composuisse. *Erat*

Non equidem placidi ut cordis,siue benigni,

sed uehemens & in persequendis iniurijs acer: sed cùm uideret non
uile, neq; suarum uirium esse negocium, Midiam hominem opibus, fa-
cundia,& amicis bene munitum deijcere, pro eo deprecantibus conces-
sit.nam ipsæ per se triginta,quas eo nomine accepit, minæ non uidentur
mihi acerbitatem Demosthenis lenituræ fuisse, si certam uictoriæ spem
concepisset. Occasionem porrò tractandi res publicas præclaram ade-
ptus,Græcorum aduersus Philippum defensionẽ, & ea in re præclarè se
C exercens, statim gloriam sibi parauit, & ob eloquentiam libertatemq; in
dicendo ita claruit, ut & apud Græcos omnes in admiratione esset, & à
Persarum rege coleretur, neq; ipso quenquam oratorum magis curaret
Philippus:& ipsi aduersarij faterẽtur,rem sibi cum glorioso esse homine.
hoc enim & Aeschines,& Hyperides de eo in accusationibus suis dixe-
runt.Quare non uideo quid in mentem uenerit Theopompo,ut eum le- *An incõstãs*
uitatis accusaret,diceretq; neq; rebus neq; hominibus diu ijsdem uti po- *fuerit.*
tuisse.apparet enim,eum quam initiò factionẽ & quas partes in republi-
ca sibi sumpsisset, eas ad finem usq; tenuisse:& non modò non mutasse in
uita sua institutum,sed & in eo tenendo uitam dimisisse.Demades quidẽ
excusans suam inconstantiam,sibi ipsi sæpe contraria se dixisse aiebat,ci-
uitati nunquam.& Melanopus Callistrato repugnans,cùm ab eo sępe pe
cunia coruptus sententiam mutaret,solebat ad populum dicere:Callistra
tus quidem inimicus est: sed uincat utilitas publica.& Nicodemus Mes-
senius cùm priùs Casandri partes prætulisset, deinde rursum Demetrij
causam ageret,Non se contraria dicere ferebat: semper enim ex usu esse,
potentiori obedire.Tale Demostheni nihil obijci potest,quasi uel uoce
uel agẽdo ab instituto diuertisset,alio'ue deflexisset: sed ueluti descriptã

aliquam immutabilem reipublicæ formulam propositam sibi habens, A eundem omnibus in actionibus suis tenorem ad extremum usque conseruauit. Panætius philosophus orationum quoque eius plerasque ita ait scriptas esse, ut solam per se expetendam honestatem censuisse appareat: ueluti de Corona, in Aristocratem de immunitatibus, Philippicas. in quibus omnibus non ad id quod facillimum, aut iucundissimum esset, aut commodissimum, ciues ducit: sed sæpenumerò iubet honesto & decoro securitatem salutemque postponere. Atque adeò si ad argumentorum quæ tractauit præstãtiam, & orationum nobilitatem, fortitudinem etiam bellicam, inque agendo integritatem adiunxisset, non cum Myrocle, Polyeucto, & Hyperide in oratorum classe censeri, sed suprà cum Cimone, Thucydide & Pericle numerari merebatur. Quando & post ipsum Phocion non laudabile admodum consilium sequens, ut qui ad Macedonas uideretur inclinare, propter fortitudinem tamen & iusticiam nequaquam Ephialtæ, Aristidi, aut Cimoni concedere de uirtutis laude uisus est. Demosthenes autem neque in armis satis laudatus, (ut Demetrij uerbis utar) neque aduersus corruptelas munerum satis undique munitus, qui cùm à Philippo & Macedonibus pecunia expugnari non posset, auro Susis & Ecbatanis allato capi, & obrui se pateretur, præclarus quidem laudator uirtutum quibus maiores claruissent erat, sed imitando eas nihil ualebat. Alioquin æquales oratores (Phocionem excipio) uitæ etiam laude uicit. Ex orationibus quidem ipsius apparet, liberrimè omnium ad populum uerba fecisse, cupiditatibus multitudinis reluctatum fuisse, & peccata eius increpasse. Narrat Theopompus eum, cùm ad accusandum quẽdam delectus ab Atheniensibus renueret, ideoque tumultuaretur populus, surrexisse, & ita locutum: Vos quidem ò Athenienses, me consultorem uel inuiti habebitis: calumniatorem autem nunquam, utcunque cupiatis. Vehementer optimatium partium studiosum fuisse in republica, eo cumprimis facto ostendit, quòd Antiphontem in concione populi absolutum arripuit, & in uicum Martium pertraxit, parum de indignatione populi solicitus: ibique conuicit eum Philippo promisisse naualium incendium: atque tum morte damnatus ille, capite pœnas luit. Theorida etiam sacerdotem accusauit, quòd & ipsa crimen falsi sæpè commisisset, & seruos imposturæ artem docuisset: effecitque ut ea damnata morte plecteretur. C Aiunt etiam orationem contra Timotheum ducem, qua usus Apollodorus eum reum peregit debitæ ærario pecuniç, à Demosthene actori conscriptam fuisse, sicut & in Phormionem & Stephanũ: quam ob rem haud iniuria malè audiuit. quippe & Phormio contra Appollodorum in iudicio contendens oratione à Demosthene scripta usus est, ueluti ex una gladiorum officina aduersarijs pugiones, quibus dimicarent, uendente. De publicis autem rebus orationes, quæ in Androtionem, Timocratem, & Aristocratem sunt, alijs scriptæ sunt à Demosthene, nondum ad rempub. aggresso. existimatur enim eas duos uel tres de triginta annos natus edidisse. Scriptam in Aristogitonem, ipse perorauit: sicut & eam quæ est de immunitatibus, propter Ctesippum Chabriæ filium, ut ipse dicit: quidam Ctesippi matrem ab eo ambitã dicunt. Non duxit quidem eam, sed Samiam quandam in matrimonio habuit, ut in Synonymis Demetrius Magnes scribit. Oratio contra Aeschinem de falsa legatione recitatáne sit necne, incertum est: quanquam Idomeneus triginta modò suffragijs absolutum uicisse Aeschinem dicat. rem non ita habere existimo, si licet coniecturis uti de utriusque oratione de Corona sumptis: neuter enim

Quæ in eo uitiosa, & præclara.

Orationes eius.

A nim apertè illius controuersię tanquã in iudicium deductę meminit. Verùm hæc alijs dijudicanda sunt. Cæterùm Demosthenis in tractanda rep. institutum durante etiamnum pace manifestũ fuit, nihil eorum quæ à Philippo agerentur non repræhendentis, sed ad singula Athenienses turbantis, & aduersus eum iritantis. Itaq; & Philippus plurimam eius habebat rationem: & cum legatus nouem alijs adiunctis uenisset in Macedoniã, omnib. auditis, accuratissimè Demostheni respondit. honore autem & humanitate eum, quo cæteros, non eadem est prosecutus, Aeschinem & Philocratem magis amplexus. Quamobrem ijs Philippũ laudantibus, quòd & facũdissimus esset, & formosissimus, & optimus potator, inuidiæ succumbens ad irridendas eas laudes se contulit, Nullam regiam laudem hîc esse dicens, sed primum rhetoris, alterũ mulieris, tertium spõgiæ conuenire. Rebus iam ad bellum spectantibus, quòd neq; uti quiete Philippus nosset, & Athenienses à Demosthene excitarentur: primùm ad expeditionem in Eubœam faciendam ciues stimulauit, quam tyranni insulam Philippo subiugauerãt: eoq; trajcientes illi, lege à Demosthe-

B ne lata, Macedonas eiecerũt. Deinde Byzantijs Perinthijsq; bello à Macedone infestatis, populo persuasit ut omissa inimiciciarũ, & eorum quæ utriq; bello sociali aduersus Athenienses peccassent memoria, auxilium illis mitterent: atq; id salutem istis urbibus attulit. Præterea legatus Græciam obiens, colloquendo & instigando paucis exceptis omnes populos ad conspirandum aduersus Philippum permouit: ita ut præter urbanas copias conflaretur Atheniensib. exercitus, quindecim peditum, duobus equitum millib. constans, & stipendia ad alendos stipendiarios milites promptè conferrẽtur. cùm quidem, ut autor est Theophrastus, socijs postulantib. ut tributum certo numero definiretur, Crobylus oratorum unus dixit, Bellum non certo ali dimenso. Sublatis expectatione euẽtus Græcorũ animis, & in fœdus populis urbibusq; coeuntibus, Eubœa, Achæis, Corinthijs, Megarẽsibus, Leucadijs Corcyræis: maximum supererat Demostheni certamen, Thebanos in id fœdus pertrahẽdi, qui & uicinam Atticæ regionẽ colebãt, & copias armorũ usu nobiles habebant, & inter Græcos belli gloria principes erant. Neq; uerò facile erat Thebanos recẽtib. bello Phocico beneficijs deuinctos, Philippo ad defectio-

C nem pertrahere: præsertim cùm ob contiguos limites perpetuis controuersijs bellicæ dissensiones Thebanorum & Atheniensium recrudescerent. Verùm ut Philippus parta ad Amphissam uictoria elatus, subito in Elateam facto impetu Phocidẽ occupauit: perterritis Atheniensibus, ac nemine audente suggestũ conscendere, omnibus hæsitantibus atq; tacentibus, neq; quod dicerent habentibus, unus in medium progressus Demosthenes, consilium coeundæ cum Thebanis societatis dedit: confirmatisq; & excitatis bona spe multitudinis animis, legatus Thebas cum nonnullis alijs missus est. Marsyas etiam Amyntam & Clearchum Macedonas, tum Daochum, Thessalum & Thrasydæum missos à Philippo, qui contra Demosthenem agerent, affirmat. Non fallebant sanè utilitatis rationes Thebanos, cùm unusquisq; ante oculos proposita belli mala haberet, recenti adhuc Phocicarum calamitatum memoria. Sed eloquentia (ut ait Theopompus) oratoris, animos eorum exuscitans, inflammansq; honestæ laudis cupiditatem, tenebras reliquis omnibus cogitationibus offudit, excussoq; animis metu, consilio & gratia quasi diuino quodam furore ad honestatis studium impulit. Id quidem Demosthenis factum ita magnum atq; splendidum est uisum, ut & Phi-

Contra Macedonas acta.

lippus statim missis caduceatoribus pacem petierit, & uniuersa Græcia A euentus expectatione fuerit excitata: neq; duces modò Demosthenis imperata fecerint, eiq; operam nauarint, sed & Bœotorũ principes, neq; Thebanorum minùs, quàm Atheniensium conciones ab eo rectæ sint, utrisq; hominem diligentibus, eoq; uno summam rerum obtinente, non (quod Theopompus ait) iniustè aut præter quàm dignum esset, sed conuenienter admodum. Verùm enimuerò fatum quoddam in conuersione rerum ad id tempus finem libertati Græcorum statuens, uidetur consilijs eius aduersatum fuisse, multaq; futuri signa edidisse. inter quæ & Pythia oracula cecinit horrenda, & antiqua uaticinatio Sibyllina hæc cantabatur.

Græcorum clades præmonstrata.

Thermodontiaco procul à certamine in auras
O utinam, utq; Iouis per nubila subuehar ales:
Tum lacrymas uicti fundent, uictore perempto.

Thermodontem perhibent apud nos iuxta Chæroneam riuum esse, qui in Cephisum effluat. Nos quidem nostra ætate nullum riuum hoc nomine insignem cõperimus, existimamus autem eum, qui Hæmon dicitur, eo tempore Thermodontem fuisse appellatum. Is fanum Herculis præterfluit, quo loco castra Græci habuerunt: & conijcimus post pugnã ei amni, sanguine & cadaueribus oppleto, nomen in Hæmona (hæma sanguis Græce uocatur) mutatũ. Duris non fluuium fuisse Thermodontem, sed quosdam locum tabernaculo erigendo fodientes, paruam lapideam statuam reperisse tradit, literis quibusdam inscriptis declarantem, quòd esset Thermodon, in ulnis gestans uulneratam Amazonẽ. Aliud porrò referunt oraculum de eadem re cantatum. B

Corue operire niger, dum Thermodontis ad undas
Funesta armatæ miscebunt prœlia gentes:
Tunc multa humanæ carnis saturabere prædã.

Verùm hæc quomodo se habeant, iudicatu est difficile. Demosthenes quidem, ut memoria proditum est, armis Græcorum fretus, atq; ob robur & alacritatem tantæ uirorum multitudinis hostem prouocantis animo elatus, neq; oraculis animum aduertere suos, neq; audire uatum responsa passus est, & Pythiam cum Philippo colludere suspicionem iniecit: simul & Thebanos Epaminõdæ, & Periclis Athenienses admonebat, qui hos timiditatis esse prætextus iudicantes, sua potiùs consilia essent secuti. Atque hactenus quidem uirum se gessit. In pugna autem nullo honesto, aut uerbis suis cõsentiente facinore edito, turpissimè deserto ordine, & projectis armis fugit, ne inscriptionem quidem (ut ait Pytheas) scuti reueritus, in quo aureis literis exaratum erat, Quod felix faustumq; sit. Philippus autem statim post partã uictoriam immodico gaudio elatus, ebrius ad cadauera ueluti comesatũ iuit, principiumq; legis Demosthenicæ cecinit in pedes digestum, simul mensuram pulsu exprimens; C

Demosthenis ad Chæroneam timiditas.

Demosthenes Demosthenis ista filius
Pæaniensis censuit.———

Discussa uerò crapula cùm magnitudinem superati certaminis secum reputaret, horruit eloquẽtiam & uim oratoris, qui exigua diei particula id confecisset, ut de regno ac uita discrimen adire ipse coactus esset. Gloria quidem eius usq; ad Persarum regem peruenerat, isq; satrapis per epistolas mandauit, ut pecunias Demostheni darent, eumq; de omnibus Græcis potissimùm obseruarent: nimirum Græcis tumultib. occupare & detinere à bello Persis inferendo Macedonem sciẽtẽ. id quod posteà temporis Alexander Sardibus comperit, inuentis Demosthenis quibusdam epistolis,

A epistolis, & literis regiorum ducum, quibus in literis numerus dat æ Demostheni pecuniæ continebatur. Tum uerò in ista Græciæ calamitate oratores aduersarij Demostheni insultantes, dicas ei scribebant, rationesq; actorum postulabant. Sed populus non modò criminibus eum ijs absoluit, uerùm & cõstanter in honore habuit, & ad remp. ut beneuolũ ac honestè suis cupientẽ ciuem reuocauit: ossib etiã Chæronea allatis, & terræ mãdatis, funebrẽ ei laudationẽ defunctorũ iniunxit: nõ (quod tragicè hoc loco adscribit Theopõpus) turpiter aut abiecto animo ferẽs acceptã cladẽ, sed cõsiliarium suum & autorẽ rei actæ ornãdo honorãdoq; ostendens, non se pœnitere cõsiliorũ. Orationẽ quidẽ habuit Demosthenes, decretis autẽ non suum, sed amicorũ singula singulis subscripsit nomina, quasi geniũ fortunãq; suam abominans: donec animũ recepit Philippo mortuo. Perijt autẽ Philippus nõ diu post Chæronensem uictoriã: quod uidetur postremus oraculi uersus præmonstrasse, Philippi exitus.

Tum lachrymas uicti fundent, uictore perempto.

Demosthenes cùm de eius obitu occultè cognouisset, ut animos Atheniensium
B iniecta bona futurorũ spe præoccuparet, lęto uultu in senatum prodijt, somnium se uidisse ferens, quod magnã aliquam populo felicitatem portenderet. Paulo pòst adfuere, qui Philippum uita excessisse annũciarẽt. Ob tam lętum nuncium statim sacrificatum à populo: & Pausanię, qui Philippum necauerat, corona decreta. Progressus est etiam in publicum Demosthenes splendidè uestitus, ac coronatus, septimo à morte filiæ suæ die. quod Aeschines exprobrandi causa refert, inhumanitatẽ ei erga liberos obijciẽs: mollis ipse & degeneris animi, si luctũ & eiulatus mãsueti animi & suorum amãtis signa censuit, moderatè autem & æquo animo casus huiusmodi ferre, in uitio posuit. Equidẽ Atheniensib. decorum fuisse, ob mortẽ regis qui tam clementem uictis se eis præbuerat coronas ferre, adde etiam sacrificare, nequaquã affirmo: nam præterquàm quòd inuidiosum hoc est, indignum etiam ingenuis hominib. erat, quem uiuẽtem honorib. affecissent, ac ciuitate donassent, ob eius mortem immoderato exultare gaudio, defunctoq; insultare, & quasi rem ipsi bene gessissent, triumphum canere. Quòd autem domesticã calamitatem deflendã mulierib. reliquit Demosthenes, ipse ea quæ è rep. esse crederet agenda Mors filiæ Demosthenis.
C suscipiens, id laudo, profectumq; à forti animo, ciuiliq; iudico, cuius officium est semper reipub. intentũ esse, eiq; res casusq; domesticos postponere, semperq; dignitatẽ suam tueri, multo magis quàm in scenis histriones faciunt regis aut tyranni personã agentes: quos ipsos uidemus nõ ut ipsis libitũ est uel ridere uel plorare, sed ut ratio propositi ad agendum argumenti requirit. Iam si contra officium est, ictum aliquem infortunio negligere, patiq; ut is omnis expers cõsolationis mœrore se suo cõficiat: sed & leuandus uerbis eius dolor est, & abducẽdus ad rerũ lætiorũ cogitationem animus: (quomodo ex oculis laborantes à cõtuitu rerum splendidarum, suoq; fulgore eos ferientium deflectere adspectũ in uirides & molles colores iubemus) quod tandem patriæ lugenti melius cõsolandi genus adhibeat aliquis, quàm si domesticas calamitates cum publicis temperans, meliorib. deteriora obscuret? Atq; hęc ut dicerem Aeschinis me impulit oratio, qua uideo multos frangi, & ad commiserationem emolliri. Ceterùm ciuitates, rursum eas Demosthene inflãmante, fœdus renouarunt. Ac Thebani quidem, armis à Demosthene instructi, præsidium Macedonum adorti sunt, multosq; interfecerunt. Athenienses autem se, ... quam auxilium eis laturi, bello parabant, regnũq; suum in conc...nib. Demosthenes obtinens, ad regis in Asia duces scribebat, eos a... bell... Al... xã...

10 dro (quem puerum, & Margiten n[illegible]minabat) facien[illegible]
reb. Macedoniæ cõpositis Alexãder cũ exercitu in B[illegible]
& Atheniensiũ ferocia concidit, & ardor Demosthenis refrixi[illegible]
autem ab his proditi, cum suo Marte cum Alexãdro cõflixissent, [illegible] a-
miserunt. Magna apud Athenienses coorta trepidatione, missus cum [illegible]
nullis alijs legatis ad Alexandrũ Demosthenes, irã regis metuẽs, à [illegible]
rone omissa legatione retrò abijt. Statim uerò Alexander Athenas [illegible],
qui decem sibi oratores dedi iuberent. Hunc numerũ Idomeneus & D[illegible]
ris habent: pleriq; & probatissimi scriptores octo tantum numerant, hos
nimirum, Demosthenem, Polycuctum, Ephialten, Lycurgũ, Myroclem,
Damonem, Callisthenem, Charidemum. Cùm quidem fabulã de o[illegible]
canes lupis dedẽtibus referens Demosthenes, se & reliquos oratores [illegible]a-
nibus pro populo propugnantib. cõparauit, Alexandrũ autem Macedo
nem lupum solitarium appellauit. Addidit etiam hoc, Quemadmodũ ui-
demus mercatores in patella specimen tritici circumferentes, paucis gra-
nis uniuersum uendere: sic uos non intelligitis paucis nobis dedẽdis uos
omnes dedere. Hæc ita narrat Aristobulus Casandrinus. Consultantibus
Atheniensibus, & hæsitantib. Demades ab ijs qui ad dedendũ postula[illegible]
tur acceptis quinq; talẽtis pactus est se legatum ad regem iturũ, pro eisq;
deprecaturũ, siue amicitia regis fretus, siue sperans se eum ueluti leonem
cædis iam saturũ reperturũ. & quidem impetrauit ueniam illis, urbiq; re-
gem reconciliauit. Digresso in Asiam Alexãdro, floruere oratores aduer
sarij, Demosthenes iacuit: Agide Spartano ad nouas res consurgente i-
pse quoq; [illegible] il excitatus, mox submisit se, cùm neq; Athenienses u-
na se commouissent, & Ag[illegible] cecidisset, Lacedæmoniorũq; res attritæ es-
sent. Per idem tẽpus actio de corona aduersus Ctesiphontẽ in iudicium
deducta est, scripta quidẽ Chærondæ prætore, paulo ante Chæronensem
Iudicium de Corona. cladem, prætore autem Aristophonte, decẽnio pòst quàm scripta fuit, di-
iudicata. Nulla unquã publica causa nobilior fuit, cùm ob oratorũ glo[illegible]ã,
tum ob iudicum integritatem, qui Demosthenem exagitan[illegible], potenti[illegible]-
simis tum, & à Macedone pendentib. nequaquã sir[illegible] ag[illegible]a ad damnadum
Demosthenẽ gratificati sunt, sed cũ [illegible] gloriosè absoluerunt, ut ne [illegible]ntã
quidẽ suffragiorũ partẽ Aeschines tulerit. Et Aesch[illegible] quidẽ statim A-
thenis discessit, artemq; rhetoricã docendo Rhodi & in Ionia æta[illegible] exe- C
git. Paulo pòst Harpalus ab Alex[illegible] profugus ex Asia Athen[illegible] uenit,
Harpali corruptela. cùm & [illegible]bi ob luxuriam malè esset cõscius, & il[illegible]m iam amicis grauẽ me-
tueret. Cùm ergo ad populũ c[illegible]t, seq; unà cum opib. & nauib. [illegible]is
ei dederet, reliqui oratores st[illegible]im pecuniæ eius inhiantes, [illegible]trocinari ho
mini, ciuesq; hortari, ut acciperent seru[illegible]q; supplicẽ. At Demosthenes
primùm suadere, ut repellerẽt Harpalũ, cauerentq; ne n[illegible] nece[illegible]
staq; de causa [illegible] bellu conijcerent. Paucis pòst dieb. cùm opes Har
pali in[illegible]icerentur, [illegible]q; Demosthenẽ animaduerteret regio poculo dele-
[illegible], eiusq; cælaturã & forma cõtemplari, iussit tollere [illegible] auri põdus æ-
stimare: mira[illegible] [illegible]uitatẽ & sciscitãti quantũ pondus ferret, Tibi, inquit,
u[illegible] fe[illegible]ret talenta. statimq; facta nocte poculum id cum uiginti talentis
Demosth[illegible]en[illegible]. [illegible]lebat nimirũ Harpal[illegible]s artem, auri amorẽ in homi-
ne laten[illegible] x[illegible] deprehendẽdi, ingeniumq; ex oculorũ motu & cõuer
sionib. e[illegible]no[illegible]endi. Victus enim eo munere Demosthenes per[illegible]q;
perind[illegible] c[illegible] præsidi[illegible] sibi esset impositũ, H[illegible] partib. se ad[illegible]xit. Pos[illegible]
di[illegible] c[illegible]l[illegible]na & fasceijs accuratè inuoluto in concionem prodijt: iuss[illegible]q;
ad dic[illegible]dum surgeret, uocem sibi intercidisse innuit. urbaniores a[illegible]tem
homines c[illegible]antur, nõ angina, sed argen[illegible]gina noctu correp[illegible]
[illegible]rem

...em dicentis. Pòst cum uniuersus populus de acceptis ab eo donis re... ...it, eiq; defendere se conanti audientiam non faceret, sed in ...ius obstreperet, surgens quidam his uerbis eum pupugit: Non audietis eum, uiri Athenienses, eum qui calicem habet? Tunc igitur Harpalus Athenis amãdatus est. Metuentes autem ciues, ne ratio pecuniarũ ab oratoribus direptarũ ab ipsis reposceretur, acrem instituerũt inquisitionẽ earũ singulas domos perscrutando. Solius Calliclis Arrhenidæ domus ab ea inquisitione immunis fuit, quod is recens peractis nuptijs spõsam intus habebat: autor Theopompus. Demosthenes autem huic se opponens rei, legem tulit, ut de ista pecunia Areopagitæ quæstionẽ instituerẽt, & qui ab eis damnarentur, ij pœnas darent. Cęterùm inter primos ipse ab eo senatu damnatus uenit in iudiciũ: ibi ei quinquaginta talentorũ mulcta cõstituta, inq; carcerẽ datus est. Quem cùm (ut perhibent) ob turpitudinẽ causæ, & imbecillitate corporis nõ ferret, deceptis partim, partim etiã latẽdi facultatẽ præbentib. custodib. aufugit. Cum haud procul ab urbe processisset, sensit quosdam inimicos suos ciues se insequi: & cùm abscondere se uellet, nominatim eum illi inuocãtes, propiusq; accedentes, orauerunt uti uiatica à se, quæ attulissent secum, ipsumq; propterea insecuti essent, acciperet. simul & hortati sunt, ut bono animo esset, casumq; suum moderate ferret. Tum illacrymãs ille uehementiùs: Ego uerò (dixisse fertur) non grauiter doleã cogi me ea excedere urbe, in qua tales habeo inimicos, quales amicos alibi haud facilè inuenero. Tulit sanè exilium illud parum uiriliter, Æginæ & Trœzene plerunq; desidens, oculosq; lacrymis oppletos in Atticã identidẽ intẽdens. Et memorãtur etiã uoces eius parũ decorę, nihilq; ijs quæ in repub. iactauerat cõsentiẽtes. Ex urbe enim discedẽs, manib. aduersus arcẽ porrectis dixisse traditur: ô Minerua Dea urbis tutelaris, ut tandem tribus pessimis gaudes belluis: ulula, dracone, & populo. Adolescentes etiam qui ad se conueniebant, & consuetudine ipsius urebãtur, à republica dehortabatur, dicens, se, si ab initio duæ proponerentur sibi fuissent uiæ, altera ad suggestũ & concionem, altera ad certum exitium ducens, ac si præsciuisset mala quæ in repub. uersantib. incumbunt, terrores, inuidias, calũnias, cõtentiones: utiq; eam ingressurũ fuisse, quæ rectà ad interitũ iret. Enimuerò adhuc eo in exilio degente, Alexander obijt, rursusq; Gręcæ res coalescere cęperũt, Leosthene præclara facinora edente, & Antipatrũ Lamiæ cõclusum munitionib. circũueniente. Ac Pytheas quidem orator & Callimedon cognomento Carabus Athenis profugi ad Antipatrũ se contulerant, cumq; eius amicis & legatis circũeuntes Græcos à defectione, & adiungendis ad Atheniensiũ ciuitatẽ rebus dehortabantur. Demosthenes autem Atheniensib. se legatis addens socium, opem eis tulit in commouendis ciuitatibus, ut unà Macedones adortæ Græcia eos eijcerent. Phylarchus narrat in Arcadia Pytheam & Demosthenem in concione conuitia mutuò fecisse, altero Macedonum, altero Græcorum causam agente. Et Pytheam quidem dixisse, quemadmodũ crederetur domus in quam lac asininum infertur, omnino aliquo malo laborare: ita urbem quoque necessariò uitiosam esse, in quam Atheniensis legatio adueniret. eam similitudinem ita à Demosthene inuersam, ut & lac asininum sanitatis restituendę causa importari solere, & Athenienses propter salutem malè habentium uenire consueuisse diceret. His delectatus Atheniensis populus, reditum Demostheni decreuit. Legem Damon Pæaniensis tulit, consobrinus Demosthenis. Missa est quæ accerseret eum triremis Æginam. Ex Piræeo in urbem ascendit, omnibus

Marginal notes and markers, in order:
- B, beside "re se uellet, nominatim eum illi inuocãtes…"
- C, beside "obijt, rursusq; Gręcæ res coalescere…"
- 11, beside "…Pytheam &"
- Exiliũ Demosthenis.
- Mollicies
- Reditus.

omnibus & magiſtratibus & ſacerdotibus præſentibus, uniuerſis etiam A
reliquis ciuibus obuiam euntibus, & magno ſtudio excipientibus. Tum
quidem Demetrius Magnes ſcribit eum ſublatis manibus ſeſe beatum
eius diei cauſa prædicaſſe, quòd reditus ſibi quàm Alcibiadi præclarior
obtigiſſet: nõ enim coactis ſe, ſed perſuaſis ciuibus redire. Mulcta autem
pecuniaria, quæ ei irrogata fuerat, manente, (non enim licebat eam con-
12 donare) legem huiuſmodi commento eluſerunt. Cùm more antiquo ſo-
lerent quoties Ioui Seruatori ſacrificaretur, ijs qui altare adornarent, de-
bitoq; apparatu inſtruerent, pecuniam perſoluere, Demostheni eius rei
adminiſtrationem quinquaginta talẽtis (quæ erat mulctæ ſumma) loca-
uerunt. Neq; tamen reuerſo ei patria diu frui conceſſum fuit: ſed cõtinuò
Græcorum rebus perditis, Metagitnione menſe ad Cranonem pugnatũ
eſt, Boëdromione præſidium Munychiæ impoſitum, Pyanepſione inte-
rijt Demoſthenes. Id ſic accidit. Cùm Antipatrum & Craterum annun-
ciatum eſſet adducere ad Athenas exercitum, Demoſthenes, & qui eiuſ-
dem erant factionis, maturè ſe ex urbe ſubduxerunt. Iis diuerſa in loca
dilapſis, Antipatrus circummiſit qui eos caperent, principe inquiſitorũ B
Archia, eo qui fugitiuorum indagator, Phygadotheras Græcis, cogno-
minatus fuit. Hunc Thurium natione, aliquando hiſtrionem fuiſſe tragi-
cum perhibent, & Polum Aeginetam, qui eo artificio neminem habuit
parem, huius diſcipulum fuiſſe. Hermippus Archiam inter Lacritii ora-
toris diſcipulos numerat. Demetrius Anaximenis auditorẽ fuiſſe tradit.
Is igitur Archias, Hyperidem rhetorem, & Ariſtonicum Marathonium,
& Demetrij Phalerei fratrem Himeręum Aeginæ ex templo Aiacis, quò
confugerãt, abreptos, ad Antipatrum Cleonas miſit: atq; ibi necati ſunt.
Hyperidis etiam linguam exectam ferunt. Demoſthenem uerò cùm au-
13 diuiſſet ſupplicem in fano Neptuni in Calauria inſula ſedere, eò nauigijs
actuarijs unà cum Thracibus ſtipatoribus traiecit: ſuaſitq; ei, ut digreſſus
à fano ſecum ad Antipatrũ iret, promittẽs nihil eum mali paſſurũ. Demo
ſthenes autem ea forte nocte per ſomnũ imaginatus erat ſe cum Archia
contẽdere tragœdia agenda: cumq; ſibi præclarè ſuccederet res, ſpecta-
toribusq; probaretur omnibus, penuria apparatus & ſumptuum uinci.
Itaq; Archia multa blandè dicente, oculos in eum conijciens, ut tum for-
tè ipſe aſſederat, O Archia, inquit, neq; antè perſonatus, neq; nunc pro- C
miſsis me mouebis. Archia autem irato, & minitari incipiente, Nunc, ait,
ex Macedonico tripode loqueris, hactenus ſimulabas. ſed expecta parũ,
dum meis nõnihil mandem. Hæc locutus intra templum ſe recepit, ſum-
ptoq; libello, tanquam ſi ſcripturus eſſet, calamum ori admouit, quod fa-
cere inter cogitandum ſcribendumq; ſolebat, & ſic aliquandiu moratus,
caput deinde obuelatum demiſit. Cùm ſtipatores, qui foribus adſtabãt,
deriderent eum ut timidum, mollemq; & effeminatum uocarent: Archi-
as autem accedẽs ut ſurgeret hortaretur, repetensq; priorẽ ſermonẽ, ite-
rum ſe eum cum Antipatro in gratiam repoſiturum polliceretur: ſentiẽs
iam uenenum uim ſuam in corpus exercere, retecto capite Archiã intui-
rus, Númnam, inquit, ſtatim tragicũ Creontem ages, corpusq; meũ in-
humatum projcies? ego quidem, mi Neptune, uiuus adhuc tuo fano ex
eo: Antipatro & Macedonibus ne ædes quidem tua inuiolata relicta eſt.
Hæc fatus, cùm ſe iam trementem & titubantem excipi iuſsiſſet, progre-
diens, dum præter altare tranſiret, concidit, editóque gemitu expirauit.
Venenum eum ex calamo hauſiſſe, ut diximus, Ariſto narrat. Pappus
autem quidam, cuius hiſtoriam Hermippus repetijt, tradit eo apud aram
collapſo,

Fuga ex urbe poſterior.

Interitus.

A collapso, in libello epistolæ scriptum initium inuentum, Demosthenes Antipatro. neq; prærerea ullum uerbum. Celeritatem uerò mortis admirantibus, Thraces qui foribus adstirerāt narrasse, uenenū eum ex quodā panniculo in manum sumpsisse, atq; ita admotū ori deglutijsse. se putasse aurum esse id, quod deglutiret: ancillam uerò, quæ ipsi ministrabat, interroganti Archiæ respōdisse, multo iam tempore Demosthenem hoc alligatum uestimento amuleti loco circumtulisse. Eratosthenes ipse quoq; in armilla caua, quæ brachium clauderet, gestatum ab eo uenenum ait. Reliquorum, qui ea de re scripserunt permulti, dissensiones referre nihil attinet: unum commemorabo, Demachorin Demosthenis necessarium referre, existimare se eum non ueneno, sed Deûm clementia & prouidentia celeri & leni morte crudelitati Macedonum subtractum. Mortuus est die mensis Pyanepsionis XVI, quam diem Thesmophoriorum mulieres tristissimam agentes Cereris in honorem cibo omni abstinent. Neque multo pòst populus Atheniensis Demostheni dignos reddidit honores, ærea posita statua, factoq; decreto, ut qui ex stirpe eius natu es-
B set maximus, publicè in Prytaneo aleretur. Basi etiam statuæ eius tritum illud adscriptum est epigramma.

Si tibi uis animo, Demosthenes, æqua fuisset,
Non Macedûm ferret Græcia uicta iugum.

Nimis inepti sunt, qui hoc ab ipso Demosthene in Calauria uenenū sumpturo compositum nugantur. Paulo antè, quàm nos Athenas uenimus, tale quiddam euenisse ferunt. Miles quidem ad dicendam causam à duce uocatus, quidquid habebat auri in digitos Demosthenis statuæ (nam consertis inter se digitis facta erat) reposuit. Iuxtà fuit haud magna platanus: huius folia siue sponte ea deciderint, ac fortuito casu, siue ipse miles ibi humi sumpta aggesserit, haud paruo tempore aurum occultauerunt. quod ubi reuersus eò miles saluum inuenit, eiúsque rei rumor dissipatus est, multi eorum, qui ingenio ualebant, eo argumento usi ad Demosthenis in repudiandis muneribus continentiam laudādam, carminibus scribendis inter se decertauerunt. Demadem uerò, cùm is non diuturnum sanè nascentis suæ gloriæ fructum sensisset, fatum Demosthenis necem ulciscens in Macedoniam pertraxit: ibi ab his, quos adulatus turpiter fue- *Demadis interitus.*
C rat, iusta morte affectus perijt, cùm & antè molestus ijs esset, & tunc criminis, quod nulla excusatione dilui posset, conuinceretur. Interceptæ enim fuerunt literæ eius quibus hortabatur Perdiccam, ut Macedoniam inuaderet, & Græcos seruaret, à putri & uetusto filio (sic Antipatrum appellabat) pendētes. Propter hoc Dinarcho Corinthio accusante eum irritatus Casander, filium eius in sinu patris iugulauit, atq; ipsum tandem etiam necari iussit: experientem tum summa in calamitate, proditores primos omnium seipsos uendere. quod sæpe prædicenti Demostheni fidem non habuerat. Habes, Sosi, Demosthenis uitam ex ijs quæ uel lectione uel auditione accepimus, conscriptam.

PLVTAR.

A

PLVTARCHI CICERO,

[redacted] [redacted]

Augustano interprete.

1 M ATREM Ciceronis Heluiam & honesto loco natam, & honestam egisse uitam perhibent. De patre eius diuersissima traduntur. Quidam in officina fullonis & natum fuisse, & educatum ferunt. Alij genus eius à Tullio
2 Attio repetũt, nobili Volscorum rege. Qui primus eius familiæ Ciceronis cognomentum tulit, uidetur uir haud contemnendus fuisse: itaq; ne posteri quidem eam appellationẽ repudiarũt, sed amplexi sunt, quanquam uulgo rideretur. A cicere enim trahitur: & primus Ci-
3 cero ita cognominatus fuit, quòd in extremo naso fissuram obscurã, qualis est in cicere, haberet. Ipse autem Cicero, de quo hic scribimus, cùm primùm ad remp. se contulisset, & magistratum ambiret, suadentib. amicis ut cognomentũ illud fugeret atq; mutaret, fertur iactantiùs dixisse, Contenturum se, ut nomen Ciceronis quàm esset Scaurorum & Catulorum gloriosius efficeret. Et quæstor in Sicilia, cum donum argenteum Dijs dedicaret, M. Tulliũ inscripsit, iussitq; loco cognominis cicer à fabro insculpi. Hæc de nomine eo tradita sunt. Natum ferunt Ciceronem III. No-
4 nas Ianuarij, quo die nunc pro salute Imperatoris à magistratibus sacrificatur, & uota nuncupantur: & in partu eius matrem nullum dolorẽ passam: nutrici quoq; eius spectrum apparuisse, atq; prędixisse, puerũ quem aleret, magnæ Romanis utilitati fore. Hęc cum somniũ & nugæ uiderentur, ipse statim demonstrauit ueram fuisse uaticinationẽ, ut primùm per ætatem discere bonas artes licuit. ita enim ingenium eius eluxit, tãtumq; ei nominis & gloriæ inter pueros peperit, ut patres eorum ad ludum literarium uenirent, uidere cupientes Ciceronem, celebratámque eius in discendo celeritatem cognoscere: & inurbaniores nonnulli filijs suis irascebantur, cùm honoris causa Ciceronẽ ab ijs inter eundum in medium recipi uiderent. Cùm autem ingenio ad omnes disciplinas ferretur (id quod in nato ad discendas bonas artes, & philosophiæ studium ho-
5 mine Plato requirit) neque quidquam literarum eruditionisue asperna- C retur, ad poëticam tamen quodammodo propensior fuit. Extat adhuc carmen ab eo puero quadratis uersibus scriptum, quod inscribitur Pontius Glaucus. Progressu temporis cùm in eo genere accuratiùs elaborasset, non orator modò, sed poëta etiam Romanorum optimus habitus est. Verùm illius quidẽ rei gloria adhuc ipsi integra permanet, quanquam haud parum mutata eloquentiæ ratione: hæc planè obscurata est, & euanuit, multis post eum præstantissimis poëtis existentibus. Puerilibus studijs relictis, Philonẽ audiuit Academicum, quem unum de sectatoribus Clitomachi Romani & propter doctrinam in admiratione summa habuerunt, & morum causa magnopere dilexerunt: simul & Mucij, uiri in republica & senatu principis, cõsuetudine utens, peritiam legum assecutus est. Militauit etiam aliquandiu sub Sylla, bello Marsico. Videns deinde seditiones in republica ortas, atque ex his ad unius dominationem rem redijsse, ocio se dans literario cum Græcis philosophis uitam duxit, inq; studia bonarum artium incubuit. Eo tempore Chrysogonus Syllę libertus bona cuiusdam, qui ex proscriptione cæsus
6 fingebatur, hastæ subiecta octo millibus nummûm emit: id cum Sex.

Roscius

Marginal notes: Genus. (beside "uersissima traduntur"); B (beside "Contenturum se"); Poësis. (beside "tius Glaucus").

A Roscius filius & hæres defuncti indignè ferret, ostenderetque bona ea sexagies fuisse, repræhendi se Sylla molestè tulit, atque opera Chrysogoni effecit, ut Roscius paricidij, quòd patrem necasset, postularetur. Cùm nemo patrocinium Roscij suscipere uellet, omnesque indignationē & sæuiciā Syllæ timerēt, destitutus adolescens ad Ciceronem confugit. Suscepit causam eius Cicero, amicis hortantibus, monentibusque haud temerè aliā parandæ gloriæ ita cōmodam occasionē oblatum iri: uictorque admirationem sui excitauit. Metu tamen Syllæ, in Græciam abijt, sparso rumore, se curandi corporis causa profectum. Erátque sanè gracili & minimè carnoso corpore, cùm ob imbecillitatem stomachi pauco uteretur ac tenui uictu, idque serò, & iam imminente nocte. Voce prædit us erat copiosa & bona, sed aspera & rudi, & quæ ob orationis uehementiam semper ad altitudinem contenta, periculum corpori uideretur denunciare. Vt Athenas uenit, Antiochum Ascalonitam audiuit, facundia eius & elegantia delectatus, nouitatem autem doctrinæ non probans. iam enim à noua Academia, & Carneadis factione desciscebat Antiochus, B siue, ut nonnulli censent, euidentia rei & sensuum uictus, siue, ut alij putant, æmulatione aduersus Clitomachi & Philonis sectatores: ac plerisque in rebus Stoicas opiniones sequebatur. His studijs delectatus Cicero, magnoperè intendebat animum, atque ita secum cogitabat, sibi si planè à republica arceretur, à foro & negocijs publicis in ocio philosophico uitam exigendam esse. Postquam de morte Syllæ annunciatum est, amicis Romam crebrò per literas reuocantibus, ac Antiocho etiam ad capessendam rempublicam adhortante, cùm iam & corporis uires exercitationibus confirmasset, habitúmque ualetudinis bonæ parasset, & uocem ita formasset, ut & suauis ac copiosa in aures auditorum influeret, & corporis statui congrueret, eloquentiam rursus, tanquam instrumentum negocia publica cum dignitate tractandi arripuit, ac cùm ipse se declamando exercuit, tum nobiles oratores adijt. Eius rei causa in Asiam & Rhodum nauigauit, ac de rhetoribus Asianis Xenocli Adramytteno, Dionysio Magneti, ac Menippo Cari uacauit: Rhodi oratore Apollonio, philosopho Posidonio usus est. Traditum est memoriæ, Apollonium Romani sermonis ignarum, petijsse ab eo ut Græcè C declamaret: idque Ciceronem libenter annuisse, sperantem eò meliùs corrigi se ab Apollonio posse. Declamatione autem ipsius cæteros, qui audissent, omnes obstupefactos certatim eum laudibus ornasse: Apollonium neque inter audiendum hilari fuisse uultu, & finita oratione diu secum cogitābundum tacitumque sedisse: ac cùm id iniquiùs ferret Cicero, in hæc uerba prorupisse: Te quidem, ô Cicero, & laudo, & admiror: « Græciæ autem fortunam miseror, cernens ea, quę sola nobis relicta erāt, « ornamenta te etiam Romanis addere, doctrinam & facundiam. Cicero « autem cùm bona spe plenus ad rempublicam se conferret, impetum eius oraculum quoddam retudit. Delphis enim Deum consulenti, quónam modo ad summam peruenire gloriam posset, responderat Pythia, ut ne hominum de se existimationem, sed suam ipsius naturam ducem sibi uitæ cōstitueret. Primum tempus cautè admodum triuit, segniterque ad magistratus petendos accessit: negligebaturque, ac Græcus literarioque ocio deditus, quæ nomina imperitis sordidisque hominibus in usu ferè sunt, uulgo appellabatur. Postquàm uerò & innata laudis cupiditate, & patris amicorúmque adhortationibus compulsus, causis agendis se dedit: non iam paulatim ad principem locum progressus est, sed gloria eius statim

Roscij causa.

In Græcia agit Cicero.

Oraculum Cic. datum.

statim effulsit, longóque post se interuallo cæteros relinquit oratores. An- A
notatum est eum, cum non minus quàm Demosthenes actionis uitio la-
Aesopus histrio. boraret, in eo emendãdo cùm Roscij comœdi, tum Aesopi tragœdi ope-
ra usum. Hunc Aesopum dicunt cùm aliquando in theatro personam A-
trei de ulciscendo Thyesta deliberantis ageret, famulum quendam, qui
subitò prætercurrisset, mentis ob indignationem aberrante inflicto sce-
ptro interfecisse. Sanè actio Ciceroni haud leue momentũ ad persuaden
dum cõtulit: idemque magna uociferatione utentes oratores irridens, ob
imbecillitatem ad clamorem, ueluti claudos ad equum confugere dice-
bat. Verùm hæ eius facetiæ atque dicacitas, cùm elegans quiddam & iudi-
cijs accommodatum uideretur, ad satietatem usque ab eo usurpata multis
Ciceronis molesta fuit, ac peruersitatis opinionem autori conciliauit. Quæstori fa-
quæstura. cto in caritate annonæ cùm obtigisset Sicilia, offendit homines, frumen-
tum eos Romam mittere cogendo: pòst autem, cum suam ijs diligen-
tiam, iusticiam, mansuetudinemque probasset, maiorib. est ab ijs, quàm ul-
lus unquam præfectus, honorib. ornatus. Et cùm multi nobiles iuuenes
Romani ad prætorem Siciliæ rei ablegarentur, quòd in bello molliter se B
8 gessisse, & contra disciplinam militarem dicerentur: magna cum laude
eos Cicero defendit atque seruauit. Ob hęc cùm altos spiritus duceret, Ro
9 mam reuertẽti sibi rem euenisse ridiculam scribit. se, cùm in Campania in
illustem quẽdam uirum, quem pro amico suo hãbebat, incurrisset, quæsi-
Ambitio. uisse ex eo, ecquid de rebus à se in prouincia gestis Romani sentirẽt atque
dicerent: quod existimaret suarũ actionũ gloria & fama Romã repletã. tum
illum respõdisse, Vbi enim, ô Cicero, tu interea temporis fuisti? Itaque se tum
animo prorsus cõcidisse, quod fama ipsius ita in urbem, tanquam immensum alt
quod pelagus incidisset, neque ad gloriã quicquam contulisset. At posteà
quidem rationes secũ subducens, multũ de ambitione remisit, animad-
uertens se ad rem infinitam, & quę terminum, ad quem perueniri posset,
nullum haberet, gloriam nimirũ, contendere: uerùm quod laudari se mirum
in modum gauderet, uehemensque cupiditas gloriæ, quam ad extremum
usque retinuit, effecerunt ut sępe ab optimis deturbaretur cogitationibus.
Cùm ergo maiori studio ad rempub. se contulisset, turpe esse existimans,
si cùm opifices instrumentorum suorum inanimatorum nomina, loca, &
uim cognitam habeant, in repub. uersans aliquis, cui hominum opera in C
expediẽdis publicis negocijs utendum est, cognitionem ciuilium rerum
personarumque negligeret: nõ nomina modò eorum, cum quibus sibi res
esset, sed & habitationes eorum, possessiones, amicos, uicinosque ut sciret,
adsuefecit: itaque per Italiam quacunque uia incedenti facile erat amicorum
agros & prædia demonstrare. In admiratione etiam fuit, quòd cum mo-
dicas facultates, sed ex quibus tamen sumptus necessarij suppeditarent,
possideret, patrocinij causa neque mercedem, neque dona à quoquam acce
Verrina. perit: maximè, cùm Verrinam actionem suscepit. Eum quòd prætor Sici
liam plurimis flagitijs uexasset, oratu Siculorũ Cicero accusauit, reumque
peregit, non tam dicendo, quàm eo ipso ferè, quòd non dixit. Cùm enim
designati magistratus fauerent Verri, multisque dilationibus iudicium in
ultimum diem extraherent, Cicero, cùm appareret diei spacium oratio-
nibus suis non suffecturum, neque iudicium perfectum iri, surgens, Nihil
opus esse uerbis dixit, testesque productos interrogauit, & iudices suffra-
gia iussit ferre. Veruntamen multa eius facetè dicta eo in iudicio ferũtur.
Verres Romanis porcus castratus dicitur. Erat autem quidam libertinus
Cæcilius, Iudaicæ superstitioni obnoxius, qui cùm inuitis Siculis Verrẽ
accusare

A [illegible] Cicero, quid [illegible] cũ Verre est rei? Erat Verri fi
[illegible] qui teneræ ætatis pudicitia parũ liberaliter custodiuisse
[illegible] Cicero cum à Verre [illegible] es concerct, [illegible], inquit,
[illegible] exprobrãda est. [illegible] Hortensius nõ ausus palàm defen-
dere Verrem [illegible] æstimatione tamẽ mulctæ adesset, Sphingem eburneæ do-
no [illegible], & Cicerone [illegible] quippiã dicente, se [illegible] rũ
[illegible] esse negaret: atqui, ait Cicero, Sphingem domi ha-
bes [illegible] Verrem [illegible] tricies H S æstimasset, calumnijs non-
nu[illegible] est, [illegible] accepta pecunia mulctam diminuisset. Si-
[illegible] gratiam ei referrent, ædilitatem gerẽti multa ex insula ad-
ue[illegible] nihil in suam rem uertit, sed studio
[illegible] est eo, ut rerum [illegible] foro uenalium precia minuerentur. Vil- 11
la[illegible] & apud [illegible] peios aliam, itemq; apud Neapolim, *Opes Cice-*
hau[illegible] possedit: acce[illegible] dos Terentiæ uxoris, quæ erant C C C *ronis.*
C L X [illegible], & hereditas quædam nonaginta denariorum millia
[illegible] liberaliter [illegible] & [illegible] uiuebat, conuictoribus
B utens Græcis Romanisq;, qui in liberalibus studijs unà uersabantur: ra-
roq; [illegible] occasum solis accumbebat cœnandi causa, idq; non tam pro-
pter [illegible] ccupationes, quàm stomachi uitium. In corpore alioquin etiam cu
rando multum posuit diligentiæ, ita ut fricationibus etiam, certoq; nu-
mer[illegible] s [illegible] etur. atq; hoc modo corporis habi-
tum ita [illegible] rmauit, ut id ad multos ac magnos labores satis uirium haberet,
atq; pe[illegible] arct citra inualetudinem. Domum paternam fratri cõcessit:
ip[illegible] p[illegible] um habitau t, ne qui eum colebant, longè uenire coacti
g[illegible] rentur. colebant autem eum, & quotidie ad fores eius uentitabant
h[illegible] es, quàm ad Crassi aut Pompeij, quorũ ille diuitijs, hic bel-
li[illegible] Romanorum primi, inq; summa erant admiratione. Pompe-
i[illegible] Ciceronem c[illegible] t, eiusq; actionibus plurimum est ad poten-
t[illegible] pa[illegible] adiutus. Cùm in petitione præturæ multos *Pretura.*
h[illegible] stres compe[illegible] ores primus omnium designatus est.
cre[illegible] ci[illegible] re [illegible] e ex[illegible]. Fe[illegible] r [illegible] Lici- 12
nius [illegible] cer [illegible] & ipse multum in ciuitate potẽs, & Crassi utens auxilio,
cùm re[illegible] d[illegible] re[illegible] facti[illegible] potentia sua & stu
C dio [illegible] fretus, iudicibus adhuc sententias ferentibus domum a-
b[illegible] caput [illegible] pr[illegible] ue[illegible] absolutus in-
d[illegible] d[illegible] autem apud [illegible] bul[illegible] n occur-
rente, [illegible] damnatum suffragijs nunciante, reuersus accubuisse,
& [illegible] m Vat[illegible] asper, & ma
[illegible] im [illegible] mmodo contemptor, [illegible] strumis collum opple-
t[illegible], à Cicerone aliquid ad[illegible] ns p[illegible] teret, eóq; [illegible] non [illegible] nuente, & aliquan
d[illegible] cr[illegible] te, diceret, Se si prætor esset, [illegible] h[illegible] c d[illegible] re d[illegible] rũ: con
uer[illegible] Cicero Atqui ego in[illegible] t tantum c[illegible] um nõ habeo. Cum adhuc 13
præturæ eius duo uel tre[illegible] d[illegible] p[illegible] m q[illegible] am repetun-
da[illegible] apud e[illegible] postula[illegible]. [illegible] c Manlio propter Pom-
peium p[illegible] pulus uidebat[illegible] r. [illegible] tam[illegible] s. Itaq; cum diem unum pe-
tere[illegible] cessit, indignè il feren
te p[illegible] n præ[illegible] ores [illegible] erent decem, m[illegible] mum, dies reis largiri. Ita-
[illegible] ple[illegible] p[illegible] ator, cùm im-
[illegible] tr[illegible] Se [illegible] dit, qui semper reis beni-
[illegible] nt[illegible] m [illegible] l[illegible] res [illegible], humanumq; præb[illegible] et, [illegible] ue fa-
[illegible] urum censuisse, si [illegible] undem se [illegible] o non exhiberet. itaq; ei diem, qui

unus sibi in prætura reliquus esset, se constituisse dedi[illegible] A
enim eius qui prodesse reo uelit, iudiciũ ad al[illegible]um m[illegible]
His dictis animos populi mirificè circumegit, ita ut acclamatio[illegible]
eum secundis excipiẽtes orarẽt, uti patrociniũ Manilij s[illegible]iperet. Qu[illegible]
ipse haud grauatim fecit, in gratiã præsertim Pompeij absenti[illegible] de[illegible]q;
habita oratione, acriter in eos qui remp. in potestate paucorum esse cu-
Consulatus. piebant, inuidebantq; Pompeio, inuectus est. Ad cons[illegible]tum uerò n[illegible]n
minus ab optimatibus, quàm à multitudine prouectus est. Vt fauerent
petitioni Ciceronis optimates, reip. causa factũ est. res ita se habet. Cùm
instituta à L. Sylla reip. forma initiò quidem absurda uisa esset, succes[illegible]u
tamen temporis & consuetudine confirmata, tolerabilis status rerum,
ac non incõmodus uideretur: extiterunt qui optimo publico suis cupi-
ditatibus postposito concutere eum, mutareq; conarentur: eo e[illegible]m fre-
ti, quòd Pompeio adhuc bellũ aduersus reges in Armenia & Ponto [illegible]e-
rente, Romæ nullus exercitus nouarum rerum machinatoribus oppri-
Catilinæ scelera. mendis sufficiẽs extabat. Horum dux princepsq; fuit L. Catilina, [illegible]
homo, & magnarum rerum appetens, uarioq; præditus ingenio, qu[illegible] pr[illegible] B
ter cætera flagitia filiæ suæ uirginitatem imminuisse ferebatur, frat[illegible]emq;
ipse suum occidisse: ac ne paricidij eius postularetur, Syllam exora[illegible]
ille tanquam uiuus adhuc inter necandos proscriberetur. Hunc impro-
bi homines nacti antesignanum, cùm alijs sese sacramentis obstrinxerũt,
tum mactati hominis carnibus gustatis. Corrupit autem Catilina m[illegible]
gnam urbanę iuuentutis partem uoluptatibus uarijs, compotation[illegible]us,
& muliercularum amoribus singulos illiciens, ad camq; rem effusi sum-
ptus suppeditans. Ad defectionẽ tota Etruria, & pleræq; cisalpinæ Gal-
liæ partes spectabant. Vrbi aũt gr[illegible]uissimũ à mutatione impendebat pe-
riculum, propter inæqualitatem facultatum inter ciues. Nam & q[illegible]
summa erat gloria, atq; animorum elatio, ij theatris, epulis, ambitu, & æ-
dificando rem familiarem comminuerant: & diuitiæ ad ignobiles & [illegible]-
iectos homines redierant, ut leui momento resp. impelli, & propè à q[illegible]-
uis euerti posse uideretur, ipsa suis uitijs laborans. Verùm enimuero [illegible]a-
tilina ut ualidam aliquam arcem præoccuparet, consulatum a[illegible],
C. Antonius qualis. magnaq; in spe erat, se cum C. Antonio cõsulem designatum iri uir[illegible] q[illegible]
se ipse neutram in partem ducem præberet, sed ducẽ nactus, faci[illegible] seq[illegible]e-
retur, eiusq; potentiã augeret. Hæc cùm præstantissimi ciuiũ præse[illegible]-
sent, Ciceronẽ ad consulatum petendũ produxerun[illegible]. isq; à popul[illegible] m[illegible]-
gno fauore exceptus est, & repulso Catilina cum C. Antoni[illegible] c[illegible]ul de-
signatus, quanq; solus inter cõpetitores non patricio, sed equestri p[illegible]e
natus esset. Latuerunt adhuc plerosq; Catilinę cons[illegible]a. Magna autẽ cer-
tamina, ac quasi eius rei exordia in Ciceronis consulatus init[illegible]m i[illegible] de-
14 runt. Primùm enim ij, quib. Syllanis legib. interdictum erat magistra[illegible]
petitione, neq; pauci numero, neq; uiribus destituti, pop[illegible] concitab[illegible]t,
multa, & quidem non uana, de Syllæ tyrannide conquerentes, sed [illegible]-
no tempore remp. concutientes. Deinde tribuni pl[illegible]s le[illegible]es eo[illegible]per-
tinentes promulgabant de constituendis decemuiris c[illegible]m plena pot[illegible]
state, qui totam Italiam, & Syriam, & quascunq; re[illegible]iones nuper P[illegible]m-
peius Romano imperio adiecerat sub se habentes, pu[illegible]ica bona uend[illegible]-
rent, damnarent quos uellent, & in exilium agerent urbes cond[illegible]t,
pecunias ex ærario sumerent, exercitus quant[illegible]s ui[illegible]ere[illegible] scriberent a[illegible]q;
alerent. Huic legi cùm alij primarij uiri, tum princeps Antonius Cice[illegible]
nis collega fauebat, sperans se unum ex decem istis futurum: ide[illegible]
debat[illegible]

A debatur Catilinæ institutum cum sciret, non ægrè tamen ferre, propter
alieni æris multitudinem. & optimatibus hoc maximum inijciebat me-
tum. Itaque hunc primo omnium sibi deuinciendum Cicero ratus, pro-
uinciam ei Macedoniam decreuit, sibiq; destinatam Galliam dimisit:
quo officio Antonium ita obstrinxit, ut quasi mercede conductus hi-
strio actioni suæ subseruiret. Eo subacto fiducia auctus, nouarum rerum
machinatores aggressus est: atque in senatu habita in legem istam ora-
tione, ita eius autores perterruit, ut quod contradicerent non haberent.
Cùm rursus eam ferre conarentur, consulesq; ad populum uocarent, ni-
hil perterritus, senatu se sequi iusso in concionem prodijt: ac non legem
modò eam sustulit, sed etiam oratione sua tribunos plebis ita fregit, ut de
reliquis etiam, quæ moliebantur, desperarent. Is enim præsertim uir o-
stendit Romanis, quantum suauitatis eloquentia rebus honestis conci-
liet, utq; id quod iustum est, si rectè oratione exprimatur, inuictũ sit: tum
eum qui in republica uersari præclarè uelit debere semper re quidem id
quod rectum est ei quod adulctur multitudini præferre, oratione autem
B efficere, ut id ipsum quoq; molestum sit. Exemplum quo quanta fuerit in Lex Roscia.
dicendo præditus gratia appareat, est etiã actio de spectandis ludis ipso
consule habita. Cùm ante in theatro equites permixti plebi spectassent,
primus M. Otho præturam tum gerens honoris causa eos à cæteris ci- 15
uibus separauit, locumq; peculiarem assignauit, quo etiamnum utuntur.
Hoc ad ignominiam suam spectare sentiens populus uisum in theatro
Othonem exibilauit, equites eum plausu exceperunt: rursumq; sibilos
populo, plausum equitibus tollentibus, confusio in theatro tumultusq;
& iurgium ordinum extitit. His auditis Cicero in theatrum uenit, popu-
lumq; in Bellonæ ædem euocauit: ibi ab eo dictis castigati cùm in thea-
trum reuertissent, plausum Roscio alacrem dederunt, in eoq; honorán-
do uinci se ab equitib. passi nequaq; sunt. Interim cõiurati Catilinæ cùm
initiò metu concidissent, animis receptis cõuentus agere, & mutuò se ad
rem audaciùs aggrediendã ante reditũ Pompeij, qui iam cum exercitu
reuerti ferebat, cohortari cœperunt. Catilinã Syllani maximè milites exci
tabant, quorum per totam Italiã dissipatorũ maxima & ualidissima pars
per Etruriæ urbes dispersa, prædas rursum & direptiones bonorũ alie-
C norum animo agitabant. Hi ducem nacti Manliũ, qui sub Sylla præclarè
militauerat, Catilinæ se coniunxerunt, Romamq; uenerunt, ut comitià
eius obirent. Rursus enim petebat consulatũ, ac decreuerat ipso in tumul-
tu comitiorum Ciceronẽ interficere. Videbant quidẽ ea quæ agebant
diuinitus terræmotibus, fulminibus, spectris indicari: indicia uerò ab hò Catilina
minib. delata, erant quidẽ ea uera, sed quę tamen contra ita nobilẽ atque II consi.
potentem uirum non sufficerent. Itaq; Cicero dilato comitiorũ die, in se- petit.
natum uocat Catilinã, ac de ijs, quæ allata erant, interrogat. Ibi Catilina,
quod & multos esse in senatu rerũ nouarũ cupidos putaret, & simul con
iuratis ostentare se uellet, molliter Ciceroni respondit. Quid tandem, in- "
quit, mali facio, si, cùm duo sint corpora, alterũ capite præditũ, sed graci- "
le & tabe confectũ, alterum ualidum & magnum, sed capite carens, huic "
ego caput impono? His ambagib. senatũ ab eo populũq; notari sentiẽs, "
magis etiam sibi metuit Cicero, eumq; thoraeib. induti primores urbis
uniuersi, & multi iuuenes in campũ deduxerunt: atq; ipse dedita opera
togã ab humero aliquantũ demittens, thoracẽ quem gestabat ostẽtauit,
periculum in quo cõstitutus erat significans. Itaq; multi eum stipauerũt
indignitate rei moti. Tandẽ populo in suffragia misso rursum repulsam

passus est Catilina, designatiq; consules Silanus & Murena. Haud multo pòst, cùm iam Catilinarij milites in Etruria conuenissent, diesq; facinori destinata appropinquaret, media nocte ad domū Ciceronis ueniūt primi potentissimiq; Romanorum, M. Crassus, M. Marcellus, & Scipio Metellus: hi cum ostium pulsassent, euocato ianitore, ut excitaret Ciceronem, seq; adesse indicaret iubent. Res ea erat. Crasso secundū cœnam literas reddiderat ianitor ab ignoto quodā homine allatas, alias alijs inscriptas, unas uerò ipsi Crasso, incerto autore. quas unas cū legisset Crassus, eaq; ostenderēt à Catilina magnas in urbe cædes editū iri, iuberēntque urbe ipsum excedere: reliquas nō soluit, sed statim ad Ciceronē contulit, cùm periculi atrocitate perculsus, tum ut suspicionē de se ob amiciciam Catilinæ conceptā purgaret. Cicero re deliberata, prima luce senatum conuocauit, allatisq; eò epistolis, singulis ut erant inscriptæ distribuit, iussitq; palàm recitare. Omnes idē indicabant, nempe insidias. Ad hæc Q. Arrius prætorius uir milites in Etruria occultè cogi indicauit. Relatū etiā est, Manlium cum magna manu circum illas urbes hærere, & semper nouū aliquid ex urbe operiri. Itaq; S.C. fit, darent operā cōsules, B ne quid resp. detrimenti capiat. fieri hoc non, nisi magni periculi metu, à senatu solebat. Hac sibi potestate data Cicero res extra urbē Q. Metello commisit, urbē ipse gubernandā sumpsit, ac quotidie in publicū tāta hominum multitudine stipatus prodijt, ut ab ijs magna fori pars occuparetur. Quapropter moram porrò nō ferens Catilina, statuit ex urbe se ad exercitum Manlianum proripere: Marcium autem & Cethegum iussit gladijs succinctos ad domum Ciceronis quasi salutādi causa ire, itaq; admissos eum occidere. Hæc Fuluia nobilis mulier Ciceronē noctu coueniens aperit, monetq; ut sibi ab ijs caueat. Ita hi cum summo manè uenissent, ac aditu prohibiti essent, molestè id ferentes, ac ante fores uociferantes, suspicionem auxerūt. Tum Cicero senatu in ædē Iouis Statoris (quæ est initio Sacræ uiæ, qua ad Palatiū itur) conuocat. Eò cùm Catilina etiā socijq; uenissent purgandi causa, nemo senator assidere eis sustinuit, sed uniuersi de sedilibus cesserunt. Catilina autem loqui orsus, perturbatus est. Tandē surrexit Cicero, Vrbeq; eum exire iussit: nam inter se, qui uerbis, & eum qui armis remp. gerere uellet, debere murum esse interpositum. Catilina statim cum trecentis armatis urbe exiuit, fascibusq; & lictoribus, perinde ac si magistratum gereret, assumptis, signisq; sublatis ad Manlium contendit: iamq; ad uiginti hominum millia coactis, urbes obiens ad defectionem sollicitabat. Itaque cùm iam haud dubiè bellum immineret, missus est consul Antonius qui eum debellaret. Qui in urbe relicti erant Catilinæ socij, eos continebat atque confirmabat Cornelius Lentulus, Sura cognomento, illustri natus familia, sed uitæ inhonestè actæ, & qui ob libidines senatu eiectus, tunc (qui mos est recuperantibus senatoriam dignitatem) iterum præturam gerebat. Fertur cognomentum Suræ hoc modo adeptus. Cùm sub Sylla quæstor multum publicæ pecuniæ interuertisset, idq; Sylla indignè ferret, inq; senatu rationem ab eo exigeret: progressus contemptim admodùm, rationem se redditurum negauit, suram autem prębiturum, id quod pueri solēt cùm in lusione pilę errauerunt. Inde Sura dictus est. Alio tempore cùm reus esset, ac corruptis pecunia quibusdam iudicibus, suffragijs duobus absolueretur, Inutiles se sumptus in altero iudicum corrumpendo fecisse dixit, satisq; fuisse, si una sententia absolueretur. Hunc tali ingenio prędītum, & à Catilina excitatum, insuper uana spe & cōfictis uaticinationibus

Indicia de Catilina. (margin, beside "Metellus")

16 (margin, beside "scriptas")

Lentuli Suræ flagitia. (margin, beside "nelius Lentulus")

A (margin, first line); C (margin, beside "tum. Catilina")

A nibus impostores quidam & præstigiatores perdebant, oracula ementita pro Sibyllinis uersibus cantātes, quib. indicaretur in fatis esse, uti tres Cornelij Romæ omnium domini essent: ex his duos, Cinnā & Sullā, expleuisse iam fatū: tertium esse hunc Cornelium, ei diuinitus dominationem offerri: modò acciperet, neq; cunctando, ut Catilina, occasiones perderet. Ob id nihil iam humile, nihil uile Lētulus cogitabat. Statuerūt ergo senatum uniuersum trucidare, & quotquot præterea possent ciues, urbē incendere, nemini omnino parcere, præter quàm Pompeij liberis: hos rapere & detinere obsidum loco, per quos trāsigere cum Pompeio possent. iam enim cōstans rumor tenebat, eum magno cum exercitu aduentare. Nox ad rem istam peragendā definita fuit una Saturnalium: gladij, stuppa, & sulfur in Cethegi domum cōportata: centum uiri ad singulas urbis partes singuli destinati, ut certis interuallis simul accensa urbs undiq; conflagraret: alij ordinati, qui aquæductus obthurarēt, & aquam petentes necarent. Forte tum Romæ erant duo legati Allobrogum, quę gens tunc maximè affligebatur, Romanorumq; dominationem ægre tolerabat. Hos Lentulus existimans utiles sibi fore ad concitandam Galliam, coniurationis socios effecit, literasq; eis ad senatū Allobrogicū & Catilinam dedit, libertatem illi promittens, hunc hortans, ut seruis libertate donatis statim Romam peteret: missus unà cum ijs ad Catilinam qui literas perferret T. quidam Crotoniata. Hæc hominum futilium, & qui plerunq; inter pocula & scorta colloquerentur, consilia Cicero uigili sobrioq; animo & summo studio solertiaq; indagans, multosq; habēs, qui in speculandis extrinsecus eorū conatibus se adiuuarent, cum multis quoq; eorū, qui socij cōiurationis uidebant, occultè colloquens, eorūq; indicijs credēs, de re cum Allobrogib. cōmunicata certior est redditus: noctuq; adiuuātibus occultè etiam Allobrogibus, Crotoniensem illum cum literis per insidias intercepit. Orto primùm sole in templū Concordiæ senatum conuocauit, ibiq; & literas recitauit, & indicia deferētibus audientiam fecit. Retulit etiam Iunius Silanus, esse qui audierint Cethegum dicentem, tres cōsules & quatuor prætores interfectū iri: & his germana Piso uir consularis. C. aūt Sulpicius prætor in domū Cethegi missus, multa ibi iacula & arma, plurimos gladios sicasq; recens acutas reperit. Tandem Crotoniata accepta publica fide in senatu omnē rem exposuit. Ita conuictus Lentulus, præturā eiurauit: depositaq; in senatu prætexta, uestē fortunæ suæ cōuenientem sumpsit: isq; & socij eius in liberā custodiam prætorib. traditi sunt. Cùm iam aduesperasset, populusq; frequens expectaret, progressus Cicero ciuib. rem narrauit, ab ijsq; in domum amici cuiusdā uicini deductus est: suam enim mulieres obtinebāt, arcana Bonæ Deæ sacra celebrantes. fit hoc quotannis, in domo cōsulis, & sacrificium præsentib. Vestalibus à matre uel uxore consulis peragit. Ingressus eam in domū Cicero, paucis admodū præsentibus, secū quomodo agēdum cum deprehensis esset deliberabat. Nam & ab extremo, & tali facinore digno supplicio abhorrebat, cùm ob innatam humanitatem, tum quòd uerebatur, ne potestate sua luxuriare, insolentiusq; insultare uideretur uiris nobilissimis, & amicos potentes habentibus: & si clementiùs eos tractasset, imminens ab ijs periculum reformidabat: uidebat enim nisi mortis supplicio affectos non quieturos, sed accedente ad ueterem nequitiā noua ira quiduis ausuros: tum se, qui alioquin parum animosus haberetur, mollem timidumq; iudicatum iri. His illo curis distracto, mulieribus sacrificātibus ostentum est factū. Ara enim, cùm iam

Sacra Bonæ Deæ.

sopitus putaretur ignis, ex cinere & crematis corticibus flammā copio- A
sam splēdidamq; edidit. ob hanc reliquis metu diffugientibus, Vestales
Terentiam Ciceronis uxorē celerrimè ad maritū accedere, & quæ pro sa
lute patriæ cogitaret agere iubere, hortatę sunt: flammā enim à Dea edi-
tam multū illi ad salutem & gloriā momenti polliceri. Terentia aūt mu-
lier minimè demissi aut timidi ingenij, sed animo elato prædita, & quæ
(ut ait Cicero) magis à marito partem publicarū curarū acciperet, quàm
domesticarū in eum conferret, ut iussa erat fecit, uirumq; aduersum reos
incitauit. Idē fecerunt Q. frater, & P. Nigidius, quē Cicero in studijs phi-
losophiæ socium habuit, eoq; inter reip. negocia plurimum est usus. Po-
stridie cùm in senatu de supplicio coniuratorū sententiæ dicerentur, Si-
lanus, qui primus interrogatus erat, censuit abductos in carcerē ultimo
supplicio esse afficiendos. Huic suffragati sunt omnes, usq; ad C. Cæsarē,
qui deinde dictator factus est. Is tum primùm fundamenta suorū iaciens
incrementorum, iamq; eam in spem & uiam ingressus, qua res Romanas
in suam unius potestatem inferioribus temporibus redegit, cùm lateret
reliquos, non fefellit Ciceronem, coniurationi fauens: multas enim suspi- B
ciones collegit Cicero, nullum tamen ad conuincendū sufficiens indiciū
consequi potuit: neq; desunt qui tantùm non ab eo deprehensum Cæsa
rem subterfugisse dicant. alij consultò præteritū in detegenda cōiuratio-
ne Cæsarem à Cicerone affirmant, amicos eius & potentiam metuente,
& animaduertēte id, quod in promptu erat omnibus uidere, potiùs fore
ut coniurati propter Cęsarē salute donarenť, quàm is propter eos suppli
cio afficeretur. Is igitur Cæsar iussus sententiā ferre, pronunciauit, Non
esse necandos, sed bona eorum publicanda: ipsos in custodiā per Italiæ
urbes, quascunq; ad eam rem Cicero delegisset, uinctos tradendos, tan-
tisper dum Catilina debellaretur. Huic sententiæ, cùm & clemēs esset, &
ab homine summa ui dicendi pędito dicta, haud parum momēti Cice-
ro addidit, cùm ipse quoq; surgens in utranq; partem disputasset: & om-
nes amici Ciceronis Cæsaris in sententiā inclinabant: quam Ciceroni u-
tiliorem, eoq; minùs calumnijs eum obnoxiū fore, si illi nō necarenť, ui-
debant. Quo factū adeò est, ut Silanus quoq; mutatus sententiā suā re-
tractaret, seq; non de nece censuisse diceret, uerùm carcere, quod ultimū
posset Romano irrogari suppliciū. Hanc sententiā primus omniū impu- C
gnauit Catulus: deinde sermonē eius excipiens Cato, & oratione uehe-
menter ad suspectum coniurationis faciendū Cæsarē tendens, excitauit
animauitq; senatū, ita ut morte damnaret reos. Tum publicationi bono-
rum Cæsar reclamauit, indignum esse affirmans, suę sententię humanio-
ribus capitib. repudiatis, id unū quod esset durissimū arripi: multisq; ur-
gentibus contra, ad tribunos plebis prouocauit. Sed ij non sunt assensi:
ipse Cicero eam partē concessit, publicationēq; remisit. Assumpto dein-
de senatu, dānatos adijt, quos diuersis in locis apud prętores asseruatos
fuisse dictum est. Primùm à Palatio Lētulum per Sacram uiam deduxit,
mediumq; forum, principum uirorū caterua cinctus atq; stipatus, popu
lo aūt tacito prętereunte, ac horrente eorū quę agebantur metu, iuueni-
bus pręsertim, qui uidebantur quasi sacrificiū quoddā auitum potentiæ
optimatium cum timore & stupore obire. Cùm per forum trāsijsset, atq;
ad carcerem uenisset, carnifici Lentulū tradidit, & necare iussit: deinde
Cethegum, & reliquos unum post alium eòdem abduxit, & occidi man
dauit. Videns aūt multos coniurationis socios confertim in foro adsta-
re, qui ignorantes quid esset actum, noctē expectabant, uiuere adhuc il-
los,

Coniurati ut supplicio affecti.

A los, & eripi posse putantes: magna ad eos uoce, Vixerũt, inquit. eo enim uerbo infaustũ mortis nomen euitare consueuerunt. Vesperi per forũ se domum contulit, non iam tacitis ciuibus, aut ordine eum comitantibus, sed quòcunq; peruenisset cum clamore & plausu excipientibus, seruatoremq; patriæ & conditorẽ inuocantibus. Passim lucebant angiportus, lampadib. facib. ante fores ubiq; cõstitutis. Mulieres etiã de tectis prospiciebant, honorandi spectandiq; eius uiri causa, qui tam splẽdido præstantissimorũ uirorum comitatu domũ repeteret. Quorũ quidẽ pleriq; maximis gestis bellis, triũphis ductis, & terra mariq; auctis Romani imperij finib. insignes inter eundũ mutuò colloquebãtur: fatebãturq; multis quidem ducib. eius ætatis deberi à populo Romano diuitias, spolia, et potentiã accepta ferri: securitatem aũt & salutẽ uni Ciceroni, qui tale tantumq; auertisset periculum. neq; eñ tam mirabile id uidebatur, quòd conatum istũ perditorũ hominũ repressisset, & sontes puniuerat, quàm quòd maximum omniũ qui unq; extiterunt motũ minimis malis, & absq; seditione ac tumultu sedauerat. Etenim pleriq; eorum, qui ad Catilinã cõflu

B xerant, ut de Lentuli & Cethegi exitu cognitũ fuit, deserto eo diffugerunt: cùm reliquis ipse aduersus Antoniũ cõmisso prœlio, cæsus est cum exercitu. Neq; uero defuerũt, qui ob hæc Ciceronẽ maledictis iniurijsq; uexare parati essent, duces nacti eos qui insequenti anno magistratus essent gesturi, Cæsarẽ prætorem, Metellũ & Bestiam tribb. plebis. Hi cùm paucis ante finem consulatus Ciceroniani dieb. magistratũ occepissent, concionem eum habere passi non sunt: sed in rostris subsellia collocãtes, conscendere eum, & uerba ad populũ facere uetuerũt, iusseruntq; ut inferiori loco magistratum modò eiuraret. Progressus ergo iurandi causa Cicero, silentio facto non patrium, sed suum quoddã nouum iusiurandũ dixit: Se utiq; patriæ salutẽ attulisse, & imperiũ conseruasse. idemq; uniuersus populus iurauit. Qua re magis etiam Cæsar & tribb. plebis iritati, cùm alia quib. conturbarent Ciceronem moliti sunt, tum legẽ de uocando cum exercitu ad Ciceronis potentiam dissoluendam Pompeio tulerunt. Verùm eo tempore tribunus plebis M. Cato plurimum & Ciceroni, & toti ciuitati profuit, qui illorũ conatibus pari potestate, maiore autem fretus gloria se opponebat. Is & reliqua facilè soluit, & pro cõcione 17

Cic. ut eiurauit consulatum.

C consulatum Ciceronis ijs laudibus tulit, ut & honores ei, omnium, qui Romano alicui unquã obtigissent, maximos decerneret, & patrẽ patriæ appellaret. Primus omnium hoc nomen tulisse uidetur Cicero, ita à Catone apud populũ salutatus. Cùm aũt plurimũ eo tẽpore in rep. ualeret, multis seipsum inuisum reddidit, nullo quidem malo facinore, sed quòd seipsum identidem laudaret atq; iactaret, eo multos offendens: nam neque senatus, neque populus conuenire, neque iudices poterant, quin Catilinæ & Lentuli inculcaretur mentio. denique libros etiam suos laudibus suis repleuit, orationemq; suam suauissimam alioquin & gratiosissimam auditorib. molestam effecit, hac ueluti peste quadam assiduò infectam. Enimuerò quanquam ita immodica teneretur arrogantia, fuit tamen ab inuidia uacuus, & cùm priores, tum æquales liberalissimè laudauit, id quod ex scriptis eius patet, &, quæ feruntur, dictis. Aristotelem aureum eloquentiæ flumen dixit: de Dialogis Platonis affirmauit, Iouem, si locuturus fuisset, eo sermone usurum: Theophrastum delicias suas appellare solebat: de orationibus Demosthenis interrogatus quam earum pulcherrimam putaret, Longissimam, respondit. Et tamen inueniuntur, qui cùm se Demostheni fauere præ se ferant,

Cic. cur inuisus multis.

In laudando ingenuus.

dictum quoddam Ciceronis inuadunt, quòd is in epistola quadā ad amicum scripserit, Demosthenem alicubi in orationibus suis dormitare: obliti interim magnarum & admirabilium laudationū, quibus eum passim euehit, & quòd is imitatione Demosthenis orationes suas, in quas plurimum studij contulerat, Philippicas inscripserit. Qui eodem tempore doctrinæ & sapientiæ nomine illustres fuerunt, horum nemo est, cuius non Cicero uel loquens de eo uel scribens amice, gloriam auxerit. A' Cæsare iam rerum potito ius ciuitatis Cratippo Peripatetico impetrauit: effecit etiam, ut Areopagitæ decreto facto à Cratippo postularent, ut tanquam ornamentum urbis, Athenis maneret, ibiq; iuuentutem philosophicis studijs informaret. Sunt & epistolæ Ciceronis ad Herodem una, altera ad filium, qua eum Cratippo se coniungere iubet. Gorgiam autem rhetorem incusans, quòd filium ad uoluptates & compotationes illexisset, consuetudine eius prohibet: hæc una ferè Græcarū Ciceronis epistolarum, & alia ad Pelopē Byzantium, obiurgatoriæ sunt. Ac Gorgiā quidē haud immeritò traducit, si quidē ira prauus, ut uidebatur, & luxuriosus fuit. Cum Pelope aūt minus liberaliter & morosè expostulat, neglectum eius culpa querens, ne sibi à Byzantijs honores quidā certi decernerent. Arrogantiæ quidem hæc sunt imputanda: sicut & illud, quòd sæpe orationis uehementia elatus decorū prodidit. cuius generis quædā perstringemus. Cùm Munatiū in iudicio defendisset, isq; absolutus sociū ipsius Sabinum accusaret, ita fertur ira euectus Cicero fuisse, ut in hæc uerba prorumperet: Nimirum tua opera, Munati, damnationem effugisti, non me multas tenebras in luce iudicibus offundente? M. Crassum pro concione laudans, placuerat. Eundem cùm paucis pòst diebus uerbis proscinderet, isq; diceret, Nónne de hoc loco nuper me laudasti? Vero, inquit, exercitationis causa de uili materia declamans. Cumq; idē aliquando publicè dixisset, nullum Crassum Romæ ultra sexagesimū annum uixisse, idq; deinde negaret, ac diceret, Quānā ego id de causa locutus essem? respondit Cicero: Sciebas Romanos id libenter audituros, itaq; ijs uerbis gratiam eorum captasti. Eidem probari sibi Stoicorū sententiā ferenti, qua uirum bonū aiunt esse diuitē, Vide, inquit, ne id tibi magis arrideat, quòd omnia dicunt sapientis esse. nam auariciæ crimine Crassus notabatur. Alter filiorū Crassi Axio cuidā erat forma similis, ideoq; mater eius malè audiebat, quasi cum eo adulteriū fecisset. Eius cùm quædā oratio in senatu placuisset, interrogatus Cicero quid sibi uideret, Græcè respondit, Axius Crassu. Est aūt Axius Græcis, quod latinis dignus: itaq; bifariā intelligi id dictū poterat, ut is uel dignus Crasso acciperetur, uel Axio patre natus, Crasso pro uero filio subditus uideret. Abiturus in Syriā Crassus, malensq; amicum quàm inimicū relinquere Ciceronē, blādè eum cōpellauit, & uelle se cū eo cœnare dixit: atq; eū Cicero comiter accepit. Paucis pòst dieb. de Vatinio, inimico & ipso, amici ad Ciceronem retulerūt recōciliari eum & in gratiā amiciciāq; redire uelle: tū Cicero, Num'nam, inquit, Vatinius quoq; apud nos uult cœnare? Eundē Vatinium causam agentē, tumidum uocauit oratorē: quòd collū strumosum haberet. Cùm eum mortuū esse audiuisset, & mox certò cognouisset eū uiuere, Malè, inquit, pereat, qui malè mentitus est. Cæsare legē ferēte de agro Cāpano militib. diuidendo, cùm multi in senatu id ægrè ferrent, L. quidam Gellius decrepitæ iam ætatis dixit, Nunquam id se uiuente futurum. tum Cicero: Expectemus, ait. non enim longam dilationem petit Gellius. Erat quidā Octauius, qui Afer domo putabatur, huic quodam in iu-

Dicta aliquot eius.

A in iudicio Cicero, eum à se exaudiri neganti, Atqui, inquit, auris tua fo-
ramine non caret. Metello Nepoti obijcienti, plures eum testimonio di-
cendo perdidisse, quàm patrocinando seruasse, fassus est ita rem habere:
plus eñ sibi fidei quàm facundiæ esse. Adolescenti cuidã, qui in placẽta
uenenũ dedisse patri ferebatur, minanti se conuiciũ ipsi facturũ Cicero,
Id malim, inquit, quàm placentã. Cùm P. Sestio aduocatus in iudicium
cum alijs nonnullis uenisset, Sestiusq; neminẽ pro se quicq; dicere pate-
retur, sed ipse omnia uellet, cùm eum iam absolutũ iri à iudicib. appare-
ret, & sententiæ ferrentur, Cicero eũ ita notauit: Vtere hodie, Sesti, tem-
pore, cras eñ priuatus eris. P. Cottam hominẽ indoctum & hebetẽ, sed
qui iurisperitus uideri uellet, in quadã causa testẽ citauerat. is cùm nihil
se scire diceret, Fortassis, ait Cicero, de legib. & iure te interrogari putas.
Metello Nepoti in contentione quadam sæpenumero quærenti, Quis
fuit tuus, ô Cicero, pater? Ad talẽ, inquit, interrogationẽ ut tibi sit quàm
mihi respondere difficilius, mater tua fecit. mater enim Metelli impudi-
ca existimabatur. Ipse Nepos homo erat leuis, ut qui aliquando tribuna-
B tu plebis subitò deserto ad Pompeium in Syriam nauigârit, ab eoq; in- 19
consultiùs redierit: sepeliens autem Philagrum preceptorem suum stu-
diosè, coruum lapideũ monumento eius imposuit. Hoc, Cicero ait, pru-
denter fecisti: magis enim uolare te, quàm loqui docuit. M. Appio in a-
ctione cuiusdam causæ præsante, oratum se ab amico, uti diligentiam, fa
cundiam, fidemq; adhiberet: tu uerò, inquit Cicero, ferreus es, qui ne u-
num quidem istorum, quæ amicus petijt, adhibueris. Enimuerò inimi-
cos aut aduersarios acerbioribus insectari dicterijs, oratorium uidetur:
proximum uerò quenq; risus captandi gratia offendendo, multorum in
se odia concitauit. cuius generis etiam pauca adscribam. M. Aquilium,
quòd is duos generos exules haberet, Adrastum uocabat. L. Cotta, ho- 20
mine uinosissimo, censuram gerente consulatũ petebat Cicero: sitiensq;
cùm bibisset amicis circumstantibus, Rectè, inquit, à uobis factum est.
metuebatis enim ne mihi, quòd aquam biberem, cẽsor, si uidisset, irasce-
retur. Voconio obuiam factus, tres insigniter deformes filias ducenti se-
cum, uersum hunc pronunciauit,

Phœbo haud sinente hic seminauit liberos.

C M. Gellio, qui uidebatur non ingenuis parentibus ortus, magna & clara
uoce literas senatui recitante, Ne miremini, ait: ipse quoq; unus est eorũ
qui proclamarũt. Cùm Faustus Sylla, magni illius dictatoris Syllæ F. ma- 21
gnam bonorum partem decoxisset, & ære alieno pressus bona quædam
proscripsisset, Hanc sibi meliùs placere, quàm paternã proscriptionẽ di- 22
xit. Hac dicacitate multos sibi inimicos parauit: Clodiusq; cum alijs ad-
uersus eum cõspirauit, nactus huiusmodi occasionẽ. Erat Clodius patri-
cio genere natus, iuuenis audax & insolens. Is cùm Pompeiam Cæsaris *Clodij flagitia.*
amaret uxorem, inq; huius domo mulieres sacra Bonæ Deæ (quæ uiris
adiri spectariue nefas) peragerent: uestitu & habitu psaltriæ sumpto oc-
cultè se ingressit, sperans se quòd adhuc imberbis esset, latêre posse, & ita
per mulieres ad Pompeiã uenire. Cæterùm noctu in tã amplã ingressus
domum, cùm transituum esset ignarus, hinc atq; hinc oberrãs ab ancilla
Aureliæ (mater hæc erat Cæsaris) conspectus est: iussusq; nomen edere,
& loqui coactus, quærere se Auram Pompeij pedisequam dixit. Ancilla
uoce maris cognita exclamauit, ac mulieres conuocauit: atq; illę foribus
clausis omnia loca perscrutatæ, Clodium deprẹhenderunt, qui in cubi-
culum ancillę, qua cum ingressus fuerat, confugerat. Hac re diuulgata 23

Cæsar

Cæsar nuncium uxori remisit. Clodium pollutorum sacrorum postula- A
24 uit*. Erat sanè amicus Clodij Cicero, eiusq; in negocio Catilinario
promptissima opera, & custodia corporis usus fuerat. Verùm tunc eo cri
men ita depellente, ut affirmaret se tempore sacrorum istorum longissi
mè ab urbe abfuisse, testimonium Cicero contrà tulit, Clodium tum ad
se domum suam uenisse, ac de quibusdam rebus collocutum affirmans.
Erat quidem hoc uerum: sed Cicero uidetur non tam ueritatis studio,
quàm ut se uxori Terentiæ purgaret, testimoniū dixisse. Infensa enim Clo
dio Terentia erat propter sororē eius Clodiam, quam Ciceroni nubere
25 cupere suspicabatur, idq; agere per Tulliū quendā, qui Ciceronis socius
atq; familiarissimus crebrò ad Clodiā in propinquo habitantē commea-
bat. itaq; uxor morosa, & marito imperans, perpulit eum ut Clodiū testi-
monio premeret. Multi etiam alij præstantissimi uiri Clodiū peierasse, fal
sum cōmisisse, ambitus sontem esse, ac mulieres ab eo corruptas testati
sunt: Lucullus etiā ancillas ad quæstionē præbuit, quæ eum cum sorore
natu minima, dum ea uxor sua fuit, rem habuisse dicebāt. Tenebat fama
cæteris etiā duab. sororibus corpus eum miscuisse: Terentiæ nimirū, quę B
Marcio Regi, & Clodiæ, quæ Metello Celeri nupta fuit, quam & Qua-
drantariā appellabāt, quòd amator quidā ipsi quadrātes (æreū nomisma
est, omniū minimū) in loculis pro argento miserat. propter hanc præser-
Iudicium constupratum. tim malè audiebat Clodius. Verùm populo se testib. illis & aduersarijs
opponente, iudices sibi metuentes præsidio se cinxerunt, plerīq; etiā ta-
bulas confusis literis scriptas intulerunt: pluribus tamen uisus est absolui
Clodius suffragijs. Largitione aūt corrupti ferebant. Itaq; Catulus iudi-
cibus istis obuiā factus, Verè, inquit, securitatis causa præsidiū petijstis:
metuebatis enim ne quis uobis nummos eriperet. Cicero, cùm ei Clodius
„ obijceret, testimonio ipsius fidē a iudicib. non habitam, At uerò, ait, mihi
„ XXV iudices crediderunt, qui te dānauerunt: tibi triginta non credide-
„ runt, qui te nō nisi priùs accepta pecunia absoluerūt. Cæsar quidē uoca-
tus testimoniū aduersus Clodiū nō dixit, seq; uxorē pro adultera habere
negauit: repudiasse aūt eam, quòd Cæsaris coniugiū nō facto modò tur-
Clodij tribunatus. pi, sed etiā fama sinistra uacare debeat. Absolutus Clodius, ac tribunus
plebis creatus, statim Ciceronē insectari cepit, & contra eum omnes res,
omnes homines concitare: itaq; plebē sibi legib. gratis deuincire, consu- C
libus magnas prouincias, nempe Pisoni Macedoniā, Gabinio Syriā de-
26 cernere, multorum inopum manū cōtrahere, quorū opera propositum
conficeret, seruos armatos secum habere. Summa tum potentia Crassus,
„ Pompeius, ac Cęsar ualebant. Ex his Crassus Ciceronē palàm impugna-
bat, Pōpeius eum ludificabat, Cæsar cum exercitu in Galliā iturus erat.
Hunc, quanq; non amicū, sed ob Catilinariā rem simultatibus adhuc du
rantibus, Cicero subijt, orauitq; ut se legatū in bellum secū duceret. An-
Cicero id in exilium actus. nuente Cæsare, Clodius uidēs Ciceronē ex tribunatu suo elapsurū, simu
lauit se cupere cum eo in gratiā redire, Terentiæ maiorē culpæ partē im-
putans, Ciceronisq; mentionem honestam identidem faciens, ac præ se
ferens, non odisse eū se, aut malè ei uelle, sed esse de quib. cum ipso amicē
& leuiter queraī. Hac arte effecit, ut omni excusso metu Cicero, legatio-
nē Cęsarianā detrectaret, rursusq; ad rēp. se cōferret. Ea re irritatus Cęsar
Clodiū cōfirmauit, Pōpeiū à Cicerone abalienauit, atq; ipse apud popu
lū testatus est, Videri sibi cōtra leges Lentulū & Cethegū reliquosq; in-
dicta causa necatos. Huius enim rei causā Cicero postulabaī. Is itaq; tum
reus factus, & periclitās, ueste mutauit, comaq; profluente obambulans
populo

A populo supplicabat. At Clodius hominũ petulantiũ & temerariorũ caterua stipatus undiq; in angiportib. ei occurrebat, qui cõtumeliosè mutatũ Ciceronis habitũ exagitantes, sępe etiã luto & lapidib. iaciẽtes supplicationes eius impediebãt. Enimuerò Ciceroni primùm uniuersus ferè equestris ordo, ueste unà mutans, & haud pauciores uiginti millibus iuuenes promissis crinib. ei in deprecando aderant. Deinde cùm senatus conuenisset, ut populum uelut in publico luctu squalidum amictum sumere S.C. iuberet, eiq; rei consules repugnarent, Clodius aũt cum armatis ante curiam oberraret: haud pauci senatores foràs excurrerũt, uestes discerpentes suas & uociferantes. Qui aspectus cùm nullã misericordiã, nullam uerecundiam moueret, Cicero cùm aut exulandum sibi, aut rem ferro decernendam sentiret, coactus est Pompeij implorare auxilium, qui tum dedita ad hoc opera se in agros apud Albanum subduxerat. Ad hunc primo Pisonẽ generum suum misit, deinde ipse adijt. Pompeius ut de aduentu eius cognouit, in conspectum uenire non sustinuit, uerecundia eius uiri perculsus, qui pro ipso grauia sustinuisset certamina, & in

B ipsius gratiã multa egisset: sed cum Cęsare socero ita uolente prodito officio referendę gratię eum destituit, ac per aliud ostium elapsus cõgressum eius euitauit. Ita proditus desertusq; Cicero ad consules cõfugit: quorum Gabinius semper se difficilem præbuit, Piso autem humanius collocutus, suasit ut cederet, impetuiq; Clodiano se subduceret, mutationem temporũ æquo animo ferret, rursusq; patriã seditionibus & malis ipsius causa obiectã seruaret. Hoc responso accepto, cum amicis deliberauit: ex his Lucullus manere iubebat, ut uictoria potiturum: alij fugere, mox enim populum furore & sceleribus Clodij saturatũ, desiderio ipsius capturi. Horũ sentẽtia approbata Cicero signũ Mineruæ, quod diu domi dedicatũ habuerat, atq; coluerat, in Capitoliũ portauit, ibiq; dedicauit, hac inscriptione, MINERVAE VRBIS CVSTODI. Deinde comitib. ab amicis acceptis, circa mediã noctẽ urbe exiuit, ac per Lucaniam pedestri itinere cõtendit, Siciliã petẽs. Postquã fugisse eũ innotuit, Clodius de exilio eius fert, edictũq; proponit, quo aqua & igni ei interdiceretur, neq; tecto eũ recipere intra quingentesimũ ab Italia milliare licitũ esset. Nemo ferè id edictũ curauit, reuerentib. omnib. Ciceronem, omniq; offi-

C cio prosequentibus. Hipponij, quæ urbs est Lucaniæ, & nũc Vibo dicit', Vibius homo Siculus, q & alios multos fructus amiciciæ Ciceronis perceperat, & ab eo consule præfectus fabrum factus fuerat, uenientem domo non recepit, pollicitus tamen est se ei locum in agro, ubi latêret, de- 27 signaturum. C. autem Virgilius Siciliæ prætor, qui plurimum Cicerone usus erat, missis literis ei Sicilia interdixit. Debilitato eam ob rẽ animo, Brundusium perrexit, atq; inde uento secundo Dyrrhachium uectus, cùm uentus ab alto contrarius incidisset, retrò unde uenerat auectus est, deinde rursus traiecit. Ferunt cum iam littus apud Dyrrhachium attigis- Prodigium. set, essetq; in terram egressurus, simul & motum terræ extitisse, & mare æstu retrò absorptum: indeq; collegisse diuinos homines, haud diu eum exulaturum, quòd ista signa essent mutationis. Quanq; aũt multi ad eum beneuoli uiri conuenirent, Græcæq; urbes certatim officijs prosequerentur: mœstus tamen, & in summo dolore uiuebat, crebrò ad Italiam, ut infeliciter amantes ad amasias, respiciens, animo calamitate planè deiecto: quod de uiro ita in optimis studijs diu multumq; uersato nemo sibi pollicitus fuisset. Atqui frequenter ipse ab amicis postulabat, ut non oratorem se, uerùm philosophum appellarent: nam se philosophiã, ut rem,

sibi

ſibi propoſuiſſe, arte oratoria tanquam inſtrum[illegible] A
28 ctandis uti. Sed profectò ea uis eſt gloriæ, ut eius ſtudium eq[illegible]
reipub. uerſantur ex animis doctrina [illegible] iunctio[illegible]
poſſit, affectusq́ multitudinis ob conſuetudinem in ijs e[illegible]
quis admodum cautus ita cum hominibus agat, ut rer[illegible]
num quæ eas ſequuntur particeps eſſe[illegible]. Clodius ei[illegible]s
uillas & domum incendit, inq́ ea area ædem Libertatis æ[illegible]: bona
eius uenditauit, quotidie præcone ea proclamāte. Sed [illegible]m
emebat. Terrori exinde optimatibus eſſe cepit, populumq́, cui [illegible] li[illegible]di-
ni & temeritati habenas laxârat, ſecum trahens, ipſum etiam Pompe[illegible]
adortus eſt, quædā ab eo dum bell[illegible] gereret conſtituta reſcindens. Qua-
propter Pompeius infamia laborans, incuſare ſeipſum, qui Ciceronem
proiecisset, mutatoq́ conſilio in omnes ſe partes uertere, & re[illegible] ei
amicorum opera machinari. Cùm intercederet Clodius, S.C. factum eſt,
ne qua de re publica ſtatueretur, niſi Ciceroni reditu decreto. Le[illegible]o
conſule, cùm augeſceret ſeditio, [illegible] ut & in foro ui[illegible] lnetarentur [illegible]i
plebis, & Quintus Ciceronis frater inter cadauera ueluti mortu[illegible] B
ret, animi populi mutari ceperunt, ac primus tribunorum ple[illegible] A[illegible]
Milo auſus eſt Clodium ui in iudicium trahere. Pompeio etiam [illegible] m[illegible]ti
ex populo & uicinis urbibus adiunxerunt, cum quibus ille in f[illegible] p[illegible]o
greſſus, pulſo Clodio ad ſuffragia ciues uocauit. Nihil unquam [illegible]o
puli conſenſu decretum ferunt. Senatus ne à populo hac in parte u[illegible]ce-
retur, decreuit ut gratiæ agerentur urbibus, quæ in exilio Cicero[illegible]o
miſſent: utq́ uillæ eius & domus, quæ Clodius perdiderat, public[illegible]-
Reditus Ciceronis. ptibus inſtaurarentur. Rediſt Cicero decimoſexto quàm fugerat men[illegible]e.
Tanto autem gaudio ciuitates, tanto ſtudio homines obuiam ei [illegible]-
29 derūt, ut quod ipſe poſteà Cicero dixit, minus quàm ipſa rei ueritas [illegible]e-
rit, ſe humeris Italiæ Romā reportatum. Quādo Craſſus etiam, [illegible]cus
eius ante exilium, reuertenti ſtudioſè obuiam iuit, ac in gratia[illegible] red[illegible]-
tificatus, ut aiunt, filio ſuo Publio, Ciceronis ſtudioſo. Paruo inter[illegible]
tempore, cùm Clodium peregrè a[illegible] deprehenderet Cicer[illegible]s
comitantibus in Capitolium adſcendit, & tabulas, quibus res a C[illegible]o
in tribunatu plebis geſtæ inſcriptæ erant, deturb[illegible]it atq́ perdid[illegible]t. [illegible]
rem cum ei Clodius obijceret, & ipſe diceret, Clodium cōtra legem à pa-
tricijs ad plebeios tranſiuiſſe, neq́ eorum quæ egiſſet quicquam ratum
eſſe: Cato moleſtè id tulit ac contradixit, non quod [illegible] pr[illegible]ar[illegible],
cuius actiones admodum oderat: ſed quod iniquum & [illegible]m f[illegible]e
cenſebat, ſi tot decreta & actiones ſenatus reſcinderet, inter quæ [illegible]a
erat negocij Cyprij & Byzantij adminiſtratio. E[illegible] res [illegible]
ter Ciceronem & Catonem exiſteret, quæ tamen n[illegible] a[illegible]ertas i[illegible]-
Milo Clodiū cædit. cicias erupit, ſed uſum tantùm familiaritatis imminuit. P[illegible] hæc C[illegible]ū
obtruncat Milo: eaq́ de cæde poſtulatus, patro[illegible] C[illegible]icer[illegible].
Senatus autem metuens ne illuſtri & animoſo uiro Milone in iudicio pe
riclitante tumultus in [illegible]be exiſteret, Pompeium huic & r[illegible] q[illegible]-
ſtionibus præfecit, e[illegible] le[illegible]e, ut is urbem & iudici[illegible] a pre[illegible]
ante diem forum a ſummo ad imum militibus c[illegible]t. [illegible]lo itaq́ me[illegible]
ne inſolens conſpectus armatorum Ciceronem pert[illegible] e[illegible]-
teriùs certaret in agenda cauſa, conſuluit ei ut le[illegible]tica in forum [illegible],
in ea ſe contineret, [illegible] ut [illegible] conuenti[illegible]ent iudices. Cicero autem e[illegible]
rat, ut apparet, non in armis modò timidus, ſed & ad dicendum [illegible]
accederet, uixq́ titubandi & tremendi finem faciebat plerisq́ in [illegible]-
minibus,

A minibus, prouecta iam oratione & augescente. idemque Licinium Mure-
nam à Catone accusatum defensurus, cùm Hortensium superare cōten-
deret florentē tunc laude eloquentiæ, nullā noctis partem cōquieuit: ita
ut nimijs curis uigilijsque læsus, deterior seipso uisus fuerit. Tum ergo ex 30
lectica ad dicendā pro Milone causam progressus, cum sublimi loco Pō-
peium tanquam in castris sedere, arma circumiecta foro splendere cōspe
xit, cōturbatus ægrè tandem dicēdi initiū fecit, corpore antè toto tremē-
te, ac uoce suppressa, cùm quidem ipse Milo fortiter sanè cōstantique ani-
mo adstaret, dedignatus etiam comam alere, aut pullam uestem induere:
quod quidem haud parum fecisse ad damnationē eius uidetur. Verùm
hoc tamen iudicio factum est ut magis amicorum studiosus quàm timi-
dus crederetur Cicero. Augur in locum Crassi iunioris apud Parthos in- *Ciceronis*
terfecti creatus est. Sortitus deinde prouinciam Ciliciam, & exercitum *in Cilicia*
duodecim peditum millia, equites bis mille sexcentos continentem, Ro *res gestæ.*
ma nauigauit. Mandatum ei erat, ut Cappadociam regi Ariobarzani be-
neuolam & obedientem redderet. Non hæc modò ita absque bello confe-
B cit, ut repræhendi à nemine posset: sed & Cilices ob Parthicam Roma-
norum cladem, & res nouas in Syria existentes mansueta prouinciæ
gubernatione continuit. Munera regibus offerentibus repudiauit: cœ-
nas prouincialibus remisit, quotidie autem ipse urbaniores ex illis conui
uio nō sumptuoso quidē, sed liberali tamē adhibebat. domus ipsius nul-
lo ianitore tenebatur, neque ipsum cubantem cōspexit quisquam, sed pri-
ma luce ante domum suam stans aut obambulans salutantes excipiebat.
Ferunt eum neque uirgis cecidisse quēquam, neque uestes ullius deripuisse,
neque conuicium per iram fecisse cuiquam, neminem etiam contumeliosè
mulctasse. Cùm inuenisset multos peculatus per prouinciā factos, cùm
ijs quæ surrepta erant restituendis urbes ditauit, tum ijs qui ablata red-
derent nullo præterea supplicio affectis integram famā conseruauit. Bel 31
lum quoque attigit, latronibus qui Amanum montem insederant profliga
tis: eiusque rei causa imperator à militibus est appellatus. Cœlio autē ora- 32
tori petenti, ut sibi ad ludos quosdam pantheras mitteret, ostentans res à
se gestas ita rescripsit: Non esse pantheras in Cilicia, sed omnes diffugisse
in Cariam, quòd ægrè ferrent omnibus alijs pacatis se unas bello infesta-
C ri. E prouincia decedens Rhodū appulit. Athenis autem desiderio actæ
olim ibi uitæ aliquantisper commoratus, cum doctissimisque uiris collo-
cutus, amicis & familiaribus salutatis, dignisque honoribus à Græcis acce
ptis Romā reuersus est, iam repub. uelut ex inflāmatione quadā in bellū
erumpēte ciuile. Ibi cùm in senatu de triumpho ei decernendo agerent,
Iucundius sibi fore dixit compositis discordijs Cæsaris triumphantis cur *Studium*
rum sequi. Priuatim quoque & Cæsarem per literas, & Pompeium coràm *pacis.*
deprecās, autor pacis fuit, mitigare utrunque & placare tentans. Postquàm
insanabile malum esse uidit, & Cæsare aduentante Pompeius non substi
tit, sed cum multis & bonis uiris Roma cessit: in hac quidem fuga Cice-
ro non fuit, adeoque Cæsari uisus est accedere. Et uerò cōstat diu cum con
silij incertum fuisse, grauique solicitudine in utranque partem distractū. Scri
bit enim in epistolis: Quò me uertam? cùm Pōpeius quidem gloriosam
& honestam belli causam habeat, Cæsar autem rem melius gerat, magisque
suæ & amicorum saluti consulat. quem fugiam habeo, non autem ad
quem confugiam. Cùm Trebatij, unius de amicis Cæsaris, epistolam ac-
cepisset, quæ ostendebat Cæsaris eam esse sententiam, debere Ciceronē
omnino sibi se adiungere, eandemque spem sequi: si tamen ob senectutem

tt à bello

à bello abhorreret, in Græciam proficisci, & ab utraq; parte remotum ibi quietem agere. miratus Cæsarem ipsum nihil scripsisse, respondit, Nihil se suis rebus gestis indignum commissurum. Cęterum profecto in Hispaniam Cæsare, statim ad Pompeium nauigauit. Aduentus eius gratus omnibus alijs fuit. Cato autē priuatim eum grauiter obiurgauit, qui se Pompeio adiunxisset. Se quidem dicebat honestè non potuisse eam, quam ab initio delegisset, reipublicę constitutionem deserere. Ciceronem autem, qui & patriæ & amicis utilior fuisse potuerit, si neutram partem secutus ad euentum se accōmodasset, inconsultè & nulla necessitate hostem Cæsaris factum ad tanti periculi societatem uenisse. Cùm hoc Ciceronem ut consilij pœniteret effecit, tum quòd nulla magna in re opera eius Pōpeius utebatur. in causa fuit ipse Cicero, non negans se pœnitere facti sui, & apparatum Pompeij exagitans, occulteq; consilia eius improbans, & à facetijs dicterijsq; in socios nō abstinens, ac cùm ipse austero uultu in castris circumiret, subinde alijs ridendi occasionem intempestiuè obijciēs. Non ab re est, quædam eius generis narrare. Domitio hominem belli imperitum militari imperio præficere uolenti, eiusq; morum probitatem & temperantiam laudanti, Cur ergo, inquit, nō eum liberis tuis tutorem seruas? Laudantibus quibusdam Theophanem Lesbium fabrûm in castris præfectum, quod Rhodios de amissa classe pulchrè esset consolatus, Magnum uero, inquit, bonum est, Gręcum habere præfectum. Cum Cæsari pleraq; succederent, & is Pompeianos quasi in obsidione haberet, Lentulo dicenti audisse se amicos Cæsaris tristes esse, Ais, inquit, eos à Cæsare dissentire. Marcio cuidam, qui recens ex Italia cùm uenisset, rumorem Romæ esse ferebat Pompeium obsideri, Ergo, inquit, propterea huc nauigasti, ut coràm ipse spectans crederes? Post acceptam cladem Nonio affirmante, bonam spem restare, superesse enim septem aquilas in castris Pompeij. præclarè eum dicere respondit, siquidem aduersus graculos bellum gereretur. Labieno ex uaticinationibus quibusdam asseuerante, omnino uictoriam Pompeij fore. Nunc ergo, inquit, quòd amisimus castra nostra, id dolo quodam bellico à nobis factum est. Enimuerò pugna apud Pharsalum facta, cui Cicero ob inualetudinem non interfuit, & fugato Pompeio, Cato qui Dyrrhachij magnas copias & numerosam classem habebat, Ciceroni, nimirum legibus & ob dignitatem consularem se præstantiori, imperium detulit. Quod cùm recusaret Cicero, & omnino cum illis amplius militare subter fugeret, Pompeius iunior & amici proditorem eum uocantes, & gladios stringentes occidissent, nisi Cato obsistens eum cædi eripuisset, & ex castris amandasset. Cicero Brundusium appulit, ibique Cæsarem præstolatus est, ob negocia Asiatica & Aegyptia morantem. Qui ut nunciatus est Tarentū applicuisse, atq; inde terrestri itinere Brundusiū proficisci, occurrere ei statuit, non quidem admodum diffidens, sed ueritus tamen nonnihil in tot hominum cōspectu uictoris hostis animum experiri. Verùm ille metus superuacaneus fuit. Cęsar enim ut eum longè ante alios occurrere sibi uidit, ex equo descēdit, hominemq; salutauit, cumq; eo solo colloquens per multa stadia processit. Exinde cōstanter eum honore & beneuolentia prosecutus est: adeò, ut laudationi quoq; Catonis ab eo scriptæ respondens, uitam & orationem Ciceronis, ut Periclis maximè & Theramenis similia laudaret. Oratio Ciceronis Cato, Cæsaris Anticato inscribitur. Q. etiam Ligario accusato, quod in hostium Cæsaris numero fuisset, ac Cicerone eum defendere aggresso Cæsarem dixisse

ferunt:

Pompeium sequitur.

Dicteria in Pompeij apparatu.

Cæsar Ciceroni ignoscit.

A B C

A ferũt: Quid obſtat, quo minus aliquandiu Ciceronẽ audiamus orãtem?
nam Ligarius ſanè iam pridem malus homo & hoſtis eſt iudicatus. Vt
uerò orſus dicere Cicero mirificè animos mouit, & oratio cùm uarietate
affectuum tum uenuſtate mirabili creuit, uarios in Cæſaris uultu colores
apparuiſſe, neq; feſelliſſe eum animũ uarias in partes uerſantẽ: & tandem
cùm ad Pharſalici prœlij metionem orator perueniſſet, uictũ animi per-
turbationibus contremuiſſe corpore, & quaſdam ſchedas manib. ei exci
diſſe. Ligarium quidem ui eius orationis expugnatus abſoluit. Porrò rei-
publicæ forma mutata, & omnibus in poteſtatem unius redactis, Cicero *Cicero ocio*
publicorum negociorum dimiſſa cura, adoleſcentibus philoſophiæ ſtu- *ſe dedit.*
dioſis uacauit: eorumq; ferè conſuetudine (erant enim nobiliſsimi & pri
marij) iterum in urbe plurimum ualuit. Occupabat autem ſuam operam
in ſcribendis philoſophicis dialogis, uel conuertendo aliquid de Græco,
& uocabulis Dialecticorum ac Phyſicorum in Latinum ſermonẽ tranſ-
ferẽdis. Hic eñ eſt, ut perhibent, qui de Græcis nominibus uiſa, aſſenſio-
nẽ, aſſenſionis retẽtionẽ, perceptionemq;, tum indiuiduũ, uacuũ, & mul-
B ta horum ſimilia aut primus expreſsit, aut maximè omnium Romanorũ
uſitata & nota reddidit, pro Græcis uocibus Latinas cõmodis trãslatio-
nibus aut alijs proprietatib. effingens. Sua in ſcribendo carmine facilita-
te animi cauſa utebatur: fertur enim quoties ad eam rem ſe dediſſet, una
nocte quingentos uerſus feciſſe. Eius temporis maiorem partem in præ-
dio ſuo apud Tuſculum exigens, amicis ſcribebat, Laërtæ uitã ſe uiuere:
ſiue ita iocabatur, ſiue omnino præ ambitione immodico reipub. deſide
rio ardens, præſentem rerum ſtatum iniquè ferebat. Raró autem in urbẽ
ueniebat, idq; colendi Cæſaris cauſa: princepsq; erat eorũ, qui honores
ei decernerent, nouiq; aliquid in laudem eius, & rerũ ab eo geſtarũ dice-
re ſtuderent. Cuius generis eſt, quod de Põpeij ſtatuis, quæ cùm ab alijs
deiectæ eſſent, iuſſu Cæſaris reſtitutæ erant, dixit, Ea humanitate ſua Cæ
ſarem Pompeij ſtatuas erexiſſe, ſuas uerò fixiſſe. Cùm autem animũ in-
duxiſset (ut traditum eſt) Romanã hiſtoriã conſcribere, multaq; ei operi
de Græcis rebus immiſcere, & omnes eorum fabulas narrationesq; inſe-
rere, multis publicis priuatisq; caſibus aduerſis impeditus eſt. quorũ ta-
men maiori parti cauſam ipſe uidetur præbuiſſe. Primùm eum Terentia *Terentiam*
C diuortiũ fecit, quòd tempore belli ab ea ita neglectus fuiſſet, ut & neceſ- *repudiat.*
ſario uiatico deſtitutus dimitteretur, neq; reuertens in Italiam ſui eam cu
ram gerentẽ reperiret. nam neq; Brunduſiũ ipſa uenit, cùm diu ibi Cice-
ro moraretur: & filiæ eò proficiſcẽti adoleſcẽtulæ ad tam longũ iter neq;
comitatum, neq; ſumptus, ut par erat, præbuit: quin & domũ Ciceronis
inanem omniũ rerum uacuamq; redegit, multis inſuper nominibus fa-
ctis, grauiq; ære alieno cõflato. Hæ ſunt, quæ honeſtiſsimæ feruntur eius
diuortij cauſæ: quas ipſas neganti ueras eſſe Terentiæ, defenſionis argu-
mentum præbuit, ducta non multo pòſt uirgine. Id amore formæ factum
Terentia ſpargebat rumorẽ: Tiro libertus Ciceronis, ut eſſet, qui æs alie-
nũ diſſolueret. Erat enim puella diues admodũ, eiusq; bonæ fidei ſuæ cõ
miſſa Cicero hæres ab ea ſcriptus ſeruabat: & cùm magnã pecuniæ ſum-
mã deberet, perſuaſum ei ab amicis eſt, ut eam duceret, ipſiusq; pecunia
creditorib ſatisfaceret. Antonius in Philippicarũ refutatione, nuptiarum
earum mentionem faciens, eieciſſe eum mulierem ait, apud quam cõſe-
nuiſſet: eleganter Ciceronẽ notãs, quòd à negocijs & bello ocioſus domi
ſemper hæſiſſet. Paulo poſt nuptias iſtas filia Ciceronis in partu apud *Tulliæ*
Lentulũ perijt, cui poſt Piſonis mariti prioris mortẽ nupſerat. Ad conſo- *mors.*

landū uerò Ciceronem undiq; philosophi cōuenerūt. Nam nimis quàm A grauiter eum casum ferebat, adeò ut uxorē quoq; repudiarit, quòd morte Tulliæ uoluptatem cepisse uidebatur. Hoc modo res domesticæ Ciceronis habebāt. Coniurationis autem in Cæsarē particeps non fuit, quanquam summus Bruti amicus esset, neq; eo quisquam præsentē statū iniquiùs ferret, amissamúe rempub. magis desideraret. Verùm illi cùm ingenium Ciceronis metuebant, natura timidū: tum ætatem, qua etiam fortissimorū hominū audacia deficit. Interfecto Cæsare, & amicis cæsi coëuntibus, cùm periculum esset ne ciuitas denuò bello intestino cōcuteretur, Antonius consul senatu cōuocato de cōcordia paucis uerbis dixit. Cicero autem copiosam, & tempori illi congruentem orationem habuit: persuasitq; senatui, ut Atheniensium exemplo obliuionem eorū, quæ de Cæsare acta essent, sancirent: Brutoq;, & Cassio, ac socijs eorum prouincias decernerēt. Sed horū nihil perfectū fuit. Nam populus cùm ultrò ad miserationem Cæsaris trucidati duceretur, ut funus efferri per forum uidit, Antonio insuper uestem eius cruore oppletam & plurimis uulneribus discissam ostentante, ira ad furorē concitatus per forum percussores Cæ- B saris quæsiuit: arreptoq; igne ad domos eorū accurrit, casq; inflammare conatus est. Illi hoc euitato periculo, quod præuiderāt, & se cōtrà muniˢerant, cùm multa alia & magna imminere uiderent, urbe cesserunt. Statim uerò Antonius elatus, omnib. terrori fuit, tanquam regnū inuasurus: maximè autem omnium Ciceroni, cuius cùm redintegratam in ciuitate potentiam uideret, Brutiq; amicum esse nosset, præsentiam eius molestè ferebat. augebant odium simultates iam antè ob uitæ & morum dissimilitudinem obortę. Hæc metuens Cicero, statuit cum Dolabella in Syriam legatus proficisci. Cùm autem cōsules post Antonium designati Hircius & Pansa, boni uiri, & Ciceronis imitatores, orarēt ne ipsos desereret, promitterentq; se præsente eo Antonium oppressuros: neq; fidens cis planè, neq; diffidens, iusso ualere Dolabella, cum Hircio & Pansa pactus se æstatem Athenis acturum: cumq; ipsi cōsulatum accepissent rediturum, solus nauigauit. Mora autem nauigationi iniecta, cùm (ut fieri assolet) noui Roma afferrentur nuncij, Resipuisse Antonium, & mirificè mutatum omnia secundum uoluntatem senatus agere: id modò ad optimum reipublicæ statum deesse, quòd ipse Roma abesset: seipsum propter nimiā C culpans timiditatem, reuersus est Romam. Prima spes non sanè eum fefellit. tanta enim multitudo ei obuiā effusa est, ut totus ferè dies excipiendo eum dextrasq; iungendo apud portas exactus sit. Postridie ab Antonio senatus conuocatus est, atq; ipse etiam uocatus: sed non uenit, prætexens se malè affecto ob nauigationem corpore decumbere: reipsa autem id metu insidiarum faciebat, quas sibi structas suspicabatur ex indicio ad se in uia delato. Antonius grauiter ea contumelia irritatus, militib. missis adduci eum, aut domum incendi iussit: multis tamen obstantibus & deprecantibus, pignoribus ab eo acceptis quieuit. Reliquum tempus paulatim sibi alter ab altero cauentes, mutuoq; uitantes, exegerunt: donec Cæsar iunior Apollonia aduenit, hæreditatemq; Cæsaris interfecti creuit, & propter millies sestertiûm, quod Antonius de bonis Cæsaris detinebat, cum eo litem contraxit. Eo tempore Philippus uitricus, & Marcellus sororis maritus, adolescentem Cęsarem ad Ciceronem adduxerunt: pactiq; sunt, ut ei Cicero suam in dicendo & republica potentiam in senatu & apud populum accommodaret: uicissimq; Cæsar opibus eum suis & armis (multos enim iam tum milites Cæsarianos secū habebat)

Acta post mortem Cæsaris.

Octauiani & Ciceronis in Antonium conspiratio.

A bat)tutum præstaret. Videbatur autem Cicero perquàm libenter amiciciam Cæsaris amplecti. Nam Pompeio adhuc & Iulio uiuentibus per quietem imaginatus erat, uocare se nonnullos patricios pueros in Capitolium, ex quibus Iupiter unum ducem Romæ deligeret: accurrisse autem ciues certatim, & templũ circumstetisse, puerosq́ prętextatos tacitè assedisse. tum subitò foribus apertis pueros surrexisse, & in orbem circùm Deum obiuisse: eumq́ omnes inspexisse, ægreq́ ferentes dimisisse. ut uerò accessit Octauius, tum Deum manum ad eum protendisse, ac dixisse: Hic ô Romani dux uester factus finem ciuilibus bellis imponet. Et pueri eius speciem animo cõpræhensam fertur retinuisse Cicero, cùm ipsum non nosset. Postridie cùm in campum Martiũ descendisset, ac pueri iam ab exercitationibus discederent, primum omnium eum Ciceroni uisum eadem qua in somnis forma: itaq; eum admiratione perculsum, quæsiuisse quinam parentes eius essent. (Erat autem filius Octauij, uiri non planè illustris, & Attiæ, sorore Cęsaris natæ: itaq; Cæsar eum, quòd liberos non habebat, testamento filium & hæredem instituerat) atq; exinde Ciceronem aiunt quoties occurrisset Octauio puero, accuratè cum eo collocutum, & puerum hoc eius studium amicè probasse. ita autem fortuna tulerat, ut Cicerone consule nasceretur. Hæ igitur Ciceronis cũ Cæsare coniunctionis occasiones ferebãtur. Enimuerò Ciceronem odium in Antonium primò, deinde ambitiosum ingeniũ Cæsari coniunxit, sperantem se eius potentia auctum eo maiorem in republica fore. nam adolescens ita ei se submittebat, ut patrem quoq; eum suum appellaret. Quod indignissimè ferens Brutus, in epistolis ad Atticũ Ciceronem culpat, qui metu Antonij Cæsarem colens, palàm ostẽdat se non libertatem reipublicæ quærere, sed dominum sibi ipsi benignum. Filium tamen Ciceronis Brutus Athenis apud philosophos degentem ad se recepit, eoq; usus legato multas res feliciter gessit. Maximè tunc Romæ potentia Ciceronis uigebat, ita ut quidquid uellet obtinens Antonium factione sua uictum urbe eijceret, duosq́ consules Hircium & Pansam ad bellum ei faciendũ mitteret: effecit etiam, ut senatus Cęsari, tanquam pro patria bellum gerenti, lictores, honoresq́ prætorios decerneret. Victo Antonio, & utroq; consule mortuo, cùm post pugnam ad Cæsarem cõpiæ confluerent, senatus sibi à iuuene fortuna ita secunda uso metuens, donis & honoribus ab eo auocare copias intendit, non indigere se propugnatoribus dicens, Antonio iam profligato. Id Cęsar timẽs, submisit ad Ciceronẽ qui ei persuaderent, ut sibi Cęsariq; consulatũ adipisceret, res aũt omnes suo arbitrio administraret, & adolescentẽ Cęsarẽ gloriæ honorisq; cupidũ ipse regeret. Ac fassus est quidem ipse Cæsar, se cùm periculum esset ne opprimeretur & destitueretur, Ciceronis ambitione tempestiuè usum fuisse, eoq; adiuuante consulatum petijsse. Cicero sanè tum senex à iuuene inductus deceptusq́, in petitione consulatus eum iuuit, senatusq́ ei uoluntatem conciliauit: quam ob rem statim ab amicis culpatus, paulo pòst & se perditum, & libertatem populi à se proditã sensit. Cæsar enim cõsulatum potentiamq́ adeptus, iusso ualere Cicerone, cum Antonio & Lepido amiciciam contraxit: collataq́ in unum omni potẽtia, imperij Romani quasi hereditatis alicuius diuisio inter eos facta est: proscriptiq́, qui necarent, uiri plures quàm CC. Maxima inter eos cõtentione de proscriptione Ciceronis certatum est, cùm Antonius nisi necato Cicerone pacem se accepturum negaret, Lepidusq́ ei adstipularetur, Cæsar autem utriq; repugnaret. Conuenerunt soli tres isti occultè apud Bononiam, in loco aqua

B (margin letter beside "nem aiunt quoties")

34 (right margin beside "gnissimè ferens Brutus")

C (margin letter beside "sibi à iuuene fortuna")

Cæsar cum Antonio rẽ cõciliatus.

circumfluo procul à castris, totoq; triduo inter se collocuti sunt. Tertia A die Cæsar fertur, cùm biduum pro Ciceronis salute certasset, concessisse ut is proscriberetur. Fuit autem permutatio ita instituta, ut Cæsar Ciceronem, Lepidus Paulum fratrem, L. Cæsarem auunculũ Antonius proscribi permitterent. Adeò ira eis & rabies omnes humanas cogitationes excusserant: imò autem illi demonstrauerunt, nullam esse belluam sæuiorem homine potestate ad exequendum quod perturbato animo decreuit armato. Erat tum in Tusculano Cicero, unà cum fratre. Vt de proscriptione renunciatum est, statuerunt Astyra descendere, prædium Ciceronis maritimum, atq; inde ad Brutum in Macedoniam nauigare, quem obtinere iam istas regiones rumor ferebat. Ferebãtur autem lecticis, mœrore confecti: & sæpe in itinere subsistebant, iunctisq; lecticis sortem suam deplorabant. Magis tamen Q. Cicero mœrebat, penuriæ recordatione motus quòd neque ipse quicquam secum domo abstulisset, & fratri quoque uiaticum erat perexiguum: itaque præstare dicebat, ut M. Cicero fugam occuparet, ipse domum recurreret, & rebus conuasatis sequeretur. Hoc consilio probato, mutuò se complexi, facta salutatione digressi sunt. Et Quintus quidem paucis pòst diebus à seruis proditus, & percussoribus traditus, unà cum filio necatus est. Cicero autem Astyra perrexit: inuentóque ibi nauigio, statim soluit, & usque ad Circæum uento perlatus est. Inde cum rectà nauigaturi essent gubernatores, siue maris metu, siue quòd nondum omnino de fide Cæsaris desperasset, in terram exijt, pedestrique itinere ad centum stadia Romam uersus profectus est. rursus deinde animo æstuans, mutata sententia ad mare descendit, ibíque pernoctauit, incertus animi, & uaria atque grauia consilia agitans. nam id etiam cogitabat, occultè in domum Cæsaris intrare, seq; apud lares eius iugulare, eóque diras in eum ultrices concitare. A quo consilio metu tormentorũ depulsus, alijsq; rursum tumultuosis cogitationibus ductus, famulis se deuehendum mari commisit, ad

Cicero proscribitur. *Q. Cicero perit.*

35 prædia iuxta Capuam. Habebat enim ibi prædia, & commodum tempore æstiuo refugiũ, cùm suauissimi sunt Etesiarum flatus. Erat & parua ibi Apollinis ædes supra mare. Ex ea corui confertim aduolantes cum clangore nauim Ciceronis terræ accedentem petierunt, & utrinque infessis antennis partim crocitarunt, partim rudentum capita rostris momorderunt. idq; ab omnibus pro infausto signo est acceptum. Egressus tamen est Cicero, & uillam intrauit, ibíque quietis captandæ causa accubuit. Corui autem ad fenestram assidentes, clamorem importunum ediderunt: unusq; eorũ ad lectum aduolans, Ciceronis uestem, qua se uelauerat, paulatim rostro à facie detraxit. Hæc uidentes serui, suamq; ipsorũ ignauiam damnantes, quòd inspicere heri cędem sustinerent, & non defenderent potiùs eum, cuius pro salute indigna fortuna utentis etiã bruta animantia solicita essent, partim exoratum, partim inuitum in lectica ad mare detulerunt. Interim percussores superueniunt Herennius, centu-

36 rio, & Popillius tribunus militum, quem olim de paterna cęde postulatũ defenderat Cicero, cum ministris. Cùm autem fores clausas inuenirent, ijsq; effractis neq; intus reperiretur Cicero, & scire se ubi esset reliqui negarent, ferunt adolescentẽ quendã Philologũ nomine, libertum Quinti, & à Cicerone in bonis literis educatũ, Popillio indicasse, lecticã per syluestres & umbrosas ambulationes ad mare deferri. Is ergo paucis comitatus ad exitum accurrit. Herẽnio cursim per ambulationes properante, sensit rem Cicero, famulosq; deponere lecticam iussit: ipse more suo læ-

 ua mentum

A ua mentum tangens, immoto uultu in percussores intuitus est, squalore oppletus, & coma profusa, facie ob solicitudines confecta, ita ut plerique ne cante eum Herennio ora uelauerint sua. Iugulatus est autem, collum ex lectica protendens, annum ætatis agens sexagesimum & quartum. Caput eius, & manus, quibus orationes in Antonium Philippicas scripserat, iussu huius amputauit Herennius. Quæ cùm essent Romam allata, Antonius qui tum fortè comitia habebat, audita re, & uisis membris, exclamauit, Finitas iam esse proscriptiones: ac pro rostris poni manus caputq; Ciceronis iusit, horrendum Romanis spectaculum. non enim Ciceronis se uidere faciem, sed imaginem animi Antonij putabant. Vnum tamen id Antonij factum æquum uidetur, quòd Philologum Pomponiæ Q. Ciceronis uxori dedidit: quæ eum cùm alijs grauibus cruciatibus ulta est, tum ut suas ipse carnes paulatim abscinderet, assaret, atq; comederet, coegit. sic enim nonnulli scriptores tradiderunt, cùm Tiro libertus Ciceronis ne uerbum quidem de proditione Philologi scripserit. Audio Cæsarem longo pòst tempore ad sobrinum quendã B ingressum, eumq; Ciceronis librum quendam in manibus habuisse, perterritumq; ueste eum inuoluisse: Cæsarem autem cùm id animaduertisset, librum arripuisse, ac stantem magnam eius partem perlegisse, tum adolescenti reddidisse, atque ita fatum: Doctus hic uir fuit, fili, doctus & patriæ amans. Sanè ut primùm debellauit Antonium, consul creatus collegã assumpsit Ciceronis filium: quibus coss. & Antonij statuas senatus deiecit, & honores ei antea decretos rescidit: decreuitq;, ne quis unquam Antoniæ gentis Marci prænomen ferret. Ita fatum finem pœnarũ, quas Antonius luit, in Ciceronis domum intulit.

Cedes Ciceronis.

Cæsar de Cicerone.

COMPARATIO CICERONIS CVM *Demosthene.*

Retulimus, quæcunq; memoratu digna de Cicerone & Demosthene cognouimus. Omissa autem facundiæ eorum comparatione, id tamen uideor non rectè prætериturus fuisse, quòd Demosthenes quicquid eruditionis & ingenio consecutus est, & exercitatione, id omne ad dicendum contulit: & ui dicendi eos qui causas iudiciales tractant, & forensia certamina obeunt, magnificentia & fastu orationis eos qui demon- C stratiuo causarum genere facundiam ostentant suam, accuratione & arte rhetores superauit. Cicero autem cùm ad orationes magnam doctrinæ scientiæq; uarietatem contulisset, libros tamen præterea multos de philosophia Academicorum more composuit: atque etiam in orationibus quas de controuersiis iudicialibus scripsit, haud obscurè peritiam suam literarum, doctrinamq; ostẽtat. Iam ex orationibus utriusque ingenium qualefuerit perspici potest. Demosthenis enim oratio absq; omni fuco & ioco ad grauitatem seriam contracta, non lucernam (ut cauillabatur Pytheas) olebat, sed aquæ potum, curas & morũ eius amarorem, qui ferebatur, austeritatemq;. Cicero facetijs ad scurrilitatẽ sæpenumerò prolapsus, resq; serias risu & ioco utilitatis suæ causa in iudicijs agitans, decorũ negligebat: ut cùm in Cœlij causa diceret, Nõ absurdũ esse, cum in tanta magnificẽtia hominũ luxuq; uoluptatib. studere: insani enim esse, non uti ijs quæ cõcessa sint, præsertim cùm nobilissimi philosophi summum bonum in uoluptate collocent. Ferunt etiam eum cùm cõsul accusatum à Catone Murenã defenderet, multis uerbis Stoicã sectam, à qua erat Cato, & eorum quæ uocãt paradoxa exagitasse: quam ob rem cùm risus in corona obortus ad iudices usque perueniret, Catonem leniter

Eloquẽtia.

subrisisse, & assidentibus dixisse, Quàm ridiculum habemus consulem. A
Videtur omnino risu & facetijs natura delectatus Cicero, & uultus adeò eius placidus atque subridens erat. Demosthenes autem austerus semper, cogitabundusque uidebatur: unde factũ, ut ab inimicis (ut ipse refert) morosus, difficilibusque præditus moribus diceretur. Quin & ex scriptis utriusque hoc apparet, Demosthenẽ circumspectè & modestè ad seipsum laudãdum accessisse, cùm ita res maioris utilitatis causa postularet, alioquin cautum fuisse & moderatum. in Ciceronis autem scriptis immodica illa sui ipsius prædicatio, notam ei inussit intemperantis arrogantiæ, qua ductus exclamauit,

Propria laus.

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

atque ad extremum non iam facta modò sua & actiones, sed orationes etiam habitas à se aut scriptas prædicauit: quasi si cum Anaximene aut Isocrate sophistis certaret, non populum Romanum ducere se, & erigere iactaret,

Marte prementem hostes, & debellare peritum.

Equidem eum qui in rep. potentia præstare uelit, eam eloquentia sibi parare necesse est: contentum autem esse gloria facũdiæ, inque ingluuie quasi eius acquiescere, non est ingenuum. Qua in re grauior est magnificentiorque Demosthenes, qui suam facundiam peritiã esse quandã multæ auditorũ beneuolentiæ indigentẽ professus, qui eius causa superbirent, illiberales & sordidos, ut sunt, pronunciabat. In rep. & concionibus par utriusque uis fuit, ita ut ij etiam, qui arma exercitusque sua in potestate habebañt, eorum opem requirerent, ut Chares, Diopithes, Leosthenes Demosthenis: Ciceronis, Pompeius & Cæsar Octauianus, quod hic ipse in commentarijs ad Mæcenatem & Agrippã testatur. Id autem, quod maximè omnium mores hominis & ingenium declarat atque probat, nempe magistratus alicuius administratio & potestas, quæ omnes animi affectus excitat, omneque detegit uitium, Demostheni defuit, neque exhibuit de se specimen aliquod: nullum enim insignem magistratũ gessit, ac ne eas quidem, quas aduersus Philippum collegerat copias, duxit. Cicero autem quæstor in Siciliam, proconsul in Ciliciam & Cappadociam missus eo tempore, quo maximè auaricia uigebat, & magistratibus, qui in prouincias mittebantur, ad rapinas (quod furari nimis sordidum putarent) conuersis non iniquus qui accipiebat uidebatur, sed qui modicè raperet, diligebatur: præclarè suam in contemnenda pecunia magnanimitatem, benignitatemque & humanitatem demonstrauit. Romæ autem uerbo quidem consul, re ipsa dictator aduersus Catilinariam factionem creatus, Platoni testimonium tulit, qui finem malorum in repub. fore dixerat, cùm diuina quadam fortuna potentia magna & prudentia cum iusticia in unum conuenissent. Quæstum sua oratoria arte fecisse Demosthenes fertur, ita ut reprehendi meritò potuerit: qui occultè orationes Phormioni & Apollodoro aduersarijs scripserit, regias pecunias accepisse dictus sit, & ob Harpaleas damnatus. Quæ si ficta ab ijs, qui contra Demosthenem scripserint (sunt autem non pauci) largiamur: id quidem negari nullo modo potest, aduersus munera regum honorificè missa oculos attollere Demosthenẽ ausum non fuisse, neque præstari tale quidquã ab eo homine potuisse, qui re nautica fœneraret. Ciceronẽ autẽ & ædilẽ à Siculis, & proconsulem à rege Cappadociæ, & in exilium proficiscentem ab amicis oblata dona, rogatũ etiam ut acciperet, respuisse ostendimus. Exilij uerò calamitas turpis Demostheni accidit, damnato furti: Ciceroni

B (margin)

Potentia in rep.

Magistratus.

C (margin)

Pecuniæ capturæ.

Exilium.

A Ciceroni uerò propter pulcerrimum facinus, quòd sceleratos homines ex rep. excidisset. Itaq; illius eiecti nulla ratio habita: ob huius casum senatus uestem mutauit, & luxit: neq; statuere quicquam ulla de re, nisi decreto Ciceroni reditu, uoluit. Exilium Cicero ociosè pertulit in Macedonia desidens: Demosthenis exilium magnam rerum ab eo gestarum partem complectitur. nam, ut dictum est, Græcis auxilium ferens, & Macedonum legatos expellens, circum urbes proficiscebatur: eaq; in re lōgè meliorem se quàm Themistocles & Alcibiades ciuem gessit. Sanè etiā post reditum rursus antiquam reip. administrandæ rationem iniit, inq; oppugnando Antipatro & Macedonibus perseuerauit: Ciceronem in senatu repræhendit Lælius, quòd tacitus adsideret, Cæsare imberbi adhuc consulatum contra leges petente: accusauit etiam missis literis Brutus, quòd maiorem ea, quam ipse Brutus destruxerat, grauioremq; tyrannidē puero Cæsare educando constituisset. Deniq; mortem huius miserati subeat alicui, quòd homo senex à seruis bona indole præditis hac illac circūferretur, mortem subterfugiens, quæ non multo ante constitutum à natura B terminū ingruebat, atq; ita iugularetur: Demosthenes autē, etiam si nōnihil ad deprecandum animum inflexit, magnam tamen admirationem meretur, quòd uenenū præparatum penes se custodijt: magnam etiam usu eius, cùm Deo tutum se & sacrosanctum non præstante, ueluti ad sanctiorem & potentiorem confugiens aram, armis & satellitibus regijs sese eripuit, Antipatri quasi subsannans crudelitatem.

Reditus.

Mors.

PLVTARCHI DEMETRIVS,

[redacted]

Augustano interprete.

QVI primùm artes sensuū similes esse censuerūt, ad uim in iudicando utriusque præcipuè mihi uidentur respexisse. Est enim id sensibus cum artib. cōmune, ut contraria apprehendant atq; dijudicēt: in eorum autem, quæ discreuerunt, accōmodatione ad finem differūt. Quòd enim sensus inter alba C & nigra, dulcia & amara, mollia ac dura discernit, id ipsius nihil interest, cùm nihilominus à quolibet eorū obiecto moueatur, atq; afficiatur, & ut affectus est, ita quod percepit ad interiores sensus referat. At uerò artes cū ratione ad delectum, & eorum quæ ipsis cōueniant, apprehensionē reiectionemq; alienorum accedentes, consultò ea quæ ipsis commoda & utilia sunt, obiter autem & ut cognita uitare possint, contraria contēplantur. Accidit enim medicinæ, ut morbi, Musicæ ut dissonantiæ naturam consideret: nimirū ut diuersa horum rectiùs possint efficere. Et quidem omnium artium perfectissimę, tēperantia, iusticia, & prudentia, non honesta modò, iusta, & utilia, sed & turpia, iniusta atque noxia dijudicantes, eam uitiorum uacuitatem, quæ imperitia malarum rerum se uenditat, minimè laudant: quinimò stoliditatem & ignorationem nominant eorum, quæ rectè uicturis cognitu sint apprimè necessaria. Prisci sanè Spartani in solennibus festiuitatibus seruos suos multum meri bibere coactos in conuiuia introduxerunt, ut iunioribus ostenderent quid rei esset ebrietas. Nos autem tametsi eam correctionem hominum, quæ aliorum uitijs commemorandis fit, non admodum humanam atq;

Sensuum et artium comparatio.

nam atq; ciuilem iudicamus, nihilominus haud malè nos facturos putamus, si unum atq; alterum par eorum, qui summa potentia amplissimisq; rebus imprudentiùs usi, illustria uitiorum documenta præbuissent, in hęc uitarum exempla insereremus: non mehercule eò, ut uarietate operis lectorem oblectemus, sed quòd ita demum attentiores præstantium exemplorū spectatores imitatoresq; futuros existimamus, si ne mala quidē incognita habeant. quomodo Ismenias Thebanus discipulis suis & bene & malè canentes tibia ostendens dicere solebat, Ita canendū est, ita non canendū est: & Antigenidas eos suauiùs audituros bonū tibicinē adolescentes existimabat, si malū experti fuissent. Itaq; hic liber Demetrij eius, qui ab oppugnādis urbib. Poliorcetes cognominatus fuit, & Antonij imperatoris uitā cōplectet, qui Platoni à magnis ingenijs ut magnas uirtutes, ita uitia etiam magna proficisci dicenti pręclarū ferūt testimonium. Nam quemadmodū uterq; perinde amator, ebriosus, bellicosus, in donādo nimius, luxuriosus, libidinosus fuit: ita fortuna quoq; cōsequenter simili usi sunt. Non enim solùm magnas ex æquo res prosperè cōfecerunt, magnis exciderūt, plurimis potiti, plurima amiserūt, improuisò reb. fractis, præter omniū spem rursum emerserūt (qui illis cōtinuus uitæ cursus fuit): sed & mortui sunt simili ferè modo, alter ab hostib. captus, alter proximè eandē fortunā constitutus. Antigono ex Stratonica Corræi filia duo fuerūt filij, quorū alterū à fratre Demetrium, alterū à patre Philippū nominauit: ita enim plerìq; sentiunt. Quidā non Antigoni, sed fratris ipsius filiū Demetrium fuisse tradūt: cuius pater cùm ipso adhuc infante decessisset, mater autem statim Antigono nupsisset, factū ut huius filius crederetur. Philippus paucis annis Demetrio minor, maturè obijt. Demetrius statura patre fuit inferior, tametsi magnus: figura autē & pulcritudine faciei ita insigni & eximia, ut eā fingēdo pingendòue assequi nemo potuerit. Nā unà cum uenustate & elegātia grauitas terrorq; in uultu inerat, & heroica quædā ác regia maiestas iuuenili alacritati admixta. Sic ingeniū quoq; erat & ad pcrterrēdos homines, & ad cōciliandos sibi eorum gratiam aptum. Nam ut uacans conuiuijs suauissimū se familiaribus præbebat, uictusq; rationem ut quisquā regū delicatissimā sequebat: ita in reb. gerendis strenuissima utebatur adsiduitate. Quo maximè imitatus est de dijs Liberum patrē, qui & bello acerrimus esset, & confecto bello pacis ad iucunditatem & delicias accōmodandæ scientissimus. Mirifico patrē suum amore prosequebatur: sed propter obseruantiam, qua matrē suam colebat, uidebatur magis ex animo, quàm potentiæ demerendæ causa patri etiā studere. Cùm aliquādo legatis audiendis uacaret Antigonus, Demetrius à uenatione superuenit, utq; iacula manu tenebat, ad patrē adijt, eūq; osculatus iuxtà consedit. Tum Antigonus accepto respōso iam discedentib. legatis alta uoce, Hoc quoq;, inquit, de nobis renunciate, ita nos inuicē affectos esse. nimirū ostendens concordiā cum filio fidelē robur esse regni, & potentię documentū. Adeò impatiens cōsortis est imperium, infidelitatisq; & maleuolentiæ plenū, ut gloriaretur potentia & ętate maximus successorū Alexandri, quòd non metueret sibi à filio, sed eum ad se cū hasta uenientem admitteret. Et sanè sola (propè dixerim) hæc familia per plurimas successiones ab intestinis cædibus pura fuit: solusque ex omni Antigoni posteritate Philippus filium suum necauit. Reliquæ Alexandri successorum familiæ ferè omnes multis liberorum, matrum, uxorumque cædibus sunt contaminatæ. nam qualia apud Geometras sunt, quæ illi sibi concedi suo iure poscunt, & postulata appellant, tale postulatum regibus

[Right margin: A, B, C]

[Margin notes: Demetrij genus, forma, indoles. — Pietas.]

A regibus commune est, & quasi cōcessum fratres securitatis causa necare. Humanum fuisse initiò Demetrium, & amicorū studiosum, hoc exemplo intelligi potest. Mithridates Ariobarzanis F. socius ei erat, & æqualis, & obseruabat Antigonum, homo neq; re, neq; aliorum opinione malus. De eo sinistra suspicio incidit Antigono propter insomniū. Nam secundum quietem uisus erat sibi spaciosum campum auri ramētis conserere, inde auream primùm succrescere segetem, paulo pòst se cùm reuertisset eò nihil præter stipulas offendere, & cùm grauissimè doleret, cuiusdā uocem audire, qui Mithridatē aurea demessa segete in Pontū Euxinū abijsse diceret. Perturbatus, id uisum filio ad silentiū priùs iuramētū adacto aperuit, idq; etiam, se statuisse quoq; modo Mithridatem interficere. Grauiter doluit hac re cognita Demetrius, cumq; adolescēs ille pro more suo ociosus ad ipsum accessisset, ob iuramenti religionē uerbis eum monere non ausus, sensim ab amicis seduxit: cumq; soli essent, in terrā inuersa hasta cernente eo scripsit, Fuge Mithridates: isq; re intellecta, noctu in Cappadociam aufugit. Insomnium autem Antigoni mox fatum cōprobauit: B amplam enim & bonā regionē occupauit Mithridates, regniq; Pontici, quod in octauo circiter rege Romani euerterunt, autor fuit. Hæc ingenij in Demetrio humani & iusti sunt indicia. Enimuerò propter cōtentionē & amicitiam (ueluti in elementis Empedoclis) dissidia inter homines & bella existunt, uicinos præsertim & cōterminos: quomodo etiam bellū quod omnibus inter se Alexandri successorib. fuit cōtinens, rerum & locorum contiguitas inter quosdā illud illustrius fecit, magisq; inflāmauit: id quod tum Antigono & Ptolemæo usui uenit. Agebat in Phrygia Antigonus, & Ptolemæum audiens ex Cypro transmittere, Syriamq; uastare, ac ui urbes occupare, Demetriū filiū annos natum XXII, ac tum primùm cum plena potestate magnis reb. præfectū cōtra eū misit. Sed iuuenis imperitus cū eo uiro cōgressus, qui in Alexandri palæstra exercitatus multa ac magna certamina obierat, apud Gazā urbē uictus est, cæsis de eius exercitu quinq; hominū, & captis octo millibus: amisit etiam tentorium, & pecunias, & omnia quæ ad cultū corporis pertinēt. Verùm hæc ei cū amicis remisit Ptolemæus, prudēter & humaniter addēs, Nō de omnib. simul reb. sed de gloria & imperio sibi aduersus eū certamē esse. His C Demetrius receptis cōprecatus est Deos, ut ne diu se Ptolemæo hoc beneficiū debere paterētur, sed occasionē eius simili modo persoluendi q̄ primùm darēt. Neq; uerò ita, ut iuuenē initio rerū gerendarū subuersum par fuit, cladē eā tulit: sed ut grauis imperator qui uices rerū expertus esset, cōscribendo exercitui, armis parādis, urbib. in fide retinēdis, collectis militib. exercēdis curā impēdit. Antigonus autē audita suorū clade, Ptolemæo, qui nūc impuberes uicisset, mox cum uiris decertandū fore dixit: tamē ne animū filij spiritusq; diminueret, iterū sibi potestatē pugnæ cōserendæ dari cupientē non prohibuit. Paulo pòst Cilles Ptolemæi legatus uenit magnis cū copijs, ut Demetrium ob amissam priùs uictoriā spretū Syria penitus expelleret. Hūc subitò adortus nec opinātē Demetrius, ita perterruit, ut castra simul ducēq;, & septē millia militū in suā potestatē ut uos redegerit cū ingenti præda. Neq; tā ijs quæ adeptus erat, q̄ quæ redditurus, gaudebat: neq; tam partas uictoria diuitias amplexus est, q̄ gloriā, & occasionē cōpensandi beneficij. Nō suo tamē arbitrio egit, sed ad patrē ea de re scripsit: q cùm ipsius iudicio omnia permisisset, ipsum Cillam, amicosq; eius liberaliter donatos dimisit. Hic casus Syria eiecit Ptolemæū, Antigonū autem à Celænis reduxit, gaudentem uictoria, & filij conspectum

Humanitas.

Bellū cōtra Ptolemæū.

conspectum desiderantem. Secundum hæc missus ad Arabes Nabatæos A subigendos Demetrius, haud citra discrimen in loca aquis carentia incedit: audacia tamen sua & confidentia barbaros perterrefecit, magnamque inde prædam, & camelos DCC abduxit. Cùm uerò Seleucus recuperato regno (etenim ab Antigono fuerat Babylonia exturbatus) cum copijs ad subiugandas Indiæ finitimas & circa Caucasum sitas prouincias iuisset, Demetrius uacuam se inuenturum Mesopotamiam sperans, subitò transmisso Euphrate in Babyloniã irruit, alteraque arcium (duæ enim sunt) præsidium Seleuci depulit, ac septem uirorum millia de suis imposuit: militibusque permisso ut quantam possent ex agris prædam agerent, ad mare reuersus est. Quo quidem facto confirmauit Seleuco regnũ, quod tãquam alienum infestãs uidebatur ipsi eõ cedere. Ptolemæo Halicarnassum oppugnante, celeriter opem urbi ferens obsidionem discussit. Nobilis quidem hic conatus fuit. Mirificus deinde ardor ijs incessit, uniuersam Græciam liberandi, à Casandro & Ptolemæo seruitute oppressam. Nemo regum eo bello pulcrius aliud aut iustius gessit: quas enim opes quondam unà parauerant oppresis barbaris, eas gloriæ causa in Græciam impenderunt. Vt primùm nauigandum esse Athenas placuit, Antigonus amico B cuidam dicenti, debere ipsos hanc urbem si cepissent, in sua potestate retinere, ex qua aditus in totam Græciam pateret: repudiato eo consilio, Beneuolentia, inquit, egregium & certum gradum nobis in Græciam aperiet: ab Athenis autem, tanquam specula orbis terrarum, celeriter fama omnium actionum indicia ad quoscunque homines dissipabit. Nauigauit ad Athenas Demetrius classe CCL nauium, talentorum argenti quinque millibus instructus. Vrbem tum Casandro Demetrius Phalereus adseruabat, Munychia præsidio tenebatur. Demetrius tamen prudentia sua fortunam subsecutus, XXVI die mensis Thargelionis ad Piræeum appulit, nemine præsentiente, & cùm classis propè iam adesse cerneretur, omnibus se ad eam excipiendam (à Ptolemæo enim missas naues putabant) parantibus. Serò duces re intellecta ad auxilia accurrerunt, tumultuatumque est, ut fieri par fuit ab ijs, qui hostem improuisò in terram egredi conantem prohibere cogerentur. Demetrius cùm portuum fauces apertas offendisset, introque nauigasset, omnibus iam cõspicuus signo à naui dato silentium postulauit: eo facto, per præconem edixit, se missum à C patre, ut (quod felix faustumque sit) eiecto præsidio Atheniensibus libertatem & suas leges suamque remp. restitueret. His dictis, plerique scuta ante pedes suos proponentes, plausum dederũt, Demetriumque seruatoris & benefactoris nomine uocãtes, egredi in terram iusserunt. Phalereus autem eum suis, tametsi utique accipiendum potentiorem censerent, etiam si nihil eorum quæ pollicebatur esset facturus, legatos tamen deprecatũ miserunt: quibus cum benignè collocutus Demetrius, Aristodemum Milesium paternum suum amicum adiunxit: Phalereum autem sentiens ea rerum mutatione magis à ciuibus sibi quàm hostibus metuere, gloriam uiri & uirtutẽ ueneratus, Thebas eum, uti petierat, addito comitatu tutò deduxit. Vrbem, quãquam eius contemplandæ desiderio tenebatur, priùs tamen uisurum se quàm eam eiecto præsidio prorsus liberasset negauit. Munychiam uallo & fossa cùm cinxisset, interim Megaram, quam Casander præsidio tenebat, classe petijt. Hic cognito Cratesipolin, quæ Alexandri Polysperchontis F. uxor fuerat, nobilis formæ mulierem Patris cõmorari, & congressum ipsius expetere, relictis in agro Megarico copijs, cum paucis expeditis militibus eò profectus est, & seorsim ab his ipsis tabernaculum

Græciæ liberãdæ institutum.

Incõtinẽtia periculosa.

A naculum posuit, ut mulier ad ipsum ingrediens non conspiceretur. Id cùm quidam hostium animaduertissent, subitò in eum impetum fecerũt: ibi perterritus arrepto uili amiculo cursu effugit, parumq; abfuit quin ob incontinentiam turpissimè caperetur: tentorio quidem & opib. potiti hostes discesserunt. Megara capta cùm milites ad direptionem se conferrent, multis precibus Megarensib. salutem Athenienses impetrarunt, urbemq; eam exturbato præsidio liberam esse iussit Demetrius. Dum hæc ageret, Stilponis etiam philosophi recordatus est, qui eo nomine celebrabatur, quod ociosam uitã instituisset ducere. Hunc igitur accitum percontatus est, Num ipsi quoq; ademptum à militibus esset: respondit Stilpo, Nihil omnino: neq; se uidisse quenquam, qui scientiam auferret. Cùm uerò serui Megarensium propè omnes essent furtim subducti, & Demetrius eum iterũ benignè alloquens diceret, Liberam uobis ô Stilpo ciuitatem relinquo, Rectè, inquit, dicis: nullum enim nobis seruũ reliquisti. Reuersus inde ad Munychiam, cùm eam ui expugnasset, castellumq; in ea diruisset, ita demum Atheniensibus eum inuitantibus, Vr- *Stilpo philosophus.*
B bem intrauit, aduocatisq; in concionem ciuibus remp. restituit, pollicitusq; est partem ipsis frumenti medimnorũ CL millia, & ligna quæ centum triremibus fabricandis sufficerent. Athenienses autem cùm popularem ciuitatis statum anno decimoquinto quàm amiserunt recepissent, medioq; inter Lamiacam & quæ apud Cranonem cõmissa fuit pugnam tempore uerbo quidem in paucorũ, reipsa in unius potestate fuissent ob Demetrij Phalerei potentiam, tantis beneficijs in ipsos insignem Demetrium immodicos honores decernendo inuisum molestumq; reddiderunt. Primò omnium Antigono & Demetrio regium nomen decreuerũt, quòd aliàs abominabãtur illi, solumq; earum rerum, quas Philippus & Alexander post se reliquerant, intactum hactenus & à nemine uendicatum fuerat. Soli etiam eos Deos seruatores nuncupauerunt: & epony- *Honores ab Atheniẽsib. decreti Demetrio.*
mo magistratu sublato, statuerunt ut quotannis sacerdos Seruatorũ crearetur, cuius nomen edictis & contractuum formulis inscriberetur. Ipsos quoq; cum reliquis Dijs intexi peplo, edicto iusserunt: locum ubi primùm à curru descendisset ipse, consecrarunt, aramq; ibi Demetrij Catębatę (id est desultoris seu descendentis) posuerunt. Duas etiam tribubus
C addiderunt prioribus, Demetriadem, & Antigonidem: & senatũ quingentorum antè, tum sexcentorum uirorum constituerunt: singulæ enim trib. quinquaginta senatores dabat. Insolentissimũ fuit Stratoclis (is enĩ scitarum istarũ fuit & subtilium autor blandiciarũ) commentum, qui legem promulgauit, ut si qui publico edicto ad Antigonum uel Demetrium mitterentur, ij non legati, sed Theori, id est consultores, nominarentur: quod nomen eorum est, qui Pythiæ aut Olympiæ à maioribus tradita sacrificia pro ciuitatibus in solenni Græcorum conuentu peragebant. Erat is Stratocles alioquin homo temerarius, & impurus, & qui prisci illius Cleonis æmulus, scurrili impudentia uanitatem suam populo uenditare uideret. Scortum nomine Phylacium ad se receperat: quæ cùm ei aliquando ad cœnam cerebra & colla de foro empta apportaret, Papæ, aiebat, hæc tu nobis obsonata es, quæ nos rerump. gubernatores « ludimus pila. Idem uicta ad Amorgum classe Atheniensium nuncios « præuertens, coronatus per Ceramicum in forum prorupit, uictoriamq; annuncians legem tulit, uti sacra gratulatoria fierent, & caro tributim di uideretur. Paulo pòst cùm aduenissent, qui fractas à prœlio naues adducebant, populusq; eum iratus uocaret, proterue tumultum subsistens, *Stratocles homo impudens.*

Itáne tandem, ait, malè uobiscum actum est, quòd biduum lęti exegistis? A Huiusmodi erat Stratoclis audacia. Enimuerò (ut ait Aristophanes) erãt & alia quædam, ipso igne calidiora. Quippe inuentus est quidam Stratocle impudentior, qui Demetrium, quoties Athenas ueniret, eo modo excipi, quo Ceres & Liber pater excipiunt, & ei, qui splendore hospitij ei præbiti cæteros magnificentiaq; superasset, publicè argẽtum ad sacrũ donarium dedicandum dari lege lata iuberet. Deniq; & mensem Munychionem Demetrionis, & mensis uniuscuiusq; ultimũ diem Demetriadis nomine ornarunt, & Bachanalibus Demetria appellationẽ fecerunt.

Prodigia. Horum pleraq; prodigijs diuinitus sinistris sunt repræhensa. Peplus enim, intextis, uti statutum fuerat præter Iouem & Mineruam Demetrio & Antigono, cum per Ceramicum deferretur, turbine uenti correptus, mediusq; ruptus est. Circùm aras eorũ multũ cicutæ suppullulauit, quæ alioqui ea in regione haud frequens nascitur. quo die Bacchanalia agebantur, ingenti gelu, quod præter anni tempus obortũ fuit, coacti sunt pompam intermittere. pruina quoq; densa cecidit, quæ suo frigore non uites modò & ficus, sed & segetẽ propè omnẽ in herba adussit. Itaq; Phi B lippides Stratoclis inimicus, sic eum quadam in comœdia insectatur:

Pruina cuius ob impietatem uineas
Adussit, & ruptus sacer est medius peplus,
Deorum bonores hominibus quòd tribueret:
Populo exitialia sunt hæc, non comœdia.

Fuit is Philippides Lysimachi amicus, ac propter ipsum multa populus à rege accepit beneficia: uidebatur etiam ei ad res gerendas & militiam haud mala consilia suppeditare: probis alioquin moribus, nihil interturbabat, neq; aulica curiositate laborabat. Amicè aliquando secũ confabulanti Lysimacho, & dicente, Quid uis ô Philippide mearũ rerum tecum

Arcanum. communicem? Quiduis (respondit) ô rex, modò ne arcanũ. Data autem opera hũc poëtam scenicũ cum illo cõcionali homine contuli. Omnium honorum insolentissimus & absurdissimus fuit, quem ei Dromoclidas Sphettius detulit, peti oraculum ab ipso de scutorum dedicatione Delphica iubens. Ipsa adeò uerba eius rogationis adscripsi: Quod felix faustumq; sit, uelit iubeat populus Atheniensis deligi unum Atheniensem, qui ad Seruatorem eat, & litato Demetrium Seruatorẽ interroget, quo C modo pijssimè, optimè, & celerrimè populus donaria dedicare posit: ac quod is iusserit, id ita faciat populus. His illi adulationibus Demetrium alioquin haud sana mente præditum demulcentes corruperunt. Proinde Athenis tum ociosus Eurydicen duxit uiduam, quæ ab antiquo illo Miltiade genus ducebat: & uxor Opheltæ Cyrenes principis, eo defuncto Athenas redierat. Eas Athenienses nuptias tanq; honorem & bene-

Vxores Demetrij. ficium urbi suæ factum interpretabãtur. Alioquin autem Demetrius ad contrahendas nuptias facilis erat, multasq; simul uxores habebat: inter quas autoritate & honore excellebat Phila propter Antipatrũ patrem, & quia antè Craterus eam in matrimonio habuisset: quo nemo successorum Alexandri maius Macedonum sui desideriũ reliquit. Hanc Demetrius admodum iuuenis ætate iam prouectiorẽ suasu patris duxit: cumq; inuitus hoc faceret, Antigonus in aurem ei insusurrasse fertur ex Euripide imitatum uersiculum,

Fac ob lucrum contra naturam nuptias:

similiter enim hoc cadit uero Euripidis uersui,

Fac ob lucrum contra naturam seruias.

Eo qui-

A E[illegible] [illegible] Demetrius, ut palàm cum [illegible] ortus, [illegible] etiam [illegible] cam [illegible] m pater eum [illegible] caret, [illegible] de Cypro [illegible], necesse qui [illegible] habo [illegible] tamen [illegible] cia [illegible] misit ad Cle[illegible]m Ptolemæi ducem [illegible] præsid[illegible] [illegible] pa[illegible] persuaderent [illegible] urbes [illegible] emitterent. [illegible] nem rep[illegible]e, celeriter [illegible] Cyprum appulit [illegible] Menelaum statim Ptolemæi fratrem pr[illegible] comm[illegible]icit. Ipso autem Ptolemæo magn[illegible] cum terre[illegible] naualibus[illegible]q; copiis adueniente, mi[illegible]s quidem inter[illegible] [illegible]. Nam Demetrio[illegible] Ptolemæus [illegible] iubebat [illegible]e, ne collectis uniuersis copiis c[illegible] culcaretur. [illegible] dicebat, si Sicyo[illegible]e & Corinth[illegible] præsidia [illegible] pacisceretur; ad certaminis uerò euentum [illegible] non ipsorum modò, sed & cætero-

B rum om[illegible] princip[illegible] [illegible] aut Syriam, sed summum principatum uictoria ei [illegible] superior [illegible] tributura uidebatur. Pt[illegible] p[illegible] nam prouehebatur CL na[illegible]us. Menelao autem mandauerat, [illegible] Salam[illegible] se a[illegible] naui[illegible], fer[illegible] maxime prœlio, à tergo in Demetrium [illegible]m impressionem faceret, ordinesq; disturbaret. H[illegible] Demetri[illegible] decem naues [illegible] bant ad angustias portus obtinendas, peditatum per promont[illegible] in mare procurrentia sparsim instruxit, atque ipse nau[illegible] pugnam in[illegible]. Magno autem [illegible]ore atq; [illegible], Ptolemæum repulit: isq; simul atque uictum se uidit, cum octo nauibus fu[illegible] [illegible]es enim de tota eius classe non euas[illegible], cætere in na[illegible]prodi[illegible], & LX[illegible] cum ipsis uiris captis. Quæ uerò in onerari[illegible]m tenebat [illegible]am[illegible]orum, amicorum, mu[illegible]erum mu[illegible] [illegible], pe[illegible] Demetri[illegible] [illegible] sed omnia p[illegible] abduxit. [illegible] tunc est etiam [illegible] a[illegible] ce- nere t[illegible]idel[illegible]tur, in precio [illegible] etiam artibus ce-

C lebris fu[illegible]. H[illegible] neq; [illegible] mu[illegible]em natu Demetri[illegible] [illegible] mulierum a[illegible], solius ei[illegible] am[illegible]. Secund[illegible] pu[illegible]m ne Menelaus quidem re[illegible]: sed Salaminam Deme[illegible] [illegible] equites n[illegible] ducent[illegible] [illegible] uidit. Hanc iam illustrem ui[illegible] animi[illegible] & h[illegible] rem Deme- tri[illegible] reddi[illegible] [illegible] uerit [illegible] c[illegible]p[illegible]sis. Athe- nien[illegible] mil[illegible]e ac d[illegible]ent[illegible] ex [illegible] mil[illegible] arm[illegible]s. Porro Aristodemum M[illegible]m ad [illegible] fac[illegible]è [illegible]m [illegible] p[illegible]m, [illegible] ita paratum, ut summ[illegible] m[illegible] [illegible] nem [illegible]beret. Cùm enim [illegible] pr[illegible]et, [illegible] &ad [illegible] [illegible] contendit. [illegible] itaq; [illegible] tem, cùm d[illegible]uenti Ari[illegible] m[illegible] pertu[illegible] tu[illegible], uix [illegible] fam[illegible] [illegible], qu[illegible] p[illegible], Arist od[illegible]

 ne[illegible]

Demetrius Ptolemæū uincit.

Lamia.

A[illegible] m[illegible]

nemi[illegible] respondens senium altoque [illegible] A
ad regem [illegible] per [illegible] Antigonum [illegible]
tionem fer[illegible] ei ad fores obuiam prorupe[illegible]
mum turba comitante, & ad regem concurrente. [illegible]
ue ut dext[illegible], Salue [illegible] rex Antigone [illegible]
um regem naualí prœlio [illegible] tenemus ac mi[illegible]um [illegible]
lia sedecim & [illegible]. Ad hæc Antigonus: Tu quoque, [illegible]
[illegible] sed quod [illegible] torseris pœnas lues. tardius enim [illegible]

Regũ nomẽ successorib. Alexandri sumptum.

allati nuncij accipies. Tunc primum Antigonum & Deme[illegible]um magno
clamore m[illegible] reges appel[illegible], & Antigonum [illegible] d[illegible]
mici redimiuerũt. Demetrio pater diadema misit, & in literis regem salu-
tauit. In Aegypto autem, ea re audita, Ptolemæus quoque à suis re[illegible]
minatus, ne [illegible] animis ob acceptam cladem putarentur. [illegible]
latio reliquos etiã Alexandri successores peruagata est. Nam & L[illegible]
chus ferre [illegible] cœpit, & Seleucus cum Græcis agens [illegible]
bar[illegible] rex colloquebatur. Casander reliquis eum & uoce & [illegible]
regem appellantibus, ipse, ut olim, porro quoque literas suas inscri[illegible] B
hæc quidem res non tantum nominis & habitus mutationem [illegible]
& spiritus eorum excitauit, & animos erexit, uitæque eoru rati[illegible]
uersationi maiestatẽ addidit. quomodo tragœdiarum actores [illegible]
habitu incessum etiam, uocem, accubitum, & alloquia m[illegible]. Q[illegible]
imperarũt ex eo seueriùs, sublata suæ potentiæ caul[illegible]andæ oc[illegible]
quem prius se faciliores frequenter, & leniores [illegible] dit[illegible] præbuera[illegible]
tum unius uox adulatoris potuit tantamque in orbem terrarũ [illegible]

Inanis exped.tio.

mutationẽ. Porro Antigonus Cyprica uictoria elatus, statim exp[illegible]
nem contra Ptolemæum suscepit [illegible] copijs ducens. Dem[illegible]
gna cùm classe iuxtà nauigante. De hinc expeditione Med[illegible]
amicus per insomnium [illegible]. Imaginatus enim [illegible]
gonũ uniuersumque exercitũ diauli cursu certare, ual[illegible] &
sensim deinde uires eius remittere tandemque spiritũ grauiter [illegible]
uixque se sustinere. [illegible]que ergo ipse in terrestri itinere [illegible] d[illegible]
expertus, Demetrio ita tempestatum ui iactato ut periculum [illegible]
loca importuosa & [illegible] compelleretur, infecta re d[illegible] m[illegible] C
tum propè oct[illegible], cumque ipse nõ t[illegible] p[illegible] [illegible]
molem corporis a[illegible] obeunda imperatoris munera [illegible]
ra [illegible] ca & peri[illegible] a & fort[illegible]

Luxuria Dem trij & patris le nitas.

gereret. Luxum autem, luxuriam, compot[illegible]nesque e[illegible]
bat, quib. [illegible] & [illegible] ad [illegible] atem usque de[illegible]
[illegible] temperans sustinebat, & [illegible]
perte iam ad [illegible], Antigonum perc[illegible] ertẽ [illegible]
r[illegible] Lam[illegible] m [illegible]
ter po[illegible] a p[illegible] & [illegible] moris a[illegible]u uexa[illegible]
4 ita [illegible] Antigonus [illegible] cratis, [illegible]
di[illegible] te[illegible] m ire [illegible] d
fores obuiam [illegible] inde [illegible]
[illegible] ans, [illegible] re[illegible]
[illegible] nuam d[illegible] [illegible]
cæter[illegible] s æ[illegible] ino [illegible]
[illegible]
[illegible] Sed [illegible]
busterijs d[illegible], [illegible]

A minor laus imperatoria eius in apparando quàm in utendo exercitu e-
rat: quin illo probare uidebatur, ita omnia abunde ad usum prompta u-
ti essent curabat. Nauium & machinarum artificiosas fabricas [illegible]
ctandi insatiabili quadam tenebatur uoluptate. Natura enim ingeniosus
sus cùm esset, & cõtemplationibus apto animo præditus, studium suum
nõ ludicris aut inutilibus oblectationibus dedit: quemadmodum reges
nonnulli tibiæ, picturæ, torno operam impenderunt. (quin & Aeropus
Macedo mensulis & lucernulis fabricandis ocium terebat. Attalus Phi-
lometor uenenosas herbas plantabat, non altercum modò & ueratrum,
sed cicutam etiam, aconitum, doryciniumq; ipse in regia seminans & se-
rens, operamq; dabat ut legitimo tempore succos eorũ & semina lege-
ret: Parthorum reges laudi sibi ducebant, si cuspides iaculorũ ipsi excul-
perent & acuerent.) At Demetrij etiam fabrilia opera regium quiddã in Demetrij
se continebant, & in magnis rebus ars eius conspiciebatur, ac cum subti- machinæ.
litate acumen ingenij, intimamq; prudentiam simul opera demonstra-
bant: ut non consilio tantùm & sumptu, sed manu etiam regis quæ effice-
B rentur digna uiderentur. mole enim sua etiam amicos eius terrebant, ele
gantia hostes quoq; delectabãt. quod ipsum uerius est à nobis, quam or-
natius dictum. Sedecíremes quidem eius & quindecíremes spectaculo
erant hostibus, cùm oram ipsorũ præternauigarent. Helepoles etiã ma-
chinæ expugnandis urbib. factæ id nomen est) eius obsessis admirationi
erant, ut res ipsa testatur. Lysimachus enim regum omnium infensissimus,
cùm aduersus eum obsidentem Solos Ciliciæ urbẽ castra haberet, missis
nuncios orauit, uti machinas ipsi suas, nauesq; nauigantes ostẽderet: quodq;
is impetrasset, admiratione uictus discessit. Rhodij aũt diu à Demetrio Rhodium
in obsidione habiti, cõposito bello petierũt, ut machinas quasdã ipsis ue bellum.
luti [illegible] & ipsorum fortitudinis monimentum relinqueret. Cæ-
terùm [illegible] os oppugnauerat, quòd cum Ptolemæo fœdus & amiciciã ha
berẽt, murisq; admouerat helepolin maximã. Basis quadrata erat, cuius
unumquodq; latus XLVIII cubitorum, altitudo LXVI cubitũm: in-
clinabant aũt & cõcurrebãt latera ad fastigiũ [illegible] ma basi angustius. Ipsa
intus machina uarijs domiciliis & regionibus interstincta, frontem aduer
sus hostem apertam habebat, & ad singula domicilia fenestram: per has
C omnis generis tela emittebantur. Repleta enim erat uiris omne pugnæ
genus obeuntibus: atq; ita recta & inconcussa æqualiter undiq; cum stre
pitu & uiolentia magna muris admouebatur, ut simul & perterreret &
oblectaret spectaculo. Ad hoc bellum thoraces quoque ei duo ferrei è
Cypro allati sunt, appendens uterque minas quadraginta. Horum duri- 5
ciem & robur ut ostenderet Zoilus artifex, XXVI passuum spacio intor-
queri iussit sagittam a catapulta: neque tamen eo ictu ruptus est thorax,
obscurã modò notam quæ scalpello uideretur impressa, accepit. Hunc
ipse gestauit Demetrius, alterum Alcimus Epirota, omnium qui cum eo
erant bellacissimus atque robustissimus, qui solus armatura duûm talen-
torum pondus trahente utebatur, reliquorũ armis talentũ modò appen-
dentibus: is apud theatrum Rhodi pugnans occubuit. Rhodiis autẽ for-
titer se defendẽtibus cùm nihil memorabile Demetrius efficeret, perti-
naciter tamẽ in ira aduersus eos perstitit, quòd ij cùm nauim à Phila uxo
re cum literis, stragulis, & uestimentis missam ad ipsum intercepissent,
sicut erat ad Ptolemæum misissent: nihil imitati Atheniensium humani
tatem, qui cùm Philippi ipsos bello petentis tabellarios deprehendissent,
sent, lectis reliquis epistolis, missam ab Olympiade non aperuerant, sed

 obsigna-

obſignatam adhuc ad Philippum miſerant. Veruntamen etſi grauiſſimē A id ferret Demetrius, nactus tamen occaſionē Rhodijs parem dolorem

Ialyſi pictura.

afferendi, abſtinuit ſe. Ialyſi enim picturam propè abſolutam, quam Caunius Protogenes pingebat, in quodam ſuburbio cùm cepiſſet, Rhodijs miſſo præcone deprecantibus uti parceret tanto operi, neque id proderet, reſpondit, Priùs ſe patris ſui imagines crematurum, quàm tantum artis laborem. ſeptem enim annos impendiſſe Protogenes operi dicitur. Fertur Apelles ea conſpecta pictura ita obſtupuiſſe, ut uox eum deficeret: ſerò autem dixiſſe, Ingens labor eſt, & admirabile opus: deſunt tamen ei gratiæ, quæ ſua opera ad cœlum extollant. Hanc tabulā in eundem cum reliquis locum compactam Romæ ignis abſumpſit. Rhodijs autem acriter bello reſiſtentibus, Demetrium deferendæ obſidionis prætextum quærentem Athenienſes eò aduecti in gratiam cum ijs re[illegible]o fuerunt, ea conditione, ut Rhodij Antigono & Demetrio ſocij eſſent, niſi ſi contra Ptolemæum ij bellum haberent. Athenienſes autem Demetrij opem implorabant contra Caſandrum Athenas tum obſidentem: Demetrius eò cum CCCXXX nauibus ualidoq; peditatu ueniens ac B

Caſander ex Attica profligatur.

non modò ex Attica Caſandrum profligauit, uerùm etiam fugientē uſq; ad Thermopylas inſecutus cùm fudiſſet, Heracleam deditione accepit. Tranſierunt etiam ſex millia Macedonum ad ipſum. In reditu Græcos qui intra Pylas habitant liberos reddidit: cum Bœotis ſocietatem coiuit: Cenchreas cepit: & Phylā, Panactumq; caſtella à Caſandro [illegible] opereq; munita aduerſus Athenienſes occupauit, ijsq; reddidit. Illi uerò Athenienſes, quanq; antè iam effuſè in eū omnes honores contulerant, tamen tunc quoq; nouas adulādi rationes reperērūt. Poſticū enī Parthe-

Demetrius in æde Mineruæ habitat.

nonis (Mineruæ templū ita, tanq; uirginis ædes, appellat̃) deuerſorio ei aſſignarūt: ibiq; agitabat, & Minerua ei hoſpitiū prębere dicebatur, hoſpiti haudquaq; cōmodo, & nō ea modeſtia, quę apud uirginē equirere. Sanè pater eius cùm ſenſiſſet Philippū huius fratrē diuertiſſe in domo, ubi tres iuuenili ætate eſſent mulierculæ, filio uerbū ea de re nullū fecit, ſed ipſo præſente deſignatorē hoſpitiorū ad ſe uocauit, &, Heus tu,

Scelera eius.

inquit, nō educes filiū meū iſtis ex anguſtijs. Demetrius uerò, qui Mineruam reuereri ſaltē ut maiorē natu ſororē (hoc enī dici uolebat) debuiſſet, ingenuorum puerorum matronarumq; Athenienſium ſtupris tātam C arci conflauit infamiam, ut is tunc maximè locus caſtus uideretur, quando

6 is cum ſcortis Chryſide, Lamia, Dema, & Anticyra libidinem exercebat. Cætera omnia apertè indicare nolo, Athenarum nominis reuerentia: Democlis uirtutem & pudiciciam operæprecium eſt commemora-

Pudicitiæ exemplum.

re. Huius impuberis etiamnum non latebat forma Demetrium, ob cuius præſtantiam etiam Pulchri cognomen ferebat. Cùm Demetrij multa munera, multas preces, multas minas ab emiſſarijs eius allatas ſpreuiſſet, atque ad extremum palæſtras & gymnaſium fugiens lauandi cauſa in priuatum balneū intraſſet, Demetrius obſeruato eo tempore ad ipſum ſolum intrò acceſſit. Hîc puer ſolitudinem circa ſe & neceſſitatem imminentem cernens, aheni operculo amoto in aquam feruentem inſiluit, & immeritò quidem perijt, patria tamen ſua formaq; digna auſus. Longè deterior Cleænetus Cleomedontis F. qui cùm à Demetrio literas impetraſſet, quibus populus patri eius mulctam quinquaginta talentorum remittere iuberetur, non modò ſeipſum dedecore affecit, ſed & ciuitatē in turbas coniecit. Remiſſa enim Cleomedonti mulcta, decreto prohibuerunt ne quis à Demetrio literas adferret: quod cùm is iniquiſſimè

ferret,

A ferret, non abrogárunt modò id decretum, sed & autores eius, suasorésque partim morte, partim exilio mulctarunt. Additum his aliud decretum, Sciuisse populum Atheniensem, ut quidquid rex Demetrius iussisset, id fas apud Deos, iustum apud homines haberetur. Ibi cùm quidam ex optimatibus insanire diceret Stratoclem, qui talia decreta faceret, Demochares Laconensis, Insaniret uerò, inquit, nisi insaniret: etenim plurimum ob huiusmodi adulationes precij ferebat Stratocles. Demochares autem huius dicti causa delatus, solum uertere iussus est. Hæc Athenienses agebant, cùm maximè liberos se, & præsidium deductum putarent. Demetrius in Peloponnesum profectus, nemine eum hostium subsistente, sed fugientibus omnibus, urbesq; deserentibus, Acten (regionis nomen est) & Arcadiam, excepta Mantinea, in potestatem suam redegit: Argos, Sicyonem, & Corinthum liberauit, ijs qui in præsidio erant, centum talentis datis. Argis cùm una cum Græcis Iunonia celebraret, ac certaminum præmia diuideret, Aeacidę Molossorum regis filiam, sororem Pyrrhi, Deidamiam duxit. Sicyonijs, extra urbem eos habitare
B dicens, persuasit ut urbem in eum, in quo nunc est, locum transferrent: simulq; cum situ nomen mutans, Demetriadem nuncupauit. In Isthmo communi Græciæ concilio acto, eoq; admodum celebri, dux Græciæ, sicut antè Philippus & Alexander, est designatus: quibus ille, fortuna & potentia præsenti elatus, haud paulo præstantiorem se ducebat. Et Alexander quidem neminem quenquam regum titulo suo spoliauerat, neque se regum regem dixerat: imò autem multis & nomen regis & regnum dederat. Hic autem subsannans eos, qui præter se & patrem regis nomen cuiquam tribuerent, inter pocula atque libandum suauiter audiebat eos, qui Demetrium regem, Seleucum elephãtorum magistrum, Ptolemæum classis præfectum, Lysimachum gazæ custodem, Agathoclem Siculum insulæ principem nominarent. Quæ cùm ad reges emanassent, cæteris deridẽtibus, solus Lysimachus stomachatus est, se à Demetrio spadonem censeri: nam thesaurarijs ferè eunuchis reges utebantur. Omnium uerò infensissimus ei erat Lysimachus, & amorem ei Lamiæ exprobrans, tunc primùm dicebat uisam meretricem, quæ ex scena tragica procederet: contrà Demetrius suum scortum illius Penelopa pu-
C dicius esse dicebat. Cum Athenas redire statuisset, scripsit eò se cupere statim sacris initiari, & à minimis mysterijs usque ad maxima (quę ab inspectione epoptica dicuntur) totius sacrificij ritus cognoscere. Id neque fas erat, & nunquam anteà factum. Parua enim mysteria mense Anthesterione peragebantur, magna Boëdromione: ab his ad epoptica illa inspicienda ad minimum annus requirebatur. Lectis literis solus Pythodorus, daduchus (id est facifer) eo tempore, ausus est contradicere, tametsi frustra. Stratoclis enim decreto Munychioni Anthesterionis nomen impositum est, & eo mense Demetrius ad parua mysteria admissus. Rursus inde idem Munychion Boëdromion factus est, & reliqua sacra peracta, & ad summa etiam illa aspicienda admissus Demetrius. Itaque Philippides Stratoclem conuicio proscindens ait:

Hic mensem in unum annum redegit integrum.

Et de habitatione Demetrij in Parthenone,

Arcem is Mineruæ fecit diuersorium,
Et scorta in ædes introduxit uirginis.

Cùm uerò Athenis tunc multa fierent iniquè & iniustè, id omnium maximum ciuibus dolorem attulit, quòd Demetrius cùm Athenien-

Decreta 7

Nuptiæ & fastus Demetrij, ac flagitia.

Mysteria.

ſibus impo[illegible]ſſet, uti celeriter [illegible] L talenta cogerent, ſibiq; darent: p[illegible] A
penſio ea celeri exactione duraq; eſt collata, & argentum paratum u[illegible]
Lamiæ id omne cæter[illegible]q; circum eam ſcortis ad ſapon[illegible]m e[illegible]
dari iuſsit: turpitudo enim damno, & uox ea ipſo facto moleſti[illegible]r fuit ho
minibus. Quidam hoc non Athenienſibus, ſed Theſſalis accidiſſe dicu[illegible]t.
Præterea autem Lamia ipſa proprio arbitratu cum cœnam regi fac[illegible]ret,
à multis pecuniam extorſit: tantaq; fuit eius cœnæ ob magnitudinem
ſumptuum gloria, ut librum de ea Lynceus Samius conſcripſerit. Itaque
Comicus quidam haud inſcitè Lamiam helepolin appel[illegible]uit: Demo-
8 chares Solenſis Demetrium fabulam uocabat, eò quòd Lamiam habe-
Lamiæ amor. ret. Neque iam uxoribus modò, ſed & amicis Demetrij inuiſa erat La-
mia, quòd nimio ſui amore eum cepiſſet. Quoſdam ad Lyſimachum le-
gatos miſerat. His cùm Lyſimachus per ocium in femoribus & brachijs
ſuis graues cicatrices unguium leoninorum oſtenderet, & narraret uti
cum leone à rege Alexandro incluſus decertaſſet: ridentes, regem ſ[illegible]
quoq; immanis feræ Lamiæ morſus in collo ferre dixerunt. Ac mirum
fuit, quòd initiò Philam ob imparem ætatem aſpernatus, Lamiam per B
tulerit, ac tandiu amauerit iam natu grandiorem. Demo q[illegible]de[illegible]
cognomine Maniam, id eſt, inſaniam, dicunt, tibia canente Lamia ad c[illegible]
» nam, interrogata à Demetrio quid ipſi uideretur, Vet[illegible]la, inq[illegible]
rex uidetur. Eadem cùm Demetrius multis appoſitis bel[illegible]s dice[illegible]
» Viden' quàm multa mihi mittat Lamia? Plura tibi, inquit, mater [illegible]a
» mittet, ſi cum ipſa dormire uelis. Memorat[illegible]r e[illegible]m e[illegible]s r[illegible]o
ſententiæ à Bocchore latæ. Quidam in Aegypto meretricem T[illegible]-
Bocchoris iudicium. dem deperibat, magnam auri ſummam exigentem. Is cùm in ſomni[illegible]a
ginatus ſe cum ea rem habere, concupiſcere eam de[illegible], Tho[illegible]s c[illegible]n
mercedem apud iudices popoſcit. Bocchoris cauſa co[illegible]nita, e[illegible]t
quantum poſtulabatur auri numeratum in uaſe hinc inde manu agita[illegible]e,
& eam umbram à ſcorto apprehendi: indicans imaginati[illegible]em ue[illegible]
umbram eſſe. Lamia id iudicium iniuſtum eſſe cenſuit: non enim [illegible]n-
ſomnium iuueni amorem, ita umbram meretrici cupiditatem auri [illegible]de-
miſſe. Hæc de Lamia. Cæterùm caſus & res geſtæ Demetrij, q[illegible]s d[illegible]n-
ceps ſumus expoſituri, ueluti à comica ſcena in tragicam narrationem
Antigoni contra reges bellum & interitus. noſtram transferunt. Omnes reliqui reges aduerſus Antigonum conſpi- C
rauerant, & in[illegible]um copias ſuas conducebant. Itaq; Demetrius cùm ſe
ex Græcia ad patrem contuliſſet, præter ætatem belli cupido multum [illegible]o
boris ac fiduciæ attulit. Enimuerò apparet Antigonum, ſi paululum c[illegible]n
cedere, & de nimia principatus cupiditate nonnihil remittere u[illegible]t,
eum & retinere, & filio ſuo tradere morte ſua potuiſſe. nunc ingenio i[illegible]o
roſo & ſuperbo præditus, neque uerbis minus quàm ac[illegible]ni[illegible]us aſper,
multos iuuenes, & eos præpotentes aduerſum ſe irritauit. Tum q[illegible]q;
illorum fœdus & ſocietatem ſe iactabat tanquam auium multarum femi
na legentium c[illegible]ncurſum lapidis iactu & ſtrepitu diſsipatu[illegible]m. [illegible]edita-
tum ducebat [illegible] X X millibus ampliorem, decem equitum millia, elephan
tos LXXV. Ho[illegible]ium copiæ erant, LXIIII peditum millia, equitatus
quingentis eq[illegible] quàm Antigoni maior, eleph[illegible]i CD, currus [illegible]X.
Antigonus [illegible]pe hoſtes peruenit, non tam propoſitum quàm ſpem
mutauit. [illegible]s enim antehac ſublimis & exul[illegible]ans ad prœlia acced[illegible],
ma[illegible] uo[illegible] & t[illegible]is ſermonibus, no[illegible]m etiam i[illegible]
facet[illegible]ntiam animi ſui & hoſtium iam imminente certa[illegible]e
con[illegible]ptu[illegible] o[illegible]endere [illegible] cog[illegible]abundus tunc, tacitusque p[illegible]u[illegible]

A [illegible] exercitu [illegible] mo[illegible]abat & [illegible] [illegible] omnes [illegible] d[illegible] [illegible] [illegible] cum [illegible] ne cum [illegible] ar[illegible] [illegible] [illegible]let, sed suum [illegible] [illegible]num servus, quæ [illegible] [illegible] de [illegible] exer[illegible]. [illegible] Deme[illegible] e[illegible]m, [illegible] eos ad [illegible]e ex [illegible]et, quando essent [illegible] mor[illegible] respondisse, Qui[illegible] ne tu [illegible] non ex[illegible] [illegible] a [illegible] [illegible] accessi[illegible]. Demetri[illegible] somnis uisus [illegible] ex Alexandro splendide armato quærere, quam tesse ram p[illegible]æ [illegible]: cumque is Iouem & Victoriam respondisset, dixit, Ad [illegible] ad hostes, [illegible]. Antigonus autem iam instructa phalange exiens, in faciem corr[illegible] [illegible]ictusque eo casu cum surgeret, manus [illegible] tendens [illegible]nam à Diis, aut [illegible] ince[illegible]retur mortem sensus expe[illegible] pe[illegible] [illegible] commisso prœlio [illegible] cum præstantissima & maxima equitum parte Antiochum Seleuci [illegible] adortus est: cumque cum præclara pugn[illegible] [illegible] tempo[illegible] [illegible]sque impensè

B insequen[illegible] [illegible] [illegible]am neque [illegible] & se ad pedites recipere, elephantis in medium interuenientibus: & Seleucus cum phalangem equi[illegible]m pr[illegible] nu[illegible]tam c[illegible]et, in pre[illegible]em se factu rum in eam [illegible] & circ[illegible]do pe[illegible]terruit, & ad se transeūdi potestatem haud inutili c[illegible] [illegible] fecit: magna enim phalangis Antigoniæ pars ultrò ad hostes conce[illegible], reliqu[illegible] [illegible] uersa est. Antigono autem, m[illegible] ip[illegible]m uer[illegible]s cum quidam ei diceret, Aduersus te, o rex, isti "
impetum faciūt. Nimirum, inquit, nam quis me defendit [illegible] sed Demetrius "
nobis succurret. Hac ille spe ad extremum usque fre[illegible], dum [illegible] circum- "
spicit mul[illegible]s confossus iaculis cecidit: solus omnium comitum & amicorum, reliquis omnibus dilapsis, Thorax Larissæus apud cadauer Antigoni pe[illegible] [illegible] pugna, reges uictores to[illegible] Antigoni & Dem[illegible] [illegible] corp[illegible] aliq[illegible]d in partes d[illegible]ec[illegible]t, casque in[illegible] pr[illegible] sis p[illegible] [illegible]d[illegible]. [illegible] cum q[illegible] [illegible] n[illegible] sum perrexi[illegible] [illegible] ne p[illegible] temp[illegible] [illegible] ipse etiam [illegible] n[illegible] c[illegible] inde

C a[illegible], & n[illegible] ne [illegible] [illegible] rimum in Athenien[illegible]bus c[illegible]ocatum [illegible] [illegible] ibi De[illegible]ami[illegible] [illegible] rem, opes, nauesque [illegible] Athen[illegible] be[illegible] tius sui rebus res[illegible] [illegible] Itaque [illegible] apud Cyclades Atheniensium le[illegible] occurre[illegible] ne a[illegible] acce[illegible]deret, decreto enim populi [illegible] rex Athe[illegible] & [illegible] tes Deidamiam ab ip[illegible] h[illegible]ce Me[illegible]ram e[illegible] dedu[illegible]am: præ[illegible]ra e p[illegible]testa[illegible] [illegible]entis exiji. T[illegible] quidē æquo[illegible]sim[illegible] [illegible] in[illegible] [illegible] ob[illegible] rerum mut[illegible] [illegible] di[illegible]inuer[illegible] sed [illegible] se insperatò [illegible] Athenien[illegible] [illegible]ne[illegible] simulatā [illegible] be[illegible] re nunc ipsa dete[illegible] [illegible]. [illegible]
re[illegible] principes d[illegible] be[illegible] [illegible] ex "
abun[illegible] honor[illegible] [illegible]mum ac[illegible] [illegible] "
[illegible] [illegible]noribus [illegible] "
offerunt æstimada est, [illegible] [illegible] metu[illegible] [illegible] "
neu[illegible]entiæ [illegible] p[illegible]. Itaque [illegible] [illegible] p[illegible] "
[illegible] ad suas ip[illegible]um [illegible]es [illegible], [illegible] "
honoris

A[illegible] [illegible] [illegible] tur.

" [illegible] d[illegible] fid[illegible], [illegible] ext[illegible]
" gentes [illegible] ætum maxim[illegible], cum [illegible]
" cos, qui [illegible] honores & imm[illegible] [illegible]
trius ergo cum [illegible] præsentia sentiret [illegible] m [illegible]
locum non habere, misit ad Athen[illegible]
naues suas, in quibus etia tredec[illegible] [illegible] ep[illegible] te[illegible] ce[illegible]
ad Isthmū nauiga[illegible], [illegible]q; res suas [illegible] [illegible] &
sidia undiq; abierant, & omnia ad h[illegible] [illegible] a
Pyrrho, in Chersonesum [illegible] Lysimachum [illegible] s
suas continuit, atq; præda locupletauit, iam tum uires & ex[illegible]
resumentes. Lysimachus autem a cæteris regibus n[illegible]
hilo moderatior Demetrio, tum quoq; ob potentiam metuen[illegible]
batur. Paulo post Seleucus missis legatis Stratonicen Demetri[illegible] æ

Seleuci & Demetrij affinitas.

filiam in matrimonium petijt, cùm quidem iam ex Ap[illegible] P[illegible]
haberet An[illegible]chum: sed regnum suū & pluribus sufficere [illegible]
& sibi Demetrij affinitate opus [illegible] p[illegible] ret. quando Lysimach[illegible]
animaduertebat duas Ptolem[illegible], [illegible] fili[illegible], alter[illegible] in A[illegible] B
matrimonio iunxisse. Demetrius autem insperatam felicitatem [illegible] ens
oblatam sibi à Seleuco affinitatem, [illegible]
Syriam petijt. Cum uerò ad terram appellere [illegible] necess[illegible]
Ciliciam quoq; attigit, quam [illegible]listarchus Casandri frater [illegible]
Antigoni a regibus attributā [illegible] I[illegible] [illegible]
u[illegible] [illegible]tam à Demetrio quæren[illegible], simul & Seleucum d[illegible]
[illegible] reliquorum regum c[illegible] commun[illegible] h[illegible] in[illegible] m r[illegible]
9 trem se c[illegible]. Quod u[illegible] Demetrius, [illegible] d Qu[illegible]
est: [illegible]q; cùm in ærario reliqua inuenisset mille ducenta [illegible]
uasatis, celeriter abijt. Iam & uxor Phila a[illegible] ipsum p[illegible]
Orossum Seleucus occurrit. Primus statim [illegible]
& suspicionibus caruit, priorq; Seleucus Demetrium [illegible] is
accepit in suo tentorio, post ab e[illegible] in tr[illegible] decirem[illegible] per
ocium collocuti amicè, totosq; dies conuersati [illegible]
toribus, donec Seleucus accepta Stratonica sp[illegible]nd[illegible] A[illegible]
dijt. Demetrius Ciliciam ten[illegible]t, & [illegible] m ux[illegible]
fratrem eius misit, criminum a Plistarch[illegible] [illegible] C
Interim Deidamia cùm ex Græcia ad ipsum nauigasset, [illegible] a
fuisset, ex morbo quodam decessit. P[illegible] ex [illegible]
opera amiciciam iniuerat, filia Ptolemais ei pacta [illegible] Se[illegible]

Seleuci illiberalitas.

liter. Ciliciam autem pecunia data re[illegible] merca[illegible] Deme[illegible] ns, [illegible]
is denegasset, Tyrum ab e[illegible] & S[illegible] repo[illegible]
ui[illegible] est, & iniquè agere: qui cum ab India ad mare Syriacum [illegible]
nes possideret, adeo tamen [illegible] par[illegible]q; [illegible]
d[illegible] s u[illegible]bes socerū suum d[illegible] f[illegible] ex[illegible] i
dens testimoniū [illegible] u[illegible] di[illegible]tias [illegible] tant[illegible] n[illegible] a[illegible] d
dim[illegible]uere imme[illegible] p[illegible] c[illegible] q[illegible] [illegible] p
s[illegible] peri[illegible]a & p[illegible] [illegible]e Athen[illegible] N[illegible]
se [illegible] inquiens se ne[illegible] [illegible]idem [illegible]

Athenas ut reciperet Demetrius.

l[illegible] m ge[illegible] [illegible]
[illegible] ant[illegible] L[illegible] A[illegible] [illegible]
[illegible] eo acc[illegible] [illegible]
apud A[illegible] te[illegible] [illegible]

[illegible]

A mortales perdidit. Ipse superato periculo bellum contra Athenienses orsus, cùm res non succederet, dimissis qui nouam classem colligerent, in Peloponnesum conuersus est. Ibi Messenem oppugnans, telo balistæ in faciem & per maxillam in os ictus, in graui fuit discrimine. Recepta sanitate, quasdam urbes, quæ ab ipso defecerant, in potestatem redegit. Inde iterum in Atticam facta impressione, Eleusine & Rhamnunte captis, agrum uastauit: nauim(que) nactus frumentum Athenas deuehentem, mercatorem & gubernatorem suspendio affecit. Quo exemplo territis alijs, & fames urbem inuasit acris, & aliarũ quo(que) rerum penuria: etenim medimnus salis quadraginta denarijs uendebatur, frumenti modius tribus minis. Exiguam Atheniensib. respirationem CL naues apud Aeginam uisæ præbuerant, à Ptolemæo in auxilium missæ. Sed post(quam) Demetrio multæ ex Peloponneso, multæ ex Cypro naues coactæ sunt, ita ut in uniuersum CCC nauium classem haberet, missi à Ptolemæo retrò, abiecerunt: & Lachares tyrannus urbe prodita aufugit. Tum Athenienses, tametsi decreuerant ut si quis mentionem de pace cum Demetrio componenda fecisset, id ei esset capitale: proximas tamen portas statim aperuerunt, legatos(que) ad eum miserunt, nihil quidem ab eo benigni expectantes, inopia tamen compulsi. Ea enim tanta fuit, ut præter multa alia, quæ tum euenerunt durissima, pater etiam & filius de mortuo mure, qui illis desperatis iam rebus domi desidentibus fortè de culmine deciderat, dimicauerint. Epicurum etiam philosophum traditum est ea tempestate fabis certo numero distributis se suos(que) familiares aluisse. Hoc rerum statu in urbem ingressus Demetrius, uniuersum populum in theatrum conuocari iussit, caueam(que) armis & pulpitum stipatoribus cinxit. Ipse ex superioribus gradibus, ut tragœdiarũ actores solent, digressus, cùm auxisset terrorem Atheniensibus, exordio suę orationis finem eorum metui fecit. Nam & uocis contentione, & uerborum acerbitate sibi temperans, leniter & amicè repræhẽsis reconciliatus est: centum(que) millia medimnorum frumenti largitus, magistratus (qui populo essent acceptissimi) cõstituit. Hic Dromoclidas rhetor, cùm uideret populum præ gaudio uarias uoces edentem, & laudationes oratorum superare certantem, rogationem tulit, uti Demetrio regi Piræeus & Munychia dederentur. Hoc approbato, ipse Demetrius Museum nemine iubente præsidio occupauit, ne denuò populus iugo excusso nouas ipsi molestias exhiberet. Athenis receptis, statim ad subigendam Lacedęmonem animum adiunxit: ac apud Mantineam regem Archidamum occurrentem sibi cùm uicisset profligasset(que) prœlio, in Laconicam irrupit: rursus(que) apud ipsam urbem Spartam ducentis occisis, quingentis captis, uidebatur iamiam urbem à nemine ad id us(que) tempus captam occupaturus. Enimuerò non arbitror ullum fuisse regem, cuius fortuna maioribus esset ac celerioribus obnoxia mutationibus: ne(que) eam ullis in rebus toties secundam & aduersam, modò ex prospero successu tristem, modò ex afflicto statu lætum mutasse. Ideo(que) eum ferunt reb. in deterius mutatis, Fortunam Aeschyli hoc uersu compellare solitum:

B

C

Ingressio in Laconicã.

Fortuna.

Tu me extulisti, eadem me is(sentio) perditum.

Etenim rebus illi tum ita prosperè succedentibus, ut ad principatum ac potentiam parandam egregios faceret progressus, renunciatur urbes Asiaticas esse à Lysimacho captas: Ptolemęum, capta reliqua Cypro, Salaminam, in(que) ea liberos eius cum matre obsidere. Veruntamen Fortuna, sicut illa apud Archilochum mulier,

Fallax,

Fallax, aquam ferens manu hac, sed altera ignem ——, tam grauibus eum & periculosis nuncijs à Lacedęmone auocans, alias illicò spes nouarum magnarumque rerum ei obtulit. Casandro mortuo, Philippus filiorum eius natu maximus, cum haud diu Macedonibus imperasset, ipse quoque mortem obijt: superstites duo fratres inter se contenderunt. Quorum cùm alter Antipater Thessalonicen matrem necasset, alter Alexander ex Epiro Pyrrhum, ex Peloponneso Demetrium sibi in auxilium uocauit. Prior ueniens Pyrrhus pro auxilij mercede ad se rapuit magnam Macedoniæ partem, iamque terribilis erat Alexandro uicinus. Cùm autem Demetrius acceptis literis copias adduceret, autoritatem eius & gloriam admodũ timens adolescens, uenientem apud Dium obuiam factus amicè salutauit atque accepit, dixitque res suas nihil iam eius præsentiam desiderare. Statim inde sinistræ inter eos obortæ suspiciones: & Demetrio eunti ad cœnam (erat autem ab Alexandro inuitatus) insidias quidã exponit, compositum esse inquiẽs, uti ipsum inter pocula trucidarent. Demetrius autem nihil perturbatus, paululum modò inter eundum moratus, ducibus mandauit ut in armis haberẽt exercitum: comites autem & pueros quotquot secum habebat, (erant autem multo, quàm Alexandri, plures) secum in cœnaculum ingredi, & expectare iussit, dum ipse surgeret. Hæc res Alexandrum à perpetrando facinore deterruit: & Demetrius prætendens se corpore ita esse affecto, ut compotationem non ferret, celeriter abiuit. Postridie discessum moliri cepit, nouarum rerum nuncios ad se allatos dicens, ueniamque ab Alexandro petens, quod citiùs discederet, seque cum eo per ocium diutius futurum pollicens. Gauisus Alexander non hostili animo, sed sponte sua eum Macedonia abire, in Thessaliam usque comitatus est. Vt Larissam peruẽtum est, rursus mutuas texentes insidias, ad cœnam se inuicem inuitabãt. Hic Alexander metuens ne si ab hospitio Demetrij sibi caueret, eum quoque, quem in conuiuio necare statuerat, cautiorem suo exemplo redderet, seipsum in manus Demetrij prior tradidit. Vocatus enim ad cœnam à Demetrio, uenit: cumque is inter cœnandum surgeret, territus unà mensam reliquit, eumque ad fores usque subsecutus est. Demetrius postquam ad ianuam & suos stipatores peruenit, id modò fatus, uti sequentem occiderent, exijt: Alexander ab ijs obtruncatus est, & ex amicis ij qui auxilij ferendi causa accurrerant: quorum unus iam moriens dixisse fertur, Demetrium unius diei spacium præoccupasse. Nocte ea, ut consentaneum erat, trepidatum est: manè cum Macedones perturbati potentiam Demetrij metuerent, neque tamen quicquam hostile ipsis accideret, missis à Demetrio nuncijs colloqui se, & factorum rationes edere uelle dicente, animum receperunt, eumque benignè admiserunt. Neque longa opus ei fuit apud eos oratione, quin Antipatrum matris cæde conscceleratum exosi, quia nullus melior in promptu erat, eum regem Macedoniæ crearent, inque Macedoniam deducerent. Iis etiam qui domi erant Macedonibus haud ingrata fuit mutatio, memoria repetentibus ea quæ in Alexandrum uita defunctum Casander perpetrasset: quod si cui in mentem ueniret moderationis & æquitatis, qua Antipater maior usus fuerat, eius quoque fructum Demetrius percipiebat, Philę maritus, ex qua filium successorem regni progenuerat, qui tum adolescens sub patre militabat. Tam illustri fortunæ beneficio elatus Demetrius, nuncios prætereà accipit de liberis & matre, dimissos eos, donisque prætereà & honoribus à Ptolemæo affectos: filiam uerò Stratonicen, quæ Ptolemæo nupserat,

Regno Macedoniæ potitur Demetrius.

A [illegible]ferat An[illegible]o[illegible] Sele[illegible] tradi[illegible]m [illegible]orumq; [illegible] regn[illegible]m d[illegible]. Qua[illegible]. Inci[illegible]e [illegible] amorem S[illegible] A[illegible], quæ [illegible] pue[illegible]am S[illegible] pepe[illegible]rat. Cum m[illegible]s modis [illegible]xcutere ei m a[illegible]e[illegible]m [illegible]tasset, t[illegible] pe[illegible] re[illegible] te & [illegible] d[illegible] ptus, [illegible] nem [illegible] ccre[illegible] im[illegible] te mo[illegible], ne[illegible] le[illegible] u co[illegible] d c[illegible] rp[illegible] at[illegible]nent, atq; med[illegible]a [illegible]m [illegible] mortem a[illegible] rer[illegible] ra[illegible] t[illegible]s autem me[illegible] c[illegible] n[illegible] d[illegible] er de[illegible]æ[illegible]f- fet, [illegible] e[illegible]eptum esse neq; con[illegible]re tamen posset, quid depe- rir[illegible], p[illegible] cr[illegible]æ ca[illegible] a[illegible] i[illegible] uerl[illegible]s obseruare cepit. ibi aut a[illegible]olescens aut mulier ain[illegible] p[illegible] in[illegible]rederetur, quis uul- t[illegible] An[illegible] & [illegible]ætera q[illegible]q; [illegible]d[illegible]e, quæ animi maxime affe- ctionibu[illegible] mutantur in [illegible] m[illegible]e & c[illegible]sfe[illegible]t. Cùm ad reliquorũ ingres- sum [illegible] m[illegible]is sentiret, animaduertit q[illegible] Stratonica uel sola uel c[illegible]m S[illegible]ret, id[illegible]ebat [illegible]eq[illegible] [illegible]a illa, quę à Sap- phone describuntur, indicia in Antiocho apparere, uocis repressionem, ig[illegible] c[illegible]m nut[illegible]s, fu[illegible]s s[illegible]d[illegible]re[illegible], p[illegible]m perturba- tionem atq; in[illegible]antiam: ac ui[illegible]o tandem protinus animo, angorem, stu[illegible]em, ac pal[illegible]orem. Hæc Erasistratus perpendens, idq; etiam ratio- cinat[illegible]s, re[illegible] fi[illegible]m [illegible] qu[illegible]m nouercæ [illegible]m[illegible]re laboraret, haud[illegible]aqu[illegible]ã ad mortis usq; d[illegible]scrimen ægritudinem reticiturum fui[illegible]e: hunc quidem ei[illegible] amorem efferre atq; p[illegible]dere ard[illegible]m duxit, [illegible]etus [illegible]men Se[illegible]ciũ [illegible]ium beneuolentia, ausus est aliquando ei dicere, Morbum Antiochi ex amore e[illegible]e, sed amore insanabili, quod fieri non posset, u[illegible]is amata poti- retur. Perte[illegible]i[illegible]o deinde regi, & quid ita amor i[illegible]le expleri non posset, in- terroganti, Quia, inquit, uxorem meam deperit. Ibi Seleucus: Tu autem E[illegible]te c[illegible]m sis amicus noster, cur adeò [illegible]io meo uxoris tuæ nuptias c[illegible]ncedere n[illegible] præsertim cùm in eo uno niti regnum nostrum uideas? Qu[illegible]atu[illegible], ne te quidem, patrem eius, concessurum fui[illegible]e a[illegible]tr[illegible] [illegible] Str[illegible]c[illegible]cu[illegible]u[illegible]set. Ad hæc Seleucus: V[illegible]nam uer[illegible] [illegible]qu[illegible] am[illegible]e ali[illegible]uis h[illegible]minum deorum ue amorem [illegible] mei ita subito a[illegible] tr[illegible]a[illegible] orr[illegible] eũ [illegible] r[illegible]e [illegible]etiam s[illegible]persti- te filio. Hæc cum i[illegible]e animo [illegible]a[illegible]er perturbato mul[illegible]isq; cum lacrymis C e[illegible] locutus, inie[illegible]a dex[illegible]a [illegible]ra[illegible], N[illegible]ã[illegible], [illegible]t, ad i[illegible]am rem Er[illegible]rati opera e[illegible] [illegible] enim tu & pater amantis, & adamatæ mari- tus, & rex, optim[illegible]amil[illegible]æ tuæ med[illegible]ri potes. Pr[illegible]de Seleucus aduoca- to in concionem [illegible], Decre[illegible]i, [illegible]m superiorum pro[illegible]inciarum regem consl[illegible]tuere Antiochum, & [illegible]tratonicen ei coniu- gem, reginamq;: [illegible]ium autem ex[illegible]i[illegible]o, [illegible] n omnibus [illegible] uolun[illegible]atem s[illegible]m ad [illegible]m meum acc[illegible]mm[illegible], ita hac quoq; in re [illegible]btemperaturum: quòd [illegible] Stratonica i[illegible]legi[illegible]mas nuptias detrectat, amicos hortor uti demo[illegible]ent ei atq; pers[illegible]adeant, [illegible] esse & [illegible] omnia, quæ utilitatis ca[illegible] rex [illegible]tatuerit. Porrò Demetrius M[illegible]cedonia & Thessalia, & maiori parte Pe[illegible]o[illegible]ne[illegible] atq; e[illegible]a I[illegible]hmum Me[illegible]a & Athenis pot[illegible]s, Bœo[illegible]s b[illegible] fe[illegible]n[illegible]m [illegible] me[illegible]cribus condi- ti[illegible] de pace cum eo f[illegible]ciend[illegible]a e[illegible]r. [illegible]m autem Cleonymus Spartan[illegible] um exerci[illegible] Th[illegible]p[illegible], [illegible] & P[illegible] Th[illegible], c[illegible] inter P[illegible]tos summa erat [illegible] atq; e potentia, [illegible]ante r[illegible]ellauerant. Sed postquam Th[illegible]s oppug[illegible] d[illegible] mach[illegible]s admou[illegible]s, [illegible] Cleo[illegible]ymus f[illegible], B[illegible] [illegible]imis [illegible] de[illegible]em fecerunt. Demetri[illegible]s impo[illegible] in [illegible]rbe[illegible] pr[illegible]sidio, exa-

Era[illegible] rati [illegible]ertia.

I[illegible] cum b[illegible]m.

[illegible] lecto, m[illegible] Pridem [illegible] cuius Thespiarū P[illegible] cium [illegible] mic iacta Lysimac[illegible] nun[illegible] ret De[illegible] ac[illegible] am d[illegible] fecerūt Thebani, & Ly[illegible] ma[illegible] exasper[illegible] mo ce[illegible] r[illegible] rter[illegible] Bœotos [illegible] Thebas [illegible] et. [illegible] sionibus [illegible] ex[illegible] te & ad Thermopylas usq; pro[illegible] obsidi[illegible] ,. duersi[illegible] e[illegible] n [illegible] gillet dece[illegible] us grauis armaturæ mu[illegible] tu & [illegible] salia pr[illegible] re[illegible] iectis, iterū ad Th[illegible] s se c[illegible] machi[illegible] p[illegible] uit: cuius tāta erat [illegible] s, [illegible] rum men[illegible] um spacio uix duo stadia tr[illegible] nsiret. Bœo[illegible] tibus, & Deme[illegible] sæpe cōtention[illegible] s p[illegible] us qu[illegible] periculis obijciente, uidens Anti[illegible] on[illegible] petire haud p[illegible] cos [illegible] luit, atque ex patre quæliuit. Cur nam [illegible] n[illegible] tate postulate interire pateret[illegible] r. C[illegible] Demetrius [illegible] m[illegible] inquit, ea te res solicitat? an tu defunct[illegible] dimen[illegible] m debes [illegible] ut ne abiiti cōmilitoni [illegible] lum uideretur, ipse q[illegible] pe[illegible] iens, collum acuto [illegible] t[illegible] ns[illegible] g[illegible] ne [illegible] co d[illegible] ctus, urbem tandem expu[illegible] nat. Ingressus urbem [illegible] m[illegible] as q[illegible] d [illegible] resq; summos Bœotis o[illegible] iecit sed [illegible] , q[illegible] exilium actis, reliquis ueni[illegible] m dedit. Ita Thebæ, n[illegible] ndum dec[illegible]

Pythia lu- [illegible] auratione actis annis bis captæ. [illegible] um Pythia instaren[illegible] rem in[illegible]

di. ad eum u[illegible] que diem Demetri[illegible] s facere a[illegible] , q[illegible] ab Ae[illegible] apud Delphos insidebātur, Athenis eam solennem f[illegible] litatem [illegible] que fecit. ibi maximè [illegible] d[illegible] m Apollinem [illegible] Deus, & generis princeps esse crederetur. Reuer[illegible] Maced[illegible] neq; ipse quiescere p[illegible] let, & maior[illegible] suam in bello ind[illegible] cl[illegible] tionem, cùm f[illegible] pa[illegible] e t[illegible] rb[illegible] & rer[illegible] n[illegible] Aetolos expeditionē fecit: a[illegible] re q; eorū [illegible] stato Pat[illegible] ucl[illegible] e[illegible] te c[illegible] piarum haud ex[illegible] reli[illegible] o, ad[illegible] r[illegible] [illegible]

Cū Pyrrho b[illegible] m. que tum fortè ad[illegible] ersus ipsum [illegible] sed [illegible] tate [illegible] c[illegible] ne sibi occurrerent. Ac Demetrius [illegible] d[illegible] m [illegible] pi[illegible] um d[illegible] ab[illegible] rlois in P[illegible] incidit: co[illegible] accept[illegible] & dato uulnere in fugam ue[illegible] t. mu[illegible] s de e[illegible] c[illegible] s[illegible] & qu[illegible] q; m[illegible] a cepit. H[illegible] Pi[illegible] D[illegible] m[illegible] dio, quo[illegible] Pyrrhus [illegible] s [illegible] ac[illegible] s [illegible] maio[illegible] fu[illegible] ratio, inclytumq; apu[illegible] Maced[illegible] nes n[illegible] men quod [illegible] p[illegible] na[illegible] sua ipse man[illegible] gess[illegible] et: n[illegible] M[illegible] ced[illegible] , n[illegible] lo Pyrrho imaginem audaciæ Alexandri elicer[illegible] in primis Demetri[illegible] m[illegible] s fastu[illegible] q; [illegible] sentare. Era[illegible] a[illegible] [illegible] cus Dem[illegible] tus caussarum [illegible] ornatar[illegible] m ge[illegible] a[illegible] [illegible] pr[illegible] ex[illegible] e[illegible] ex[illegible] au[illegible] tinc[illegible] ferre[illegible] Chlamy[illegible] ei tex[illegible]

[illegible] nia Demetrij. re a[illegible] m[illegible] [illegible] dep[illegible] [illegible] d[illegible] m ob m[illegible] fe[illegible] [illegible] , q[illegible] ut haud pauci [illegible] lex[illegible]

Neque

A N[redacted] h[redacted]m[redacted]lò cru[redacted]f[redacted]a [redacted]f[redacted]s c[redacted]xi etiam
suo d[redacted]itg ratio[redacted]e. In [redacted]me[redacted]utem fer[redacted]nt di[redacted]a[redacted]c[redacted]:
quippe au[redacted]nõ d[redacted]at accedendi [redacted]ui facultat[redacted]m, au[redacted] c[redacted]ci[redacted]
se [redacted]q[redacted]bebat. A[redacted]q[redacted]
ros Græco[redacted] studebat, legationem quidam [redacted]b[redacted]de[redacted]V[redacted]
ad [redacted] Laced[redacted]m[redacted]m[redacted]molli[redacted]ens se[redacted]m ex[redacted],
interr[redacted]c[redacted]d ad [redacted]tan[redacted]
san[redacted] & La[redacted]nice respondit V[redacted]q; [redacted]rex[redacted]num a[redacted]unum. C[redacted]m[redacted]dam ie
pr[redacted]p[redacted]q[redacted]sese [redacted] & admittere [redacted]q[redacted]a
uideretu[redacted]quada[redacted]n ad [redacted]m conc[redacted]rrerunt, scripta[redacted]pe[redacted]nes offere[redacted]es:
quas ille om[redacted]a[redacted]pit, & c[redacted]lam[redacted]de[redacted]M[redacted]na autē cum uolupta
te comit[redacted]s[redacted], u[redacted]t in po[redacted] Axij, exc[redacted]chlamyde om-
nes illas in fl[redacted]u a[redacted]ic[redacted]it[redacted]rau[redacted]ter eo fa[redacted]o Macedonas offendit, qui iam
non regi se[redacted]d[redacted]c[redacted]. cùm Ph[redacted]ppum recordarētur,
eos ue audirent[redacted]de æ[redacted]te[redacted] & in his[redacted]e rebus moderatione nar-
rabant. [redacted]andē aniculæ c[redacted]d[redacted]æ[redacted]m sæpius cum in uia inter-
B pellasset[redacted]q; s[redacted]fiet[redacted]d[redacted]non [redacted]e si[redacted], a[redacted]a[redacted]ce, No
li ergo regnare, dixerat[redacted]c[redacted]mpun[redacted]is re di[redacted]gentius secum c[redacted]tata do-
mum red[redacted] atq; omnia [redacted]c[redacted] [redacted]a[redacted]diendis p[redacted]st-
ponēs, facto à [redacted]etula i[redacted]a n[redacted]o, aliq[redacted]ot dies c[redacted]ul[redacted]c[redacted]en-
dit. Neq; uero ulla regi conuenientior acti[redacted]q[redacted]x exec[redacted]. «
Mars enim [redacted]t Timo[redacted]he[redacted]s ait [redacted] est[redacted]le[redacted]r[redacted]gem Pin[redacted]a «
rus appellat. Et reges Homerus ait n[redacted] machinas u[redacted]b[redacted]m ex[redacted]natrices, «
non æratas naues à [redacted]oue [redacted]bi traditas, sed i[redacted]ra accepi[redacted]e [redacted] cu[redacted]dire. re- «
[redacted] n[redacted]n be[redacted]i[redacted]simum, neq; iniustissimum aut sæu[redacted]ssimum, sed u- «
[redacted]sinum Iouis di[redacted]ulum idem nominat. Verum Demetrius diuersissi- «
m[redacted]a r[redacted]gis d[redacted]n[redacted]bus cognomentum sibi dele[redacted]t. hic e- «
[redacted]a[redacted] & [redacted]s, ille expugnator earum dicitur. Adeo turpe «
in[redacted]ne[redacted]a p[redacted]p[redacted]pp[redacted]m[redacted]ini[redacted]ciæ e- «
tiam [redacted]h[redacted]el[redacted]. [redacted]æterum Demet[redacted]s P[redacted]mo[redacted]o «
pericu[redacted]si[redacted]sim[redacted]l[redacted]bo[redacted]p[redacted]m [redacted]ced[redacted]niam am[redacted], Pyrrh[redacted]e
le[redacted]im[redacted]q; [redacted]corpore[redacted]è ad-
modum p[redacted]e[redacted]m [redacted]q; c[redacted]co[redacted], ne is u[redacted]identidem
C molestias exh[redacted]. N[redacted]c[redacted]um [redacted]u
mile animo a[redacted]at se[redacted]p[redacted]re[redacted]per[redacted]nce
perat. Spe & conat[redacted]n e[redacted]at[redacted]m enim & pedit[redacted]mi-
lia XCVIII [redacted] Apparat[redacted] C[redacted]on. Demetrij.
rem. Ad classem quin[redacted]arum nauium con[redacted]nda[redacted] parata materia, ca-
rinas partim in Piræe[redacted], part[redacted]q[redacted]alc[redacted]de, alias apud
Pe[redacted]m c[redacted]stitui[redacted]:ipse a[redacted]te[redacted]q[redacted]æ ex[redacted] essent [redacted]
bros monebat, & in mac[redacted]inando c[redacted]n[redacted]s in[redacted]ru[redacted] mirantibus omni-
bus non mul[redacted]itudinem [redacted], sed & [redacted]g[redacted]n oper[redacted]ne[redacted]e-
nim [redacted]m uiderat antè q[redacted]dec[redacted]me[redacted]au[redacted]ede[redacted]em Po-
stea [redacted]idem temporis Pt[redacted]P[redacted]r q[redacted]ar[redacted]m[redacted]u-
x[redacted]m [redacted]LXXX [redacted]im[redacted]s
[redacted]c[redacted]s: remi[redacted]us [redacted]ter m[redacted]ic
b[redacted]q; cl[redacted]t[redacted]p[redacted]V[redacted]
ru[redacted]specta[redacted]o ma[redacted] & [redacted]en[redacted]n[redacted]m[redacted]f
h[redacted]ulte[redacted] periculo[redacted]mn[redacted]o[redacted] p[redacted]let[redacted]parum[redacted]a[redacted]
[redacted]. De[redacted]n adera[redacted] c[redacted]b. in-
[redacted]s, n[redacted]q[redacted]ue a[redacted]ci[redacted]u[redacted] app[redacted]rat[redacted]us[redacted]m ca[redacted]m[redacted]pe[redacted]t[redacted]o celeri-

tas, [illegible]
trus a [illegible] A[illegible]
te, contraxi [illegible] Seleucus, [illegible] Lysimachus [illegible]
inita bello [illegible] Pyrrhus [illegible]
cum hoc [illegible] Macedoniam in [illegible]
Demetrius non [illegible] da [illegible] ufa [illegible]
lum inferre p[illegible] At [illegible]
im paratum adhuc Demet[illegible] cir[illegible]
circumuehens [illegible] æcum a[illegible]
Thraci Lysimachus, c[illegible] re[illegible]
filio in Græcia relicto, Macedoni ut [illegible]
mac[illegible]um cōtendit. Sed [illegible]
urbem cepisse, [illegible] inter Macedones [illegible]
celeriter fuit: non t[illegible]m continere amplius m[illegible]
luit: lamentis, fletu [illegible] m & [illegible]
de [illegible] cupientium, uerb[illegible] p[illegible] V[illegible]
raque Demetrio c[illegible]um, ut omi[illegible] Lysimacho, [illegible]
nonis propter Alexan[illegible] ceptis e[illegible], Pyrrh[illegible]
quem aduenam hom[illegible] alienigena nequa[illegible]
Macedones. Sed hoc enim con[illegible] pere [illegible]
castra [illegible] pe eum c[illegible], m[illegible] P[illegible]
admirati, & quibus auitum esset re[illegible]no d[illegible]sim[illegible], ex[illegible]
in armis esset strenuissimus, cum præter[illegible] eos, qu[illegible] p[illegible]
uene[illegible], humanissime tractatos acciperent, [illegible]nes uerò [illegible]
trii imperio, uel ad Pyrrhum uel ad Lysimach[illegible]m tran[illegible]eund[illegible]
oc[illegible], & pa[illegible] d[illegible] esserunt [illegible] ap[illegible]
multuatum [illegible] ad extremum a[illegible] sunt quid[illegible]m i[illegible] ceder[illegible]
re, [illegible] saluti prospiceret: non enim po[illegible]ro Macedona[illegible]
luxuria bellum gestur[illegible]. Tant[illegible] f[illegible] m [illegible]
ut hic [illegible]ermo moderatissimus ci[illegible]deretur. Itaque in taber[illegible]
tr[illegible] & ueluti si non regem, sed hi[illegible]nem [illegible]ret, p[illegible] tra[illegible]
a[illegible]u pullam chlamydem induit, & [illegible] sese ex [illegible]
R[illegible] exc[illegible] a[illegible] re[illegible] crius. raque autem militum ad direptionem conuersio[illegible] atque [illegible] dp[illegible]
[illegible]m, & tentorii re[illegible]s d[illegible]præ[illegible]m P[illegible] [illegible]
primo aditu castris potitus est. Inde Macedon[illegible] c[illegible]re[illegible]
metrius septem per annos stabile p[illegible], cum L[illegible]
Cum uerò Demetrius tantis re[illegible] [illegible] & C[illegible]
set, Phila uxor eius grauissimo d[illegible] per[illegible] m[illegible]
mum omnium regum De[illegible] d[illegible] p[illegible]
nuit. omnique spe abie[illegible] f[illegible]m [illegible]
constantiorem perosa, [illegible]
Fortunæ instabilitas. fort[illegible]arum f[illegible] cer[illegible]
ibi duces amicósque suos cont[illegible]xit. E[illegible]m [illegible]
similitud[illegible]em Menel[illegible] ap[illegible] So[illegible].

Sortem meam semper De[illegible] in [illegible] rota
Versat [illegible] de figuras [illegible]
Nunquam ue[illegible] [illegible]uabus [illegible]
Pot[illegible] per[illegible]ere:
[illegible]
V[illegible] au[illegible] dum,
Et cum [illegible] get nitida lumine plurimo,

[illegible]ia

A *Spoliata rursum luce tenebras induit.*

ea rectius Demetrij rebus, earumque uarijs augmentis decrementisque accommodari potest. quando tum etiam fractum (ut uidebatur) penitusque extinctum eius regnum iterum effulsit, paulatimque affluentes copiae spem eius confirmarunt. Initio priuatus, & regijs insignibus carens urbes obibat: & quidam eum Thebis eo habitu cum uidisset, haud illepide Euripidis uersus protulisset: 12

Latices adit Dircaeos Ismenique aquam,
Habitu Dei mutato in hominis imaginem.

Verùm ut semel in spem, uelutí regiam uiam, ingressus, corpus quoddam & figuram imperij circa se composuit, primùm Thebanis rempublicam restituit: Atheniensibus autem, qui defecerant iterum, & Diphilo Seruatorum sacerdote submoto, magistratus more maiorum constitui decreto iusserant, Demetriumque plus opinione ipsorum posse uidentes, Pyrrhum ex Macedonia acciuerant, iratus, urbem magna ui oppugnare intendit. B Verùm partim Crateti philosopho, magna gloria & potentia prædito uiro, & ad se ab Atheniensibus misso, concedens quæ is ciuitatis nomine deprecabatur, partim ab eo edoctus quid in rem suam esset, soluta obsidione naues suas omnes contraxit, impositisque undecim militum millibus unà cum equitatu, uersus Asiam nauigauit, ut Cariam & Lydiam Lysimacho adimeret. Apud Miletum eum Eurydice Philæ soror excepit, suam & Ptolemæi filiam Ptolemaida ei tradens, iam antè desponsatam opera Seleuci. His peractis nuptijs Demetrius urbes statim aggressus multas deditione, nonnullas ui subegit: Sardes etiam occupauit: & quidam à Lysimacho ad ipsum pecuniam & milites adferentes defecerunt. Cùm autem Agathocles Lysimachi F. cum copijs aduentaret, in Phrygiam adscendit eo cõsilio, ut Armenia adita Mediã perturbaret, & superioris Asiæ prouincias tentaret, quæ pulso multos tamen recessus & uaria perfugia possent præbere. Agathoclem insequentẽ aliquot leuibus prœlijs superauit: frumentatione autem & pabulatione exclusus, in magnis fuit difficultatibus, militibusque suspectus, quòd eos in Armeniam & Mediam deportaret: simul & fames increbebatur, & in transitu Lyci amnis errore quodam admisso multos homines aqua abreptos perdidit. C Non tamen à cauillationibus sibi temperabant: quidam tentorio Demetrij initium Oedipi Sophoclei paulùm mutatum præscripsit:

Cæci senis fili Antigoni quæ nam loca
Deuenimus? ——

Ad extremum lue etiam famem comitante, uti fieri solet, ubi penuria ciborum edere alimentis inepta coguntur homines, amissis ad octo millia hominum, retrò abductis reliquis Tarsum uenit. Statuerat quidem omnem iniuriã ab ea prouincia prohibere, quæ Seleuco tum suberat, quem offendere nullo modo cogitabat: uerùm id fieri neque aquam poterat, cùm in extremis difficultatibus essent milites, & transitus Tauri Agathocles obstruxisset. Literas itaque ad Seleucum dat, in quibus deplorata prolixè sua fortuna, suppliciter ab eo petit, uti se necessarium suum miseraretur, ita afflictum uti hostibus quoque miserandus sit. Inflexit hoc nonnihil animum Seleuci, iamque suis ibi præfectis scripserat, uti Demetrium sumptibus rege dignis, & exercitum eius alimentis largè fouerẽt: cùm Patrocles eum, homo amicus & sapientiæ fama nobilis, admonet, non quidem impensorum in copias Demetrij alendas adeò magnam ha-

xx 3 bendam

Conatus noui.

Nuptiae.

Difficultates.

bendam rationem: in eo peccare Seleucum, quod in [illegible] Demetrium patiatur, regum quondam inuictissimum ac magnificentissimum: nunc ea fortuna pressum, quæ moderato etiam ingenio præditos uim tentare, & noui aliquid audere cogat. Hoc sermone instigatus Seleucus, magnis cum copijs in Ciliciam contendit. Demetrius autem subita Seleuci mutatione perterritus, ad munitissima Tauri loca se recepit: missis'que nuncijs ab eo petijt, ut ipsius bona pace liceret sibi aliquam liberorum barbarorum prouinciam occupare, in [illegible] que erroribus & fugarum fine facto uitæ reliquum exigere. Sin [illegible] let, at per istam saltem hyemem exercitum eius isthic aleret, ne[illegible] inopem prorsus, & ab omnibus nudum rebus, expelleret, hostibus que obijceret. Seleucus omnia hæc sinistre interpretatus, id modo [illegible] misit, ut datis obsidum loco primoribus suorum amicorum, per [illegible] menses in Cataonia hyemaret: simul exitus qui in Syriam ferunt [illegible] clusit. Ibi Demetrius inclusus, & undique septus, necessitate ad [illegible] exercendam compulsus, regionem populatus est, & aliquoties cum Seleuco congressus superior discessit. aliquando etiam immissos [illegible] currus ita euitauit, ut hostes fuderit: præsidijs etiam deiectis a[illegible] Syriam occupauit: atque omnino animum attollens, cùm milites [illegible] fiduciam recepisse uideret, cum Seleuco statuit propositis ampli[illegible] præmijs pugna decernere. Iam Seleucus quoque dubius animi [illegible] túsque tenebatur, cùm & Lysimachi auxilia, diffidens homini, repudiasset, neque ipse cum Demetrio decertare auderet, insanam eius confidentiam metuens, & uicissitudinem fortunæ, quæ plerunque eum ex summis angustijs ad magnam felicitatem extulerat. Interim morbus grauis Demetrio accidit, qui & corpus eius uehementer afflixit [illegible] euertit, militibus partim ad hostem transeuntibus, partim ex castris [illegible] lio dilabentibus. Aegre tandem XL dierum spacio ualetudine integra, assumpto quod supererat militum, hostibus cernentibus uelut [illegible] rus in Ciliciam castra mouit: inde noctu absque tuba in diuersam partem profectus, superato Amano monte subiectas regiones usque ad [illegible] rhesticam populatus est. Cùm eodem aduenisset, & castra proxime posuisset Seleucus, Demetrius cum exercitu aduersus eum de nocte contendit, ignorantem quid fieret, & dormientem: perfugæ quidam Seleu[illegible] cum de aduentu hostis certiorem fecerunt. Itaque perterritus lecto [illegible] luit, & classicum canere iussit, simul calceos induens, & ad amicos [illegible] ferans, cum immani bellua sibi rem esse. Demetrius ex tumultu [illegible] proditas insidias sentiens, celeriter suos retrò abduxit. Facta luce [illegible] Seleucus instaret, quodam suorum in alterum cornu misso, hostes [illegible] Tum Seleucus equo dimisso, & deposita galea, peltam arripuit, & se militibus sub Demetrio stipendia merentibus obuiam [illegible] ostentans [illegible] eis, & hortans uti ad se transirent, ac uel tandem intelligerent se uti [illegible] non ut Demetrio parceret, tandiu cunctatū esse: ita factum [illegible] si eum regem salutarent, atque ad ipsum signa transferrent. [illegible] um mutationem extremam sibi accidere intelligens Demetrius, ex prælio sese subduxit, & ad portas Amani confugit, eáque [illegible] tem in umbrosa sylua cum amicis & comitib. perpaucis exegit. [illegible] atuerat autem, si qua id ratione consequi posset, Caunum pergere, ibiq́, ut sperabat, nauibus in statione repertis, mare intrare. Cùm uerò [illegible] cret, ne [illegible] dem diei uiaticum suis esse, & iam alias niretrationes, Sosigenes [illegible] accessit

A accessit eum, quadringentos nūmos aureos se in zona habere indicans. Ex hac pecunia commeatum sibi usque ad mare suffecturum sperantes, iam tenebris orientibus ad iuga montium contenderunt: quæ cùm ex ignibus animaduerterent ab hoste teneri, omisso eo itinere rursum eò unde abierant redierunt, neque omnes (aufugere enim quidam) neque eadem alacritate. Ibi Demetrius, facta à quodam mentione, debere eum se dedere Seleuco, stricto ense mortem sibi consciscere cùm uellet, amicorum tandem consiliis atque admonitionibus persuasus, misit ad Seleucum, se suasque res ei dedens. Seleucus Demetrij salutem fatus non ipsius, sed Seleuci bonæ fortunæ adscribi debere, quæ sibi præter reliqua bona materiam etiam humanitatis clementiæque exercendæ obtulisset, administris mandauit, ut tentorium regium & alia quæ ad excipiendum Demetrium pertinent magnificè appararent. Erat quidam apud Seleucum Apollonides, Demetrij quondam familiaris. Hunc statim rex ad eum misit, qui eum consolaretur: & ostenderet, eum ad generum situm suo commodo aditurum. Quæ regis sententia postquam patefacta

B est, pauci primum, pòst plurimi amicorum ad Demetrium se certatim proripuerunt, sperantes eum simul atque ad Seleucum peruenisset, summo loco habitum iri. Ea res miserationem Demetrij in inuidiam uertit, maleuolisque & æmulis data est occasio Seleuci humanitatem impediendi, eúmque falsis sermonibus & periculorum denunciatione peruertendi, cùm absque ulla mora, simul atque in castris conspiceretur Demetrius, tumultus statim magnos & nouas res exstituras dicerent. Cùm iam ad Demetrium peruenisset Apollonides lætabundus, ac reliqui superuenientes mirificè Seleucum prædicarent, ita ut Demetrius post tot miserias atque tantam infelicitatem tametsi turpem se corporis sui deditionem fecisse putaret, tunc bona spe erectus tamen sententiam mutaret. Pausanias uenit cum mille circiter peditibus simul atque equitibus, & remotis cæteris, subitò Demetrium non in Seleuci conspectum, sed in peninsulam Syriæ abducit. Ea in Cherroneso Demetrius ualida cinctus custodia reliquum ætatis egit. A Seleuco suppeditabantur abunde omnia quæ ad curam corporis & uitæ splendidam rationem pertinebant: neque pecuniæ, cursus & ambulationes regiæ, horti uenationibus *Demetrius capitur.*

C commodi deerant. Licebat & amicis qui unà fugerant, & cum ipso esse uolebant, unà degere: sempérque ad eum à Seleuco commeabant, qui eum bono animo esse iuberent, & bonos nuncios afferrent: Seleucum, cum primùm ad se Antiochus & Stratonica uenissent, res ipsius cōstituturū. Demetrius autem cùm in eam fortunā deuenisset, ad filium suosque apud Athenas & Corinthū duces amicosque scripsit, ne literis ipsius, neue sigillo crederent, sed perinde ac si mortuus esset, Antigono filio urbes & res adseruarēt. Antigonus postquam de captiuitate patris cognouit, grauiter indoluit: sumptaque lugubri ueste, cùm ad reliquos reges scripsit, tum ad ipsum Seleucum, supplicans, & quidquid supererat, illis tradens, seque ipsum primo loco obsidem pro patre offerens. Idemque à Seleuco multæ urbes, multi principes petebant. Solus Lysimachus magnā uim pecuniæ Seleuco promisit, si Demetriū necasset. Seleucus Lysimachum iam antè auersatus, eius facti causa barbarum ei nefarium eo magis habuit: tempus autem traxit liberandi Demetrij, filio suo & nurui eam gratiam reseruans. Demetrius autem cùm fortunā suam initiò tolerasset æquo animo, & iam consueuisset præsentem statum boni consulere, primum utcunque

uenationibus & cursibus corpus exercuit · paulatim deinde tædio illo- A
rum & satietate repletus, poculis & lusibus se dedit, ac plurimum tem-
poris ita transegit: siue ut cogitationes de statu suarum rerum, quas in-
cidere sobrio necesse erat, subterfugeret, & animum quasi operiret ebrie
tate: siue animaduertens, hoc se uitæ genere frui, cuius studio ac desi-
derio pridem tractus, stulta gloriæ cupiditate alium se finxisset, sibique
& alijs molestus in armis, classibus, atque castris bonum illud quæsiuis-
set, quod nunc præter spem & opinionem suam in ocio & requie inue-
nisset. Nam quem alium finem bellorum & certaminum reges mali ac
» insipientes habent? quod ijs accidit, non quòd solam uoluptatem pro
» honestate & uirtute consectantur, sed quòd ne frui quidem uoluptati-
» bus & luxuriari uerè norunt. Cæterùm Demetrius, cùm iam tertium an-
» num in Cherroneso detineretur, ex ocio ciborúmque & uini abundan-
tia in morbum incidit, atque eo decessit, annos natus iam LIIII. Ma-
Mors & sepultura. lè audiuit ob eius mortem Seleucus, ac non mediocri pœnitentia cor-
reptus est, quòd eum adeò suspectum habuisset: neque saltem Dro-
michætam Thracem barbarúmque hominem imitatus esset, qui ca- B
ptum Lysimachum tam humaniter regioque more tractasset. Funus quo-
que Demetrij tragœdiæ cuiusdam imaginem habuit. Antigonus enim
cum adferri patris reliquias audisset, omnibus cum nauibus ad insulas
usque Cyclades obuiam iuit, ibi eas in aurea urna acceptas in præto-
riarum nauium maxima collocauit. Vrbes autem, ad quas appellebant,
uel sertis urnam ornauerunt, uel uiros lugubri amictu miserunt qui in cu
rando funere, & humandis reliquijs adessent. Cùm ad Corinthum acce-
derent, urna in puppi conspecta est, regia purpura & diademate præsi-
gnis, adstabántque armati iuuenes satellitum loco. Xenophantus, o-
mnium ea ætate tibicinum laudatissimus, propè adsidens, sacratissimam
cecinit cantilenam: ad hanc remigia ita accommodabantur, ut concinnè
editus remorum strepitus ueluti planctus cantilenæ circuitibus respon-
deret. Plurimum luctus & miserationis ipse Antigonus excitauit, congre
gatę ad mare multitudini sordidũ se & lacrymãtem ostendens. Reliquiæ
honoribus & coronis apud Corinthum cumulatæ, Demetriadem ab eo
allatæ, ibíque sepultæ sunt: quam urbem sibi cognominem ex paruis cir-
Posteritas. ca Iolcum oppidulis condiderat Demetrius. Reliquit autem liberos, C
ex Phila Antigonum & Stratonicen: duos Demetrios, unum cogno-
mento tenuem ex Illyrica muliere: alterum, qui Cyrenes dominus in-
de fuit, ex Ptolemaide: ex Deidamia Alexandrum, qui uitam suam in
Aegypto egit. additur, ei etiam ex Eurydica Corrhabum huium
fuisse. Successio regni eius usque ad Perseum pertinuit: quo
uicto, Romani Macedoniam in suam redegerunt
potestatem. Sed iam Macedonica fabula
peracta, tempus est, ut Ro-
mana in scenam
mittatur.

PLVTAR-

A

PLVTARCHI ANTONIVS,

[illegible]

[illegible]

[illegible], quem [illegible] Sylla [illegible] parti [illegible]. Pater Antonius [illegible] Creticus, [illegible] in rep. [illegible] tar, neque [illegible] quod ex ho[illegible] intelligi. Cum [illegible] eamque [illegible] ab uxore prohiberetur, [illegible] itate ex animi [illegible] ad eum [illegible] accessisset, [illegible] ndauit puero uti aquam [illegible] ferret, [illegible] barbam tonsurus [illegible] autem alterius [illegible] radidit, eoque [illegible]. Verò [illegible] uxoremque indignè ferentē, & uelle de singulis [illegible] factū, ueniamque petijt. [illegible] nullo [illegible] temporis ma- [illegible] Antonius dux [illegible] & [illegible] Le[illegible] quem [illegible] contra [illegible] uidetur uehementis inimicitiæ [illegible] Antonius [illegible] cad [illegible] Len- [illegible] quum id mater sua ab uxore Ciceronis impe- [illegible] cùm neme [illegible] rum quo [illegible] tum Cice- [illegible] sepultura sit prohibitus. Antonij autem pueritiam a- [illegible] haud pra[illegible] tam Curionis familiaritas & consuetudo, ueluti [illegible] traditur: is enim homo uoluptatis mā- [illegible] eum sibi obnoxiū haberet, in potationes, scor- [illegible], ade [illegible] pat [illegible] ra [illegible] mma, nempe sexagies sestertiûm, [illegible] rit. Id [illegible] dem [illegible] Antonius [illegible] inter populus [illegible] correptus, metuensque [illegible] Graeciam [illegible] & corpus ad militare [illegible] struct[illegible] Antonius [illegible] uit [illegible] Cum uero [illegible] Syriam [illegible], uti secum profectus [illegible] cum [illegible] Aristobulum [illegible] castellorum [illegible] munitionibus [illegible] expulit [illegible] ingens [illegible] Aristobulum [illegible] & ple- [illegible] A[illegible] ac [illegible] L[illegible] Pelusi[illegible] dum [illegible] & palu- des Ser-

Genus.

Causa inimicitiarum cum Cicerone.

Curio.

[illegible] Antonio [illegible]

Aristobulus.

B

C

d[illegible] Serbonid[illegible] [illegible]em l[illegible] [illegible] p[illegible] T[illegible] [illegible] nant uid[illegible]r autem e[illegible], refl[illegible]xu[illegible] ex[illegible] qu[illegible] terraneo mari breuissimo diuiditur isth[illegible]mo. [illegible] A[illegible]nius, non angustias modò occ[illegible] sed & P[illegible] [illegible] capto, & qu[illegible]d ibi er[illegible]t præsidi[illegible], tutum exerci[illegible] [illegible] uictori[illegible]e spem præbuit. Hostibus qu[illegible]que eius [illegible] l[illegible] [illegible] Cum enim Ptolem[illegible]s Pel[illegible]um ingres[illegible]s [illegible] & odi[illegible] ind[illegible] [illegible] care Ae[illegible]yptios uellet, ab Antonio est prohibitus. Obiuit a[illegible] tas pugnas, [illegible]c di[illegible]cilia certamina, in qui[illegible]us mu[illegible]lta audaciæ [illegible] de[illegible] e[illegible]s, qu[illegible] in duce requ[illegible]t[illegible]r, documenta edidit [illegible]atque eo p[illegible] sim[illegible]m, quòd circumuentis à tergo hostibus ijs, qui à fronte p[illegible] uictoriam pararet, itaque præmia & honores dign[illegible] a[illegible]ep[illegible] e[illegible] [illegible]

Humanitas. e[illegible]s [illegible]rtuū Archel[illegible]um humanitas multitudinem fefellit, qu[illegible] olim familiarem suum atque hospitem inuitus uiuentem [illegible] p[illegible]g[illegible] dauc[illegible] [illegible]p[illegible]g[illegible]a cæsi inuentū reg[illegible]o orn[illegible]u sepe[illegible] H[illegible] factis & a[illegible] xandrin[illegible]s magnam sui famam reliquit, & summi nominis suo[illegible] rem apud Romanos milites para[illegible]it. [illegible]erat e[illegible] [illegible] c[illegible]m [illegible] *Forma.* gnit[illegible]s, ac barba non indecens, aciesque lata: & n[illegible] aduncit[illegible]s u[illegible] masculam oris formā, qualis Herculis pingitur atque [illegible]n[illegible]tur, ex[illegible] Rumor uerò etiā antiqu[illegible]s tenebat, Ant[illegible]s [illegible] Herc[illegible] [illegible] prognatos ab eius filio Anteone: quem ille rumo[illegible] [illegible]uidebat & [illegible] por[illegible]s & habitu cōfirmare. Nam quoties in c[illegible]spectum mul[illegible] [illegible]di[illegible]rus, tunicā ad fem[illegible] c[illegible]o adstringebat, sago den[illegible] ue[illegible] & magno gladio se accingebat. Quin & [illegible]a, quæ intolerabi[illegible] dentur, i[illegible]ia, dic[illegible]citas, [illegible]ent[illegible], comedent[illegible]b[illegible]s a[illegible]ere [illegible] ad mensam militarem manduc[illegible]re, mirum in mod[illegible]m apud m[illegible] c[illegible]mendabant. Non iniucundi etiam amores eius erant, quibus [illegible] t[illegible] [illegible]bi conciliabat anim[illegible]s, amantibus ope[illegible] a[illegible]s [illegible] amoribus non iniucundè audiens. Libera[illegible]itas autem ei[illegible]s in [illegible] micosque, cùm initiū potentiæ eiu[illegible] ualidum fu[illegible]t, tum ean[illegible]em [illegible]

Munificentia. conseruauit, innumeris alijs peccatis s[illegible]b[illegible]ersam. V[illegible] m[illegible] [illegible]ius exemplum referam. Cuidam amicorum dari de[illegible] [illegible] rat: mirante procurat[illegible]re, utque d[illegible] m[illegible] [illegible]dorem [illegible] pecuniā deponente, Quid hoc, inquit, rei est. [illegible]re[illegible] pecuniam, quam dari amico ius[illegible]et, intel[illegible]gens [illegible] m[illegible] [illegible]rum est, ait, hoc, & minus q[illegible]am putal[illegible] [illegible] hoc postmodo. Postea quàm Romę de rep[illegible] d[illegible] [illegible] mat[illegible] se Pompe[illegible]o, q[illegible] tum ad [illegible]em e[illegible] [illegible] Cæsarem, qui [illegible] Gallia cum ex[illegible] [illegible] u[illegible] [illegible] nicus mi[illegible]ato priore consu[illegible] C[illegible]saris c[illegible]usam [illegible] [illegible]se[illegible]t [illegible]que m[illegible]m dicend[illegible], & C[illegible]x[illegible] pe[illegible] rionibus plurimum poterat, e[illegible]t Antoniu[illegible] [illegible] bis, inde au[illegible]r fieret. A[illegible] [illegible]m [illegible]que tribun[illegible] [illegible] *Tribunus plebis Cæsaris ca[illegible]sam f[illegible]et.* Cæsaris fa[illegible]oni a[illegible]it. Pr[illegible]um M[illegible]rce[illegible] [illegible] ctos [illegible]pe[illegible] traden[illegible] p[illegible]temque [illegible]ribendorū [illegible] ed[illegible] r[illegible] [illegible]e [illegible]s [illegible]m ex[illegible] [illegible] be[illegible]m P[illegible]rt[illegible] [illegible]rent[illegible] [illegible] cæteri [illegible] [illegible] de cu[illegible] [illegible]aris b[illegible]ei [illegible] per ni[illegible] ipse [illegible]m [illegible] fa[illegible] [illegible]s [illegible] mu[illegible]que [illegible]nim[illegible] [illegible]æ[illegible]ri conc[illegible]it, quòd n[illegible] de[illegible] D[illegible]que du[illegible] [illegible] senatu p[illegible]p[illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] Cæsar [illegible] Hec [illegible] An[illegible] Cæsarem [illegible] plebis li[illegible] mentionem fa[illegible] Cice[illegible] Antonium [illegible] principium fuis[illegible] in fa[illegible] decre[illegible] ,& rhe[illegible] Verùm [illegible] sui honestum [illegible] omnes [illegible] ut & A[illegible] amor, & [illegible] cupiditas, quæ ad [illegible] Pompeio non [illegible] Cæsar [illegible] ut [illegible] ex [illegible] Pompeio Ro[illegible] prefectus in Hispaniam primum ad Pompeianas ibi co[illegible] expugna[illegible] ac deinde parata classe Pompeium persecuturus, Lepi[illegible] Romam [illegible] Antonio tribuno plebis Italiam & exercitus [illegible] Italiam [illegible] iisdemque exercitationibus utens cre[illegible] dona [illegible] acceptissimus fuit Antonius, reli[illegible] & [illegible] eorum [illegible] ebat, & [illegible] se cōpel[illegible] le [illegible] diebat atque [illegible] eius in Cæsare [illegible] po[illegible] amici [illegible] præcipue Antonius [illegible] plurimum [illegible]

c [illegible] Reuersus ex [illegible] Cæsar, crimina [illegible] autem [illegible] que [illegible] toto [illegible] Nam [illegible] Ga[illegible] binius & Antonius [illegible] quam primum in Macedoni[illegible] am [illegible] ortaret [illegible] tum erat [illegible] molestie [illegible] ex[illegible] Antonius Cæsar [illegible] mittens Libonem primum, [illegible] partes [illegible] 3 [illegible] areuisset. Inde [illegible] pe[illegible] milibus, [illegible] Auster [illegible] apud [illegible] naues, & mari ex[illegible] 4 [illegible] Hic [illegible] Antonius [illegible] mare [illegible] Antonius [illegible] atque oppor-

Ciceronis [illegible]

Antonij importunitas.

Gabinius [illegible]

atque opportunè [illegible] copijs aduectis [illegible] duciam addidit. [illegible] Pompeium commissa certamina, in quibus [illegible] Antonij. Bis idem fugientibus Cæsarianis [illegible] se conuerterent impulit, [illegible] mque u[illegible] dum Cæsarem prima eius in castris fuit exi[illegible] tis ostendit, quantum ei tribueret, cum [illegible] prœlio [illegible] summa rerum decretum est, dextrum cornu ipse duce[illegible] de bellica suorum præstantissimo, sinistrum commisit. Ab [illegible] sar dictator dictus Pompeium in[illegible] est, Antonium [illegible]
5 equitum R[illegible] misit. Est autem tribunicia potestas proxima [illegible] ctaturam dignitatis, dictatore præsente: eo enim absente, prima [illegible] propè ualet. Tribuni enim plebis [illegible], cum [illegible] gistratus dictatore creato cessent. Enimuero ea tempestate D[illegible] bunus plebis, iuuenis & nouarum rerum cupid[illegible] r[illegible] tabulis [illegible], Antoniumque amicum suum, & [illegible] in societatē eius rei pertraxit. Cum autem A[illegible] Trebellius [illegible] trarium hortarentur, fortè grauis Antonio inc[illegible] suspicio, uxorem [illegible] diciciam à Dolabella esse uiolatā. Quam rem ita grauiter tulit, ut [illegible]

Vxor Antonij. rem, tametsi consobrinam (filia enim fuit C. Antonij, quem in consulatu collegam Cicero habuit) repudiaret, & Asinianæ factioni aduer[illegible]

Contentio cum Dolabella. labellam auxilium ferret: cumque hic forum occupasset legis per[illegible] ferendæ causa, & senatus armis eum compescendū decreuisset, in[illegible] cum armatis progressus conflixit. & q[illegible] am aduersæ parti [illegible] necauit, nonnullos suorum amisit. Hæc res eum multitudini i[illegible] didit. [illegible]onis autem & honestis [illegible] ibus uita eius minimè proba[illegible]

Vita. [illegible] Cicero ait) odio habebatur. detestabantur enim intempe[illegible] ebrietates, intolerabilem luxū, in lustrisque eius obuersationes, [illegible] diu aut dormiret, aut crapula oppletus uagaretur. noctes c[illegible] ludicris spectaculis, & nuptijs mimorum scur[illegible] mque c[illegible] geret. Memoriæ proditū est, cum cùm in Hippiæ mimi nuptijs t[illegible] ctem potasset, manè à populo in concionem uocatum nondum [illegible] cta crapula, uomuisse, & quendam amicorum tunicam [illegible] excep[illegible] eos qui plurimum apud ipsum possent, Sergius fuit mimus, & Cytheris [illegible] ab eodem ludo muliercula dilecta: [illegible] quidem, Antonius [illegible] urbes [illegible], in lectica ferebatur comitatu haud minori, quàm e[illegible] rant etiam spectacula aureorum poculorum, quæ in profectio[illegible] quam sacris pompis circumferebantur. [illegible] & [illegible] quòd in [illegible] tabernacula constituebātur, iuxta lucos & fluui[illegible] prandia [illegible] ptu apparabantur, leones curribus [illegible] gebantur, pudicorum [illegible] & honestarum mulierum ædes scortis & [illegible] d[illegible] tur. indignum uero uidebatur, dum Cæsar extra I[illegible] quias magnis & laboribus & periculis [illegible], interim [illegible] ciuibus per lasciuiam & libidinem suam [illegible] re. H[illegible] nem, & militibus prauarū cupiditatum ac facin[illegible] buisse uidentur. Itaque reuersus Cæsar D[illegible] tiùm consul creatus, non Antonium, sed Lepid[illegible] Pompeij [illegible] subiecta cum emisset Ant[illegible] retur, in[illegible] atque ipse [illegible] Af[illegible] profectum esse, quòd nullum pro rebus ante [illegible] ab eo tulisset. Sanè Cæsar eo quòd ad peccata eius n[illegible] r

[illegible]

A magnam ſtoliditatis & luxuriæ eius partem correxiſſe. Etenim uitæ iſta
ratione omiſſa, uxorem duxit Fuluiam, quæ priùs cum Clodio trib.pl. *Fuluiam ducit.*
uixerat: mulierem nõ lanificio aut rei familiaris curationi deditam, neq;
contentam uiro priuato dominari, ſed quæ imperatori imperare cupe-
ret: adeoq; Cleopatra mercedem debuit Fuluię, quòd ea Antoniũ ad fe-
renda mulierum imperia adſuefeciſſet, domitumq; & cicurem ſibi tradi-
diſſet. Hanc tamen per iocum & ludendo efficere hilariorem aliquanto
conatus eſt: cuius rei cùm ſint multa exempla, unum recitabo. Inter mul-
tos qui Cæſari ex Hiſpania uictori redeunti obuiam procedebant, ipſe
quoq; iuerat. Subito autem rumore in Italia coorto, hoſtes Cæſare uita
functo aduentare, Romam reuerſus, ſeruili ueſte noctu ad ædes ſuas ac-
ceſſit, Fuluiæ ſe literas ab Antonio adferre dicens: intromiſſus ad eam ue
lato capite, cùm uxor grauiter anxia, priuſquã literas acciperet, uiueret-
ne Antonius percontaretur, tacitus epiſtolam protendit, incipientẽ au-
tem aperire & legere amplexus & deoſculatus eſt. Cæterùm Cæſar, cùm
ei ex Hiſpania (uti diximus) Romam repetenti primores ciuium ad mul
B torum dierum iter occurriſſent, Antonio ſummum honorem detulit: ſe-
cum enim eum in ſuis bigis, quibus per Italiam uehebatur, habuit: ponè
ſequebantur D.Brutus Albinus: & Octauius, ſororis ſuę filia natus, qui 7
deinde Cęſaris nomen tenuit, & Romanis per multos annos imperauit.
Quintùm conſul factus, ſtatim Antonium collegam adſciuit: ſtatuit autẽ
ſe magiſtratu abdicare, & eum Dolabellæ tradere, atq; ea de re ſenatum
monuit: Antonio autem grauiter repugnante, multisq; inter eum & Do
labellam iactatis mutuò conuicijs, turpitudine rei Cæſar offenſus abijt.
Rurſum inde progreſſus ad deſignandum conſulem Dolabellam, Anto
nio auſpicia obſiſtere clamante conceſſit, Dolabellamq; ægrè ferentem
dimiſit. Et quidẽ uidetur hunc non minùs altero abominatus fuiſſe. Fer-
tur enim ijs, qui utrunq; ſimul ad ipſum deferebant, reſpondiſſe, Craſſos
ſe iſtos & comatos non metuere, ſed pallidos illos & tenues: Caſſium in-
dicans & Brutum, à quibus deinde eſt per inſidias occiſus. Quibus ſanè
Antonius imprudens pulcerrimam anſam facinoris ſui præbuit. Luper- *Lupercalibus diadema Cæſari offert.*
calibus enim cùm Cæſar triumphali ueſte in tribunali ſederet, in foro, &
Lupercos ſpectaret (decurrunt autem multi nobilium iuuenum, & non-
C nulli etiã magiſtratus, oleo uncti, albisq; ſcuticis per luſum obuios per-
cutiunt) Antonius, & ipſe unus Lupercorum, iuſſo ualere antiquo mo-
re, diadema laureo ſerto circumplicatum tenens ad tribunal accurrit: ela
tusq; à comitibus, Cæſaris id capiti impoſuit, indicans regnum ei debe-
ri. Cæſare autem ludente, ac caput deflectente populus gaudio affectus,
plauſum ſuſtulit: rurſumq; Antonius ſertũ admouit, Cæſar repulit, eſtq;
ita aliquantiſper inter eos certatum, applaudentibus Antonio cùm ni-
teretur diadema imponere paucis amicis, Cæſari reluctanti uniuerſo
magna cum uociferatione populo. Et mirum ſanè erat eos, cùm re uera
regi parêrent, nomen regis, ueluti abolitionem libertatis, fugere. Tãdem
indignatus Cæſar de tribunali degreſſus eſt, reductaq; à collo ueſte iugu
lum ſe præbere uolentibus occidere clamauit. Coronam autem uni ſta-
tuarum eius impoſitam quidam tribuni plebis detraxerunt, quos multi-
tudo collaudauit, cumq; plauſu deduxit: Cęſar autẽ magiſtratu eos deie 8
cit. Hęc animos Bruti & Caſſij, ſociorumq; confirmauerunt: delectisq;
ad ſocietatem facinoris amicis fidelibus cùm de Antonio deliberarent,
reliquis eum adſciſcendum cenſentibus, Trebonius contradixit: ſe, quo
tẽpore Cęſari ex Hiſpania redeunti occurſum fuiſſet, cùm Antonio co-

mite itineris & contubernali uteretur, ad idem factum, tametsi sensim & cautè, animum adiunxisse: id intellexisse Antonium, non tamen adsensisse: neq; uerò rem Cæsari indicasse, sed fideli silentio texisse. Rursum inde unà cum Cæsare trucidandi Antonij consilium agitatum, cui Brutus obstitit: cupiens id facinus, quod propter leges & iusticiam perpetrandum esset, sincerum & omnis iniuriæ purum esse. Antonij autem robur, & maiestatem magistratus metuentes, quosdam coniuratorum eò destinant, ut Cæsare in senatum ingresso, dum cædes eius perageretur, ipsi foris Antonium colloquendo studiosè detinerent. His ita uti compositum fuerat actis, cæsoq; in senatu Cæsare, Antonius statim seruili sumpta ueste sese abdidit: pòst cum percussores nemini cuiquam manus afferre, sed in Capitolium conuenisse audiret, filio suo obside dato persuasit eis, uti descenderent: & ea nocte cœnam ipse Cassio, Bruto Lepidus præbuit. A

Acta eius, cæso Cæsare.

Conuocato inde senatu, de memoria omnium discordiarum obliuione sempiterna delenda, dandisq; Bruto & Cassio ac socijs eorum prouincijs retulit. Senatus decretum ex eius sententia fecit, idq; etiam, ut nihil actorum Cæsaris rescinderetur. Omnium eo die splendidissimus hominum senatu exijt Antonius, qui ciuile bellum sustulisse, & rebus difficilimis ac perturbatissimis prudentissimè ac ciuilissimè consuluisse putaretur. Verùm his eum consilijs statim excussit popularis opinio, ut speraret se Bruto oppresso primum porrò in urbe citra controuersiam futurum. Fortè funebrem de Cæsare habebat pro more orationem, cùm eius funus in foro duceretur. Ibi cùm populum duci ac magnopere delectari cerneret, ijs quæ ad mouendos faciunt affectus: laudibus uiri admixtis, misericordiam concitauit: factumq; exaggerans, ad extremum uestes mortui cruentatas & gladijs laceratas extulit, autoresq; cædis eius nefarios atque paricidas appellauit. Quibus ita iram populi excitauit, ut congestis subsellijs & mensis, corpus Cæsaris in foro cremauerint, facibusq; è rogo raptis ad oppugnandas percussorum eius ædes accurrerint: quo factum est ut Brutus cum socijs urbe excederent. Statim uerò amici Cæsaris se Antonio coniunxerunt: uxorq; illius Calpurnia maximam pecuniæ partem apud eum deposuit, ad nongenties sexagies sestertiûm. Libellos etiam Cæsaris Antonius accepit, in quibus conscripta erant, quæ is agere decreuisset: quibus hic multa pro suo arbitrio adscribens, nonnullos magistratus, multos senatores constituit: quosdam etiam exules reuocauit, & in carcere detentos soluit, ita Cæsarem de his statuisse prætendens. Hos uniuersos Romani per iocum Charonitas appellabant, quòd repræhensi commentarijs defuncti Cæsaris se tutabantur. Cætera quoque pro imperio egit Antonius, consul ipse, & qui ex fratrib. Caium prætorem, Lucium tribunum plebis socios haberet. B C

Contra Octauianũ.

Hoc rerum statu iunior Cęsar (quem sororis Cęsaris filia natum diximus) Apollonia (ibi enim eo tempore egerat, quo Cæsar est interfectus) Romam uenit, institutus à Cęsare facultatum hęres. Is Antonium, quippe amicum paterrnum, statim adijt, salutatumq; depositi admonuit: nam testamento Cęsaris iubebatur uiritim Romanis trecentos nummos diuidere. Verùm Antonius initiò eum, utpote adolescentem, spernens insanire dicebat, & à recta ratione amicisq; bonis inopem esse, qui hęreditatem Cęsaris, onus intolerabile in se recipere cuperet: pòst cùm ille pergeret pecunias reposcere, multis & dictis & factis cõtumeliosè habuit. nam & tribunatum plebis petenti obstitit, & auream patri sellam ex decreto ponenti minatus est, se eum in carcerem conditurum, nisi finem populum sibi conci-

A conciliandi fecisset. Sed postquàm Ciceroni se commisit adolescens, re-
liquisq; Antonij inimicis, ac eorum opera senatui commendatus est, &
milites ex colonijs conduxit: periculum ueritus Antonius cum eo in Ca
pitolio collocutus est, & in gratiam redijt. Ea deinde nocte per quietem
imaginatus est, dextram sibi fulmine ictam: ac paucis pòst diebus rumor
accidit, insidias ei à Cæsare parari. Cæsare autē frustra se purgare aggres-
so, exarserunt denuo inimicitiæ: & uterque Italiam percurrens, milites
iam in colonias deductos magna proposita mercede concitabant, &
eos qui in armis adhuc erant, alter alteri præripientes, sibi adiungebant.
Cicero interim, cuius summa erat Romæ potentia, uniuersos homines
aduersus Antonium iritans, tandem senatui persuasit, ut hostem eum iu-
dicaret: ad Cæsarem lictores & prætoria insignia mitteret: Hircium &
Pansam, tum consules, ad profligandum Italia Antonium amandaret.
Hi, unà Cęsare præsente, cum Antonio apud Mutinam prœlio congres- *Antonius*
si, uictis hostibus ipsi occubuerunt. Antonium autem fugientem cùm *ad Mutinā*
multæ difficultates, tum omnium grauissimè fames premebat. Sed ita e- *uictus.*
B rat natura, ut rebus aduersis seipsum plurimùm præstaret, bonóque es-
set similimus. Est alioquin omnibus hoc commune, ut malis conflictati,
uirtutis recordentur: sed non omnium est, ea quæ probant imitari, aut
fugere quæ improbant, rebus afflictis, eò quòd nonnullorum animi
præ imbecillitate concedunt, ac franguntur. Cæterùm Antonius ad-
mirabile se militibus suis exemplum proposuit, qui antè tanto luxui
adsuetus, nulla tum molestia aquam uitiatam biberet, agrestes fructus
& radices comederet: corticem quoque, & animalia priùs nunquam gu
stata uorasse cum suis in transitu Alpium fertur. Intendebat autem ad
exercitum proficisci, qui trans Alpes cum Lepido erat: hunc enim a-
micum suum rebatur, quòd is ipsius præsertim opera amplissimos Cæ-
saris amicitiæ fructus percepisset. Eò cùm peruenisset, ac castra pro- *Vt Lepidi*
ximè fecisset, neque tamen quicquam humaniter cum ipso Lepidus a- *exercitū ad*
geret: statuit extremum discrimen subire. Itaque pullo habitu, coma *se traduxe-*
neglecta, barbáque propensa (uti iam tum à clade eam sua alterat) ad *rit.*
castra accessit, & dicere cepit. Multis autem & aspectu eius fractis, & o-
ratione motis, Lepidus sibi metuens tubis concini, ne exaudiri Antonij
C sermo posset, iussit. Auxit hoc miserationem militum, & missis occultè
meretricio amictu Lælio ac Clodio, audacter eum castra aggredi iusse-
runt: multos enim esse, qui & ipsum accipere, & si ita iubeat Lepidum
necare uelint. Antonius Lepido uim afferri prohibuit: interdiu autem
cum suis militibus amnem transire intendit, primusq; omnium uadum
tentauit, & ad ulteriorem ripam duxit, multos iam Lepidi milites cer-
nens manus sibi protendere, & uallū rescindere. Ingressus in castra, & re-
rum potitus, Lepidū humanissimè tractauit, patrem eum suū appellans,
& cum reipsa solus omnia in sua potestate haberet, titulum ei imperato-
ris conseruans. Quo factum est, ut Munatius etiam Plancus, qui haud 9
procul inde cum magnis copijs degebat, ei se cōiungeret. Proinde uiri-
bus resumptis Alpibus iterum superatis, septendecim legiones peditū,
& decem millia equitum ducens, relictis in Gallia sex cohortibus præsi-
dij loco, cum Vario familiari suo & comporore, quem Cotylonem co- 10
gnominabant. At Cæsar Cicerone, quem libertati intentum sentiret, o-
misso, Antonium opera amicorum ad pacificationem inuitauit. Con-
uentum est inter Cæsarem, Antonium & Lepidum in parua quadam in-
sula, fluuio circumflua, & agitatum per tres dies consilium: & de reli-

 quis

quis omnibus facilè consensum: uniuersumq; Romanum imperium, ueluti hæreditas paterna, diuisa: de uoce autem certorum hominum inter eos diu controuersum non sine graui molestia fuit, cùm singuli inimicos necare, amicos seruare cuperent. Tandem honorem propinquorum, & amicorum studium iræ suæ posthabentes, trucidandum Antonio Ciceronem Cæsar, Cæsari Antonius L. Cæsarem auunculum suum permisit: concessum est etiam Lepido, ut Paulum fratrem necaret: quidam eum ab illis ad supplicium postulatum, & à fratre concessum tradunt. Neque existimo quicquam ea permutatione crudelius unquam factum. cædes enim cædibus compensantes, & quos dabant, & quos recipiebant, interfecere: in amicos etiam maior fuit iniusticia, quibus ne odio quidem habitis mortem consciuerunt. Milites autem cùm interessent huic fœderi, uoluerunt amiciciam istam nuptijs etiam confirmari, ita ut Cæsar Clodiam Fuluiæ Antonij uxoris filiam duceret. id quoq; pactum. Proinde trecentos isti triumuiri proscriptos interfecerunt. Ciceronis occisi caput & manum, qua Philippicas scripserat, amputari Antonius iussit, & ad se afferri: magnoq; cum gaudio spectauit allata, ac cachinnos sustulit: satur inde eius spectaculi, in foro poni pro rostris iussit. quasi uerò mortuũ contumelia afficeret, & non potiùs se fortuna per libidinem abuti, & contaminare potentiam ostenderet. Auunculus eius L. Cæsar, cùm ad necem quæreretur, ad sororem Antonij matrem confugit. Hęc instantibus percussoribus, & in ædes irrumpere nitentibus, in foribus adstans, manusq; expandens, identidem uociferata est, Non interficietis L. Cæsarem, nisi me priùs matrẽ imperatoris occideritis. Hoc illa pacto morti fratrẽ subtraxit. Enimuerò cùm multis in rebus triumuiratus iste molestus Romanis esset, maximè in culpa fuit Antonius, maior natu Cæsare & Lepido potentior, & qui hac rerum mutatione ad pristinum illud dissolutũ uiuendi genus redijsset. Auxit cõmunem infamiam priuatim odium, quod ei domus quam habitabat, excitauit, Pompeij quõdam Magni, cui non minorẽ cõtinentia, frugalisq; & popularis uiuẽdi ratio, quam tres triumphi admirationẽ pepererant. Stomachabantur enim, cùm uiderẽt eam domum plerunq; ducibus & magistratibus & legatis occlusam, qui contumeliosè etiam à forib. repellebant: plenam aũt mimorum, præstigiatorum, & adulatorũ ebriosorũ, in quos maior pars pecuniæ per uim & iniuriam summã partæ prodigeretur. Non enĩ facultates tantùm proscriptorum uendebant, circumuẽtis calumnia propinquis eorum & uxoribus: neq; omni exactionis genere contenti erant: sed & cùm apud Vestales deposita ciuium ac peregrinorum asseruari bona cognouissent, ea abstulerunt. Cùm Antonio nihil esset satis, postulauit Cæsar, uti secum pecuniam partiretur. Copias etiam inter se diuiserunt, cùm relicto Romæ Lepido in Macedoniam cõtra Brutũ & Cassium proficiscerentur. Quò simul atq; peruenerunt, & castra hostibus opposuerunt, ita ut Cassio Antonius, Cæsar Bruto obijceretur, nullum porrò egregium Cęsaris extitit factum: tota uictorię laus penes Antonium fuit. Priori enim prœlio Cæsar à Bruto uictus castra amiserat, & hostibus insequentib. quin caperetur parùm abfuit. ipse in commentarijs scriptum reliquit, se amici insomnio monitum suo ante pugnã se subduxisse. Antonius Cassium uicit: tametsi non desunt, qui ne interfuisse quidem Antonium prœlio, sed uincentibus superuenisse scribant. Cassium Pindarus de fidelib. unus libertis, iussus & exoratus interfecit, ignarum uictorię Bruti. Paucis pòst diebus iterum est pugnatum, & Brutus uictus sibi ipsi necem cõsciuit: Antonio maior

Bellum contra Brutũ.

11

A maior pars laudis rei bene gestæ adscripta est, nimirum ægrotante tum Cæsare. Cadaueri autem Bruti adsistens, paucis uerbis ei Caij Antonij fratris sui necem exprobrauit, quem in Macedonia Brutus Ciceronem ulciscens interfecerat: Hortensium tamen potiùs quàm Brutum eius cædis causa culpandum addens, illum ad sepulcrum fratris iugulauit: Bruti 12
corpori puniceam uestem à se iniecit, magno emptam precio, ac suorum libertorum cuidam negocium eius humãdi dedit: quem posteà, cognito eum uestem funeri subduxisse, necauit. Secundum hæc Cæsar Romam aduectus est, ita morbo afflictus, ut uitam haud diu toleraturus uideretur. Antonius autem pecunias exactum ab omnibus uersus ortum Solis sitis prouincijs iuit. Quòd enim militibus polliciti erant uiritim uicena sestertia, fiebat ut grauioribus & contentioribus tributorum exactionibus opus haberent. Antonius ut numeroso cum exercitu in Græciam uenit, initiò non insolentem se, neque iniquum præbuit: quin & animi causa audiendis philosophis, spectandis certaminibus, & sacrorum initiationibus, non sine laude uacauit: in iudicijs quoque æquita-

Exactio Asiatica Antonij, & luxus.

B tem adhibebat, gaudebatque se amatorem Græcorum appellari, magisque etiam Atheniensium, quam ciuitatem amplis donis cumulauit. Megarenses uerò ostentationem horum æmulati Antonium euocabant, orantes, ut ipsorum curiam contemplaretur. Quibus cùm morem gessisset, interrogatus, quid ea ipsi uideretur, Parua, inquit, & putida. Mensus est 13
etiam Pythij templum, quod se absoluturum senatui promiserat. Inde L. Censorino in Græcia relicto, in Asiam abijt. Hic diuitias Asiaticas cùm gustasset, & reges ad ipsum commearent, & reginæ muneribus ac forma certantes eum ambirent, Cæsare interim Romæ seditionibus & bellis uexato, ociosus ipse & in pace agens, ad pristinam luxuriam reuolutus est: & iam circa eum Anaxenor citharœdus, Xuthus tibicen, Metrodorus histrio, chorusque totus Asianæ musices confluebant, aulamque sectabantur, pestes istas Italicas procaci scurrilitate superantes. Itaque ergo 14
omnibus eò cõuersis, intolerabilis erat luxuria. Vniuersa enim Asia, ueluti urbs illa apud Sophoclem, erat

Repleta odoramentis & pæanibus,
Clamoribusque. ——

C Nam cùm Ephesum iniret, mulieres Baccharũ, uiri & pueri Satyrorũ & Panũ habitu præcedebant. hedera, thyrsis, psalterijs, fistulis urbs plena erat: Bacchumque uniuersi eum Charidotã, & Milichiũ, hoc est, Bonorum datorem & benignum salutabant: fuit enim fortasse nonnullis talis, plerisque autem Crudiuorum & Immanem (Omestam nimirum & Agrionium) se præbebat: qui nobilibus hominibus erepta bona uerberonibus & adulatoribus donodaret: qui multorum uiuorũ, tanquam si mortui essent, facultates petentibus largiretur, domum cuiusdam Magnesij ciuis coquo propter unicam cœnam præclarè paratam donaret. Tandem cum alteram urbibus pensionem imperaret, Hybreas pro Asia Antonio dicere ausus est, Si potes uno anno bis tributum accipere, duas etiam æstates, duos autumnos uno anno nobis efficere potes. forensi quidem hoc more, & æmulationi Antonij conuenienter dictum. Idem efficaciter iuxtà & audacter, quòd, mentione facta ducenties mille talentorum, quæ Asia contulisset, addidit: Hæc si tu non accepisti, ab ijs reposce, quibus data sunt: sin accepta iam consumpsisti, nulli sumus. Vehementer hoc Antonium commouit, pleraque, ut fierent, ignorantem, non tam ob socordiam, quàm simplicitatem, qua ductus facilè suis credebat. Erat enim

simplici ingenio, & tardè sentiebat: cùm autem sensisset se peccasse, gra- A
ui mouebatur pœnitentia: & apud eos ipsos, quos offendisset, confiteba
tur. Magna & supplicia & præmia irrogabat, modi tamen in gratifican-
do quàm puniendo erat negligentior. Iocis autem eius nimiæq; dicaci-
tati hoc aderat remedium, quod se uicissim morderi patiebatur: neq; mi-
nori cum uoluptate ridebatur quàm ridebat. Quæ res illi maximo fuit
malo. Qui enim liberè secum iocarentur, ab ijs seriò loquentibus nequa-
quam putabat se adulari: itaq; laudando facilè decipiebatur. nō enim in-
telligebat esse, qui adulationi libertatem ueluti subausterum condimen
tum admiscerent, quo proteruæ inter pocula loquacitati tædiū & satie-
tatem dimoueant, idq; consequātur, ut assentientes & cōcedentes quo-
ties de re graui sermo inciderit, non gratiam captare, sed prudentia infe-
Amor Cleopatræ. riores uideantur. Accessit his Antonij uitijs ultimum malum, Cleopatræ
amor, qui & multos occultos etiamnum eius morbos detexit, sopitosq;
excitauit: & quod adhuc bonum ac salubre in ipso inerat, & uitijs relu-
ctabatur, sustulit atque perdidit. Captus est eo amore ad hunc modum.
Cùm ad Parthicum bellum accingeretur, misit ad eam Dellium, man- B
dans ut sibi in Cilicia occurreret, purgatura se de obiectis criminibus: nā
ferebatur Cassio ad bellum gerendū magnos sumptus suppeditasse. Del
lius ut formam eius, inq; dicendo facundiam & calliditatem perspexit,
statim sentiens Antonium nihil grauius in istam mulierem statuturū, sed
summo in honore secum habiturum, ad demerendum eam se conuertit:
15 hortatusq; est ut (quemadmodum est apud Homerum) probè adornata
in Ciliciam iret, neq; Antonium metueret, omnium ducum suauissimum
& humanissimum. At Cleopatra cùm uerbis Dellij mota est, tum ex con
suetudine, quæ sibi cum Iulio Cæsare, & Cneo Pompeij F. intercesserat,
coniecturam fecit, se facilè Antonium capere posse. illi enim puellæ eius
adhuc, & rerum imperitæ noticiam habuerant: ad hunc ea ætate prædi-
ta ibat, qua est forma & florentissima mulieribus, & consilium uiget. Itaq;
multis donis paratis, eoq; ornatu, qualem ex magnis opibus & beato re-
gno adferri erat consentaneum, plurimum autem spei in seipsa, suisq; il-
lecebris & præstigijs positum habens accessit: multisq; ab ipso & amicis
eius literis acceptis, quib. euocabatur, adeò Antonium ludibrio risuiq;
16 habuit, ut Cydno amne subueheretur lembo, cuius aurea puppis erat, ue- C
lis passis purpureis, remis argenteis, qui ad tibiarum, fistularum, citha-
Luxus. rarumq; sonum concinnè agerentur. ipsa sub aurato recumbebat cono-
peo, eo modo ornata, quo Venus pingitur: & utrinq; pueri Amoribus,
quales pinguntur, similes adstabant, uentulum facientes: ancillæ pulcri-
tudine præstantes Nereidum & Charitum habitu ad rudentes ac guber
nacula sedebant: odoramenta uaria miræ suauitatis fragrātiam ad ripam
exhalabant. Hominum autem multitudo partim secundum utranque
ripam comitabantur, partim ex urbe ad spectaculum confluebant: ita ut
effusa eò omni à foro turba, solus Antonius pro tribunali sedens relin-
queretur. Rumor autem passim increbruerat, Bona Asiæ fortuna Vene-
rem ad Liberum comesatum uenire. Misit Antonius, qui eam ad cœnam
uocarent: sed ipsa petebat, ut ad se potius ille ueniret: & Antonius ut se
facilem iam tum, amicumq; ostenderet, morē gessit. Ibi cùm apparatum,
qualis sermone explicari nequit, inueniret Antonius, maximè ad lumi-
num multitudinem obstupuisse fertur: quæ ita passim dependebant, a-
ptissimè inter se collocata & quadratorum & circulorum figuras positu
suo exprimentia, ut inter commemoratu dignissima spectacula iste con-
spectus

A ſpectus referri meruerit. Poſtridie ipſam conuiuio accipiens, cùm ſplendorem eius & ſolertiã ſuperare ſtuderet, utroq; uictus, ultrò cepit in ſui apparatus ruſticitatem & inelegantiã illudere. Cleopatra autem cùm in iocis etiam Antonij magnam ruditatem, militaremq; ineſſe animaduerteret, his quoq; aduerſus eum uſa eſt liberius iam atq; confidentius. Etenim ferunt pulcritudinem eius, ſi ſola ſpectaretur, nequaquam fuiſſe incomparabilem, neq; eam, quæ ſtuporem inſpicientibus inijceret: uerùm in conuictu laquei uerant ineuitabiles. quippe facundia formæ coniunctę, & geſtus ad ſermonẽ quemuis accommodatiſſimi, atq; ipſa ſuauitas uocis aculeum relinquebant in animo colloquẽtis. Lingua quidem ſua, ueluti multis fidib. inſtructo inſtrumento ita utebatur, ut facilè ab unius gentis ſermone ad alium trãſiret: quippe cum paucis barbaris per interpretem colloquebatur: pleriſq; ipſa dabat reſponſa, Aethiopib. Troglodytis, Hebræis, Arabibus, Syris, Medis, Parthis: quin & alias multas linguas perdidiciſſe traditur, cùm priores reges ne Aegyptiam quidem calluiſſent, & quidã Macedonicam etiã obliti fuiſſent. Adeò autem Cleo

B patræ amore correptus fuit Antonius, ut Fuluia Romæ bellum contra Cæſarẽ gerente, & in Meſopotamia Labieno à Parthorũ regis ducib. imperatore Parthico dicto, ac cum eorũ exercitu iamiã in Syriã irrupturo, ipſe à Cleopatra Alexandriã abduci ſuſtinuerit, atq; ibi ludis iocisq; deditus adoleſcentuli inſtar ociũ nacti luxuriando tempus (cuius iacturã damnoſiſſimã Antiphō dixit) cõſumpſerit. Vitę aũt cõſuetudine utebãtur, quæ inimitabilis dicebãt, quotidianisq; cõuiuijs immẽſas opes prodigebãt. Nã Philotas Amphiſſenſis medicus, Lampriæ auo meo retulit, ſibi, cùm eo tẽpore Alexandriæ artẽ diſceret adoleſcẽs, à quodã coco regio, familiari ſuo perſuaſum, ut magnificentiã apparatũq; cœnarũ Antonij inſpiceret, atq; ideò in culinã adduci ſe paſſum. ibi cùm pręter cętera, quæ erãt permulta, apros octo aſſari uideret, præ admiratione quæſiuiſſe de conuiuarũ numero. Cocum riſiſſe, atq; ita reſpondiſſe: Circiter duodecim ſunt, qui menſæ accumbunt: cibos autem Antonio apponi oportet q̃ maximè ſucculentos, cùm quidem momento temporis ij corrumpi poſsint, ne tales ſint. at uerò Antonius incertis horis cœnat, & cùm modò iuſſerit parari cibum, mox uel potum poſcens, uel colloquio oblato

C differt: itaq; non una, ſed multæ cœnæ apparandæ ſunt, quia tẽpus cœnę præſciri difficulter poteſt. Idem Philotas narrauit ſe progreſſu tẽporis in numerũ aſſeclarum Antonij ex Fuluia filij receptũ, & cum eo, quoties nõ cum patre cœnaret, unà cum reliquis amicis cœnare ſolitũ. Ac ſe aliquando cuidam medico, qui unà cœnantes diſputando & oſtentando obtunderet, huiuſmodi ſophiſmate os obthuraſſe: Quodammodo febricitanti frigida eſt exhibenda. atqui omnis qui febricitat, quodammodo febricitat. omni igitur febricitanti danda eſt frigida. Icto homine, & continente, Antonij filium delectatum eo facto, menſam demonſtraſſe multis ac magnis poculis onuſtam, &, Hæc, dixiſſe, omnia tibi dono do Philota. Studium eius ipſo probante, ſed procul ab eo rem abeſſe cogitante, ut tanti muneris dandi poteſtas puero tali eſſet, paulo pòſt puerum quendam in uaſe ea pocula ſibi attuliſſet, & ut conſignaret poſtulaſſe: Antonium autem cum tergiuerſantem ipſum uideret, & accipere uerentem, dixiſſe: Quid cunctare homo inepte? neſcis'ne autorem muneris Antonij eſſe filium, qui totidem aurea largiri poſsit? Mihi tamen obtempera, pecuniam pro poculis accipe: fortaſſis enim pater quædam ex ijs deſideraturus ſit, propter antiquitatem & nobilitatem operis. Hæc

17 *Antonius reb. omiſsis in Aegypto cum Cleopatra luxuriat.*

18 *Antonij iu-niores muni-ficentia.*

Philotam sibi crebrò referre solitum auus narrabat. Enimuerò Cleopa- A
tra adulationem non, ut Plato, in quatuor partes, sed multifariam diui-
dens, & serijs iocularibusq; subinde rebus nouam aliquam uoluptatem
gratiamúe, qua Antonium produceret, cōminiscens, dies noctesq; eum
detinebat. Nam & colludebat, & compotabat, & uenanti aderat, & in
armis se exercentem spectabat: & noctu forib. & fenestris popularium
adstanti, iocisq; eos qui intus erāt lacessenti aderat, unaq; uagabatur an-
cillæ amictu: quippe & ipse seruilē habitum sumebat, eoq; semper pro-
bris, nonnunquam etiam uerberib. acceptus discedebat. Et tametsi ple-
risq; suspectus esset, tamen scurrilitate eius gaudebant: atq; Alexandrini
una ludentes haud ineleganter atq; inuenustè dicebant, eum tragico uul
tu apud Romanos, apud ipsos comico uti. Vnum de iocis eius referre sa
Cleopatræ iocus. tis erit: nam plerosq; recensere uelle, nugatoris fuerit. Cùm aliquando
pisces præsente Cleopatra captaret, & iniquè ferret se successu frustrari,
piscatoribus mandauit, ut occultè urinantes hamo pisces antè captos ap
penderent: bisq; aut ter ita trahens, non fefellit Aegyptiā: uerùm ea mi-
rari se simulans, amicos orauit, ut in crastinum spectaturi piscationem B
adessent. Multis in lembos ingressis, demisso ab Antonio funiculo, quen
dam de suis occultè infra aquam adnatare uncino, & affigere Ponticum
salsamentum iussit: cùm traxisset Antonius, prædam se nactum ratus, ri-
su, uti erat consentaneum, exorto, Nobis, inquit Cleopatra, ô impera-
tor, Pharijs & Canopicis regibus calamos trade: tuum est urbes, reges,
& regna piscari. Puerilibus hisce nugis & ludis uacanti Antonio, nun-
cij duo afferuntur: alter Roma, Lucium fratrem eius, & uxorem Fului-
am primùm inter se rixatos, deinde moto Cæsari bello euertisse rem suā,
& ex Italia fugere: alter nihil hoc lætior, Labienum Parthos adducere,
& omnem ab Euphrate & Syria regionem usque ad Lydiam & Ioniam
inuadere. Vix tandem somno & crapula excussa, ad reprimendum Par-
thos contendit, & usq; ad Phœnicen progressus est: Fuluiæ autem literis
lamentationum plenis acceptis, uersus Italiam se conuertit, cum ducen-
tis nauibus. In itinere amicis receptis, qui ex Italia fugerant, ex ijs intelle-
xit Fuluiam belli autorem fuisse: quæ ingenio ferox & inquieta, tūc præ-
terea sperauerat se motu Italico Antonium à Cleopatra auulsurū. Forte
Fuluiæ mors. fortuna etiā accidit, ut Fuluia ex Italia ad ipsum nauigans, Sicyone mor- C
bo absumeret: quæ res occasionē pacis cum Cæsare iungendæ præbuit.
Pax cum Cæsare. Nam simul atq; Italiā attigit Antonius, & Cæsar se nihil de ipso queri o-
stendit, & quæ crimina obijciebant, Fuluię imputauit: haud passi amici
in prętextū eū accuratiùs inquiri, in gratiā eos inuicē reposuerūt. Diui-
sa sunt & imperia, & Ioniū mare finis statutus: ut Africa Lepido cōcessa,
ad orientē sitas prouincias Antonius, uersus occidentē spectātes Cæsar
obtineret: consulatū uerò si ipsi gerere nollent, amici eorum per uices
eo fungerētur. Hæc cùm bene instituta, arctius fidei uinculum requirere
uiderentur, id quoq; fortuitò est oblatum. Sororē natu maiorem habe-
19 bat Cæsar, diuersa tamen matre (ipse enim Attiæ filius fuit, cùm antè ex
Ancharia pater Octauiam sustulisset) editam, præstantissimam (uti me-
morant) mulierem, ideoq; sibi longè charissimam. ea tum C. Marcello
nuper defuncto uidua erat: sed & Antonius uiduus uidebatur mor-
te Fuluiæ factus, habere se Cleopatram non inficians, coniugio au-
tem ei se iunctum negans: qua unica adhuc in te ratio eius cum amore
Aegyptio luctabatur. Itaque nuptiarum inter eos contrahendarum om-
nes autores fuerunt, sperantes Octauia, cui præter pulcritudinē grauitas
etiam

A etiam atque prudentia ineſſet coniuncta Antonio, & (ut talem haberi uxorem dignum eſt) dilecta, ſalutarem rebus omnibus eam affinitatem fore. Poſtquam in hoc conſenſum utrinq; eſt, Romam uenerunt, & nuptias ibi fecerunt: ſenatusq; conſulto permiſſum Octauiæ, ut ante decimum menſem à morte mariti prioris rurſum nuberet. Cum Sexto etiam Pompeio, qui Siciliam tenens, Italiam uexabat, multisq; piraticis nauibus, Mena & Menecrate ducibus, infeſtum nauigantib. mare faciebat, pacem cis componere uiſum eſt: quòd is humanū ſe Antonio præbuiſſet, matrem eius cum Fuluia profligatam excipiendo. Conuentum eſt apud promontorium & aggerem Miſeni, Pompeio claſſe, Cęſare & Antonio terreſtribus copijs adſtantibus. Ea conditione pax confecta eſt, ut Pompeius Sardiniam & Siciliam obtineret, mare prædonibus purgaret, certamq; frumenti menſuram Romam mitteret. Inde acta mutuò conuiuia: & ſorte Pompeio contigit, ut prior iſtos exciperet. Hîc quærenti Antonio, Vbi nam cœnaturi eſſent, Hîc, inquit: (nauim oſtendens ſexremem prætoriam) hæc enim paterna domus Pompeio relicta eſt: B exprobrans Antonio, quòd is paternam ipſius domum poſſideret. Naue in ancoris ſtante, ponte à promontorio ad nauim facto, ſtudioſè eos excepit hoſpitio. Feruente autem conuiuio, & dictis in Cleopatram & Antonium ſalſis iactatis, Menas pirata ad Pompeium accedens, tacitè, ita ut exaudiri à nemine poſſet, Visne, inquit, ſuccidi nauis ancoris te nō Sardiniæ & Siciliæ, ſed Romani dominum imperij faciam? Pompeius exiguum temporis ſecum eam rem meditatus, Iniuſſu, ait, meo ô Mena id tibi faciendum fuit: nunc præſenti rerum ſtatu contenti ſimus: periurare enim non eſt meum. Atque ita uiciſſim conuiuio ab illis acceptus, in Siciliam nauigauit. Antonius autem ſecundum has pacificationes Ventidium in Aſiā miſit, ut Parthos progreſſu arceret: ipſe in gratiā Cæſaris, Iulij Cæſaris flamen factus eſt. Reliqua etiam ciuilia & maxima negocia amicè & communiter tractauerunt: in rerum uerò ludicrarum certaminibus moleſtè ferebat Antonius ſe ab eo ſemper ſuperari. Habebat ſecū ariolum quendam Aegyptium, eorum unum qui natalicias prædictiones exercent: is ſiue in Cleopatræ gratiā, ſeu quòd ita re ipſa ſentiret, liberè ad Antonium dixit, Fortunam eius, ſplendidiſſimā alioquin, & ma- C ximam, à Cæſaris fortuna obſcurari: conſuluitq; ut ab iſto adoleſcente quàm longiſſimè ſe ſubduceret: genius enim (aiebat) tuus genium iſtius umet. & cùm ſeorſim alacer ſit atq; elatus, illo appropinquante demittit ſeſe, & fit, quàm antè, deterior. Et uerò res ipſæ teſtimoniū Aegyptio uidētur tuliſſe. Nam quoties uel ſorte, uel talis aliqua de re decreuiſſent, ſemper inferior Antonius abibat. ſæpe etiam cùm gallos, aut cornices pugnaces commiſiſſent, penes Cæſarianos uictoria fuit. Hæc occultè do luerunt Antonio, ac magis magisq; fidē Aegyptio habens, reb. ſuis Cæſari cōmiſſis, ex Italia abijt, Octauia uxore, ex qua ei filiola iam erat nata, ſecum uſque ad Græciam ducta. Circum Athenas hyemanti primus rerum à Ventidio proſperè geſtarum nuncius allatus eſt, ut is uictis prœlio Parthis, Labienum & Pharnapaten ducum regis Orodis præ- 20 ſtantiſſimum occidiſſet. Eius rei cauſa epulum Græcis præbuit, ludisque Athenis præfuit: ac domi imperatorijs inſignibus relictis, cum faſcibus gymnaſiarchicis tunicatus, & phæcaſia (calciamenti nomen eſt) ſubligatus proceſſit, ac pueros luctantes dirimens proſtrauit. Exiturus autem ad bellum, coronam de ſacra olea ſumpſit, & oraculi cuiuſdam monitu à clepſydræ aqua uaſculum repletum ſecum 21 abſtulit,

Octauiā ducit Antonius.

Pax cum Sex. Pompeio.

Ventidij res geſtæ.

abstulit. Interim Pacorum regis Parthorum filium cum magno exercitu A iterum in Syriam irrumpẽtem Ventidius in Cyrrhestica obuiam factus fundit: ac magna Parthorum strage edita, ipsum etiam Pacorum occidit. Hoc inter nobilissima factum ponitur, quo & pœnas Romani a Parthis sumpserunt ob necatum Crassum meritas: & Parthi tribus continenter prœlijs uicti, rursus intra Mediam & Mesopotamiã sunt compulsi. Ventidius autem Antonij inuidiam metuens, ulteriùs persequi Parthos non ausus, exercitum circũducens ea quæ defecerant recepit, & Antiochum Commagenes regulum Samosatis obsedit: cumq; is mille talenta se daturum, & imperata ab Antonio facturum polliceretur, mittere ad eum nuncios iussit. Iam enim propè aderat Antonius, neque Ventidium cum Antiocho pactum icere sinebat, cupiens uel hoc factum suo nomine inscribi, ne omnia Ventidij opera confecta uiderentur. Verùm tracta obsidione, cùm obsessi desperata pacificatione ad uires confugissent, nihil agens, ac pudore & pœnitentia correptus, acceptis trecentis talentis, pacem dare Antiocho satis habuit. Paucis inde quibusdam rebus in Syria constitutis, Athenas redijt, Ventidio quibus decuit honoribus ornato, B & ad triumphum misso. Hic unus ad nostram usque ætatem de Parthis triumphauit, uir obscuro natus loco, sed qui eum amicitiæ Antonij fructum caperet, uti magnarũ rerum gerendarum haberet occasiones: qui-
22 bus pulcerrimè usus, fidem fecit ei, quod de Antonio & Cæsare dicebatur, eos feliciùs aliorum, quàm sua opera bellum gerere. Nam & Sossius Antonij in Syria legatus multa feliciter egit: & Canidius ab eodem in Armenia relictus, Armenios, regésque Iberorum & Albanorum uicit, & usque ad Caucasum processit: unde nomen & gloria potentiæ Antonij apud barbaros aucta est. Ipse uerò Antonius rursum quibusdam calumnijs aduersus Cæsarem incitatus, CCC nauibus Italiam petijt: Brundusioq; non receptus, Tarentum appulit. Ibi exoratuus est ab Octauia (quæ unà ex Græcia nauigârat, grauida tum, cùm alteram iam ei filiolam peperisset) ut eam ad fratrem dimitteret. Hæc in itinere obuiam Cæsari facta, assumptis ex eius amicis Agrippa & Mæcenate, summis precibus eum obtestata est, ne se ex beatissima muliere miserrimam fieri sineret: oculos iam omnium hominum in se conuersos, quæ duorum imperatorum, alterius uxor, soror alterius esset: quòd si dete- C rior fortuna uicisset, interq; eos bellum excitasset, ipsos quidem incerto euentu certaturos, sibi propter utrunq; certam calamitatem impendere. Fractus his Cęsar pacificè Tarẽtum uenit: fuitq; iucundissimum spectaculum, magnum in terra exercitum quiescere, multas naues in littore ociosas stare, cùm ipsi imperatores eorumq; amici inter se congrederentur, ac mutuò consalutarent. Prior Cæsar apud Antonium in gratiam sororis suæ cœnauit. Pactum est ibi inter eos, uti Cęsar duas legiones ad Parthicum bellum Antonio daret, Antonius Cæsari æratas naues centum: præter hæc Octauia fratri à marito uiginti myoparones, marito à fratre mille milites impetrauit. Hoc pacto à se digressi, Cæsar statim bellum Siciliense contra Pompeium occepit: Antonius Cęsari Octauia & liberis suis quos ex ea & Fuluia habebat commissis, in Asiam traiecit. At uerò postq; propè Syriã uenit, graue illud malũ Cleopatrę amor, qui diu dormiuerat, & sanioribus uidebatur cogatationib. cõsopitus esse, resuscitatus est, uiresq; recepit, ac tandẽ inobediẽs & cõtumax (ut ait Plato) animi iumentum, honesta & salutaria omnia calcib. repulit. Mittitur adducendę in Syriam Cleopatrę causa Fonteius Capito. Quæ simul uenit,

Octauia pacem componit.

nullum

A nullum ei uile aut modicũ ab Antonio munus eſt datum, ſed Phœnice, *Donata*
Cœleſyria, Cyprus, Ciliciæ magna pars, Iudęa balſamifera, & Arabię Na *Cleopatræ*
batææ pars ea quæ ad Oceanũ pertinet. Hę maximè donationes Roma- *ab Anto-*
nos offenderũt, cùm aliâs principatus & regna magnarum gentium pri- *nio.*
uatis addixiſſet: multis regib. regna ademiſſet, ut Antigono Iudęo: quem
præterea (quod nulli antè regi euenit) in medium productũ ſecuri per-
cuſſit. nimirum autem turpitudine munerum præſertim Romani moue-
bantur. Auxit inuidiam, quòd ex Cleopatra gemellos ſuſtulit: ex quibus
maſculum Alexandrum, filiolam Cleopatram appellauit, cognomentis
additis huic Lunæ, illi Solis. Sed Antonius iactandi ſe turpibus ſuis fa-
ctis gnarus, magnitudinem Romani imperij dicebat non tam accipien-
do quàm largiendo demonſtrari: porrò autem ſucceſſionibus & pro-
creationibus multorum regum, amplificari nobiles familias. Sic ab Her-
cule gentis Antoniæ autorem generatum, cùm is ſpem poſteritatis non
in uno uterò collocaret: neq; Solonis leges aut iudicia de partu metuiſ-
ſet, ſed naturæ multarum ſtirpium origines & initia relinquere cupijſſet.
B Cæterùm cùm Phraortes occiſo Orode patre, regnum Parthicum occu *Bellum An-*
paſſet, cùm multi alij Parhi aufugerunt: tum Monæſes, illuſtris uir & po- *tonij Par-*
tens, ad Antonium uenit. Eius fortunam cum caſu Themiſtoclis, ſuam *thicum.*
autem potentiam & magnanimitatem cum Perſarum rege comparans
Antonius, tres ei urbes dono dedit, Lariſſam, Arethuſam, & Hierapo- 23
lim, quæ olim Bambyce dicta fuit. Vt uerò rex Moneſi miſſis nuncijs fi- 24
dem dedit, & ad ſe reuocauit, libenter eum remiſit Antonius, Phraor-
tis decipiendi cauſa: cui pacem offerebat, ſi ſigna Craſſi clade capta, &
captiuos redderet. Amandata porrò in Aegyptum Cleopatra, per A-
rabiam in Armeniam profectus eſt. Ibi copias ſuas recenſuit, quas ei re-
gum auxilia auxerant: quorum facilè princeps Artabazus Armenię rex
ſex equitum, ſeptem peditum millia ſuppeditabat. Erant Romanorum *Copiæ.*
peditum ſexaginta millia: equitum Romanorum, unà cum Hiſpanis
& Gallis, qui eis accenſebantur, decem millia: ex reliquis nationibus
aderant unà cum equitibus & leuis armaturę militibus XXX millia.
Has tantas copias, quibus etiam trans Bactra habitantes Indos ter-
ruerat, & uniuerſam Aſiam tremefecerat, inutiles ei amor (uti per-
C hibent) Cleopatræ redegit: quippe feſtinans, ut apud eam hyemare
poſſet, bellum intempeſtiuè extulit, & perturbatè omnia geſſit, ani-
mi ſui impos, & ueneficijs quibuſdam ſeu præſtigijs captus, uti ſem-
per ad illam reſpiceret, magisq; de maturè ad eam redeundo, quàm
uincendis hoſtibus eſſet ſolicitus. Primò enim, cùm ex uſu fuiſſet, ut
in Armenia hyemem exigeret, exercitúmque octies mille ſtadiorum iti-
nere fatigatum reficeret, & antequam Parthi ex hybernis mouerent,
initio ueris Mediam occuparet: non expectato opportuno tempore,
ſtatim ad læuam relicta Armenia Atropatenam inuaſit, atque popula- 25
tus eſt. Deinde cùm machinas ad oppugnationes neceſſarias trecentis
curribus ueheret, inter quas aries fuit LXXX pedum longitudine, &
quarum nulla commodè refici poſſet ijs in locis, eò quòd ſuperiores iſtæ
regiones omnes ligna neque ſatis procera, & mollia gignunt: eas poſt
ſe, tanquam celeritati impedimento futuras, reliquit, præſidio relicto a-
pud currus iſtos, & duce Statiano. Phraata autem, magnã urbem, in qua 26
regis Mediæ liberi & uxores erant, oppugnare aggreſſus, ſtatim ſenſit
quantum relinquendis machinis peccaſſet: aggerem magno labore &
multo tempore aduerſus urbem extulit. Interum Phraortes magno cum
exercitu

exercitu descendens, audito currus machiniferos relictos ab Antonio, A
Clades. præsidio eorum magnam immisit equitũ manum: ab his Statianus cum
permultis suorum occisus, machinæ captæ & perditæ sunt, capti permul
ti, interq́ eos rex Polemo. Omnibus qui cum Antonio fuere doluit, uti
fuit consentaneum, incommodum belli initio prçter spem acceptũ: Ar-
menius autem Artabazus rebus Romanorum desperatis cum suo exer-
citu discessit, cùm quidem maximè id bellum ipse concitasset. Cùm autẽ
Parthi obsidentibus superuenirent, seq́ superbè multa minantes osten-
tarent, Antonius, ne militibus ociosis mœror & metus cresceret, decem
legiones, & tres prætorias grauis armaturæ cohortes, equitatumq́ uni-
uersum frumentatum eduxit, sperans se ea ratione hostem ad pugnã con
ferendam pertracturum. Vnius diei iter progressus, cùm circumfusos ui-
deret Parthos, & inter proficiscendum ipsum adoriri cupere, signum pu
gnæ in castris proposuit: & demolitus tabernacula, ueluti non pugnatu-
rus, sed exercitum abducturus, lunatam barbarorũ aciem præterijt, man
dato equitibus, ut cùm uiderent pediti iam cum Parthorum primis con-
fligendi potestatem factam, aduersis equis in hostes inuaderent. Barba- B
ris autem contrà in acie stantibus mirabilis ordo Romanorum uideba-
27 tur, spectabantq́ eos æqualibus interuallis & sine ulla ordinis confusio-
ne tacitos prætereuntes, ac pila uibrantes. Vt signum datum est, & equi-
tes Romani conuersis equis cum uociferatione impetum fecerunt: hos
Victoria. quidem Parthi substiterunt, quamuis intra sagittæ iactum statim perue-
nissent: sed ubi pedites etiam armis concussis & clamore sublato irrue-
runt, & equi Parthorum perterriti sunt, & ipsi antè quàm manus conferi
possent fugerũt. Insecutus eos acriter est Antonius, atq́ in spem magnã
uenit, se summam, aut maiorem utiq́ partem eius belli hac uictoria con-
fecisse. Insecuti hostem pedites ad L, equites ad CCC stadia, cùm deinde
captos & cæsos recenserent, triginta captos, cæsos octoginta inuenerũt.
Grauis itaq́ tristicia oborta, atroxq́ res uisa, quòd uictores tam parum
hostium interfecissent, uicti autem amissuri tam multos uiderẽtur, quàm
apud currus perdidissent. Postridie conuasatis rebus, iter uersus Phraa-
ta & castra sua fecerunt: ibi in uia primùm in paucos hostium, deinde in
plures, deniq́ in uniuersum hostium agmen, ueluti intactũ & integrum,
inciderunt: prouocatiq́ & undiq́ lacessiti, difficulter & magno cum la- C
bore in castra redierũt. Cùm Medi excursione in aggerem facta Roma-
nos perterruissent, iratus Antonius eos qui stationem deseruissent deci-
mauit; ac qui forte supplicium capitis euasissent, ijs pro frumento hor-
deum dari iussit. Iam & molestum utrisq́ erat bellum, & grauiores diffi-
cultates metuebãtur: cùm & famem imminere Antonius timeret, quòd
absq́ uulneribus & exitio sui frumentari nequirent: & Phraortes sciens
Parthos quiduis potiùs sustinere, quàm in hostico uersari per hyemem,
iam post æquinoctium autumnale aere gelascente, uerebatur ne Roma-
nis in obsidione perseuerantibus, à suis ipse desereretur. Talem itaq́ do-
Dolus Parthi. lum Antonio tendit. Parthi, qui maximè noti Romanis essent, in fru-
mentationibus alijsq́ congressib. leniùs Romanos tractabant, nonnul-
la eos auferre permittentes, & uirtutem eorum, ut bellicosissimorum ho
minum, & qui regi etiam ipsorum admirationi essent, laudãtes. Propiùs
deinde adequitantes, & citra periculum iam, Antonio obtrectabãt, qui
Phraorti pacem inire, ac parcere tot tantisq́ uiris cupienti occasionem
dare nollet, ac duos potiùs grauissimos hostes, famem & hyemem, tra-
hendo obsidionem præstolaretur, quos effugere etiam Parthis comitan

tibus

A tibus sit futurum difficile. Hæc cùm ad Antonium multi deferrent, quan-
uis ea se delenitus, nō priùs tamen legatos misit, quàm ex beneuolis istis
barbaris quæsiuit, hæc ne ex sententia regis dixissent. Cùm ita esse affir-
marent, atq; hortarent ne sibi metueret, neue quicquā uereretur: quosdā
amicorum ad Phraortem misit, iterum signa captiuos reposcens, ne effu-
gio & salute contentus esse uelle uideretur. Respondit Parthus, frustra
eum ista poscere: pacem se ei & securitatem concedere, si statim abijsset.
Itaq; Antonius paucis diebus castra mouit. Quanuis autē dicendo apud
multitudinem largiter posset, & castrensi facundia nemini æqualium ce-
deret, tamen pudore & mœrorē motus, concionem tum confirmando-
rum militum causa habere non sustinuit, idq; negocij Domitio Aēno-
barbo dedit. Quidam grauiter id tulerunt, despici se rati: pleriq; quid cau
sæ esset animaduerterunt, miserationeq; moti, uicissim duci obedientiā
& uerecundiam deberi senserunt. Reducturum autē ea qua uenerat uia
campestri & arboribus uacua quidam Mardus natione, diu inter Parthos
uersatus, & cuius fides Romanis in pugna apud machinas esset cognita,
B adijt: ac monuit, ut montibus ad dextram relictis, discederet: neue exer-
citum graui armatura impeditum in apertis campis tanto equitatui & sa
gittarijs obijceret: id enim egisse Phraortē, ac propterea eum æquis con-
ditionibus ab obsidione auertisse: se ipsi ducem breuioris itineris, & cō-
meatu instructioris fore. Hæc cùm audisset Antonius, secū deliberauit:
& Parthis quidem noluit uideri diffidere post pacificationem. itineris au
tem breuitatem iuxta pagos habitatos laudans, postulauit à Mardo, ut fi
dem suam firmaret: isq; se tantisper dum in Armeniam uenissent, in uin-
culis habēdum tradidit. Biduo eos tutò duxit: tertio die cùm iam omni-
no se Parthorum securum speraret Antonius, eoq; audaciùs & liberiùs
iter faceret, Mardus aggerē, quo eruptio fluminis obturaretur, uidit re-
cens apertum, & aquam copiose eà quà ipsis pergendum erat, effusam:
sensitq; id à Parthis effectum, ut transitum ipsis impeditiorem ac diffici-
liorem redderent: Antonium itaque prospicere sibi iussit, & cauere: ho-
stes eīm in propinquo esse. Vix dum aciem instruxerat Antonius, ac per *Parthi Ro-*
eam uelitibus atque funditoribus excurrendi aduersus hostem spacia cō *manos dis-*
stituerat, cùm superuenire Parthi, & circumuenire, & undique perturba *cedētes in-*
C re Romanos conati sunt. Contra quos cùm excurrissent leuis armaturæ *festant.*
milites, Parthi cùm multos sagittis sauciassent, neque pauciora ipsi pilis
& plumbatis icti uulnera accepissent: rursus inde molesti fuerunt, donec
Gallicus equitatus cuneo facto in eos impetum dedit, & dissipauit: ne-
que ea die præterea in conspectum uenerunt. Antonius cognito quid
facto usus esset, multis iaculatoribus & funditoribus, non ultimum mo-
dò agmen, sed & utrunque latus munijt, exercitumque agmine quadra-
to duxit: & equitib. mā dauit, ut si hostes adorti pepulissent, non procul
eos persequerentur. Quo factum est, ut Parthi quatuor deinceps diebus
non grauioribus datis quàm acceptis malis, languidiores fierent, & hye-
mis prætextu de discessu cogitarent. Quinta die unus ducū Flauius Gal
lus, uir bello strenuus, Antoniū accessit, & ab eo complures à nouissimo
agmine milites expeditos equitesq; à fronte poposcit, se rem præclarē
gesturum pollicens. Eo impetrato, hostes irruentes non repulit, ut antè,
simul ad aciem peditū retrò cedens, sed audaciùs eo subsistens, manusq;
conserens. Duces autem postremi agminis uidentes eum à reliquis auul
sum, misere qui reuocarent: ac fertur Titius quæstor signa quoque ap-
præhendisse, Gallumq; retrò auertisse, & obiurgasse, quòd tam multos

bonos uiros iret perditum: eóque contrà conuiciante, suisq; ut manerent imperante, ad suos abijsse. Gallum autem in aduersos magna ui ruentem à tergo multitudo hostium imprudentem circumuenit, ita ut undiq; telis impetus, mitteret qui auxilium implorarent. Hîc à ducibus peditum, inter quos fuit & Canidius, uir summæ apud Antonium autoritatis, grauiter uidetur peccatū. Cùm enim res postularet, ut totam aciem in hostem conuerterent, paucos subsidio mittentes, hisq; uictis rursus alios, paulatim in fugam & cladem totum exercitum conijciebāt: actúmque fuisset, nisi Antonius cum armatis à fronte ad auxilium accurrisset, ac tertia legione per cedentes suos aduersus hostem rapta, eum ab insequendo auertisset. Perierunt de Romanis haud pauciores tribus millibus: & in castra relati sunt saucij quinque millia: interq; hos Gallus, quatuor sagittis aduerso corpore exceptis confixus, ijsq; uulneribus perijt. Reliquos Antonius circumiens uisebat, dictisq; confirmabat, lacrymis oppletus & graui mœrore æger. At milites læto uultu dextram eius apprehendere, iubere uti abiret, & corpus suum curaret, neue se affligeret, imperatorem salutare, seq; saluos eo ualente dicere. Omnino autem nemo quisquam ea tempestate imperator exercitum atq; is fuit robore, tolerantia, & ætatis uigore præstantiorem habuit: ueneratione autē ducis, beneuola obedientia, eoq; quòd omnes in uniuersum nobiles, obscuri, principes, priuati, Antonij gratiam & honores ab eo ipsis habitos salute sua atq; securitate antiquiora habebant, ne à priscis quidem Romanis uicti sunt. Huius autem erga eum studij causæ multæ fuerunt, uti antè diximus: nobilitas, facundia, simplicitas, liberalitas, magnificentia, in iocis & conuictu urbanitas: tum uerò miserās ægrotos, & quibus quisq; indigeret largiens, alacriores saucios & afflictos sanis reddidit. At hostes iam defessos, & animos despondentes, ita uictoria ista erexit, tantumq; apud eos contemptum Romanorum excitauit, ut noctu etiam apud castra eorum cōmorarentur, putantes mox fore, ut dilapsis fuga Romanis, tentoria eorum & opes diriperent. Die facta, multo plures se Parthi eò congregauerunt, adeò ut ferantur equitum haud minus XL millia fuisse, cùm rex eò, tanquam ad exploratam uictoriam eos etiam, quos secum habere semper solebat, misisset: ipse ēm nulli prœlio interfuit. Antonius aūt cùm statuisset alloqui milites, pullā uestem petijt, ut miserabiliori esset aspectu: amicis tamen repugnantibus, paludatus processit, orationemq; ad milites ita instituit, ut uictores laudaret, fugam reliquis exprobraret. Quorū cùm illi bono eum esse animo iuberent, hi se purgarent, & poscerēt uti se uel decimaret, uel quouis alio supplicio puniret, tristiciæ modò suæ finem faceret, manibus ad cœlum intentis Deos comprecatus est, ut si qua ipsorum inuidia pristinam eius felicitatem ulcisceretur, ea in ipso uerteret, saluo & uictore exercitu. Postridie agmine rectiùs munito perrexerunt. Parthis autem eos adorientibus præter opinionē admodum suam euenit. Existimantes enim non ad pugnam se, uerùm ad direptionem ire, multis iaculis icti, hostesq; fortes & integra alacritate uidentes, iterum elanguerunt. Rursum eos à collibus quibusdam accliuibus descendentes adorti sunt, ac tardiùs procedentes sagittis impetiuerunt. Ibi grauis armaturæ milites conuersi, in medium expeditos receperunt, ipsiq; in genu subsidentes scuta ante se obiecerunt, identidem posteriore suis armis priorem supernè tegēte. Hæc figura tecto similis, conspectuq; mirabilis, & firmissimum est contra incidētes sagittas tegmen: delabuntur enim illæ. Cæterùm Parthi præ desperatione eos ita & defatigatione

Antonianorum clades. A

Beneuolentia in ducē. B

C

Testudo militaris describitur.

A ligatione genua flexisse rati, positis arcubus contos sumpserunt, atque accurrerunt. Ibi Romani clamore strepituque armorum se mutuò cohortati subitò assiluerunt, comminusque ictos pilis primos hostium confoderūt, & uniuersos in fugam coniecerunt. Hoc idem reliquis diebus factum, sensimque processum est. Fames autem in castris extitit, cùm & parum frumenti pugnando pararetur, & ad molendum instrumenta deessent, quæ relicta erant iumentis partim mortuis, partim saucios portantibus. Fertur Chœnix Attica tritici quinquaginta denarijs tum uenijsse, hordeaceos panes argenti pondere pari uenditos. Conuersi ergo ad herbas & radices edendas, paucas earum quas edere usitatū est repererunt: cùmque gustare etiam ignotas cogerentur, inciderunt in quandam herbam quæ manducata insaniam, & ex ea mortem afferebat. Qui enim edisset eam, nullius rei recordabatur, nihil agnoscebat: unū hoc agebat, ut (tanquam magnopere seriam aliquam rem agens) omnem lapidem moueret. & oppleti erant campi eorum, qui humi procliues saxa effoderent & transferrent: ad extremum bilem uomentes moriebantur, cùm, quod unum erat B mali eius remedium, uino carerent. Multis ita pereuntibus, neque tamen Parthis recedentibus, sæpenumerò exclamasse Antonium ferunt, O decem millia: admirantem istos Græcos, qui cum Xenophonte à Babylone longiori itinere profecti, & cum ingentibus hostium copijs luctati, incolumes euaserant. Enimuerò Parthi cùm diuellere à se exercitum Romanum, ordinésque disijcere nequirent, sæpe iam uicti & fugati, rursus tanquam in pace eos qui frumentatum essent aut pabulatum missi adiuerunt, laxatósque arcuum neruos ostendentes, dixerunt, se iam retrò abire, & finem hic ipsos ulciscendi facere: paucos tantùm Medos unius aut alterius diei spacio secuturos non uexandi causa, sed qui remotiores pagos custodirent. Additæ his uerbis consalutationes & amica colloquia, ita ut Romani bonam iam fiduciam conciperent, & Antonius hisce auditis statueret se campis committere, quòd montana dicerentur aquæ expertia. Cùm hæc sententia staret, uir quidam ab hostibus ad castra uenit, nomine Mithridates, consobrinus Monæsis eius, qui ad Antonium confugerat, & ab eo tribus urbibus donatus fuerat. Is postulauit, ut aliquis ad se Parthici uel Syriaci sermonis gnarus C procederet: cùmque Alexander Antiochensis, unus de Antonij familiaribus prodijsset, præfatus quis esset, & se pro Monæse gratiam referre, quæsiuit ex Alexandro, ecquid procul continentes & sublimes cerneret colles. Affirmanti, Sub ijs (inquit) collibus Parthorum uniuersus exercitus uobis insidiatur, sperántque uos ipsorum uerbis deceptis montana relicturos, & eò perrecturos. Montanum quidem iter sitim & laborem, quæ ferre consueuistis, obijcit: sed altera uia ingrediens Antonius, sciat Crassi fortunam se manere. His dictis abijt. Antonius autem perturbatus eo indicio, amicos & ducem itineris Mardum ea de re consuluit, cuius quidem planè eadem erat sententia. nam etiam si hostis non monuisset, nouerat iter per campos ambiguum ac difficiles errores esse, in aspera autem illa nihil præter unius diei sitim, molestiæ futurum. Eam igitur noctu Antonius ingressus est, iussitque aquam unà portari: cùm autem plerosque uasa deficerent, galeis eam & pellibus excipiebant. Sed Parthi, quibus nunciabatur eum iam procedere, præter morem suum noctu fugientes insecuti, sole oriente agmen nouissimum adorti sunt, Romanis ob uigilias & laborem malè affectis: CCXL enim stadia ea nocte confecerāt, insperatus etiā hostiū aduentus animos eorum perturbabat,

Herba insaniā afferēs.

28

Alia Parthorum fallacia.

& sitim certamen augebat, cùm inter pugnandum procederent. Qui pri- A mi ibant, ad fluuium peruenerunt, cuius aqua frigida quidem & pellucida erat, salsa tamen & uenenosa: nam bibentib. statim tormina uentris ciebat, sitimq; intendebat. Quæ tametsi Mardus prædixisset, milites tamen, remotis ui ijs qui ad arcendos eos potu constituti erant, biberunt. Ibi Antonius circuire, suos orare, ut paulisper adhuc durarent, propè alium esse amnem, cætera deinde aspera & equitatui inuia, omnínóque hostes ibi reiectum iri. Simul & receptui cecinit, & castra faciendi signum dedit, ut umbra saltem milites reficeret. Tabernaculis iam factis, Parthisque more suo statim digressis, iterum Mithridates uenit: & Alexãdro ad se progresso, iussit ut cùm paululum quieuissent Romani, ad flumen properè contenderent: eò usque enim Parthos insecuturos, neque amnem transituros. Hæc cùm Antonius de Alexandro cognouisset, per eundem Mithridati multa aurea pocula & pateras dono mittit: is quæ ueste tegere posset sumptis, abijt. Durante itaque adhuc die castra mouerũt: & nullo hoste infestãte profecti, noctẽ eam ipsi sibi difficillimã & formidolosissimã reddiderunt. Argentũ enim aurúmue habentes oc- B ciderunt, & spoliauerunt: sarcinas iumentorũ diripuerũt, deniq; Antonij etiã impedimenta aggressi, pocula & mensas preciosas disciderunt, atq; inter se distribuerunt. Trepidatione inde & confusione per totã exercitum coorta, quòd hostes irrupisse, & ordines dissipasse putarent, Antonius quendam libertorum suorum ac stipatorum Rhamnum uocauit, & iuramento sibi obstrinxit, ut iussus statim ipsum confoderet, & caput amputaret: ne uel uiuus in potestatem hostium ueniret, uel mortuus agnosceretur. Flentibus ad hoc amicis, Mardus Antoniũ consolatus est, prope fluuium peruentum affirmans: id se & ex temporis ratione eius itineris cognoscere (parum enim de nocte erat reliquum) & ex aura, quæ humidior & frigidior afflans, respirationem iucundiorem efficiebat: simul & alij retulerunt, tumultum hunc militum iniurijs mutuis atque auaricia excitatum. Quare Antonius ut à uagatione ista & dissipatione exercitũ in ordinem reuocaret, castrametationis signum edi iussit. Iam albescente cœlo cùm exercitus in ordinem rediret, & tumultus consedisset, ultimis Parthicæ sagittæ acciderunt. Statim pugnæ signum leuis armaturæ militibus datum: legionarij testudine (ut antè) facta Parthorum tela excepe- C runt, comminus pugnare non audentium. Ita paulatim primis progredientibus, fluuius apparuit: & Antonius equitatum in ripa hostibus opponens, primò omnium infirmos traduxit. Iam & pugnantibus tutò bibere licebat. Nam Parthi ut fluuium conspexerunt, neruos arcuum remiserunt, & Romanos intrepidè transire iusserunt, multis uerbis uirtutem eorum laudantes. Amne ita superato eùm se aliquantulum collegissent, haud planè Parthis fidem habentes perrexerunt. Sexta quàm postremò pugnatum fuit die, ad Araxem peruenerũt, qui fluuius Mediam ab Armenia diuidit. Apparebat autẽ & altior, & rapidior, quàm ut transiri facilè posset: rumorq; ferebatur, ibi hostes eos transgredientes ex insidijs adorturos. Postquam hunc quoq; tutò superârunt, & in Armenia pedem posuerunt, ibi uerò tanquam è mari terram eam primùm conspexissent, osculati solum præ gaudio sunt, & ad lacrymas, mutuosq; complexus uersi. Proficiscentes autem per regionem felicem, & post diuturnã penuriam omnibus affatim perfruentes, in hydropicos & cœliacos morbos inciderunt. Ibi Antonius exercitum recensens, uiginti peditum, quatuor equitum millia desiderauit, quorum maior dimidio pars non ab hostibus,

Aqua noxia. *Tumultus militum.* *In Armeniam peruenit Antonius.*

A hostibus, sed morbis absumpta fuerat. Vigesimisseptimis castris à Phra-
atis in Armeniam peruentum est: Parthos octodecim pugnis uicerunt.
Verùm hæ uictoriæ inconstantes inefficacésque fuere, quòd insequi ho
stem, ut oportuit, nequiuerant. Quo potissimùm argumento patuit, per
Artabazum stetisse, quo minùs Antonius uictoriæ finem imponeret. Si
enim Antonio XVI illa millia equitum, quos duxerat ex Media Arta-
bazus Parthico more armatos, & cum illis pugnare assuetos, affuissent,
fusosq; à Romanis insequendo necassent Parthos: haud utique toties su
peratis redintegrare bellum licuisset. Eam ob rem omnes Armenio in-
fensi, Antonium ad supplicium de eo sumendum stimulabant. Sed An-
tonius, quòd & infirmum haberet exercitum, & omnium rerum esset e-
gens, prudenti consilio neque expostulauit cum eo ob proditionem: ne-
que de familiaritate, & solito honore quicquam diminuit. Sed pòst ite-
rum in Armeniam profectus eum multis conditionibus atque promis- *Artabazi*
sis ad se pertractum, captiuum Alexandriam in triumpho duxit. Quo *supplicium.*
quidem facto grauissimè offendit Romanos, qui ornamentum maiesta-
B temq; patriæ cum Aegyptijs propter Cleopatram communicaret. Ve-
rùm hæc pòst. Tum uerò adulta iam hyeme per assiduas niues prope-
rans, octo millia hominum in itinere amisit. Ipse cum paucis ad mare de-
scendens, in castello quodam Berytum & Sidonem interiacente, cui no-
men Albus pagus, Cleopatram expectauit: eáque moras trahente, ani-
mi æger statim potationibus & ebrietati se dedit: neque tamen sustinuit
desiderium, sed inter pocula sæpenumerò exiluit, uisum quando illa ap-
pelleret. Vt tandem uenit, multam uestem & pecuniam militibus attu-
lit: tametsi sunt qui dicant Antonium uestes ab ipsa accepisse: pecuni-
am à se, ueluti ipsa suppeditante, dedisse. Inter regem uerò Medorum &
Phraorten Parthum eo tempore dissidium extitit, de spolijs quidem Ro
manis, ut fertur, sed tale, ut metueret sibi Medus, ne regnum sibi Parthus
adimeret. Itaque missis nuncijs Antonium ad belli Parthici societatem
inuitauit. Hîc Antonius in magnam spem erectus (etenim equitum & sa
gittariorum, & quorum defectus ei antè obfuerat ne Parthos domaret,
magnam multitudinem sibi non petenti ultrò offerri beneficium po-
stulato uidebat) ita se comparabat, ut rursus per Armeniam profectus,
C & apud Araxem fluuium cum Medo coniunctus, bellum Parthis in-
ferret. Interim Octauiæ ad maritum nauigare cupienti Cæsar permisit,
non tam ut sorori gratificaretur, quàm ut ea contumeliosè ab Antonio
tractata & spreta, occasionem sibi belli honestam pararet: ita enim qui-
dam affirmant. Octauia cùm Athenas peruenisset, literas ab Antonio ac-
cepit, quibus eam manere iubebat, & de expeditione sua docebat. Illa
tametsi doleret, & prætextum sentiret, missis tamen literis percontata
est, quò mitti uellet dona sibi ab ipsa allata. Afferebat autem multam ue-
stem militarem, multa iumenta, pecunias & dona ducibus eius atque a-
micis: præterea delectorum militum duo millia, ad cohortes prætorias
constituendas pulcerrimè armis instructos. Hæc Niger quidam Anto-
nij amicus ab ea missus indicabat, & uerbis dignis munera commenda-
bat. At uerò Cleopatra se ab Octauia oppugnari sentiens, uerita ne gra- *Cleopatræ*
uitati morũ ea & Cæsaris potentiæ studium gratificandi & demerendi *technæ.*
maritum adiungens, eum planè in suam potestatem redigeret: Antonio
iam ex Syria discessum parãte, amore eius ægram se simulare, corpus te-
nui uictu macerare, uultum eo accedente attonitũ, abeunte languidum

 & dele-

& delectũ ostendere, machinari, ut sæpe lacrymãtem se uideret ille: tum A
celeriter lacrymas abolere, & abscondere, tanquam si celare eum cupe-
ret. Tum assentatores reginæ studiosi Antonium increpare: durum &
saxeum appellare, qui mulierculam ab ipso solo pendentem pessunda-
ret: Octauiam scilicet ei propter fratrem & res tenendas coniunctam,
uxoris nomine perfrui: Cleopatram tot hominum reginam, amasiam
Antonij uocari: neque id tamen nomen detrectare, dum uiuere sibi cum
ipso liceat, neque uicturam illo auulso. Quid multa? ita ad extremum
emollierunt effœminarúntque hominem, ut ne projiceret uitam Cleo-
patra metuens, Alexandriam redierit, Medo in alium annum reiecto:
tametsi tum res Parthicæ seditionibus agitari ferrentur. Posteà tamen ad
Medum se contulit, atque amicitiã cum eo iunxit, & affinitatem, filio Cleo
patræ filiam eius paruam adhuc despõdens, ac secum auferens, cùm iam

Octauiæ bonitas.

se ad bellum ciuile accingeret. Cæsar autem Octauiam cõtumelia affectã
iudicans, reuersam Athenis seorsim deserta Antonij domo habitare ius-
sit. Illa uerò mariti domo se non excessuram respondens, fratrem insuper
orabat, ut si nullam aliam belli causam haberet, quàm Antonij in ipsam B
iniurias, missas illas faceret: turpe enim uel auditu fore, duos maximos
imperatores, alterũ ob amorem, alterum ob obtrectationem muliebrem
Romanis ciuile bellum eõ citasse. Quod autem dixit, id re ipsa confirma-
uit. Nam & in domo Antonij tanquam præsentis habitauit, & liberos e-
ius non ex ipsa modò, sed etiam ex Fuluia, natos honestè & magnificè
curauit, & missos ab Antonio amicos ad magistratus petendos aut expe
dienda negocia apud Cæsarẽ pro ijs intercedendo iuuit. His ipsis factis
inscia Antonio nocuit, odia hominum aduersus eum concitans, qui tam
præclaram uxorem tam iniquè haberet. Auxit inuidiam diuisio inter li-
beros Alexandriæ facta, tragica, & superba, & odium in Romanos præ
se ferens. Etenim repleto hominibus gymnasio, duos aureos thronos su-

Antonius prouincias P. R. Cleopatræ addicit.

per argenteo tabulato collocauit, unum sibi, alterũ Cleopatræ, ac liberis
alios humiliores. Tum primùm Cleopatram declarauit Aegypti, Cypri,
Africæ, Cœlesyriæ reginã, collega addito Cæsarione, quem ea ex Cæsare
cõcepisse grauidaque ab eo relicta fuisse credebatur: inde cõmunes sibi &
illi filios, reges regum appellauit: & Alexandro Mediam, Armeniã, Par-
thiamque (si quando subacta foret) attribuit: Ptolemæo Syriã, Phœnicen, C
& Ciliciã. Simul & produxit eos, Alexandrũ Medico uestitu, cum tiara &
erecta cidari: Ptolemæũ cum crepidis, chlamyde, & causia, quam diade-
ma ornabat: hic enĩ habitus est regũ qui Alexandro Magno successerũt,
ille Medorũ & Armeniorũ. Cùm pueri parentes salutassent, alterum Ar-
meniorum, alterum Macedonicũ satellitiũ stipauit. Cleopatra aũt & tũc,
& quoties in publicum prodiret, uestem Isidis sacrã gestabat, & noua Isis

Antonij & Cæsaris mutuæ criminationes.

dicebatur. Hæc in senatu Cæsar referẽs, & sæpe apud populum accusans,
ciuiũ animos in Antoniũ accendit. Antonius quoque uicissim Cæsarẽ mis-
sis literis accusauit. Hæc aũt præcipuè objiciebat, Quòd Pompeio Sici-
lia adempta, insulam secum partitus nõ esset: Quòd naues quas ab eo ad
bellum precario sumpsisset, sibi retinuisset: Quòd Lepidũ collegã magi-
stratu deiecisset, ignominiaque affecisset, & prouinciã eius ac reditus ipse
per suũ legatũ obtineret: Quòd totam propè Italiã proprijs militib. diuisis-
set, Antonianis nihil reliquisset. Ad hæc ita respõdit Cæsar, se Lepido per
uim & libidinẽ imperãti potestatem ademisse: parta bello cum Antonio
diuisurũ, ubi & is secũ Armeniã partitus fuerit: militib. eius nihil de Ita-
liæ agro

A hæc agro deberi: habere eos Armeniam & Mediam, quas bello unà cum imperatore præclarè gesto, Romano imperio adiecerint. Hæc in Armenia agens Antonius cùm percepisset, illicò iussit Canidium cum sedecim cohortibus ad mare descendere: ipse cum Cleopatra Ephesum profectus est. Ibi classis conueniebat octingentarum nauium, unà cum onerarijs. ex his ducentas Cleopatra præbuit, & uiginti millia talentorum, & uniuerso exercitui alimenta ad bellum. Cæterùm eam Antonius, Domitij & aliorum consilia secutus, in Aegyptum nauigare, ibiq; euentum belli expectare iussit. At Cleopatra metuens ne rursus interuentu Octauiæ bellum componeretur, magna pecunia Canidium corrupit, ut pro ipsa apud Antonium intercederet, eiq; ostenderet, iniustum esse Cleopatram bello, ad quod tam magna præsidia ea contulisset, arceri: neque in rem esse, Aegyptiorum, qui magna pars naualium copiarum sint futuri, animos absentia reginę languidiores facere: alioquin etiam haud apparere, cui'nam regum unà bellum gerentium prudentiæ laude Cleopatra cedere debeat, quæ tanto tempore ipsa tum amplum regnum admini-

B strasset, ac diuturna præterea Antonij consuetudine magnas res tractare didicisset. Hęc sententia uicit, fato iam omnia ad Cęsarem trahente. Conductis copijs, Samum aduecti genio indulserunt. Quemadmodum enim omnibus regibus, regulis, principibus, nationibus, & urbibus quę intra Syriam, Mæotidem, Armeniam, & Lauria essent, indictum fuit ut mitterent adferrentq; ad bellum necessaria: ita omnes scenicos ludiones in Samum conuenire necesse fuit. cumq; totus propè orbis terrarum luctibus & gemitibus resonaret, una hęc insula per aliquot multos dies fistularum & musicorum aliorum instrumentorum sono perstrepebat, repletis theatris, & choris certantibus. Singulæ autem urbes bouem ad sacrificia mittebant, eaq; una obibant, & reges inter se conuiuijs & muneribus certabant: ita ut uulgò quæsitum sit, Quales'ne hi uictis hostibus apparatus & pro parta uictoria festiuitates essent instructuri, qui tanto sumptu belli exordium celebrarent. His peractis Antonius Prienem scenicorum ludorum artificibus habitandam dedit: & Athenas aduectus, rursum ludicris & theatro uacauit. Cleopatra autem Octauiæ honoribus æmulabatur, quam Athenienses summo in precio habuerant: itaq; magnificis do-

C nis populum demerita est. Populus ei honores quosdam decreuit, & legatos qui decretum domum eius afferrent misit, interq; eos Antonium, nimirum ciuem Atheniensium: atq; is uerba apud Cleopatrā pro ciuitate fecit. Idem Romā misit, qui Octauiam domo sua eijcerēt: ferturq; abijsse cum omnibus Antonij liberis (excepto filio, quem primū Fuluia pepererat, qui tum cum patre erat) plorans, & fortunā suā incusans, q; ipsa etiā in causis eius belli numerata esset. Romani aūt nō Octauiā, sed Antoniū miserabantur, pręsertim qui Cleopatrā uidissent neq; pulcritudine, neq; ętatis causa illi pręferendā. At Cæsar magnitudine & celeritate Antonij apparatus bellici perturbari, ac metuere, ne sibi durante adhuc ea æstate decertandum esset: quippe & deerant adhuc multa, & pecuniæ exactiones molestæ erant, cùm ingenui quadrantem redituum, libertini octauam facultatum partem pendere coacti eum infestis clamoribus insectarentur, & tota Italia tumultuaretur. Quamobrem inter maxima Antonij peccata id numeratū est, quòd rationem belli mutauit: nam & apparandi sui tempus Cæsari concessit, & spaciū sedandorū tumultuū, cùm qui pecuniā postulati excandescebāt, ij, soluto quod poscebāt, iram remitterent. In'erim

Belli apparatus.

Luxuria.

29 Titius & Plancus uiri consulares à Cleopatra ignominijs affecti, quòd A
maximè id cōtenderant, ne ea bello interesset, ad Cæsarem abierunt: at-
que ei de testamento Antonij, quorum erant conscij, retulerunt. De-
positum erat id apud Vestales, atque ex poscenti Cæsari daturas se ne-
gauerunt: ipsumq; uenire, si uellet accipere, iusserunt. Abstulit, ac prin-
Testamētū Antonij.
cipiò priuatim quædam criminibus obnoxia notauit: deinde conuoca-
to senatu recitauit, multis indignè ferentibus: iniquum enim nouum' que
uidebatur, uiuum aliquem accusari de ijs, quæ se mortuo fieri uoluisset. Id
maximè urgebat Cæsar, quod de sua sepultura Antonius iusserat, ut cor-
pus suum, etiamsi Romæ decederet uita, per forum elatum Alexādriam
ad Cleopatram mitteretur. Caluisius autem Cæsaris socius, hæc præte-
reà crimina obiecit Antonio: Pergamensem eum bibliothecam, in qua
ducenta librorum millia erant, Cleopatræ dono dedisse: in conuiuio
multis præsentibus assurrexisse, & pedes ei ex pacto quodam triuisse: ab
Ephesiis eam dominam salutari se præsente passum: sæpe cùm principi-
bus & regibus responsa daret, onychinas & crystallinas tabulas amato-
rias ab ea missas accepisse, & legisse: Furnio, qui in magna existimatio- B
ne, interq; Romanos disertissimus habebatur, causam perorante, cùm
Cleopatra fortè lectica per forum ueheretur, eum statim atque uidisset
prosiluisse: & relicto iudicio lecticæ se applicuisse, eamq; deduxisse. Ta-
metsi pleraq; horum commentus uidebatur Caluisius. Amici autem An-
toniani Romæ oberrantes populum deprecabantur. Ex his unum, no-
mine Geminium, populus ad Antonium misit, qui oraret, ne sibi abro-
gari magistratum, neue hostem se Romanorum iudicari uellet. Geminius
postquam in Græciam uenit, statim suspectus Cleopatræ fuit, quasi
Octauiæ causam acturus esset: subsannatúsque adsiduè in cœna, & in-
honesto assessu illusus, omnia tulit, dum colloquendi occasionem nan-
cisceretur. Iussus uerò in cœna dicere, cuius rei causa uenisset, Reli-
quum, inquit, colloquium sobrios nos requirit: unum & sobrius & e-
brius certò scio, rectè omnia fore, si Cleopatra in Aegyptum abierit.
Stomachante ad hoc Antonio, Bene, inquit Cleopatra, abs te factum est
Gemini, qui citra tormenta ueritatem confessus sis. Geminius paucis
pòst diebus Romam profugit. Multi etiam alij amici Antonij adula-
torum Cleopatræ scurriles insultationes non ferentes, abierunt: inter C
quos M. etiam Sillanus fuit, & Dellius historicus. hic quidem sibi ab in-
sidijs Cleopatræ metuisse ait, monitum à Glauco medico. Offenderat
autem eam, quòd inter cœnandum dixerat, uappam sibi infundi, Sar-
mentum Romæ Falernum uinum potare. Erat autem Sarmentus unus
ex pueris, quos in delicijs Cæsar habebat. Cæsare ad bellum iam suffi-
cienter parato, decretum est bellum contra Cleopatram: Antonio ma-
gistratus abrogatus, quem is mulieri cōcessisset. & addidit Cæsar, Anto
nium ueneficijs ita perditum, ut ne sui quidem ipsius sit compos: bel-
lum contra Romanos geri à Mardione eunucho, Photino, Eira Cleo-
Prodigia.
patræ tonstrice, & Charmio: ab his summam rerum administrari. Pro-
digia ante bellum hęc euenisse perhibētur. Pisaurū colonia ab Antonio
ad Adriam deducta, terræ hiatibus absorpta est. De saxeis Antonij apud
Albam statuis quędā sudore fluxit, qui nonnullis abstergentibus per ali-
quot dies non cessauit. Apud Patras Antonio cōmorante, fanū Herculis
de cœlo tactum conflagrauit: Athenis Bacchus de gigantomachia uēto-
rū impetu excussus, in theatrū decidit. Suprà autē demōstrauimus, Anto-
nium ge-

A nium genus suum ad Herculem, uitæ institutum ad Liberum retulisse, & Bacchum iuniorē dictum fuisse. Idem turbo in colossos Athenis incumbens, solos Eumenis & Attali, qui Antonio inscripti erant, de tanta multitudine euertit. Circa prætoriam etiam Cleopatræ nauim, quæ Antonias appellabatur, graue ostentum factum est. hirūdines enim infra puppim nidificarunt: has aliæ superuenientes expulerunt, & pullos eorum interfecerunt. Copiæ Antonij hæ fuerunt: naues pugnæ idoneæ haud pauciores quingentis, in quibus octiremes & decireme multæ terribili & superbo ornatu: centum peditum, & duodecim equitum millia: reges subditi auxiliabantur, Bocchus Africæ, Tarcondimotus superioris Ciliciæ, Cappadociæ Archelaus, Paphlagoniæ Philadelphus, Commagenæ Mithridates, Sadales Thraciæ, præsentes omnes: auxilia miserant ex Ponto Polemo, ex Arabia Malchus, nec non Herodes Iudæus, & Amyntas Lycaoniæ & Galatiæ rex: aderat & à Medorū rege missum subsidium. Cæsar naues ad prœlium paratas habebat CCL, LXXX peditum millia, & totidem quot Antonius equites. Suberant Antonio ab

Antonij & Cæsaris copiæ.

B Eufrate & Armenia usque ad Ionium mare & Illyricum omnia: Cæsari quæ ab Illyrico usque ad occiduum Oceanum, & inde usque ad Tyrrhenum & Siculum mare omnes prouinciǽ. Africam, quantum eius à Gadibus Hispaniæ, Galliæ & Italiæ subtenditur, obtinebat: reliquum à Cyrena usque ad Aethiopiam, Antonius. Vsqueadeò autem addictus Cleopatræ fuit Antonius, ut cùm peditatu longè quàm hostis esset potentior, in honorem illius classe uictoriam uoluerit quærere: idque, cùm penuria remigum uideret à magistris triremium ex misera & multa iam perpessa Græcia abripi uiatores, agasones, messores, impuberes, ac ne sic quidem remigium constare, sed plerasque difficulter agi. Cæsar autem classem Tarenti Brundusijque continens, nauibus instructam non ad altitudinis molis'ue ostentationem paratis, sed agilibus, celeribus, & socijs naualibus defensoribusque præclarè impletis, ad Antonium mittebat, uenire eum cum copijs, neque tempus terere iubens: se nauibus eius portus & stationes tutas præbiturum, & tanto spacio, quantum uno cursu confici ab equo potest, exercitum suum à littore dimoturum, dum tutò is exscensionem & castra faciat. Contra hæc Antonius arroganter Cæsa-

C rem, tametsi senior, ad singulare prœlium prouocabat: sin id subterfugeret, apud Pharsalum de summa rerum omnibus copijs decernere secum, ut antè Cæsar & Pompeius fecissent, iubebat. Interim Antonio apud Actium naues in statione tenente eo loco, ubi nunc est Nicopolis, transmisso Ionio mari Cæsar Torynam (Epiri locus est) occupat. Ibi Antonio perturbato, quòd terrestres copiæ nondum aduenissent, Cleopatra illudens, Quid, ait, tandem mali est, si Cæsar in toryna consedit. An- 30 tonius autem manè hostibus adnauigantibus metuens ne ij naues ipsius propugnatoribus destitutas caperent, remiges armatos in tabulatis constituit, ut ij conspecti, defensores putarentur: remigium quoque erexit & ad cursum instruxit, & ex utraque parte faucium portus Actiaci proris in hostem conuersis naues constituit, tanquam ad pugnam promptas. Hoc quidem astu delusus Cæsar abijt. Aquam etiam scitè munitionibus quibusdam inclusit, eaque hostem arcuit, cùm quæ circùm sunt loca, neque copiosam & uitiosam haberent aquam. Et Domitium humaniter tractauit, inuita quidem Cleopatra. Cùm enim is iam febricitans paruum lembum conscendisset, eo'que ad Cæsarem abijsset, indignè ferens, omnia tamen impedimenta, unà cum amicis & famulis, ei misit. Sed Domitius,

Domitius, quasi cum detectæ perfidiæ ac proditionis pœniteret, mox A
mortem cum uita commutauit. Reges etiam Deiotarus & Amyntas ad Cæsarem defecerunt. Verùm enimuerò classis ab omnibus rebus malè instructa, & ad omnem usum incõmoda, rursus Antonium coegit in terrestribus copijs omnem spem collocare. Et Canidius adeò, dux illarum, mutata ob præsens periculum sententia suasit, uti Cleopatra dimissa, in Thraciam uel Macedoniam se reciperet, atq; ibi terrestri prœlio decerneret: nam & Dicomam Getarum regem magna auxilia polliceri. Porrò autem non facturum turpiter Antonium, si Cæsari bello Siciliensi exercitato, mari cederet: sed dignum repræhensione fore, si peritissimus terrestrium pugnarum robore & apparatu tam numerosarum copiarum uti nolit, sed eam in naues absumat. Vicit tamen Cleopatræ sententia, classi decertare iubentis: iam enim ad fugam se componebat, idq; agebat, non quomodo ad uictoriam plurimum conduceret, sed ut rebus euersis quàm facillimè euaderet. Erant à castris ad nauium stationem lõgi muri brachiorũ instar porrecti, per quos Antonius crebrò, nihil hostile metuens, transibat: eò Cæsar, edoctus à quodam seruo posse Antonium capi transeuntem, misit qui eum interciperent. Ea res tam propè confecta, B
ut qui Antonium præcedebat, cum ex insidijs coorti Cæsariani appræhenderint, & Antonius uix cursu euaserit. Postquàm nauali prœlio decernere placuit, Antonius omnes naues cremauit, LX Aegyptiacis deptis: optimas autem & maximas à decirremibus usq; ad triremes militibus impleuit, inq; eas uiginti millia grauis armaturæ militum imposuit, & duo sagittariorum millia. Cùm quidem tribunus quidam (ut fertur) militum, qui Antonij auspicijs sæpè pugnas obiuerat, & plurima uulnera acceperat, præsente Antonio lacrymas edidit, &, Cur, inquit, cicatricibus istis & gladio huic diffidens, in malis lignis spem ponis imperator? Aegyptij & Phœnices mari certent: nobis terram da: in ea stantes mori, aut uincere hostes consueuimus. Ad hæc Antonius nihil respondit, manuq; tantùm & uultu innuens, debere eum bono esse animo, abijt, iam tum non optimè sperans: quippe & rectores uela omittere uolentes, coegit in naues imponere, usùm eorum fore in persequendis hostibus dicens, quorum neminem fuga euadere esset passurus. Illa die, & quod insecutum est eam triduo, magno uento agitatum mare pugnam remoratum est. Quinto die cùm omnes uenti posuissent, summa'que esset C
tranquillitas, commissum est prœlium. Dextrum cornu Antonius, & Poplicola, læuum Cœlius tenebat, medium M. Octauius, & M. Insteius. Cæsar autem sinistrum cornu Agrippæ mandauit, dextro ipse præfuit. Peditatui Antoniano Canidius, Cæsariano Taurus præfectus, aciebus in littore instructis quiescebant. Antonius undique circumiens, milites remis hærentes hortabatur, ut nauium mole freti, tanquam ex terra pugnarent, gubernatores, ut nauibus ueluti stantibus sensim impetum hostium exciperent, & sibi ab iniquitate locorum apud fauces cauerent. Cæsari autem, cùm nondum sublatis planè tenebris tentorio digressus circum naues ambularet, quidam asinum agens occurrisse traditur: isq; interrogatus quis esset, respondisse, sibi Eutycho, asino Niconi nomen esse. est autem Eutychus Latinis fortunatus, Nico uincens.

Actiacæ pugnæ descriptio.

Omen. Eius ominis causa Cæsar, cùm locum istum rostris nauium ornaret, æreum asinum & hominem ibi posuit. Cùm autem ordines speculaPretur, nauigio in dextram partem aduectus, miratus est hostes in faucibus se continere quietos: etenim is erat Antonianæ classis aspectus, ac si

A ac si naues iactis ancoris starent: idq; aliquandiu ita esse Cæsar credidit, ob eamq; causam mille ab hoste passibus suas continuit. Sexta iam diei hora erat, & uentus ab alto incumbebat, cùm Antoniani moræ impatientes, altitudine & mole suarum nauium freti, easq; ab oppugnatione tutas putantes, læuum cornu mouerunt. Quod ut uidit Cæsar, gauisus est, ac retrò auertere cornu dextrum suum cepit, cupiens extra sinum & fauces educere hostes, ut agilibus suis nauibus circumueniret & oppugnaret hostium naues, mole sua & remigum defectu tardas. Commissa pugna, mutui nauium impetus ac collisiones nullæ fuerunt: nam & Antonij naues ob molem impetu destituebantur, qui maximè ictui nauis illisæ alteri robur suppeditat: & Cæsariani non modò aduersis proris concurrere cum grauibus & æratis rostris cauebant, sed ne in latera quidem audebant inuadere. facilè enim rostra suarum nauium frangi uidebant, impacta nauigijs, quæ ex magnis quadratis lignis ferro compactis constabant. Pedestri itaque prœlio, aut uerius oppugnationi murorum similis erat pugna, cùm tres simul aut quatuor naues Cæsa-
B rianæ unam Antonianam circumdantes, pilis, hastis, contis, & facibus ardentibus oppugnarent: Antoniani etiam balistis à turribus ligneis tela torquerent. Cùm uerò Agrippa alterum cornu ad circumueniendos hostes obduceret, Poplicola contrà tendere coactus, à medijs abruptus est. Qui cùm perturbati cum Arruntio congrederentur, incertoq; 31
adhuc pugnaretur euentu, subitò sexaginta Cleopatræ naues sublatis uelis fugere per medios pugnantes conspectæ sunt. Constitutæ autem fuerant post magnas naues: itaq; tum per eas se proripientes, suos côturbabant: hostes autem mirati quid'nam rei esset, secundo eas uento uersus Peloponnesum tendere animaduerterunt. Ibi uerò Antonius ostendit se neq; imperatoris, neq; adeò uiri animum gerere, imò autem ne sui quidem ipsius animi compotem: sed ut quidam ioco dixit animum amantis in alieno uiuere corpore, ita se à Cleopatra totum pendere, & unà trahi atq; abripi, perinde ac si corpori eius inoleuisset. Simul enim & uidit nauem eius abuehi, & omnium illicò oblitus, proditis desertisq; ijs, qui pro ipso pugnabant, mortemq; oppetebant, quinquiremem côscendit, solis Alexandro Syro & Scellio comitantibus, eam quæ ipsum
C & seipsam perdiderat secutus est. Illa signo à naui elato eum præstolata est. Receptus in nauim, neque ipsam conspexit, neque conspiciendum se dedit, sed in proram solus concessit, ibiq; tacitus utraq; manu caput tenens assedit. Interim Liburnides Cæsaris insequentes apparuerunt. Iussit igitur proram hostibus obuerti: & cùm reliquas repulisset, Eurycles Laco acriter admodum institit ei, stans in tabulato, & hastam uelut in ipsum coniecturus uibrans. Is cùm è prora interrogasset Antonius, quisnam ille esset, qui adeò se persequeretur, Eurycles, inquit, sum Lachar is F. & nunc fortuna Cæsaris ad persequendam patris mei iniuriam uator. Lachares autem prædationis accusatus iussu Antonij securi percussus fuerat. Veruntamen non inuasit in Antonij nauim, sed alteram prætoriam nauim (duæ enim erant) æreo rostro ictam circumegit, eam'que in latus uersam cepit, aliam'que cum preciosa supellectile. Eurycle euitato Antonius priori gestu recepto quietus in prora consedit, totum'que solus ita triduum, quo Tænarum peruentum est, exegit, siue iratus Cleopatræ, siue eius uerecundia. Tænari mulieres familiares primùm ad colloquium eos, inde ut unà cœnarent & cubarent pertraxerunt. Iam eòdem etiam multæ paruæ naues, & quidã amicorum conuenie-

A lectari dicens, eademq́ perpessum: nam se quoq; ab amicis malam gratiam referentibus affectum iniurijs, omnes homines odisse, omnib. diffidere. Fuit is Timon Atheniensis, & tempore belli Peloponnesiaci uixit, ut ex Aristophanis & Platonis fabulis apparet: ab his enim traducitur ut morosus, & osor hominum. Is Timon, cùm omnium hominum cõgressum uitaret atq; aspernaretur, solum Alcibiadem iuuenem tunc ferocientem salutabat benignè, atq; amplectebatur: & Apemanto miranti, causamq́ percontanti, Amo, inquit, adolescentẽ, quòd eum noui Atheniensib. multorũ malorũ causam fore. Apemantũ enim istum, ut similẽ sui, & eiusdẽ uitæ sectatorem, aliquando ad se admisit: & semel cùm Chœphorica sacra celebrarentur, unà duo isti cœnauere. cùm quidem Timon Apemanto dicenti, præclarum esse id conuiuium, respondit: Et uerò, si quidem tu abesses. Fertur aliquando frequenti Atheniensium concione suggestũ conscendisse: cumq́ omnes nouitate rei suspensi, taciti eum intuerentur, & magnum quippiam expectarent, ita locutum: Viri Athenienses, paruus est mihi agellus, in eoq; ficus, de qua se permulti ciuiũ hactenus

B suspenderunt. cùm itaq; statuissem ibi ædificare, publicè uolui edicere, ut, si qui uestrûm uelint, suspendant se antequàm ficus excindatur. Mortui corpus Halis sepultum est, iuxta mare: & littus procurrens subsedit, fluctusq́ erupit eò, & inaccessum hominis sepulcrum fecit. Inscriptio hæc fuit: 32

Hic iaceo inuisæ abrupto spiramine uitæ:
Qui sim, ne rogitate: mali malè sed pereatis.

Hanc quidem ipsum sibi fecisse dicunt: Callimachi hoc est quod circumfertur:

Hic habito Timon, hominum osor: tu modò perge.
Dira precare mihi plurima, perge modò.

Hæc de Timone, de multis perpauca. Canidius autem ipse amissi ad Actium exercitus nuncium Antonio attulit: simulq́ annunciabatur, Herodem cum legionibus aliquot & cohortibus ad Cæsarem transiuisse: defecisse etiam cęteros regulos, neq; extra Aegyptum quicquam fidi esse. Nihil his perturbatus, sed quasi gauderet se cum solicitudine simul spem posuisse, maritimo suo domicilio, quod Timoneum nominabat, *Ad luxum redit.*

C relicto, in regiam est à Cleopatra adscitus, urbem conuiuijs & donis repleuit. Filium Cleopatræ & Cæsaris in ephebos retulit: Antyllo suæ & Fuluiæ filio uirilem togam dedit: ob hæc Alexandriæ per aliquot dies conuiuia & festiuitates celebratæ. Ipse & Cleopatra uitæ genere, quod Inimitabile dicebatur, dimisso, aliud instituerunt, quod mollicie, luxuq́ & delicijs illi minimè concederet, eamq́ uitam Commorientium appellabant: amici enim se inter unà morituros adscribebant, & per ordinem redeuntibus cœnis genio seruiebant. Cleopatra autem lethalium uenenorum omnigenas copias comparabat, & quàm nullo aut leui dolore unumquodq; eorum mortẽ adferret, in ijs qui capitis damnati asseruabantur periclitabatur. Cùm uerò deprehenderet ea, quæ celeriter necant, magnum dolorem secum trahere, leuiora autem celeritate carere, bestias etiam explorauit: ipsaq; inspiciente, alij alia admota est. Id quotidie factitans, inter omnes propè unicum aspidis morsum animaduertit absq; conuulsione & gemitu grauem soporem & quasi ueternum inducere, sudoremq́ mollem in facie, & sensuum hebetationem, quibus detenti facilè elanguerent, & se excitari aut moueri ægrè ferrent, ueluti qui alto somno pressi iacent. Interim ad Cæsarem legatos in Asiam mittunt,

A 2 Cleo-

Legatio ad Cæsarem. Cleopatra liberis suis regnum Aegypti petens: Antonius, ut sibi priuato A Athenis, si non in Aegypto, liceret uiuere. Penuria autem amicorum, & perfidia, ad Cæsarem subinde transeuntium, legare coactus est Euphronium liberorum suorum magistrum. (Alexas enim Laodicensis Romæ Perfidia punita. Antonio cognitus opera Timagenis, & in summo de Græcis omnibus honore habitus, qui omnium instrumentorum, quib. Antonium Cleopatra subruit, ualidissimum fuerat, & sana consilia, quæ in eius animo de Octauia steterant, euerterat, missus tum ab Antonio ad Herodē, ut eum in fide retineret, prodito Antonio huic se adiunxerat: eoq; fretus, ausus erat in conspectū Cæsaris uenire. Tametsi nihil ei profuit Herodes, quin statim in uincula conditus Laodiceam deportaretur, ibiq; iussu Cæsaris necaretur, & uiuente adhuc Antonio perfidiæ suæ meritas pœnas persolueret.) Cæsar Antonij legationē non admisit: Cleopatræ respondēs, omnia æqua pollicitus est, si uel necasset, uel eiecisset Antoniū: misitq; unà Thyreum libertum suum, hominē haud ineptum, neq; imperitum subseruiendi imperatoris iuuenis mandato ad mulierem fastuosam & mirificè forma sua superbientem. Is Thyreus cùm prolixiùs atq; reliqui cum B Cleopatra colloqueretur, & in maximo haberetur honore, monit Antonio sinistras suspiciones: isq; eum correptum flagris cecidit, & ad Cæsarem remisit, scribens in hanc sententiam: Insultans mihi, & me contemnens Thyreus irritauit, alioquin irritabilē ob aduersas res: quòd si id factum grauiùs fers, habes meum libertum Hipparchum, hunc suspende, & flagella, ut par reddas. Porrò autem Cleopatra Antonium, suspiciones eius & offensas diluens, summo studio demeruit: eumq; suum natalem intra modum, & fortunæ conuenienter celebrasset, ipsius natalicia immenso splendore & sumptu egit, ita ut multi eorū qui ad cœnam uocati pauperes uenissent, diuites discesserint. Cæsarem interim Agrippa crebris literis Romam reuocabat, quòd res urbis præsentiam eius flagitare diceret: quo factum est, ut bello tempus produceretur. Exacta hyeme Cæsar rursus per Syriam, legati eius per Africam in Aegyptum duxerūt.
*Cæsaris bellum in Aegypto. Capto Pelusio, rumor extitit urbem eam à Seleuco non iniussu Cleopatræ deditam: Cleopatra autem uxorem eius & liberos Antonio necandos præbuit: ipsa cùm haberet cellas & monumenta pulcritudine & altitudine insigni extructa apud fanum Isidis, cui ea erant annexa, eò re- C giæ gazæ præcipua congessit, aurum, argentum, smaragdum, uniones, ebenum, ebur, cinnamomum: tum faces stupamq; multam: ita ut Cæsar ueritus ne rebus desperatis mulier tantas opes incendio aboleret, semper missis nuncijs bonam spem ei ostēderit, atq; ipse interim exercitum ad Alexandriam duxerit. Cùm apud circum castra posuisset, Antonius egressus preclarè pugnauit, fusosq; Cęsaris equites usq; ad castra est insecutus. Hac elatus uictoria, in regiā adijt, & armatus Cleopatram osculatus est: atq; hunc, cuius præcipua eo prœlio fuerat uirtus, ei commendauit: quē Cleopatra aureo thorace & galea donauit. isq; ea nocte cum præmijs suis ad Cæsarem perfugit. Rursum Antonius Cæsarem misso nuncio ad duellum prouocauit: cumq; is respondisset, Antonio multas ad mortem uias patere, sentiens nullam q̃ prœlio honestiorem mortis oppetendæ rationem esse, statuit terra mariq; cum hoste congredi. Itaq; fertur in cœna famulis iussisse ut alacriùs infunderēt, quòd incertum esset, an idem cras facturi essent, an uerò ipso mortuo, & ad nihilum redacto, alijs dominis ministraturi. Lacrymantes autem ad hoc amicos cernens, dixit se non ducturum ad pugnam, qua mortem potiùs honestam,

quàm

A quàm salutem & uictoriam sit quæsiturus. Ea nocte perhibent iam media, cùm ciuitas futuri metu expectationeq́ tristis ac tacita quiesceret, subitò omnis generis instrumentorum cantus cōcinnos exauditos esse, clamoremq́ multitudinis euantis, & choreas Satyricas ducentis strepitum tumultumq́: grassatum autem per mediam urbē usq; ad exteriorem urbis portam, quæ hostibus obuerteretur: eà tumultū excidisse, cùm quidem fuisset maximus. Id ostentum ita interpretantur, Antonium tum à Deo, quem maximè imitatus fuerat, desertum fuisse. Orto sole peditatū Antonius in tumulis ante urbē collocauit, nauesq́ suas quietus spectauit, quæ aduersus hostiles subuehebantur, sperans eas aliquod facinus edituras. Sed Antoniani cùm prope Cæsaris classem uenissent, eam salutarunt, salutatiq́ uicissim Cæsarianis se adiunxerunt: & una de duabus facta classis, ad urbem proris conuersis accessit. Statim etiam equitatus Antonium destituit: uictusq́ pedestri conflictu, in urbem rediit, uociferans se à Cleopatra iis proditū, quos propter ipsam hostes cepisset. Cleopatra autem iram eius timens, & rebus desperatis insaniam, in sepulcrum B confugit, & ualidis seris ac obiicibus munitum ostium pensile demisit, missis ad Antonium, qui mortem obiisse ipsam renunciarent. Antonius ita esse rem credens, hæc ad seipsum: Quid præterea cunctaris Antoni? solam unicamq́ causam, cur uiuere cuperes, fortuna abstulit. statimq́ ingressus in cōclaue, thoracē soluit, atq; dimouit, &, O' Cleopatra, inquit, non dolet mihi quòd te spoliatus sum: mox enim ad te perueniam: sed quòd tantus imperator animi fortitudine à muliere uictus sum. Erat Antonio seruus, nomine Eros, quem iampridem hortatus fuerat, ut iussus ipsum interficeret. Is cùm id quod olim in se receperat, tum præstare iuberetur, stricto gladio, cùm Antoniū uideretur icturus, auerso uultu seipsum confodit, & ad heri pedes accidit. Tum Antonius: Bene, inquit, ô Eros, qui quod facere non poteras, mihi quomodo faciendū esset ostendisti: simulq́ uulnus sibi in uentrem ingessit, & in lectum se demisit. Verùm ea plaga non statim exanimatus fuit: itaq; impetu sanguinis, ut decubuit, represso, uiribus resumptis præsentes orauit, ut se iugularent. Illi uerò è domo profugerunt, clamantem atque calcitrantem relinquentes: tandē Diomedes scriba uenit, missus à Cleopatra, iubēsq́ eum ad ipsam C adferri. Antonius Cleopatram uiuere cognito, statim tollendum se famulis præbuit: manibusq́ eorum ad fores usq; domicilii, in quo ea erat, portatus est: Cleopatra foribus non apertis, de fenestra se conspiciendam præbuit: catenisq́ & funibus demissis, iis implicatum ipsa, & duæ quas solas secum in monimentum receperat mulieres attraxerunt. Qui interfuerunt, nullum eo miserabilius spectaculum extitisse asserunt. Sanguine enim repletus, & moribundus in altum attrahebatur, manus Cleopatræ intendens: non enim facile id opus mulierib. fuit, sed ægrè omnino Cleopatra manibus funi innexis prora in faciem in sublime pertraxit, acclamantibus qui infrà adstabant, hortatuq́ communem anxietatem testantibus. Postquam eum accepit, & reclinauit, uestes super eo suas discidit, pectus percussit, manibusq́ laniauit, faciem sanguine eius inquinauit, dominum eum inuocans, & maritum, & imperatorem: suorumq́ prope oblita est malorum præ eius miseratione. Antonius cùm lamentationem eius sedasset, uinum poposcit, incertum an sitiens, an eò citiùs se animam exhalaturum sperans. postquam bibit, hortatus eam est, ut suis rebus, quantum citra dedecus posset, consuleret, & ex omnibus Cæsaris amicis Proculeio potissimùm fidem haberet: ipsum uerò ob extremam

Prodigiū.

Antonii interitus.

hanc mutationem non lugeret, sed beatum potiùs prædicaret, tot bonis A
perfunctum, & clarissimam famam adeptum, summamq́ue potentiam, nunc quoq́ue citra turpitudinem uictum, Romanũ à Romano. Vix dum expirauerat, cùm à Cæsare missus Proculeius adfuit. Nam simul atque Antonius uulnere sibi illato ad Cleopatrã gestatus fuit, Dercetæus quidam stipatorum pugionem eum occultè abripuit, & ad Cæsarẽ clàm accurrit: primusq́ue ei de Antonij óbitu retulit, cruentũ ostendens pugionẽ. Cæsar eo nũcio accepto, in tentorij parte interiori substitit: deplorauitq́ue uirum, collegã quondam suum & affinem, præterea multorũ bellorũ ac negociorũ socium. Literis deinde arreptis, amicos cõuocauit, & corã ijs recitauit, ut uiderẽt, q́ iusta & æqua ipse scripsisset, & q́ superbè semper Antonius respondisset. Proculeiũ deinde misit, mãdans, ut si qua ratione posset, Cleopatrã uiuam in potestatẽ redigeret: nam & pecuniæ eius metuebat: & triumpho suo plurimũ gloriæ accessurũ intelligebat, si ipsam in eo duxisset. Sed Cleopatra manib. Proculeij se credere noluit: ad fores in plano sitas aggressus, ualidè admodũ munitas, uoci tamẽ peruias, collocutus est cũ ea in monumẽto se cõtinente. Petebat aũt liberis suis regnũ, B
Proculeio cõsolante, & ut Cæsari omnia crederet iubẽte. Vt uerò loci naturã speculatus, Cæsari rem detexit, rursum Gallus missus est qui cum ea colloqueretur: cumq́ue is ad fores adstãs, sermonẽ de industria traheret, interim Proculeius admotis scalis ad fenestram, quà receptus fuerat Antonius, euasit cum duob. famulis: statimq́ue ad fores ipsas, ubi adstabat Cleopatra, descendit. Illa, altera unà inclusarũ mulierũ uociferante, Viua caperis ô misera Cleopatra, conuersa ut uidit Proculeium, sica, qua tum fortè accincta erat, ferire seipsam intendit: sed Proculeius celeriter accurrens eam utraq́ue manu corripuit, &, Teipsam, Cæsarẽq́ue iniuria afficis, insignẽ ei humanitatis suæ demonstrandæ occasionẽ præripiens, & perfidiæ implacabilitatisq́ue insimulans clementissimũ imperatorẽ: simul & gladium ei ademit: & uestem, ne quid ueneni occultaret, excussit. Missus est etiã à Cæsare Epaphroditus libertus: cui iniunctum erat, ut uiuam eam omni cura adseruaret, cætera omnia q́ iucundissima ei præberet. Ipse autẽ Cæsar Alexandriã inuectus est, cum Ario philosopho colloquens, dextrãq́ue eius tenẽs, ut is diuino in honore ab ipso habitus, statim in oculis ciuium admirationiq́ue esset. Gymnasium deinde ingressus, suggestum ad id erectum conscendit: Alexandrinisq́ue metu consternatis, & ad terram collapsis, surgere iussit, Omni se culpa liberare populum dicens, primùm ob Alexãdrum urbis autorẽ, deinde ob admirabilẽ urbis pulcritudinẽ, tertiò in gratiã Arij amici. Hoc honoris propter Cæsarẽ adeptus est Arius, multosq́ue etiã alios seruauit. Horum unus fuit etiã Philostratus, ad dicendum ex tẽpore ut quisq́ue alius istius ætatis rhetorũ paratissimus, sed qui se inter Academicos importunè ingereret: itaq́ue Cæsar etiam mores eius abominans, preces aspernabat. Ille uerò canam demittens barbã, & pullum amictũ gerens, Arium à tergo sequebatur, hunc identidem uersum occinens, C

Sapiens sapientibus est saluti, si sapit.

Quod cùm esset ad Cæsarem allatũ, magis ut Ariũ inuidia, q́ metu Philostratũ liberaret, hominẽ missum fecit. De liberis aũt Antonij, Antyllus Fuluia natus, à Theodoro pædagogo traditus ad necẽ est. Cuius cùm caput milites amputassent, gemmam preciosissimã, quam in collo gestauerat, surripuit Theodorus, cinguloq́ue insuit: cũq́ue eam se habere negaret, & manifestus furti factus esset, in crucẽ actus est. Liberi Cleopatræ unà cum alumnis in custodia liberaliter habiti sunt, Cæsarẽ uerò, cuius pater Iulius

Cleopatra capitur.

Cæsaris humanitas.

A Iulius Cæsar ferebatur, à matre cum magna ui pecuniæ per Aethiopiam in Indiam amandatum, Theodoro similis pædagogus Rhodon ut rediret persuasit, à Cæsare eum ad regnum accersi dicens. Deliberante super eo Cæsare, Arius dixisse fertur:

Haud equidem expediet tibi multos Cæsaras esse. 33

Hunc itaq; post Cleopatræ interitũ occidit. Multis uerò regibus, multis ducibus Antonium ad sepulturam petentibus, cadauer eius Cleopatræ nõ præripuit: sed illius manib. tumulari passus est, regio luxu, omnia quæ uellet suppeditans. Illa cùm ex luctu tanto & doloribus (nam pectus ob ictus intumuerat, & exulcerabatur) in febrim incidisset, gauisa est eo se prætextu cibo abstinẽdi, & uita se nemine obstante priuandi facultatem nactam: & Olympo medico familiari suo re indicata, eum cõsultorem & adiutorem in cõsumendo corpore suo habuit, ut ipse Olympus edita harum rerũ historia testatur. Cæsar cùm id sensisset, minas de nece filiorum obiecit: quib. ea quasi machinis subruta, corpus curandum alendumq; uolentib. præbuit. Paucis pòst dieb. ipse Cæsar eam colloquendi & con-

B solandi causa adijt. Recumbebat tum lectulo humi strato: ingressoq; Cæsare exiluit, & ad pedes eius accidit, unica tantùm tunica uelata, caput & faciem grauiter fœdata, uoce tremula, oculis colliquatis, multisq; in pectore uerberum & unguium notis extãtibus, atq; corpore quàm animo haud leuiùs affecto. Gratia tamẽ & proteruitas formæ haud planè extincta erat, sed sic quoq; afflicta elucebat è uultu. Cùm recumbere eam Cæsar iussisset, & iuxtà assedisset, orsa quidem excusationem quandam est, metu & ui Antonij acta, quæ egisset, dicens: singula autem Cæsare refellente, uicta ad deprecationem se conuertit, summã uitę cupiditatem prę se ferens: tandem consignationem reconditarum pecuniarũ ei tradidit. Ibi cùm Seleucus quidam, unus de procuratoribus eam argueret, q; subtraxisset quædam, exiluit, crinibusq; arrepto pugnos in faciem ingessit: subridente Cæsare, & eam inhibente, An nõ indignum est, inquit, ô Cæsar, facinus, cùm tu me ita miseram conuenire & alloqui dignatus sis, seruos meos audere me accusare, quòd de mundo muliebri aliquid reseruârim? non profectò, id mei ornandi causa, sed ut Octauiæ & Liuiæ tuæ ijs munusculis datis, earũ opera te clementiore utar. Gratus is sermo Cę-

Cæsaris cũ Cleopatra colloquiũ.

C sari fuit, omnino eam uiuere cupere putãti: itaq; id modò fatus, se ei cùm hoc liberum facere, tum spe maiorem suam humanitatem ipsam experturã, abijt deceptus, cùm se ei imposuisse ipse opinaretur. Erat inter amicos Cęsaris Cornelius Dolabella, illustris iuuenis: is Cleopatrę, cui nonnihil cupiebat, clam missis nuncio indicat, Cęsarem per Syriam terrestri itinere reditum parare, ipsamq; cum liberis tertio die amandaturũ. Quo ea accepta nuncio, precibus à Cęsare impetrauit, uti sibi liceret Antonio parentare. Allata ad sepulcrum, unà cùm familiarib. mulieribus ad tumulum eius accidit, Nuper, inquit, mi Antoni, liberis te manib. sepelij, nunc « inferias serua fero, & in custodia habita, ne corpus meũ, quod ad trium- « phum de te agendum seruatur, planctu & luctu dehonestẽ. Alios porrò « honores, alia iusta ne expectaueris: hęc tibi postremum peragit Cleopa- « tra. Etenim uiuos nos nihil diuulsit: periculum autem est ne morte no- « stra loca permutemus, ut tu Romanus hîc, ego infelix in Italia iaceam, « hoc unum de tua patria nacta. Quòd si qua tamẽ Romanorum Deorum « (nostri enim nos prodiderunt) uis est, & uirtus, te obsecro, ne me dimit- « tito uiuam tuam coniugem: neq; patere ex te in meo corpore triumpha- « ri, sed hîc me tecum abscondе, & sepeli, nam de innumeris quę passa sum «

Cleopatræ luctus.

malis, nihil mihi fuit graue ita atq; durũ, quàm exiguum illud temporis A
ſpacium,quo ſine te uixi.Hæc lamentata, tumulum coronauit ac deoſcu
lata eſt,ſibiq́; lauacrum parari iuſſit. Poſt quam lauit,ſplendido apparato
prandio accubuit.Interim ab agro quidam uenit,ciſtam portans,interro
gatusq́; à cuſtodib.quid ferret: aperiens eam, & folia dimouens,ficubus
repletum uaſculum oſtendit:mirantesq́; pulcritudinẽ & magnitudinem
earum, ridens accipere de ijs ſi uellent iuſſit: itaq; facta fide intrò afferre
iuſſus eſt. A' prandio Cleopatra tabulam conſcriptam & obſignatam ad
Cæſarem miſit: reliquisq́;,præter duas iſtas, de quib.ſuprà mentio eſt fa-
cta, mulieres, remotis, fores clauſit. Cæſar cùm apertis literis lugubres
deprecationes legiſſet, orãtis ut unà cũ Antonio ſepelireť, ſtatim quid
actũ eſſet intellexit: ac primus ipſe ſtatuit accurrere: deinde mutata ſen-
tẽtia alios eò adire, & quid rei eſſet, explorare iuſſit. Sed acta res celeriter
fuit. Cùm eñ curſu ad ædes perrexiſſent, & cuſtodes nihil ſenſiſſe intelli-
gerent, forib. apertis, Cleopatram mortuã in aureo lecto recumbentẽ oſ-
tenderũt, regio ornatu. De mulierib. altera, Eiras nomine, ad pedes eius
animam agebat: altera, cui Charmium fuit nomẽ, titubans iam & capite B
nutans diadema in capite Cleopatrę cõponebat. cui cùm iratus quidam
diceret, Hæccine pulcra ô Charmiũ? Sanè, inquit, pulcerrima, & digna
tot regum progenie: nulloq́; pręterea uerbo emiſſo, exanimis ad culcitrã
Cleopatræ mors. accidit. Traditũ eſt aſpidẽ iuſſu Cleopatrę ficub. & folijs ita obtectã alla-
tam fuiſſe, ut ſerpens ipſius ignorãtis corpus inuaderet: itaq; ut eã ficub.
dimotis conſpexit, dixiſſe, Hîc ergo eſt illud? & nudatũ brachiũ morſui
exhibuiſſe. Alij in ſeria incluſam aſpidẽ adſeruatã dicunt, & aureo fuſo à
Cleopatra iritatã brachiũ arripuiſſe. Quid uerum ſit, nemo nouit: quãdo
id quoq; memorať, eam uenenũ in fiſtula contentũ capillis ſuis tecta ge-
ſtaſſe. Cæterùm neq; macula in corpore ulla, neq; aliud ueneni ſignũ ap-
paruit, neq; aſpis reperta eſt: tractus modò ueſtigia aliq̃t apud mare, quà
id domus & feneſtræ reſpiciũt, uiſos aiunt. Quidã in brachio Cleopatræ
duas tenues & obſcuras puncturas conſpectas perhibent, quib. & Cęſar
uidetur aſſenſus: nam in triumpho Cleopatræ imago, & anguis brachio
inhærentis illata eſt. Enimuerò Cæſar, quanq; morte Cleopatræ magnũ
cepiſſet dolorẽ, indolẽ tamen eius admiratus eſt, ſepelirіq́; eam cum An-
tonio ſplendidè regioq́; ornatu iuſſit: eiuſdẽ iuſſu mulieres etiã honorifi- C
cè ſepultæ. Mortua eſt Cleopatra, annos nata XXXIX, ex quib. uiginti
duo regnauit, ſocia regni ampliùs quatuordecim fuit: Antonius ſex, aut
(ut alij uolunt) tres ſupra quinquageſimũ annos uixit. Huius ſtatuæ de-
iectæ ſunt: quod idẽ ne Cleopatræ etiã ſtatuis accideret, Archibius qui-
Poſteritas dam eius amicus mille talentis à Cęſare redemit. Fuerunt Antonio ex tri
Antonij. bus uxoribus ſeptem liberi: de quib. ſolus Antyllus, natu maximus, eſt à
Cæſare interfectus: reliquos Octauia cum ſuis educauit, & Cleopatram
Cleopatra natam Iubę regi uenuſtiſſimo nuptum dedit. Antonium uerò
Fuluiæ F. eò euexit, ut cùm apud Cæſarem primus locus Agrippę, ſecun
34 dus Liuię filijs eſſet, is tertium obtineret. Cùm uerò ex Marcello duas ha
beret filias Octauia, & unum filium Marcellum, hunc Cæſar ſibi ſimul &
filium & generum adſciuit: filiarum alteram Agrippæ matrimonio con-
iunxit. Sed poſteaquam Marcellus, nuper admodũ celebratis nuptijs, fa
to obijt, neq; Cæſari fidelem generũ de reliquis amicis deligere in prom
ptu fuit, ei & Agrippæ Octauia perſuaſit, ut hic Cæſaris filiam duceret,
Marcella dimiſſa: quam Antonio collocauit. Duæ ſupererant Antonij
& Octauiæ filiæ: harum alteram Domitius Aenobarbus, alteram pudi-

cicia

A cicia & forma nobilem Antoniam Drusus Liuiæ F. Cæsaris priuignus duxit, & ex ea Germanicum atque Claudium genuit. ex his Claudius posteriùs imperium tenuit. De Germanici liberis Caius cum haud diu imperasset, unà cum uxore & filia est occisus: Agrippina cùm ex Aenobarbo filium L. Domitium sustulisset, Claudio Cęsari nupsit, qui & filium eius adoptauit, ac Neronem Germanicum appellauit. Is Nero nostra ætate rerum potitus, matrem necauit: parumq; abfuit quin sua uęcordia Romanum imperium pessundaret. Quintus ab Antonio ratione stirpis fuit.

DEMETRII ET ANTONII
comparatio.

Cùm uterq; horum maximas sit rerum expertus uicissitudines, primò loco eorum potentiam & amplitudinem expendamus. Ea Demetrio paterna fuerunt, & iamante parta: quippe inter Alexandri successores plurimum Antigonus potuit, & maiorem Asiæ partem, antequàm Demetrius adoleuisset occupauit. Antonius uerò patre, egregio quidem *Potentia.*
B uiro, sed neque bellis claro, neque magnum ullam ad gloriam momentum suis relinquente natus, ausus est Cæsaris imperium, nihil ad se propinquitatis ratione pertinens inuadere, & hæreditatem eorum quæ maximis ille laboribus parauerat, sibi uindicare. Et quidem fretus his, quæ in seipso reposita habebat, eò usq; processit, ut uniuerso Romano imperio in duas portiones distributo, alteram ipse delegerit, illustrioremq; earum nactus sit: absensq; administrorum & legatorum opera Parthos aliquoties uicerit, & ad Caucasum accolentes gentes barbaras usque ad mare Caspium repulerit. Testantur ipsius magnitudinem & ea, ob quæ malè audiuit. Nam Antigonum non pœnituit Philam Antipatri filiam Demetrio ut præstantiorem impari ætate coniungere: Antonio Cleopatræ connubium uitio est datum, mulieris quæ potentia & splendore omnes eius ætatis, excepto Arsace, reges antecelleret. Ita uerò suam ipse amplificauit potentiam, ut alijs maioribus etiam, quàm appeteret, rebus dignus uideretur. Porrò institutum imperij adipiscendi in Demetrio repræhensione uacat, qui regnum obtinere in homines regi assuetos, & regem desiderantes cuperet: Antonij iniqua fuit & tyrannica cupiditas, *Cupiditas dominádi.*
C populum Romanum in seruitutem redigendi, quam nuper Cæsaris morte effugisset. Et uerò bellum contra Cassium & Brutum, quod omnium ipsius facinorum maximum est & nobilissimum, eripiendę ciuibus & patriæ libertatis causa ab eo gestū est. At Demetrius etiam prius quàm fortuna ipsi necessitatem imponeret, Græciæ liberandæ, præsidijsq; ex urbibus depellendis operam impendit: cùm Antonius se occisis in Macedonia Romę liberatoribus iactauerit. Iam liberalitate, ob quam unicè laudatur Antonius, ita fuit à Demetrio superatus, ut hic hostibus largitus sit, quæ nec amicis quidem ille. Laudi sanè datum Antonio fuit, quòd tegi & sepeliri Brutum iussisset: at Demetrius & cæsos hostes uniuersos humauit, & captos unà cum pecunia & muneribus Ptolemæo remisit. *Liberalitas.* Fuit quidem uterq; rebus secundis uoluptatibus, delicijs & libidini obnoxius: ueruntamen Demetrium nemo dixerit ijs indulgentem, rerum interim gerendarum ullas occasiones amisisse. Etenim abundantię ocij uoluptates adiungebat: & Lamiam suam, ueluti eam quę in fabulis est, animi causa oscitabundus ac ludens tractabat: bello instante, non hedera cingebatur hasta eius, neque unguentum olebat galea, nec nitidus floridus ue ex gynæceo ad pugnam prodibat: sed sopitis choris, & *Luxuria.*

orgijs Bacchi, minister Martis (ut ait Euripides) prophani erat: omninoq; nulla ei unquam ob uoluptatis studium aut socordiam clades accidit. Antonium uerò Cleopatra, quemadmodum Herculem Omphale pingitur claua spoliare, & leonis pelle exuere: sæpenumero dearmatum emollitumq; permouit, ut magnis rebus, necessarijsq; expeditionibus omissis, in littoribus circa Canobum & Taphosirin uagaretur atq; colluderet. Deniq; ueluti Paris ex prœlio aufugiens, in eius se gremium recipiebat: nisi quòd Paris uictus in cubile fugiebat, Antonius Cleopatrã persequens certam propositã uictoriã dimittebat. Ad hæc Demetrius nulla lege prohibitus, sed Philippi & Alexandri exemplo receptam Macedoniæ regibus consuetudinem secutus, plures uxores duxit, sicut & Lysimachus & Ptolemæus: omnes autem, quas duxisset, honorificè tractauit. Antonius autem cùm duas uxores simul habuit, quod nemo unquam Romanus antè ausus fuerat: tum ciuem, & legitimam coniugẽ eiecit in gratiã peregrinæ, & contra leges adscitæ. Itaq; illi ob nuptias nullum, huic grauissima euenerunt mala. Veruntamen ob lasciuiam nullum tale ab Antonio, quale à Demetrio flagitium est commissum. Nam historici referunt, arce Atheniensi solitos canes omnino arceri, quòd id animal palàm coit. Demetrius ipsa in ęde Mineruę uirginis cum scortis concubuit, multas ciues Atticas stuprauit: & quod extremum potest hisce libidinibus adiungi crudelitatis malum, id cupiditas uoluptatum eius admisit, qui passus est, imò autem coëgit pulcerrimum & pudicissimum Atheniensium miseranda morte, dum stuprum fugit, perire. In summa Antonius seipsum sua intemperantia, Demetrius alios iniuria affecit. Aduersus parentes nihil quod culpari possit Demetrius egit: Antonius matris fratrem necandum cõcessit, ut Ciceronis occidendi facultatem redimeret: quod facinus per se scelestũ & immane est, adeò quidẽ ut uix ueniam meruerit Antonius, si nece Ciceronis salutem auunculi repræsentasset. Quòd ad periuria amborum, & fœderum uiolationẽ attinet, Antonio, quòd Artabazũ cepit, causa fuit haud obscura: fuerat enim ab eo in Media desertus atq; proditus: Demetrium plerìq; falsa crimina ferunt excogitasse cõtra Alexandrum, quem interfecisset: & accusasse, quasi eum nõ affecisset iniuria, sed se, læsus ab eo, defendisset. Rerum præterea gestarum laus Demetrij propria est: Antonius absens per legatos maximis & pulcerrimis est potitus uictorijs. Exciderunt autẽ rebus uterq; sua ipsius culpa, sed dissimili modo. Demetrius enim à Macedonibus desertus est, Antonius pro se pugnantes deseruit. ut culpandus ille sit, qui suos sibi milites ita infestos fecerit: hic, quòd suos ita ipsi fidos & beneuolos destituerit. Mortem laudare neutrius possumus. Magis tamen repræhendendus Demetrius, qui captiuus fieri sustinuerit, inq; custodia habitus triennium lucrari, quod uino & gulę, belluę instar, mancipatus exigeret. Antonius trepidè quidem, & miserabiliter, & indecorè, attamen priùs, quàm corpore ipsius hostis poteretur, sese uitæ subduxit.

Marginalia (left): Vxores. — Lasciuia. — Impietas in suos. — Perfidia. — Gloria rerũ gestarũ. — Mors.

Marginalia (right): A — B — C

A # PLVTARCHI AGIS,

[redacted]

Augustano interprete.

HAVD ab re quidam existimant Ixionis fabulam aduersus inanis gloriæ sectatores excogitatã, qui cum nebula concubuisse pro Iunone, atq; ita Centauros procreasse dicitur: nam & isti gloriam, uelut umbram uirtutis quandam amplexi, nullum sincerum aut laude constanti dignum, sed adulterina pleraq; & exilia facinora edũt, alijs aliâs ęmulationum & cupiditatũ impetib. acti. Nam quod illi apud Sophoclẽ pastores de gregib. suis dicũt, *In gloriæ sectatores.*

H

Seruimus his, domini simus licet, tamen:
Et hos, taceant quamuis, audire cogimur:

B id re uera his accidit, qui in rep. uersantes cupiditatibus multitudinis obsequuntur atq; seruiunt, ut popularium & principum ciuitatis titulũ consequantur. Vt enim proretæ postquàm ea quæ ante gubernatores sunt prospexere, ad illos respiciunt, & eorũ iussa perficiunt: sic illi multitudinis ministri sunt, cùm principũ nomen gerant. Etenim qui omnib. numeris absolutus est bonus uir, ei gloria opus omnino non est, nisi quæ ei fidem cõciliet, aditumq; ad res gerendas faciat: iuueni, & honorũ cupido concedendũ est, ut pręclaris factis nonnihil etiã se iactet. Virtutes enim, quæ in huiusmodi enascuntur & germinant ingenijs, laudatione (ut ait Theophrastus) confirmantur, augescuntq; animis simul sese efferẽtibus. Verùm ut ubiq; id quod modũ excedit dãnosum est: ita in ambitione ciuili exitiũ adfert: magnam enim ea potentiã adeptos ad uæcordiã, manifestãq; effert insaniã, cùm non honestas actiones gloriosas haberi uolũt, sed gloriosum esse boni loco ducũt. Quemadmodũ igitur Phocion Antipatro à se aliquid inhonestũ petenti respondit, se nõ posse ei simul & amicũ esse, & adulatorẽ: ita, aut simili modo multitudini dicendũ est, Non posse eam eodẽ & duce & assecla uti. Nam quod euenisse draconi fabula significat, caudam in dissenssione quadã à capite postulasse, uti nõ semper sequi cogeret, sed alternis ipsa quoq; præiret: sortitãq; ducendi munus, & ipsam male afflictã fuisse, utpote cùm ambularet improuidè, & caput contra naturã coactum cæcis surdisq; partib. obsequi grauissimè offendisse. id uidemus multos eorũ, qui in gratiam populi omnia in rep. agunt, obtigisse: quippe cùm se multitudini temerarijs impetib. citatæ abripiẽdos dedissent, neq; corrigere posteà, neq; inhibere confusionẽ eam ualuerunt. Hæc nobis contra popularis auræ studiũ dicere subijt, apud animũ reputantib. quàm ea Tiberij & Caij Gracchorũ casib. essent cõfirmata: quos honestissimo loco natos, optimè educatos, tractandæq; reip. pulcerrimũ propositũ secutos, non tã nimia gloriæ cupiditas, q̃ infamiæ metus à causa nõ illiberali natus perdidit. Magno enĩ ciuiũ fauore accepti, turpe existimãtes eum quasi æs alienũ nõ compensatũ relinquere, in id incubuerũt, ut gratis populo decretis cõfectis honores sibi habitos superarent: ob quæ maiori rursus honore affecti, cùm ambitionis contentione populum aduersum ipsos, & se aduersus populum accendissent, imprudentes ad eas res tentandas delati sunt: quas cùm parum honestas sentirent, tamen iam inhonestas esse (notum enim illud est, *De draconis fabula.*

C

Quod non honestum est, iam turpe esse sentias)

collige-

colligere non potuerunt. Hæc tu ipsa ex narratione deprehendes. Com A parabimus aūt iis par regum Spartanorum, qui se ad demerendū populum dederunt, Agidem & Cleomenem. nam & hi similiter populi uires augentes, iustamq; & pulchram reip. administrationem longo tempore intermissam instaurantes, eodem modo in odia potentum incurrerunt, potentiam suam ac priores partes mordicus retinentium. Fratres ij non fuerunt, sed cognatis successionibus regnum ad eos deuolutum est, consilijsq; in eo gerendo usi germanis sunt: quorum occasiones quas habuerint, exponam. Vt primùm argenti auriq; amor Spartam se insinuauit, ac diuitiarum parandarum possidendarumq; studium auaritia & illiberalitas, usum uerò & fruitionem lux, splendor, molliciesq; comitata sunt: pleraq; sua bona urbs ea amisit, indigneq; iacuit, usq; ad id tempus, quo A-
2 gis & Leonidas regnauerunt. Agis genere Eurytionides fuit, Eudamidę F. sextus ab Agesilao, qui in Asiam expeditionem fecit, & inter Græcos
3 potentissimus fuit. Natus eñ Agesilao Archidamus est, quē apud Man- donium Italiæ urbem Messapij occiderunt. Huic duo fuerunt filij, quorū senior Agis, Eudamidas iunior dictus: hic, cùm Agis ab Antipatro apud B Megalopolin interfectus absq; liberis decessisset, regnū obtinuit. Filius eius Archidamus, huius Eudamidas alter fuit, pater eius, de quo scribi-
4 mus, Agidis. Leonidas Cleonymi F. ex altera regū familia, qui Agidę appellātur, octauus à Pausania fuit, eo qui apud Platæas Mardoniū superauit. Pausanias eñ Plistonactem, hic alium Pausaniam filium & successorē habuit. Hoc Tegeam in exilium profecto, Agesipolis filius natu maior, & hoc absq; prole defuncto Cleombrotus minor regnauit. Cleombroto filij duo fuerunt. ex his Agesipolis alter neq; regnū diu tenuit, & liberos nullos reliquit: Cleomenes post fratrem rex factus, uiuus filium priorem
5 Acrotatum amisit. Cleonymus natu minor, patri superstes fuit: neq; tamen regno potitus est, sed Acrotati filius Areus. Arei filius Acrotatus alter, patri in pugna ad Corinthū mortuo successit: atq; ipse deinde prœlio ab Aristodemo tyranno apud Megalopolin superatus perijt, uxore grauida relicta. Hęc cum marē peperisset, Leonidas Cleonymi F. tutelā eius gessit, atq; ad hunc, pupillo priusq; adolesceret mortuo, ita regnū redijt, non planè ciuib. suis commodū. Nam tametsi uniuersi morib. corruptis ab antiquis institutis reip. desciuissent, in Leonida tamen illustris erat à C consuetudine maiorū discessio. quippe diu in aulis satraparum uersatus, Seleucumq; assecla comitatus, fastū illum ad res Græcas & legitimū regnum parū rectè transferebat. Agis uerò ingenij bonitate, animiq; magnitudine tantùm præstabat non huic modò, sed omnib. ferè quotquot post Agesilaū istum magnum regnauerūt, ut annos nondū uiginti natus educatusq; inter summas opes luxumq; muliebrem Agesistratæ matris, & Archidamiæ auiæ (quarū diuitias nemo ciuis æquabat) ab initio statim aduersus uoluptates sese obfirmauerit: idq; etiā magnopere cauens, ne uenustas, formæ suæ sibi obesset, omnē corporis ornatū præciderit, omnemq; splendorē subterfugiēs in palliolo sese ostētauerit, cœnasq;, lauacra, & omnino uitæ rationē Laconicā amplexus sit. aiebat eñ, Nolle se regē esse, nisi opera sua leges moresq; antiqs restituere posset reip. Sanè initiū perniciei & morborū fuit, q Lacedæmonij Atheniēsiū principatu euerso, auro sese & argēto expleuissent. Sed tñ quia Lycurgus certū eius rei numerū definiuerat, iusseratq; succedi in stirpe, ita ut pater filio hęreditatē relinqueret, utcunq; manens adhuc ille ordo & ęqualitas cæteris reip. uitijs medebatur. Cęterùm quidā homo potens, iuxtaq; arrogans & im-

Genus Agidis.

Frugalitas & temperantia.

A & importunus, Epitades nomine, Ephorus factus, controuersia ei cum filio coorta, legem tulit, Licere unicuiq; facultates suas cuicũq; uellet uel donare dum uiueret, uel testamẽto legare: quam ab eo iræ suæ exaturandæ causa latã reliqui auaricia ducti cùm iuberent, optimũ reip. statũ perdiderunt. Exinde eñ potentiores, pulsis qui successione hæredes essent, omnia ad se rapiebant: statimq; diuitijs in paucorum redactis potestatẽ, paupertas urbi ingruebat, quæ illiberalitatẽ, honestorumq; studiorũ intermissionẽ, inuidiamq; & odia aduersus diuites secum trahebat. Erant omnino Agidis tẽpestate haud plures septingentis Spartani: ex his centum circiter agros & patrimoniũ possidebant, cæteri opum honorumq; uacũi in urbe desidebant: bella, si quæ inferrentur, segniter animoq; inuito propulsantes, semper mutationis rerum occasionem aliquam expectantes. Hæ Agidi causæ fuerunt, ut æquare & cõplere ciuitatem (quam rem, ut erat, præclaram putabat) conaretur. Iuuenes quidem statim, & præter spem etiam morigeros habuit, ad uirtutem sese accingẽtes, libertatisq; causa uitæ rationem, quasi uestem, mutantes. At maiorum natu

Lycurgi lex de hæreditate abrogata.

Agidis conatus reip. emẽdandæ.

B plerique, apud quos inueteratæ iam corruptelæ erant, Lycurgum haud aliter, quàm serui persugæ dominos, ubi ad eos è fuga reducuntur, formidabant: Agidemq; præsentem rerum statum deplorantem, pristinamq; Spartæ dignitatem desiderantem incusabant. Lysander tamen Libys F. & Mandroclidas Ecphanis F. atque Agesilaus conatum eius probauerunt, utq; pergeret hortati sunt. Erat Lysander summa inter ciues existimatione, Mandroclidas omnium Grecorum res magnas tractandi componendiq; peritissimus, calliditateq; simul & audacia prędirus, Agesilaũ regis auunculum, eloquio ualentem, cętera mollem & auarum, palàm filius Hippomedon concitabat, uir multis bellis clarus, & magna ob iuuenum beneuolentiã potentia: uera aũt causa cur Agidis institutũ amplecteretur causa Agesilao erat, magnitudo ęris alieni, quo se mutato reip. statu liberatũ iri sperabat. Agis eo causę suę adiuncto, unà cum eo statim matri suę, Agesilai sorori, idẽ persuadere intendit, mulieri quę clientũ, amicorũ, debitorumq; copijs plurimũ in ciuitate poterat, multaq; negocia publica conficiebat. Hęc re audita primùm perterrita dehortari adolescentẽ cepit, ab instituto eo, quod perfici neq; posset, neq; expediret.

C Verùm ubi cùm Agesilaus docuit, rem & rectè habiturã, & utiliter cõfectum iri: tum Agis matrẽ orauit, uti sibi ad gloriã consequendã diuitias concederet: neq; eñ se reges cęteros pecunia ęquare posse, qui satraparum famuli, ac serui procuratorũ Ptolemęi & Seleuci plura possideant, quàm oẽs in uniuersum Spartanorũ reges: q si collegę luxũ tẽperantia, frugalitate, & magnanimitate uincens, ęqualitatẽ & cõmunitatem inter ciues constitueret, nomen se & gloriã uerè magni regis adepturũ. his rationib. ita mulierũ animi mutati sunt, adolescentis glorię studio excitatę, ut ueluti afflatu numinis ad honestatis amorẽ impulsę, ultrò Agidem cohortarentur & stimularent: uocatisq; ad se amicis, rem cum eis cõmunicarent, atq; eam cęteris etiam matronis proponerent. sciebant eñ Lacedęmonios cõsueuisse mulierib. obtẽperare, patiq; ut curiosiùs etiam de publicis quàm suis rebus inquirant. Cęterùm eo tempore maxima pars diuitiarũ Laconicarũ penes mulieres erat: quę res Agidi maxima impedimenta & difficultates attulit. Quippe mulieres, cùm non modò luxum, in quo beatitatem uitæ honestatis ignoratione ponebant, tolli, sed & honores potentiamq;, quos ipsæ diuitiarum fructus capiebant, pręcidi uiderent: resistere Agidi statuerunt, & ad Leonidam se contulerunt,

hortantes

hortantes ut prior ipse ætate Agidem inhiberet, eiusq; consilia impedi- A
Leonidæ calumniæ. ret. Leonidas opitulari quidem diuitibus cupiebat, metu tamen populi
mutationem expetentis apertè nihil contra Agidem egit: apud princi-
pes autem reip. calumniatus est, cum pro tyrannidis mercede pauperib.
bona diuitum, agrariam legem, & nouas tabulas largiri, multosq; non
Spartæ ciues, sed sibi stipatores parare. Enimuerò Agis hoc consecutus,
ut Lysander ephorus crearetur, legem statim (rhetram ipsi uocabant)
» scripsit, inq; senatu proposuit, cuius hæc erant capita: Quod deberetur,
» id pro soluto habēdum. agros diuidendos, ita ut à conualle apud Pelle-
» nem usq; ad Taygetum, Maleam, & Sellasiam partes essent quater mille
» ac quingentæ, extrà quindecies mille: quarum hæ uicinis, qui arma ferre
» possent, illæ ipsis Spartanis tribuerentur. Spartanorum numerum com-
» plendum assumptis uicinis & peregrinis, qui liberaliter educati corpore
» ualido essent, uigerentq; ætate. hos in quindecim Phiditia distribuen-
» dos, quadringētenos partim, partim ducētenos in singula: uictusq; eam
» rationem tenendam, quæ esset instituta à maioribus. De hac lege cùm ua
riarent senatorum sententiæ, Lysander populo ad concionem uocato, B
orationem habuit. Ac Mandroclidas etiam tum, & Agesilaus uerba ad
populum fecerunt, orantes ne paucis quibusdam, qui superbè ciuib. in-
sultarent, gratificantes, paterentur iacere collapsam Spartę dignitatem:
antiquorum potius oraculorum memoriam repeterent, quæ uitari stu-
6 dium pecuniæ, ut Spartæ pestiferum, iuberent, fortiúmque nuper à Pasi-
7 phaë allatarum. Fuit Pasiphaës fanum & oraculum Thalamis cultum,
quam nonnulli unam Atlantidum Ioue natarum fuisse perhibent, Am-
monis matrem: alij Casandram Priami filiam ibi mortuam, & quòd om-
nibus efferret (Græcè id pâsi phænein dicitur) oracula, Pasiphaā cogno-
minatam. Phylarchus Daphnem Amyclæ filiam ait, cùm Apollinē con-
cumbere sibi cupientem fugeret, in laurum conuersam, eiq; honorem à
Deo habitum, uaticinandiq; facultatem concessam. Huius ergo uatici-
nationes aiebant mandare Spartanis, ut secūdum priscas Lycurgi leges
æqualitatem inter uniuersos instituerent. Ad extremum rex Agis in me-
dium progressus, oratione breui habita, affirmauit, se ad eam quam con-
deret rempublicam stipem conferre amplissimam: nam se primum om-
nium omnes suas facultates in medium proponere, non agros modò & C
pascua, quæ possidebat latissima, sed præterea nomismatis D C talenta.
idem matrem quoq; & auiam facere, & amicos necessariosq;, omnium
Spartanorū ditissimos. Magnitudine animi Agidis populus obstupuit,
summoq; est perfusus gaudio, dignum Sparta regem trecentesimo pòst
anno extitisse censens. At Leonidas cò maiori conatu Agidem oppu-
gnare, intelligens se quidem omnino ut idem faceret coactum iri: non
eandem autem ciuium gratiam sibi conciliaturum, sed omnib. ex æquo
sua bona reip. largientibus, omnem honorem in rei eius autorem redun
daturum. Itaq; Agidem interrogare, Ecquid Lycurgum iustum fuisse bo
numq; uirum existimaret? Affirmante id Agide, Vbi uerò, inquit, Ly-
» curgus nouas tabulas permisit, aut peregrinos ciuitate donauit? qui sa-
» nè omnino saluam fore urbem nisi eiectis peregrinis nō putauit. Ad hæc
» Agis: Mirum sibi non uideri, à Leonida, qui & peregrè educatus sit, & ex
» satrapica familia uxorem duxerit, ac liberos genuerit, ignorari, Lycurgū
» simul cum nummo debita omnia & æs alienum Sparta exterminasse: ma
» iore autem odio prosequutum fuisse eos, qui à studijs & uitæ ratione à se
» instituta abhorrerent Spartanos, quàm in urbe degentes peregrinos:

neq;

A neq; enim horum corporib. eum hostẽ fuisse, sed eos non aliã ob causam ab ipso eiectos, q̃ quòd metuebat ne uita eorum & mores contagione in ciues serperent: apudq; eos studium luxus, molliciei, & auariciȩ excitarent. Itaque Terpandrum, Thaletem, & Pherecydẽ peregrinos, quòd Lycurgi institutis consentanea cantabant atq; commentabantur, à Spartanis maximo in honore habitos. Ac tu quidẽ, aiebat, ô Leonida, Ecprepem laudas, qui cùm esset ephorus, Phrynidis musici duas de nouem chordis ascia præcidit: & qui Timotheo idem fecerunt, probas: nos autem culpas, qui luxum, luxuriam, & superbiam Sparta arcemus. quasi uerò non illi nimiam accurationem & lasciuiam Musicæ repressisent, ut cauerent ne huiusmodi uitia in mores etiam uitamq; aliquando serperent, immodestiaq; inde oborta urbis concentus atq; concinnitas corrumperetur. His ita dictis, Agidem multitudo secuta est: diuites autẽ cùm Leonidam hortati sunt ne se destitueret, tum senatores, qui eo quòd autores fieri eorũ de quibus deliberaretur legibus iubentur, plurimum poterant, deprecando & suadendo, effecerunt ut unius suffragij numero excellerẽt

B qui antiquabant legem. Cæterùm Lysander magistratu nondum abdicato actionem Leonidȩ intentauit ex lege quadam prisca, qua interdicitur, nẽ quis Heraclidarũ ex peregrina muliere liberos susciperet: & ut qui Sparta aliò habitandi gratia commigrasset, morte plecteretur. Hæc qui aduersus Leonidam proferrẽt, submisit: ipse signum cum collegis expectauit. Quod ad signum attinet, tale est. Nono quolibet anno ephori noctem serenam, & Lunaris luminis uacuam obseruant: eamq; nacti, taciti consident, atq; in cœlum intuentur. quòd si tum ab una parte in alteram stellã trãscurrere uideretur, reges aliquid aduersum deos peccasse iudicant, regnumq; eis abrogant, tantisper dum Delphis aut Olympia oraculũ afferatur, quod damnatis regibus opituletur. Hoc ergo tum signum sibi apparuisse dicens Lysander, Leonidam in iudicium uocauit: testesq; produxit, qui eum ex Asiatica muliere, quam ei Seleuci quidam satrapes nuptum dederat, geminam prolem sustulisse perhiberent, odioq; ab uxore habitum contra animi sententiam domum redijsse, ac regnum successore uacuum suscepisse. Simul etiam Cleombroto, genero Leonidæ, & regio genere nato persuasit, ut is regnum sibi uindicaret. Ergo Leonidas peri-

Leonidas regno deijcitur.

C culi metu, supplex in Chalciœcum confugit: cui se, marito Cleombroto relicto, filia comitem addidit. Vocato in iudicium, atq; eò non ueniẽti regnum abrogatum, & Cleombroto mandatum est. Interim Lysander circumacto legitimo tempore ephorus esse desijt. Qui autem subsecuti eum sunt ephori, ij Leonidam supplicem miserati, decedere templo iusserunt: Lysandro autem & Mandroclidæ dicam scripserunt, quòd contra leges de nouis tabulis & agris diuidundis legem promulgassent. Hi cùm uiderent quo in periculo uersarentur, regibus persuaserunt, ut concordia inita, & coniunctis uiribus, ephororũ decretis ualedicerent. eum magistratum dissensione regum uires sumere, atq; ei qui meliora suadeat solere adstipulari, altero de utilitate contendẽte. quòd si uterq; rex idem statueret, regum potentiã dissolui nullo modo posse: contraq; leges facturos ephoros, si regibus repugnarent. non enim eorum esse officij, in regum consentientium consilia sese ingerere: sed ijs inter se dissidentibus, arbitrium penes ephoros esse. In hanc sententiam pertracti reges cum amicis in forum descenderunt, & ephoros de sellis amouerunt, aliosq; in eorum locum constituère, inter quos etiam Agesilaus fuit. Armata deinde iuuenum multitudine captiuos liberarunt, metumq; cædis aduersarijs

iniecerunt: trucidatus tamē est nemo. quinetiā Agis cùm audiuisset Leonidā Sparta profugū Tegeam petere, Agesilaū autem uitæ eius insidiari, & in uiam percussores misisse: alios ipse de suis fidelibus emisit, qui eum comitarentur, tutoq; Tegeā abducerent. Hoc modo succedentib. Agidi rebus, ac nemine obstante, nemine impediente, unus homo euertit perdiditq; omnia Agesilaus, pulcerrimam & Laconum rebus conuenientissimam legem turpissimo auaritiæ morbo corrumpens. Nam cùm plurimū agri præstantissimi possideret, haberetq; etiam æs alienum maximum, cùm neq; huic soluendo esset, neq; agrum dimittere uellet, Agidi persuasit, si nouæ tabulæ simul & agrorum diuisio institueretur, nouis rebus ciuitatem grauiter agitatum iri: quòd si in præsentia nouis tabulis animi opulentorum demulcerentur, eos facilè postea temporis nulloq; tumultu in diuisionem agrorum consensuros. Idem etiam Lysandro uidebatur, itidem ab Agesilao in fraudem inducto. Ergo debitorū tabulas in forum, quæ Claria dicuntur, comportantes, in unum aceruum compositas cremauerunt. Edita flamma, cùm diuites & fœneratores tristes admodū discederent, Agesilaus tanquam insultans eis, Nullum se eo igne splendidiorem puriorem q; unquam uidisse dixit. Postulante autem populo agrorum diuisionem statim fieri, idemq; regib. iubentibus, semper aliquid occupationū iniiciens, excusationemq; aliquam identidem afferens, eò usq; tempus traxit, dum Agis in bellum proficisci cogeretur, Achæis, qui tum erant Spartanis confœderati, auxilium Lacedæmone requirētibus. Nam Aetoli per Megaricam in Peloponnesum irrupturi ferebantur: & Achæorum dux Aratus eius rei prohibendæ causa exercitū cogebat, ab ephorisq; suppetias missis literis flagitabat. atq; hi statim Agidem miserunt, studio & alacritate suorū militum animo elatum. Maior quippe eorum pars, iuuenes erant, & inopes, nuperq; debitis liberati, & soluti, ac ubi ex bello rediissent diuisionem agrorum futuram sperātes, mirificè Agidem obseruabant, spectaculumq; Græcis iucundū præbebant, placidè & absq; omni maleficio, ac propè sine omni strepitu Peloponnesum peragrantes. itaq; miraculo rei moti homines inter se quærebant, quem nam ordinem & ornatum Laconici exercitus fuisse quispiam putare deberet, Agesilao ducente, aut Lysandro illo, uel antiquo Leonida: quando iam milites adolescentem, ac propè omnium qui in exercitu erant natu minimum tam uerecundè & solicitè colerent. Et uerò Agis frugalitate, & alacritate ad labores, uestitusq; & armorum habitu nihil priuati cuiuslibet conditionem superante se ostentans, gratissimum & admirandū præferebat hominum multitudini exemplum: nam diuitibus noua hæc ipsius ratio minimè probabatur, metuentibus ne ad sui imitationem omnes populos permoueret. Apud Corinthū cum Arato congressus, deliberante adhuc prœlio'ne cum hoste decerneret, magnā alacritatem, audaciamq; nequaquā insanā aut cōsilij expertē ostēdit. dicebat enim, uideri sibi decertandū pugna, neq; hostē intra portas Pelopōnesi admittendū: facturū tamē id, quod Arato placuisset, ætate maiori, & duci Achęorū, quib. non imperaturus aut dux futurus, sed cōmilitatū & opitulatum ipse aduenisset. Bato Sinopēsis Agidē pugnā detrectasse scribit, iubente pugnare Arato: nō legerat nimirū ea, quæ ipse Aratus scripsit, cùm omissam pugnā excusans ait, cōsultius sibi uisum fuisse transitū hostib. cōcedere, fructib. iam propè omnib. ex agris collectis, quàm summā rerū in discrimē Martis adducere. Postquā ergo Aratus cōsilio dimicādi improbato socios collaudatos dimisit, Agis sui excitata admiratione discessit, iā rebus Spartæ maiorem

Auaritiæ malum.

Nouæ tabulæ.

A B C

A maiorem in modum cõturbatis atq; immutatis. Etenim Agesilaus ephoratum gerens, liberatusq; eo metu, ob quem prius abiecta conditione uixerat, nullo facinore, quod quidem quæstuosum esset, abstinebat: atque adeò decimum tertium mensem, annorum circuitu tum id non postulante, & contra legibus definitam temporum ordinationem intercalauit, ut exigere tributa posset. Odio autem omnibus cùm esset, metueretq; eos, quos iniurijs afficiebat, sicarios aluit: neque in curiam nisi stipatus ijs descendit. Volebat autem uideri regum alterum planè contemnere, Agisdem magis necessitudinis quàm magistratus causa aliquo in honore haberi: spargebat etiam rumorem, iterum se ephorum futurum. Ea propter aduersarij maturè occurrendum, adeundumq; discrimen intelligentes, facta coitione Leonidam Tegea palàm ad regnum reduxerunt: libenter hoc etiam uulgo uidente, cuius animos iritauerat, quòd promissa agrorum diuisione fraudati erant. Agesilaum quidem filius Hippomedon, omnibus ob uirtutem gratus, deprecando apud ciues morti eripuit, Spartaq; eduxit. Reges autem, Agis ad Chalciœcum confugit, Cleombrotus
B in fano Neptuni supplex consedit: huic enim infensior uidebatur Leonidas: omissoq; Agide cum militibus hunc petebat, grauiter ei exprobrãs, irato q; animo, quòd gener sibi insidias fecisset, regnoq; & patria eijcientibus adfuisset. Cleombrotus, cùm quod responderet haberet nihil, anxius animi, tacitusq; sedebat. At filia Leonidæ Chelonis, quæ priùs iniuriam patris ad se quoq; pertinere rata, Cleombroto marito, qui regnũ socero deturbato susceperat, relicto, patrem calamitate ictum coluerat, supplicãtiq; adfuerat, & in exilium profecto in luctu ipsa, Cleombrotiq; odio perseuerauerat: rursus tum fortunæ mutationem secuta, supplicanti uiro assidebat, manibus eum suis amplectens, & liberos ab utroq; latere singulos sub se habens. Admirantibus uniuersis, & ob bonitatem, amoremq; in uirum mulieris eius ad fletum conuersis, uittam crinesq; incomptos manu tangens, Hunc, inquit, ô pater, uultum, hunc habitum, non « Cleombroti misericordia mihi circumposuit, sed à tuo exilio ac calamita « te in hunc usq; diem luctus mihi perpetuus comes fuit, usu' que familiaris « factus permansit. Vtrum igitur nunc te uictore & Spartæ regnan- « te uiuendum mihi porrò in his est miserijs? an uerò uestis mihi splendida «
C & regalis sumenda est, uidenti maritum, cui uirgo nupsi, à te iugulari? « Qui quidem si uxoris & liberorum lacrymis te non exorat, grauiores e- « tiam quàm tu ipse uelles pœnas suæ imprudẽtiæ dabit, uidens me, quam « sibi habet charissimam, ante se mori. Qua enim fronte uiuens inter reli- « quas mulieres uersabor? quam deprecantem neq; maritus est, neq; pater « miseratus: sed & filia, & uxor, communem cum meis calamitatem & igno « miniam subire cogor. Quòd si quid honestæ excusationis maritus meus « habuit, ego id omne refelli eo tempore, cùm te secuta, testimonium ad- « uersus eum tuli. Tu uerò ipse ostendis facinus eius facilè excusari posse, « qui regnum tanti faciendum, omniq; conatu expetendum ostẽdas adeò, « ut eius causa & generos necare, & propriorum liberorum nullam habere « rationẽ iustũ esse innuas. Hunc Chelonis ad modũ quiritata, faciẽ Cleom « broti capiti imposuit, uultumq; luctu confectũ in adstantes intuens circumegit. Leonidas aũt cum amicis deliberata re, Cleombrotũ templo abire, & solum uertere iussit: filiam autem orauit, uti secũ maneret, neq; patrem desereret sui ita amantẽ, ut salutẽ etiam mariti ei donaret. Neq; uerò persuasit: sed Chelonis surgenti marito alterũ natorum tradens, alterum ipsa recipiens, adorato Dei altari, unà cum marito abijt. ut Cleombrotus

Mulieris uirtus.

profectò, nisi inanis gloriæ studio planè fuisset perditus, debuerit propter talem uxorem exilium sibi quàm regnum meliori obtigisse fortuna credere. Pulso Cleombroto Leonidas, primisque ephoris magistratu priuatis, & constitutis alijs, cōfestim Agidi insidias struxit. Ac primò quidē hortatus eum est ut templo discederet, collegamque se ei in regno, ut antè, adiungeret: ignouisse enim ipsi populum, quòd homo iuuenis laudisque cupidus ab Agesilao cum alijs esset deceptus. Deinde suspicante insidias Agide, & intra templum se continente, ipse quidem fraude tentandi simulandique finem fecit. Amphares autem, Demochares, & Arcesilaus accedere ad eum, & colloqui solebant: aliquando etiam à templo ad lauacrum deducere, lotumque rursus in tēplum reducere. Erant hi tres Agidis familiares: Amphares autē nuper etiam uestes & preciosa pocula ab Agesistrata mutuò sumpserat, eorumque retinēdorū causa regi, regijsque matronis insidiabatur: ferturque is omnium maximè obsecutus Leonidæ fuisse, & ephoros, de quorū erat collegio, aduersus Agidem cōcitasse. Itaque cùm Agis perpetuò in templo degeret, nisi cùm ad lauandum descenderet, statuerunt eum, cùm extra templum in uia ad lauacrum esset, capere: obser- B
uatoque tempore cùm lotus fanum repeteret, occurrerūt, salutauerunt, colloquentesque & ludentes tanquam cum familiari suo iuuene, deduxerunt ad eum usque locum, ubi obliquum à uia ad carcerem est diuerticulum. Ibi demum Amphares, ut qui magistratum gereret, Agidi manum inijciens, Duco, ait, te ô Agi ad ephoros, ut administratæ reip. rationē reddas: tum Demochares homo ualidus & magnus ueste collo iniecta eum traxit: reliquisque à tergo ex composito impellentibus, nemine succurrente, quòd solitudo eo loci erat, ita Agis in carcerē conijcitur. Illicò Leonidas superuenit, carceremque multis stipendiarijs militibus cinxit. Ephori autem ad Agidem ingressi sunt, & de senatoribus eos, quos secum sentire nouerāt, eòdem uocauerunt, quasi de causa cognituri: Agidemque factorū suorum causas edere iusserūt. qui cùm simulationem eorum rideret, Eiulabis, inquit Amphares, pœnasque tuæ dabis proteruitatis. Alius autē quidam ex ephoris, ueluti rationem effugiendæ damnationis Agidi significās, quæsiuit, Vtrum ista à Lysandro & Agesilao coactus egisset. Respondente Agide, à nemine se coactum, sed æmulatione Lycurgi hanc reip. mutationem aggressum: idem rursus interrogauit, Mutaretne factū. Cùm respon- C
disset, nequaquam se pœnitere optimorum suorum consiliorum, etiam si extrema sibi ferēda supplicia sciret: morte eum dānauerunt, lictoribusque
10 mandauerunt, ut eum in Caiadem abducerent. Locus est in carcere Caiadas, ubi damnatos suffocant. Demochares lictores cernens non audere attingere Agidem, ac milites quoque qui adstabāt, opus illud subterfugere & auersari, quòd iniustum nefasque putarent manus regis corpori afferre, multa ijs minatus atque cōuiciatus, ipse eò Agidem pertraxit. Iam enim multi inaudiuerant eum compræhensum esse, tumultusque ad fores carceris erat, & multa lumina: aderatque mater & auia Agidis, uociferantes, orantesque ut de causa regis Spartanorum populum cognoscere sinerent. quo magis ij necem eius accelerabant, ne noctu pluribus superuenientibus è carcere eriperetur. Et Agis quidem ad strangulationē uadens, cùm uideret ministrorum unum grauiter dolere ac flere, Desine, inquit, mi homo me deplorare: nam qui ita iniustè necor, autoribus meæ cædis præsto. atque hæc locutus, ultrò collum laqueo præbuit. Amphares autem ad fores progressus Agesistratam, quæ ei ad pedes acciderat familiaritate freta, erigens, nihil grauius aut capitale statutum iri de Agide affirmauit, ac, si uel-

Leonidæ in Agidem insidiæ.

Agis capitur.

Necatur cum matre & auia.

A si uellet, intrò ad filium ire iussit: & cùm oraret, ut mater quoq; unà admit
teretur, nihil se impedire dixit. Ita utraq; recepta, ianuam carceris rursum
claudi præcepit, prioremq; Archidamiã necãdam tradidit, maximo iam
natu mulierẽ, & quę in summa inter ciues dignitate cõsenuerat. Hac mor
tua, intrò Agesistratã uocauit. Quæ cum ingressa filiũ humi iacere mortu
um, matremq; exanimatã à fune pendere uidit, in hac quidem deponen-
da carnifices adiuuit, corpusq; eius iuxta Agidẽ extendit, & texit: in filij
uerò cadauer incumbens, faciemq; deosculata, Nimia, ait, ô fili te accura-
tio & cautio, tum mãsuetudo, & humanitas nobiscum perdiderunt. Am-
phares cùm foribus assistens illa cerneret, uocemq; exaudiret, ingressus
est, Agesistratęq; iratus dixit: Quando ergo idem quod filius sensisti, eo-
dem afficieris supplicio. Tum Agesistrata ad laqueum se erigens, Modò, 11
inquit, Spartæ hoc prosit. Re uerò per urbẽ diuulgata, & tribus his cada-
uerib. elatis non tãtus fuit metus ciuiũ, ut nõ palàm dolere sibi hoc factũ,
odio se Leonidæ & Ampharis correptos præ se ferrẽt: existimabãt enim
ab eo tempore, quo primùm inhabitare Pelopõnesum Dorienses cepe- 12
B rũt, ad eum usq; diẽ nihil crudeliùs Spartæ, aut sceleſtiùs actũ fuisse. Et ue *Regi S… tanoru… gnitas.*
rò Lacedæmoniorũ regi ne hostis quidẽ in pugna occurrẽs manus teme
rè attulisse uidetur, sed dignitatis uerecũdia abstinuisse. itaq; in tam mul-
tis aduersus Græcos certaminib. Spartanorũ, unicus ante Philippi Mace
donis ætatẽ Cleombrotus apud Leuctra in prœlio cæsus est: & quod af-
firmãt Messenij Theopompũ ab Aristomene interfectũ, id Lacedæmo-
nij negãt, ictumq; modò fuisse fatẽtur. Sed ea nõ nihil habẽt ambigui. La
cedæmone quidẽ primus regũ Agis ab ephoris necatus est, cùm p̃claras
Spartaq; dignas res conatus esset, idq; ea ætate, qua peccantib. hominib.
ignosci solet: ab amicis aũt quàm inimicis repræhẽdi potuit rectiùs, q̃ &
Leonidã seruasset, &, homo uidelicet mãsuetissimus, cæteris credidisset.

PLVTARCHI CLEOMENES,

[redacted]
Augustano interprete.

M
ORTVI Agidis fratrem Archidamum arripere 1
C Leonidas nõ potuit: fugã enim ex urbe is occu
pauerat. Vxorem Agidis Agiatidẽ, quę prolem
recens natam habebat, domo abductã ui nuptũ
filio suo Cleomeni dedit, nõ planè nuptijs ma- *Cleomenes Agidis uxorem ducit.*
turo: uerùm eam alij nubere nõ uolebat, q. & à
Gylippo ea patre amplissimã hæreditatẽ expe-
ctabat, & forma longè oẽs Græcas mulieres su-
perabat, & morib. erat admodũ cõmodis p̃di-
ta. itaq; etiã multa ferũ ultrò fecisse, nõ passa se cogi. Postq; igiť Cleomeni
cõiuncta fuit, tametsi Leonidã odisset, adolescentẽ tamẽ hũc omni amo-
re & officio cõiugali coluit, statim in ipsis nuptijs amore sui correptũ, &
quodãmodo desideriũ memoriamq; Agidis, qua eum uxor ꝓsequebať,
miserantem. adeò quidẽ, ut sępe historiã rerũ eius recitari sibi iusserit, nar
rantisq; cõsilia & ꝓpositum eius attentè animũ aduerterit. Erat eñ Cleo-
menes ingenio laudis cupido, excelsoq; p̃ditus animo, & ad cõtinentiã
simplicitatemq; nõ minus, q̃ Agis, natura aptus: cautionem aũt eius, & *Ingeniũ & studia.*
mansuetudinẽ nõ habebat, sed innatũ quendam animi stimulũ, ut uehe-
menti impetu ad id q̃d pulchrũ uidereť, incitareť, existimabat uerò pul-

certimū esse, uolētib. imperare: pulchrū aūt hoc etiā, nō obtēperātes co- A
gere, & ad officiū faciēdū ui cōpellere. Proinde statū reip. ꝑsentē minimè
ꝓbabat. Etenim ciues ocio & uoluptatib. deliniti quiescebāt, rex omnib.
negocijs ualere iussis satis sibi beatus uidebat̃, si luxuriātē, genioq; in o-
mniū rerū abundātia indulgentē nemo interturbaret: negligebat̃ cōmo
dū publicū, ꝓ se unusq̃sq; quantū poterat in rē suā uertebat: mētionē aūt
2 exercitationis & tēperātiæ adolescentū, tolerātiæq; & æqualitatis facere
periculosū erat, Agide, ꝙ conatus ea fuisset in urbē reducere, interfecto.
Fert̃ Cleomenes adolescētulus adhuc philosophiā attigisse, cùm Sphæ-
rus Borysthenites Lacedæmonē uenisset, adolescētesq; & pueros nō in-
diligēter institueret. Is Sphærus inter primos fuit Zenonis Citiei discipu
los: uideturq; ingeniū Cleomenis ad fortitudinē accōmodatū amplexus,
animi eius magnitudinē doctrina sua excitasse. Nā q̃d Leonidas ille pri-
scus interrogatus qualē poetā iudicaret Tyrtæū, respōdit, uideri sibi aptū
3 ad demulcēdū blādiēdo animos iuuenū: (repleti eñ à carminib. eius qua
si furore q̃dā diuino, in prœlijs uitā suam honestati postponebant) id de
Stoica disciplina secus est. magna eñ & uehemētia ingenia si ea imbuat̃, B
prōpti ad pericula subeūda & audaces adeoq; temerarij fiūt homines: sin
ea sedato & placido ingenio cōmittat̃, eius tēperamento quasi diluta fru
Rex fit. ctus optimos & cōsentaneos ꝓfert. Cùm morte Leonidæ ad Cleomenē
redisset regnū, uideretq; ciues planè dissolutos, ꝙ & diuites suis cupidita
tib. uoluptatibusq; intēti rēp. negligebāt, & uulgus rebus domesticis la-
borātib. neq; ad bella alacritatē, neq; laudis studiū ad disciplinā q̃tidianā
afferebat: se q̃q; uidebat titulū regis habere, omnē potestatē penes epho
ros esse: statim in animū induxit ꝑsentis rerū status mutationē. Amicus ei
4 erat Xenares, amator quōdā eius: (Lacedęmonij empnæsthæ dicūt, eum
de hoc genere amoris loquunt̃) quasi inspirare Latinè diceres) huius pri
mùm animū tentauit, percōtando qualisnā ei rex fuisse Agis uideret̃, & q̃
modo, quibus auxilijs ea quæ egerat cōfecisset. Et primò quidē Xenares
haud illibēter historiā eam cōmemorabat, singula ut acta essent narrans.
Vt uerò nō fefellit Cleomenes maiore animi affectu auscultās, nouisq;
Agidis rebus mirificè cōmotus, eademq; sępius recitari sibi postulās, ira-
tus eum Xenares obiurgauit, ut nō satis sanū: & ad extremū omnino cō-
gressu colloqoq; eius abstinuit, causam tamē dissidij nō aperuit, Cleome C
nē eam cognitā habere dicēs. Xenare ad hūc modū refragāte, alios per-
inde affectos arbitrās Cleomenes, ipse cōsilia secū agitauit. Existimās au
tem faciliùs in bello q̃ pace mutari rempub. posse, Spartanos cum Achę
is cōmisit occasiones querelarū ultrò offerentes. Aratus eñ potētissimus
5 Achæorū cùm statuisset oēs Pelopōnesios in unū corpus redigere, (hic
eñ finis diuturnis eius actionibus, multisq; expeditionib. erat ꝓpositus,
Bellum contra Aratū & Achæos. hoc uno pacto existimātis Gręcos ab exteris hostib. tutos fore) cęterisq;
ꝓpè omnib. ciuitatib. ei se cōiungētibus, soli restarēt Lacedæmonij, Elei,
& Arcades q̃tquot eorū Lacedęmonijs parebāt: statim post mortē Leo-
nidæ adortus est Arcades, eosq; potissimùm infestauit, q Achæis erāt fi-
nitimi, Lacedæmoniorū animos tentās, & Cleomenē ut iuuenē & impe
ritū cōtemnēs. Itaq; ephori Cleomenē primùm ad occupandū Mineruæ
6 fanū, q̃d apud Belbinā erat, mittūt. castellū est in finib. Laconicæ ad fau-
ces positū, ac tum de eo cum Megapolitanis disceptabat̃. Cùm id esset à
Cleomene occupatū & muro cinctū, Aratus nulla priùs expostulatione
interposita noctu exercitū ad Tegeā & Orchomenū opprimēdas duxit:
proditorib. aūt præ metu q̃d promiserāt nō præstantib. retrò abijt, latuis-
se se putās. Cleomenes uerò iocosè ad eum scripsit, tanq; amicū interro-

A gans, quonã noctu exercitũ duxisset: & cùm respõderet, audiuisse se eum Belbinã munire uelle, & ad id ꝓhibendũ cõtendisse, rescripsit, Hoc quidẽ se ita esse credere, cupere tamẽ, nisi molestũ sit ipsi, scire ex eo, quã ob rem faces & scalas secũ tulisset. Ibi cùm Aratus ad facetias hominis subrisisset, & q̃reret, qualisnã ille esset adolescẽs, Damocrates Lacedęmonius exul, Si quid, ait, aduersus Lacedæmonios moliris Arate, ꝑperãdum est tibi, anteꝗ̃ pullo huic aculei nascant̃. Secundũ hęc Cleomenẽ in Arcadia cum paucis eq̃tibus, & CCC peditib. castrametatũ ephori metu belli reuocarũt: sed postꝗ̃ eo digresso Caphyas Aratus cepit, rursus ab ijs emissus, Methydriũ occupauit, & Argolicã incursionib. uexauit. Cõtra eũ uiginti peditũ millia, mille equites ab Achæis missi sunt duce Aristomacho: qui cùm apud Palantiũ Cleomeni occurrissent, isq; ad pugnandũ esset paratus, perterritus eius audacia Aratus, cõmittere prœliũ ducẽ nõ est passus, sed discessit, & ob id cõuicijs Achæorũ exagitatus, derisus cõtemptuiq; habitus est à Lacedæmonijs, quorũ in exercitu ne quinq; quidẽ integra millia fuerãt. His rebus Cleomenes audacia auctus, iactare se apud ciues

B cepit: admonuitq; prisci cuiusdã regis, q dixerat, Nõ debere interrogare Lacedæmonios quales, sed ubi hostes essent. Inde Eleis ab Achæis bello infestatis opẽ ferẽs, apud Lycæũ discedẽtes iam Achæos adortus, uniuersum eorũ exercitũ in fugã uertit, permultos occidit & cepit, ita ut Aratũ quoꝗ̃ perijsse rumor apud Græcos uagaret̃. Aratus uerò occasione ꝓclarè usus, statim ab ea fuga Mantineã uenit, nemine id opinãte, urbemq; eam cepit atq; obtinuit. Cleomenes cùm ob hęc Lacedęmonij sententiã prorsus mutarẽt, sibiq; bellũ gerere uolẽti repugnarẽt, statuit Archidamũ Agidis fratrẽ, quẽ ex altera familia regẽ esse leges iubebãt, Messena Spartã euocare: regno integritati suæ restituto cẽsens ephororũ potẽtiã minorẽ futurã. At q Agidẽ interfecerãt, cùm hoc sensissent agi, timerẽtq; ne pœnę ab ipsis factorũ exigerent̃, receperũt q̃dẽ eũ in urbẽ clàm, reducẽdiq; socios se præbuerũt: statim aũt occiderũt, siue (ut Phylarchus ait) inuito Cleomene, siue ab amicis ad ꝓdendum hominẽ uerbis adducto. nam in eos ꝑcipuè culpa collata est, ꝗ ad necem Archidami adegisse Cleomenẽ existimabant̃. Enimuerò Cleomenes statim mouere urbanas res cupiẽs, *Archidamus perit.*

C ephoros pecunia corrupit, ut expeditionẽ sibi decernerẽt: reliquorũ etiã permultos demeritus est matre Crateßiclea affatim sumptus ꝑbente, conatusq; filij adiuuãte. hæc q̃dẽ, cùm ei cõiugio nihil esset opus, filij causa primo gloria & potẽtia ciuiũ nupsisse tradit̃. Educẽs igit̃ copias Cleomenes, oppidũ q̃ddã Megalopolitarũ occupat, Leuctra nomine: cumq; eò celeriter Achęi duce Arato defendẽdorũ suorũ causa accurrissent, cõmissa apud ipsã urbẽ pugna pars q̃dã exercitus Spartani uicta est. Cùm aũt Achæos Aratus apud ꝓfundã quandã cõuallẽ à persecutione inhiberet, indignè id ferẽs Lysiades Megalopolita, suos eq̃tes incitauit, hostiq; fugienti instans in locũ uitibus, fossis, & ruderibus repletum inuectus est: ibiq; dissipatis suis, eximere se inde & expedire nõ ualuit. Quod cernẽs Cleomenes, Tarẽtinos & Cretẽses milites ei immisit, ab ijsq; Lysiades fortiter pugnãs cęsus est. Lacedęmonij aũt animis receptis cũ clamore in Achæos irruerũt, totumq; exercitũ pulerũt, multis occisis. Cadauera omnia ex pacto reddidit Cleomenes, ꝑter Lysiadę: id eñi ad se afferri iussit, purpuraq; ornatũ & serto, ad portas Megalopolis misit. Hic est ille Lysiades, q tyrãnide se abdicauit, ciuibusq; libertate reddita, eos Achaico fœderi adiũxit. Porrò Cleomenes altos iam spiritus ducẽs, certoq; sibi persuadens, se, si suo arbitratu bellum gereret aduersus Acheos, facilè uicto-

ria potiturum, Megistonum uitricum docuit, debere spretis ephoris ci- A
ues in commune bona sua conferre, ęqualitateq́ instituta Spartam erige
re, & ad imperium in uniuersam Græciam euehere: & cum hoc ei per-
suasisset, duos aut tres alios ex amicis ad eandem causam sibi adiunxit.
Accidit ijs diebus, ut quidam ex ephoris in fano Pasiphaæ dormiens, per
somnum sibi uideretur eo in loco, ubi ius dare ephori solebant, cernere
unicam tantùm sellam, reliquis quatuor sublatis, positam: sibiq́ admi-
ranti uocē ex templo auditā, quæ hoc ita Spartæ expedire diceret. Hoc
insomniū Cleomenes cùm narrare sibi audiret ephorū, initiò perturba-
tus est, tentari se ꝑpter suspicionē aliquam putans: ut uerò persuasum est
uera eum dicere, animo cōfirmatus, quos maximè ciuiū instituto suo re-
8 fragaturos censebat, ijs abductis Herǽam & Alsæā, urbes Achæis subdi-
tas, cepit, Orchomenū frumentū importauit, ad Mantineā castra posuit,
omninoq́ longis hac illac expeditionib. Lacedæmonios ita defatigauit,
ut plerosq́ eorū ita flagitātes in Arcadia relinqueret. Ipse cum mercena-
rijs militib. Spartā petijt, inq́ itinere cōsilium suū ijs, quorū erga se bene-
uolentiæ maximè fidebat, exposuit: sensimq́ progressus est, ut ephoros B
in cœna deprǽhenderet. Cum prope urbem esset uentū, Euryclidā in e-
phororū sysitiū præmisit, ueluti per eum aliquid è bello nunciās. Thery
ciō autem & Phœbis, & duo alij qui cum Cleomene educati Samothra

Ephoros Cleomenes trucidat.

ces appellabant, cum paucis militib. eū subsequebant. Euryclida adhuc
cum ephoris colloquēte, strictis in eos gladijs milites irruerunt. Primus
Agylęus cùm ictus cōcidisset, uidereturq́ mortuus, sensim sese colligēs,
& ex ædibus istis subducens, nemine obseruāte in paruā ædem irrepsit,
quæ Metui sacra, cùm aliàs semper fuisset clausa, tunc fortuitò patebat: in
hanc ut se cōtulit, ostiū occlusit. Cæteri quatuor obtrūcati sunt, & plures
q̄ decē q auxiliū tulissent. nemini eñ qescēti manus allatę sunt, neq́ urbe
exeuntē quisquā ꝓhibuit: Agylęo etiā postridie ex templo discedēti pe-
percerūt. Lacedæmone nō Metus tantum, sed Mortis etiā, & Risus, alio-

Metus cur Spartæ cultus.

rūq́ id generis affectuū fana sunt. Colūt aūt Metū, nō eo modo, q̄ noxios
quosdā genios abominant; sed q eo maximè cōtineri rempub. arbitrant.
Ideò etiā ephori cū magistratū ineūt, ciuib. edicūt (ut refert Aristoteles)
ut superius labrū radāt, ac legib. animū aduertāt, ne molesti ipsis esse co- C
gant: de barba (ut opinor) eo ꝑcipiētes, ut in minimis quoq́ rebus dicto
audiētes esse iuuenes adsuefacerēt. Et quidē fortitudinē mihi uident nō
uacuitatē à metu, sed metū rephensionis & ignominiæ antiqui iudicasse.
qui eñ maximè leges timēt, ij aduersus hostē sunt audacissimi: minimeq́
dolorem formidāt, qui malè audire maximè timent. Ideò rectè dictū est:

D *Namq; uerecundus metui comes est pudor.——*

atq́ Homerus etiam præclarè:

Chare socer, reuerende mihi, semperq́; timende:

& alio loco,

Ductorumq́; metu taciti.——

Nam pleriq́ eos maximè reuerentur, quos timent. Itaq́ ergo etiam iuxta
ephororum sysitium Metus fanum dedicatū fuit, cùm eorum magistra-
tus proximè regiam esset potentiā. Facta die Cleomenes LXXX ciues
proscripsit, quibus solum uertendū esset: sellisq́ ephororū remotis, unā
modò reliquit, qua sedens ipse ius diceret. Aduocato deinde ad concio-
nem populo, ut factorū suorū rationē redderet, huiusmodi orationē ha-
» buit. Lycurgus regibus, inqt, senatū adiūxit: diuq́ eo modo resp. Sparta-
» na absq́ ullo alio magistratu administrata fuit. Postea tēporis cum bellū
aduersus

A aduersus Messenios traheretur, reges, quòd ipsi expeditionibus occupa- «
rentur, quosdam suorum amicorũ delegerunt, qui iudicia obirent, eosq; «
ut suos uicarios populo reliquerunt ephoros ab inspectione dictos. Hi «
cùm primùm nihil aliud quàm administri regum essent, paulatim deinde «
potestatem sibi ipsis arrogârũt, magistratumq; propriũ animaduertente «
nemine cõstituerũt. Cuius rei signũ extat, hodieq; rex ab Ephoris uoca- «
tus, primùm atq; iterum abnuit: tertiò demum uocatus surgit, & ad eos «
accedit: tum hoc, quod Asteropus, qui primus eum magistratũ auxerit, «
multis pôst ætatibus ephorus fuit. Ac poterant quidem utcunq; ferri in «
repub. ephori, si quidem moderatè se gessissent: qua autem potentia ad- «
scititia auitum regnũ opprimebant, adeò ut regum alios in exilium age- «
rent, alios indicta causa necarent, periculumq; omnibus priscam ac pul- «
cerrimam reipub. formam uidere desiderantibus denunciarent, tolera- «
ri nequaquam debuerũt. Quod si absq; cæde excindi pestes Lacedæmo- «
nij inuectæ potuissent, luxus, luxuria debita, fœnerationes, malaq; his «
antiquiora pauperies & diuitię, omnium ego me regum beatissimum iu- «
B dicarem, ueluti eum medicum, qui absque ullo dolore patriam sanasset. «
Nunc necessitati ueniam deberi Lycurgus ostendit, qui priuatus, & neq; «
regia, neq; alia ulla potestate præditus, regnũ tamen adiens armatus in «
forum processit: ita quidem, ut Charilaus rex perterritus ad aram confu- «
geret. Sed is quidem, uir bonus & patriæ amans, statim Lycurgo socium «
se immutandæ, constituendæq; reipub. adiunxit: ostendit tamen reipsa «
Lycurgus, difficulter citra um & terrorẽ mutari rempub. posse. Atq; his «
quidem ego moderatissimè usus sum, sublatis è medio ijs qui saluti Spar- «
tæ impedimẽto erant. Cæteris omnibus agros in commune diuidendos «
tribuo, debitores alieno ære libero, peregrinorũ delectum propono, ut «
eorum optimi in ciuitatem nostram assumpti, armis urbem tutentur: ne, «
ut hactenus, Laconicã penuria defensorum prædationibus Aetolorũ & «
Illyriorum expositam uidere cogamur. His dictis, primus omnium bona «
sua in publicum contulit: idemq; & Megistonus uitricus, & amicorum
unusquisq; fecerũt, ac ciues uniuersi imitati sunt. Agri deinde diuisi sunt:
assignauitq; Cleomenes ijs quoq; suas partes, quos solum uertere iusse-
rat, ac promisit rebus ad tranquillum statum reductis uniuersos se redu-
C cturum. Ciuium deinde numerũ lecto de finitimis præstantissimo quoq;
suppleuit, ac quatuor millia arma ferentiũ instituit: docuitq; eos loco ha-
stilium sarisis uti, quas utraq; manu tenerent, & scutũ ferre non loro ap- 10
pensum, sed armilla. Ad adolescentum inde cõuersus institutionem, ad-
iutorem in plerisq; habuit Sphærum: recipiebatur autem ab ijs statim ex-
ercitationũ & syssitiorũ ordo atq; frugalitas, paucis ui ad ea cõpulsis, ple-
risq; ultrò ingenuã illam & Laconicã uiuendi rationem amplectentibus.
Interim ne solus regno potiri uideretur, ad auertendã eius nominis inuidiã
fratrem Euclidam regni socium adsciuit: & tunc primùm Spartanis duo
ex eadem familia reges fuerunt. Porrò sentiens Achæos & Aratum iudi-
caturos, ipsum rebus ob mutationem fluctuantibus non ausurum exire
Sparta, urbemq; tantis motibus agitatã deserere, ostendere hostibus ala-
critatem sui exercitus iudicauit neq; indecorum fore, neq; inutile. Itaq;
in fines Megalopolitanorum ingressus, maximam prædam egit, pluri-
mumq; agri uastauit. Ad extremum histriones Messena proficiscẽtes na-
ctus, erexit in hostico theatrumu: noq; die quadraginta minas præmium
certaminis constituens, spectauit ipse assidens: non quòd spectacula
tanti faceret, sed insultans ueluti hostibus, eorumq; contemptu demon-
strans,

Aequalitas Spartæ reducta.

Duo fratres Spartæ reges.

strans, quanto ipsis esset superior. Alioquin omniũ regiorum & Græcorum exercituum soli Laconici neq; mimos, neq; circulatores, neq; saltatrices, neq; psaltrias secum trahebãt: omniq; planè scurrilitate, lasciuia, & pompa uacabant: sed plerunq; pueri seniorib. docentibus discebãt exercitabantq; aliquid: animiq; causa, si suppeditaret ociũ, iocis cõsuetis atq; facetijs, Laconicisq; dicterijs indulgebant. quod genus iocandi quid attulerit utilitatis, in uita Lycurgi demonstrauimus. Cæterùm ipse omnia docebat suos Cleomenes, uitam suam simplicem, frugalem, omnisq; fastus exortem, neq; præter cæteros quicquam habentẽ, ueluti exemplum temperantiæ proponens: quod quidem ei ad res Græcas momentum uidetur aliquod attulisse. Etenim homines cùm ad alios accederẽt reges, non tam admiratione splendoris eorum luxusq; percellebantur, quàm fastum eorum & superbiã abominabãtur, moleste & aspere respondentiũ. Ad Cleomenem uerò uenientes, & re scilicet, & nomine regem, cùm circa ipsum nullas lænas aut purpuras, nullum lectorum lecticarumq; apparatũ, nullam nunciorum ianitorumq; turbam conspicerent, neq; is per literas tardè ægreq; responsa daret, sed plebeio amiculo indutus se conuenientib. occurreret, familiariterq; eos exciperet, hilariq; uultu humaniter colloqueretur, demulcebant, & eum solum ab Hercule natũ dicebãt. Cœna ipsius quotidiana in triclinio erat frugalis admodum & Laconica: sin legatos aut hospites acciperet, duo alij apponebantur lecti, ac splendidiùs aliquanto mensam famuli adornabant, non quidem opiparè conditis cibis aut placentis, sed ut largiùs apponerentur fercula, & uinũ esset liberalius. Nam quin & obiurgauit quendam suorũ, cùm audiuisset eum in conuiuio hospitibus ius nigrum & mazam, ut in phiditijs, apposuisse: nam in his dicebat, & apud peregrinos præsertim, non esse nimis accuratè Laconicũ morem tenendum. Remota mensa, tripos inferebatur, cum æneo cratere uini pleno, & pateris argenteis duabus, quarũ utraq; duas cotylas caperet, & poculis argenteis perpaucis: inde bibebat qui uellet, nolenti nemo porrigebat. Aurium oblectatio neq; adhibebatur ulla, neq; desiderabatur: nam conuiuium ipse suo sermone iucundũ reddebat, modò quærens, modò narrans, oratione ita temperata, ut & quæ seriò dicebant, non iniucunda, & facetiæ elegantes nõ inurbanæq; essent. Quibus enim rationib. cæteri reges hominum beneuolentiã uenantur, pecuniæ scilicet & munerum corruptela, eas & iniustas, & artis uacuas censebat: pulcerrimum autem, & maximè regiũ iudicabat, eos quibus cum ageret oratione ac cõsuetudine grata & fide digna sibi deuincire: idq; unum inter amicum & mercenariũ interesse, q̃ ille morib. & sermone, hic pecunia paratur. Primi eum Mantinenses ad se uocarũt, noctuq; in urbem admissum in eijciendo Achæorum præsidio adiuuerunt, seq; in fidem eius tradiderũt. Quibus ille cùm leges ac rempub. reddidisset, eadem die Tegeã profectus est. Paulo pòst peragrata Arcadia ad Pheras Achaiæ urbẽ accessit, ut uel cum Achæis prœlio decertaret, uel Aratũ calumnijs obijceret, qui pugnã subterfugiens Cleomeni regionem proderet. Prætor tum Achęorum erat Hyperbatas: sed omniũ rerum potestas penes Aratum. Achæis cum omni exercitu egressis, & in agro Dymęo apud Hecatombæum castra metatis, Cleomenes superuenit: cumq; uideretur malè sibi consuluisse, qui intra Dymem urbem hostilem, & castra Achæorum consedisset, hostes audacter prouocauit, pugnareq; coactos uicit: fusaq; eorum phalange multos interfecit, multos cepit. Inde ad Langonẽ profectus, eiecto Achæorũ præsidio, urbem Eleis reddidit. Ita attritis Achæis Aratus,

Cleomenis laus. (margin)

Res gestæ bello Achaico. (margin)

A B C (margin section letters)

A Aratus, q̃ ſolebat alternis annis præturã gerere, tũ magiſtratũ recuſauit,
uocatus quidẽ, & ut eũ ſuſciperet, oratus: nõ rectè id ãgẽs, qui in tã peri-
culoſa tẽpeſtate clauũ dimitteret, aliiſq; traderet. Cleomenes cùm hacte-
nus uiſus eſſet legatis Achęorũ tolerabiles ꝓponere cõditiones, tũ miſit,
q iuberẽt eos principatũ dimittere: de cęteris facilè ſibi cũ ipſis cõuentu-
rũ, ſeq; ſtatim ipſis captiuos & quę in bello ademiſſet oppida redditurũ.
Cùm Achæi his cõditionib. pacẽ cõponere ſtatuiſſent, Cleomenẽq; Ler
nã uocarẽt, q̃ loco cõuentũ inſtituerãt: caſu euenit, ut Cleomenes cõtinẽ
ter ꝓfectus, & aquę potu intẽpeſtiuè uſus, multũ ſãguinis eiiceret, uoxq;
ei intercluderet̃: itaq; captiuorũ præcipuis ad Achęos remiſsis, dilato cõ
cilio Lacedemonẽ rediit. Hic caſus res Gręcię perdidit, q̃ alioquin uide-
bat̃ utcũq; ſe recolligere, Macedonũq; ſuperbiã & auariciã effugere poſ
ſe. Aratus eñ ſiue q Cleomeni fidẽ nõ haberet, eũq; metueret, ſiue inui- *Aratus Antigono ſe adiungit.*
dẽs inſperatis eius ſucceſsib. indignũq; iudicãs ſibi, qui per XXXIII an-
nos primas partes tenuiſſet, iuuenẽ ſubitò exortũ cũ gloria ſimul potẽtiã
eripere, imperiumq; ab eo auctũ & tam lõgo tempore obtentũ euertere:
B primò ſtatuit Achæos ne pacificationẽ iſtã ꝓbarent ui ꝓhibere. deinde
cùm Cleomenis audacia territi dicta eius ſpernerent, atq; etiã iſtam eſſe
Lacedęmoniorũ petitionẽ dicerẽt, qui antiquã formã Pelopõneſi redu-
cere conarent̃, rem aggreſſus eſt, nemini Græcorũ cõuenientem, omniũ
aũt maximè ipſi turpem, & rebus antè actis indigniſsimã: nimirũ ut Anti
gonũ in Græciã uocaret, Macedonibusq; impleret Pelopõneſum, quos
ipſe adoleſcẽs liberato Acrocorintho ex Pelopõneſo eiecerat. Et quidẽ
omnib. regib. ſuſpectus, ac cum omnib. ſimultates exercens Aratus, Anti
gono huic mille ſuorũ cõmentariorũ locis obtrectat. Iam q multa ſe paſ
ſum, multa conatũ ꝓpter Athenienſes ait, dum urbẽ eorũ præſidio Mace
donico liberaret, is Macedones armatos in patriã penatesq; ſuos uſq; ad
gynęceũ adducit: genus uerò ab Hercule trahentẽ Spartanorũ regẽ, & q
auitã reip. formã ueluti cõcentũ obſoletũ renouãs, cantilenã illam Dorii
modi de tẽperãti uitæ ratione, quã olim Lycurgus cecinerat, repetebat,
Sicyoniorũ ac Triceæorũ ducẽ ſcribi indignũ putat. mazamq; fugiẽs, &
palliũ, & (q̃d grauiſsimũ Cleomeni impingebat crimen) diuitiarũ ſubla-
tionẽ, paupertatisq; correctionẽ, diademati, purpuræ Macedonicisq; &
C ſatrapicis mãdatis ſe Achaiamq; ſubiicit: ac ne uideat̃ imperata à Cleo-
mene facere, Antigonia ſacrificat, coronatusq; pæanas canit in honorẽ
hominis pulmonũ uitio cõtabeſcẽtis. Neq; nos hæc Arati accuſandi cau
ſa ſcribimus, uiri qui in multis rebus Gręcię utilis p̃ſtansq; fuit: ſed huma *Reprehendendus mos dus.*
nę imbecillitatis deplorãdę gratia, quãdo ne in tam nobilib. & inſigniter
ad uirtutem aptis ingeniis bonũ abſq; ullo næuo exiſtere poteſt. Achæis
Argos ad cõciliũ uenientibus, & Cleomene Tegea eòdem ꝓfecto, maxi
ma apud oẽs ſpes pacis extiterat. Aratus uerò, qui iam cum Antigono de
maximis rebus pactus erat, metuẽs ne Cleomenes omnia conſequeret̃,
populo Achæo perſuaſit, aut quidem ui eò adegit, ut iuberẽt Cleomenẽ
acceptis triginta obſidibus ſolum ad ipſos uenire: aut ſi cum copiis acce-
deret, extra urbẽ apud gymnaſiũ Cyllarabiũ colloqui. Hæc audiẽs Cleo
menes, iniuriã ſibi fieri dixit. prędicendũ eñ ſibi hoc fuiſſe, nõ iam ad fo-
res accedenti fidem ſoluendam, ſeq; repellendũ. epiſtolam quoq; ea de
re ad Achęos ſcripſit, cuius maior pars in Arato criminãdo cõſumebat̃:
cumq; apud multitudinẽ uiciſsim Aratus multis eũ uerbis traduxiſſet, ce
leriter diſceſsit, p̃conẽ q bellũ Achęis indiceret nõ Argos, ſed Aegiũ (ut
D ait Aratus) p̃ueniendi eorũ apparatus cauſa miſit. Tumultũ ea res apud
Achęos

Achæos excitauit, & ad defectionem ciuitates spectare ceperunt. nam A & populi agrorum diuisionem, nouasq; tabulas sperabant, & principes uarias Arato molestias exhibebāt: multisq; odio erat, quòd Macedones in Peloponnesum induceret. Ergo Cleomenes hac occasione aucta fiducia, in Achaiam irrupit: ac primùm Pellenem cepit, eiectis unà cum præsidio Achæis: deinde Pheneum & Penteleū in potestatem redegit. Cùm uerò Achæi proditionem quandam, quæ Corinthi & Sicyone conflabatur, metuentes, mercenarios milites & equitatū Argis eò custodiæ causa misissent, ipsiq; Argos profecti Nemea ibi celebrarent: sperans Cleomenes (id quod res erat) se si urbem hominibus festiuitati & spectaculis deditis repletam subitò adortus esset, magnas turbas daturum, noctu ad muros exercitum adduxit: locoq; circum Aspidem (pars urbis ita appellatur) occupato, qui supra theatrum situs, aditus difficiles habet, tantum terrorem hominibus incussit, ut nemo ad defendendam urbem se conuerteret: uerùm & præsidium acciperent ciues, & uiginti obsides darent, & Lacedæmoniorū fœderi, cuius dux erat Cleomenes, se adiungerent. Hæc res magnum ei & ad potentiam, & ad gloriam momentum attulit. B Nam neq; priores Spartanorū reges Argos firmiter sibi adiūgere, quantumuis multa eius rei causa machinati, potuerunt: & imperatorum summus Pyrrhus cùm ui intrasset, non obtinuit urbem, sed & ipse, & unà magna exercitus pars perijt. Itaq; celeritatem & prudentiā Cleomenis admirabantur homines: & qui priùs eum, cùm in abrogandis æris alieni cōtractibus Solonem se & Lycurgū imitari diceret, deriserant, tum omnino assensi sunt, eum mutationis in melius rerum Spartanarum autorem causamq; fuisse. Quippe ita antehac abiecti uixerāt, adeoq; se ipsos tueri nequiuerant Lacedæmonij, ut Aetoli in regionem eorum impressione facta, quinquaginta mancipiorum millia abegerint. cùm quidem ferunt quendam de senioribus Spartanis dixisse, Beneficio Laconicam ab hostibus affectam, qui eam ita exornauerint. Nō multo pòst tempore, cùm attigissent modò priscā disciplinā, eiusq; uestigijs institissent ueluti præsente & gubernante Lycurgo, multa fortitudinis dederunt documenta, atq; obedientiæ, principatū Græciæ Lacedæmoni recuperantes, & Peloponnesum sibi restituentes. Argis captis, cùm statim etiam Cleonæ & Phliûs Cleomeni se adiunxissent, Aratus, qui tum Corinthi in quosdam, C qui ferebantur Laconum partibus studere, inquirebat, nuncio rei allato perturbatus, cùm ciuitatem eam sentiret ad Cleomenem inclinare, ac cupere Achęorum principatu liberari, ciuibus in concilium aduocatis, ipse occultè ad portas elapsus est: ibiq; equum adductum conscendit, ac Sicyonem confugit. Ibem scribit, Corinthiorum certatim Argos ad Cleomenem contendentium tantam fuisse festinationem, ut equi eorum omnes rupti fuerint: increpatosq; eos à Cleomene, quòd se non compræhendissent, sed effugere pasi fuissent. Venisse etiam ad se Megistonoum à Cleomene missum, orasseq; ut accepta, quam promittebat ingentē, pecunia Acrocorinthum Achæorum præsidio deducto traderet: seq; ei respondisse, Non habere se res in sua potestate, sed ab ijs haberi. Cleomenes Argis profectus, Trœzenijs, Epidaurijs, Hermionensibusq; sibi adiunctis Corinthum uenit, arcemq; munitionibus inclusit, Achæis decedere nolentibus. Arati quoq; amicos & procuratores ad se uocauit, iussitq; facultates eius tenere ac tueri: rursumq; Tritymallum Messeniū ad Aratum misit, petens ab eo, ut Acrocorinthum communi Achęorū Lacedæmoniorumq; præsidio teneri pateretur: priuatimq; Arato duplum eius

Achaicum bellum integratur.

A eius ſtipendij, quod à rege is Ptolemæo accipiebat, daturum ſe promiſit.
Arato non obtemperante, ſed & filium cum reliquis obſidibus ad Anti-
gonum mittente, & Achæos eò adducente, ut tradendum Antigono A-
crocorinthum decernerent, ita demum in Sicyonium agrum impreſſio-
nem fecit, eumq́; populatus eſt, & decreto Corinthiorũ bona Arati do- *Antigoni*
no ſibi data accepit. Cùm Antigonus magno cum exercitu Geraniam *expeditio.*
tranſcenderet, exiſtimauit non Iſthmum ſibi, ſed mõtes tantùm eos, qui
Onij dicũtur (quaſi ſi Aſininos Latinè appelles) uallo murisq́; intercipi- 11
endos cuſtodiendosq́; Cleomenes, lociq́; opportunitate potiùs aduer-
ſus Macedonas, quàm cum phalange probè inſtructa & exercitata pu-
gnandum. Atq; his quidem uſus conſilijs, in maximas Antigonum diffi-
cultates coniecit, cui neque ſatis frumenti comparatum, neque obſeſſo à
Cleomene tranſitu facile erat ui pergere: & cùm noctu conatus eſſet per
Lechæum elabi, ſpe fruſtratus non nullos milites amiſit. Ita ut Cleome-
nes cum ſuis elati uictoria, audaciaq́; repleti ad cœnam ſe contulerint:
Antigonus autem animi anxius, neceſsitate ad conſilia difficilia & im-
B pedita adactus fuerit. cogitabat enim caſtra ad promontoriũ, quod à fa-
no Iunonis Heræum dicitur referre, atq; inde exercitum nauibus Sicyo-
nem traijcere: quę res & multum temporis, & apparatum haud medio-
crem deſiderabat. Iam ſub ueſperam Argis ad eum mari aduehũtur qui-
dam Arati amici, defectionem à Cleomene moliri Argiuos nunciantes, *Argos &*
ipſumq́; eò uocantes. Autor eius defectionis fuit Ariſtoteles, ac populũ *Corinthum*
haud difficulter in ſuam ſentẽtiam pertrahebat, indignantẽ, quòd ſpera- *amittit*
tas ab ipſis nouas tabulas nõ dediſſet Cleomenes. Proinde Aratus M D *Cleomenes.*
militibus ab Antigono acceptis, Epidaurum nauigauit. Ariſtoteles autẽ
aduentu eius non expectato, ipſe cũ ciuibus oppugnauit præſidiũ Cleo-
menis: ciq́; præſtò fuit cum Achæis Sicyone ad ſubſidium adductis
Timoxenus. Hæc cùm circa ſecundam noctis cuſtodiam cognouiſſet
Cleomenes, Megiſtonoũ (qui maximè pro Argiuis fidẽ ſuã interpoſue-
rat, prohibueratq́; ne ſuſpectos ſibi eijceret urbe Cleomenes) iratus ad
ſe uocauit, & cum duobus militum millibus ſtatim ad retinendos Argos
miſit: Corinthios interim uerbis confirmans, quòd nihil periculi ab Ar-
gis eſſe, uerùm paucos quoſdam homines tumultum ibi concitaſſe dice-
C ret. Sed poſtquàm Megiſtonous Argos ingreſſus in pugna occiſus fuit,
pręſidiumq́; Spartanũ ęgrè uim hoſtiũ ſuſtinens crebros ad ipſum miſit
nũcios, ſubuenire ſibi iubẽtes: metuens ne captis Argis hoſtes tranſitus
intercluderent, Laconicãq́; inde tutò popularẽtur, & Spartã oppugna-
rent defenſorum uacuam, exercitum Corintho abduxit. Hanc urbem
ſtatim amiſit, Antigono in eam intrãte, pręſidiumq́; imponente. Muros
autem Argorum aggreſſus, & intrò ſe proripere conatus eſt, ex itinere
conuerſis ad oppugnationem copijs, exciſisq́; ſub Aſpide repagulis ad
ſuos peruenit, Achæis etiamnũ reſiſtentes, ac partes nonnullas urbis in-
teriores admotis ſcalis occupauit, uicosq́; hoſtibus uacuauit Cretẽſium
ſagittariorũ opera. Vt uerò Antigonũ uidit à ſummitatibus in planiciem
cum phalange deſcendere, & equites magno impetu ad urbem conten-
dere, ſpe uictorię abiecta ſuos ad ſe conduxit, tutoq́; pręter murum ab-
duxit. cùm quidem breuiſsimo temporis ſpacio maximas res cõfeciſſet,
ac propemodum totam Peloponneſum unica expeditione in ſuam pote
ſtatem redegiſſet. Quæ quidem omnia cõtinuò rurſum amiſit, cùm par-
tim milites ſtatim ab ipſo diſcederent, partim paulo pòſt Antigono ur-
bes traderent. Hoc ſucceſſu expeditionis uſum, copiasq́; retrò abducen-

tem, cùm iam aduesperasceret, quidam Lacedæmone profecti apud Tegeam conueniunt, haud minorem præsenti calamitatem nunciantes: mortem nimirum uxoris eius, propter quam ne felicissimis quidem in bellis diutius permanebat: sed amore Agiatidis, quam faciebat plurimi, crebro Spartam recurrebat. Perculsus uerò est, & dolore correptus, ut par est iuuenem pulcerrima pudicissimaq; orbatum uxore. nihil tamen de animi magnitudine dimisit, nihil se indignum egit: sed uoce, habitu, uultuq; eodem seruato, mandata ducibus dedit, ac de incolumitate Tegeatarum rationes inijt. Postridie prima luce Lacedæmonem descendit: luctuq; domi cum matre & liberis peracto, statim de summa rerum deliberationem instituit. Cùm autem Ptolemæus rex Aegypti auxilium ei promittens, obsidum loco liberos eius matremq; sibi dari posceret, diu admodum ueritus est hoc matri indicare, ac sæpe ad eam ingressus, iamq; dicturus obmutuit: adeò ut ipsa suspicata hoc sit, & ex amicis eius percontata, ecquid cunctaretur ipsam aliqua de re compellare. Tandem Cleomene rem aperire auso, cachinnum sustulit mater, &,

Vxoris mors.

» Hoc ergo, inquit, erat quod sæpe aggressus nobis dicere, formidine de- B
» tentus intermisisti? non tu potiùs statim nos in nauim impones, mittes-
» que eò, ubi corpus hoc Spartæ quàm utilissimum fore iudicas, priusquam hîc desidens à senectute conficiatur? Omnibus rebus apparatis, pedites Tænarum descenderunt, armato exercitu eos deducente. Iam uerò ingressura in nauim Cratesiclea, in fanum Neptuni Cleomenem solum abduxit: ibi amplexu eius & osculis saturata, grauissimè dolentis,

Matrē & liberos obsides Ptolemæo mittit.

» animoq; perturbati, Agedum, ait, ô rex Spartanorũ, operam demus, ne
» nos hinc egressos quisquam lacrymantes, aut indignum aliquid Lace-
» dæmone in nos admittentes conspiciat. hoc enim præstare unum pos-
» sumus: fortuna ea utemur, quæ diuinitus obtinget. Hæc locuta, composito ad serenitatem uultu cum nepote nauim conscendit, celeriterq; soluere rectorem nauis iussit. Delata in Aegyptum, cùm Ptolemæum audiret legatos Antigoni atq; oratores admittere, Cleomenem uerò ab Achæis ad pacificationem inuitatum, matris causa non audere iniussu Ptolemæi bellum desinere, per epistolam monuit, ut id, quod Spartæ dignitas commodumq; iuberent, ageret, neque semper uetulæ mulieris & puereli causa Ptolemæum metueret. Hanc sese Cratesi- C
clea rebus aduersis gessisse fertur. Cæterùm Cleomenes in ipsam Laconicam conclusus, cùm Antigonus Tegeam cepisset, Orchomenumq; & Mantineam diripuisset, helotum quotquot quinque minas Atticas conferrent, libertate donauit: eoq; modo D talentis coactis, duo millia hominum Macedonico more armauit, quos militibus Antigoni opponeret, qui ab albis, quæ gestant, scutis Leucaspides dicuntur. Magnam inde rem, & præter omnium expectationem aggressus est. Megalopolis urbs erat per sese nequaquam Lacedæmone minor, neq; imbecillior: tum uerò Achæorum etiam, & Antigoni auxilio nitebatur, castra in propinquo habentis, ut qui maximè Megalopolitanorum opera uideretur ad ferendam Achæis opem adductus. Hanc urbem diripere intendens Cleomenes, (nullum enim alium finem subita & inopinata eius hæc actio habuisse propositum uidetur) milites quinque dierum cibaria secum ferre iussos ad Sellasiam duxit, ueluti in Argolicam impressionem facturus. Inde in agrum Megalopolitanum profectus, cùm apud Rhœtium corpora militum cœna refecisset, rectà per Helicuntem ad ipsam urbem contendit. Cùm haud procul abesset, Panteam cum duabus

Serui ad militiam liberantur.

A duabus Lacedæmoniorũ cohortibus præmisit, qui turrium quoddã in-
terstitium, quo loco audierat maximè desertos esse muros, caperet: ipse
cum reliquis copijs paulatim subsecutus est. Panteas non illum modò lo
cum, sed magnam præterea illius muri partem custodibus uacuam offen
dit, ac statim quà deiecit, quà subruit, occisis quotquot occurrissent cu-
stodibus: ac maturè superueniens Cleomenes, priusquam Megalopoli- *Megalopolis capitur.*
tani animaduerterent, cum copijs intra muros constitit. Vix tandem ca-
lamitate per urbem innotescente, ciues alij arreptis quæ poterant bonis
effugerunt, alij arma rapientes facto agmine in hostẽ pugnauerũt: quem
cùm profligare nequirent, tutum tamen ciuibus urbe excuntibus disces-
sum præstiterunt. Itaq; non ultra mille homines in urbe deprehensi sunt,
reliqui omnes cum uxoribus & liberis Messenam profugerũt: illa quoq;
multitudo, quæ pugnã cum hostibus cõseruerat, euasit, paucis admodũ
captis. Fuerũt inter captiuos Lysandridas etiam & Thearidas, uiri nobi-
les, & qui largiter apud Megalopolitanos poterant: itaque eos statim ad
Cleomenem adduxerũt milites. Lysandridas cùm eminus Cleomenem
B conspiceret, alta uoce, Nunc, inquit, tibi ô rex Lacedæmoniorum licet «
præclariori quàm id quod confectum est, maximeq; regio facinore sum «
mam consequi gloriam. Tum Cleomenes suspicatus quid esset, quòd di «
cturus erat, Quid ergo, ait, ô Lysandrida sentis? non enim puto, urbẽ me «
iubebis uobis reddere. Hoc ipsum est, respondit ille, quod suadeo tibi, «
ne urbem tantam pessundes, sed patriã Megalopolitanis reddens, ijs bo «
nis fidelibusq; porrò socijs eam impleas, tantamq; conserues multitudi- «
nem. Ad hæc rex, cùm paululum tacuisset, Credere, inquit, hoc cuiquam «
difficile est: sed tamen apud nos gloriosa semper utilib. præferantur. atq; «
ita fatus, uiros istos Messenam misit, unà cum suo præcone, ea cõditione
Megalopolitanis se patriam reddere promittens, ut ab Achæis deficiãt,
& secum fœdus ineant. At Philopœmen Megalopolitas datam Achæis
fidem ob tam benignas Cleomenis pollicitationes soluere passus nõ est,
criminans eum, qui nõ urbem reddere, sed ciues porrò etiam in suam di-
tionem redigere cuperet: Thearidamq; & Lysandridã Messena exegit.
Hic est Philopœmen ille, cuius prima pòst apud Achæos potestas, in-
terq; Græcos gloria fuit, quemadmodum in uita eius demonstrauimus.
C Cleomenes autem, qui hactenus urbem intactã illæsamq; conseruârat,
ita ut ne leuissimum quidem quicquam ab ullo etiam furtim auferretur,
accepto eius rei nũcio protinus exasperatus atq; iritatus, bona diripuit,
statuas & tabulas Spartam misit, urbisq; maximis & plurimis partib. di-
rutis, domum se cum suis recepit, ab Antigono sibi & Achæis metuens.
Verùm hi tum Aegij concilium habentes, nihil rei gerebant. Quo in cõ-
cilio cùm Aratus cõscenso suggesto aliquandiu chlamyde faciei præten
ta fleuisset, mirantibusq; cæteris & dicere iubentibus, Megalopolim à
Cleomene perditam retulisset: statim conciliũ dimissum est, Achæis cele
ritate & magnitudine mali perculsis. Antigonus autem cùm opem socijs
ferre intenderet, militibus tardè ex hybernis conuenientibus, rursus ma-
nere suo eos loco iussit, ipseq; cum militib. haud multis Argos se contu- 12
lit. Ideo secundus etiam Cleomenis conatus, cùm ab insana quadam ui-
deretur susceptus temeritate, magnæ prudentiæ debuit imputari: quod
& Polybius testatur. Nam (ut is refert) sciens Cleomenes Antigoni exer
citum per urbes in hyberna dispersum, Antigonumq; secum nõ multos
Argis (ibi enim cum amicis hyemabat) habere mercenarios milites, in
Argolicã irrupit: existimans aut se de Antigono prę pudore ad pugnam

excitato uictoriā reportaturū, aut pugnare nō ausum eum calumnijs Ar- A
giuorū obiecturū. atq; ita euenit. Cum ēm regionē uastaret, & bona Argiuorum ageret ferretq;, grauiter ij id ferentes, ad fores regis frequentes cōmeabant, magnisq; clamorib. pugnare eum, aut principatū præstātioribus concedere iubebant. Verùm Antigonus, quod est prudentis impe ratoris officiū, non malè audire apud alios, sed temerè se in discrimē mittere, ac quæ tuta essent dimittere turpe existimans, progressus ad prœliū nequaq; est, sed cōsilijs suis institit. Cleomenes cum usq; ad muros Argiuos exercitum adduxisset, tutoq; agros populatus hostib. insultasset, domū redijt. Paulo post cùm audiuisset Antigonū Tegeam profectū, ut inde in Laconicā inuaderet, celeriter militib. ad se cōductis, alia uia ingressus, eadē die ad Argos cōspectus est, agros uastans, fructusq; non, ut alij,

Antigoni prudentia.

13 falcib. & cultris demetens, sed magnis lignis in frameæ modū fabricatis decutiens, ut nullo negocio inter ambulandū ioci causa uidereť totas se-
14 getes perdere. Sed ubi ad Cyllarabin gymnasiū peruentū est, ignem inijcere suos uolētes inhibuit: q; Megalopolin ira magis q; recta ratione ductus perdidisse sibi uideretur. Cùm uerò Antigonus statim Argos reuer- B
sus, mox montes & transitus omnes præsidijs occupasset: simulans se nihil ea re moueri Cleomenes, præcones misit, qui fani Iunonis claues peterent, q; rex sacrificio Deæ peracto discedere uellet. Hoc modo cùm illusisset hostibus, & ad occlusum templū sacris esset operatus, Phliuntē copias abduxit: atq; inde profectus ad Orchomenum, in itinere Ologunto præsidiū expulit: cùm quidem non ciuiū modò animos confirmasset, audaciaq; impleuisset: sed ab ipsis etiā hostib. egregius dux, dignusq; magnis reb. esset iudicatus. Etem uidebať haud uulgaris esse peritiæ atq; ma gnanimitatis, unius urbis opib. fretum Macedonū uirib. regijsq; diuitijs cum totius Peloponēsi uirib. cōiunctis bello posse resistere: & nō modò intactam seruare Laconicā, sed & hostilē infestare regionē, & tantas capere urbes. Enimuerò qui primus pecuniā esse neruos rerū dixit, is præci puè ad bellū uidetur respexisse. Ac Demades Atheniensib. deducere na-

Pecunia belli neruus.

15 ues, & instruere classem iubentibus, Priùs, inquit, panis pinsendus est, q; de prora dicendū. Fertur & Archidamus ille sub initiū belli Peloponnesiaci, cùm socij iuberent certū eum pensionis modū definire, dixisse, Bellum non pascit certo & certæ mensuræ adstricto sumptu. Etem quemad C
modum exercitatione robur membrorū adepti athletæ spacio temporis opprimunt atq; superāt agiles artificiososq;: ita Antigonus magnis opibus instructus, ijsq; bellū reficiens, defatigauit tandem superauitq; Cleomenē, uix habentē, unde tenuiter militib. mercedē, ciuib. alimenta suppeditaret. Alioqui pro Cleomene etiā status rerū eius tēporis faciebat: nam barbari absente Antigono incursionib. Macedoniā uexabāt, magnusq; tū superne Illyriorū irruperat exercitus, à quo infestati Macedones, Antigonum domū accersebant. ac parum abfuit, quin ante pugnā eæ literæ ei redderenť: quib. acceptis, profecto statim ualere iussis Achæis domum cōtendisset. Sed quæ leui momēto solet res maximas decernere fortuna, tantum ostendit in opportunitate tēporis positū esse, ut, cùm statim post pugnā ad Sellasiā, qua uictus Cleomenes exercitū patriāq; amisit, adfuerint qui Antigonū auocarent, tanto miserabilior etiā Cleomenis calamitas uidereť. Qui si biduū adhuc se à pugna abstinuisset, nihil opus erat ei futurū pugna: sed discedentib. Macedonib. potuisset quib. ipse uoluisset conditionib. pacē cum Achæis cōponere. Nunc penuria pecuniæ, ut dictū est, omnē in armis spē collocare coactus, eò cōpulsus est, ut cum XX millibus

Fortunæ momentū.

A millibus hominũ(quod ipsum Polybius ſcribit)aduerſus XXX millia de-
certaret. Quo in prœlio cùm præclari ducis munus obiuiſſet,& cùm ciuiũ
prōptiſsima,tum mercenariorũ nō aſpernanda opera uſus eſſet, armaturę
tamen modo,phalangiſq́; grauitate eliſus eſt. Phylarchus etiã proditionẽ
interueniſſe tradit,q̃ maximè res Cleomenis perdiderit. Cùm em̃ Antigo-
nus Illyrios & Arcananes occultè circumire, & alterũ hoſtiũ cornu claude
re iuſsiſſet, cui Euclidas Cleomenis frater p̄erat,cæteras deinde copias ad
pugnã inſtrueret: Cleomenes ex ſpecula id cōtemplans, cùm nuſq́; arma
Illyriorũ Arcananũq́; cerneret, ueritus ad huiuſmodi rem ijs Antigonũ u-
ſum, Damotelẽ,qui inſidijs præfectus erat,ad ſe uocauit,uidere iubens & 16
q̄rere,ut ſe res à tergo aciei,& circũ eam haberẽt. Damotele autẽ(erat em̃,
ut fertur, priùs ab Antigono pecunia corruptus) non debere ea de re ſoli-
citũ eſſe dicente(omnia enim probè eſſe curata)idq́; potiùs agendũ,ut ho Cleomenes
ſtes à fronte ingruentes propulſaret, fidem ei habẽs in Antigonũ ſuos du- uincitur.
xit:impetuq́; Spartanorũ,quos ſecum agebat,phalangem Macedonicam
pulit, cedentemq́; ad quinq́; circiter ſtadia inſecutus eſt, urgens atq́; præ-
B ualẽs. Vt uerò ab altera parte circumũentum cum ſuis Euclidam uidit, ac
quo in diſcrimine res uerſarẽt,ſubſiſtens,Perijſti,inquit,chariſsime frater,
perijſti,cùm te præclarè geſſeris,imitanduſq́; pueris Spartanorũ ſis,& mu
lierib.canendus. Euclida cum ſuis cæſo,hoſtibuſq́; uictorib.ad ſe tendẽti-
bus,ut uidit milites animis cecidiſſe, hoſtiũq́; cōgreſſum nō ſubſiſtere,ſuę
ipſius cōſuluit ſaluti.Ferunt & mercenariorũ militũ multos ea in pugna oc
cubuiſſe,& de ſex Spartanorũ millib.ducentos tantũ ſuperfuiſſe. Vt Spar-
tã peruenit Cleomenes, ciuib. obuiã factis iuſsit Antigonũ recipere: ſeq́;
dixit utrũ ex uſu patriæ ſit futurũ, aut uicturũ aut moriturũ. Cùm uideret
mulieres ad eos qui unà effugerãt accurrere, armiſq́; ipſos leuare, & potũ
afferre,ipſe in ſuã quoq́; domũ intrauit:ſed cùm puella quam Megalopoli
abductã liberã poſt uxoris mortẽ ſecum habebat,more ſuo accederet,ue-
nientemq́; è bello curare uellet,neq́; bibere ſuſtinuit, quanq́; ſiti cōfectus,
neq́; defatigata membra ſedendo reficere: ſed ut erat thorace indutus,ma
num obliquã columnæ cuidã inijciens, caputq́; cubito imponens, paulu-
lum quiete corpus recreauit: omniaq́; ſua conſilia animo percurrens,cum Patria pro-
amicis ad Gythiũ contendit. ibi naues ad id paratas cōſcenderunt, atq́; a- fugit.
C uecti ſunt. Antigonus uerò cùm primo aduentu Lacedæmone eſſet poti-
tus,humaniter ciues tractauit,dignitatẽq́; Spartæ nullo modo cōculcauit
aut ludibrio habuit:ſed leges rempublicãq́; Spartanis reddidit,peractiſq́; Antigoni
ſacris diſceſsit tertio q̃ uenerat die: q̃ Macedoniã bello ardere,atq́; à bar- bonitas.
baris uaſtari inaudiuiſſet. Iã & morbus ipſum occupauerat,in phthiſin ue-
hementẽ uergens,defluxumq́; humoris ex capite continentẽ.Non tamen
ei ſuccubuit,ſed ita in certamine pro regno ſuo perdurauit,ut maxima par
ta uictoria,ingentiq́; barbarorũ cæde peracta,maiori cum gloria mortem Mors.
obiret. Phylarchus ſcribit,eum in ipſo prœlio uociferatione corpus p̃erru
piſſe: quod uero non eſt diſsimile. In confabulationib.hominũ ferebatur
eum poſt prœliũ clamantẽ præ gaudio, O' pulcrũ diem: multũ ſanguinis
inde expuiſſe, acutaq́; febri deceſsiſſe. Interim Cleomenes Cytheris auec-
tus Aegialiã appulit. Hinc Cyrenã traiectu amicorum quidã Therycio
nomine,uir & in reb.gerendis magni animi, & oratione ſemper uſus elata
atq́; arrogãti,ſeorſim cōpellauit, &,Pulcerrimã,ait,ô rex moriendi in ipſo "
prœlio occaſionem dimiſimus: tametſi audientibus uniuerſis dixeramus, "
nunq́; fore ut Antigonus regem Spartanũ niſi mortuũ ſuperet.Nunc quæ "
uirtute & gloria proxima illi eſt, nobis adeſt, Quò nauigamus? cur quæ in "

» promptu sita fugiẽtes, eadem procul quærimus? Nam si Herculis ortos ge A
» nere indecorũ nõ est Philippi Alexãdriq; seruire successoribus, lõga naui-
» gatione supersedere possumus, nosq; Antigono dedere, quem tantũ præ-
» stare Ptolemęo, quantũ Aegyptijs Macedones cõuenit. Sin eos qui armis
» nos uicerũt, imperare nobis indignũ putamus: cur eũ, qui nõ superauit nos
» dominũ nobis paramus? scilicet ut nõ uno, sed duobus deteriores uidea-
» mur: cùm & Antigonũ fugimus, & Ptolemæum adulamur. An matris tuæ
» causa uenire nos in Aegyptũ dicemus? nimirũ ꝑclaro & optabili spectacu
» lo futuri, cùm ea Ptolemęi mulierib. ostendet filiũ de rege captiuũ & exulẽ
» factũ. Nõ potiùs dum adhuc nostri in nostra potestate sunt gladij, Laconi
» camq; ꝓspicimus, hîc nos fortunæ subducimus, & his qui apud Sellasiã ꝓ
» Sparta oppetierunt, nos excusamus? q; in Aegypto sedeamus, audientes
» quẽ Antigonus Lacedæmone satrapã reliquerit? His Therycionis uerbis
» ita Cleomenes respondit. Tu uerò improbe fortis tibi uideris, mortẽ appe
» tens, quæ nihil omniũ humanarũ rerũ omnib. magis in prõptu est situ? tur-
» pior hæc tua priori est fuga. Hostib. quidẽ etiã alij nobis præstãtiores con-
» cessêrũt, aut fortuna aduersante, aut multitudine oppressi. Qui uerò ob la- B
» bores & miserias, aut opinionẽ repręhẽsionesq; hominũ animũ despõdet,
» is à sua ipsius uincitur mollicie. Mors enĩ spõtanea, nõ fuga actionũ, sed a-
» ctio esse debet. Turpe uerò est nos nobis ipsis tãtùm uiuere ac mori: ad q̃d
» nũc tu nos hortaris, ꝓperans præsentẽ rerũ statũ effugere, nulla alia re cõ-
» fecta. Ego aũt censeo & me & te nõ decere spes patrię salutares dimittere:
» eæ ubi nos deserẽt, facilimũ erit mori uolẽtibus. Ad hęc Therycio nihil re-
spõdit: sed ubi primùm à Cleomene digrediendi occasionẽ est nactus, ad
littus abijt, ac sibi mortem cõsciuit. Cleomenes aũt auectus inde in Africã
perlatus est, ac deducentib. regijs Alexandriã uenit. Primo cõgressu Ptole
mæus ei se uulgari modo humanũ moderatumq; præbuit: sed postq; ani-
mũ eius explorauit, depræhẽditq; uirũ esse cordatũ, cuius etiã in q̃tidiana
Cleomenis in Aegypto acta. consuetudine Laconica simplicitas nõ illiberalẽ haberet gratiã, neq; in ea
quidq; nobilitate ipsius indignũ admitterẽt, ac nõ fractus à fortuna in col-
loquio plus fidei q; assentatores mererẽt, pudere ipsum ac pœnitere cepit,
qui tãtum uirũ destituisset, Antigonumq; passus esset eo uicto tãtum glo-
riæ & potentiæ parare. Itaq; honorib. & comitate sua recreatũ cõfirmauit,
ꝓmittens se eũ cum nauib. & pecunia in Gręciã missurũ, inq; regnũ restitu- C
turũ. Viginti etiã ac quatuor talenta ei in singulos annos stipẽdij nomine
cõstituit: qua ex pecunia ille se & amicos frugaliter sobrieq; sustentãs, ma-
gnã partẽ largiẽdo in Græcos, qui in Aegyptũ cõfugerant, insumebat. Ve
17 rùm Ptolemæus senior priùsquã ꝓmissum repræsentaret, uitã cum morte
cõmutauit. Cuius morte cum statim regnũ in multã lasciuiã, temulentiã, &
mulierũ dominationẽ incidisset, negligi etiã Cleomenes cepit. Regis enĩ
Ptolemæi Philopatoris scelera. noui animus ita fuit uino req; muliebri perditus, ut cùm maximè sobrius
esse ac seria agere sibi uidebat̃, tympanũ tenẽs in regia orgia celebraret: ma
ximas autẽ regni res administraret amasia regis Agathoclea, materq; eius,
& lęna Oenãthe. Initio tamẽ uidebat̃ aliquis Cleomenis esse usus. Nã Pto
lemæus Magã fratrẽ timens, ut ꝓpter matrẽ multũ apud milites habẽtem
gratiæ, Cleomenẽ adsciuit, arcanaq; sua cum eo communicauit cõsilia, fra
trem interficere intendens. Id quod Cleomenes unus omnium (nam cæte
ri hoc suadebant) improbauit, dicens, Regi potiùs securitatis & diuturni-
tatis regni causa alios multos fratres parandos esse, si qua id ratione fieri
posset. Cùm uerò Sosibius, primus potentia inter amicos regios, diceret,
Viuẽte Maga nũquam mercenarijs militib. tuto fidi posse: Cleomenes eũ
huius

A huius rei cauſa animo ocioſo eſſe iuſsit, inquiens, eorum militum plures trib. millibus ex Peloponeſo eſſe, atq; ita a ſe pendere, ut ubi primum annuerit, ad ſe tranſire cum armis ſint parati. Id uerbū tunc quidē Cleomeni haud leuem beneuolentiæ potentiæq; opinionem parauit: pòſt uerò cùm Ptolemęi imbecillitas timiditatem augeret, & is (quod fieri cōſueuit apud homines imprudentes) tutiſsimū putaret omnia metuere, ac nemini cōfidere, terrori eſſe Cleomenes aulicis cepit, ꝙ apud milites largiter poſſet: ac multi palā dicebāt, leonē hūc inter oues uerſari. & re uera huiuſmodi ingeniū eius apparebat, ſenſim in regia quæ agerent circūſpicientis. Ac naues quidem & exercitū tam diu fruſtra petijt, ut deſperaret ad extremū. Vt uerò Antigonū mortuū, Achęos Aetolico bello implicitos eſſe, rerumq; ſtatum perturbata & diuulſa Peloponneſo præſentiā ſuā deſiderare audiuit, ſolū ſe cum amicis dimitti poſtulauit: ſed qui animū ei aduerteret, fuit nemo. Nam rex mulieribus, thiaſis, & uino cōtinenter deditus, aures nō prębebat. Soſibius aūt, qui ſummę rerū cōſilioq; pręerat, exiſtimabat Cleomenem, ſi inuitus detineret, intractabilē fore & terribilē: dimiſſum uerò, ꝓ ſua

B audacia magnas res moliturum, præſertim qui uitia regni laborātis coràm inſpexiſſet. Non enī muneribus animus eius demulcebatur. ſed quemadmodū Apis in omniū rerum copia degens, cùm maximè luxuriare uidet, uitam tamen naturæ ſuæ cōuenientē, liberosq; curſus ſaltatiōesq; deſiderat, palamq; indignè fert ſe intra manus ſacerdotis alī: ita Cleomenem nihil molle aut blandum delectabat, ſed, quod de Achille Homerus ſcribit, *Magnanimitas Cleomenis.*

Tabeſcebat ei cor merti in pace ſedenti, 17
Et deſiderum belli, armorumq; tenebat,

Interim Nicagoras Meſſenius Alexandriam uenit, inimicus Cleomeni, quod ab eo, cum prædium ei pulcrum aliquando uendidiſſet, ob penuriam (opinor) & negocia hominis bellis occupati pręciū nō receperat: uerùm amiciciam tum ſimulās. Hunc naui oneraria egredientē Cleomenes, ut tum fortè in portus crepidine deābulabat, amice excepit, & cuiúsnam rei cauſa in Aegyptū appuliſſet quæſiuit. Nicagora comiter eum uiciſsim ſalutāte, ſeq; bonos ad bellum equos regi aduehere dicēte, ridēs, Mallem, ait, mulierculas Muſicas & cinædos attuliſſes: his enim nūc maximè opus habet rex noſter. Nicagoras cùm tum ſubriſiſſet, paucis poſt diebus Cleo-

C menem de precio prædij admonuit, ac nunc tandem ſibi perſolui petijt, dicens ſe ei moleſtum non fuiſſe futurum, niſi ſatis magnam iacturam mercatura ſua feciſſet: & cum Cleomenes reſponderet, nihil ſibi eorum quæ accepiſſet ſupereſſe, iritatus Soſibio Cleomenis in regem ſcomma aperuit. Pergratum id Soſibio fuit: ut tamen maiorem regis in Cleomenem exaſperandi cauſam haberet, Nicagoræ perſuaſit ut diſcedens epiſtolam ad ſe de Cleomene ſcriptam relinqueret, qua indicaretur eum, ſi claſſem & milites à rege accepiſſet, ſtatuiſſe Cyrenam occupare. Et Nicagoras quidem his ita ſcriptis, ex Aegypto auectus eſt. Soſibius poſt quatriduū literas, quaſi recens ſibi datas, corā rege recitauit, itaq; adoleſcentē iritauit, ut decretū faceret, Cleomenē in magnā domū cōcludendū, eadēq; aliâs qua priùs erat uſus uitę ratione cōceſſa, exitu omnino prohibendū. Graue hoc Cleomeni fuit: ſed deteriora etiam porrò expectabat, huiuſmodi caſu motus. Ptolemęus Chryſermi F. amicus regius antehac ſemper familiariter cū Cleomene collocutus fuerat, quædāq; inter eos cōſuetudo iam liberè ſermones cedēdi interceſſerat. Is tum à Cleomene uocatus uenit, colloquioq; ſatis amico habito, cum ſuſpicionem uerbis diluiſſet, regemq; excuſaſſet, abijt: cumq; non animaduertiſſet Cleomenē ſe à tergo uſq; ad fores ſequi, *Inſidiæ in eum.*

acerbè obiurgauit custodes, qui ingentē feram, uenatuq; difficilē tā negligenter seruarent. Id cum Cleomenes ipse suis aurib. audiuisset, & priusq; sentiret Ptolemæus, regressus suis amicis indicasset, omnes abiecta quā ante cōceperant spe statuerūt irato animo, iniurias Ptolemæi superbiāq; ulcisci, & ut patria dignū erat mori, neq; expectare, dū ueluti uictimæ altiles mactarent. indignū enim esse, Cleomenē, qui pacem cum Antigono uiro strenuo & bellicoso iungere dedignatus fuerit: sedere hic expectantem, dum eum rex Magnæ matris sacris deditus ocium nactus, deposito semel tympano, finitisq; choreis iugulet. Hoc ubi decretū fuit, & Ptolemęus forte fortuna Canopū abijt, initio rumorē sparserunt, liberatū custodia iri à rege Cleomenē. deinde cùm mos esset regi, ut quos dimittere è carcere statuisset, ijs cœnam & xenia mitteret: amici multa talia apparata foris intrò miserunt, decipientes custodes, qui ea abs rege mitti existimabant. sacrificabat enim Cleomenes, & epulas affatim custodib. largiebatur, & coronatus ipse cum amicis conuiuabat. Fertur celeriùs q̄ statuerat rem aggressus fuisse, q̄ animaduertisset quendā famulorū propositi conscium foris cum amasia quadā rē habuisse, ideoq; indiciū timeret. Itaq; circa meridiē, cùm custodes ebrietas somno obruisset, tunicā indutus, ita ut per suturam à dexto humero apertā brachium manusq; stricto cum gladio exereret, cum amicis numero XIII, eodem habitu præditis domo exilijt. Hippotas aūt claudus, cùm alacriter unà se proripuisset, uideretq; suos propter ipsum segniùs incedere, ut se occiderent iußit, neq; expectando hominē inutilem negocio obessent. Forte tum Alexandrinus quidā equū pręter fores adducebat: in hunc illi Hippotam imposuerunt, cursuq; per uicos ruentes, ad libertatē populū uocarunt. Tantū modò animi Alexandrinis fuit, ut laudarent mirarenturq; Cleomenis audaciam: sequi, & opem ferre ausus est nemo. Chrysermi filium Ptolemæum aula egredientē statim tres facto impetu obtruncarunt. Alteri uerò Ptolemæo urbis præfecto curru aduersum se ferenti occurrentes, ministros eius & stipatores dißiparūt, ipsumq; de curru detractū necarunt. Inde ad arcem cōtenderunt, ut effracto carcere multitudine captiuorū uterentur: sed maturè arcem custodes muniuerāt atq; occluserant. Itaq; hac etiā frustratus spe Cleomenes, cùm uagaret per urbem, nemine se ei adiungente, sed omnib. fugientibus atq; timētibus, tandem re desperata dicens, Mirum iam non esse, si hominib. libertatē fugientibus mulieres imperarent: iußit omnes ut rege & reb. gestis dignum esset mori. Primus omniū Hippotas iuniorum quendā exorauit, ut ab eo cęderetur: cæteri deinde sua singuli manu intrepidè & facilè mortem sibi consciuerūt, Panteo excepto. Is est qui primus Megalopolin cepit: eūq; forma præstantē omnibus, & ad disciplinā iuuenū aptißimū, rex amasij loco habuerat. ac tum iußit ita demum mori, ubi se & reliquos defunctos uideret. Ergo iā omnib. iacētibus circumiens Panteus, pugione singulos attigit, explorās an quis fortè lateret uiuēs. Cùm Cleomenes prope talū ab eo ictus uultū obuertisset, osculatus eū iuxtà assedit: iāq; exanimatū amplexus, seipsum iugulauit. Ad hūc modū perijt Cleomenes, cum XVI annos Spartæ rex fuisset, & q̄ cōmemoraui facinora edidisset. Fama rei per uniuersam urbē diuulgata, Cratesiclea, quanq; generoso p̄dita ingenio mulier, uicta tamē magnitudine calamitatis animi magnitudinē inflexit, liberosq; amplexa filij, lamētata est. At filiolorū alter maior natu, cùm se nemine metuente p̄ripuisset, à tecto in caput p̄cipitauit: neq; tamē mortuus est, sed malè afflictus, sublatus est uociferās indigneq; ferēs se prohibitū mori. Ptolemęus re cognita præcepit, ut Cleomenis corpus pelle nudatū in sublime suspenderetur,

Conatus eius, & interitus.

A B C

A deretur, liberiq́; eius & mater necarent, quęq́; ijs aderant mulieres. In his erat etiã Pantei uxor, pulcerrima forma: & recenti adhuc connubio eorũ, amore etiamnũ maximè uigẽte hæc eos fortuna excepit. Ea, cùm unà cum marito nauigare uolentẽ parẽtes retinuissẽt, inclusamq́; ui asseruassent, paulo pòst equũ sibi ipsa, & non multũ auri parauerat, noctuq́; profugiens Tænarum celeriter contenderat, ibiq́; naui in Aegyptum eunte conscensa ad uirũ peruecta fuerat, absq́; dolore hilarẽ cum eo uitã in exilio egerat. Hæc tum Cratesicleam à militib. eductã manu iniecta comitabatur, peplum eius attollens, animumq́; confirmans, ne ipsius quidem mortem formidãtis, sed id unũ postulantis, ut ante nepotes occideretur. Vt ad locũ peruentũ est, ubi supplicia sumi de damnatis solent, primùm pueros, inspiciente Cratesiclea, iugularũt carnifices: deinde ipsam, hoc unum tantis in calamitatib. effatam, O liberi, quò abijstis? Pantei autem « uxor cùm se ueste sua præcinxisset, robusta mulier atq́; magna, singula occisarũ cadauera tacita & absq́; tumultu cõposuit, & quantũ in præsentia poterat texit. Post omnes cùm seipsam composuisset, uestemq́; dedu

Ptolemæi in uxorem & liberos Cleomenis crudelitas.

B xisset, neminem passa aliũ adire aut spectare, nisi eum qui ad inferendam cædem erat constitutus, heroicè mortẽ obijt: neq́; ei quoq́; usus fuit qui mortuæ corpus cõponeret aut uelaret. adeò animi modestia etiã exitui eius adfuit: eumq́; corporis habitũ, quo se uiuens muniuerat, cõseruauit. Ita Lacedæmon extremo tẽpore exempla mulierũ cum uiris incerta uictoria de honestate certantiũ ueluti in scena proponens, ostendit uirtutem à fortuna uiolari, turpitudineue affici non posse. Post dies haud multos, ij qui in crucem actũ corpus Cleomenis custodiebãt, iustæ magnitudinis draconẽ uiderũt caput eius circũplicasse, faciemq́; operuisse, ita ut nulla carniuora auis aduolaret. Id superstitionẽ regi iniecit, metusq́; expiationũ nouarũ causam mulierib. præbuit: quod uir Dijs charus, & præstantioris humana naturæ interfectus uidebatur. Alexandrini etiã frequentes ad eum locũ cõmeantes, Heroem Cleomenẽ, & Deorũ filium appellauerũt tantisper, dũ eum errorem doctiores minuerũt: docentes putrefacto bouis cadauere apes, equi uespas, asini scarabeos generari: in humano autem corpore, confluente sanie quæ est circa medullã, & in unum coalescente, angues nasci. id quod intelligentes antiqui, ex omnib. animan-

Draco Cleomenis.

C tibus draconem potissimùm heroibus consecrauerunt.

PLVTARCHI TI. GRACCHVS,

[redacted]o [redacted]o

Augustano interprete.

P AR Romanorũ explicata iam duorũ Græcorũ, quib. cum ij cõferri debeant, historia ad cõtemplandũ propositurí, Ti. uidelicet, & C. Gracchos, haud leuiores hactenus explicatis casus deprehẽdemus. Patre hi eodẽ nati sunt, Ti. Graccho: cui cũ censura, duo cõsulatus, totidẽq́; acti triumphi magnã attulerint gloriã, splendidiorẽ tamẽ uirtus dignitatẽ cõciliauit. Itaq́; etiã Scipionis, eius qui Annibalẽ superauit, filiã Corneliã non amicus quidẽ, sed in rep. aduersatus, post mortẽ eius quod in matrimonio haberet, dignus est iudicatus. Ferunt eũ, cùm aliquãdo in lecto par anguiũ reperisset, & arioli eo prodigio cõsiderato iussissẽt neq́; interficere utrũq́;, neq́; dimittere, sed alterũ modò: dixissentq́; marẽ cæsum Tiberio, fœminã necatã Corneliæ mortẽ afferre: amore uxoris adductũ, & quod se oppetere exacta iã ætate æquius esse putaret, quàm Corneliã adhuc iuuenẽ, marem dimissa

Genus.

dimissa femina necasse: neque diu pôst uita abijsse, Cornelia cum duodecim ex eo susceptis liberis relicta. Cornelia domo & liberis receptis, tantum pudicitiæ, amoris in liberos, magnanimitatis'que adhibuit, ut non malè statuisse maritus eius iudicaretur, qui pro tali uxore mori uoluerit. Quippe & Ptolemæi nuptias, ambientis eam & ad regni societatem uocantis, repudiauit: & cùm uidua cæteros liberos amisisset, unam filiã, quę deinde Scipionis Africani posterioris uxor fuit, ac Ti. & C. filios, de quibus hæc scribimus, tanto studio educauit, ut, cùm in confesso sit neminem Romanorum ijs bonitate ingenij præstitisse, melius tamen instituti quàm nati ad uirtutem existimentur. Sed quoniam ueluti Castorum qui pinguntur aut finguntur similitudo quandam in se habet differentiã formæ, ut alter ad pugillationem, ad cursum alter magis uideatur aptus: ita illi adolescentes cum fortitudinis, temperantiæ, liberalitatis, prudentiæ, magnanimitatisque studio admodum essent similes, maximæ tamẽ in actionibus eorũ & reip. administratione ueluti eruperũt apparueruntque dissimilitudines. quas initiò statim exponere operæprecium uidetur. Primùm uultus Tiberij, aspectus, gestusque placida erãt ac sedata omnia: eademque in Caio uehementia. & ille quidem ad populum orationem habens eodem se in loco modestè continebat: hic primus Romanorum in suggesto obambulauit, interque dicendũ uestẽ ab humero deduxit. quem admodum Cleonem traditum est primum Atheniensium oratorum ueste corpus nudasse, femurque percussisse. Deinde oratio Caij terribilis erat, & ad indignationem concitandam efficax: Tiberij suauior, magisque ad miserationem mouendam apta. idemque uerbis puris exquisitisque utebatur, alter persuadendi causa splendorem & quasi luxuriem adhibebat in dicendo. In uictus porrò ratione uitæque, frugalis erat & simplex Tiberius: Caium cum alijs collatum, temperantem & austerũ, cum fratre autem delicatum atque nimium diceres. quod etiam Drusus ei obiecit, emisse eum delphinas argẽteos quinis in singulas libras nummorũ millibus. Proinde mores itidem, ut oratio, Tiberio mansueti cõpositique erãt: Caio asperi & ad irã propensi. Itaque hic, cùm in dicendo sæpenumero ira efferretur, ita ut & uocem intenderet, & ad maledicẽdum prolaberetur, itaque orationem cõturbaret, Licinnium seruum, hominem minimè stupidum ut ei malo mederetur adhibuit: qui cum fistula à tergo adstans concionanti, cùm exasperare uocem, & intẽdere ob iram sentiret, mollem sonitum intonaret, quo ille monitus simul & animi & uocis contentionẽ remittebat, seque facilè reuocari patiebatur. Hæc ijs erãt dissimilia: alioquin eadem in bello fortitudine, aduersus subditos iusticia, in magistratu obeundo diligentia, & à uoluptatibus abstinentia usus est uterque. Nouem annis maior natu Tiberius fuit: quod & conatus fratrum temporib. diuisit, & actionib. eorum nõ leue damnum dedit, cùm non eodem tempore florerent, neque in unum suam conferrent potentiam, quæ coniuncta erat maxima & insuperabilis futura. Dicendũ ergo de utroque est, & priùs quidem de maiore. Is ut primùm ex ephebis excessit, ita laudatus clarusque fuit, ut ob uirtutem magis quàm generis nobilitatẽ in collegium augurũ cooptaretur. Ostendit etiã hoc Appius Claudius uir cõsularis & censorius, princepsque senatus ob dignitatẽ lectus, animique altitudine longè æqualib. præstans. Cùm enim unà cœnarent sacerdotes, amicè Tiberiũ cõpellauit, & nuptias ei filiæ suæ obtulit. Quas cùm ille animo lubẽti accepisset, facta sponsione domũ reuertens Appius, ab ipsa ianua uxorem uocauit, magnaque uoce, O Antistia, ait, Claudiã nostrã uiro despondi. & illa

Corneliæ laus. — *Gracchorũ ingenia.* — *Ti. Gracchi augura tus.* — *Uxor.*

A illa mirata, Quæ, inquit, huius tantæ festinationis causa est? nisi si eam Ti. Graccho tradidisti? Neque me fugit, quosdam hoc ad Gracchorum patrem, & Scipionem Africanum referre. sed & pleriq; ita narrãt, uti nos scripsimus: & Polybius autor est, post mortem demum Scipionis necessarios eius Ti. Sempronio, ex omnibus delecto, Corneliam à patre innuptam relictam nuptum dedisse. Porrò is, de quo agimus, Ti. Gracchus cum Scipione posteriore, qui sororem eius in matrimonio habebat, in Africa militans, in eodemq; degens tabernaculo, statim naturã eius perspexit, multa & magna ad æmulationem uirtutis imitationemq; in actionibus efferentem: statim etiam inter iuuenes primam modestiæ & fortitudinis laudem meruit. Fannius eum primum in muros hostium euasisse scribit, seq; ei eo in facinore socium affuisse. Magnam & præsens in castris beneuolentiam, & discedens desiderium sui excitauit. Secundum eam militiam quæstor sorte C. Mancino aduersus Numantinos obtigit, uiro non malo, sed omnium Romanorum ducum infortunatissimo. quo magis in aduersis rebus casibusq; insperatis Tiberij eluxit non *Militia.* *Quæstura.*

B prudentia modò & fortitudo, sed quod mirum erat, multa erga ducem uerecundia atq; obseruantia, qui in tot malis uersans ne ducem quidem se esse cognoscebat. Etenim uictus magnis pugnis Mancinus, noctu relictis castris discedere conatus fuerat. Quod cum sensissent Numantini, & castra statim ceperunt, & fugientes adorti, postremos trucidarunt, totumq; agmen circumuenerunt, inq; loca difficilia & fugæ interclusa cõpulerunt. Vnde cùm ui se euadere posse Mancinus desperasset, missoq; præcone hostem pacem ac fœdus poposcisset, nemini se quàm Tiberio fidem habituros Numantini responderunt, eumq; ad se mitti iusserunt: quod non desiderio modò eius adolescentis faciebant, cuius nobilis erat etiam apud ipsos fama: sed patris quoq; eius memoriam recolentes, qui bellum aduersus Hispanos gerens, multis deuictis cum Numantinis fœdus icerat, utq; id populus inuiolatum seruaret, semper effecerat. Ita missus Tiberius, partim persuadendo ijs, partim oblatas conditiones accipiendo fœdus inijt, ac XX ciuium millia haud dubiè seruauit, absq; calonibus & ijs qui extra militiæ ordinem sequebantur. Quidquid in castris fuit, id omne Numantini prædæ habuerunt. Erant inter *Pacificatio Numantina.*

C ea etiam tabulæ, quibus quæsturæ suæ rationes Gracchus inscripserat. is itaq;, cum nihil sibi ijs recuperandis antiquius putaret, exercitu iam progresso ad urbem Numantiam redijt, tribus aut quatuor socijs comitatus: proceribusq; eorum euocatis, petijt ut tabulæ sibi redderentur, ne inimicis calumniandi occasionem præberet, cùm administrationis suæ rationes edere nequiret. Numantini uerò gauisi opportunitatem operæ suæ implorandæ accidisse, hortati sunt, ut in urbem intraret: dubitantiq; propiùs accedentes manus iniecerunt, orantes ut iret, neq; se iã hostium loco haberet, sed ut amicis uteretur atq; crederet. Statuit hoc facere Tiberius, tabularum cupidus, metuensq; ne fidem non habendo eos irritaret. Ingresso in urbem statim est appositũ prandiũ, maioremq; in modũ oratus, ut assideret, publiceq; comederet: tabulæ deinde redditæ, & si quid præterea uellet accipere permissum. Gracchus nulla re, nisi tabulis, & thure, quo ad publica sacrificia uteretur, accepto, amice salutatis Numantinis discessit. Vt Romã reuersus est, tota quidẽ illa pacificatio ut indigna, & Romæ dedecus afferẽs, culpata est: amici uerò & necessarij militũ, magna nimirũ populi pars, ad ipsum cõ currebant, turpitudinẽ facti omnẽ Mancino imputantes, à Graccho autẽ seruatos tot ciues dicentes.

Sed

Sed qui factum illud iniquius ferebant, ij maiorum exemplo utendum A dicebant: nã ab ijs quoq; duces, qui cum Samnitib. turpe fœdus ut dimit terentur pepigerãt, unà cum ijs, qui in eo feriendo adfuerant, ut quæstoribus & tribunis militũ, nudi hostibus dediti, periuriumq; in eos & conuentorũ uiolatio deriuata fuerat. Hic uerò maximè beneuolentia & studium populi erga Tiberium effulsit: decreuit enim ut consul nudus uinctusq; Numantinis dederetur: reliquis autem omnibus Gracchi causa ignouit. Ac uidetur quidẽ etiam Scipio ipsum adiuuisse, cuius tum summa apud ciues erat potentia: nihilominus tamen is culpabatur, q Mancinum non seruasset, neque effecisset, ut fœdus opera amici necessarijq; sui Gracchi cum Numantinis factum ratum haberetur. Intercesserunt quidem Scipioni & Graccho simultates: quibus maximè ambitio, & attollentes prædicantesq; Gracchũ amici ac sophistæ causam uidenť præbuisse. Neq; tamen eas quicquam grauius secutũ est: quinimò nunquam mihi in eas, in quas incidit, deuenturus fuisse calamitates uidetur, si in rep. uersanti Scipio Africanus adfuisset. nunc eo iam ad Numantiã profecto, ibiq; bellum gerente, legum lationem aggressus est. eius rei quam B habuerit causam, explicabo. Romani agrum, quem finitimis bello eripuerant, partim uendebant, partim publicum faciebant, colendumq; egenis ac pauperibus ciuibus haud magna mercede locabant. Cùm uerò diuites inciperent plus pendere, atq; ita agris pauperes detruderentur, lata est lex, neq; quis plus D iugeribus agri possideret. ea aliquandiu auariciam compescuit, opemq; pauperibus tulit, dicto precio agros suos colentibus, fructumq; eorum percipientibus. Mox diuites uicini submissis certis hominibus locationes agrorum ad se transferre ceperunt, & ad extremum palàm ipsi plerosq; cõduxerunt: quo factum est, ut cùm agris exclusi pauperes, iam neq; ad militiam se alacres præberent, & liberos educare negligerent, statim per totam Italiam paucitas liberorum hominum existeret, barbaricisq; ea ergastulis repleretur, mancipiorum opera agros colentibus diuitibus, quibus ciues suos depulerant. Aggressus est huius mali correctionem C. Lælius Scipionis socius: sed reluctantibus potentibus, cùm metu tumultus ab incepto destitisset, Sapientis cognomentum reperit. Ti. autem Gracchus, ut primùm est tribunus plebis creatus, ad eandem rem se contulit, incitatus (ut maxima scripto- C rum pars asserit) à Diophane rhetore, & Blosio philosopho: quorum ille exul erat Mitylenæus, hic Cumis Italiæ oriundus, Antipatrum Tarsensem Romæ audiuerat, ab eoq; inscriptione librorum philosophicorum honoratus fuerat. Quidam matrem quoq; Corneliam in causa fuisse tradunt, quæ filijs sæpenumero exprobrauerit, se à Romanis adhuc socrum Scipionis, nondum matrem Gracchorum appellari. Alij Sp. quendam Posthumiũ æqualem Tiberij, inq; defendendis reis æmulum: quem is è bello reuertens cùm gloria magnopere auctum uideret in oculis hominum esse, uisus est uoluisse audaci & magnam hominib. expectationem adferente actione superare. C. Gracchus, huius frater, quodam in libro scripsit, Ti. fratrem per Etruriam ad Numantiam proficiscentem, cum uideret in agris solitudinem, cultoresq; & pastores peregrinos omnes & barbaros, tum primùm ad funestam ipsis actionem & mille malorum causam animum appulisse. Præcipuè autem studium eius cupiditatemq; gloriæ ipse populus accendit, prouocans eum per literas in porticibus, & parietibus, & monumentis scriptas, uti agrum publicum populo recuperaret. Neq; uerò solus legem eam composuit: uerùm usus est consilio

Causæ Ti. Graccho legum ferendarum.

Ti. tribunus plebis.

A consilio præstantissimorum uirtute autoritateq; ciuium, inq; his Crasso pontifice maximo, Mucio Scæuola iurisconsulto, qui tum consulatum gerebat, & Claudio socero suo. Videtur quidē nulla unquam lex aduersus tantam iniusticiam & auariciam mansuetior molliorq; lata fuisse. Qui enim debebant legum uiolatarum pœnas dare, & agris contra eas usurpatis mulctati detrudi, hos iussit accepto precio cedere bonis iniuste possessis, & admittere egenos ciues. Sed quanquam ita lenis esset ea correctio, tamen populus satis habuit condonatis prioribus iniurijs in posterū ab ijs tutus esse: diuites uerò & opulenti homines, ob auariciā legi, ob iram & cōtentionis studiū autori eius infensi, conati sunt ab ea perferenda deterrere populum, diuisionem agrorum confundendæ reipub. omniumq; rerum mutandarum causa inferri à Graccho ferentes. Verùm hoc abs re fuit. Gracchus enim honestam iustamq; rem ea defendēs oratione, qua etiā mala causa exornari potuisset, inexpugnabilis erat, quoties plebe suggesto circumfusa de pauperibus uerba faciens, Ferę quidē, inquiebat, per Italiam degentes, foueas habent suas, & cubilia in quæ se B conferant. Iis uerò qui pro Italia propugnāt, uitamq; deponunt hominibus, nullius rei nisi aëris & lucis est communitas, domibusq; & mansionibus priuati cum uxoribus & liberis uagantur. Mentiuntur uerò imperatores in prœlijs milites adhortantes, ut pro fanis ac sepulcris aduersus hostes pugnent: cùm in tanta multitudine plebis Romanæ nulli neq; ara sit paterna, neq; monumentum maiorū. pro luxu ij alieno, & diuitijs pugnant atq; moriuntur, & cùm orbis terrarum domini dicantur, ne unam quidem glebam terræ possident. Hæc illo magno animo, serioq; ad populum dictitāte, ipsum quoq; ueluti afflatu quodam numinis excitatū, nemo aduersariorum ausus est subsistere certamen. Itaq; omisso contradicendi studio, ad M. Octauiū se conferūt, collegam Tiberij, amicumq; eius & familiarem, iuuenem grauibus & modestis præditum moribus. Is cùm initiò uerecundia collegæ ductus reргiuersaretur, precibus tandem & hortationibus potentiū compulsus, Graccho se opposuit, legemq; impedijt. Nam tribunorum plebis uis maximè in prohibendo est: frustraq; cæteri aliquid iubent, uno repugnāte. Iritatus eo facto Gracchus, legem suam mansuetiorem antiquauit, aliamq; uehementiorem & populo gra C tiorē promulgauit, diserte iam agris contra leges occupatis iniustos possessores cedere iubentem. Erant ergo quotidiana propè certamina eius cum Octauio in suggesto: quæ etsi summo studio animiq; contentione essent suscepta, neutri tamen ullum improbum dictū indecorúmue aduersus alterum per iram excidisse fertur. Non enim tantùm in bacchanalibus, uerùm etiam in contentionibus & ira bonum, honestéque institutum ingenium sibi constat, decorumq; tuetur. Videns autem Gracchus Octauium quoque ea lege teneri, quòd multum agri publici possidebat, orauit eum ut à certamine desisteret, promittens se ei agrorū precium de suo persoluturum, quanquam non admodum amplo patrimonio præditus. Octauio autem auersante conditionem, edicto iusticium imperauit, dum lex perferretur: priuatimq; suo sigillo Saturni ędē clausam muniјt, ne quid inferre aut efferre quæstores possent: ac reliquis etiam magistratibus, qui contra edictū ius reddidissent, mulctam dixit. quo factum, ut omnes sui muneris administrationē intermitterēt. Proinde opulenti mutatis uestib. miserabili habitu in foro obambularūt, Gracchoq; occultè insidiati sunt, submissis etiam percussoribus. itaq; ipse etiā palàm sicam gestauit, quem dolonem Latini uocant. Cùm dies uenisset

Aequitas legis.

Oratio.

M. Octauius Tiberio resistit.

legi perferendæ dictus, populusq; ad suffragia ferenda uocaretur, sitellæ A
à diuitibus raptæ sunt, magnaq; extitit confusio. Graccho autem multitudine hominũ suæ factionis ualente, iamq; agmen cogẽte, Manlius & Fuluius consulares uiri eum accesserunt, manibusq; apprehensis lacrymantes orauerunt, ut proposito desisteret. quos ille, iam & prauidens animo imminentem sibi calamitatem, & uerecundia eorum motus, interrogauit, Quidnam se facere iuberent: & respondentibus, se ad cõsilium de tanta re dandum non sufficere, hortantibus & orantibus ut rem senatui permitteret, concessit. Verùm ubi in senatu ob potentiam diuitum in eo dominantium nihil peractum est, nullam Octauio tribunatũ plebis obti-
Tribunatu deijcitur. nente legis suæ perferẽdæ uiam inueniens, rem neq; legibus neq; æquitati consentaneam aggressus est, ut ei tribuniciã potestatem abrogaret. Ac primùm quidem apertè orauit, amicè eum compellans, manusq; eius (qui mos est supplicum) attingens, uti concederet, populoq; gratificaretur iusta postulanti, ac pro magnis laboribus atq; periculis exiguã mercedem recepturo. Deinde Octauio deprecationem hanc aspernanti dicens, intelligere se, utroq; tribuno plebis manente, ipsisq; magnis de re- B
bus inter se decertantibus, fretis pari potestate, annum citra bellum non exiturum: ei uerò malo se unum hoc inuenire remedium, ut alter magistratu eo abeat. mittendi in suffragia populi potestatem Octauio prior obtulit, uellétne Gracchum tribunatu plebis deponi: promittens se, si ita ciuibus placuisset, statim magistratu se abdicaturum, priuatumq; futurũ. Cùm id quoq; Octauius negaret, relaturum se de eo, nisi consilium mutasset, affirmauit. atq; ita tum concionem dimisit. Postridie cùm rursus cõuenisset populus, conscensis rostris iterum Octauij animum solicitauit: cumq; eum ab instituto dimouere nequiret, legem tulit, qua ei tribunatus abrogabatur, populumq; cõfestim ad ferenda suffragia uocauit. Cum de trigintaquinq; tribubus septendecim iam suffragium tulissent, & futurum esset, ut si decimaoctaua accederet, abdicare se magistratu Octauius cogeretur, ea inhibita Gracchus rursus hominem deprecatus est, amplexus eum in conspectu totius populi, blandissimisq; uerbis orauit, ne sese ultrò ignominiæ obijceret, ac tam grauis & austeri facti culpam collegę impingeret. Feruntnon planè immoto animo Octauium eas preces audiuisse, sed & oculos ei lacrymis repletos fuisse, & aliquãdiu cum tacuis- C
se: ut uerò ad opulentorum agmen respexit, uidetur pudore metuq; infamię, quam sibi erat apud eos excitaturus, & quæ imminere uidebat mala, generosè quidem Gracchum iussisse peragere, quod uellet. Lege ergo perlata, Gracchus liberto cuidam suo (nam libertis suis pro lictoribus utebatur) mandauit, ut Octauium de rostris detraheret. Fuit eo miserabilius id spectaculum, quòd cõtumeliosè is, qui modò tribunus plebis fuisset, traheretur: & cùm populus impetum in eum faceret, diuites concurrerunt, manibusq; suis texerunt, dum solus ui populi euitata aufugeret: seruum autem eius, fidelem domino, ac pro eo stantem inuito Graccho, & celeriter ubi hoc agi sensit ad tumultum accurrente multitudo excæcauit. Legem deinde agrariam populus iussit: & ad discernendos diuidendosq; agros triumuiri delecti sunt Ti. ipse Gracchus, Ap. Claudius
Lex agraria perlata. socer eius, & frater Caius, qui tum sub Scipione ad Numãtiam militabat. Hæc cùm Gracchus nullo negocio confecisset, repugnante nemine, tribunumq; plebis in Octauij locum nullum ex illustribus uiris, sed Muciũ quendam clientem suum suffecisset: omnia ista indignè ferentes optimates, incrementaq; eius timentes, in senatu contumeliosè ipsum tractarũt.

A Nam & tabernaculum ex publico pro more poscenti, quo in diuisione agrorum uteretur, abnegarunt, cùm quidem sæpe ad leuiora ministeria id concessissent: & in singulos dies nouenos tantùm obolos sumptuum nomine ei decreuerunt. Autor huiusmodi decretorum fuit P. Scipio Nasica, qui inimicum se Graccho acerrimum palàm gerebat, iratus ob amissionem agri publici, quo plurimo hactenus à se possesso tum exturbabatur. Eo magis animi multitudinis accendebantur. Et cùm quidam Tiberij amicus subitò esset mortuus, signaq; in eius cadauere mala apparerēt, uulgus eum ueneno necatum clamantes ad funus efferendum, humandumq; corpus concurrerunt. Videbantur autem haud abs re suspicati ueneficio eum extinctum fuisse. Cadauer enim rogo impositū dissiliit, tantaq; multitudo corrupti humoris erupit, ut flammam extingueret: aliaq; allata, non priùs tamen cremari quiuit, quàm in alium locum deferretur, magnoq; labore uix tādem ignis accendi potuit. Gracchus autem ut cōcitatos animos plebis magis adhuc irritaret, lugubrem uestem sumpsit, liberosq; in publicum produxit, ac quasi ipse de suis rebus desperasset, eorum matrisq; salutem populo cōmendauit. Postquam Attalo Philopatore defuncto Eudemus Pergamenus testamentum eius Romam

B attulit, in quo P. R. hæres regis scriptus erat: statim legem tulit Gracchus, ut pecuniæ regiæ allatæ inter ciues agros sortitos diuiderentur, quibus ij ad paranda ea quę ad agriculturā pertinent uterentur: de urbibus quoq; ijs quæ Attali fuissent, nihil esse cur senatus decerneret dixit, se de ijs ad populum relaturum. Hoc maximè offendit senatum. Et Pōpeius surgēs, sibi propter uicinitatem Gracchi notum esse dixit, diadema ei regium & purpuram ab Eudemo datam, utpote Romæ regnaturo. Q. autem Metellus exprobrauit ei, quòd cùm patre eius quo tempore censuram gereret, à cœna domum redeunte ciues lucernas extinguere consueuissent, ne ab eo diutiùs quàm conueniret conuiuari aut potare uideretur: nunc huic noctu ferocissimi & pauperrimi ciuiū prælucerent. T. uerò Annius homo neq; probus, neq; temperans, sed qui interrogando respondendoq; in disputatione inuictus uideretur, Gracchū ad disceptationē prouocauit, ostensurū se promittens, eum sacrosancto legibus collegæ con-

C tumeliā intulisse. Tumultuante multitudine prosiliens Gracchus populum ad cōcionem uocauit, Anniumq; adduci iussit, & accusare instituit. Ibi Annius multum & facundia & autoritate inferior, ad suas artes confugit, petijtq; à Graccho, ut antè quàm causæ dicerentur, de paucis quibusdam sibi respōderet. cùm annuisset, essetq; factum silentium, Si tu, inquit Annius, me infamem reddere, & ignominia afficere uolueris, & ego unum de collegis tuis appellauero, is uerò opitulatum mihi ueniat, ac tu irascaris, nùmnam eum magistratu deijcies? Gracchū perhibent hac interrogatione ita perculsum fuisse, ut quanquam & lingua prōptissimus esset, & in dicendo à uerecundia alienissimus, atq; audacissimus, tamen tum nesciens quid responderet, obmutuerit. Itaque tum concionem soluit. Sentiens autem omnium suarum actionum eam maximè, qua Octauium tribunatu amouerat, non potentium modò, sed & uulgi animis altiùs insedisse, (uidebatur enim eo facto magna illa & pulcra tribunorum potestas, eò usque conseruata, tum primùm contumeliosè circumscripta atque sublata) orationem ad populum habuit: de qua haud absurdum uidetur quædam argumenta proponere, ut inde hominis ad persuadendum facultas & copia æstimari posit. Tribunum plebis dicebat eò sacrosanctum esse & inuiolabilem, quia consecratus sit populo, eiq;

Lex de pecunia Attalica.

præsit.Ergo eum, si immutatus populum iniuria afficiat, uim eius immi- A
nuat, suffragij ferendi ius adimat, seipsum suo se honore priuare, ea non
præstantem, ob quæ ei honor ille tributus est. Nisi forte permittendum
sit,ut aliquis Capitolium subruens, aut nauale incendens, tribunus ple-
bis habeatur. & quidem hūc malum tribunum posse dici:eum qui popu
li potestatem dissoluat,tribunum omnino non esse. Indignum porrò fo-
re,cùm abducere in carcerem possit consulem tribunus plebis,populum
non posse eripere tribuniciam potestatem ei, qui ea contra hunc utatur,
à quo acceperit:cùm & tribunos plebis, & consules populus creet. Iam
regnum non modò omne imperium in se continere, sed etiam maximis
Deorum cultibus ac sacrificijs esse consecratum: & tamen Tarquinium
ob iniusticiam urbe eiectum esse, atque ob unius libidinem patrium magi
stratum urbis autorem fuisse abrogatum. Quid uerò ita sanctum Romæ
aut uenerandum sit, atque Vestales uirgines? & nihilominus si qua delin-
quat,uiuam eam defodi: nam immunitatem suam istas nō seruare,quam
à dijs habent,cùm aduersus eos peccent.Ergo ne id quidem æquum esse,
ut tribunus plebis populo iniuriā inferens,porrò sacrosanctus,id quod à B
populo acceperat iuris,habeatur:ipsum enim eam potentiam, ob quam
inuiolabilis erat,dissoluisse. Tum qui rectè tribunatum adeptus dicatur,
plerisque tribub. eum ipsi decernentibus, hunc haud dubiè rectiùs iam a-
mittere eundem,omnibus tribub.abrogantibus. Nihil ita esse sacrosan-
ctum, ut Deorū donaria: neminem tamen prohibere,quo minùs popu-
lus ijs utatur,ea moueat,atque pro suo arbitratu transferat. Ergo licere ei-
dem tribunatum quoque, ut rem Deo consecratam, transferre. Atque eum
magistratum non talem esse,ut adimi omnino nō possit, uel hinc patere,
quòd eum multi ultrò eiurauerint.Hæc erant capita excusationis,qua Ti.
Gracchus usus est.Porrò eùm amici aduersæ factionis minas sentientes,
existimarent opus ei fore alio in proximum annum plebis tribunatu,rur
sus alijs legibus animos sibi multitudinis deuinxit, tempus militiæ remit
tens,& prouocationem à iudicibus ad populum cōcedens, & iudicibus
Aliæ Gracchi leges. ipsis,qui erant de senatorio ordine,parē numerū equitū admiscēs,omni-
noque modis omnibus potentiā senatus imminuens: idque adeo magis ira
& cōtentionis studio,quàm iusticiæ aut utilitatis alicuius rationibus ad- C
ductus.Cùm iam suffragia ferrentur, sentiens aduersam partem præua-
lere,quòd non uniuersus adcrat populus, primùm ipse & socij tempus
calumniandis collegis traxerunt:deinde reiecta in crastinum re, concio-
nem dimiserunt.ac primùm in forum degressus Gracchus,demissus plo-
ránsque homines precabatur: deinde metuere se dicens, ne noctu sibi
inimici fore effringerent, seque necarent, ita animos eorum commouit,
ut ingens multitudo apud ædes eius custodiæ causa pernoctauerit. Pri-
Ostenta. ma luce adfuit pullarius,& augurij captādi causa auibus escam proiecit:
sed una tantùm exijt, probè admodum concusso uase:neque ea cibum at-
tigit,sed læuam attollens alam,& pedem extendens, rursum in uas con-
fugit. Id priùs oblati signi Tiberium admonuit. In galeam enim ipsius,
qua in bello utebatur insigni,pulchreque ornata,angues irrepserāt,ouaque
intus pepererant,& iam excluserant. quo magis eum aues tum terrebāt.
Processit tamē,audito populum apud Capitoliū conuenisse.Antequam
exiret domo,ita pedem ad limen offendit,ut maximi digiti unguis rum-
peretur, & sanguis infrà per calceum efflueret. Paululum progresso eo,
ad læuam supra tectum pugnantes corui cōspecti sunt:& cùm multi ho-
mines(quod facilè intelligi potest) præter ipsum Gracchum ambularēt,
lapis

A lapis ab altero coruorum deiectus ad pedem eius accidit. Id etiam audacissimos eorum, quos secum habebat, repressit ostentum. Sed Blossius Cumanus præsens, Magnum esse dedecus, grauiterq; dolendum aiebat, si Ti. Gracchi filius, filiaq; natus Africani Scipionis, ac populi Romani princeps à coruo territus ciuibus uocantibus non obtemperaret: atque eam quidem turpitudinem inimicos non risui habituros, sed eum iam nunc apud populum magnis clamoribus criminaturos, ut tyrannum, & ciues ludibrio ducentem. Simul & accurrebant multi amicorum qui apud Capitolium conuenerant, properare eum iubentes, & res ibi bono esse loco narrantes. Ac primùm quidem præclarè succedere uisa res est, cùm & ueniens amica exciperetur acclamatione, & alacriter se ei homines circumfunderent, operamq; darent, ne quis ignotus accederet. Cùm rursus tribus citare Mucius inciperet, nihil eorum quæ hactenus fieri cōsueuerant efficere potuit propter tumultum qui ab extremis ortus erat, aduersarios ui se intrudentes repellentibus. Interim Fuluius Flaccus se- 7
nator in loco conspicuo consistens, cùm exaudiri se non posse sentiret,
B manu innuit uelle se priuatim quiddam Graccho dicere: cúmque is iussisset turbam ei locum ad se ueniendi dare, uix per eam ad Gracchum ag- *Insidiæ contra Ti.*
gressus, renunciauit diuites, cùm in senatu consuli nō persuasissent, ipsos statuisse eum interficere, & ad hæc multos habere seruos amicósque armatos. Hæc cùm Gracchus suis retulisset, qui propiùs adstabāt, illicò togis succinctis hastilia lictorū, quibus turbā arcere solebāt, confregerunt, frustaq; arripuerunt, ut ijs uim propulsarēt. Iis uerò qui longiùs aberant, mirātibus & quidnā rei agerēt quærētibus, Gracchus, quia uox exaudiri non poterat, gestu periculum in quo uersaretur indicaturus, manu caput suum tetigit. Hoc uidentes aduersarij, ad senatū accurrerunt, poscere diadema Gracchum, idq; eum manu capiti admota significasse nunciantes. Omnibus tumultuantibus, Nasica consulem rogauit, ut reipublicæ succurreret, ac tyrannum tolleret: ac cùm is placidè respondisset, Se ui agendi autorem non fore, neque ullum ciuem indicta causa necaturum: si tamen populus iniustum aliquid Graccho uel persuadente uel cogente sciuerit, se id ratum non habiturum. prosiliens Nasica, Quando, *Nasica senatum contra eū cōcitat.*
inquit, rempublicam prodit consul, qui leges saluas uolunt, me sequan-
C tur. Hæc fatus, fimbria togæ capiti imposita ad Capitolium contendit: sequebantur reliqui, circumuolutis brachio togis, & per obuios ruebant. Dignitas autem uirorum efficiebat, ut nemo ijs resisteret, sed fugerent omnes, seq; mutuò calcarent. Comites senatorum, clauas secum & scuticas domo attulerāt: ipsi senatores fragmenta & pedes subselliorum à fugiente turba fractorū arripientes in Gracchum ibant, obuios & stantes ab eo ferientes. Qui cùm fuga saluti consulerent, ipsius quoq; Gracchi fugientis togam quidam appræhendit: qua ille dimissa cum tunicatus fugeret, intercadauera eorū qui ante ipsum ceciderant corruit. Qui haud dubiè primus subsellij pede caput assurgentis ferijt, is P. fuit Satureius, unus collegarū: alterum ictum se ei ingessisse L. Rufus affirmauit, *Ti. Gracchi interitus.*
tanquam præclaro facinore se iactans. Reliquorum ultra trecentos lignis & lapidibus, nullus ferro, cæsi sunt. Hæc primùm post eiectos reges seditio sanguine & cæde ciuium finita est: reliquæ neque paruæ ex, neque de rebus leuibus ortæ, senatu plebi ob metum uicissimq; reuerentia dignitatis populo senatui concedente, pacatæ sunt. Videbatur autem tum quoq; Gracchus oratus uti à proposito discederet, haud difficilem

Dd 3 se fuisse

se fuisse præbiturum: idq; multo magis si non ui & cæde petitus fuisset. A
nam haud plures trib. millibus homines à sua parte stantes habebat. Sed
(ut apparet) ira magis diuitum, odiúmque, quàm quas prętexebant cau-
sæ, hanc aduersus Gracchum coitionem effecerunt. cui rei ualidissimo
argumento est crudelitas iniuriarum cadaueri eius illatarum. Fratri enim
oranti non concesserunt, ut id sublatum noctu sepeliret: sed cum reli-
quis in Tiberim proiecerunt. Neque hic finis fuit. uerum etiam amicos
eius partim indemnatos solum uertere iusserunt, partim deprehensos oc
ciderũt: inter quos etiam Diophanes rhetor perijt. C. uerò Villium quen
dam in uas quoddam cum anguibus & uiperis inclusum necauerũt. At
Blosius Cumanus ad consules adductus, ab ijsq; examinatus, confessus
est se omnia quæ iussisset Gracchus fecisse. ac quærente Nasica, quid fa-
cturus fuisset, si ab eo mandatum ipsi fuisset ut Capitolium incenderet,
initio Gracchum id iussurum fuisse pernegauit: à multis autem & sæpius
de eodem rogatus, Nimirum, inquit, eo iubente, paruissem. non enim e-
rat mandaturus, nisi ita è re populi foret. Atque is quidem Blosius tunc
euasit, ac pòst ad Aristonicum in Asiam abijt, rebúsque eius perditis se- B
ipsum interfecit. Senatus autem ut animos populi placaret, cùm alijs u-
sus est rationibus, tum ne agrorum quidem diuisionem porrò negauit:
8 concessitq;, ut in Ti. Gracchi locum alius, qui præesset ei negocio, deli-
geretur. Populi suffragijs P. Crassus est constitutus, cuius filiam Licinni-
am C. Gracchus in matrimonio habebat. Cornelius quidem Nepos non
Crassi, sed Bruti, eius qui de Lusitanis triumphauit, filiã C. Gracchi uxo-
rem fuisse scribit: uerùm nos plures nostræ sententiæ autores habemus.
Cùm autem populus Ti. Gracchi mortem iniquè ferret, neque dissimu-
laret se eius ulciscendæ occasionem præstolari, cúmque iam accusatio-
nes Nasicæ pararentur: senatus ei uiro metuens nulla requirente neces-
sitate legationem ei in Asiam decernit. Odium enim eius ciues haud oc-
cultum gerebant, sed ubicunque occurrisset, pollutum tyrannum, & qui
sanctissimum, cuiusq; religio maximè terrori esse deberet templum cęde
hominis sacrosancti cõtaminasset, uocabat. Itaq; Nasica tametsi maximis
obstrictus sacrificijs (erat enim pontifex maximus) ex Italia abijt, forisq;
uagans, & animo ægro nullius certi propositi causa oberrans, haud mul-
to post apud Pergamum naturæ debitum persoluit. Neque mirari quis- C
quam odia hominum in Nasicam debet: quando Scipio etiam Africa-
nus, quo neminem neque iustiore, neque maiore amore prosecutus est
populus, parum abfuit, quin gratia eius excideret. causa fuit cùm quòd
apud Numantiam audito Ti. Gracchi interitu uersum Homericum pro-
nunciauit.

9 *Exitus iste alium quoq; idem perdat facientem:*

10 tum quod in concione à C. Graccho & Fuluio interrogatus, quid de mor-
te Tiberij sentiret, ita respondit, ut improbare se eius actiones ostende-
ret. Itaque populus (quod nunquam antè fecerat) dicenti ob-
strepuit, & ipse ut conuicium populo faceret, com-
motus fuit. qua de re est à nobis in uita
Scipionis singulatim
scriptum.

In mortuũ crudelitas.

Nasicæ exitus.

Scipionis de Graccho sententia.

A # PLVTARCHI C. GRACCHVS,

[redacted] O [redacted] O

Augustano interprete.

C. VERO Gracchus post mortem fratris seu inimicorum metu, seu inuidiæ illis conflandæ gratia, à foro se abstinens in ocio uixit, ita ut in præsentia abiectæ conditionis homo, & in posterum negocijs omissis uicturus uideretur: itaque & sermonibus materiam præbuit, improbare eum, & proiecisse fratris instituta dicentium. Erat autem adhuc iuuenis admodum, fratre annis nouem minor, qui nondum triginta natus annos perijt. Verum progressu temporis & uitam suam ostendit ab ocio, mollicie, uinolentia, atque pecuniæ studio alienam: & eloquentiam sibi ueluti alas quibus in rep. niteretur parans, uisus est nequaquam in ocio uicturus: & rei cuiusdam amici Vectij causam agens, populo præ incre- *Facundia.*
B dibili lætitia gestiente, ac ueluti bacchante, pueris nihil præstare alios oratores demonstrauit. rursum potentioribus metus incidit, multisque inter se agebant, quomodo impedirent hominem, ne tribunus plebis crearetur. Forte fortuna euenit, ut quæstor Orestæ consuli in Sardiniam sorte mitteretur C. Gracchus: quod & inimicis eius gratissimũ, neque ipsi molestum fuit. Bellicosus enim natura, & non deterius ad militiam, quam ad agendas causas eruditus, rempublicamque & rostra formidans, populo tamen & amicis uocantib. eò resistere non ualens, lubentissime eam peregrinationem amplectebatur. Fama tenet, magna quidem, sed falsa, hunc & maximo studio ad populi fauorem in rep. captandũ incubuisse, & belli gloria longe Ti. fratre fuisse clariorem. Atqui apparet necessitate magis compulsum, quàm sua uoluntate ad remp. se cõtulisse. Narrat Cicero, fugienti omnem magistratũ, uitamque ociosam degere expetenti, Ti. fratrem in somnijs uisum, itaque cõpellasse: Quid cunctaris Cai? effugere nõ datur, eadem nobis uita, eadem mors populi partes in rep. tuentib. fato destinata est. In Sardinia porrò omnis uirtutis documẽta edens, cùm strenuitatis in certaminib. aduersus hostes, tum iustitiæ erga subditos ergaque *Quæstura.*
C ducem studij atque obseruantiæ laude longo post se omnes iuuenes reliquit interuallo: temperantia aũt, frugalitate, laborumque tolerantia etiam maiores natu superauit. Cùm uehemẽs & pestifera hyems in Sardinia esset, consulque uestimenta militib. ab ciuitatib. postularet, ex uerò Romam missis legatis id deprecatæ essent, ac senatus precib. earũ probatis cõsuli mandasset ut aliunde uestes militib. procuraret: cõsule ut eã rem explicaret nõ inueniente, militib. aũt graui incommodo laborãtibus, profectus ad ciuitates Gracchus effecit, ut ultrò mitterẽt uestimenta, Romanorũque necessitati subuenirẽt. Hæc Romã renunciata cũ exordiũ captandæ popularis gratiæ uiderent, senatorũ animos perturbarũt. Itaque primùm legatos à Micipsa rege Romã uenientes, & referẽtes, Regem in C. Gracchi gratiã frumentũ consuli in Sardiniã misisse, indignati eiecerũt. Deinde s. c. fecerũt, ut militib. in Sardiniam successores mitterent, Orestes autem ibi maneret: Gracchũ quoque ibi ratione officij mansurũ putantes. Verùm hic cognitis istis statim iratus ex insula nauigauit, Romãque præter opinionem omniũ reuersus, non inimicorũ modo criminationes est expertus, sed uulgò quoque nouo exemplo fecisse iudicatus, qui quæstor ante su-

 umpro-

um proconsulem ex prouincia decessisset. Accusatus ideò apud censo- A
res, impetrata dicendi potestate ita animos auditorum circumegit, ut
maximis affectus iniurijs creditus discesserit. Militasse annos se duode-
cim ostendit, cùm necessitate postulante alij decem modò militarent.
quęstorem se Orestæ per triennium adfuisse, cùm anno exacto redire le-
3 gibus sit permissum. solum se eorum qui in militiam profecti essent cru-
menam pecuniæ plenam domo extulisse, uacuam retulisse: cùm reliqui
epoto quod aduexissent uino, argento & auro repletas domum repor-
tent amphoras. Alia deinde crimina ei obiecta, in iudiciumq; uocatus
est, quasi ad defectionem socios pertraxisset, & Fregellanæ coniuratio-
4 nis particeps fuisset. Qua ille suspicione penitus diluta cùm se innocen-
tem demonstrasset, statim tribunatum plebis petijt. Omnes nobiles at-
que illustres uiri petitioni eius repugnarunt: sed multitudo hominum
comitia eius obeuntium tanta confluxit Romam ex Italia, ut multis do-
mus non suppeditarent, Campóque tantam multitudinem non capien-
te, à tectis uoces resonarent suffragantium. Id modò obtinuerunt contra
populum optimates, & spem Gracchi, ut is non primus, quod fore B
putârat, sed quartus designaretur. Vt primùm inijt magistratum, sta-
Tribunatus plebis C. Gracchi. tim principem locum obtinuit, cùm & eloquentia parem haberet ne-
minem, & calamitas libertatem ei dicendi pararet, fratrémque deplo-
randi. Huc enim quacunque arrepta occasione populum deducebat,
memoriam eius facti renouans, & exempla superiorum temporum cum
eo comparans. Maiores, aiebat, nostri Faliscis bellum intulerunt, ob fa-
» ctum ab ijs Genucio cuidam tribuno plebis conuicium: & C. Butturi-
5 » um morte damnauerunt, quòd solus tribuno plebis per forum ambu-
» lanti non assurrexisset. Vobis inspectantibus Ti. frater meus baculis oc-
» cisus est, cadauérque eius à Capitolio per mediam urbem tractum, & in
» Tiberum coniectum: amici quoq; eius qui capi potuerunt, indicta cau-
» sa necati. Atqui hunc à maioribus morem accepimus, ut qui capitalis rei
» postulatus in iudicio non compareret, de eo non antè sententiam iudi-
» ces ferrent, quàm manè ad fores eius tubicen accessisset, eúmque tuba
» euocasset. adeò cauti isti in iudicando, accuratiq; erant. His ille sermo-
» nibus (maxima autem uoce, optimísque lateribus in dicendo utebatur)
concitato populo, duas leges tulit: unam, ut cuicunque magistratum po- C
Leges. pulus abrogasset, ei nullus alius in posterum concederetur. alteram, ut
qui magistratum gerens ciuem indemnatum solum uertere iussisset, de
eo iudicium populus facere posset. Harũ legum prior haud dubiè igno-
minia afficiebat M. Octauium, quem Ti. Gracchus tribunatu deiecerat:
posterior Popilliũ reũ faciebat, qui prętor amicos eius in exilium egerat.
Et hic quidem metu iudicij ex Italia profugit: alterã legẽ ipse Gracchus
sustulit, in matris gratiã, deprecãtis (ut aiebat) pro Octauio. Pergratum
hoc fuit populo, & annuit, Corneliã honorãs nõ minùs propter liberos,
q̃ parẽtis causa: statuã quoq; postcà temporis ei posuit, cum inscriptione
hac, CORNELIA MATER GRACCHORVM. Memorant etiã quædã
Corneliæ honor. oratoriè & forensi modo ab eo pro matre in quendã inimicũ dicta. Tu uerò
inqt, Corneliæ obloqueris, quę Ti. Gracchũ peperit? qua re fretus? núm-
nam etiã peperisti? (molliciei aũt notabat aduersarius) certè omnib. Ro-
manis cõstat, eã mulierẽ diutius à uiris abstinuisse, q̃ te uirũ. Huiusmodi
inerat dictis eius acrimonia, quæ multa colligi ex scriptis possunt. Legũ
aũt quas in gratiã populi, & aduersus senatum tulit, una fuit de colonijs
deducen-

A deducendis, simulꝙ agro publico pauperibus distribuendo: alia militaris, uestem militi publicè suppeditari iubens, neque eius nomine quicquam de stipendio detrahi, ac ne quis minor XVII annis miles scriberetur. alia de socijs, quæ ius suffragij Italis cum ciuibus Romanis æquabat. alia frumentaria, de leuiori annonæ precio pauperibus constituendo. alia de iudicijs, quæ plurimum de potentia senatorum diminuebat, qui tum soli iudicia obibant: ea uerò lex CCC senatoribus (tot enim eo tempore erant iudices) totidem equites addebat, iudiciaꝙ his sexcētis communia redigebat. In hac lege suadenda cùm alia summo egisse studio dicitur, tum id, quòd, cùm ante ipsum quicunꝙ concionabantur, ad senatum & Comitium respicere consueuissent, tunc primùm ipse forás ad forum conuerso ore uerba fecit: eúmque in posterum quoque morem tenuit. leui inclinatione mutationéque uultus rem magnam mouens, ac rempublicam quodammodo ab optimatibus ad populum transferens, innuénsque concionantes non ad senatum, sed ad populum se debere accommodare. Cùm populus non probasset modò legem, sed & ipsum

B deligere iudices ex equitibus iussisset, dictatoria iam quadam præditus potestate Gracchus uidebatur: ita ut senatus quoque consilia eius admitteret. Consulebat autem semper aliquid, quod ornamento senatui esset: quale fuit etiam eius de frumento consilium pulcerrimum atque moderatissimum. Miserat hoc Fabius proprætor ex Hispania: persuasit senatui Gracchus, ut id diuenderetur, pecuniáque ijs ciuitatibus, à quibus acceptum fuerat, remitteretur: insuperꝙ Fabius culparetur, qui imperium Romanorum molestum & inuisum hominibus faceret. Magnam hoc in prouincijs Graccho gloriam beneuolentiámque peperit. Leges etiam tulit de colonijs deducendis, uijs reficiendis, & horreis parandis: omnibúsque ijs administrandis & perficiendis ipse præfuit, nulli succumbens tot tantorúmque laborum molestiæ, uerùm omnia mirabili celeritate atque opera, tanquam unum modò aliquod opus, absoluens. ut etiam qui metu eius odióque flagrabant, efficacitatem tamen eius in omnibus rebus industriámque stuperent. Plerisque autem miraculo fuit spectaculum multitudinis conductorum, artificum, legatorum, magistratuum, militum, philosophorum, ab ipso pendentium: quibuscum

C ipse comiter colloquens, grauitatémque suam in facilitate conseruans, atque unicuique pro dignitate suum tribuens, morosos ostendit esse calumniatores eos, qui terribilem ipsum, aut omnino importunum uiolentúmque dicebant. adeò magis quotidiano colloquio & actionibus, quàm concionibus suis populum sibi conciliabat. In uiarum autem refectione præcipuam adhibuit solertiam, cùm utilitatis tum pulcritudinis uenustatisque rationem habens. Ducebantur eæ rectæ per regiones, & partim lapide ad hoc cæso & dolato, partim congestis arenarū cumulis insternebantur, cauitates implebantur: quà conuallibus aut torrentibus interrumperentur, pontibus iungebantur, & ab utraque parte eandem nactæ altitudinem, spectatu admodum pulcræ erant. Porro singula milliaria dimensa diligenter lapideis columnis distinxit. Alios quoque lapides utrinque ad uiam haud procul à se inuicem disposuit, quorum in conscendendis equis usus uicem serui in equum attollentis præstaret. Cùm ob hæc eum populus prædicaret, & gratificari se ei quacumque in re paratum ostenderet: quadam in concione dixit, petiturum se ab eis beneficium: quo impetrato, omnia se adeptum esset iudicaturus: negato, nihil de ipsis questurus, eo dicto uidebatur

Autoritas.

Efficacitas.

Viarum refectio.

tur consulatum flagitare, omnesq; fore putabant, ut tribunatum simul A
plebis & consulatum peteret. Vt consulibus creandis comitia facta sunt, suspensis expectatione omniũ animis, C. Fannium Gracchus in campũ deduxit, comitiaq; eius obiuit. Id ad petitionẽ Fannij tantum attulit momẽti, ut is consul designaretur. Gracchus uerò trib. pl. iterum creatus est, non petens id aut ambiens, sed studio & fauore populi oblatũ accipiens. Cernens autem senatum apertè sibi infensum, Fannij uerò erga se langue re studiũ, nouis legib. animos sibi deuincire aggressus est, de colonijs Tarentum Capuamq; deducendis, & communicando cum Latinis iure ciuiũ. Hîc senatus metuens ne planè insuperabilis Gracchus fieret, nouo & inaudito modo animos multitudinis ab eo abalienare conatus est, cõtraria ratione eã demerẽs, donisq; neglecto reipublicæ cõmodo demerens.

Liuius Drusus Graccho oppositus. Erat inter collegas Gracchi Liuius Drusus, neq; ingenio, neq; educatione cuiquam Romanorũ secundus, facundia autem & diuitijs etiam his, qui rebus ijs plurimũ pollebant, non inferior. Ad hunc principes se contulerunt, eiq; persuaserunt, ut se in opprimendo Graccho iuuaret, non ui, aut offendendo multitudinẽ, sed ea largiendo ei & gratificando, pro- B
pter quæ magistratui etiã odia ciuiũ erant sustinenda. Liuius ad eam rem tribunatum plebis suum accõmodans leges tulit neq; honestis, neq; utilibus de rebus, unum id ueluti in comœdia agens ut delectanda multitudine Gracchum superaret. Qua re testatissimũ fecit senatus, nõ Gracchi se actionibus infensum esse, sed ipsum hominẽ de medio tollere, aut de-

Senatus malignitas. primere cupere. Eum enim auram captare popularẽ criminabatur, quòd duas colonias decerneret, & ciuitate uiros quantiuis precij donaret: at Liuio duodecim colonias instituenti, & tria pauperum ciuium millia in singulas deduci iubenti adstipulabatur. Gracchum, quòd agrum pauperibus diuidebat, ita quidem ut hi tributum ærario penderent, tanquam plebem adulantem insectabantur: Liuius placebat, qui id quoq; tributum tollebat. Indignẽ ferebãt illum ius suffragij Latinis tribuere: huius legem, quæ ne militiæ quidem uirgis cædi Latinum permittebat, defendebant. Id unum Drusi actiones utile habuerũt, quod multitudinis animos nonnihil senatui reconciliauit, identidem in concionibus dicens, has se leges senatus plebi cupientis autoritate promulgare: quo & iniuriarum memoriam & sinistras suspiciones atq; odia plebis aduersus optimates C
abolebat, iam iussu eum senatus ista agere, ac sibi largiri putantis. Maximè autem opinionem ei beneuolentiæ & iustitiæ apud populũ parauit, quòd nihil sibi in legibus suis arrogabat: nam & alios constituit qui colonias deducerent, & pecuniarũ administrationẽ à se remouit. cùm Gracchus pleraq; & maxima sibi ipse sumeret. Cùm Rubrius eorum collega legem tulisset de colonia Carthaginẽ (nuper eam Scipio euerterat) deducenda, & sorte lectus Gracchus ad eam rem in Africã nauigasset, per absentiam eius Drusus maiores uires sumpsit, populumq; sibi magis ob-

Fuluij uita. strinxit, maximè calumniando Fuluio. Is Gracchi amicus, collegaq; ad diuisionẽ agrorũ delectus, homo erat turbulentus, palamq; inuisus senatui, suspectus etiã reliqs erat, quasi socios Italos ad defectionẽ cõcitaret: & quanquã hæc nullo certo indicio ferebãt, tamẽ ipse fidẽ faciebat, parũ sana, paciq; aduersa agitans cõsilia. Eius ergo inuidia in Grachũ redundauit, multumq; de porẽtia ipsius detraxit. Accessit huc suspicio de cæde Scipionis, quem subitò, nulla præcedẽte mortis quæ appareret causa defunctũ, inq; eius corpore signa uisa, quæ ui & uerberibus cæsum indicare crederent, in uita eius demõstrauimus. Huius interitus culpa maximè in Ful-

A in Fuluium conferebatur, inimicum, & qui eo die pro rostris hominem conuicijs lacerasset. Attigit autem Gracchum quoque suspicio ea: ac de tam atroci facinore, quo præstantissimus amplissimusque Romanorū sublatus erat, neque inquisitum est, neque iudicium institutum, plebis opera ijs impeditis, quæ Graccho metuebat, ne is re diligentiùs examinata reus cædis istius comperirietur. Verùm hoc paulo ante euenerat. Tunc uerò in Africa Carthaginem condenti Graccho, quam Iunoniam appellabat, multa diuinitus impedimenta accidisse ferunt. Nam & primum signum uento id rapiente, & eo qui gestabat fortiter retinente, contritum est: & sacra altari imposita uenti procella dissipauit, atque extra fines descriptæ urbis proiecit: & ipsos terminos lupi reuellerunt, longeque detulerunt. Omnibus tamen constitutis atque peractis, Romam rediit septuagesimo quàm discesserat die: cùm & premi à Liuio Fuluiū, & res suam præsentiā desiderare audiuisset. L. enim Opimius, homo paucorum in republica & dominationis studiosus, potensque in senatu, consulatum superiore anno petens repulsam passus erat, Graccho ipsum oppugnante, & Fannium B euehente: tunc autem multorum auxilijs fretus, certò uidebatur consul futurus, inque suo consulatu Gracchum oppressurus. nam huius potentia iam marcescebat quodāmodò, satietate popularium legum iam oborta populo, quòd & multi erant qui populari gratiæ inseruiebant, & senatus ultrò concedebat. Reuersus Romam Gracchus primùm à palatio in locum qui sub foro est commigrauit, ut eo popularior uideretur: ibidem enim plurimi pauperum & humilium ciuium habitabāt. Deinde reliquas leges promulgauit, ut eas populus iuberet. Coëunte autem ad eum magna undique hominum turba, senatus Fannio cōsuli persuasit, ut quicunque Romani non essent, eos urbe eijceret. Ergo edicto pposito nouo & absurdo, ne quis sociorū P.R. per eos dies Romæ esset, Gracchus cōtra edictō cōsulem accusauit, socijsque si in urbe manerēt auxiliū pmisit. Neque uerò opem ijs tulit: sed cùm quendā hospitē suū & familiarē à Fannij lictore uideret trahi, præterijt, eumque neglexit, siue potentiā suā iam collabentem nō ausus periclitari: siue quod nollet (id enim ipse dicere solebat) captātibus occasionē inimicis ansam dimicandi præbere. Collegas quoque aduersus se concitauit. causa hæc fuit. Cùm esset populus gladiatores in foC ro spectaturus, plerique magistratuum pulpita ad spectandū circa forum extruxerant, eaque mercede locabant. Hæc eos amoliri Gracchus iussit, ut pauperes ex illis locis nulla data mercede spectare possent: ac cùm nihil dicta eius curarent, nocte ea, quæ diem spectaculis dictum præcedebat, operarijs quotquot sub se habebat assumptis ea deiecit, factáque luce uacuum forum ciuibus ostendit. Vulgus ob hoc factum uirum eum esse iudicauit: collegas autem impudens uisus & uiolentus offendit. Atque hæc ei causa uidetur fuisse tertij tribunatus non impetrandi: cùm quidem suffragia plurima habens, fraude & iniusticia collegarum designatus non fuit. Repulsam uerò eam tulit haud mediocriter: & fertur inimicis eum deridentibus, ferociùs quàm conueniebat dixisse, Risum eos ridere Sardonium, non intelligentes quantas eis tenebras actionibus suis offuderit. Postquam illi Opimio creato consule multas Gracchi leges abrogarunt, & Carthaginensem administrationem incesserunt, hominis irritandi causa, ut occasionē eis irascendi suppeditās interficeretur: initiò sese cōtinuit. pòst amicis, ac Fuluio in primis instigātibus, factionē rursus aduersus consulem cōtrahere intēdit. Matremque quoque tum ei opitulatam perhibent, ac peregrinos occultè homines mercede condu-

Scipionis mors.

Ostenta.

Socij Vrbe eiecti.

Tertij tribunatus petitio.

conduxisse, qui Romam sub messorum specie intrarent. hæc enim per ambages scripta in epistolis Corneliæ ad filium fuisse. alij inuita omnino Cornelia Gracchum ista egisse tradunt. Qua die leges Gracchanas consul Opimius rescissurus erat, summo mane ab utriusq; partis studiosis Capitolium repletum fuit. Ibi cùm rem sacram cõsul faceret, lictorum

7 unus Q. Antyllius exta ab una parte ad alteram perferens, ijs qui Fuluio aderãt, Date, inquit, locum bonis mali ciues. addunt quidam, eum inter hæc uerba nudum quoque brachium gestu ad illudendum composito circumtulisse. Illicò ibi Antyllius magnis compunctus stylis, factis (ut aiunt) ad eam rem, perijt. Populum cædes ea perturbauit: duces autem factionum diuerso modo affecit. Nam Gracchus indignè rem tulit, suosq; increpauit, qui causam aliquam aduersus se diu quærentibus inimicis, ultrò occasionem præbuissent. Opimius autem hac arrepta ansa proruit, & ad uim ulciscendam populum cohortatus est. Pluuia pugnã diremit. Postridie prima luce senatum cõsul in curiam aduocat. Dum uerò intus consultatur, quidam nudum Antyllij cadauer in feretro positum dedita opera per forum cum eiulatu pertulerũt, Opimio quid ageretur conscio, sed mirari se quid rei esset simulante, eoq; etiam senatores ut prodirẽt uisum mouente. Proposito in medium feretro, fuerunt qui rem indignam clamitarent, ac quiritarẽtur: maiori aũt parti populi senatus & optimatũ odiũ incesit, uituperareq; eos subijt, qui cùm Ti. Gracchum tribunum plebis ipsi in Capitolio occidissent, necatiq; cadauer proiecissent, nunc Antyllium lictorem, immeritò fortasis cæsum, sed sua tamen potissimùm culpa hoc passum, in foro positum circumstent, ac lugeant, hominisq; mercenarij funus ducant, ut interficere eum possint, qui unus adhuc populi patronus restaret. Senatores in curiam regresi, senatusconsultũ faciunt, ut Opimius uideat, ne quid respublica detrimenti capiat, utq; tyrannos excindat. Cum is senatores arma capere iussisset, & equitibus mandasset, uti singuli duos seruos armatos prima luce adducerent: Fuluius quoque contra se parauit, turbamq; hominum conduxit. Gracchus autem foro abiens, ad patris statuam adstitit, tacitusq; in eam aliquandiu intuens, gemitu edito lachrymisq; effusis discesit. Multis qui id uiderunt miserari eum subijt: seq; ipsos culpantes, qui talem uirum destituerent atq; proderent, ad domum eius accesserunt, & ante fores pernoctarunt. Longè aliter à Fuluianis actum. ij enim noctem potando, plaudendo & exultando duxerunt, ipso primò omnium Fuluio se inebriante, multaq; præter ætatem insolenter dicente atq; faciente. Gracchani tanquam in communi patriæ clade, quieti de euentu rei cogitabant, alternisq; dormiebant & excubias peragebant. Facta die, Fuluius crapulam edormiens, uix tandem à suis excitatus, eos spolijs, quæ consul uictoria aduersus Gallos parta ceperat, armauit: inde multo cum clamore ac minis ad Auentinum occupandũ contenderũt. Gracchus neq; armari uoluit, & togatus tãquam ad concionem prodijt, paruo accinctus pugione. Foribus egredientem uxor apprehendit, manuq; altera maritum, altera paruum puerũ tenens,
» Non ad tribunal, inquit, euntem te marite, tribunumq; ut antè, plebis &
» legum latorem prosequor: neque ad bellum gloriosum, ut si tibi quid hu
» manitus obtigisset, luctũ saltem honestum mihi relinqueres. Sed Ti. fra-
» tris tui interfectoribus obijcis te inermem: hoc quidem rectè, ut patiaris
» potiùs, quàm agas. Sed tuum exitium nulla cum utilitate publica coniun
» ctum est. Vicerunt iam deteriora: ui & ferro de iure disceptatur. Si apud
» Numantiã frater tuus oppetijsset, corpus saltem ex pacto nobis redditũ

fuisset

Opimij cos. cõtra Gracchũ factio.

Fuluius turbam armat.

Liciniæ luctus.

A fuisset. Nunc, ut apparet, supplex fluuium aliquem aut mare precabor, ut "
mihi cadauer tuum quo loco teneatur ostendat. Quid enim post fratris "
tui cædem uel legibus porrò credendum est, uel Dijs? Hæc ita lamentan- "
te Licinnia, sensim se amplexibus eius extricans Gracchus, tacitus cum amicis ire perrexit. Illa uerò togam eius appræhendere cupiens, in terram corruit, diuq; suppressa uoce iacuit, donec desertam ab animo famuli sustulerunt, & ad fratrem Crassum pertulerunt. Fuluius autem omnibus in unum congregatis, suasu Gracchi filiorum natu minorem in forum cum caduceo mittit, pulcerrimum forma adolescentulum. is in publico decorè consistens, modesteq; lacrymans, de pace consulem & senatum appellauit. Cum plerisq; animus ad pacificationem inclinaret, Opimius consul non per nuncios debere pacē à senatu impetrari respondit, sed ipsos uenire, ac iudicio se populi sistere, itaq; iram eius deprecari: edixitq; adolescenti ne, nisi id facturi essent, rediret. Voluisse ad senatum descēdere pacis petendę causa Gracchum ferunt: sed à suis prohibitum fuisse. Fuluius ergo filium eiusdem petendæ rei gratia iterum mittit. At uerò Opimius
B committendæ pugnæ auidus, adolescentem statim duci in carcerem iussit, & aduersus Fuluiū magna eum armatorum & Cretensium sagittariorum manu contendit: Cretensium maximè telis consauciatū agmen Fuluianum, conturbatum fugatumq; est. Fuluius in obsoletum quoddā balneum profugit, pauloq; pòst inuentus, unà cū maiore filio iugulatus est. *Fuluij interitus.* Gracchum nemo uidit pugnantem: sed ea quæ agebantur iniquissimè ferens, in fanum Dianæ discessit: ibi mortem sibi afferre cupientē Pomponius & Licinius fidissimi amicorum impediuerunt, gladium eripientes, & ad fugam cohortantes. Cùm quidem fertur flexis genibus, manibusq; in signum Deæ intentis precatus esse, ut populo Romano eius ingratitudinis proditionisq; ergò perpetua obtingeret seruitus. Palàm enim plerique ab eo desciscebāt impunitate per præconē promissa. Fugiente Graccho, hostibusq; instantibus, & apud pontem sublicium assequentibus, duo eius amici pergere ipsum iusserunt, atq; sese ipsi ingruentibus hostibus obiecerunt, pugnātesq; neminem dum uiuerent transire passi sunt. Cum Graccho unicus seruus, Philocrates nomine, profugit: cæteris quidem omnibus certatim hortantibus, auxilium tamen ferente, aut equum
C poscenti tradere uolente nemine. Cùm iam instarent hostes, in lucū quendam paruum Furiarum confugit, ibiq; eum Philocrates, & se insuper interfecit. Quidam uiuos in hostium manus peruenisse affirmāt: seruumq; domino se circūplicasse, neq; nisi multis uulneribus cęso Philocrate Gracchum feriri potuisse. Caput eius ab alio amputatum arripuisse traditur amicus Opimij Septimuleius: erat enim initio pugnæ edictum, qui Fuluij Gracchi'ue caput attulisset, ei æquali pondere aurum redditum iri. Attulit infixum hastæ sublime Septimuleius ad Opimium, allatæq; libræ impositum, libras septendecim cum besse appendit. nam in ea quoq; re sceleste improbeq; egerat Septimuleius, & cerebro extracto plumbum liquatum infuderat. Iis qui Fuluij caput attulerunt (erāt autem obscurioris fortis homines) nihil est datum. Cadauera & horum & reliquorum (interfecti sunt tria millia) in Tiberim proiecta sunt, bona publicata, mulieribus luctu interdictum: Licinniam dote etiam priuauerūt. *Crudelitas in mortuos.* Crudelissimū omnium facinus fuit, quòd minorem natu filium Fuluij insuper necauerunt, qui neq; manum aduersus quenquā sustulerat, neq; inter pugnantes, sed missus pacis petendę causa captus fuerat. Verùm Concordiæ templum ab Opimio extructū maiorem quàm hęc omnia molestiam populo ex-

Ee hibuit,

hibuit. Videbatur enim iactare se, & exultare, ac triumphare quodammodo de tot ciuibus cæsis. itaque noctu infra inscriptionem templi quidam hunc uersum adscripserunt: A

Vecors facinus Concordiæ fanum facit.

Is Opimius cùm primus omnium dictatoria potestate in consulatu usus, indemnatos M. Fuluium consularem triumphalemꝗ uirum, & C. Gracchum inter æquales uirtute & gloria principem unà cum tribus ciuium *Opimius damnatus.* millibus necasset, missus ad Iugurtham Numidiæ regem legatus, ab eo corrumpi se pecunia est passus: turpissimoꝗ de acceptis muneribus & corruptela iudicio damnatus, in ignominia consenuit, odio contumelijs'que populi agitatus. Etenim plebs Gracchanæ factionis exitio oppressa cùm in præsentia animos demisisset, non multo pòst demōstrauit, quanto Gracchorum teneretur desiderio. nam & statuas eorum in propatulo posuit: locisꝗ ijs, ubi occisi fuerant, consecratis, primitias ibi omnium frugum quouis anni tempore obtulerunt, frequentesꝗ sacrificarūt quotidie, ueluti deorum delubra colentes. Sanè & Cornelia, ut memoriæ proditum est, cùm aliâs magno generosoꝗ animo calamitatem tulit, B tum de fanis, in quibus filij cæsi fuerāt dixit, Digna eis sepulcra obtigisse. Apud Misenum ipsa reliquum ætatis exegit, nihil immutata uiuendi usitata ratione. Abundabat amicis, & propter hospitalitatē splendidiùs *Corneliæ uirtus.* instruebatur eius mensa: habebat enim semper circum se Grecos & literarum bonarum studiosos: omnes autem reges dona ab ea accipiebant, uicissimꝗ mittebant. Suauissima erat oratio eius, patris Africani uitam commemorantis: maximam uerò sui admirationem mouebat, absꝗ lacrymis & luctu filiorum suorum actiones casusꝗ, ueluti priscorum hominū, referens. Itaꝗ & nonnulli eam propter senium uel magnitudinem calamitatum à mente desertam, sensuꝗ malorum priuatam putauerunt. stupidi profectò ipsi, qui non sentirent quantum bona indoles, rectaꝗ educatio hominibus ad uacuitatem dolorū conferat momenti: & quòd in retinēdis quidem bonis sæpenumerò fortuna uirtutem superat, amissis uerò ijs prudenter casus nostros moderate'que ferendi facultatem ei non adimit.

TI. ET C. GRACCHORVM CVM AGIDE ET *Cleomene comparatio.* C

Restat, ut uitas hactenus expositas inter se comparemus. Gracchos quidem nemo ne eorum quidē, qui acerrimè eis obtrectarunt, ausus fuit negare, omnium Romanorum optimè ad uirtutem & natos & educatos *Ingenia.* fuisse: Agidis & Cleomenis ingeniū tanto uidetur fuisse ualidius, quòd neque educati rectè, & in ijs moribus uitæꝗ rationibus enutriti, quibus maiores iampridem corrupti fuerant, ipsi sese duces frugalitatis temperantiæꝗ præbuerūt. Præterea illi, quo tempore Roma & maxima dignitate fuit, & studium in ea uirtutis uiguit, id ueluti hæreditatem paternæ auitæꝗ gloriæ deserere turpe iudicarunt: hi parētibus diuersum ab ipsis sentientibus orti, patriamꝗ malè affectam & statu rerum parum prospero utentem nacti, nihil tamen passi sunt ob ista de suo honestatis studio diminui. In contemptu pecuniæ Gracchorum & abstinentia à cupiditate opum id maximum est, quòd à quæstu iniusto puros sese in rep. & magistratibus gesserunt. Agis uerò stomachatus fuisset utiꝗ, si quis ipsum hoc nomine laudasset, quòd nihil alienū sibi uindicasset: qui facultates suas ciuibus largitus est, præter cętera bona nomismatis DC talenta continentes, ut facilè intelligi posit quātopere iniustum lucrum detestatus

sit, qui

A fit, qui etiam iusto titulo plus alijs possidere auaritiæ duceret. Iam conatus in rebus nouis machinandis, magnitudine multum differunt. C. enim Gracchus itinerũ refectiones & urbium instaurationes moliebatur: omniumq; actionum audacissimum, quòd Gracchorum maior publicos agros diuidere populo, minor CCC ex equitibus iudices patricijs admiscere aggressus est. Agidis uerò & Cleomenis institutũ nouandarum rerum tale fuit, ut exiguis singulisq; mederi morbis, eosq; excindere, nihil aliud esse quàm Hydram secare (ut est apud Platonẽ) putantes, eam mutationem machinati sint, quæ simul omnia tolleret mala: aut ucriùs quæ reducta in pristinam formam repub. mutationẽ, quę omnium malorum causa fuerat, ciuitate ei ceret. Quin & hoc dici potest, Gracchorũ instituto principes Romanorum repugnasse: quæ uerò Agis instituit, Cleomenes perficere conatus est, imitatione pulcerrimæ & magnificentissimæ rei, patriarum scilicet legum & temperãtia & ęqualitate facta sunt, quarum autor Lycurgus, Apollo Pythius cõfirmator fuit. Quod uerò plurimum habet uirium, Roma Gracchorum actionib. nihil aucta est: Cleo-

B menis actiones hoc cõsecutum est, ut breui tẽporis spacio exacto imperantem Peloponneso Spartã, & de principatu cum potentissimis ea tempestate dimicantem cerneret Græcia: idq; in eum finem, ut Græcia Illyricis aliquando Gallicisq; exonerata armis rursum ab Heraclidis gubernaretur. Arbitror & exitus horum uirorum uirtutis discrimen ostendere. *Exitus.* Gracchi enim pugnantes aduersus ciues suos, in fuga perierunt: Agis ne quem ciuium interficeret, uoluntaria propè morte decessit: Cleomenes iniurijs cõtumelijsq; affectus, cùm ulcisci aggressus occasione perficiendi quod intẽderat destitueretur, animosè mortẽ sibi consciuit. Vicissim Agis priusquã bello rem gereret mortuus est: Cleomenis autem multis atq; pręclaris uictorijs cõferri potest egregiũ Ti. Gracchi facinus, quòd muros Carthaginis occupauit: tum Numãtinũ fœdus, quo XX Romanorum militũ millia, nullã aliam salutis spem habentiũ, seruauit. C. quoq; *Facinora.* Gracchus multa & ibi & in Sardinia fortitudinis documẽta edidit: ut uideantur cum summis Romanorum ducib. pares futuri fuisse, si diutius uixissent. Rempub. molliùs Agis, q̃ par erat, administrauit, ab Agesilao se decipi sinens, agrorumq; diuisione ciues lactans: omninoq; manca e- *Peccata.*

C ius cõsilia & imperfectę actiones fuerũt, dimittẽtis propter ætatẽ quod instituerat. Contrà Cleomenes in mutando reip. statu nimiam audaciam uiolẽtiamq; adhibuit, iniustè occidendis ephoris: quos uel ad suam partem adiungere armis superior, uel, ut multos alios, in exilium mittere poterat. Ferrum enim neq; rempub. gerens, neq; medicus adhibere, nisi extrema postulãte necessitate, debet: utrunq; enim imperitię est, & in rep. iniusticia ad eam & crudelitas accedunt. Gracchorũ neuter cędium intestinarum autor fuit. & quidem Caius fertur ne cùm telis quidem peteretur, ad defendendum se cõtulisse: sed cum in bello strenuissimus fuisset, in seditione segnissimum se prębuisse. quippe & processit inermis, & ex pugna se subduxit, & omnino maiorem ne quid faceret, q̃ ne quid pateretur curam adhibuit. Itaq; fugam quoq; eius nõ timiditatis, sed cautionis signum debemus interpretari: cedẽdum enim erat ingruentib. hostibus: aut si eos substitisset, uis pugnando defendenda. Quæ obijciunt Tiberio crimina, eorum maximum est, quòd collegã tribunatu deiecit, & alterum sibi cõtinuari uoluit. Caio iniustè ac falsò Antyllij cędes imputatur, cùm is inuito ipso indigneq; ferente sit interfectus. Cleomenes, ut necem ephororum taceam, seruos liberauit, regnauitq;, si rem spectes, so

lus, uerbo collegam ex eadem familia Euclidam fratrem habens: Archidamum uerò, quem ex altera familia regnare iustum erat, Messena euocauit: interfectiq; cædem non ulciscens, cófirmauit suspicionem, se ut occideretur causam præbuisse. Et uerò Lycurgus, quem se imitar. simulabat, ultrò regnum fratris filio Charilao reddiderat: ac metuens, ne si quid humanitus ei accidisset, ipse necis eius insimularetur, diu extra patriam uagatus, non antè domum rediit, quàm hæredem regni natum Charilao cognouit. Sed Lycurgo ne alius quidem Græcorũ ullus cóparari meretur: in Cleomenis actionibus ciuilib. maiores mutationes & plus iniusticiæ

Mores. inesse, demonstratum est. Præterea qui mores eorum culpant, hunc ab initio statim tyrannidis appetentem, bellorumq; cóturbatorem fuisse dicunt: in Gracchis inuidi nihil præter nimium gloriæ studium repræhendere potuerunt: fassiq; sunt eos iritatos præter suam naturã ab aduersarijs, uehementia animi & contentionis tãquam uentis incitatos in extremum discrimen remp. adduxisse. Nam quid potuit primo ipsorum proposito pulcrius iustiusue excogitari, nisi diuites ui & potentia sua conati legem eam abrogare, in certamen eos pertraxissent, alterum saluti suæ metuentem, alterum cædem fratris ulciscẽtem, indicta causa & ne extante quidem ullo eius rei decreto interfecti. Ergo quæ sint inter istos differentiæ, ipse ex his, quæ dixi, conspicis. Quòd si etiam de singulis ferenda sit sententia, primam ex omnibus uirtutis laudem Tiberio tribuerim, minimè omniũ peccasse Agidem censuerim, efficacitete & audacia Caium Cleomene haud paulo inferiorem fuisse iudicauerim.

PLVTARCHI ARTOXERXES,

[redacted] O [redacted] O

Augustano interprete.

ARTORXERXES prior, inter reges Persarũ, mansuetudine & magnanimitate præstantissimus, cognomento Longimanus, quòd dextra ei quàm sinistra esset maior, Xerxis fuit filius. Posterior

Genus. Mnemõ, id est Memor, appellatus, filia prioris natus est. Dario enim ex Parysatide quatuor fuerunt filij, maximus natu Artoxerxes, post hunc Cyrus, inde Ostanes & Oxathres. Cyrus nomen à prisco illo Cyro habuit: is à sole, quem Persarum lingua cyrum appellari dicũt. Artoxerxes antè Arsicas nominatus fuit. Dinon Oarsis nomen ei fuisse scribit. Verùm probabile non est, Ctesiam regis apud quem agebat, & quem, uxoremq; eius & matrem & liberos curabat, nomen ignorasse: quãtumuis alioquin fabularum incredibilium atq; stolidarũ colluuiem infarciat. Cyri ingenium iam inde à puericia uehemens fuit: Arsicas mansuetior omnibus in rebus, placidioribusq; animi moti-

Indoles. bus præditus uidebatur. Idem uxorẽ, quam iussu parentum pulcrã præclaramq; duxerat, inuitis ijs retinuit. cùm enim rex fratrẽ mulieris necasset, & ipsam quoq; uellet interficere, matri supplex factus, multis tãdem lacrymis ægrè impetrauit, ut uiuere ei, & secum esse permitteret. Mater Cyro magis fauebat, eumq; patri succedere uolebat. Ideo etiã patre decumbente euocatus ex maritima prouincia, statim in Persidem adscẽdit, spe plenus matrem cõfecisse ut ipse defuncto patre regnaret. Et quidem Parysatis usa est ratione non absurda (qua etiã Xerxes ille antiquus Demarati monitu usus fuerat) Arsicam se priuato, Cyrum iam regnante Dario pepe-

A rio peperisse.nō obtinuit tamē:sed maior natu rex creatus est, & Artoxer
xes appellatus. Cyro Lydia, & satrapię maritimæ obtigerunt. Nō multo
post Darij mortē tēpore Axtoxerxes Pasargadas profectus est, ut à Persi- *Pasargadica mysteria.*
cis sacerdotibus regijs mysterijs initiaretur. Tēplum ibi est Deæ cuiusdā
bellicę, quam Mineruam esse conijcere liceat. Eò intrare oportet eum qui
initiatur, suoq; amictu deposito, eam stolam induere, quā Cyrus ille ma-
gnus antè quàm occiperet regnum gestauerat: ficorum quoq; pallatham,
& terminthū comedere, & lac aceto temperatū bibere iubetur: fortassis et
alia quędā ignota alijs facere. Ea tunc peracturū regem Tisaphernes con-
uenit, sacerdotem adducens secum, qui pueri Cyri disciplinæ morib. Per- *Cyri in fratrē insidiæ.*
sarum instituti præfuerat, eumq; magicas artes docuerat, neq; maiorem
quisquam Persarū dolorem, quòd Cyrus regnum nō erat adeptus, perce-
perat. Quo faciliùs ei fides habebatur Cyrū accusanti, quòd is insidiari re-
gi in templo decreuisset, exuentemq; se ueste adoriri & interficere. Qui-
dam ob hāc criminationem captum fuisse tradunt: alij uenisse eum in tem
plum, & proditū esse, occultatū à sacerdote. Iā necādum mater ulnis cōple
B xa, suisq; implicans crinibus, collumq; eius collo suo applicās, multa lamē
tatione atq; deprecatione impetrauit ut peccati eius gratia ipsi fieret: rur-
susq; inde ad maritimas prouincias remisit. At uerò Cyrus nequaquā isto
imperio cōtentus, neq; tam seruatū se maternis precib. quàm captū à fra-
tre fuisse memor, animo iritato magis etiā quàm antè regni potiundi cupi
ditate flagrabat. Inepti sunt, qui eū ideo à rege defecisse tradunt, quòd nō
satis sumptuum ad quotidianas cœnas suppeditaret. quippe absq; reliqua
fuissent, mater certè sufficiebat, omnia quę uellet utenda ei & accipienda
præbens. Opib. quidē Cyri milites stipendiarij argumēto sunt, q̄s multis
in locis occultè amicorū & hospitū opera alebat, ut ait Xenophon: tegēs
etiamnū institutū suum, ideoq; non cōducens eos cōferto agmine, sed ua
rios hinc inde alijs atq; alijs sub prætextib. cōquisitores habēs. Interim ma
ter regis præsens suspiciones diluebat: & ipse Cyrus, submissè scribens, &
quâ petens à fratre aliquid, quâ Tisaphernem recriminās, quasi cum eo si-
bi cōtentio esset. Inerat etiā in regis ingenio naturalis quædam lentitudo,
quæ uulgo lenitudo putaretur: atq; initiò imitari omnino Artoxerxis il-
lius cognominis sui mansuetudinē uidebatur, comem se in congressibus
C præbendo, inq; honorib. & beneficijs tribuendis pro dignitate cuiusuis
nimium etiam studiū adhibendo. à pœnis, si quas irrogaret, omnis aberat
cōtumelia: cumq; ineunda gratia non minùs accipiendo quàm dādo gau
deret, humanum se & facilem in donādo exhibebat. Nihil fuit enim tam
uile eorū quæ offerrentur, quod non alacriter acciperet. & cùm Omisus "
quidā malū punicū mirabili magnitudine ad eum attulisset, Per Mithrā, "
inquit, hic uir urbi paruæ prępectus, uidetur eam breui tēpore magnā re- "
dacturus. Cùm aliquando alijs alia offerentib. in uia, operarius homo qui
nihil aliud illo tēporis articulo inueniret, ad fluuiū accurrēs aquā inde hau
stam manibus ipsi attulisset: delectatus eo, pateram auream & mille Dari
cos dono homini misit. Euclidæ Laconi multa licentiùs & insolentiùs in
ipsum dicenti, tribunum militum dicere iussit, Tibi quidem de rege loqui
quę uelis, regi autem dicerē & facere quæ uult, licet. Cùm ei in uenatione
Tiribazus cādyn ruptū laceratumq; esse ostendisset, interrogatusq; quid
agendum putaret, debere regem alio se induere, lacerum sibi donare di-
ceret, Dono tibi, ait, eum ô Tiribaze do, gestare autē prohibeo. cumq; id
dictum non obseruaret Tiribazus, (erat uerò non malus homo, uerùm le
uis nonnihil & nō satis cōpos rationis) sed statim candy amictus, aurea e-
tiam ornamēta, qualia mulieres gestare solent, sibi appenderet: uniuersis

A dinem incomposito clamore, salutibusq; & magno cum tumultu ac dissipatione accessurũ putassent. Id quoq; ab eo bene institutũ, quod ante suam phalangẽ Græcæ aciei opposuit falcatorũ curruũ robustissimũ quemq;: ut nimirũ priusquàm manus consererentur, ui impetus eorũ Græcos ordines dissiparet. Cùm eam pugnã & retulerint multi, & Xenophon tantùm non ob oculos posuerit, auditoremq; nõ ut gestis olim adhibeat, sed quasi in re præsenti constituat, ac narrationis perspicuitate ita afficiat, ac si ipse prœlij fortunã subiret: non est cordati hominis recensere, nisi quę ille memoratu digna præterijt. Locus pugnæ Cunaxa dicitur, abest Babylone stadia D. Cyrum, cùm ante pugnã Clearchus hortaretur ut se post Macedonicam aciem contineret, neq; in discrimen pugnæ daret, respondisse ferunt, Quid ais Clearche? tu me regni appetentem regno me indignum gerere iubes? Sanè in eo peccatũ est à Cyro, quod temerè in mediũ se periculum coniecit, neque sibi ab eo cauit. Sed si non grauius, nõ leuius profectò est Clearchi peccatũ, qui aduersos regi constituere Græcos noluit, sed dextrum cornu ad amnem applicuit, ne circumueniretur. Ei enim qui *In timidiscautos.*
B quod tutũ sit ubiq; cõsectatur, neq; magis quicquam curat, quàm nequid incommodi patiatur, nihil erat consultius, quàm domi residere: qui uerò in armis à mari in superiores regiones per X stadiorum M profectus esset nulla actus necessitate, sed tantùm in solio regio collocãdi Cyri causa: atque is deinde circumspiceret locũ & stationem, non unde salutẽ duci suo & stipendium præbẽti ferret, sed unde ipse quã minimo periculo & quasi per ocium pugnaret: uidetur ille quidẽ mihi metu præsentis periculi consilijs de summa rerum initis excussus, ducis officium proiecisse. Euentus enim prœlij eius docuit, neminẽ eorũ, qui cum rege erant, impressionem Græcorũ sustiturũ: porrò autem illis pulsis, & rege uel cæso uel in fugam coniecto, uictoriã & regnum penes Cyrum futurũ fuisse. Non ergo tam Cyri audacia, quàm Clearchi timiditas culpanda est, quæ rem totam Cyrumq; perdidit. Nam si ipse Artoxerxes deliberare debuisset, quonã loco Græcos uellet constitui, ut ab ijs quàm minimè sibi noceri posset: nõ profectò cõmodiorem sibi locum inuenisset, quàm qui longissimè à se & exercitu suo distaret. itaq; neq; sensit ille se à Græcis uictum, & Cyrus priùs occisus est, quàm ullum Clearchianæ uictoriæ fructum sentiret. Et quidẽ
C Cyrum quid ex usu esset, non fefellit, ac iussit Clearchũ in mediam aciem suos collocare: is autem respõdens curaturum se, ut optimè cuncta fierẽt, exitio rebus fuit. Græci enim quantum uoluerũt, barbaros uicerunt, ijsq; persequendis longè progressi sunt. Cyro autem, qui generoso equo, cæterùm freni impatiẽte & feroce uehebatur (nomen equi Pasacã Ctesias perhibet) Cadusiorũ præfectus Artagerses obuium se tulit, magna uoce clamãs: O iniustissime hominũ, atq; imprudẽtissime, qui honestissimũ apud Persas nomen Cyri dedecoras, bonos Græcos malo itinere ad Persarũ bona occupanda adducis, cædem domini & fratris tui molitus, qui innumeros habet te præstãtiores seruos. quod mox senties: priùs enim hìc caput tuũ amittes, q̃ regis faciem cõtuearis. Ita uociferatus, simul iaculũ in Cyrũ cõtorsit: thorax ictũ sustinuit, neq; uulneratus est tum, sed ictus uehementia cõcussus intremuit: & auertente equũ Artagersa, conijciens iaculum, iuxta clauiculã hastæ cuspidẽ per collum transadegit. Omniũ ferè ore occisus à Cyro Artagerses traditur. De Cyri interitu, quoniã Xenophon, ut q nõ interfuerit, tenuiter & cõcise narrat, haud abs re esse puto, si quæ Dinõ, & q̃ Ctesias de eo tradũt, perstringã. Dinõ ita refert. Artagersa deiecto Cyrus magno impetu in eos qui ante regẽ erãt collocati inuectus regis equũ uulnerauit: regẽ delapsum Tiribazus celeriter in aliũ equũ imposuit, dicens:

Artagerses. *De Cyri morte.*

dicēs:Memento,ô rex,huius diei: nō enim dignus eſt cuius obliuiſcaris. A
Rurſum Cyrus impetu in equū facto,Artoxerxē deijcit. Ad tertiū inſultū
nō perferens indignationē rex, & ad ſuos dicēs, Satius eſſe mori, obuiam
ſe Cyro proripuit,temerè ſe & incircūſpectè aduerſis telis inferēti, eumq́
cùm ipſe iaculo,tū reliqui petūt.Cadit ibi Cyrus,ictus à rege ipſo, ut qui-
dam perhibent:ut alij,à Care quodā, cui præmij loco rex dederit,ut in bel
lo ſemper aureū gallū haſtæ impoſitū ante aciem geſtaret.nā Cares ipſi e-
tiam galli à Perſis appellabātur, propter criſtas,quib. galeas exornabant.
Cteſię narratio,ut in pauca uerba conferam,talis eſt.Interfecto Artagerſa
Cyrus equū aduerſus regē incitat,isq́ ei occurrit, tacitus uterq́. Prior A-
riæus Cyri amicus in regem iaculū conijcit, neq́ tamē ſauciat.Rex conie-
cta haſta,à Cyro quidē aberrat:Tiſaphernē tamen generoſum uirū, & Cy
ro fidum percutit,& exanimat.Cyrus in ipſum regē iaculo emiſſo,per tho
racē pectus eius uulnerat,ita,ut ad duorum digitorū altitudinē telum adi-
geretur,& rex eo ictu equo deijceretur: isq́ fuga & trepidatione circa i-
pſum orta ſurgens,cum paucis,in quib. ipſe etiā Cteſias fuit,tumulū quen
dam occupat & in eo quieſcit. Cyrū autē hoſtibus implicatū,& irę indul- B
gentē equus procul prouexit, iā tenebris ingruentibus, ignotū hoſtibus,
& ab amicis quęſitū. Elatus autem uictoria, plenusq́ ferociæ per medios
ferebatur,uociferās,Cedite uiles homines.Hoc ſæpius Perſica uoce incla
māti iam multi uia decedebāt,&adorabant:tiara autē capite eius delapſa,
iuuenis quidem Perſa,Mithridates nomine,cùm eum nō agnoſceret,iacu
lo tēpus ipſius iuxta oculū uerberat. Eo ex uulnere cùm multū ſanguinis
proflueret, uertigine & ſopore occupatus Cyrus ex equo deuoluitur: e-
quus profugus oberrauit. equeſtrē pileum delapſum, ac ſanguine opple-
tū eius qui uulnerauerat Cyrū comes accepit. Aegrè autem ab ictu ad ſe re
deuntem Cyrū,eunuchi qui aderant pauci in alium equū imponere & ſer
uare intenderūt:cumq́ ad id uirium ſatis nō haberet, pedibusq́ incedere
conaretur,manibus ſuis ſubleuatū duxerunt,titubātem corpore, caputq́
demittentem,uictoria tamen potitū ſe arbitrātem,quòd fugientes Cyrum no
mine uocare,& ſibi ut parceret orare audiebat. Interim Caunij quidā, ex-
tremę ſortis homines, & egeni,ac qui abiectorū miniſteriorū cauſa caſtra
regis ſecuti erant, ueluti ſocij inter Cyri comitatū ſe admiſcuerāt.Hi, cùm
uix tādem cōſpexiſſent ſaga,quæ thoracib.ſuperindunt,punicea,(nam re C
gij omnes albis utebātur)cum hoſtibus ſe uerſari ſenſerunt: & unus eorū
auſus eſt à tergo Cyrum,ignotum ſibi,iaculo petere.Is ictus Cyri uenā in
poplite rupit:atq́ inter cadendum Cyrus ſaxo tempus ſauciatū allidens,
moritur.Hęc Cteſię narratio Cyrum quaſi hebeti mucrone uix tādem in-
5 terficit.Iā mortuo Cyro,Artaſyras regis ſpeculator,equo ibi fortè præter-
uectus,cùm eunuchorū lamentationē ſentiret, eum cuius præcipua fides
» erat,ſic percōtatur:Quis'nā eſt iſte,ô Pariſca,quem aſsidens defles?Tum
» ille:Nō cernis,ô Artaſyra,defunctū uita Cyrū.Miratus id Artaſyras, eunu
chū bono eſſe animo,& cadauer cuſtodire iuſsit:ipſe qua potuit maxima
celeritate ad Artoxerxē cōtendit.Quem ut iam de reb.ſuis deſperantem,
corpore etiā malè ob uulnus & ſitim affecto offendit,lætus ei annūciat,ui
ſum à ſe Cyri cadauer.Rex eo audito, primùm ipſe ire ſtatuit,& Artaſyrā
iuſsit,ut ſe ad locum eum,ubi Cyrus mortuus iaceret,duceret:cùm autem
multus eſſet ſermo de Græcis,ijq́ ut uictores, & omnia iam tenentes,paſ-
ſimq́ uictos perſequentes metuerentur: placuit plures mitti, qui rem cer-
tò explorarent, miſsiq́ cum facibus ſunt triginta uiri. Interim rege penè
ſiti pereunte, Satibarzanes eunuchus circumcurſitabat, potum quæ-
rens:nam neque aqua erat eo in loco, & aberant procul à caſtris.tandem
unum

A unum de miseris istis (quos diximus) Caunijs adipiscitur, qui in utriculo
sordido aquæ corruptæ circiter octo cotylas habebat. eam aquam eunu
chus ad regem affert: cumque is ebibisset, quæsiuit ex eo, ecquid non plu- *Potu aquæ*
rimum hoc potu molestiæ sensisset. Respondit rex, deos testatus, Num- *uilitate re-*
quam se ita suauiter uel uinũ bibisse, uel aquam leuissimã atque purissimũ: *gi suauissi-*
ac nisi eum hominem, à cui aqua ista eunucho pbita esset, inuentũ remu- *mus.*
nerari posset, deos se precari, ut beatum eum diuitemque faciant. Iam & tri
ginta isti reuersi erant, gaudio exultãtes, & insperatã felicitatẽ renuncian
tes: & multis ad se iam cõfluentibus, agmenque denuò facientibus, animo
recepto degressus est de tumulo, multis facibus circùm lucẽtibus. Vt ad-
stitit cadaueri, eiusque instituto quodã Persico manus dextra & caput pr
cisa sunt, caput ad se afferri iussit, comaque id, quæ prolixa erat & densa, ap
prehensum dubitãtibus adhuc & fugientibus ostentauit. Mirati sunt ho
mines, adoratoque rege ad eum se receperũt: ita quidẽ, ut mox cum LXX
hominum millib. in castra redierit. Cum CCCC hominũ millib. ad pugnã
eum profectum Ctesias scribit: Xenophon & Dino multo maiorem eo-
B rum, qui pugnauerint, numerum assignant. Eorum, qui prœlio cæsi sunt,
numerum inquit Ctesias ad Artoxerxem esse relatum, nouem millia: ipsi
cadauera uisa haud pauciora XX millibus esse ait. Verùm hæc aliquid ha
bent cõtrouersiæ. Illud uerò splendidũ iam est Ctesiæ mendacium, quòd
se unà cum Phayllo Zacynthio, & quibusdam alijs ad Græcos legatum
scribit. Xenophon enim Ctesiam cum rege uersatum fatetur, facitque eius
mentionẽ: neque est obscurum, lectos ab eo Ctesiæ libros. ut nullo modo
silentio præteriturus fuerit, siquidem is ad Grcos uenisset, tantisque de re
bus sententiã regis interpretatus esset: præsertim cum Phayllum Zacyn
thium nominauerit. Sed mirificè nimirum ambitiosus Ctesias, iuxtaque La
conum & Clearchi studiosus, subinde in narratione sua locũ sibi aliquem
parat in laudes Clearchi & Spart digrediendi, easque prdicandi. Secun- *Ctesiæ ua-*
dum pugnã rex maxima & pulcerrima dona misit filio Artagersæ eius, *nitas.*
quem à Cyro occisum esse demõstrauimus: præclaris etiam honorib. Cte
siam ac reliquos affecit: & repertum Caunium istum, qui utriculum cum
aqua prebuerat, ex ignobili & paupere honoratum diuitemque redegit. In
supplicijs quoque eorum qui deliquerant accurationem adhibuit. Namque
C Arbacen quendã Medum, qui in prœlio ad Cyrum trãsfugerat, rursusque
eo interfecto ad regios se receperat, non proditionis aut maleuolentiæ, *Pœnæ mo-*
sed timiditatis atque molliciei damnans, scortũ nudum iussit ceruici su im *deratio.*
positum in foro per integrum diem circumferre. Alteri, qui non conten-
tus transitione, mentitus insuper fuerat duos ex hostib. à se deiectos, lin-
guam tribus acubus transfigi iussit. Cæterùm putans, cupiensque omnes
homines ita sentire atque loqui, Cyrum ab ipso interfectũ fuisse, missis ad
Mithridatẽ munerib. dicere ei iussit, his eũ donis à rege affici, quod equestrẽ
Cyri pileũ inuentũ retulerit. Cari autẽ, qui poplitẽ Cyri uulnerârat, præ-
mium postulãti, eos qui id dabãt indicare prcepit, hc ei regem largiri,
quod secundus in annũcianda Cyri morte fuisset, de qua primus omniũ Ar-
tasyras nunciũ ad regẽ attulisset. Et Mithridates quidẽ tacitũ iniuri dolo
rem ferẽs abijt. At infelix ille Car id passus est, quod ferè stolidis homini-
bus euenire solet. Præsentibus enim bonis luxurians, ad ea quæ con-
ditione ipsius erant superiora prouectus est appetendum: neque con-
tentus ea quæ acceperat, sibi præmij loco ob faustum allatum nuncium
obtigisse, quiritatus est, obtestans deos, atque uociferans, à nemine alio,
quàm à se Cyrum necatum esse, atque iniustè eam sibi gloriam adimi.
Hæc

Hæc cùm audiret rex, tanta exarsit ira, ut amputari caput homini manda A
ret. Aderat tum Parysatis: ea à filio impetrauit, ne hoc modo sceletatum
istum hominẽ puniret, sed sibi merito eorum quæ iactaret supplicio affi-
ciendum traderet. atq; ea carnificibus Carem traditũ, per decem dies cru
ciatibus torquere, inde oculos effodere, inq; aures æs liquefactũ infunde
re, atq; ita necare iussit. Neq; multo pòst Mithridati eadem uæcordia exi
tio fuit. Vocatus enim ad cœnã, cui & regis & Parysatidis eunuchi intere
Mithridatis calamitas.
rant, ueste & auro, quibus eum rex donauerat, ornatus uenit. Ibi cùm Spa
ramixes eunuchorum Parysatidis potentissimus in cœna eum cõpellas-
set, ac pulcritudinem uestis, quam is à rege dono accepisset, tum torques
& armillas, acinacemq; collaudasset; quibus eum rex beatũ, omnibusq;
» suspiciendũ effecisset: ebrius iam Mithridares, Quid, inquit, hæc tu æsti-
» mas? maioribus ego me & pulcrioribus dignum muneribus regi ea die
» præbui. Ad hæc subridens leniter Sparamixes, Non equidem, ait, tibi ô
» Mithridata inuideo quicquam. Sed (quãdo Græci ferunt in uino esse ue-
» ritatem) quid tãdem adeò magnum est aut præclarum, pileum equo de-
» lapsum inuenisse, & retulisse. dicebat autem hæc, non ignarus ueritatis, B
sed ut rem apud eos qui intererant detegeret, occasionem leuitati homi-
nis præbebat, iam ob temulentiam linguę suę impotis. Ergo nõ cõtinuit
» se Mithridates, quin diceret: Vos quidem pileos, & alias nugas quãtum-
» libet cõmemorate: ego uobis disertè edico, hac manu Cyrũ esse occisum.
» Non enim, ut Artagerses, telum sine ictu conieci: sed cùm paululum ab
» oculo aberrassem, tempus Cyri attigi atq; traieci, eumq; straui, & est ex
» eo uulnere mortuus. Hæc illo fato, cæteri infelicitatẽ hominis & exitium
animo præuidentes, oculos in terram deiecerunt. qui autem conuiuium
præbebat, Heus, inquit, Mithridate, edamus in præsentia atq; bibamus,
& regis genium ueneremur, à sermonibus nostra sorte superioribus absti
nentes. Eunuchus porrò Mithridatis sermonem ad Parysatidem, ea ad re
gem defert. Indignatus grauiter est rex se redargui, pulcerrimãq; & sua-
uissimam uictoriæ partem sibi eripi. uolebat enim ab omnibus barbaris
Græcisq; pro certo credi, se in cõcursu cum fratre illato acceptoq; uulne
Scapharum supplicium.
re eum interfecisse. Mithridatem itaq; inter scaphas necari iubet. Suppli-
cij genus quale sit, exponã. Duas scaphas quę mutuò quadrent accipiũt:
in alteram harum is qui plectendus est supinus collocatur: alteram impo C
nunt, itaq; aptant, ut caput, manus, pedesq; promineant, totum alioquin
corpus occultetur. Ita incluso cibus præbetur: ac si edere nolit, oculos
cõpungendo eum cogunt: cùm edit, mel lacti mixtum ei potus loco in-
fundunt: ita uerò semper eum collocant, ut aduersus solẽ oculos habeat.
Porrò autem muscarum identidem assidentium multitudine facies eius
tota obtegitur: & cùm in scaphis interiùs ea faciat, quæ necesse est homi
nem cibo potuq; fruentem, ex putrefactione & corruptione excremen-
torum tarmes atq; uermes pullulãt, qui in intestina subrepentes, corpus
consumunt. cùm enim iam cõstat mortuum esse, remota superiori scapha
intuentur carnes quidem deuoratas, intestinis autem inhærentia huius-
modi animalculorũ examina. Hoc modo Mithridates septendecim dies
cruciatus, lenta morte absumptus est. Reliquus adhuc unus erat Parysati
7 di scopus, in quẽ intẽderet: Masabates nimirũ regis eunuchus, qui caput
& manũ Cyri amputauerat. Hũc, quia nullã ansam præbebat, huiusmodi
insidijs ea petijt. Ingeniosa erat mulier Parysatis, ludiq; tesserarũ perita:
itaq; & ante bellũ sępe cũ rege lusserat, & recõciliata post bellũ gratia,
nõ subterfugiebat eam cõsuetudinẽ: sed & lusitabat unà, & eius amores

opera

A opera sua adiuuabat atq; præsentia, & omnino minimum ei temporis re-
linquebat, quod Statiræ impenderet: quam & omnium maxime oderat,
& summam ipsa potentiam affectabat. Itaq; cùm aliquando regem ocio-
sum deprehendisset, animiq; relaxationem quærentem, ut secum tesseris
luderet, depositis mille Daricis nummis, prouocauit: atq; passa est eum
uincere, & aurum numerauit. Tum dolere se simulans, ulteriusq; certãdi
cupidã, rursus uti secum luderet, deposito utrinq; eunucho, rogauit. An-
nuit rex, itaq; cõuentum est, uti uterq; quinq; quos maximè fidos habe-
ret, eximeret: de reliquis uictor quẽ elegisset, eum uictus exhiberet. Lu-
do instituto Parysatis summo studio intenta, cùm etiam tesseræ cõmodè
cecidissent, uicit, & Masabaten sibi dedi iussit: (nõ enim is inter eos erat,
qui exempti fuerant) ac priusq; regem suspicio rei attingeret, carnificib.
eum tradidit, mandauitq; ut uiuo pellis detraheretur, corpus obliquũ trib.
crucibus, & seorsim cutis suffigeret. Quod factũ cùm iniquius rex ferret,
eiq; irasceretur, cauillans cum risu, Suauis, inquit, homo es & beatus, qui
ob malum senem eunuchũ stomacheris: cùm ego me Daricos mille lu-
B dendo amisisse tacita atq; bono animo feram. Pœnituit regem, q; se ita
in fraudem induci passus esset: sed tamen quieuit. At Statira cùm alijs in
reb. palàm Parysatidi est aduersata, tum id grauiter molesteq; tulit, quòd
eunuchos ea & homines fideles regi propter Cyrum ita crudeliter & in-
iustè interimeret. Cum uerò Tisaphernes iuramento interposito Clear-
chum & alios Græcorum duces decepisset, compræhensosq; in compe- *Clearchi exitus.*
dibus ad regem misisset: narrat Ctesias, se à Clearcho oratum, ut ei pecti-
nis copiã faceret: quo cùm esset potitus, caputq; compsisset, delectatum 8
officio annulum sibi dedisse, amicitiæ ad cognatos & necessarios, quos
Lacedæmone habebat, tesseram. insculptas autẽ fuisse annulo caryatides 9
saltantes. Porrò missa Clearcho alimẽta ab ijs qui unà captiui detineban
tur militibus ei erepta atq; consumpta, pauca Clearcho relinquentibus:
se autẽ ei malo remedium tulisse, & effecisse, ut plura Clearcho mitteren
tur & seorsim militibus. atq; ea se in gratiam & consilio Parysatidis egis-
se. Et cùm inter cibos quotidie perna Clearcho mitteretur, petijsse eum,
ut cultellum intra carnes abditum sibi mitteret, ne sibi finis uitæ is, quem
crudelitas regis statuisset, expectandus foret: uerùm se metus causa ea in
C re ei non obsecutum. Præterea regem matri necem Clearchi deprecanti
iuramẽto addito id cõfirmasse: rursus tamen ei à Statira persuasum fuis-
se, ut omnes, excepto Menone, interficeret. hanc causam insidiarũ & ue
neficij in Statirã Parysatidi fuisse. Quæ quidẽ planè est absurda narratio;
neq; ullo modo probabile fuerit, tã atrox atq; periculosum facinus eam
ob Clearchi mortem aggressam, ut regis legitimã uxorẽ, & comunes li-
beros spe regni educantẽ necaret. Sed obscurũ non est, hęc tragica figmẽ *Ctesias refutatur.*
ta propter Clearchi memoriã ab eo addita. Nam & reliquorũ ducum in-
terfectorũ cadauera refert à canibus & uolucribus dilacerata: Clearchi
corpori procellã uenti magnum terrę aggerẽ ingessisse, eoq; obruisse: &
cùm palmę glandes quędã ibi essent dispersę, breui tẽpore mirabilem lu
cum inde enatũ, locũ eum obumbrasse. ita ut rex quoq; graui fuerit cor-
reptus pœnitẽtia, q Clearchũ dijs charũ hominẽ occidisset. Cęterũ Pary
satis iã inde ab initio Statiræ infensa, eiusq; æmula, cùm suã potentiã à re
gis erga ipsã obseruãtia pẽdere, Statirę aũt gratiã amore & fidelitate mu
nitã esse uideret, maxima de re (ut arbitrabat) in periculũ se misit, uitęq; e-
ius insidias struxit. Famulã habebat fidelẽ, et plurimę apud se autoritatis,
nomine Giginã: hãc Dino ueneficiũ administrasse, Ctesias consciã tãtùm, 10
idq; in-

idq; inuitā, fuisse tradit. idemq; eum qui uenenum porrexerit Belitaram, A
ille Melantam nominat. Cùm uerò post priores offensas & simultates Pa
rysatis & Statira rursus cōuenire atq; unà cœnare cepissent, magna tamē
cum cautione ijsdem cibis, ijsdemq; ciborum administris utebantur. Na-
scitur apud Persas auicula, in qua nihil est superflui aut excrementi, sed
omnia intus adipe sunt repleta: itaq; etiam uento ac rore ali creditur. no-
men ei Rhyntaces. Hanc Ctesias ait à Parysatide cultello in duas diuisam
partes, cuius altera superficies ueneno fuerit illita, idq; ita auiculæ pars
altera deterserit: atq; eam parte pura & non uitiata sumpta, edisse, Stati-
ræ eam, quæ ueneno infecta erat, tradidisse. Dino id non Parysatidi, sed
Melante adscribit. Mortua est Statira inter maximos cruciatus corporis
atq; conuulsiones: & cùm ipsa insidias deprehendit, tum in animo regis
suspiciones sceleris materni excitauit, non ignorātis ferum eius & impla-
cabile ingenium. Itaq; statim quæstionibus institutis, famulos matris &
mensæ eius ministros tormentis excruciauit. Gigim diu domi suæ Parysa
tis detinuit, neq; postulanti regi dedidit: tandem cùm ipsa orasset, ut do
mum noctu dimitteretur, rex certior factus submissis per insidias homini B
bus eam deprehendit, & capitis damnauit. Lex apud Persas est, ut fons
Veneficij pœna. ueneficij ad latum lapidem deducatur, ei caput fontis imponitur, idq; a-
lio saxo tunditur atq; premitur, dum facies & caput comminuantur. Eo
supplicio Gigis perijt. Parysatidem autem rex neq; uerbo ullo præterea,
neq; facto læsit: cupientemq; ire Babylonē, emisit, addens, se ipsa uiuen-
te Babylonem non uisurū. Hic status Artoxerxi rerum domesticarū fuit.
Enimuerò Græcos, qui in expeditione Cyro affuerant, in suam potesta-
tem redigere Artoxerxes haud minus operæ precium, quàm Cyrū uince
re, & regno potiri duxerat. Frustra tamē id conatus est. nam ij amisso Cy
ro imperatore, suisq; ducibus, ex ipsa tamen propemodum regia euase-
runt: demonstraueruntq; eo facinore Persicas res nihil aliud esse, q̃ auri
copiam, luxum, mulieres, fastum, inanemq; iactantiam. Itaq; & uniuersa
Græcia animos erexit, barbarosq; contemptui habere cepit: & Lacedæ-
monij indignam rem existimauere, si ne nunc quidem Græcos Asiam in-
colentes seruituti eriperent, barbarorúmue ab ijs iniurias defenderent.
11 Gesserant antè bellum Thimbrone ac deinde Dercyllida ducibus: sed ni-
hil memorabile ab ijs erat gestum. Agesilao regi bellum post eos cōmis- C
Agesilai bellum. sum est: isq; classe in Asiam transuectus, statim suam efficacitatem osten
dit, magnamq; gloriam sibi parauit, Tisapherne acie uicto, & urbibus ad
defectionem à barbaro pertractis. Quæ cùm fierent, Artoxerxes animad
uertens quomodo sibi bellum esset gerendum, cum magna ui auri Her-
mocratem Rhodium in Græciam mittit, qui largitione potentissimum
quenq; in sua ciuitate corrumperet, & bellum Græcorum aduersus Lace
dæmonios concitaret. Ea cùm egisset Hermocrates, ac maximæ ciuitates
conspirassent, & conturbata esset Peloponnesus, à magistratu reuocatus
est ex Asia Agesilaus. Feruntq; eum discedentem ad amicos dixisse, Tri-
ginta millibus sagittariorum se à rege Asia pelli. nam nomismatis Persici
insigne erat sagittarius. Mari quoq; Lacedæmonios rex eiecit, Conone
Atheniensi post Pharnabazum classis duce usus. Is Conon post naualem
apud Aegos potamos pugnam in Cypro commorabatur, nō quòd ocio
contentus esset suo, sed ueluti maris æstum, rerum mutationem expe-
ctans. Itaq; intelligens & suis consilijs potentia, & regis opibus uiro pru-
dente opus esse, epistolam de suis cogitationibus ad regem misit: manda
uitq; tabellario ut eā potissimùm opera Zenonis Cretensis saltatoris, aut
Polycriti

A Polycriti Mendęi medici, aut si illi abessent, Cresię medici ad regem per-
ferri curaret. Ferunt Ctesiam epistolæ Cononis, cùm eam accepisset, ad-
scripsisse, uti rex Ctesiam ad se mitteret, rebus maritimis tractãdis utilem
futurum. Ctesias sibi à rege ultrò id negocium mandatũ affirmat. Enim-
uerò Artoxerxes cùm nauali apud Cnidum prœlio Pharnabazi & Co-
nonis opera maritimũ Lacedæmonijs eripuisset imperiũ, uniuersæ Græ-
cię oculos in se conuertit: adeò, ut nobilẽ etiã illam pacem, quę ab Antal *Pax Antal-*
cida nomen habet, inter Gręcos cõposuerit. Antalcidas Spartanus fuit, *cidica.*
Leõtis F. is in gratiã regis effecit, ut Lacedęmonij omnes Gręcas in Asia
urbes, omnesq́ Asię finitimas insulas regẽ stipẽdiarios sibi possidere per
mitterẽt, pace inter Gręcos cõstituta. si quidẽ ignominiã Gręciæ & pro-
ditionem par est pacem appellari: cuius finis ita turpis est, ut turpior nul-
lus unquam bello uictos sit consecutus. Propterea quidem Artoxerxes,
cùm semper omnes Spartanos abominaretẽ, eosq́ (ut ait Dinon) omniũ
hominum impudẽtissimos iudicaret, Antalcidã in Persiam profectum
summo est amore complexus: & quodam tempore sertum quoddã flo-
B reum in preciosissimum intingens unguentum, ei à cœna misit, admiran
tibus omnibus tantam regis in eum beneuolentiam. Erat nimirũ Antal-
cidas is, qui ludibrio Persis esse non recusaret, ideoq́ coronã eam mere-
retur, saltans apud eos Leonidam & Callicratidã. Agesilaus quidem fer- 12
tur ei qui diceret, Proh res Gręcię quò recidistis, cùm iam Lacedęmonij
Medizent, respondisse: Imò autem Medi magis Lacedæmonizant. Ve-
rùm huius dicti subtilitas rei turpitudinem non sustulit: nam & sinistra
pugna facta principatum Græciæ apud Leuctra amiserunt Spartani,
& gloria Spartæ insuper ista pacificatione perdita est. Etenim quandiu
primum locum Spartani tenuerunt, hospitem amicum'que suum Arto-
xerxem nominauerunt. Postquam uero apud Leuctra uicti sunt, fractis
rebus, pecuniæq́ indigi, Agesilaum in Aegyptum miserunt, & Antalci-
das ad Artoxerxem profectus est oratum, ut is Lacedæmonijs opitulare
tur. Rex ita eum spreuit, ita neglexit, ita proiecit, ut domum reuertens, lu
dibrio ab inimicis habitus, ephorosq́ metuẽs, uita se abdicârit. Ismenias *Græci ad*
quoq́ Thebanus, & Pelopidas, qui uictoriam ad Leuctra recens paraue *regẽ lega-*
rat, ad regem profecti sunt. quorum hic quidem nihil in se inhonestum *ti.*
C admisit: Ismenias adorare iussus, annulum ante se in teram proiecit, incli
nansq́ se eum sustulit, itaq́ speciem adorantis p[ræ]buit. Cùm Timago-
ras Atheniẽsis arcanas literas per Beluridem scribam ad regem misisset,
delectatus rex decem Daricorum millibus donauit eum, indigentiq́ la-
cte uaccarum propter ualetudinem, octoginta uaccas præbuit, quæ mul
gendi causa sequerentur. Culcitram etiam, uestem stragulam, & stratores 18
(quasi Græci sternendi essent imperiti) misit, & alios, qui eum morbo lan
guentem ad mare usq́ gestarent. Præsenti etiam cœna lautissima est mis-
sa: ita ut regis quoq́ frater Ostanes dixerit: O' Timagora, memor esto hu "
ius mensę: nõ enim leuis rei gratia ita splendidè adornata tibi apponitur. "
erat hoc magis exprobratio proditionis, quàm beneficij cõmemoratio.
De Timagora quidem donorum acceptorum reo Athenienses capitale
sumpserunt supplicium. Ceterùm Artoxerxes cùm multis rebus Gręcos
læsisset, eo uno lætitiam eis obtulit, quòd Tisaphernem acerrimũ eorum *Tisapher-*
hostem necauit: necauit autem Parysatide etiã calumnias aduersus eum *nis interi-*
delatas augente. Etenim nõ diu in ira sua aduersus matrem perseuerauit *tus.*
rex: sed redintegrata gratia eam ad se uocauit, q́ & animo regio præditã
sentiret, & nihil causæ uidebatur restare, quod eorũ consuetudinẽ offen-
Ff surum

surũ esset. Proinde Parysatis omnes suas actiones ad uoluntatẽ regis ac- A
cõmodando, nulla in re eius arbitrio refragando id consecuta, ut quid-
quid uellet, ab eo impetraret, depræhendit eum alteram filiarum, Atos-
sam nomine, deperire, eumq; affectum propter matrem præcipue occul
tare & premere, ut quidam dicunt, quanquã iam cum ea clàm esset con-
gressus. Itaq; Parysatis ut semel suspectã habere cepit puellã, familiarius
quàm antè eam amplexa est: formaq; eius apud regem & moribus, ut re
gijs, collaudatis, ei persuasit, ut filiam Atossam in matrimoniũ duceret,
locoq; legitimę cõiugis haberet, legib. & institutis Græcorũ ualere ius-
sis: quippe regẽ Persis diũinitus legis loco, censoremq; honestorũ & tur
pium esse constitutũ. Quidã, & inter hos Heraclides Cumæus, non hanc
modò filiam, sed alterã quoq; Amestrin (de qua paulo pòst referã) patri
nupsisse affirmant. Atossam quidem coniugẽ ita dilexit pater, ut cum uni
ligo eius corpus depasceretur, nihil ipse eius morbi causa eam fastidierit:
& cũ pro ipsa Iunoni uotũ faceret, solã eam deam genib. flexis adorauit:
tantumq; donorũ iussu eius amici & satrapę ei deæ miserint, ut sedeci
stadia, quę inter fanũ sunt & regiam, auro, argẽto, purpura equisq; reple B
14 rentur. Bellum Aegyptijs Pharnabazo & Iphicrate ducib. intulit: sed du
Bellũ Cadusijs infert. cũ dissensio conatũ eius irritũ fecit. In Cadusios ipse exercitũ duxit, CCC
millib. peditũ, & decem equitũ millib. constantẽ. Imprudẽs autem in ma-
ximas sese angustias & pericula coniecit, in regionẽ profectus asperã &
nebulosam, & quæ nullã sementẽ ferret: piris modò, malis, alijsq; id ge-
nus arborũ fructib. homines feroces bellicososq; enutriret. nihil enim ci
borũ neq; ibi inueniebat, neq; aliunde aduehere poterat: iumenta modò
mactabantur, ita ut asini caput LX drachmis emi uix posset, cœna regia
intermitteretur, paucíq; adhuc equi restarent, reliquis consumptis in ci-
bos. Ibi Tiribazus, qui uir sæpe ob fortitudinẽ primum locũ tenuerat, sæ
pe ob leuitatẽ abiectus fuerat, ac tum quoq; spretus neglectusq; erat, re-
Tiribazi stratagema. gem exercitumq; seruauit. Duo erãt Cadusijs reges, ijq; seorsim castra ha
bebãt. Re cum Artoxerxe cõmunicata, Tiribazus ad alterũ regem profe
ctus est, misso occultè ad alterũ filio suo. Vtrũq; autẽ decipiebat, indicãs
alterũ ad Artoxerxem missis legatis, sibi tantũ, collega omisso, pacẽ socie
tatemq; cum eo quærere: itaq; si saperet, operã daret, ut ipse prior Arto-
xerxem cõueniret: se ei in cõficiendo negocio adfuturũ. Hoc modo per- C
suasum utriq; regũ est, ut alter alterũ sibi inuidere pacificationẽ putãtes,
legatos alter cum Tiribazo, alter cum filio eius ad Artoxerxẽ mitterent.
Cùm in eo negocio aliquid moræ interueniret, calumniæ de Tiribazo
sunt ad regẽ allatę, suspicionesq; insinuauerunt sinistræ: & angebatur ani
mo rex, pœnitebatq; eum, quòd Tiribazo fidem habuisset, æmulorũq;
eius calumnijs aures præbebat. Verùm ubi is & filius unà cum regũ lega
tis aduenerũt, paxq; est cum utroq; & fœdus initũ: ibi tum magni nomi
nis splendidusq; Tiribazus cum rege castra mouit. Demõstrauit eo tem
pore Artoxerxes molliciem & timiditatẽ non (quod pleriq; putãt) à lu-
xu & magnifico apparatu proficisci, sed ab ingenio prauo abiectoq; &
malis opinionib. addicto nasci. Nam neq; aurũ, neq; cãdys, neq; ornatus
corporis, quem rex duodecim millib. talentorũ æstimatũ assiduè gestat,
prohibuit, quin laboraret, omnesq; ut quisquã de uulgo molestias subi
ret. Sed & pharetra accinctus, & peltã gestans, relicto equo primus om-
nium itinera mõtana atq; accliuia faciebat: ita ut reliqui etiam alacritatẽ
eius & robur spectãtes, eo leuiores expeditioresq; fierent. Quotidie du-
cẽta stadia, eoq; etiã amplius, cõficiebat. Cùm ad diuersoriũ regium per-
uenisset,

A uenisset, cinctum hortis elegãtissimis, mirabiliterq; ornatis, circumiacẽte spacio arboribus uacuo, frigus autem esset: liberũ militib. fecit, ut paradisi eius arborib. succisis lignarentur, ac neq; cupressib. neq; laricibus parcerent: cumq; non auderent ob arborũ pulcritudinem & magnitudinẽ, ipse arrepta securi arborũ maximã atq; pulcerrimã succidit. ita lignati milites, multis editis ignibus noctẽ eam cõmodẽ exegerũt. Multis ac bonis amissis uiris, & equis propẽ omnib. domũ rediјt: seq; propter infelicẽ expeditionis successum à suis cõtemni putãs, suspectos habuit primores, & multos iratus occidit: plures, quòd ab ijs sibi metuebat. Nam timiditas tyrannorum, maxima est causa cædium: fiducia sui placidos eos & mãsuetos & à suspicionib. uacuos reddit. Ita ferarum quoq; eæ quæ à cicuratione sunt alienissimæ, timidæ sunt, & omni strepitu terrenẽ: generosę autem non aspernantur huiusmodi blandã tractationẽ, quia propter fiduciam sui facilius alijs se cõmittunt. Iam prouectus ætate Artoxerxes, animaduertit filios suos de regno apud amicos & proceres disceptare. Nam qui ingenio erant moderato, ijs consultum uidebaẽ, ut quemadmodũ Artoxerxes re-

B gnum accepisset, ita etiam successorẽ haberet Darium, filiorũ natu maximum. Ochus autem, minimus natu inter filios regis, ingenio acri atq; uehemẽti prẽditus, tametsi in aula regis haud paucos sui studiosos habebat, maxime tamen se patrẽ in suam sententiã pertracturũ sperabat opera Atossæ: eam enim colebat ac demerebaẽ, ueluti uxorẽ sibi futurã & regnaturam secum post patris mortem. ferebatur etiam uiuente adhuc Artoxerxe rem cum ea habere: sed id patrem latuit. Artoxerxes autẽ, ut de spe sua Ochum deduceret, ne idem quod Cyrus aliquãdo conaretur, regnumq; nouis bellis & cõtentionib. implicaret, Darium annos natum L regẽ pronunciauit: utq; citarin erectã gestaret, cõcessit. Mos fuit Persis ut rex creatus ab eo qui eum regẽ cõstituit munus aliquod petat: & id, si omnino fieri potest, accipiat. Itaq; Darius Aspasiam postulauit, quæ olim unicè à Cyro dilecta, tum pellex regis erat, Phocæa Ioniæ urbe oriunda, liberis nata parentibus, & liberaliter educata. Ea cùm aliquando unà cum alijs mulieribus ad Cyrum cœnantẽ esset adducta, reliquis assidentibus, lususq; eius & iocos & blãdicias haud illibenter accipientibus, sola ad lectum tacita adstitit, Cyroq; uocante, non obtẽperauit: cumq; eam cubicularij adduce

C re conarentur, Eiulabit, inquit, quisquis horũ manus mihi injiciet. Ob id plerisq; eam inurbanã & rusticam iudicantib. Cyrus delectatus gestib. eius risit, & ei qui mulieres adduxerat, Viden', inquit, te hanc solã liberam & incorruptã mihi adduxisse? atq; exinde eam prę omnib. charã habuit, sapiẽtemq; appellauit. Capta est Cyro occiso, cùm diriperenẽ castra. Eam tum Darius poscens, offendit grauiter patrẽ. Barbari enim acerrimi sunt in suspicionibus amatorijs: ut non modo qui attigerit pellicem regis, sed etiam qui in itinere currum quo uehuntur obuius impulerit, morte plectatur. Et quidem Atossam rex amore eius motus cõtra leges uxorem duxerat: pellices autem eximia pulcritudine alebat CCCLX. Aspasiam ergo liberam esse dixit: & si ipsa annueret, accipere filium iussit, inuitã cogi non debere. Accita Aspasia pręter spem regis Darium elegit, eiq; data est, lege ita cogẽte: paulo pòst rursum adempta: nam eam rex Dianæ quę Ecbatanis colitur, & Anitis dicitur, sacerdotẽ cõstituit, ut reliquum uitę tempus casta exigeret. Existimabat autem nõ grauiter se, uerùm moderatè & quasi per iocum ultum esse filium. Darius autem nequaquã mediocriter id tulit, siue amore Aspasię incensus, siue derisum se & ludibrio habitũ à patre existimans. Ita eum affectũ sentiens Tiribazus, stimulos addit, suum sub alieno agens negocium. Etenim rex cum haberet filias multas, promiserat

Ochus regno inhiat.

Darius rex creatur.

Aspasia.

15 se Pharnabazo Apamam, Rhodogunam Oronti, Tiribazo Amistrin nu- A
ptum daturū: & cum cæteris fidem seruasset, Amistrin ipse ducens, Tiriba
Insidiæ in Artoxerxē.
zo Atossam natu omniū minimā desponderat: sed & hanc amore (uti de-
mōstrauimus) captus ipse duxerat, eoq; facto Tiribazum planè infensum
sibi reddiderat. Erat is homo ingenij aliàs etiam parum cōstantis, animiq;
uarij & præcipitis, & modò propter res prosperè administratas inter pri-
mos habitus, modò offendens atq; abiectus, nullam mutationē rectè fere
bat: sed & in honore cùm haberetur, molestus omnib. erat sua futilitate, et
cùm deprimeretur, nequaquā cedebat aut quiescebat, sed asperè se & qua
dā cum ferocia efferebat. Is ergo Tiribazus ignis quasi igni additus, iden-
» tidem Darium urgebat. Nihil prodesse erectā in capite cidarin inculcans
» ei, qui nō rebus ipsis erigere sese conaref, sed cùm uideret patris tam incō
» stans esse & stupidū ingenium, tamen certam sibi regni successionem esse
» crederet. nam qui Græcę mulierculæ causa sanctissimę Persarū legi frau-
» dem fecerit, nequaquam ei fidem habendā esse, quòd de maximis reb. pa-
» cta sit rata seruaturus. neq; uerò eandem conditionē Ocho, si regno exci-
» dat, & Dario, si id amittat, propositā esse. quippe nihil impedire, quin ille B
» priuatus uiuat: Dario, quia rex sit designatus, aut regnādum, aut ne uiuen
dum quidem esse. Verum quidē omnino & ubiq; est illud Sophocleum,

Monitis malis præstò est obedientia.

Etenim læuis & procliuis est uia ad id quod uolumus: pleriq; autem ob i-
gnorationem & imperitiam rerum bonarum, pessima uolunt. Sed tamen
magnitudo regni, & metus ab Ocho Darij, materiā agendi Tiribazo prę
buerunt: neq; extra omnē culpā est Aspasiæ ereptæ iniuria. Ergo Darius
Tiribazo se & rem totam cōmittit. Cùm iam multi se cōspirationi socios
adiunxissent, eunuchus quidam insidias regi detegit, cui cōpertum erat,
quòd statuissent noctu in cubiculū eius intrare, & iacentem trucidare. Re
gi & delationē istam negligere, ac tantum malum non præcauere, pericu-
losum uidebatur: & fidē adhibere non explorata re, grauius. Itaq; sic agit.
Eunuchum, qui indicium detulerat, adesse illis iubet, & comitem se prębe
re: ipse patietē post lectum suum perfodit, ostiumq; in eo fabricatur, idq;
aulæo occultat. Cùm hora insidiarū appetijsset, essetq; ab eunucho indica
ta, in lecto mansit: neq; prius inde surrexit, quàm ad cædem perpetrandā
uenientiū facies singulorū cōtuitus est, & planè unumquenq; eorū agno- C
uit. ut iam stringere gladios, & aduersum se tendere cōspexit, celeriter au-
læo arrepto per ostium in cōclaue interius se proripuit, ostioq; obdito cla
morē sustulit. Ita percussores à rege uisi, nulla re gesta fuga se per fores p-
ripuerunt, Tiribazumq; & qui cum eo erant, ut iam cōpertos insidiarum,
ad fugā hortati sunt. Reliquis fuga dispersis, Tiribazus cōprahensus mul
tos de regijs stipatorib. occidit, ac uix tādem iaculo eminus ictus cecidit.
Dariū cum liberis adductū rex iudicandū consiliarijs regijs dedit, absens
ipse: mādauit autem, ut singulorū sententias perscriptas ad se minister de-
ferret. Omniū suffragijs damnatus, capitaliq; supplicio addictus, à lictori-
bus in propinquū carcerē est abductus. Carnifex accitus, manu tenēs no
uaculā, qua damnatorū capita abscindi solēt, ut uidit Darium, perterritus
recessit, ad fores respiciens, ut qui regi afferre manus nō auderet: foris au
tem iudicib. minaciter ut mādata exequeref iubentib. reuersus intrò, alte-
ra manu comā appręhēdit, ceruiceq; depressam nouacula abscidit. Qui-
dā iudiciū in præsentia regis factū affirmant, & Dariū criminis cō uictum
in faciem procidisse, suppliciterq; deprecatū: regem autem iræ impoten-
tem surrexisse, strictoq; acinace cum multis uulnerib. cōfecisse: deinde in
aulā progressum, solē adorasse, ac dixisse: Ite Persę, ite lęti, alijsq; indicate,
magnum

A magnū Oromazē ab ijs qui impiū & nefariū conati sunt facinus, pœnas 16 cepisse. Hūc exitū paratæ Artoxerxi insidiæ habuerunt. Cæterùm Ochū Atossa ad spē amplissimā erexerat. metuebat tamen adhuc fratres, genuinū Ariaspē, qui unus supererat, & de nothis Arsamen. horū ille, nō eo ꝙ ętate Ochū anteibat, sed propter benignitatē, simplicitatē, & humanitatē, regnū uidebat̄ in Persas obtēturus: Arsames & prudens uidebatur, & cum maximè à patre diligi nō fallebat Ochū. Igitur homo dolosus iuxtà & sanguinarius, utriusq; uitę insidians, crudelitate sua aduersus Arsamē, uersutia cōtra Ariaspen usus est. Nā ad hunc eunuchos & amicos regios submisit, qui semper ad eū minas & terribiles sermones afferrēt: decreuisse scilicet regē ei crudelē & turpē mortem inferre. Ii cùm quotidie hęc uelut arcana se ei referre simularēt, & alia iamiā agere, alia mox acturū regē dicerēt, eò pauoris hominem adduxere, atq; anxietatis, ut lethali ueneno apparato & hausto mortē sibi cōsciuerit. Rex genere mortis cognito, filiū quidē luxit: quis aūt causam morti p̄buisset, etsi suspicabat̄, inquirere tamē & certò cōperire per senectutē nō ualēs, eo arctius Arsamē est am-
B plexus: neq; obscurè tulit, omnia se ei credere & liberè cōmunicare. Itaq; Ochus nequaquā cūctandū sibi ratus, Harpate Tiribazi F. submisso Arsamē de medio sustulit. Adeò tū decrepitus erat Artoxerxes, ut minimo ad mortē uideret̄ indigere momēto. Itaq; allato ei de Arsamis interitu nūcio, sustinere nō potuit, sed statim mœrore extinctus est. Vixit annos XCIIII, regnauit LXII: iudicatus est clemens esse, & subditorū amās. quā opinionē maximè cōfirmauit Ochus, crudelitate & paricidijs omnib. superior.

PLVTARCHI ARATVS,

[redacted] O

Augustano interprete.

NTIQVVM quoddā, Polycrates, prouerbium uidet̄ mihi Chrysippus philosophus, ne eius inuisa plerisq; sentētia aures offenderētur, nō ita ut erat, sed ut commodius ipsi uidebatur protulisse:

A *Anne suum laudet patrem, nisi prospera proles?*

Quē redarguens Dionysodorus Trœzenius, uerum adagium ipse exponit, cuius hic est sensus: *Paroemiæ explicatio.*

C *An'ne suum laudet patrem, nisi non bona proles?*

aitq; eorū ora hoc dicterio obthurari, qui cùm ipsi per se nullius sint precij, maiorū suorum in laudes subrepant, in ijsq; prędicandis sint nimij. Enimuerò cui generosa indoles à maiorib. (ut ait Pindarus) innata est, ut tibi: ei, si ad pulcherrimū exemplū domesticorū uitā suam cōponere instituerit, in felicitatis parte ponendū est, si maiorū suorum, qui uirtute alijs antecelluerunt, memoriā colat, & perpetuò aliquid de ijs uel audiat, uel loquatur. non enim propriorum bonorum penuria suam existimationē ab aliorum gloria ille suspendit: sed maiorū suorū uirtutib. suas actiones annectens, ut generis, ita etiā uitæ factorūq; suorū autores & duces eos p̄dicat. Itaq; & ego Arati, ciuis tui, & ꝓgenitoris, quē neq; gloria tua, neq; potentia dedecoras, uitam à me conscriptā ad te mitto. nōq; nesciā, iā pridē omnes tibi eius uiri actiones accuratissimè cognitas: sed ut filij tui Polycrates & Pythocles domesticis exemplis innutriātur, ea cùm legentes tum audientes, quę imitari ipsos conuenit. Sui ipsius a enim nimium admiratorē, non honestatis studiosum iudico eum, qui seipsum ubique optimum ac præstantissimum iudicet. Sicyoniorum ciuitas, cùm primùm mera illa & Dorica optimorū in rep. dominatio tanquā

Respub. Sicyoniorū. concinnitate sonorum dissipata, in seditiones & contentiones populariū A oratorum incidit, perpetuis tumultib. agitata laborauit, aliumq; post aliū subinde tyrannum pertulit: donec Cleone occiso, ad Timoclidam & Cliniam, uiros præcipuè nobiles, & inter ciues potentia primos ab ipsa ciuitate summa rerum est delata. Cùm iam constituta nōnihil uideretur resp. Timoclidas moritur: Abantidas autem Pasei F. tyrannidem affectās, Cliniam occidit, eiusq; amicos & necessarios partim necat, partim urbe pellit. Filium quoq; Cliniæ Aratum septennem puerum ad cædem quærebat: sed is in domestico tumultu unà cum reliquis profugerat, inq; urbe oberrans metus plenus & auxilio destitutus, forte fortuna insciis omnib. in domum Sosûs peruenerat, quæ soror Abantidæ, Prophanto Cliniæ fratri uxor erat. ea ut erat generosæ indolis mulier, diuinitus ad se delatū puerum existimans, domi occultatum, noctu Argos emisit. Ita furtim neci periculoq; subtractus Aratus, iam tum graue illud & feruens in tyrannos odium, quod paulatim accreuit deinde, concepit. Liberaliter educatus Argis apud hospites amicosq; paternos, cum bonā corporis sui affectionē uigere, & ad magnitudinē adolescere sentiret, exercitationi palæstricæ se tradidit: & quidē certauit etiā quinquertio, ac coronā meruit. Sanè etiā in statuis eius athleticū quiddā apparet: uultusq; regius & prudē- B
3 tiam præ se ferens non omnino tamen uoracitatis athleticæ & ligonis uidetur usum negare. Eo factum est, ut parciùs fortassis q̄ uiro in rep. uersaturo cōueniat, artes dicendi coluerit. quanquam cultior quidem fuerit, quàm quidam putauerunt, ex cōmentariis eius iudicium facientes: quos ille obiter & raptim inter agendū quibuscunq; obuiis uocabulis conscripsit. Aliquanto pòst tempore Dinias & Aristoteles dialecticus Abantidam, qui eorum disputationib. atq; commentationib. in foro interesse, unaq; disputare solebat, in eam consuetudinē pertractū, cōpositis insidiis
4 necauerunt. Paseam quoq; Abantidæ patrem, cùm is tyrannidē excepisset, Nicocles per dolū interfecit, & se tyrannū Sicyoniorū constituit. Hūc Nicoclem forma simillimū fuisse Periandro Cypseli F. perhibent: ut Orontē quoq; Persam Alcmæoni Amphiarai F. & Hectori Lacedæmoniū quendā adolescentē: quē Myrsilus narrat cùm id uulgus rescīuisset, à spectatum uenientium turba conculcatū periisse. Quartū iam mensem tyrānidem Nicocles gerebat, quo tempore multa urbi maleficia intulit, pa- C
5 rumq; abfuit, quin eam Aetolorū fraude amitteret: cùm Aratus iam adolescens ob nobilitatē generis animiq; magnitudinē, quæ nequaquā ocio sa aut uilis, sed grauis, prudentiaq; etiam præter ætatē munita apparebat, cepit in magna esse autoritate. Itaq; & exules Sicyonii maximè ei animū aduertebant: & Nicocles nequaquam ea quæ gerebātur negligebat, sed conatus eius occultè spectabat atq; obseruabat: nihil quidē tale ausurū, aut tam periculosum facinus aggressurum, sed colloquia eum cum regibus, quos amicos habebat hospitesq; paternos, agitare suspicans. Et uerò ea uia aggredi rē Aratus instituerat. Sed cùm & Antigonus multa pollicitus occasionem temporis, remq; totam negligeret, & Ptolemæus Aegyptusq;, unde spei aliquid erat, lōgiùs abessent: statuit per sese tyrannū euertere. Primis Aristomacho & Ecdelo animi sui sententiam exposuit. Aristomachus Sicyonius exul erat: Ecdelus Arcas Megalopoli oriūdus,
6 philosophus, rebusq; agendis aptus homo, qui in urbe Arcesilaum Academicū audierat. Cùm hi alacriter institutū probassent, rem cum reliquis etiā exulib. cōmunicat. Pauci horū, pudore deserēdi tāti conatus moti, socios se facinori præbuerunt: pleriq; etiā conati sunt inhibere Aratū, quasi imperitia rerū ferocientē. Cū deliberaret de loco aliquo Sicyoniæ occupando,

A pādo, q̄ belli aduersus tyrannū gerēdi receptaculo uteret̄, cōmodùm Ar
gos uenit Sicyonius q̄dā è carcere elapsus, Xenoclis frater, unius de exu-
libus. Is à fratre ad Aratū adductus retulit, muri partē, qua ipse euasisset,
intus propemodū planā esse, locis saxosis & sublimib. cōtiguā: foris eam
esse altitudinē, ad quā scalis euadere liceat. Id cùm audiuisset Aratus, cum
Xenocle duos suorū famulorū mittit Seuthā & Technonē, qui murū con
templarent̄. statuerat enim, si qua ratione id fieri posset, occultè & semel
potiùs totā rem in discrimen mittere, q̄ priuatus ipse cōtra tyrannū lōgo
bello, & apertis certaminib. cōtendere. Reuersus cū famulis Arati Xeno
cles, mensurā muri attulit, indicauitq; loci naturam eam esse, ut cōscendi
haud summa cū difficultate posit: magni autem esse laboris eò accedere
ꝑpter hortulani cuiusdā canes paruos quidē, sed oppidò acres & impla-
cabiles. Proinde statim negociū aggressus est Aratus. Arma ut facilè para
ret, cōsuetudo efficiebat: cùm ferè omnes tū homines furtis & incursioni
bus mutuò infestarent̄. Scalas Euphranor faber machinarū, ipse quoq; Si
cyonius exul, palàm construxit, suspicione artis ꝓfeßione amoliente. Vi-
B ros amici Argiui singuli de paucis denos prębuerūt: ipse de suis famulis
triginta armauit: mercede etiā opera Xenophili prędatorū ducis milites
nō ita multos cōduxit, apud quos rumorē sparserat, in Sicyoniā se ductu
rū equarū regiarū abducendarū gratia. Pleriq; alij post alios ad Polygno
ti turrim præmißi sunt, ibiq; iußi expectare. Pręmissus etiā est Caphesias
expeditus cū quatuor alijs, qui se uiatores simularēt, & sub noctē ad hor-
tulanū intrarēt, ibiq; pernoctātes, ipsum & canes occluderent. nā alioqui
aditus non dabat̄. Scalas autē, ut erāt dissolubiles, in modios frumētarios 7
imposuerūt, itaq; occultatos carris prouexerūt. Interim cōspectis quibus
dā Nicoclis exploratorib. Argis, qui clàm circumire & obseruare Aratū
ferebant̄: interdiu in publicū ꝓgressus Aratus se ostētauit, inq; foro cū a-
micis cōmoratus est. unctus deinde in gymnasio, ex palæstra secū abdu-
xit domū adolescētes quosdā, secū bibere & genio indulgere solitos. pau
lo pòst in foro uisi sunt famuli eius, alius coronas ferēs, alius faces emens,
alius cū mulierculis quę psallere & fistula canere in cōuiuio solent, collo-
quens. Hęc omnia exploratores cū cernerēt, decepti sunt, atq; unus alte-
ri nō sine multo risu, Nimirū, aiebāt, nihil timidius est tyrāno. quādo Ni-
C cocles etiā tantā urbē poßidēs, tātasq; copias, sibi ab adolescēte metuit,
uiatica sui exilij in uoluptates & conuiuia diurna insumēte. atq; ita dece-
pti, discesserūt. Statim à prādio Aratus Argis ꝓfectus, ad milites iuxta tur
rim Polygnoti uenit: indeq; Nemeā duxit. ibi cōsilium suum uniuersis a-
peruit. eosq; adhortationib. & pollicitationib. cùm cōfirmasset, tesserā de
dit Apollinē ꝓpiciū, ac uersus Sicyonē duxit. ad motus aūt lunaris ratio- 8
nē sui itineris accelerationē accōmodauit: ita ut lumine Lunę ad iter faci-
endū uteret̄, luna iā occidēte ad hortū haud procul muro esset. Ibi ei oc-
currit Caphesias, occlusū quidē à se hortulanū indicās, canes aūt ꝓfiluis-
se, neq; cōp̄hēdi potuisse. Cùm animis pleriq; caderēt, & retrò abduce-
re iuberēt, bono eos animo esse Aratus iußit, abducturumq;, si nimis im
portuni forēt canes, ꝓmisit. Simul eos q̄ scalas gestabāt, p̄misit, Ecdelo &
Mnasitheo ducibus: ipse lēto gradu subsecutus est, canibus acriter latran
tibus, & iuxta Ecdelum unà cursitantibus. Is tamen cum suis & peruenit
ad murum, & scalæ tutò admotæ sunt. Primis murum conscendentibus,
matutinarum excubiarum magister, signum abeundi tintinnabulo edi-
dit. ibi cum multæ faces gestarentur, custodesq; murum peruadentes tu-
multum darent: isti ibi in scalis subsidentes facilè eos latuerunt: cum uerò
alij excubitores prioribus obuij uenirent, summo in periculo fuerūt. Eò

Stratagema Arati.

etiam euitato, primi in murum Mnasitheus & Ecdelus euaserunt: & oc- A
cupato utrinque muri aditu, Technonem ad Aratum miserunt, properare iubentes. Ab horto ad murum & turrim non magnum erat spacium, qua in turri magnus canis uenaticus excubabat. Is muros occupãtium strepitum non senserat, siue natura hebes, siue interdiu defatigatus. ab hortulani autem canibus inferne latrantibus excitatus, initio obscuro latratu responderat: mox appropinquantibus illis, latratum intendebat. iamque totus ille locus latratu canũ resonabat, adeo ut ab altera parte uigil magna uoce uenatorem percontatus sit, Cur nam ita uehementer canis latraret, & an aliquid insolens accidisset. respondit uenator, Nihil esse periculi: canem lumine uigilũ, & tintinnabuli sonitu esse irritatum. Id maxime Arati milites cõfirmauit, existimantes uenatorem socium facinoris dedita opera rem occultare, & multos quoque alios in urbe negotij cõscios atque auxiliarios esse. Cùm ad murum omnes peruenissent, longus erat & periculosus labor, quòd scalę, nisi unus post alium adscenderet, cõcutiebant: tempus autem morã non ferebat, iam gallis canentibus, & appropinquantibus ijs, qui in forum ex agris res uenales portabãt. Itaque festinans Aratus, B
Sicyone potitur Aratus. cùm ante ipsum XL tãtum adscendissent, ipse quoque in murũ euasit: paucisque adhuc assumptis, ad domũ tyranni, & prætoriũ cõtendit, ubi noctẽ mercenarij milites agebant. Hos subitò superueniens omnes cõprehendit, occidit neminem: statimque ad amicos dimisit, qui singulos ad se uocarent. Facto undique cõcursu, dies illuxit: eratque turbæ plenum theatrũ, animis omniũ ob incertũ adhuc rumorẽ suspensis, & eorum quæ agebantur ignaris. donec præco in medium progressus edixit, Aratum Cliniæ F. ciues ad libertatẽ uocare. Tum demũ credentes ea adesse, quæ iampridem expectârant, cõfertim ad tyrãni ædes accurrerũt, ignem injicientes. edita autem est ingens flãma, & Corinthũ usque luxit domus incendium: ita ut qui Corinthi erãt mirati quid'nam hoc rei esset, parũ abfuerit quin ad auxiliũ ferendũ accurrerẽt. Nicocles per quosdã cuniculos ex urbe effugit: milites autem & ciues extincto incendio, domũ diripuerunt: nõ hoc modo Arato cõcedente, sed & reliquã tyrãnorum pecuniam ciuib. in mediũ ꝓponente. Nemo omnium uel occisus est, uel uulneratus, neque Aratianorum, neque hostium: sed id facinus fortuna ab omni ciuili sanguine purum seruauit. Reduxit exules, qui à Nicocle pulsi fuerãt, LXXX, qui à prioribus tyrãnis, haud pauciores quingẽtis. qui diu multumque, nõnulli etiam C
per L annos uagati fuerãt. Plerique autẽ cum redissent pauperes, bona ea, quæ olim possederãt, inuadebãt, inque summas Aratũ difficultates conijciebãt. Videbat enim urbi extrinsecus ab Antigono periculũ impẽdere, libertati eius inuidente atque insidiante: intus autẽ turbis eam & seditionib. agitari. Itaque quod in presentia factu optimũ uidebaẽ, Achęorũ eã ciuitati adiũxit: & Sicyonij, cùm essẽt Doriẽses, ultrò in nomẽ & remp. Achęorũ se insinuarũt. Sanè neque autoritas magna, neque potẽtia eo tẽpore Achęorũ erat. nã & pleræque eorũ urbes paucis ciuib. frequentabanẽ, neque bonũ agrũ posidebãt, ad mare habitãtes importuosum, & quod plerunque apud scopulos præruptos terrã attingeret. Verùm hi maximè tũ demõstrarunt Græcorũ uires inexpugnabiles esse, quoties unanimi ordine ij cõponantur atque regant, & cordatũ habeãt ducẽ. quippe cùm ne minima quidẽ essent portio eius quod olim in Græcia uiguit roboris, & tũc uirib. suis omnib. in unũ collatis unius alicuius præcipuæ urbis potentiã nõ æquarẽt: cõsilio tamen, & concordia, & quia norant uirtute præstantissimo absque inuidia obtemperare, non modò suam libertatem in medio tot urbium, tam potentium ciuitatum atque tyrannorũ tutati sunt: sed & reliquorũ

Græco-

A Græcorũ plurimos in libertatẽ asseruerunt. Erat Aratus natura ciuilis, magnanimus, & ad rẽpublicã q̃ priuatã attentior, tyrannorũ acerrimus osor, & qui semper amicitiæ inimicitiæq; finẽ q̃ cõmodo publico metiretur. itaq; nõ tam cõstãs amicus, q̃ hostis mãsuetus uidet fuisse, reip. causa per occasionẽ in utranq; partem se cõuertens. neq; quicquã magis amabat, quàm 9 concordiã populorũ, cõmunionem ciuitatũ, cõciliumq; & theatrũ unam edens uocẽ. bello & apertis certaminib. uti non facilè audebat, eoq; in genere animi erat parum fidentis: ad res furtim gerẽdas, cõponendasq; aduersum urbes & tyrãnos insidias aptissimus. Itaq; cùm multa conatus spe superiora, ea cõfecisset, uidetur haud pauciora, quæ effici haud dubiè poterant, ob timiditatẽ omisisse. Scilicet non animalium modò quorundam oculi per tenebras uidere possunt, interdiu cæcutiunt, quòd siccitas & tenuitas humoris qui est in oculis cùm luce nõ potest tẽperari. sed & quorũdam hominum calliditas atq; prudentia ita est cõparata, ut in apertis reb. indictisq; certaminib. facilè ij perturbentur: in occultis aũt & abditis reb. gerendis audaces sint. Huius inæqualitatis causa est in bonis naturis ignoB ratio philosophiæ: cùm bona ingenia uirtutẽ absq; scientia, ueluti fructũ spõte sua & absq; cultura enatũ ꝓferunt. Hęc in exemplis depręhendi possunt. Porrò Aratus cùm Sicyonẽ Achęis adiunxisset, inter equites militãs charus ducib. ꝓpter obedientiã fuit. nã tametsi plurimũ ad remp. cõtulisset, sua patriæq; gloria ad eam accumulata, tamen morigerũ se haud minùs quàm de uulgo aliquis ducib. Achæorũ singulis p̃buit, siue duce Dyme, siue Tritęa, siue aliud humilius oppidũ prębuisset. Dono etiã ei XXV talenta Ptolemeus misit. quę ille accepta, ciuib. suis largitus est cùm aliàs, tũ ad redimendos captiuos pecunia indigẽtibus. Cæterũ ijs qui ab exilio erãt reuersi importunè tumultuantib. & eos qui bona possidebãt uexantibus, adeò ut periculũ esset de exitio ciuitatis: in sola Ptolemęi humanitate spem reliquã habens Aratus, statuit ad eum nauigare, & orare, ut sibi pecuniã ad lites istas pacãdas suppeditaret. Itaq; à Methona prouectus, super Maleam nauigauit, ut breuissimo cursu fretum trajceret. sed rectore à magno uehementiq; uento, qui ab alto incubuerat, uicto cursum nõ tenens, ægrè ad Adriam eiectus est, qui locus hostilis erat, ab Antigonoq; præsidio tenebatur. Maturè sibi fuga cõsuluit, militesq; hostis uitauit Aratus, C ac naui relicta procul à mari se cum uno amicorũ Timanthe in syluestrem quendam locũ subduxit, noctemq; ibi difficilẽ exegit. Paulo pòst ad nauem pręsidij pręfectus uenit, Aratũ quęrens: quẽ famuli eius deceperunt, respõdentes, uti docti fuerant, statim eum aufugisse, & in Eubœam nauigasse. nauim quidem, & quę in ea uehebantur, ac famulos Arati detinuit, hostis bona esse dicens. Post dies nõ multas cõstituto magnis in difficultatibus Arato, bona quadam eius fortuna Romana nauis ad eum locum appulit, ubi partim speculãs, partim latens cõmorabatur. Ea nauis in Syriam ibat: itaq; à nauclero impetrauit, ut se usq; ad Cariam ueheret. Eò non minorib. tempestatum periculis peruectus, inde in Aegyptum multo tempore peruenit, regemq; bene erga se affectum adijt. Iam antè quoq; eum missis è Græcia tabulis atque picturis demeruerat Aratus. Cùm enim regem ijs delectari sciret, atq; ipse eius artis haud ineptus esset iudex, subinde aliquid artificiosi accuratiq; operis ad eum miserat, Pamphili maximè & Melanthi picturas eum in finem comparans. Florebat enim adhuc gloria Sicyoniæ in pingendo elegantiæ, quæ sola pulcritudinẽ incorruptã habere iudicabatur. itaq; Apelles etiã, cùm iam admirationi esset, eò se contulit, & talentum pictoribus discendæ artis causa pependit, glorię magis, quàm artis eorum societatem captans. Et Aratus quo tempore Sicyonem

Liberalitas.

nem liberauit, omnes tyrannorum imagines statim sustulit: de Aristrati au A
tem, qui Philippi tēpore floruit, imagine diu deliberauit. Pictus enim erat
curruí uictori insistens Aristratus à Melātho, omnibus'que eius socijs, &
Apelles quoq; operam suam eò cōtulerat: ut quidem Polemo periegetes
narrat. opus erat spectatu dignißimū, ita ut artificium animum Arati in-
flecteret, rursusq; tamē odium tyrannorū incitaret, ut deleri mādaret. Ne-
alcem tum ferunt pictorem, Arati amicum, cum lacrymis deprecatum: &
cùm non obtineret, dixisse, tyrānis, non eorum bonis bellum esse indictū:
itaq; uictoriā & currum relinquendū. se Aristratum de tabula sublaturū.
id cùm cōcesisset Aratus, deleuit Aristratū Nealces, & palmā, nihil aliud
ausus ei operi affingere, in locum eius appinxit. ferunt tamen deleto Ari-
strato pedes eius infra currum demissos superfuisse. Ob hęc charus Ptole-
mæo Aratus, cōgressus cum eo, fuiq; edito documento, magis adhuc in a-
Pecunia Ptolemaei Sicyone concordia facta.
nimum eius insinuauit: impetrauitq; ut is ciuitatem Sicyoniam CL talētis
donaret. de quib. XL statim numerata secum in Peloponnesum retulit: cæ-
tera in portiones diuisa deinceps rex misit. Magnum fuit profectò, tātam
ciuibus parare pecuniā, cuius exigua portione accepta à regib. alij duces B
& oratores patrias suas iniurijs affecerūt, & seruitute premēdas illis pro-
pinauerūt. Sed maius est, quòd illa pecunia pacificationem & cōcordiam
inter pauperes & diuites constituit, totiq; populo securitatē & salutē. Ad-
miranda etiam animi moderatio in tanta potentia. Etenim cùm ad eū ple
na potestas esset delata res exulum dijudicandi, non recepit in se solum id
muneris, sed quindecim collegas adsciuit: magnoq; labore & multis ne-
gocijs pertractatis cōfecit tādem, ut amicicia & cōcordia inter ciues con-
staret. Ea propter nō ciuitas modò honoribus eum meritis decorauit: sed
& exules priuatim æream columnam posuerunt, his elegis inscriptam:

12 *Gloria ad Herculeas innotuit usq; columnas*
Inclyta uirtutis maxime Arate tuæ,
Et tibi pro patriæ certamina gesta salute,
Factaq; prudenti maxima consilio.
At nos in patriam te seruatore reducti,
Cernentes opera sana, laresq; tua:
Hanc statuam grata memores tibi mente dicamus
Virtutis signum, iusticieq; tuæ:
Atq; salutiferos inter te diue fatemur C
Insignem superos emeruisse locum,
Nam libertatem gentis, legesq; salubres,
Ociaq; alma tuæ restituit patriæ.

Antigonus Aratum captat.
His rebus gestis Aratus, inuidiam quidem ciuium gratia suarū actionum
auertit. Antigonus aūt rex successum eius iniquè ferēs, statuit eum omni-
no aut amicicia deuincire, & suum facere, aut apud Ptolemæum regem in
calumnias adducere. Itaq; cùm alijs officijs eum, quanquam nōnihil recu
santem, affecit, tum Corinthi rem sacram dijs faciens, Arato partes Sicyo-
nē misit. inq; cōuiuio, multis unà cœnātibus, corā omnib. Existimabā, in-
quit, Sicyoniū hūc adolescentē liberali ingenio prędituū, ac ciuiū amantē,
nihil pterea: at uerò iā mihi idoneus iudex uitę rerūq; regiarū uidet. Priùs
enim nos despiciebat, spes suas alibi habēs repositas, Aegyptiacasq; ad-
mirabat diuitias, elephātos, & classes, & aulas iactari audiens. nūc, cùm in-
tus uiderit ista omnia theatricū esse apparatū scenę inseruientē, totū se ad
nos conuertit. amplector itaq; eū, & statui eo in omnib. rebus uti, & ut eū
uos pro amico habeatis uolo. Hi sermones ansam inuidis malignisq; homi-
nib. calūniādi pbuerūt, certatimq; epistolas ad Ptolemæū miserūt, grauia
Arato & multa crimina obijciētes: q factū est, ut rex etiā per literas cū A-
rato

A rato expostularet. Tantũ inuidiæ atq; maliciæ regũ tyrannorumq; amici
cias comitatur: quas tamen plerię appetũt, magnoq; amoris feruore cõ-
trahunt. Cæterùm Aratus primùm Achæorũ dux creatus, oppositã Lo-
cridẽ & Calydoniam populatus est. Bœotis autẽ cum decem millib. mili
tum opem ferẽs, tempus pugnæ neglexit, qua uicti ab Aetolis Bœoti a-
pud Chæroneã Abœocritũ gentis ducem & mille uiros amiserũt. Anno
insequẽti rursum prætor creatus, de recipiendo Acrocorintho cõsilium
agitauit, nõ tam Sicyoniorũ aũt Achęorũ ea re cõmodo consulẽs, quàm
Macedonicũ pręsidium, communẽ totius Græcię tyrannidẽ, inde expel
lere cupiens. Chares quidẽ Atheniensis ducib. regis quodã prœlio supe-
ratis, ad populũ Atheniẽsem scripsit, uictoriam se peperisse Marathonię
sororẽ. At hãc Arati actionẽ haud iniuria quispiam Pelopidę Thebani, et
Thrasybuli Atheniensis, qui tyrãnos necarunt, facinorib. germanam di-
xerit: nisi q; hoc discrimen est, quòd ille non aduersus Gręcũ, sed alienige
nam & adsciticiũ dominũ rem gessit. Isthmus duo maria dirimẽs, Pelopõ
nesum cęteræ Græciæ annectit. Acrocorinthus autẽ mons sublimis est,
B ex media enatus Gręcia: cui si imponatur pręsidiũ, omnẽ contractũ, tran
situm, expeditionẽ, & negociationes terrestres atq; maritimas eorũ qui
intra Isthmum sunt, cum alijs Græcis impedire ac prohibere potest: do-
minusq; totius Gręciæ fit, qui Acrocorinthũ præsidio tenet. ut non pro
ioco, sed serio potius habendũ sit Philippi posterioris dictum, Corinthũ
cõpedes Græcię appellãtis. Itaq; eius potiundi omnib. studium fuit regi
bus atq; principibus. Antigonus autẽ adeò nihil sibi reliquũ fecit, dũ do-
lo (ui enim & palàm frustra uidebatur conaturus) eum domino suo eripe
ret, ut ea cupiditas nihil ab insanissimo amore abfuerit. Etenim cùm Ale
xandrũ, qui Acrocorinthũ possidebat, ueneno (ut aiunt) necasset, Nicęa
autẽ uxor huius res administraret, arcemq; custodiret: statim filiũ suum
Demetrium, adolescentẽ haud ineptũ ad cõgrediendũ cum prouectę a-
liquantũ ętatis muliere, submisit, dulcẽq; ei spẽ nuptiarũ cum eo iniecit:
filioq; tanquã esca usus, mulierẽ ita cepit. Quæ cùm Acrocorinthũ ne sic
quidẽ dimitteret, sed accuratè etiamnũ custodiret, simulãs id sibi curę nõ
esse, Corinthi nuptias Niceæ cũ Demetrio celebrat, spectacula, & quoti-
dianas cõpotationes exhibet, tanquã qui totũ se uoluptatib. dedisset, ani
C mumq; ad iocos & ocium remisisset. Cùm in theatro carmen amœbęum
cantaretur, tẽpusq; pręsentiam Nicæę postularet, eam ipse ad spectaculũ
uehentẽ lectica regio more ornata comitatus est, gaudentẽ honore, ni-
hilq; minus, quàm quod agebatur, suspicantẽ. Cùm autẽ in uia ad diuer-
ticulũ uenissent, quã semita sursum ducit, Antigonus eã in theatrũ pro-
uehi iubet: ipse ualere iusso cãtore & nuptijs, ad Acrocorinthũ adscẽdit,
præter ętatẽ corpore cõtento. ibi cùm portã clausam offendisset, scipio-
ne pulsat, sibiq; aperiri iubet: & qui intus erant, obstupefacti aperuerũt.
Ita potitus arce, nõ cõtinuit se, quin gaudio gestiens biberet in angipor-
tis, & per forũ comesabundus incederet, mulierculas secũ fistula canẽtes
trahẽs, sertaq; gerẽs, obuijsq; dextrã porrigeret & eos cõpellaret: senex
homo, & tãtas rerũ expertus mutationes. Nimirũ enim gaudiũ absq; ra- "
tione & cõsilio animo accidẽs magis eũ perturbat, ęstuq; afficit, & sui im "
potẽ facit, quàm uel dolor uel metus. Antigonus ergo Acrocorintho ita "
ut dixi potitus, ijs quib. maximè fidebat custodiendũ tradidit, pręsidioq;
Persęũ philosophũ pfecit. Aratus aũt, cùm uiuẽte etiãnũ Alexãdro potiũ
di Acrocorinthi cõsil a agitasset, Achęis cũ eo fœdus paciscentib. à ppo
sito destiterat. tũc aliã tẽtãdę rei occasionẽ talẽ nactus est. Erãt Corinthi
quatuor

Aratus Achæorum dux.

Acrocorinthus.

Occasio eius capiendi Arato oblata.

quatuor fratres, Syri natione, quorum unus, nomine Diocles, in arce mi- A
les mercenarius erat: tres autem reliqui aurum regis suffurati, Sicyonem
ad Aegiam argentarium detulerunt, quo propter institutum uitæ uteba
tur Aratus. apud eum partem auri statim uendiderunt, reliquum unus i-
psorum Erginus paulatim accedens pecunia commutabat. Atque is ita fa-
miliaris Aegiæ factus, ab ipsoque deductus ad mentionem præsidij in ar-
ce collocati, retulit, se, cùm ad fratrē in arcem per præcipitia adscendis-
set, animaduertisse rupturam quandam mòntis obliquam eò perducere,
quà humilima muri, qui arcem cingit, pars ædificata esset. Per iocū tum
Aegiæ dicēti: Sicci'ne ergo inepte homo paruuli auri causa regis res præ
tertis atque prædicatis? cùm liceat uobis unius horæ maximum reportare
præmium. an nesciris tam furibus quam proditoribus, ubi semel depræ-
hensi fuerint, moriendum esse? Ridēs ad hæc Erginus, promisit se ea de
re animum Dioclis (nam cæteris se fidem non admodum habere) tenta-
turum. Paucis pòst diebus reuersus, pollicetur Arato, se cum eò ad mu-
rum perducturum, ubi XV pedibus non sit altior: & in tota re conficien
da se unà cum Diocle ei auxilio futurū. uicissim Aratus, si negocium suc B
cessisset, sexaginta eis talenta daturū stipulatus est: sin secus caderet, unà
tamen cum ijs incolumis euaderet, utrique domum & talentum. Cùm au-
tem ista LX talenta Ergino deberēt apud Aegiam deponi, & Aratus tan
tum pecuniæ non haberet, neque mutuum sumēdo cuiquam suspicionem
sui instituti præbere uellet, pleraque pocula, & aureū uxoris mundū Aegiæ
eius pecuniæ causa attulit, & oppignorauit. Tāta erat hominis magnani-
mitas, tantaque honestarum actionum cupiditas, ut sciens Phocionem &
Epaminondā Græcorū iustissimos & optimos propterea creditos, quòd
magna dona reiecissent, neque pecuniam in rebus bonis iudicassent: ipse
sibi in eam rem impendenda occultè sua duxerit, in qua pro uniuersis, &
quidem id ignorantibus, se in periculum mitteret. Quis enim non admi
retur, & quasi adiuuare cupiat magnanimitatē hominis? qui tantum pe-
riculum tanta ui pecuniæ sibi parauerit, & quæ preciosissima in re dome-
stica iudicantur pignori opposuerit, ut noctu in medios hostes clàm de-
ductus, pro uita sua dimicaret, nulla nisi præclari facinoris spe proposita.
Periculosam per se rem, periculosiorē error fecit ab initio per ignoratio-
nem admissus. Famulum suum Aratus, nomine Technonem, misit ut u- C
Periculum. nà cum Diocle murū specularetur. is autem Technon de facie Dioclem
non nouerat, formam tamen eius uidebatur percepisse, Ergino referen-
te, crispo esse eum capillo, nigrum & imberbem. Ergo cùm ante urbem
in loco, qui Ornis (hoc est auis) dicitur, uti compositum erat, Erginum
cum Diocle se conuenturos expectaret: fortè tum Dionysius maximus
natu inter fratres Dioclis, eique forma similis, sed neque socius, neque con-
scius omnino proditionis, eò uenit. Motus formæ similitudine Technō,
percontatur hominem, ecquid ei rei cum Ergino esset: cumque is fratrem
eius se esse responderet, omnino pro certo habens se cum Diocle collo-
qui, neque nomine eius quæsito, neque ullo alio indicio expectato, statim
dextram ei inijcit, ea quæ sibi cum Ergino erant composita refert, uicis-
simque sententiam eius exquirit. At Dionysius errorem eius dissimulans
astutè, omnibus annuens, nihil mali suspicantem inter colloquendum re
tro ad urbem abducit. Cùm iam propè eò deuentum esset, ut cōpræhen-
deretur Technon, Erginus iterum bona quadam fortuna ei occurrit, er-
roremque & periculū sentiens, Technoni ut fuga se eriperet nutu indicat.
atque ita uterque cursu se proripuit, & ad Aratum euasit. Neque uerò Aratus
animum

A animum propterea despondit: sed statim Erginum misit, qui aurum Dio
nysio afferret, & oraret uti taceret. idq; & fecit Erginus, & Dionysium
secum adduxit: quem illi nequaquam dimiserunt, sed uinctum in con-
claui quodam asseruarunt: ipsi ad rem gerendam se parauerunt. Omni-
bus iam instructis, cæteros in armis noctē exigere Aratus iussit: ipse cum
CCCC delectis militibus, quorum pauci quid rei gereretur nouerant, iu
xta fanum Iunonis ad urbem duxit. Erat tum maxime adulta æstas, & ple
nilunium: nox autem perspicua & à nebulis pura: ita ut metuerent sibi,
ne armorum ad lunam resplendentium fulgor custodibus ipsos prode-
ret. cùm primi iam appropinquassent urbi, nubes à mari elatæ urbem te-
xerunt, & loca extra eam propinqua obumbrarunt. Ibi tum reliqui humi
desidentes, calceos exuerunt: quòd nudi pedes neq; strepitum edunt,
neq; facile labuntur scalis applicati. Erginus cum septem adolescentibus
uiatorum more uestitis ad portam occultè peruenit, portæq; custodem
unà cum reliquis excubitoribus obtruncat. Simul & scalæ admotę sunt,
& celeriter Aratus centum uiros per eas in urbem extulit, ac reliquis ita
B uti possent sequi iussis, celeriter sublatis scalis, per urbem cum centū istis
ad arcem contendit, gaudens se latére, & rem prosperè succcedere existi *Acrocorinthū Aratus capit.*
mans. Paululum progressis quatuor occurrunt uigiles cum facibus: ab ijs
nō conspecti, (nam in parte ea erant, quam umbra tegebat) sibi obuiam
uenire eos cernentes, abdunt se post muros quosdā & rudera in insidias,
atq; ita tres de ijs necant. quartus gladio caput ictus, profugit uociferans
hostes in urbe esse. Paulo pòst & tubis signum est datum, & urbs tota
excitata, omnesq; angiportus discurrētibus repleti hominibus: multaq;
lumina partim per urbē, partim ex arce eluxerunt, ac clamor undiq; pro-
miscuus incertusq; exauditus. Interim Aratus per præcipitia ad arcem
contendens, initio lentè & magno cum labore, cùm callem non teneret,
quòd is undiq; inter salebras cliuorum latebat, ijsq; obumbrabatur, atq;
multis flexibus ambagibusq; ad murum pertinebat. Mirum uerò dictu,
ut luna tum fertur discussis nubibus lumine suo uiæ difficultatem expe-
diuisse, cumq; ad eam muri partem, quam petierat, peruenisset Aratus,
iterum coactas nubes subiuisse, umbraq; eum occultasse. Milites autem,
quos ad portam & fanum Iunonis relictos ab Arato dixi, CCC numero,
C cùm & ipsi in urbem irrupissent, tumultu promiscuo repletam, facibusq;
collucentem, atque eundem callem inuenire, suorumq; uestigia assequi
nequirent, confertim in umbrosum quendam rupis anfractum se abdi-
derunt, ibiq; magna cum animi ægritudine sese continuerunt. quippe fre
mitus & clamor, qualis exaudiri in certaminibus talibus solet, ad ipsos
usq; ab arce peruadebat, cùm Aratus & eius manus iam desuper ab arce
telis impeterentur atq; pugnarent: & uox circumsonabat eos à monti-
bus refracta, confusaq;, & de qua unde ederetur non constabat. Dubitan
tibus, & quónam se uerterent incertis, Archelaus regiorum dux, cum ma
gna militum caterua, tubisq; & uociferatione eòdem adscendit, contra
Aratū tendens, ipsosq; præterit. In eum illi ueluti ex insidijs coorti impe-
tum faciunt: primisq; stratis, cæteros & Archelaum perterrefactos in fu
gam conijciunt, ac tantisper instant, dum ij apud urbem dissipati dilabe-
rentur. Recenti huic uictoriæ Erginus superuenit, annuncians Aratum
cum hostibus acriter repugnantibus manum conseruisse, magnumq; a-
pud muros certamen esse, & celeriter subueniri oportere. Statim duci se
iusserunt, interq; eundum clamore socios confirmarunt, auxilio se eis
uenire indicātes: arma etiam ad plenam lunā refulgentia, plura hostibus

ob agminis longitudinem uidebantur, & uociferatio per noctem resonans à pluribus quàm erat edi putabatur. Tandem iunctis uiribus facto impetu hostes loco pellunt, arcéque superiores euadunt, eámque iam albente cœlo occupant. Sol statim confecto negocio illuxit, simulq; Sicyone profecta reliqua pars copiarum aderat, portis eos accipientibus promptè Corinthijs, & regios compræhendẽtibus. Cùm tuta iam uiderentur omnia, ab arce in theatrum descendit, immensa confluente multitudine hominum, partim conspectum eius, partim orationem, qua compellaturus erat Corinthios, desiderantiũ. Ab utraq; parte transitus cõstitutis Achæis, è scena in medium progressus est, thoracẽ indutus, uultuq; ita ob laborem & uigilias mutato, ut lætitiam eius exultationemq; corporis defatigati grauitas occultaret. Cùm officij causa homines effusè prodeunte ipso accurrerent, hasta in dextrã manum sumpta, corporeq; nonnihil ea suffulto, diu tacitus stetit, applausus eorum & acclamationes excipiens, uirtutem laudantium eius, & fortunam prædicantium. Vt finem fecerunt, silentiumq; tumultu composito extitit, atq; ipse sese collegit, orationem de Achæis rei gestæ cõsentaneam habuit, Corinthijsq; B

Corinthus Achæis addita. persuasit, uti se Achæis adiungerent: clauesq; eis portarum reddidit, tũc primùm à Philippi ætate in eorum potestatem reuersas. De Antigoni ducibus Archelaum cum cepisset, dimisit: Theophrastum autem discedere nolentẽ necauit. Persæus arce capta Cenchreas perfugerat. is posteà temporis fertur in ocio degens cuidam dicenti, sibi solum sapientem uideri

» ducem esse, respõdisse: Per Deos mihi quoq; aliquando ex omnibus Ze-
» nonis decretis id maximè probatũ fuit: nunc à Sicyonio adolescente cor-
» rectus, sententiam mutaui. Hoc de Persæo complures narrãt. Porrò Aratus statim Heræum (fanum Iunonis Latinè dixeris) & Lechæum in suam potestatem redegit, XXV nauibus regijs potitus est, equos quingentos, & Syros CCCC uendidit. Acrocorinthum Achæi CCCC militibus grauis armaturæ, canibus quinquaginta, totidemq; eorum custodib. tenuerunt. Romani quidem Philopœmenem admirantes, postremum Græcorum appellauerunt: iudicantes post eum nullam præclaram rem apud Græcos gestam. Ego autem hoc Arati facinus in Græcia ultimum nouissimumq; fuisse haud dubitem dicere: & cùm ob audaciã eius qui perpetrauit, tum ob successum præclarissimis posse comparari. quod manife- C

Vrbes aliæ Achæis adiectæ. stum est ex ijs, quæ statim sunt cõsecuta. Nam & Megarenses facta ab Antigono defectione Arato se cõiunxerunt, & Trœzenij unà cum Epidaurijs se ad Achæorum rempub. aggregauerunt: primamq; suã expeditionẽ in Atticã fecit Aratus: & traiectis in Salaminã militibus, prædam ex insula egit, Achæorũ uiribus, tanquam ex carcere liberatis, ad omnia quæ instituisset utens. Eos qui liberi capti erãt, Athoniensib. nullo redemptionis accepto præmio dimisit, occasiones eis deficiendi suppeditans. Ptolemæum socium Achæorum adsciuit ea cõditione, ut is terra mariq; dux belli esset. Tanta autem fuit Arati apud Achæos potentia, ut si nõ liceret quotannis, alternis saltem annis prætorem eum crearint: interim tamen semper omnia ipsius arbitrio acta sint. uidebãt enim eum nõ diuitias, nõ gloriam, nõ amiciciã regis, nõ suæ patriæ cõmodum, nõ quicquam aliud Achæorum incrementis antiquius habere. Existimabat autem urbes singulatim imbecilles mutuò seruari, tãquam illigatas cõmodo publico. ac

Concordia. quemadmodum membra corporis uiuentia & conspirantia propterea, ꝙ inuicem annata sibi hærent, si quod eorum auellat & à cæteris separet, nõ alitur ampliùs, sed tabescit: ita urbes cẽsebat ab ijs, quæ remp. diuellerent,

A rent, perdi, augeri autẽ unã ab alia & omnes mutuò, cum ueluti magni alicuius corporis partes cõmunem haberẽt procurationẽ. Proinde uidens præcipuos quosq; uicinorum sua uti libertate & legibus, ideoq; indignè ferens Argos in seruitute agere, tyrannum eorum Aristomachum interficere per insidias instituit: cùm ut libertatem ei urbi, tanquam educationis suæ præmium, redderet, tum ut eam Achæorum reip. adiungeret. Inuenti sunt qui id facinus auderent: quorum principes erant Aeschylus & Charimenes uates. gladijs tamen destituebantur, quòd eos parare prohibitum erat, & si quis gladium haberet, ei tyrannus grauem mulctam indixerat. Itaq; Aratus Corinthi paruos pugiones confici iussit, inq; clitellas insuit, easq; iumentis quædam uilia uehentibus impedimenta imposuit, atq; ita Argos misit. Cùm autem Charimenes quendam facinoris socium adiciuisset, Aeschylus indignatus, spreto eo facinus ipse aggressus cum suis est. quod sentiens ille, & iritatus, iam ad necandũ tyrannum contendentes prodidit: atq; pleriq; horum ex foro profugerunt, Corinthumq; peruenerunt. Veruntamen paulo pòst Aristomachus à seruis necatur. ty-

Argorum liberandorũ conatus.

B rannidem Aristippus flagitiosior priore tyrannus occupat. Aratus cum Achæis, quotquot militari ætate præstò erant, celeriter Argos profectus est, sperans se Argiuos ad opẽ sibi tyranno opprimendo ferendam promptos inuenturum. cùm uerò pleriq; eorum à seruitute, quam consuetudo familiarem ipsis effecerat, non abhorrerent, neq; ad eum quisquã deficeret, recessit nulla re confecta, nisi quòd Achæos crimini ei obnoxios reddiderat, quòd in pace bellũ mouissent. Accusauit eos eo nomine Aristippus apud Mantinenses, & reos Arato absente peregit, estq; illis lis triginta minis æstimata. Aratum uerò Aristippus & odio habens & metuens, per insidias necare intendit, adiuuante eum conatum Antigono rege: & ubiq; propemodum erant qui id agerent, occasionemq; captarent. Enim
“ uerò nulla melior neq; tutior principi esse potest custodia, quàm uera &
“ constans subditorum beneuolentia. cùm enim adsueuerint pleriq; & po-
“ tentes non principem, sed principi suo metuere, multis ille oculis uidet,
“ multis auribus audit, præsentitq; ea quæ aguntur. Itaq; hoc loco parum-
“ per ab instituto sermone digrediar, Aristippiq; rationem uiuendi expo-
C nam, quam ei tam multis riualibus expetita illa tyrãnis: & beati famosiq; regni maiestas parauit. Quippe is, qui Antigonum sibi societate iũctum haberet, multosq; custodiendi corporis sui causa aleret, nullum inimicorum uiuentem in urbe reliquisset: stipatores quidem suos & custodes foris in uestibulo stationẽ habere iubebat, famulos simul atq; cœnasset uniuersos exigens, & interiorem domum cõcludens: ipse cum sua amasia in cœnaculum editius ostio pensili clausum subibat, supra quod lecto collocato somnum capiebat, qualem ab ita perturbato ac meticuloso capi par erat. scalam mater amasiæ remouebat, inq; alio conclaui includebat: luce facta iterum apponebat, & admirabilem illum tyrannum deuocabat, serpentis instar ex specu prorepentem. Et uerò Aratus qui non ui & armis, sed legitimum uirtute & perpetuũ sibi parauerat imperium, in toga aut qualibet chlamyde obambulans, cùm quidem omnium tyrannorum manifestum se hostem profiteretur, nobilissimũ inter Græcos genus in hunc usq; diem propagauit. Eorum autem qui arces occupauerunt, stipatores aluerunt, defendendiq; sui corporis portas, causa arma, & cataractas obiecerunt, pauci leporum instar uiolentam mortẽ effugerunt: domus autem, genus, aut sepulcrũ honore affectum aliquo, nullius illorum extat. Sæpenumerò Aratus & occultè & palàm aggressus Argos occupare, &

Tyranni miseria.

Aristippum excindere, successu frustratus est. Semel etiam scalis applicatis, audacter in murum paucis comitatus euasit, custodesq; occurrentes obtruncauit. die autẽ facta, cùm undiq; à tyranno peteretur, Argiuis, qua si nõ pro ipsorum libertate pugnaretur, sed in Nemeo certamine iudices ac præmiorum distributores sederent, iustos se & æquos spectatores eorum quæ gerebantur alto in ocio præbentibus, fortiter pugnans, lancea cõminus femur transadigitur: locum tamen, in quo constiterat, obtinuit, neq; ante noctem ullo insultu hostium pelli potuit. Quod si noctẽ quoq; eam laborem sustinuisset, potitus eo quod petebat fuisset: iam enim fugã tyrãnus parabat, ac multa suorum bonorum ad mare præmittebat. nunc Aratus nemine id renunciante, aqua deficiente, & cùm ipsum uulnus inutilem rebus gerendis fecisset, retrò suos abduxit. Desperata ergo hac ratione, aperte cum exercitu in Argolicam irrupit, eamq; uastauit. Ad Charetẽ autẽ fluuium acri cum Aristippo cõmissa pugna, uitio ei datum est, quòd prœlium deseruisset, uictoriamq; prodidisset. Cùm enim Achæorũ exercitus altera pars haud dubiè hostib. superior esset, eosq; persequẽdo procul processisset: ipse non tam pulsus à sua parte, quàm uictoriæ diffidens & metuens, perturbatus in castra rediit. Ceteris autẽ ab insequendo hoste reuersis, & iniquè ferentib. quòd cum ipsi hostem pulissent, multoq; plures de iis strauissent, quàm suorum amisissent, passi tamen essent ut uicti de uictorib. trophæũ statuerent: motus uerecundia statuit denuò de trophæo pugna decernere: unaq; die intermissa, rursum in aciem suos eduxit. sed cum hostes numero auctos sensisset, & audaciùs resistere, congredi non ausus, discessit, cadaverib. ex pacto receptis. Hunc suum errorem Aratus cùm peritia ciuili, & gratia in alloquẽdo populo correxisset, Cleonas Achæis adiunxit, Nemeumq; certamen Cleonis celebrauit, magis patriũ his, magisq; deberi quàm alteris sentiens. Celebrauerunt idem certamen etiam Argiui: ac tum primùm securitas & libertas certatoribus antiquitus concessa, uiolata est, Achæis omnes, quoscunq; Argis certasse cõperissent, per suam ditionem proficiscentes uendentib. tanquã hostes. tam acre & implacabile erat tyrannorũ odium in animo Arati. Paulo pòst cùm inaudiuisset Aristippũ Cleonis insidiari, se tamen Corinthi agẽtem metuere: edicto proposito milites cõtraxit, iussosq; multorũ dierum ciberia secum ferre, Cenchreas deduxit: in fraudem inducẽdi Aristippi causa, ut is tãquam eo absente Cleonas adoriretur. Neq; Aratum spes fefellit. Statim enim cum exercitu Argis profectus Aristippus Cleonas petiit. Aratus autem iam tenebris obortis Corinthũ reuersus, itineribus per interualla custodiis munitis, Achæos tanto ordine, celeritate, atq; alacritate duxit, ut nõ modò inter proficiscendum, sed & noctu intrãtes Cleonas, & ad prœliũ instructi, Aristippũ fallerent. Summo manè portis apertis clasicum cecinit, atq; cum cursu & uociferatione impetu facto hostes fudit, fugientibusq; institit, eà maximè quà fugere tyrannũ suspicabatur, locis istis multa diuerticula habẽtibus. Persecutus autem est hostem Mycenas usq;. ibi Aristippus à Crete quodã, ut Dinias refert, nomine Tragisco, depræhensus necatur, amissis suorũ plusquã M D uiris. Tam splẽdida potitus uictoria Aratus, Argos tamen neq; cepit, neq; liberauit: Aegias enim & Aristomachus minor cum exercitu regio irruperãt eò, & rerum potestatẽ occupauerãt. Magnam quidẽ partem cauillorũ dicteriorumq; & scurrilium insectationum, quib. eum adulatores tyrannorum traducebant, refutauit: qui in gratiam dominorũ dictitare solebant duci Achæorũ tẽpore prœlii aluum cõturbari, uertiginẽ ei & graue soporem oboriri simul

Arati peccatum.

Stratagema.

A

B

C

A ſimul atqꝫ tubę ſonitũ exaudiuiſſet: itaqꝫ ut primùm aciem inſtruxiſſet, &
teſſerã dediſſet, percontari ſolitum centuriones, ecquid ſua pręſentia o-
pus foret, iacta iam alea: atqꝫ ita digredientẽ quàm longiſsimè, euentum
pugnæ expectare. Hæc quidem ita obtinuit opinio, ut philoſophi etiam
in ſcholis diſputantes, tremor'ne cordis & mutatio coloris præſente pe-
riculo timidorũ ſit, aut cuiuſdam intemperiei in corpore, & frigiditatis:
ſemper Aratum adduxerint exempli loco, quod ei, quanquam præclaro
duci, tamen ea ſemper in obeundis certaminib. accidiſſent. Ariſtippo cę-
ſo Aratus, ſtatim Lyſiadæ inſidias ſtruxit, Megalopolis patriæ ſuæ tyran- *Lyſiades tyrannide ſe abdicat.*
no. Erat is Lyſiades homo minimè prauo ingenio, aut à ſtudio laudis alie
no: neqꝫ, ut pleriqꝫ alij tyranni, intemperãtia eum & auaricia ad patriæ in-
ferendam eam iniuriam impulerat: ſed iuuenis adhuc glorię amore exci-
tatus, imprudenter admiſsis in animum ſuum altis ſpiritib. plenũ inanib.
& falſis de tyrannide ſermonibus, occupata tyrannide ſtatim ex eius in-
cõmodis maximas ceperat moleſtias. Itaqꝫ tum & Arati felicitatẽ atqꝫ glo
riam ſuſpiciens, & eum ſibi inſidiantẽ metuens, pulcerrimam mutationẽ
B aggreſſus eſt, qua cùm ſe ipſum ab odio, metu, præſidio, ſtipatoribusqꝫ li
beraret, tum de patria bene mereretur. Accito namque Arato, imperio ſe
abdicauit, urbemqꝫ Achæorum reip. adiunxit. Propterea magni eum fa-
cientes Achæi, prætorem delegerunt. Atqꝫ is ſtatim conatus gloriam A-
rati ſuperare, cùm alia multa non neceſſaria ſuſcepit negocia, tum expedi
tionem contra Lacedęmonios indixit. Aratus autem cùm ei repugnaret,
inuidia adductus id facere uidebatur. & bis Lyſiades prætor Achæorum
creatus eſt, palàm refragante Arato, eumqꝫ magiſtratũ transferre ad aliũ
ſatagẽte. imperabat autem alternis (ut dictum eſt) annis. Vſqꝫ ad tertiam
præturam Lyſiades in gratia fuit, alternis cum Arato imperans. cæterùm
ut apertas contra eum ſuſcepit inimicicias, ac ſæpius apud Achęos accu-
ſauit, abiectus ab ijs eſt, quòd uidebatur fictis morib. aduerſus uerã & ſin
ceram uirtutem contendere. & quemadmodũ cuculo Aeſopus ait inter-
roganti ex paruis auiculis, cur ſe fugerent, reſponſum ab ijs eſſe, Quod o-
lim eum accipitrem futurũ putarent: ita Lyſiadem uidetur ſuſpicio quæ-
dam à tyrannide conſecuta fidem mutationi eius derogaſſe. Ab Aetolico *Bellũ Aetolicum.*
etiam bello gloriam Aratus reportauit. Etenim cùm Achæi pugna decer
C tare ante Megaricã cũ Aetolis uellent, rexqꝫ Spartanorũ Agis cum exer-
citu ſuperueniens ad pugnam prouocaret: ipſe repugnans ei ſententiæ,
multa cõuicia, multas timiditatis & molliciei exprobrationes, multas ſan
nas perferens, ob ſpeciem turpitudinis dimoueri ſe de ſano & utili ſuo
conſilio non eſt paſſus: cõceſsitqꝫ hoſtibus ut citra prœlium Gerania mõ
te ſuperato in Peloponneſum intrarent. Sed cùm ijdem ſubitò Pellenem
occupaſſent, nequaquam eaſdem rationes ſecutus, neqꝫ mora ulla inter-
poſita dum omnes cõtraheret copias, ſtatim cum ijs qui ad manum erant
aduerſus hoſtem contendit, in ipſa uictoria propter ordinis neglectionẽ
& libidinem imbecilliſsimum. Nam & milites per domos diſperſi, de prę
da digladiabantur, ſeqꝫ mutuò pellebãt: & duces ac centuriones circum
ibant, filias Pellenæorum atqꝫ uxores rapientes, ſuasqꝫ galeas ijs impone
bant, ut nemo alius eas raperet, ſed galeæ ſingularũ dominos indicarent.
Hæc illis agentibus, ſubitò annunciatur Aratum adeſſe: & terrore, qua-
lem par erat ſequi tantam confuſionem, exorto, priuſquã ad omnes nun-
cius periculi perueniret, iam ij, qui apud portas & ſuburbia Achęis ſe ob
iecerant, uicti fugatiqꝫ retrò curſim rendebant, cæterosqꝫ iam agmen fa-
cientes & ſubuenire parantes perturbabant. Eo in tumultu una de capti-

uis, filia Epigethis uiri illustris, forma & statura corporis eximia, fortè A tum in fano Dianæ sedebat, quò eam delectorum militum præfectus collocauerat, sibi prædæ ductam, suaq; galea insignem. Ea subitò ad tumultum ex fano procurrens, cùm ante fores adstitisset templi, & in pugnantes inspexisset, capiti impositam gestans galeam tribus cristis ornatam, cùm ipsis ciuibus spectaculum diuinum uisa fuit, tum hostes diuinitus obiectum spectrum cernere putantes terrore & consternatione impleuit, animum'que repugnandi omnem excussit. Pellenæi quidem affirmant deæ simulacrum reliquo tempore intactum stare: cùm uerò ab antistita efferatur, neminem contrà intueri, sed omnes se auertere. non enim modò hominibus spectatu difficile esse acterribile: sed & arboribus frugibusq́, quà gestetur, sterilitatem inferre, & abortus. id simulacrum tum antistitam protulisse, eiusq́ faciem identidem obuertisse Aetolis, itaq́ eos ad uecordiam & stuporem redegisse. Nihil tale in suis cōmentarijs Aratus commemorat: sed ait se Aetolos in fugam coniectos in urbem ipsam Pellenem insecutum, cæsis DCC ex ea profligasse. Inter maximas res gestas id factum celebratum fuit: & Timanthes pi- B ctor artificiosè expressum ob oculos posuit. Cæterùm multis populis atque principibus aduersus Achæos conspirantibus statim in eo fuit Aratus, ut cum Aetolis amiciciam iungeret: usus q́ in ea re Pantaleontis, qui largiter apud eos poterat, opera non pacem modò, sed & societatem Achæis cum Aetolis composuit. Athenienses autem liberare cupiens, malè audiuit apud suos, quòd, cùm ipsi inducias cum Macedonibus pacti essent, Piræeum occupare conatus esset. Id crimen ipse in commentarijs suis à se amolitur: & in Erginum, quo usus erat in Acrocorintho occupando, confert, eum suo iniussu perhibet Piræeum tentasse, scalis'que attritis cùm fugeret & ab hostibus urgeretur, continenter Aratum nominatim inclamasse, tanquam præsentem, atque ita deceptis hostibus effugisse. Verùm hæc excusatio probabilis non uidetur. Neque enim ueri similitudinem habet hoc, Erginum hominem Syrum atque priuatum tantam rem conaturum fuisse, nisi Aratū ducem habuisset, ab eoq́ auxilium, & occasionem rei tentadæ accepisset. Et ostendit hoc ipse Aratus, non bis aut ter, sed sæpius, perinde atque ij quibus res in amore minus secundæ sunt, Piræeum aggressus, neque ob infelicem successum C defatigatus, sed eo ipso, quòd parum à potiundo eo abfuisset, animum confirmans. aliquando etiam per campum Thriasium fugiens crus ita afflixit, ut multis sectionibus curatus, lectica aliquādiu uectus expeditiones obiuerit. Antigono mortuo, cùm ad Demetrium regnum redijsset, maiore adhuc studio Athenas occupare conatus est, omnino spretis Macedonibus. Itaque cùm à Bithone Demetrij duce apud Phylaciam pugna esset uictus, rumórque increbruisset partim captum, partim cæsum esse: Diogenes Piræei præsidio præfectus, missis Corinthum literis, ea urbe Achæos cedere, quoniam mortuus esset Aratus, iussit. Fortè tum aderat Corinthi Aratus, cùm literæ illæ allatæ sunt: & legati à Diogene risu iocisq́ exagitati discesserunt. Ipse etiam rex nauim ex Macedonia misit, qua ad se uinctus Aratus aduceretur. Et Athenienses nihil leuissimæ adulationis reliquum sibi facientes, ut primùm de obitu Arati renunciatum est, coronas gestarunt. Itaq; is iritatus, statim in Atticā facta impresione, usq; ad Academiam processit: persuaderi tamen sibi passus est, ut à maleficio abstineret. Ergo Athenienses uirtute eius perspecta, cùm Demetrio mortuo libertatem appeterent, eum acciuerunt. Ara-

Diana Pellenæa.

Athenas liberat.

tus

A tus uerò, tametsi & alius tum prætor Achæorũ erat, & ipse diuturno morbo conflictaretur ac decumberet: tamen lectica eò aduectus est, Diogeniq; præfecto præsidij persuasit, ut acceptis CL talentis (horum uiginti Aratus ipse urbi largitus est) Piræeum, Munychiam, Salaminam, & Sunium Atheniensibus redderet. Statim ex eo Æginetæ, atq; Hermionenses, & magna pars Arcadiæ se Achęis adiunxerunt: & cùm Macedones bella quædam finitima occupatos detinerent, Aetoli autem Achæorum socij essent, magnopere tum aucta est horum potētia. Porrò Aratus cùm in pristino suo proposito perficiendo perseueraret, tyrannidem Argis in uicinia superstitem iniquè ferens, missis internuncijs Aristomachũ hortatus est, libertatem Argis restitueret, Achæis que urbem adiungeret, exemplo que Lysiadis mallet tantę gentis cum laude & honore dux, quàm unius urbis inuisus & periculis expositus tyrannus esse. Obtemperante Aristomacho, & petente ut L talenta sibi Aratus mitteret, quibus militibus suis satisfaceret, eosq; dimitteret: pecunia iam comparata, Lysiades adhuc præturam gerens, suum que id apud Achæos uideri factum cupiens, Aratum, ut implacabili in tyrannos odio flagrantem, apud Aristo-
B machum calumniatus est, persuasitq; ut sibi rem totam committeret, atque ita hominem ad Achæos adduxit. Quo quidem tempore præcipuè Achæorum consiliarij suam erga Aratum beneuolentiam fidemq; declarârunt. Cùm enim is iratus contradiceret, Aristomachum repudiarunt: rursus eo in alteram pertracto sententiam, eamq; coràm defendente, statim omnia libenti animo decreuerunt, Argiuosq; & Phliasios in ciuitatem suam receperunt, ipsumq; insequenti anno Aristomachum prætorem creauerunt. Aristomachus cùm suam Achæis operam probaret, inq; Laconicam uellet irrumpere, Aratum Athenis ad se uocauit. Verùm hic per literas eam expeditionem dissuasit, quòd Achæos committere cum Cleomene audaci homine, & subitis incrementis elato nolebat: cùm tamen cupiditatem eius inhibere nequiret, uenit, sociumq; ei se addidit. Cum quidem apud Pallantium Cleomene occurrente pugnã committere Aristomachum prohibens, à Lysiade est accusatus: & in certamen cum eo de prætura descendens, suffragijs superauit, & prætor duodecimùm factus est. Eo in bello apud Lycæum uictus à Cleomene Bellũ cum Cleomene.
C fugit: noctuq; uagatus, cùm perijsse crederetur, multusq; de eius interitu rumor ad Græcos dissiparetur: collectis ad se militibus, non contentus se incolumem discedere posse, sed in rem suam præclarè uersa occasione, nemine quicquam tale expectante, subitò Mantinenses Cleomeni confœderatos adortus, urbem cepit, præsidium imposuit, inquilinos ciuitate donauit: denique id, quod uictores haud facilè obtinuissent, uictis Achæis confecit. Rursum Lacedæmonijs Megalopolim exercitu petentibus, auxilio socijs profectus, ansam prœlij captanti Cleomeni dare noluit, Megalopolitanósque manum conserere cupientes inhibuit. cùm neque aliâs ad decernendum acie natura esset aptus, & tunc militum numero hostibus impar, animo iam elanguescente & ambitione imminuta audaci iuueni opponeretur: & gloriam, quam ille nouam audacia sua parauerat, sibi iampridem partam cautione conseruandam existimaret. Itaque cum leuis armaturæ milites excursione facta Spartanos usque ad castra repulissent, & apud tentoria dispersi essent: ne sic quidem suos eduxit, sed in medio conualle occupata continuit. Lysiades autem indignissimè ea quæ agebantur ferens, Aratumq; culpans, equites ad se uocauit, ipse persequi fugientes hostes cupiens, neq; prodere uictoriã, sed ipse pro patria sua propugnare. Mul-

tis ad eum boniſq; uiris confluentibus, audacter dextrũ hoſtium cornu A
inuaſit,idq; pulſum inſecutus eſt:iræ autem ambitioniq; incautiùs indul-
gens,dum fugientibus inſtat,in loca pertractus eſt obliqua, arboribusq;
cõſitis & amplis foſsis plena. ibi Cleomenes eum adortus, præclarè pu-
gnantem,pulcerrimumq; certamen ante portas patriæ obeuntem inter-
fecit.Reliqui in phalangem confugientes,militibus grauis armaturæ cõ-
turbatis totum exercitum uictoriæ impotem fecerunt.Grauiter autẽ cri-
mini datum eſt Arato,quòd Lyſiadem uidebatur proiecisse:Achæisq; i-
rato animo diſcedentib.coactus eſt eos Aegium ſequi.ibi conſilio habi-
to,decretũ eſt ne ei pecunia daretur aut milites alerentur,ſed ſi uellet,ſuis
ipſe ſumptib.belligeraret.Ea ignominia motus cùm ſtatuiſſet illicò ſigil-
lum publicum tradere,& prætura ſe abdicare:tamen ſuo uſus conſilio ſu
ſtinuit:& ad Orchomenum ducto exercitu, cum Megiſtonoo Cleome-
Victoria nis uitrico conflixit,& trecentis hoſtium cæſis,ipſum Megiſtonoum ui-
Arati. uum in poteſtatem ſuam redegit. Solitus autem alternis annis præturam
gerere,cùm ordo ipſum poſceret uocatus, eiurauit, & Timoxenus præ-
tor eſt creatus. Equidem iudicatũ eſt eum cauſam eiurationis haud ſatis B
probabilem prætendiſſe,iram aduerſus populum:cùm re uera deterritus
periculis Achæos circũſtantibus fuerit.Nõ enim,ut antè,paulatim Cleo-
menes eos inuadebat, neq; iã ciuiles magiſtratus obibat: ſed cùm occiſis
ephoris,agriſq; diuiſis,multiſq; inquilinis in ciuitatem cooptatis poten-
tiam nulli iudicio obnoxiam obtineret,ſtatim Achæos inuadebat,princi
patumq; ſibi in eos poſtulabat. Vitio itaq; dant Arato,quòd rebus multo
æſtu grauiq; tempeſtate iactatis,ueluti clauum gubernator dimiſerit, a-
lijſq; cõceſſerit:& eo tempore,quo uel inuitis præeſſe,rempublicamq; ſer
uare oportuiſſet,de rebus Achæorũ deſperauerit. Exiſtimant etiam, de-
Arati re- buiſſe eum potius concedere Cleomeni principatũ,quàm ut rurſus præ-
prehẽſio. ſidijs Macedonicis barbariem Græciæ inueheret,aut Acrocorinthũ Illyri
cis & Gallicis armis impleret:aut eos,quos ipſe artibus ſuis cõſilijſq; op
pugnaſſet,inq; cõmentarijs conuicijs laceraret crebris, iam ſub honeſto
ſociorum nomine dominos ciuitatib. imponeret.Quod ſi omnino Cleo
menes iniuſtus fuerit,atq; tyrannicus: tamen Heraclidam genere, patria
Spartanum fuiſſe.& quidem ijs, qui rationem aliquam Græcæ nobilita-
tis haberent,Spartanorum obſcuriſsimum potiùs,quàm primũ inter Ma C
cedonas ducem deligendum fuiſſe. Iam Cleomenem ita principatum in
Achæos petijſſe,ut eius honoris ac tituli gratia multis ſe beneficijs urbes
eorum affecturum præ ſe tulerit. Antigonũ terra mariq; ducem deſigna-
tum,non priùs annuiſſe,quàm præmij loco ei Acrocorinthus promitte-
12 retur.imitatumq; ſcilicet in eo uenatorem Aeſopicum,neq; priùs Achęis
orantib.& per legatos ac decreta ei ſe ſubmittentib.ducem ſeſe impoſuiſ
ſe,quàm datis obſidib.ij & accepto præſidio tanquam frænum ferre didi-
ciſſent. At uerò Aratus nihil non dicit,ut excuſationem neceſsitatis affe-
rat.Et Polybius ſcribit Aratum multo antè quàm eò neceſsitatis res redi-
rent,ab audacia Cleomenis rebus ſuorũ metuentẽ occulta cum Antigo-
no agitaſſe colloquia,ac Megalopolitanos ſubornaſſe,qui ab Achæis pe
terent,ut ij auxilium Antigoni implorarẽt.nam Megalopolitani maximè
omnium eo bello infeſtabantur, Cleomene res eorum agente ac feren-
te.Eadem his de rebus Phylarchus retulit,qui,niſi Polybius adſtipulare-
tur,haud ſanè uideo ut fidem mereatur. Etenim quoties mentio Cleo-
menis incidit, præ fauore erga eum quaſi extra ſe raptus uidetur, &
tanquam in iudicio hunc ubique defendit, illum criminatur. Achæis
quidem Mantinea iterum à Cleomene cepta eſt: & uicti ab eodem
apud

A apud Hecatobæum magno prœlio, ita animis ceciderũt, ut statim Cleo-
meni imperiũ in se tradere cogitarent, eumq́ propterea Argos uocarẽt.
Aratus ut eum uenire sensit, & iam apud Lernã cum copijs esse, metuens
reb. suis legatos misit, qui peterent ut cum CCC tantùm uiris ad suos ami
cos sociosq́ ueniret: aut si diffideret, obsides acciperet. Cleomenes rideri
se ab eo & deludi dicẽs, retrò abijt, missa ad Achæos epistola, criminib. &
calumnijs Arato intentatis plena. Scripsit & hic contra Cleomenẽ episto
las, mutuoq́ sibi conuiciantes usq́ ad nuptiarum etiam & mulierũ expro
brationes processerunt. Secundũ hęc misso præcone qui bellum Achæis
indiceret, Cleomenes Sicyonẽ adortus proditione propè cepit. Inde pro-
fectus Pellenẽ inuasit, & duce Achęorũ profugiente occupauit: paulo post
Pheneum cepit, & Penteleũ: statim quoq́ Argiui ei accesserunt, & Phlia
sij presidium acceperũt. Omnino autẽ Achæis nihil eorum, quę bello an-
te sibi adiecerant, fidum certumq́ erat: magnisq́ tumultib. Aratus agita-
bat, cõcussam uidens Peloponnesum, urbesq́ passim à nouarũ rerũ studio
sis ad defectionẽ impelli. nihil enim præsenti statu cõtentũ uidebat: cùm
B multi etiam ipsorũ Sicyoniorũ & Corinthiorũ deprehẽsi essẽt cum Cleo
mene colloquia agitasse. Aduersus eos Aratus libera potestate armatus,
quos in Sicyonia corruptos reperit, eos necari iussit: Corinthi autẽ etiam
inquirere & punire sontes aggressus multitudinẽ iã laborantẽ, & Achæo
rũ remp. iniquè ferentem exasperauit. Itaq́ facto in Apollinis templum
concursu, eò Aratũ aduocãt, ut uel occiderẽt, uel captiuum detinerẽt an-
te defectionẽ. Venit eò Aratus, ipse suum equũ trahẽs, tanquã non diffi-
dẽs ipsis, neq́ sinistri quicquã suspicãs. multis uerò exilientib. & cõuicia
ei facientibus, cõstanti uultu & leni sermone cõsidere eos iussit, neq́ ita
cõfusè uociferari, sed expectare, dũ reliqui etiã intrarẽt: simulq́ pedeten- *Callidè factum.*
tim de fano recessit, quasi equi alicui tradẽdi causa. itaq́ se subtrahẽs, ob-
uiam factos Corinthios placidè cõpellans, & in ædem Apollinis ire iu-
bens, ut nemine obseruãte propè ad arcẽ peruenit, in equũ insiluit, Cleo-
patroq́ præsidij arcis præfecto mãdans, uti eã accuratè custodiret, Sicyo
nem cõtendit, triginta omnino comitatus militibus: cęteri enim deserue
rãt eum, & in itinere diffluxerãt. Corinthij paulo pòst aufugisse Aratũ cõ
C perientes, frustraq́ insecuti, Cleomenẽ accersunt, eiq́ urbẽ tradũt: nõ tan
ti accessionẽ eius urbis, quãti iacturã elapsi Arati facienti. Proinde adiun
gentib. se ei ijs etiã, qui regionẽ Acten dictã incolũt, urbesq́ tradẽtibus,
Acrocorinthũ uallo munitionibusq́ clausit. Ad Aratũ autem multitudo
Achęorũ Sicyonẽ cõuenit, & in cõcione imperator cum plena potestate
creatus, stipatores sibi ex suis ciuib. delegit. Annos iã XXXIII rẽp. Achę
orũ administrârat, ac potẽtia & gloria primũ inter Gręcos locũ tenuerat:
tũc uerò destitutus & in maximis uersãs difficultatib. patrię uelut naufra-
gio cõcussę reliquias in tãto ęstu & tẽpestate tuebatur. quippe & ab Ae-
tolis auxiliũ petens repulsam tulit: & Athenienses ei cupientes, Euclides
atq́ Micio prohibebãt. Bona & domũ Arati, q̃ is Corinthi habebat, Cleo
menes neq́ attigit ipse, neq́ passus est à quoquam uiolari: sed amicis eius
& curatoribus accitis, omnia ita curare & administrare iussit, ut se Arato
rationes reddituros scirent. Priuatim autem Tripylum, & deinde Megi-
stonum uitricum ad eum misit, cùm alia multa promittens, tum duode-
cim annua talenta, duplum scilicet eius stipendij, quod à Ptolemæo quo-
tannis accipiebat Aratus: ea condirione, ut ipse Achæorum dux de-
signaretur, & unà cum ijs Acrocorinthum teneret. Respondente Arato,
res non in sira, sed se in rerum potestate esse: rideri se existimans, statim in
Sicyoniam irrupit, eamq́ hostiliter uastauit; ac pèr tres mẽses Sicyonem
obsedit,

obsedit, perferente Arato, & adhuc dubitante, utrum traderet Antigono A Acrocorinthum: aliter enim se auxilium laturum is negabat. Interim Achæi conuenerant Aegium, eoq; ad se Aratum uocabant. Erat sanè periculosum hoste ante Sicyonē castra habente eò proficisci: detinebaturq; à ciuibus, negantibus se hostibus in proximo sedentibus eum dimissurū: mulieres quoq; iam, & pueri, tanquam cōmunem patrem seruatoremq; flentes amplectētesq; uti maneret orabant. Nihilominus cōsolatus eos, utq; bona spe essent hortatus, ad mare equitauit, decem secū amicos ducens, & filium adolescentem: ac conscensis, quæ ibi in statione erant nauigijs, Aegium ad concilium peruecti sunt. Decretum ibi est, ut tradito Acrocorintho Antigonus uocaretur: misitq; inter reliquos obsides etiam filium suum Aratus. qua re Corinthij irritati, bona eius diripuerunt, domumq; Cleomeni dono dederunt. Antigono iam cum exercitu aduentāte (ducebat autem XX millia peditum Macedonum, equites MCCCC) Aratus ei clam hostibus ad Pagas cū principibus ciuitatis occurrit, haud admodū fidens Antigono ac Macedonibus: norat enim se eos infestādo atq; lædendo potentiam suam parasse, primamq; & maximam rerum à se B gestarum occasionem fuisse inimicicias cum superiore Antigono. Sed tamen summam necessitatem, tempusq;, cui seruiunt etiam ij qui imperare alioquin uidentur, ita postulare sentiens, periculū subijt. Antigonus certior factus Aratum sibi obuiam uenire, reliquis uulgari comitate salutatis, eum primo congressu perquàm honorificè amplexus est: expertusq; deinde eum uirum bonum esse & cordatum, usus est eo familiarissimè. Erat enim Aratus non in rebus modò magnis utilis, sed & per ocium regi grata eius erat suauisq;, ut nullius alius, consuetudo. Itaq; Antigonus, quanquam iuuenis, cùm tale uiri ingenium depræhendisset, ut eius amiciciam quacunq; in re & quouis tempore commodam regi intelligeret: non modò Achæis, sed & Macedonibus suis prætulit. euenitq; Arato id, quod diuinitus ei portentum fuerat. Ferūt enim ei haud multo antè rem sacram facienti duas bilis uesicas apparuisse in extis, una pinguedine cōtentas: & aruspicē respondisse, Mox futurum, ut cū summis inimicis summam iniret amiciciā. atq; id tum nihil curasse Aratum, qui alioquin haud multum fidei extispicio & uaticinijs adhiberet, potiusq; suis consilijs fideret: sed postea temporis, cùm res prosperè succederent, Antigonū con C uiuium Corinthi prębentē, multis ad id uocatis, Aratū supra se accūbere iussisse; ac paulò pòst uestem postulasse, & ex eo quęsiuisse, an ipse etiā frigeret: cūq; respondisset omnino se algere, adferre pueros tapetē iussisse, eoq; se & Aratū tegi. ibi tum Arato eius sacrificij recordato risum obortū, eumq; regi ostentū, eiusq; interpretationem narrasse. Verùm hæc postea tēporis euenerūt. Tunc autē Pagis iuramēto societate cōfirmata, statim aduersus hostē contenderunt: certatumq; etiā apud ipsam Corinthū est, quā & bene Cleomenes munierat, & Corinthij acriter defendebant. Interim Aristoteles Argiuus, Arati amicus, occultè missis nuncijs pollicetur se ei, si militem secum adduxisset, urbem traditurū. Aratus re cum Antigono cōmunicata, ab Isthmo Epidaurū mari cum MCD militibus properè uectus est: & Argiui ante eius aduentū contra Cleomenis præsidiū insurrexerunt, idq; in arcem compulerunt. Cleomenes autem his auditis ueritus ne occupatis ab hoste Argis sibi domum reuertendi occasio occluderetur, omisso Acrocorintho nocte eadem Argos cōtendit, inq; urbem, præuentis hostibus intrauit, & nōnihil etiam eos pulit, pugna congressus: paulo pòst Arato accedente, & Antigono cum copijs se ostentante, Mantineam discessit. Ex eo rursum Achæis omnes se urbes adiunxerunt,

Antigonus fit Achæorum dux.

Arati apud eum gratia.

Argi recepti.

A iunxerunt, & Antigonus Acrocorinthũ occupauit. Aratus autem ab Argiuis prætor creatus, persuasit eis, ut Antigono bona tyrãnorum & proditorum dono darent. Iidem Cenchreis Aristomachum excruciatum in mare demerserunt: idq; factum magnam infamiam Arato peperit, quòd tam iniustè necari passus esset hominem non malum, ac qui ipsi obtemperasset, urbemq; Achaico fœderi coniunxisset. Ac iam cætera quoque ei imputabantur, ut, quòd Corinthus Antigono, tanquam uilis aliquis pagus, dono est est datus: quod Orchomenum ei diripiendam, & præsidio Macedonico tenendam permiserunt: quòd decreuerunt, ne cui regi scriberent, aut legationẽ ad aliquem regem mitterent iniussu Antigoni: quòd alere Macedonas, & stipendia illis persoluere coacti sunt: quòd sacrificia & spectacula in honorem Antigoni celebrabantur, Sicyonijs eius rei initium præbentibus, qui Antigonum Arati hospitem urbe exceperant. Horum omnium culpam uulgus Arato adscribebat, ignorans, eum traditis regi habenis, eius potentiæ impetu trahi, nihilq; preter uocem, cuius periculosa erat libertas, in sua habere potestate. Nam haud B obscurum erat, pleraq; eorum quæ agebantur, Arato grauiter displicere. quale fuit, quòd Antigonus tyrãnorum statuas Argis deiectas reposuit: & eorum, qui Acrocorinthum ceperant, stantes omnes, excepta Arati, deiecerat, diu multumq;, sed frustra deprecato Arato. Iam Achæi quæ de Mantinea statuerunt, nequaquam Græco more statuisse iudicantur. Capta eñ Antigoni opera Mantinea, primos nobilissimosq; ciuium necauerunt, reliquos partim uendiderunt, partim cõpedibus uinctos in Macedoniam miserunt, mulieres & pueros in seruitutem abduxerunt, pecuniæq; ex mancipijs partæ trientem ipsi inter se diuiserunt, besse Macedonibus tributo. Hęc quidem ultionis iure defendi possunt. quippe tametsi atrox est facinus, propter irã homines cognatos ac populares ita tractare: tamen necessitate urgẽte dulce est (ut ait Simonides) neq; durum animo tanquam æstuanti præ dolore remedium aliquod adhibere, cumq; exatiare. Reliqua ita Aratus egit, ut neq; necessariam posit, neq; honestam afferre excusationem. Cum enim Antigonus Mantineam Argiuis dono dedisset, ijq; coloniã eò ducere statuissent, præfectus ei rei ab ipsis Aratus, decretum fecit, ut urbs nõ ampliùs Mantinea, sed Antigonea ap C pellaretẽ. quod quidem nomen ea adhuc retinet: uideturq; culpa Arati elegans illa Mantinea protinus deleta, urbsq; nunc restare, quæ nomen ab ijs seruet, qui Mantinenses exciderunt. Secundum hæc Cleomenes magna pugna apud Sellasiã uictus, relicta Sparta in Aegyptum nauigauit: Antigonus erga Aratũ omni iusticia benignitateq; usus, in Macedoniã se recepit: iamq; ibi morbo conflictans, successorem regni Philippum, nondum planè adultum, in Peloponnesum misit, mandato ut quàm maximè Arato animũ aduerteret, eiusq; opera cum ciuitatib. colloqueretur, & Achæis innotesceret. Atq; hunc sanè Aratus acceptum ita tractauit, ut beneuolentiæ erga ipsum, summiq; rerum Achaicarum studij plenus in Macedoniam redierit. Mortuo Antigono, Aetoli contemptis Achæis, qui aliorum manibus adsueti seruari ac defendi, armis Macedonum se commiserant, altoque in ocio & nullo ordine agebant, res Peloponnesiacas aggressi sunt: obiterque præda ex Patrensium & Dymæorum agris acta, in Messeniam irruperunt, eámque depopulati sunt. Quod indignè ferens Aratus, Timoxenúmque eo tempore Achæorum prætorem uidens cunctari, cùm iam magistratus eius esset in exitu, ipse prætor designatus, auxilij Messenijs ferendi gratia quinque diebus præcu-

Crimina Arato obiecta.

Mantinensium calamitas.

Philippus Antigono succedit.

14

Aetoli Achaeos infestant.

præturam antecepit: conductisq; Achæis, quorum neq; corpora exerci- A
tationibus ad bellum parata, & animi dissoluti erant, apud Caphyas suc
cubuit. Cùm autem eam expeditionem creditus esset nimis animosè suscepisse, ita tum elanguit, itaq; spem omnem & rem dimisit, ut sæpe sibi ansam nocendi præbentes Aetolos impunè passus sit multa cum petulantia & ferocia quasi per comesationem insultare Peloponeso. Itaq; rursus Achæi in Macedoniam manus intendentes, Philippum acciuerunt, sperãtes ob beneuolentiã præcipuè eius erga Aratũ se eum facilem mansuetumq; experturum. Verùm is tum primùm calumnijs aduersus Aratũ Apellis & Megalæi, aliorumq; nonnullorum aulicorum persuasus, contrariç factioni in deligendo prætore se addidit fautorẽ, effecitq; ut ab Achæis prætor crearetur Eperatus. Sed cùm is ab Achæis omnino despiceretur, Aratus rempublicam negligeret, atq; ita nihil utile ageretur, in-
Aratus spretus & rursum elatus. telligens Philippus errorem suum, iterum ad Aratum se cõtulit, totumq; se ei tradidit: cumq; res ita succederent, ut & gloria & potentia crescerent, totus ab eo dependit, incrementa sua ei accepta referens. Videbaturq;
tum Aratus non popularis modò, sed etiam regij imperij bonus esse ma- B
gister: cuius ingenium & consilia tanquam color quidam in actionibus regis elucescebant. Nam & animi moderatio Philippi in delicto Lacedęmoniorum puniendo, & colloquium cum Cretensibus, quo paucis diebus totam sibi adiunxit insulam, & in Aetolos expeditio, in qua cõfectæ res admirationem merentur, de Philippo obedientiæ, de Arato prudentiæ opinionem excitauerunt. Eo magis inuidentes aulici, cùm clandestinis calumnijs nihil proficerent, palàm conuicia ei facere, impudenterq; & scurriliter rixari cum eo in conuiuijs ceperunt: semel etiam redeuntem à cœna in tentorium lapidibus impetentes persecuti sunt. quos Philippus iratus uiginti talentis statim mulctauit: & pòst cùm obesse rebus gerendis, turbasq; dare uiderentur, necauit. Enimuerò successu rerum elato
Vitia Philippi. rege, & erumpẽtibus iam multis uehementibusq; cupiditatibus, insita à natura uitia adsciticium habitum uicerunt, paulatimq; foràs se proripuerunt, & ingenium regis detexere. Primùm aliquandiu hospitio Aratorũ
15 utens, occultè iunioris uxorem corrupit. Deinde reipublicæ administrationi aduersari cepit, neq; obscurè indicauit excussurum se Arati societatem. Initium simultatum res Messeniacæ præbuerunt. Cùm enim Messe- C
Messeniorũ seditio. nij seditione laborarent, Aratum eò ut opem ferret ciuitati properantem uno die præuertit Philippus: urbémque ingressus, statim stimulos uni contra alteram factioni indidit: seorsim ex magistratibus quærens, nullásne contra plebem leges, & ex ducibus plebis nullásne contra tyrannos manus haberent. Eo modo utrísque instigatis, magistratus compescere duces uulgi intendit. hi uerò cum multitudine facto impetu, magistratus trucidauerunt, & de cæteris propè ducenos. Hoc tam atrox facinus cùm edidisset Philippus, Messeniorúmque seditioni quasi flammam addidisset, superueniens Aratus haud dissimulauit indignè se id ferre, filiumq; acerbè cum Philippo expostulantem, & conuicia addentẽ non inhibuit. Videbatur autem iunior Aratus amator esse Philippi, ac tum inter cætera dicebat, Ne formam quidem eius sibi iam placere, sed ob id factum sibi eum omnium turpissimum uideri. Huic Philippus nihil respondit, quanquam propter iram uideretur sibi non temperaturus, & dicente eo aliquoties sublatrasset. Seniorem autem, simulans
Arx Messenia. ciuili se ingenio præditũ, æquo animo dicta eius tulisse, manu appræhensum in Ithomatam (arx ea est Messeniorum) adduxit, Ioui ibi rem sacram facturus

A facturus, & locum contemplaturus. Est autem arx haud minùs munita
quàm Acrocorinthus: quæ si præsidio teneatur, multum incommodare
uicinis, uixq; omnino expugnari potest. Eò cùm adscendisset, sacrisq; es-
set operatus, ab aruspice ad se allata exta utraq; manu excipiens, Arato
& Demetrio Phario mõstrauit, alternis ad utrunq; inclinans, interrogans
que, ecquid ea teneri à se arcem, an uerò Messenijs reddi iuberēt. Ibi De-
metrius ridens, Siquidem, inquit, aruspicis tibi est animus, dimittes arcē:
sin regius, utro que cornu bouem tenebis. innuebat autem obscurè Pelo- “
ponnesum, si Philippus Acrocorintho Ithomatam addidisset, planè sub “
eius potestate, humilemq; fore. Aratus cùm diu tacuisset, rogatus à rege
suam sententiam explicare, Multi, ait, ô rex, in Creta, magniq; montes ex “
terra enati sunt, multi in Bœotia & Phocide, tum in Acarnania quoq; & “
mediterranei & maritimi loci mirificè muniti: quorum tu cùm nullũ oc- “
cupâris, omnes tamen incolæ ultrò imperata faciunt. quippe saxis & præ “
cipitijs latrones inhærent: rex fidelitate suorũ & fauore fortius tutius'ue “
habet nihil. ista tibi Creticũ mare aperuerũt, ista Peloponesum: his tu fre- “
B tus ea ætate eò peruenisti, ut aliorum iam dominus, aliorum dux sis. Ad- “
huc eo loquente Philippus extis aruspici redditis, ipsumq; Aratũ manu
trahens, Agedum igitur, inquit, eadem eamus uia. subindicans se ab eo ui
ctum, ac urbe ea priuatum. Aratus uerò exinde se ex aula subducens, pau
latimq; consuetudinem cum Philippo declinãs, oratus ab eo in Epirum
moliente expeditionem ut unà proficisceretur, abnuit, domiq; remansit,
ne eius mala facinora sibi ignominiam parerent. Vt uerò Philippus tur-
piter à Romanis exutus classe, & re tota infeliciter gesta in Peloponesum
redijt, Messeniosq; frustra aggressus fraude circumuenire, palàm infesta-
uit, agrumq; eorũ est populatus: omnino eum auersatus est Aratus, iam
etiam iniurias gynæceo suo illatas sentiens, molesteq; ferens, sed tamen
clam filio habens. id enim unum restabat, ut is de illata sibi cõtumelia cer
tior fieret: ulciscendi occasio non erat. Et quidem apparebat Philippum
mirificè admodum esse immutatum: qui ex adolescente temperãte, & re-
ge mãsueto homo impurus & tyrannus perditissimus esset factus. uerùm
ea non erat mutatio naturæ, sed in licentia demonstratio nequiciæ pro-
pter metum occultatæ. Eam enim eius fuisse erga Aratum uoluntatem,
C quam uerecundia & metus occuluerint, posteà patuit. Nam cùm eum cu
peret de medio sublatum, uiuo eo non modò regem aut tyrãnum, sed ne
liberum quidem se futurum existimãs, ui quidem abstinuit, Taurioni au-
tem uni ducum amicorumq; suorũ rem conficiendam occulto præcipuè
modo, & ueneno, idq; se absente, mandauit. atq; is Taurio inita cum Ara
to familiaritate, uenenum ei propinauit, non acre aut uehemẽs, sed quod
primò calores molles in corpore, & obtusam efficeret, sensim, itaq; paula
tim mortem afferret. Neq; id fefellit Aratum: sed quia detecto flagitio ni- *Mors eius.*
hil erat effecturus, tacitus placidè id malum, ueluti communem aliquem,
& usitatum morbum pertulit. tamen Cephalone, uno de suis familiarib.
in cubiculo adstante, cùm cruentum expuisset, uidente eo & admirante,
Hæc, ait, præmia sunt amiciciæ regiæ. Ita eo Aegij extincto, quo tempo-
re decimumseptimùm præturã gerebat, Achæisq; omni studio in id in-
cumbentibus, ut ibidem digna eius uita sepultura monumentisq; orna-
retur: Sicyonij calamitatis loco ducebant, si alibi, quàm apud se ille sepe-
liretur: itaq; ab Achæis impetrarũt, ut sibi humandus cõcederetur. Quia
autem antiqua erat lex, ne quis intra muros sepeliretur, eamq; legem ma
gna comitabatur superstitio: Delphos miserunt ea de re sciscitatum Py-

thiam, est autem ijs tale oraculum redditum: A

Consultas Sicyon, ubi sit tumulandus Aratus?
Fas id ubicunq; est: aderit sua gratia tumbæ.
Quippe nefastus erit terræ cœli'ue maris'ue
Qui grauet heroëm hunc locus, impositum'ue grauetur.

Sepultura. Hoc allato respõso cùm cæteri Achæi, tum uerò Sicyonij delectati sunt: mutatoq; in festiuitatẽ luctu, coronati albisq; induti uestibus corpus eius statim ab Aegio Sicyonẽ deportarunt, pæanes choris accinentes: ac loco delecto, qui omnium conspectui pateret, tanquã conditorẽ seruatoremq; urbis sepeliuerũt. Loco etiamnũ est nomen Aratiũ. Sacrificia duo in eius honorẽ celebrabantur quotãnis. alterũ eo die, quo urbem tyranni de liberauit: quinto scilicet die Dæsij mensis, quem Athenienses Anthesterionem appellant. sacrificium à salute parta Soteria nominabant: alterum eo mẽse peragebatur, in quem eius natalis cõpetijsse traditur. Prius sacrificium Iouis seruatoris sacerdos auspicabatur: posterius quidã, Arati strophium non totum album, sed semipurpureum tenens. ab histrionibus ad citharã carmina accinebantur, põpamq; puerorũ & epheborum B iuxtà ducebat gymnasiarcha, sequente senatu, & cęteris, qui uolebant, ci-

16 tribus. Vt defungantur suo officio Sicyonij, adhuc quædam eorum indicia seruant ac celebrant: pleraq; in honorẽ Arati instituta, temporũ & rerum mutationes aboleuerunt. Porrò autem Aratum iuniorem scelerosus homo & iuxtà iniuriosus atq; crudelis Philippus, non lethalibus, sed ad insaniam redigentibus uenenis de potestate mẽtis deturbauit: ita ut absurdos atrocesq; impetus ad facinora horrenda caperet, resq; perniciosas cum dedecore appeteret. adeoq; mors ei, quãquam iuueni & florenti, non calamitas, sed liberatio à malis & salus accidit. Præclaras autem pœnas Ioui hospitij amiciciçq; tutori suorũ scelerũ dedit Philippus, easq; cõtinentes. Etenim debellatus à Romanis, cùm suas res eorum arbitrio permisisset, misericordia eorum Macedoniam & ad eã pertinentes regiones obtinuit, reliquis omnibus spoliatus, & nauibus, præter quinq;, uniuersis: pactusq; mille talenta se soluturum, filium obsidem tradidit. proinde optimos quosq; & genere proximos necãs, metu & odio sui cùm totum impleuisset regnum, filium uirtute præstantem (quod unum ei inter tot mala bonum supererat) inuidia honoris, in quo is apud Romanos erat, C interfecit: Perseo alteri filio, quem non genuinum fuisse, sed suppositiciũ, Gnathænio sartrice natum perhibent, regnum reliquit. De hoc Perseo triumphauit Aemilius: inq; eo successio regũ ab Antigono prognatorũ desijt. Arati genus Sicyone & Pellenæ in hunc usq; diem propagatũ est.

PLVTARCHI GALBA,

[redacted] O

Augustano interprete.

De militib. & ducibus. 1 PHICRATES quidem Atheniensis in mercenario milite cùm diuitiarũ tum uoluptatũ cupiditatem requirit: ut sumptus quærẽs, qui ad uoluptates perfruendas suppeditent, tanto audaciùs pericula adeat. Plerique exercitum ueluti ualidũ corpus, nullo proprio impetu, sed ducis tãtùm motib. cieri debere asserũt. Quapropter ferũt Aemiliũ Paulũ, cùm is exercitũ in Macedonia accepisset loquacitatis & curiositatis plenũ, & se curis muneribusq; imperatorijs ingerentẽ, præcepisse ei, ut unusquisq; manum promptam, & acutum gladium præstaret: sibi reliqua curæ fore.

Plato

A Platoni etiam bonum ducem nihil efficere posse perhibenti, nisi eodem
modo affectum & moderatũ habeat exercitum, uirtutemq́; obtemperan
di haud minus quàm regiam existimãti indigere generosa indole, & edu
catione philosophica, quæ præsertim concinnè temperet mansuetudine
uehementiam iracundiamq́; animi: cùm alij multi casus testimoniũ per-
hibent, tum ea quę post Neronis obitũ acciderunt Romanis. ostendũtq́;
ea nihil esse in imperio terribilius exercitu, qui impetib. ab imperitia ꝓfe
ctis, nullaq́; ratione aut cõsilio coercitis feratur. Demades Macedonicũ
exercitũ Alexandro uita functo Cyclopi excæcato cõferebat, uidẽs eum
multis inordinatis & incertis agitari motibus. Romanorũ uerò imperiũ
ijsdem affectum est malis atq; motibus, quib. Titanas ferunt: simul & in
multas diuulsum partes, & in sese passim mutuò incidẽs, neq; id tantũ am
bitione designatorũ imperatorũ, quantũ auaricia & libidine militum, im
peratorẽ imperatore, ueluti clauum clauo expellentium. Dionysius Phe
ræum illũ, qui tyrannide per decem tantùm menses in Thessalos obtenta
interfectus fuit, Tragicum uocabat tyrannũ: subitæ mutationi illudens.
B At uerò Palatium, Cæsarũ domus, breuiori temporis spacio quatuor Im-
peratores excepit, militib. tãquam in scena modò introducentib. aliquẽ,
modò educentibus. Id unicum cõsolabatur eos qui in calamitatem inci-
derant, quòd non aliam uindictã expetendam sibi ab autorib. malorum,
sed ipsos ab seipsis interfici cernebãt. Primus eo modo pœnas luit Nym-
phidius Sabinus, & quidem iustissimas: qui primus animos hominũ ine
scauerat, docueratq́; mutatione Cæsaris magnum præmium quærere: & Nymphidius.
pulcherrimum facinus, defectionem scilicet à Nerone, mercede promis-
sa in proditionem uerterat. Is enim Nymphidius, præfectus (uti demon- 1
strauimus) aulæ cum Tigellino, ut primùm Nero reb. suis deploratis uide
batur in Aegyptũ fuga abiturus, perinde ac si is iam profugisset, militib.
persuasit, uti Galbã imperatorẽ crearẽt: promisitq́; eius rei gratia aulicis
& ꝑtorijs (ut uocãt) militib. uiritim denarios septies mille, D. ijs q in ꝓuin
cijs militabant, M C C L. quam pecuniã nisi plurimo pluribus, q̃; Nero ma
leficijs totũ humanũ genus affecisset, nullo modo comparare poterat. Ea
promissio primùm Neronẽ, mox Galbam perdidit: quorũ alterũ spe acci
piendi prodiderũt, alterũ quòd non pendebat necauerũt, ac postea quę-
C rentes eum qui tantũdẽ daret, prius quàm uoto poterent, inter defectio-
nes & ꝓditiones perierunt ipsi. Singula euenta cõmemorare, amplioris
est historiæ: quæ autẽ digna memoratu Cæsarib. acciderũt, prætermitten
da mihi nequaquã duxi. Sulpicium Galbã priuatorũ omniũ opulentissi-
mũ in domũ Cęsarũ intrasse cõstat. Cùm esset autem ob nobilitatẽ gentis
Seruiorũ magni nomnis, maiores tamen sibi sumebat spiritus propterea 2
quòd ad Catulũ stemma suum pertineret, hominẽ uirtute & gloria inter
ęquales primũ, sed qui potentiã ultrò alijs cõcessisset. Liuiam quoq; Au-
gusti uxorẽ cognatione attingebat: eaq́; ita operã dante, cõsul ex Palatio
progressus est. Fertur cùm exercitui in Germania pręclarè pręfuisset, tum
ita procõsul Africã gubernasse, ut inter paucos laudem meruerit. Frugali
tas eius in uictu, & in sumptib. faciendis parsimonia imperiũ adepto tan
quã sordes uitio data est: ea enim inanis opinio modestiã eius temperan-
tiamq́; cõsequebatur. Missus est ad regendã Hispaniã à Nerone, nondũ
sibi à ciuib. magnæ existimationis metuere docto: utq́; eo minus timere
tur, ad mãsuetudinem ingenij, qua præditus uidebatur, senectus accede-
bat. Cùm autem scelerati procuratores Neronis crudeliter prouincias la- 3
cerarent, quia nihil aliud poterat auxilij ferre, manifesta tamen sua misera

tione & indignatione utcunque respirandi occasionem ijs qui damnaban A tur uendebanturque praebuit. cumque in Neronē carmina cōponerentur, & passim circumferrentur atque cantarenť, non prohibuit, neque, ut procuratores, indignē tulit. Propterea gratior erat, acceptiorque hominib. iam diuturnitate etiā tēporis familiaris factus. Octauum enim iam annū prouinciae praeerat, cum Iunius Vindex Galliae praefectus cōtra Neronē insurrexit. Sanē ferunt ad eum à Vindice etiam antequā palàm deficeret literas missas: quibus ille cum non fideret, non diuulgasse tamē rem, neque more aliorum fecisse, qui epistolas ad se scriptas ad Neronē miserunt, & quantum in ipsis fuit, cōsilia Vindicis irrita fecerūt. qui ipsi tamen deinde cum eius actioni socios se adiungerent, fassi sunt se non minus eius, quàm Neronis proditores fuisse. Sed postquam Vindex manifestū bellum parans ad eum scripsit, hortans ut imperiū susciperet, seque ualido corpori caput quaerenti imponeret, Galliae nimirū, quae C hominū millia in armis haberet, & armare plura posset: ibi tum Galba deliberationem cum amicis instituit. Pars eorum expectandum censebant tātisper dum appareret, qui

4 motus Romae ad nouas res existerent. T. autem Iunius pretoriae cohortis B dux, Quid deliberatis, inquit, ô Galba. Equidem quaerere an Neroni fidē seruemus, iam seruantium est. Ergo Neronem pro hoste haud dubiè habentibus, nequaquā Vindicis societas est dimittenda: aut profectò accusandus statim est, belloque petendus, quòd te Romanorū imperatorem, quàm Neronem tyrānum esse mauult. Proinde edicto diem Galba indicauit, quo manumissioni esset uacaturus. interim rumor dissipatus multitudinem hominū acciuit, nouarum rerum cupidam. Itaque priusquam tribunal planè cōscenderet, una omnium uoce Imperator est salutatus. quo ille in praesentia nomine repudiato, in Neronē inuectus clarissimisque eorum quos ille necauerat deploratis, professus est se suam patriae prudentiam utendā dare, neque uel Caesaris, uel Imperatoris, sed legati S. P. Q. R. nomen accipere. Prudenter Vindicem egisse, quòd Galbae summam rerum detulit, ipse Nero testatum fecit. Simulans enim is se Vindicem contemnere, neque quicquam curare motus Gallicos: simul ac de Galba inaudijt, mensam, ut tum à balneo prandebat, subuertit. Veruntamen cum senatus Galbā hostem decreuisset, ludendi & se animosum ostentandi causa amicis dixit, Non incommodum sibi pecunia indigenti cōsilium quasi omine quodā ostēsum. nam & Gallorū subactorū bona sibi praedae cessura: & Galbae iam hostis iudicati opes uendere sibi licere. atque hoc ut fieret, statim mandauit. Quo audito Galba bona Neronis, quae is in Hispania habebat, proscripsit, multosque ad emendum prōptiores reperit. Cùm à Nerone multi deficerent, omnesque propemodū Galbae se adiungerēt, C

5 soli aliud in Africa Clodius Macer, in Gallia Germanicatū legionū praefectus Virginius Rufus, sed diuerso tamen cōsilio, agebant. Clodius, qui rapinis & caedib. grassatus fuerat, propter crudelitatē suam & auaritiā eo in statu erat, ut cōstaret eum neque retinere, neque dimittere imperium posse. Virginius potentissimarū praefectus legionū, & ab ijs saepe imperator salutatus, neque se imperium accepturū, neque cuiquam iniussu senatus tradi passurū affirmabat. Haec initiō haud mediocriter Galbā perturbabant. Sed ubi Vindicis ac Rufi exercitus ui quādamodo duces, tāquam aurigas habenarū impotētes, ad magnā conferendā pugnam perpulerunt: cùm in ea Vindex XX millib. Gallorū suorū amissis mortem sibi cōsciuisset, rumorque esset Rufi milites tāta uictoria claros in hoc cōsensisse, ut uel ducem suum Imperatorē crearent, uel illo detrectante rursus ad Neronem deficerent,

A deficerent.extremo in metu cōſtitutus Galba, Virginiū per literas hortatus eſt,ut ſibi ſocium ſe adiungeret in libertate imperioq́ Romanis cōſer
uando.Ipſe cum amicis Cluniam Hiſpaniç oppidū reuerſus,magis pœni 6
tentia factorum,& deſiderio priſtini cōſuetiq́ ocij,quàm reb.neceſſarijs parādis deditus,tēpus traxit.Erat tum æſtas.Paulo ante occaſum ſolis eò Siculus quidā peruenit libertus,ſeptimo quā Roma abierat die. is cū ſeorſim decumbere Galbā accepiſſet, illicò ad cōclaue eius cōtendit,inuitisq́ cubicularijs ingreſſus,renūciauit ei, Viuēte etiamnū Nerone, ſed latente,à militib.primū, deinde à populo etiā & ſenatu Galbā Imperatorē dictū:paulo pòſt de obitu Neronis allatū nunciū: cui tamen nō antè fidē adhibuerit, quā ipſe ad cadauer accurriſſet. eo uiſo demū ſe diſceſsiſſe. Hic nūcius Galbç animū erexit:eoq́ cōfirmatorū hominū multitudo ad ipſū
cōfluebat:tametſi celeritas uidebaṫ incredibilis.Sed duab.poſt dieb. Ti- 7
tus cum multis alijs à caſtris uenit, ſingillatim ea,q̄ decreuiſſet ſenatus an nūciās. Atq; is quidē honeſtū ad locū euectus eſt:liberto ius aurei annuli
Galba dedit,ac deinceps Marcianus Vicellus nominatus,primus poten 8
B tia inter libertos fuit. At Romæ Nymphidius Sabinus nō ſenſim aut paulatim, ſed ſimul ac ſemel totam ad ſe rerum ſummam rapiebat. quippe & Galbæ ſenectutem (natus is tum erat annos LXXIII) exprobrabat, ob quam uix ſatis uiriū haberet uti lectica Romā geſtareṫ:& milites iampridem bene erga ipſum affecti,ac tum ab uno dependentes, Galbam debitorem ſuum,Sabinū ob magnitudinē promiſſi donarij benefactorem putabant. Ergo Sabinus ſtatim Tigellino collegæ ſuo mandat,uti gladiū deponat: ipſe cōuiuijs cōſulares & principes uiros excipit, Galbæ nomine eos à ſe uocari adhuc prętexēs:& ſubornat multos,qui in caſtris autumarent,mittendos eſſe ad Galbā qui petant, ut Nymphidiū perpetuum prętorij præfectū abſq; collega eſſe uellet. Aucta deinde hominis eſt cōfidētia ſenatus decretis ad honorē ei & potentiā facientibus, cùm & benefactor appellareṫ,& quotidie ad fores eius cōcurſans ſenatus, autorē eum ſentētiæ,ac confirmatorē decretorū rogaret.ita breui tēporis ſpacio effectū eſt,ut nō inuidioſus modò ijs qui eū colebāt,ſed & formidabilis exiſteret. Cùm publicos famulos cōſules deſtinaſſent, qui decreta ad Imperatorē perferrent,ijſq; obſignata diplomata tradidiſſent,quib.agnitis ſin
C gularū urbium magiſtratus diſpoſitis uehiculis iter tabellariorū accelerarent:haud mediocriter indignatus eſt,quòd nō ab ipſo militib. ſigilloq́ acceptis iſti miſsi eſſēt:cumq́ de animaduertēdo in cōſules iā deliberaret, excuſatione eorū & deprecatione eſt mitigatus. Populo aūt ut rem gratam præſtaret,lıberū fecit,ut in quoſcunq; Neronianos incidiſſet,eos ad ſupplicium raperet. Itaq; Spicillū gladiatorē ſtatuis Neronis,q̄ tū in foro trahebanṫ,ſubiectū necarunt:Aponiū ex delatorib. unum in uultū pſtratū ſuperinductis ſaxa uehentib.carris interfecerunt:multos alios diſcerpſerunt, inq; his aliquot inſontes. ita ut Mauriſcus uir & re ipſa & opinione optimus ad ſenatū dixerit, Vereri ſe,ne mox Neronē eſſent deſideraturi. Interim Nymphidius ad maiorē ſubinde ſpē ueniens, nō abhorruit filius C.Cæſaris Caligulæ uocari.is enim,ut creditū eſt,adoleſcēs adhuc cū Sabini matre rem habuerat,muliere formæ non inelegātis, quam prius ueſtes ſuere mercede ſolitā Calliſtus eius libertus duxerat. Sed uidebaṫ nato iā Nymphidio Caligula cū ea conſſe : credebaturq́ Sabinus Martiani gladiatoris filius,quē ob famā Nymphidia amaſſet.&uerò forma hūc magis referebat. Enimuerò Nymphidię filiū ſe eſſe profeſſus,ſibiq́ ſoli excidium Neronis adſcribens,neq; tamen ſatis prēmij eam ob rem ſe adeptū putans,quod tātis honorib.affectus,tantas opes conſecutus,cum Sporo

Nymphidij conatus.

Neronis(quę statim à rogo adhuc ardēte Nerone acciuerat:locoq; uxoris habebat,Poppæoq; ei nomē fecerat) dormiret:ad successionē imperij adspirauit:ac quędā ipse Romę clanculū opera amicorū cōficiebat, & mulieres quasdā,senatorijq; ordinis uiros:unū de amicis suis Gellianū in Hispaniā misit,exploratū ut res se ibi haberent.Galbę autē post mortem Neronis omnia succedebant. Virginius modò Rufus, de quo nihil certi cōstabat,anxiū tenebat: ne qui pręter hoc q magno & fortissimo pręerat exercitui,nuper etiā uicto Vindice gloriā auxisset, Galliamq;,magnā Romani imperij partē,& ad defectionē inclinatā in sua haberet potestate,imperiū deferentib.obtēperaret.neq; sanè tū quisquā maiori, q̃ Virginius Rufus,gloria fuit:existimabaturq; & molesta tyrānide,& Gallicis bellis sublatis maximū reb.Romanis momentū attulisse. Verùm is tūc institutū suū seruans,senatui electionē Imperatoris integrā reseruabat. quāq; Nerone mortuo & urgeret rursus multitudo,& quidā tribunorū militum qui aderāt ad tabernaculū stricto ense eū uel Imperiū, uel ensem admittere iussisset. Sed cùm Fabius Valens unius legionis dux,primus Galbę ut Imperatori suos sacramēto obligauit,literęq; Roma, quibus S.C. cōtinebat,uenerunt:magno quidē labore,sed tamen persuasit suis Virginius,ut Galbā Imperatorē agnoscerent: missumq; sibi successorē Flaccū Hordeoniū admittēs,traditis ei copijs,ipse Galbę iā accedti occurrit, ac se comitem ei addidit,& neq; ira eius manifesta,neq; ullo honore acceptus est.id fiebat partim q ipse Galba uirū eum reuerebat:partim quòd amici eius Virginio inuidebāt,pręcipuè T.Iunius,qui dū se ei obstare putabat, non animaduertit se bono Virginij genio operā nauare, iā eum bellis alijsq; malis,quib.cęteri erāt obnoxij duces, subtrahēti,inq; uita trāquilla & senectute pacis ocijq; plena collocare molienti.Galbā apud Narbonē Galliæ urbē missi à senatu Romano legati conuenerunt,salutatumq; hortati sunt, ut quāprimùm populo ipsum desiderāti se ostēderet. His se & in cōgressib.colloquijsq; comem popularēq; prębuit:& cū ad cōuiuia multū splendidissimi apparatus suppeteret, quem ex Neroniana supellectile ei Nymphidius miserat,nihil illis,sed suis tantū usus reb. laudē inuenit, magnanimusq;,& ab ineptijs uulgarib. alienus est creditus. Mox aūt Iunius pręclaras istas uirtutes,ciuilemq; fastus uacuitatē populari auræ captandę facere dicēs,fictāq; esse elegantiā: persuasit ei, ut pecunia Neroniana uteretur,inq; cōuiuijs splendorē regium adhiberet.omnino aūt Galbā senē apparebat sensim eò deductū iri,ut totus Iunij in potestate esset.Erat is Iunius nō modò pecuniæ mācipium,ita ut nemo quisquā magis:sed & impudiciciæ obnoxius. quippe iuuenis adhuc sub Caluisio Sabino prima merens stipēdia, ducis uxorē, mulierē impudicā, noctu ueste militari indutā in castra deduxerat,& apud principia cōstuprauerat: eiusq; rei causa à Caligula Cæsare in uincula cōiectus,fortunę beneficio euaserat, illo mortuo.Idē apud Claudiū Cæsarē cœnans,furtim poculū argenteū sustulerat.re cognita Cęsar eum postridie ad cœnā iterum uocauit: mādauitq; famulis,ut nullū ei argenteū,tantum figlina pocula apponerēt. Atq; hoc quidē ob moderationē animi Cæsaris comicam, risu magis q̃ ira dignum uideri potest.Ea autē quę tum, cùm Galbā in sua haberet manu, & plurimum posset,perpetrauit, tragicis malis atq; grauissimis calamitatib. quā causam,quā prętextū prębuerūt. Nymphidius enim, cùm Gellianus,quē speculatū res Galbę missum fuisse demōstrauimus, reuersus renunciasset prætorio præfectū esse Corneliū Laconē, omnia autē nutu Iunij agi, sibi nunquā licuisse propiùs Galbę assistere, aut seorsim eum cōpellare,sed suspectū fuisse habitū ab omnib.& exclusum,perturbatus est:cōductisq; in unum

A umum ducib. copiarũ retulit, Galbã quidem bonũ esse moderatumq́ se-
nem, uerùm suis minimè uti consilijs, à Iunio & Lacone non rectè regi. i-
taq;, priusquã hi ad eã, in qua fuerat antè Tigellinus, peruenirẽt potẽtiã,
mittendos ad eum nomine militũ legatos, qui ostenderent eũ, si tantùm
duos istos suos amicos amouisset, omnib. gratiorẽ iucundioremq́ aduen
turũ. Non persuasum hoc amicis Nymphidij. uidebatur enim absurdũ &
ineptum, senem imperatorẽ, instar adolescẽtis qui primum potestatis gu
stũ perciperet, docere uelle quib. uti uel non uti deberet amicis. Itaq; alia
rem aggressus uia, Galbam per epistolas terret. Modò in urbe multa esse
parũ fida atq; tuta, modò in Africa Clodiũ Macrũ uecturã rei frumẽtariæ
interclusisse, modò Germanicas legiones reb. nouis esse intentas, modò
de ijs quę in Syria erãt & Iudæa eadem referri scribens. Cùm uerò Galba
ei non magnoperè animũ fidemq́ adhiberet, maturiùs inuadendi impe-
rij consiliũ cepit. tametsi Clodius Celsus Antiochensis uir prudens, eiq́
beneuolus & fidus dehortaretur, dicens, sibi nõ uideri ullã fore Romę fa
miliam, quæ Nymphidium esset Cæsarem appellatura. Sed Galbã & alij
B deridebant, & Mithridates Ponticus in caluiciem rugasq́ Galbæ ludẽs,
In præsentia aiebat eum à Romanis pro aliquo haberi: ubi primùm in cõ
spectũ uenisset, omnes iudicaturos eas dies, quibus Cæsaris nomen obti
nuisset, opprobriũ esse Romanis. Proinde statuerunt Nymphidium in ca
stra circa medium noctis deductum, Imperatorem salutare. Primus de tri
bunis militum Antonius Honoratus sub uesperam militibus suis congre
gatis, & seipsum, & ipsos incusauit, qui tam breui temporis spacio tam sæ
pè mutati essent, nullo melioris conditionis assequendæ proposito, sed
quasi genio quodam ab una proditione ad aliam compellente. Iam prio- "
ra (inquit) ista flagitijs Neronis excusare possumus: Galbam autem nunc "
prodituri, quam, quæso, ei cædem matris, aut uxoris obijciemus, quod "
scenicorum ministeriorum aut tragœdiarum actarum dedecus? Et uerò "
ne ipsum quidem Neronem propter ista deserere sustinuimus: Nymphi "
dio obtemperauimus, qui eum nobis destitutis in Aegyptum profugisse "
affirmauit. Vtrum ergo Neronis cædi Galbæ cædem addemus, & Nym- "
phidiæ filio pro Cæsare accepto, ducentem à Liuia genus iugulabimus? "
quemadmodum antè Agrippina natum interfecimus: an uerò dignam fa "
C ctis suis pœnam Nymphidio irrogantes, ultores nos Neronis, Galbæ cu "
stodes fideles bonosq́ præstabimus? Assensi sunt huic orationi omnes, "
accesseruntq́ etiam cæteros, hortantes ut fidem Imperatori datam serua
rent: & plerosque sibi adiunxerũt. Sublato clamore, Nymphidius siue (ut
quidam tradunt) uocari iam se à militibus ratus, siue ut tumultuantes &
adhuc ambigentes compescere occuparet, multis prælucentibus facibus
progreditur, orationem in libello scriptam à Cingonio Varrone gestans,
quam memoriæ mandârat, ut ea milites alloqueretur. Portas autem ca-
strorũ clausas uidens, multosq́ circa muros in armis adstare, territus ac-
cedit, ac quid sibi uelint, cuiusq; iussu in armis sint, perquirit. Ab omnib.
una uoce occlamatum est, Galbam se Imperatorem agnoscere: atq; ipse
quoq; idem acclamat, suosq́ ita facere iubet. Intromissus deinde per por
tam cum paucis, hasta petitur, quã Septimius obiecto ante ipsum scuto
excepit, reliquis autẽ strictis ensib. impetũ facientibus, in militis cuiusdã
tabernaculo obtruncatur. cadauer in medium protractũ cancellis septũ
est, interdiuq́ spectaculo ijs qui uellẽt ꝓpositũ. Hũc ad modũ Nymphi-
dio sublato Galba re cognita, etiã eos q cũ ipso cõspirassẽt interfici iussit:
nisi q uolũtaria morte suppliciũ antecepissent. In his fuit etiã Cingonius,
quẽ orationis autorẽ fuisse diximus: & Mithridates Põticus. Existimabãt

 autem

aũt ut nõ iniuſtè, ita pręter leges tamẽ & morẽ populi uiros haud obſcuros indicta cauſa necauiſſe. aliũ enim imperij eius uultũ uniuerſi ſperauerãt decepti crebris magiſtratuũ ſermonib. de Galba. Auxit offenſas mori iuſſus Petronius Turpilianus, uir conſularis, & notę in Neronem fidei. Quòd in Africa Clodiũ Macrũ opera Treboniani, & Fõteiũ in Germania miniſterio Fabij Valẽtis necauit, eo defendi potuit, ꝙ ab ijs arma exercitusq́ꝫ tenentib. ſibi metuiſſet: ſed Turpilianũ ſenẽ nudũ & inermem nihil obſtabat quin audiret, ſi quã prę ſe ferebat moderationẽ re ipſa oſtẽdere uoluiſſet. Cùm Romã cõtendens Galba, ab urbe circa XXV ſtadia abeſſet, tumultũ offendit remigũ, qui uiã occupauerãt, & undiq́ꝫ circũfundebantur. Hos è claſſe in legionẽ cõſcripſerat Nero: tumq́ꝫ aderãt, & confirmari ſibi ius militię uolebãt, magno cũ tumultu & clamore ſigna legioni locũq́ꝫ poſtulãtes, eosq́ꝫ, qui obuiã Imperatori ꝓceſſerant, neq́ꝫ conſpici ab eo neq́ꝫ exaudiri ſinentes. Cùm rẽ in aliud tẽpus reijceret, dilationẽ negationis eſſe ſpeciem dicẽtes, ſuccẽſuerũt, nulloq́ꝫ clamãdi fine facto inſecuti ſunt: nõnulli etiã gladios ſtrinxerunt. In eos equitatũ immiſit Galba: quẽ illi nõ ſubſiſtẽtes, partim ſtatim, partim in fuga obtriti ſunt. Neq́ꝫ id lętũ auſpicatũ'ue Galbę omen fuit, tot per cadauera in urbẽ intrãti: & cùm antè eũ nõnulli ꝓpter ſenectã & imbecillitatẽ deſpexiſſent, uniuerſis tum terribilis eſt uiſus. Vt aũt oſtenderet ſe plurimũ à ꝓdigalitate Neronis in donãdo abeſſe, uidet à decoro aberraſſe. Cano enim nobili admodũ tibicini ad cœnã canenti, cùm ꝓbaſſet eũ ac laudaſſet, iuſsis adferri ſuis loculis, quinq́ꝫ aureos de ijs deprõptos donodedit, De ſuo ei ſe hos, nõ de publico largiri addẽs. Munera quæ Nero ſcenicis & xyſticis dederat exigi ſeuerè, decima tantũ parte ijs relicta, iuſsit: cumq́ꝫ pauca admodũ & lente reciperet (pleriq́ꝫ enim ea quę accepiſſent, iam cõſumpſerãt: utpote homines leues, & in diẽ uiuẽtes) in eos inquirebat, q ab ijs aliquid uel emiſſent, uel accepiſſent, ab ijsq́ꝫ repetebat. Ea res cùm finem nullũ haberet, lateq́ꝫ & ad multos pertineret, malè audiuit Galba: in Iunium aũt inuidia & odiũ exarſit, qui cùm præparcũ omnib. & illiberalẽ effeciſſet principẽ, ipſe prodigè utẽs omnia & acciperet & uẽderet. Nam quemadmodũ Heſiodus iubet initio & fine dolij ſaturari: ita Iunius uidẽs imbecillũ eſſe & ſenẽ Galbã, eius fortuna ſe implebat, ſimul eã & incipere & deſinere ratus. Iniuria aũt ſeni fiebat, cùm & Iunius malè res adminiſtraret, & ſiquid Galba ꝑclarum inſtituiſſet, ꝓhiberet atq́ꝫ criminaret. Cuius generis eſt, ꝙ cùm Galba Neronianos emiſſarios necari iuberet, inter quos erãt Eleus, Polycletus, Petinus, Patrobius, populusq́ꝫ ijs per forũ ad ſupplicium ductis plauſum daret, pulcramq́ꝫ eam eſſe & Dijs acceptã pompã uociferaretur, poſciq́ꝫ ad ſupplicium à dijs hominibusq́ꝫ pręceptorẽ tyrãnnidis Tigellinũ: hũc Iunius, magnis ab eo munerib. acceptis obligatus, pœnæ eripuit. Et uerò Turpilianus nullã aliam ob culpã, niſi ꝙ Neronẽ talem ducẽ nõ ꝓdidiſſet neq́ꝫ odio habuiſſet, morte eſt affectus: Tigellinus, qui & ita informauerat Neronẽ, ut cęde dignus eſſet, & ita à ſe inſtitutũ deſeruerat atq́ꝫ ꝓdiderat, ſuppliciũ euaſit. magno argumento nihil à Iunio donis datis nõ poſſe obtineri. Nullũ enim maiori deſiderio ſpectaculũ populus expetierat, ꝙ ut Tigellinũ uideret ad ſuppliciũ duci: & cùm in theatris & circis finẽ eius flagitãdi nullũ faceret, edicto Imperator increpuit, Tigellino affirmãs haud diuturnã uitã fore, moxq́ꝫ eũ tabe extinctũ iri: populũq́ꝫ deprecãs, ne ſuo imperio ſęuicię maculã adſperſã uellet. Grauiter hoc ferẽte populo, ludibrio illi eius indignationẽ habẽtes, Tigellinus qui dẽ ꝓ ſalutate ſua ſacrificauit: Iunius aũt à cœna ab Imperatore digreſſus, ad Tigellinum comeſatum iuit, filiam ſecum ſuam, tum marito uiduam, ducens,

Remiges cæſi.

Tigellinus à Iunio ſeruatus.

A ducens. ei mulieri Tigellinus decies HS propinauit, pellicumq; primariæ iussit ut monile suum collo detractũ ei appenderet, quod DC sestertia æquasse precio traditur. Inde factũ est, ut etiam quæ rectè agerentur, in reprehẽsiones incurrerent. adeò ut cùm Gallis, qui Vindicem adiuuerant, tributũ esset remissum, & ciuitas donata: uiderent id non humanitate Imperatoris, sed corrupto munerib. Iuniò impetrasse. Hęc erãt, quę populo Galbæ dominationẽ inuisam reddebãt. Milites uerò, cùm donariũ promissum non persolueret, initiò spes ducebat, fore ut si non totũ, attamen quãtum Nero dedisset, à Galba acciperẽt. Sed ubi eorũ indignatione percepta uoce magno Imperatore dignã emisit Galba, Solitũ se militem legere, nõ emere: immane cõtra se militũ odium cõcitauit. non enim ipsum modò priuare eos promisso, sed legem etiã exemplumq; idem faciendi subsecuturis Cæsarib. pręscribere censebant. Sed motus Romę adhuc obscuri, & ipsa Galbæ pſentis uerecundia cunctationẽ hęsitationẽq; nouas res molientib. iniiciebat: reprimebanturq;, uteunq; & tegebantur odia, quòd nullũ apertũ mutandarũ rerum extabat initium. Cęterùm qui

B priùs sub Virginio, tum sub Flacco in Germania merebãt milites, ob pugnã cõtra Vindicẽ factam magna sibi pręmia polliciti, neq; adepti quicquam, à ducib. suis placari nullo modo poterant: Flaccũ autem corporis ob cõtinentẽ podagrã impotentẽ, rerumq; ignarum, omnino cõtemnebant. quin & ludis quibusdã tribunis militũ & centurionib. more Romano Imperatori Galbæ felicitatẽ optãtibus, pleriq; milites initio tumultuati, perseuerantib. illis in uoto, occlamauerũt, Siquidem dignus est. Mittebantur & literę ad Galbã à procuratorib. quibus ostendebant Tigellino subditas legiones eodẽ genere cõtumeliæ uti. Itaq; sibi metuens Galba, ut qui non ob seniũ modò, sed orbitatẽ contẽptui haberet, adoptandum sibi aliquem priuatũ iuuenẽ, regniq; successorẽ faciendũ statuit. Erat M. Otho uir genere non obscuro editus: uerùm ita luxu & uoluptatũ studio ab ineunte ætate perditus, ut infamia pari uix quisquam Romanorũ laboraret. Quemadmodum uerò Alexandrum Homerus sæpenumerò ab uxore nominat, uocatq; maritum

M. Otho qualis.

Tyndaridos pulcris ornatæ crinibus: quòd is uir nihil aliud ad gloriam sibi cõducens haberet. sic Otho Romę nuptijs Poppææ nobilitatus fuit.

C Hanc Nero, matrimonio tum iunctã Crispino, amabat: adhuc tamẽ uxorem suam reuerens, ac matrem metuens, Othonem submisit, qui de adulterio Poppęã solicitaret. (Nã Othone amico & cõuictore utebat, luxuria eius delectatus: ac sæpe ab eo sordium & illiberalitatis causa dicterijs impetitus, gratũ habebat. ac ferunt quodã tẽpore Othonẽ, cum à Nerone esset preciosissimò unguento adspersus, quo is se unxerat, postridie cõuiuio accepto domi suæ Nerone, subitò uarijs ex partib. argenteos aut reosq; aperuisse tubulos, qui aquę instar unguentũ effunderẽt) Eã Otho primùm spe de cõiugio Neronis illectã cõstuprauit, utq; ad se, marito deserto, ueniret persuasit. cùm uerò ad ipsum uxoris nomine se ea contulisset, nequaquã ęquo animo tulit, iuxtà secũ ea Neronẽ potiri: ferũtq; hãc ęmulationẽ Poppæę quoq; nõ ingratã fuisse, quę & absente Othone Neronẽ excluserit: siue ut satietatẽ uoluptatis præueniret, siue à nuptijs Cæsarianis abhorrens, & tamen ob impudiciciã amorem eius non recusans. Certè in discrimen uitæ propter eam Otho uenit: mirumq; est, Neronẽ, qui propter Poppæę nuptias uxori sororiq; necem intulisset, Othoni pepercisse. Sed id beneuolentia Senecę consecutus est, qui Neroni persuasit ut cum in Lusitaniã præfectũ prouinciæ mitteret. Non ingratũ se ibi,

Poppæa adultera.

neque

neq; molestũ ſubditis Otho geſsit: nimirũ intelligens eam præfecturã ſi- A
bi ad prætexendũ exilium, inuidiamq; eius nominis mitigandã obtigiſ-
ſe. Cùm defeciſſet Galba, primus ipſe omniũ præfectorũ ad eum defece-
Studiũ in Galba. rat: & quantũ auri argentiq; in uaſis menſisq; habebat, ad eũ attulerat, ac
nomiſma tũ cudẽti cõcidendum prębuerat: famulos etiã, qui periti eſſent
eleganter adminiſtrare ea quę ad uitæ uſum quotidianũ pertinent, dono
dederat. cęteris quoq; in reb. fidum ſe ei pręſtiterat, ſingularẽq; rerũ peri-
tiam ei probauerat, inq; itinere Romã uerſus per multos dies eodẽ uehi-
culo cũ Imperatore uectus erat. Ea cõſuetudine itineris etiã T. Iuniũ ſibi
deuinxerat colloquio & donis, eoq; maximè, quòd primas illi ultrò par-
tes cõcedebat. itaq; & ſecũdas ipſe eius opera obtinebat, & citra inuidiã
ſuã indigentib. operã nauabat, comẽ ſe omnib. & facilẽ pręb ẽs. pręſertim
uerò militib. adſtipulabatur, eorumq; multos ad gradũ aliquem honoris
& imperia prouehebat, quâ ipſo ab Imperatore id impetrãs, quâ Iunij &
libertorũ Iceli Aſiaticiq; (qui tũ in aula plurimũ poterãt) opera cõficiens.
Quoties Galbã cõuiuio acciperet, ſemper cohortẽ cuſtodiæ cauſa comi-
tantẽ uiritim aureo donabat: quo facto cũ uideretur honorare Cęſarẽ, oc- B
cultè corrũpebat, ſibiq; deuinciebat milites. Enimuerò Galba deliberãte
de ſucceſſore adoptando, Iunius Othonẽ cõmendauit: ne hoc quidẽ gra
tis. nã ita cũ Othone pactus erat, ut is filius Galbę & ſucceſſor deſignatus,
filiã ſuã uxorẽ duceret. Galba autẽ nunquã obſcurè præ ſe tulerat, magis
de re publica ſe, q; de priuata eſſe ſolicitũ, neq; eum adoptare ſibi uelle
qui ipſi iucũdiſsimus, ſed qui reip. eſſet cõmodiſsimus. imò ne ſuarũ qui-
dẽ facultatũ hæredẽ ex aſſe uidebatur delecturus Othonẽ, intemperantẽ
ſciens eſſe, & luxurioſum, & ęre alieno bis millies ſeſtertiûm obrutũ. Itaq;
Iunio placidè & cũ ſilẽtio audito, deliberationẽ aliud in tẽpus diſtulit: ſe,
& Iuniũ coſſ. in proximũ annũ deſignauit: omninoq; exiſtimabatẽ tũc im-
perij ſucceſſorẽ ꝓditurus: & militib. de Othone poſthabitis omnib. alijs
ad eã rẽ euehẽdo ſpes grata erat. Cunctãtẽ adhuc & deliberantẽ Galbã,
Germanicorũ militũ defectio erũpens occupauit. Etenim cùm uniuerſi
milites ob nõ repręſentatũ donariũ Galbę eſſẽt inſenſi: Germanici pecu
liares afferebant cauſas. abiectũ ignominioſè Virginiũ Rufũ: Gallos, qui
cõtra ipſos pugnaſſent, donis affectos: punitos qui nõ adiũxiſſent ſe Vin
dici: huic ſoli Galbã gratias agere, eiusq; defuncti colere honorẽ, & publi C
cis exequijs uenerari, quaſi eius opera eſſet Romanorũ Imperator crea-
tus. His ſermonib. apertè iam tota caſtra peruagantib. Kal. Ianuarię appe
tierunt. Ibi milites, cùm eos Flaccus cõuocaſſet ut pro more in nomẽ Im
peratoris iurarẽt, ſtatuas Galbę aggreſsi deiecerũt: cumq; in S.P.Q.R. no
mẽ iuraſſent, digreſsi ſunt. Secũdũ hoc ducib. metus incidit, ne ob contẽ
ptionẽ magiſtratuũ ad defectionẽ res deueniret. Tũ quidã eorũ, Quid a-
» gimus, inquit, cõmilitones? neq; aliũ ducẽ quęrimus: & pręſentẽ recuſa-
» mus: ut nõ Galbã, ſed omnino imperiũ uideamur ſubterfugere. Quin nos
» Flaccũ Hordeoniũ, qui nihil eſt aliud q; umbra & imago Galbæ, miſſum
» facimus. abeſt unius diei iter à nobis Vitellius, alterius Germaniæ præfe
» ctus, patre natus cenſura, & tribus conſulatibus inſigni & eo, qui collega
» quodãmodo Claudij Cæſaris in imperio fuerit: atq; ipſe paupertatẽ, quã
» nõnulli ꝓbro dãt, ꝓclarũ habet bonitatis magnanimitatisq; argumentũ.
» Agedũ, deligamus hũc ducẽ, oſtẽdamusq; omnib. hominib. nos in deligẽ
» do Imperatore Hiſpanis Luſitanisq; eſſe potiores. Hæc cùm partim mili
tũ ꝓbaſſent, partim nõ dũ accepiſſẽt, qdã ſignifer occultè ſe ſubducẽs Vi
tellio noctu indicauit, multos ſecũ habẽti cõuiuas. Rumore in caſtra didi

to, primus

A to, primus Fabius Valens unius dux legionis postridie multis cum equi-
tibus accurrit, & Vitellium Imperatorem salutauit. At uerò Vitellius, qui *Vitellio imperium defertur.*
priorib. dieb. recusare eum titulum uisus fuerat, magnitudine imperij de-
territus: tunc (ut ferunt) uino ciboq; meridiano repletus, progressus est,
repudiatoq; Cæsaris nomine, Germanici accepit. statim quoq; Flacci le-
giones præclaris illis & ad populi in remp. accōmodatis iuramentis uale
re iussis, Vitellio Imperatori se facturas imperata sacramēto cōfirmarūt.
Hoc modo Vitellius in Germania Imperator est declaratus. Cæterùm
Galba nūcijs de ea rerū mutatione allatis, adoptationē non ulteriùs diffe
rendā sensit: animaduertensq; alios Dolabellę, alios Othoni eum locum
ambire, neutrū eorū probans, subitò, nulloq; ea de re uerbo facto Pisonē
acciuit, Crassi & Pisonis (quos Nero interfecerat) sobolē, iuuenē cùm in- 12
dole ad uirtutem optima, tum morib. cōpositis ac grauib. pręditū: eumq;
ut Cęsarē & successorē sibi designaret, in castra descēdit. Non magna mo
dò egredientē prodigia sunt cōsecuta: sed & cùm in castris quędā perora
re de scripto recitata cepisset, tanta fulgurum tonitruum'que multitudo,
B tantum imbris & caliginis incidit urbi & castris, ut facilè appareret infau
stam adoptionē dijs nō probari. Erāt sanè & militū animi tum maleuolē-
tia suffusi, quòd ne tum quidem promissum ipsis donū repręsentaretur.
Qui negocio ei intererant, ex uultu Pisonis uoceq; conijciebāt eum sine
ulla animi temeraria elatione, cogitabundū tamen accipere id beneficiū:
idq; mirabātur. In Othonis etiam uultu multa apparebāt indicia, infenso
animo ferentis spe tantę se frustratū rei: qua primus omnium dignus ha-
bitus, & tantùm non potitus, quòd ea excidisset, id odij & maleuolentiæ
Galbæ erga se documentum interpretabatur. Veruntamen & Pisonem
metuens, & Galbæ iratus, & Iunio succensens, uarijs repletus affectibus
discedebat. Neque enim uates, & Chaldæi, quos secum habebat, plane
eum desperare patiebantur: Ptolemæus præsertim, qui sæpenumerò ma-
gna cōtentione affirmárat, Nō occisum iri à Nerone Othonē, sed super-
futurū ei, & Romanis imperaturū. quorū prius cùm exitus ꝓbasset, ne dè
posteriori quidē abijciendā spem censebat. Eodē plurimū cōducebāt ij,
qui occultè uicē eius dolebant, tanquā malā gratiā experti: & plurimi de
socijs Nymphidij ac Tigellini, olim magno honore potiti, tūc abiecti &
C humiles, ad eum se cōferebāt, augentes irritantesq; eius indignationē. in-
ter hos erāt Veturius & Barbius, Opion alter, alter Tesseranus (ita nomi 13
nant eos qui per nūcios & speculatores ministeria obeunt) atq; unà Ono
mastus Othonis libertus alios pecunia, alios pollicitādo subruebat, iam
antè nutātes, & opportunitatē quærētes. alioquin enim exercitus sanus 14
quatriduo corrūpi non potuisset: neq; inter adoptionē & cędem Galbæ
plus tēporis inueruenit. Sexto enim die interfectus est cum Pisone: qui
dies est A.D. XVIII. Kal. Februar. Eo die cùm amicis p̄sentib. in Palatio
rē diuinā faceret Galba, Vmbricius aruspex simul atq; exta in manus sū- *Galba us cæsus.*
psit, nō obscurè, sed palàm magnū motū, capitiq; Imperatoris impēdens
periculū se uidere dixit. Et quidē deus Othonem Galbæ tantùm non ma
nu appręhendēdū obtulerat, adstantē à tergo Galbę, animoq; perturba-
to, & uultu præ metu uariè sese mutāte ea audientē, quæ Vmbricius refe
rebat atq; ostendebat: cùm subitò ei à tergo adsistens Onomastus liber-
tus, domū redire, & ibi operiri fabros iussit. hæc autē erat tessera tēporis,
qua edita occurrere Othonem militib. conuenerat. Itaq; dicēs se domum
antiquā emisse, & ciuib. uelle quæ ruinosa uiderētur ostendere, discessit:
ac per Tiberij domū descēdēs in forū perrexit, q̄ loco milliariū est aureū.
Ferunt

Ferunt primos, qui eum ibi exceperint, Imperatoremq; salutarint, haud A
plures XXIII fuisse: itaq; etiam nequaquam mollis homo, aut animi ef-
feminati, sed audax intrepidusq; rebus aduersis, tamen tũc pertimuit. p-
fugere nolentem, milites non dimiserunt, sed nudis gladijs lecticam pro-
uehi iusserunt, quanquam identidem clamitantem, actũ de se esse, & lecti
carios ut accelerarent fugam hortantem. nam & exaudiuerant quidã uo-
cem, ob paucitatẽ eorum qui aderãt facinori, mirantes magis quàm per-
turbati. Ita per forum uehenti, alij totidẽ occurrerunt, hisq; deinceps ter-
ni quaterniq; alij se adiunxerunt, rãdemq; agmine facto uniuersi, strictos
protendentes gladios, Cæsarem eum appellarunt. Ferunt tribunum mili
tum Martialem, cui eo die custodia castrorum cesserat, non conscium cõ-
spirationis, inopinata tamen re perculsum, eos intromisisse. Othoni, ut se
mel in castra peruenit, restitit nemo: quos enim quæ agerẽtur latebat, ij,
dedita ad hoc opera, inter conscios detenti sparsim singuli biniq; metu
primùm, deinde persuasi accesserunt. Statim hęc in Palatiũ Galbæ renun
ciata sunt, præsente adhuc aruspice, manibusq; exta tenente: adeò ut qui
omnino ab id genus diuinatione alioquin abhorrerent, tum prodigium B
admirati sint. Concurrente à foro promiscua turba, Galbę Iunius & Laco
& libertorum quidam cum strictis ensibus adstiterũt: Piso progressus sti-
patores aulam custodientes compellauit: missus etiam Celsus Marius uir
egregius ad præoccupandos animos Illyricæ cohortis in porticu Vipsa-
nia tendentis. Cùm progredi Galba uellet, Celso etiam & Lacone hortã-
tibus, acriterq; Iunium id prohibentem increpãtibus, rumor increbruit,
Othonem in castris esse cæsum: pauloq; pòst Iulius Atticus speculatorum
Mẽdacium. non postremus uisus est stricto cum gladio accurrere, interfectũ à se Cæ-
saris hostem uociferans, ac per obstantes ad ipsum Galbam se proripuit,
gladium ei cruentatũ demõstrans. cumq; in eum intuitus Galba dixisset,
Et quis tibi hoc mandauit: fides, respondit, & sacramentum quo me obli
gaui: acclamante populo, bene factum esse, atq; applaudẽte. Proinde cõ
scensa lectica prouectus est Galba, ut Ioui sacrificaret, & se ciuibus osten-
deret. Vt in forum peruenit, aduersi instar uenti fama ei occurrit, potitum
castris Othonẽ. Cæterùm in tãta hominum turba, alijs retrò ire, alijs pro-
cedere, alijs bono esse animo, alijs diffidere rebus iubẽtibus, iactata hinc
inde tanquam æstu & undis lectica, & modò hàc, modò illàc incitata: pri C
mùm equites, deinde armati pedites per Pauli Basilicam in forum irru
perunt, contentaq; uoce uno omnes ore priuatum cedere è medio iusse-
runt. Pleriq; cursim abierunt, non ut fuga dissipati, sed porticus & edita
15 fori loca tanquam spectaculi causa occuparunt. Primus Atilius Vergilio
statuam Galbæ humo afflixit: eo initio belli arrepto, eminus iaculis lecti
ca impletita est: cumq; id frustra esset, strictis in cã gladijs impetũ fecerũt.
Nemo Galbã tutatus est, nemo substitit, uno excepto uiro, quem solum
tot inter hominum millia dignum Romano imperio sol conspexit. Sem-
pronius is fuit Densus centurio, nullo priuatim Galbæ beneficio obstri-
16 ctus: sed pro legibus tum honestateq; propugnans, ante lecticã adstitit,
primumq; arrepto palmite uitis, quo meritos uerberibus plectunt centu
riones, eum attollens alta uoce monuit incurrentes, uti Imperatori par-
cerent: deinde manũ ijs conserentibus, stricto gladio tantisper uim pro-
pulsauit, dum poplitem suffossus concideret. Galbam lectica apud Cur-
tium lacum delapsum (erat autem thorace armatus) incursione facta mi-
lites ictibus impetierunt: atq; is iugulùm protendens, Hoc agite, dixit:
siquidem ita ex re est populi Romani. Multa accepit uulnera in pedes &
brachia:

A brachia: iugulatus est, ut pleriq; memorant, à Camurio X V legionis milite: alij Terentio adscribunt, alij Arcadio, alij Fabio Fabulo. atq; hunc ferunt caput Galbæ occultatum uestimento, quod ob caluiciem teneri aliter uix posset, ad Othonem detulisse: ac socijs non permittētibus celari, sed omnibus ostentari tam præclarum facinus uolētibus, hastæ præfixisse senis caput, eiusq; principis boni, Pontificis max atq; consulis, eaq; uibrata Bacchæ in modum discurrisse subinde se conuertentē, quassantēq; hastam cruore madentem. Othonem uerò capite Galbę uiso fama est exclamasse, Nihil est hoc, ô cōmilitones: caput Pisonis mihi ostendite. Estq; *Piso perijt.*
id paulo pòst allatum: nam Piso sauciatus fugerat, insequentibusq; hostibus à Murco quodā apud ædem Vestæ interfectus fuerat. Iugulatus est 17
etiam T. Iunius, fassus se coniurationis in Galbam socium fuisse: quippe necari se præter Othonis sententiam uociferabatur. nihilominus & huius caput, & Laconis amputata milites ad Othonem attulerunt, præmiū eo nomine poscentes. nam ut ait Archilochus, *——Septem enim*

Cecidere cæsi: fortuito in hospede
B *Incidimus. at nunc mille nostrûm uindicant*
Cædem sibi illam:——

ita tūc quoq; multi qui cędib. non interfuissent, manibus & gladijs cruētatis se ostentarunt Othoni, libellisq; exhibitis præmia poposcerūt. Sanè ex ijs libellis C X X postea inuenti sunt, quos omnes Vitellius conquisitos interfecit. Venit & Marius Celsus in castra: quem cùm multi accusarent, quod ad ferēdum Galbæ auxilium milites esset hortatus, & uulgus necare uellet, Otho prohibuit: non ausus tamē cōtradicere palàm, Non *Marius Celsus captus.*
tam subitò occidendum dixit, sed priùs ex eo quædam necessaria cognitu expiscanda. iussit itaq; uinctum asseruari, ijsq; tradidit, quorum summa credebatur fides. Statim concilium est conuocatum, & quasi uel ipsi mutati essent, uel Dij alij extitissent, conuenientes in unum, iuramento se in nomen Othonis obstrinxerunt, quod ipse quoq; iurauit, & non seruauit: Cæsaremq; eum & Augustū appellauerunt, cadaueribus capite truncatis consulari uestitu adhuc in foro iacentibus. Capitibus cùm ad satietatem usq; se oblectassent, Iunij caput filiæ eius bis mille denarijs uendiderunt: Pisonis, uxori reddiderunt, non quidem cranium requirēti: Gal- 18
bæ, Patrobij seruis dono dederunt: ij q; id cùm omnibus contumelijs lu-
C dibrijsq; affecissent, in Sestertium proiecerunt. locus est, quò abijciuntur eorum capita, qui Cæsarū iussu supplicio afficiuntur. Corpus Galbę permissu Othonis Heluidius Priscus sustulit, noctu Argiuus libertus sepeliuit. Hac usus est fortuna Galba, uir neq; generis nobilitate, neq; opū splēdore cuiquā ęqualiū secundus, & qui sua ætate quinq; Imperatorib. rerū potitis omniū eorū in principatu cū honore & gloria uixerit: magisq; autoritate sua quàm potentia Neronē exciderit. cumq; socios eius facinoris nemo Imperatoris titulo sit dignatus, quanquā id sibi ipsi arrogarent: Galba & uocatus est ad imperiū, & oblatum Imperatoris titulū accepit: Vindicisq; conatui nomē suum accōmodans, qui priùs nouarū rerū molitio & motus defectioq; appellabatur, effecit, ut ducem autoritate præditum nactus pro ciuili bello haberetur. Itaq; non se res in suā accepisse potestatem ratus, sed se ipsum ijs tribuisse, ita imperare ijs, quos iam Nymphidius Tigellinusq; cicurauerant, ut priscis Romanis Scipio, Fabricius & Camillus, intendit. Subrutus autem senectute, in armis & castris quidem integrum se & antiqui moris imperatorem gessit: Iunio autem, Laconi, & libertis omnia uenalia habentibus se committens atque dedens (quemadmodum Nero insatiabilibus sese hominibus addixerat)

neminem qui imperium eius desideraret, multos qui mortem miserarentur, reliquit. A

PLVTARCHI OTHO,

[redacted] O [redacted] O

Augustano interprete.

Othonis clementia.

PRIMA luce nouus Imperator in Capitolium progressus, rem sacram fecit. Iussit deinde ad se adduci Marium Celsum, eumque salutauit, & comiter collocutus, hortatus est, ut magis causæ, ob quam in uincula esset conditus, obliuisci, quàm dimissionis meminisse uellet. respõsum est à Celso neque parum ingenuè, neque imprudẽter, Ipsam culpam ingenij sui esse documentum: obliuisci proinde se fidei, quam Galbæ nullo ipsius merito seruasset. Admirati utrunque præsentes sunt, & collaudauit exercitus. In senatu Otho multa benignè populariterque locutus, consulatus sibi destinati partem Virginio Rufo assignauit: honores eorum, quos consules Nero aut Galba designauerant, ratos habuit: sacerdotijs eos qui ætate aut gloria reliquis anteirent, ornauit: quos sub Nerone in exilium profectos Galba restituerat, ijs omnia bona, quæcunque non diuendita reperisset, reddidit. Quo factum est, ut ciuium primi atque præstantissimi, qui priùs exhorruerant, non hominem rati, sed pœnam quandã aut impurum genium reip. incidisse, in meliorem tum spem uenerint, imperio lætum quasi uultum quendam ostendente. Interim Romanos uniuersos nihil tanta affecit lætitia, quàm sumptum de Tigellino supplicium. B

Tigellini exitus.

Ille quidem iampridem ipso pœnæ metu pœnas luebat, quas tanquã publicũ debitũ exposcebat ciuitas: tum sceleratas eius & infandas inter scorta & impuras mulieres uolutationes, quas moribundi hominis libido etiamnum affectabat, uel pro extremo supplicio, multisque mortib. pari interpretabantur homines cordati. Nihilominus uulgò indignè ferebant, frui adhuc cõspectu solis eum, propter quem tot tantique uiri eius conspectu essent priuati. Misit igitur qui eum trucidaret Otho in Sinuessanũ agrum: nam ibi cõmorabatur, nauibus in portu stantibus, ac de ulteriore fuga cogitabat. primùm multo oblato auro tentauit percussorẽ: sed cùm frustra id esset, nihilominus ei dono dedit, orauitque ut tantisper operirer, dum ipse sibi mentum raderet: eoque impetrato, fauces ipse sibi præcidit. Hac Cæsar iustissima uoluptate oblata populo, ipse priuatarũ iniuriarum causa neminem quenquã offendit. In gratiã quoque multitudinis Neronis cognomentũ, quod ei primùm in theatris tribuebatur, non repudiauit: & cùm à nõnullis statuæ Neronis in publicum reponerentur, non prohibuit. Claudius Rufus autor est, allata in Hispaniam esse diplomata per tabellarios, in quibus Othonis nomini diuũ Neronis nomen fuerit adscriptum. Tamen cùm offendi ea re animos optimatũ sentiret, desijt. Hunc in modum cõstituto Imperio, mercenarij milites difficiles sese præbuerunt, hortantes Othonẽ, ne principib. in rep. uiris crederet, sed ab ijs sibi caueret, & eorũ cõsilijs obstaret: siue omnino beneuolẽtia Imperatoris adducti ab ijs ei metuebant, siue hinc mouendarũ turbarum & bellorum materiam quærebant. Missus ab Othone ad decimamseptimam cohortem Crispinus, ut milites quosdam adduceret. is cùm noctu se pararet, armaque uehiculis imponeret, ferocissimus quisque militũ uociferari cepit, Nihil boni molientẽ adesse Crispinum, senatum res nouas agitare, arma C

Neronis nomen.

A contra Cæsarem, non pr Cæsare in urbem aduehi. eo rumore omnes attingente atque irritante, alij currus inhibuerunt, alij centuriones duos & ipsum Crispinum prohibentes uim occiderunt: omnesque illico armis sumptis, & sese mutuò ad ferendam Cæsari opem cohortati, Romam contenderunt. Ibi cùm audirent eum Cæsare LXXX senatores cœnare, tempus sibi oblatum uociferantes omnes simul inimicos Cæsaris trucidandi, ad Palatium se proripuerunt. Vrbs uerò in præsentē direptionis metum cōiecta, turbarū erat plena. Otho animi anxius & metuebat senatoribus, & ab ipsis metuebatur, cernens eos ab ipsius nutu dependere mutos cōsternatosque: quidam etiam cum uxoribus ad cœnam uenerant. Mittit ergo præfectos qui milites alloquerenť ac sedarent: simulque conuiuas excitos per aliud ostium dimittit. pauloque antè ij effugerunt, quàm milites perruptis stipatorū custodijs in cœnaculū uenerūt, quærentes quo nā inimici Cæsaris euasissent. Cùm quidem Otho rectus in lecto stans, multis uerbis, multis precibus, ac ne lacrymis quidem suppresis ægrè tandem obtinuit, ut in castra redirent. Postridie singulos quinis nummûm millibus donauit: & B ingressus in castra, multitudinem beneuolentiæ erga se & promptitudinis ergò collaudauit: paucos autem quosdam occultè in castris mala consilia miscere, suamque moderationem animi, & militum constantiam ab ijs calumnijs obijci questus, orauit, ut in ijs puniendis sibi adessent. laudantibus omnib. & punire sontes iubētibus, in duos tantùm, quorū supplicio neminē offensum iri intelligeret, animaduertit, atque ita digressus est. Quidam diligētes iam Othonē, eique fidentes, cùm in hęc intuerenť, ita immutatū hominē mirabanť: alij necessitate compulsum eum ista agere sentiebant, tēpori inseruientē, fauoremque multitudinis propter impēdentia bella captantē. Iam enim annunciabatur Vitelliū nomen copiasque Imperatorias assumpsisse, atque identidē pterophori (tabellariorū celerū id nomen est) aduentabāt, aliquid illi accessisse referentes. Alij Pānonię, Dalmatię, Mysiceque exercitus ducesque Imperatorē Othonē pronūciasse indicabāt & amice à Muciano Vespasianoque afferebātur literę, quorū alter in Syria, alter in Iudęa magnū exercitū regebat. His animatus, Vitelliū per epistolam hortatus est, ne summā imperij affectaret, sed sua sorte contentus esset: simul se ei magnā pecuniam daturum promittēs, & urbem, in qua oC tiosus suauissimā ageret uitam. Rescribens Vitellius, initiò latenter eum subsannauit: pòst irritatis animis, multa mutua per literas conuicia lasciuè impudiceque fecerūt: non quidē uana obijcientes, stultè tamē, adeoque ridiculè alter alteri ea exprobrantes, quàm difficile iudicatu est utri eorū minora adfuerint, luxuriam scilicet, molliciem, belli imperitiam, pristinæque paupertatis & æris alieni molē. Multa eo tēpore prodigia, pleraque rumore & autore incerto referebātur. In Capitolio quidem Victoriam bigis insistē tem habenas manu dimisisse, ueluti retinere non ualentem, omnes uiderūt. In Tiberina insula C. Iulij Cæsaris statua nullo uel terræ motu uel uento impulsa ab occidua parte ad ortum solis se conuertit. quod ijs euenisse diebus ferunt, quibus Vespasianus palàm sibi summam rerum uindicare est aggressus. Tiberis autem exundationem plerique in ostentum infelix rapuerunt, eo quidem factam tempore, quo maximè turgent fluuij: sed nunquā ita excreuerat, neque ulla unquā eluuione tātùm damni dederat. nam cùm magnam urbis partem proluit, tum eum præsertim locum, ubi frumētum uenale reponebatur, oppleuit, magnamque permultorum dierum difficultatē effecit. Cùm renunciaretur, Alpes iam à Cæcina & Valēte Vitellij legatis occupatas esse, Romę Dolabella uir patricius militib.

Prodigia.

Bellum Vitellianum.

in suspicionem tentatarum nouarũ rerum uenit: quem Otho siue eius, si- A
ue alterius metu, Aquinum seposuit. Deligens autem de principibus ui-
ris, qui secũ comites irent, inter hos L. quoq; Vitellium, hostis sui fratrẽ,
esse uoluit, neq; auctum honore, neq; eo, quem tum gerebat, spoliatum,
matri quoq; & uxori Vitellij accuratè prospexit. Vrbi præfecit Flauiũ Sa
binum, Vespasiani fratrem: siue Neronis id honori tribuens, qui Sabinũ
ea dignatione affecerat, pòst à Galba ei adempta: siue ornando Sabino
studium suum fidemq; Vespasiano demonstrans. Et Otho quidem ipse
Brixelli, quod est Italiæ ad Padum flumen oppidum, substitit: duces co-
piarum emisit Marium Celsum, Suetonium Paulinum, Gallum, & Spuri
nam, uiros illustres, sed qui rem suo arbitrio gerere nequirent ob militum
contumaciam atq; ferociam, nemini præter unum Imperatorem obtem-
perare dignantium. Idem malum hostiles quoq; exercitus tenebat. Ve-
rùm hi periti pugnarum erant, laboremq; ob consuetudinem non fugie
bant. Othoniani molles erant, in ocio & pace educati, & plurimum tem-
Petulantia militum. poris in theatris ac cõuentibus festiuis uersati, superboq; inflati fastu, mi-
nisteria detrectabant, non ut ad ferendum impares, sed tanquam se indi- B
gna. Spurinam cogere tentantem parum abfuit quin interficerent: nullo
quidem contumeliæ in eum genere & petulantiæ abstinuerunt, prodito
rem, Cæsarisq; rerum ac temporum pestem uocantes: quidam etiam no-
ctu ebrij ad tentorium eius adfuerunt, uiaticumq; poposcerunt, eundum
sibi eius accusandi gratia ad Cæsarem dicentes. Rebus Othonis & Spu-
rinæ profuit exprobratio militũ Vitellanorum, à quibus Placentiæ ob-
sidebatur. Vitelliani enim muros aggredientes, Othonianos propugna-
culis adstantes subsannabant, scenicos eos, & saltatores, & Pythiorũ O-
lympiorumq; spectatores ignominiosè uocitantes, ac qui bellũ pugnãq;
nunquam ne uidissent quidem, eo tantum superbientes, quòd inermis se
nis (Galbam notabant) caput amputassent, ad certamen apertum descen
dere, cumq; uiris dimicare nũquam ausi. His cõuicijs Othoniani ita per-
turbati inflammatiq; sunt, ut ad Spurinam supplicum modo uenerint,
nullumq; se laborem, nullum periculum subterfugere professi sint, duce-
ret modò ipsos, & imperaret. Acriter Vitellianis mœnia oppugnãtibus,
multasq; machinas adhibentibus, uicere tamen milites Spurinæ: hosteq;
magna cum cæde profligato, florentissimam Italiæ urbem seruarunt. E- C
rant alioqui Othonis milites alteris multo gratiores, & publicè priua-
timq; acceptiores. Dux erat Vitellianorum Cæcina, ne habitu quidem
Cæcinæ insolentia. popularis, sed molestus peregrino apparatu, uir magna corporis mole,
qui braccas & manicas indutus Gallico modo legiones alloquebatur: u-
xorem eius equo uehentem, splendideq; ornatam, delecti equites comi-
tabantur. Eius collega Fabius Valens tanta laborabat auaricia, ut neq; ra
pinis hostilibus, neq; depeculatione & donis à socijs accipiẽdis expleri
posset: quin etiam pugnæ tempus neglexisse fertur, pecuniæ corradendæ
causa lentiùs proficiscens. alij tamen Cæcinæ eam culpam imputant, qui
festinans ante aduentũ Fabij potiri uictoria cùm alia leuiora peccata ad-
miserit, tum illo prœlio neque tempestiuè neq; strenuè facto, propè rem
Vitellianam pessimdederit. Cùm enim repulsus à Placentia Cremonam,
urbem ipsam quoq; magnam & opulentã, peteret: primùm Annius Gal-
lus, qui ad ferendas Spurinę suppetias Placentiam ducebat, audita in iti-
nere uictoria collegæ, & Cremonæ cognito periculo, eò traduxit exerci
tum, & prope hostem consedit: eodemq; deinde cæteri etiam Othonia-
ni duces peruenerũt. Locis syluestrib. Cæcina multos milites abdidit, e-
quitibus

A quitibus permissis, qui hostibus manum conferentib. docti erant paulatim retrocedere, & subterfugere tantisper, dum eos in insidias pertraherent. Id cùm ex transfugis cõperisset Celsus, cum bonis equitib. obuiam factus Cęcinę equites profligauit: cauteq́ insecutus, eos qui in insidijs latebant circumuenit, ijsq́ perturbatis peditatũ castris exciuit. Quod si is maturè equites sũbsecutus præstò fuisset, ea die potuisse Cæcinæ milites occidione cædi creditũ est. nunc Paulinus serò & lentè succurrẽs, dum nimium cautus est, non conuenienter existimationi suæ rem gessisse culpatus est. Et multi militũ proditionis eum insimulabant, Othonemq́ irritabant, iactantes se uictoria potitos, sed ducũ malicia ne ea obtineretur effectum. Otho non tam credens hoc, quàm non credere se dissimulãs, Titianũ fratrẽ suum ad exercitus misit, & Proculum præfectũ, penes quem erat summa rerum, Titiano titulum gerente: comitabatur unà Celsus & Paulinus, amicorũ & consiliariorum nomine, nulla potestate prediti. Apud hostes quoq́ tumultus erat. Maximè aũt ut relatũ est de pugna apud insidias commissa, Valenti succẽsebatur, eiusq́ militibus, q́ non subsidio

B suis uenissent, totq́ homines perire passi essent. & Valens ægrè exoratis militib. iam eum saxis petere aggredientibus, castra mouit, & cum Cæcina coniunxit. Otho Bebriacũ in castra uenit, quod est propinquum Cremonæ oppidulũ. Ibi proposita de prœlio deliberatione, Proculus & Titianus decertandum censuerunt, exercitibus ad hoc alacribus, & recenti uictoria: neq́ copiarum uigorem desidendo hebetandum, expectandum'ue dum ex Gallia ipse ueniret Vitellius. Contrà Paulinus, hostibus ea omnia in promptu esse, quib. freti pugnam sint commissuri, deesse nihil. Othoni haud pauciores præsentibus copias ex Mysia & Pãnonia expectandas, modò suo, non hostium tempori intentus esse uelit. neq́ uerò minùs ad pugnandũ alacritatis habituros pluribus accedẽtibus eos, qui nunc minorib. uiribus fidant: imò tanto acriores fore, & ex abũdanti certaturos. iam cunctationem ipsis cõmodam, omnium rerum copia affluentibus: Vitellianis in hostico morantibus tempus penuriam necessariarum rerum allaturũ. Huic suffragatus est Marius Celsus. Et Annius Gallus absens (ab equo enim delapsus curabatur) per literas ab Othone sentẽtiam rogatus, non festinandum, sed expectandas è Mysia copias censuit, quæ

Deliberatio de pugna.

C iam essent in itinere. Vicit tamen eorum sententia, qui ad pugnam hortabantur. Causæ eius rei multæ à multis referuntur. Palàm autem prætoriani milites tunc semel seriam experti militiam, desiderio uitæ quam in urbe extra bellum in ocio & festiuitatibus egerant, contineri nullo modo quibant, pugnã accelerãtes, & primo impetu à se sublimes abripi hostes posse sibi persuadentes. Ipse etiam Otho uidetur incertitudinẽ euentus non sustinere ampliùs expectãdo potuisse, insolentia & mollicie uictus, quoties magnitudinem periculi secum perpenderet: itaque oneri cogitationũ succũbens, uelut de præcipitio quodã clausis oculis, ita se & res in discrimen euentus misit. atq́ ita narrabat Secundus rhetor, qui ei fuit ab epistolis. Nõ defuere, qui affirmarent, utrinq́ exercitib. sępe incidisse cogitationẽ in unũ cõueniendi, ac de cõmuni sententia ex ducib. Romanis, qui tum maximè gloria florerent, optimo imperiũ deferendi: sin id non succederet, senatu cõuocato, ei potestatem deligendi Imperatoris cõmittendi. Neq́ profectò uero absimile est, cùm uterq́ designatorũ Imperatorũ infamia laboraret, ueris, & exercitatis, sanaq́ mente preditis militibus huiusmodi cogitationes ad animũ accidisse. Indignã rem esse ac turpissimã, ea quæ olim ciues propter Syllam & Marium, tum Cęsarẽ ac Põpeiũ

inuicem se passos doluerint: nunc ea tolerare, ut uel Vitellio gulę ebrietatisq́;, uel Othoni luxuriæ, ꝓdigalitatisq́; sumptib. futurũ Imperiũ pararēt. A
Hęc illos sentire animaduersum Celso: itaq; eũ mora iniecta sperasse absque pugna posse rem cõfici: eorũdemq́; metu Othonē prœliũ accelerasse. Abijt ergo rursus Brixellũ Otho: inq́; eo grauiter peccauit. nõ tantùm quia se, cuius uerecũdia & studio plurimũ mouebanť, totiq; ab eo depen debāt, ipsis subtraxit: sed & q fortissimũ quenq; & strenuissimũ equitum peditũq; stipādi corporis causa secũ abducēs, ueluti corpus quoddā exercitus abstulit. Iisdē dieb. apud Padũ pugnatũ est. Traiectũ moliebať Cęcina, põtemq́; eius rei gratia struebat: Othoniani in eo ꝓhibēdo laborabāt, cumq; rescindere opus hostiũ non possent, faces pice & sulfure plenas in id iaculabanť. Sed uētus traiectui incũbens, materiā pręparatā accēdit: et fumus primùm, mox flāma erũpens, à uento in Othonianos est lata, ita ut perturbati & prosilicētes in amnē & naues subuerterint, & corpora cũ risu hostib. obiecerint. Ac Germani apud insulā, q̃ in flumine modica est, gladiatores Othonis adorti, multos eorũ interfecerũt. His ita actis, cùm Be- B
briaci morātes Othonis milites irati pugnā poscerēt, ꝓduxit eos Bebriaco Proculus ad L stadia, & castra posuit adeò imperite, ut quāquā uerno tēpore anni, & tot circùm amnib. penuria tamē aquę fatigarenť. Postridie uolentē in hostes, (à quib. haud minus C stadijs aberāt) ducere, Paulinus ꝓhibebat, operiendũ affirmās, neq; defatigandũ exercitũ, statim'ue ex itinere pugnā cõmittendũ cùm hominib. qui, dũ ipsi tantũ iter cum iumentis suis ac calonib. perficerēt, interim per ociũ arma aptare, & aciē instruere possent. Disputātib. adhuc ducib. eques Numida interuenit, literas ab *Othone adferēs, quib. iubebat suos omni sublata mora in hostē pergere. Cæcina hostiũ aduētu cognito perturbatus, subitò & opetib. & fluuio relicto in castra se recipit. Plerisq; militũ iam armatis, & tesserā à Valēte dictis, dũ in ordinē legiones cõponerenť, equitũ optimorũ turma pręmitti tur in hostem. Duces Othonianorũ incertum qua occasione in eam uenerāt opinionē, fore ut Vitelliani duces ad ipsos trāsirent: itaq; eos, cum inuicē appropinquassent agmina, amicē salutarunt, cõmilitonesq́; appellarunt. quā salutationē cùm Vitelliani nõ benignē, sed hostili murmure ac- C
cepissent, salutatores quidē cõsternati sunt, cæteri aũt proditionis eos suspectos habuere. Id primùm Othonianos perturbauit, iā præsente hoste. Sed & reliquorũ nihil suo ordine gestum: cùm & impedimēta pugnantibus permissa multũ cõfusionis parerent, & ipsa loci natura aciem diuelleret, fossis ac sulcis referti. à quib. sibi metuētes, coacti sunt promiscuè & cateruatim cũ hostib. cõgredi. Duę tātùm legiones, Vitelliana nomine Rapax, & Othoniana nomine Adiutrix, aperto in cāpo iusta pugna diu decertauerũt. Erāt autē Othoniani robusti qdē & animosi, cęterùm belli rudes, neq; in aciē antè unquā deductæ. Vitelliani multis prœlijs adsuefacti, senes iā erāt, & lāguescēte robore. Itaq; impetu facto Othoniani eos pulerunt, aquilamq́; eripuerunt, omnib. propè qui in prima acie stabāt trucidatis. At Vitelliani simul pudore, simul ira cõciti, in hostē irruerunt & legato Orphidio necato, multis signis potiti sunt. Gladiatorib. q & peritiā & audaciā secũ ad pugnā adferre uidebanť, Batauos induxit Alphenus Varus, equitũ Germanorũ optimos, in insula natos, quā Rhenus circũfluit. hos pauci gladiatorũ substiterũt, plerię; ad flumē fugientes, in cohortes hostiũ instructas ibi inciderũt, ab ijsq́;, defendētes sese, uniuersi oecisi sunt. Turpissimè omniũ se gesserunt ꝑtoriani milites, ne dũ ad manus quidē peruenireť subsistere ausi, sed fuga per nondũ superatos se ꝓripientes, eos quoq; metu & perturbatione impleuerũt. Multi tamē Othonianorum

A rũ ſibi oppoſitis ſuperatis, per hoſtes iã uictores in caſtra perruperũt. De ducib. nec Proculus neq; Suetonius caſtra intrare auſi: ſed declinauerũt ea, metu militũ iã tũ cladis culpã in ductores cõferentiũ. Annius Gallus eos q in urbẽ ex pugna cõueniebãt collegit, animosq; eorũ cõfirmabat, incerta uictoria diſceſſum, & multis partib. ſuperatos hoſtes aſſerẽs. Marius Celſus primarijs uiris cõuocatis, deliberare eos in commune iuſsit: quippe tãta accepta clade, totq; interẽptis ciuib. ne Othonẽ quidẽ ipſũ, ſiquidẽ uir bonus ſit, ultrã fortunã experiri cogitaturũ. quãdo Scipio etiã & Cato, ꝙ Cęſari Pharſalico prœlio uictori cõcedere noluiſſent, malè audiuerint, ut q nulla neceſsitate adacti multos bonosq; uiros in Africa perdidiſſent: tametſi ij ꝓ libertate patrię decertarint: fortunã quidẽ, cùm anceps ſit, tantũ tamen in bonos non poſſe, ut reb. aduerſis bene de euentis cõſultandi facultatẽ eis eripiat. Hãc eius orationẽ ꝓbauerũt principes: & cùm tẽtatis militũ animis, pacẽ eos uiderẽt deſiderare, Titianusq; de concordia ineunda legatos mittẽdos cẽſeret, placuit ut Celſus & Gallus irẽt, ac de ea re cũ Cęcina & Valẽte colloquerenẽ. Proficiſcentib. ipſis cẽturio

B nes Vitelliani obuiã facti ſunt, caſtra ſuorũ iã uerſus Bebriacũ mota renũciantes, ſe aũt pacificationis cauſa miſſos à ducib. quos collaudatos Celſus ſecũ reuerti, & ad Cęcinã adire iuſsit. Cùm appropinquaſſent Vitellianis, in graue periculũ Celſus uenit. nã equites ab eo antè apud inſidias ſuperati cũ ꝓmiſsi erãt, ipſo q; cõſpecto ſtatim clamorẽ ſuſtulerũt, impetũq; in eũ fecerũt: cẽturiones ante Celſũ cõſiſtentes, eos arcuerũt: & reliquis etiã ductorib. ſublato clamore parcere eos iubentib. Cæcina re cognita celeriter accurrit, tumultũq; equitũ cõpeſcuit, ſalutatũq; amicè Celſum ſecum ad Bebriacũ adduxit. Interim factũ mutauit Titianus, milites q; quos inueniebat ferocientes rurſus in muros ſuſtulit, reliquis ut auxiliũ ferrent iuſsis. Sed cùm Cæcina equo aduectus dextrã protẽdiſſet, nemo Titianũ curauit, alij de muris Vitellianos ſalutauerunt, alij apertis portis egreſsi ſuos adierũt: ab omni tẽperatũ eſt maleficio, blãde mutuò accepti, uniuerſi in nomẽ Vitellij iurarũt. Hoc modo pugnã factã pleriq; eorũ perhibẽt, q interfuerũt: ipſi quoq; fatẽtes ꝓpter cõfuſionẽ & inæqualitatẽ nõ ſatis ſibi de omnib. cõſtare. Mihi aũt Meſtrius Florus uir cõſularis per eum cãpũ, ubi pugnatũ eſt, iter facienti, ſenẽ quendã oſtẽdit, qui tã adoleſcẽs cũ

C Othone nõ ſua uolũtate, ſed coactus fuerat: referentẽ ſe poſt prœliũ eò accedentẽ uidiſſe tantũ cadauerũ cumulũ, ut q in ſuperficie iacerẽt, aduerſarios attingerẽt. ſeq; cauſã eius rei quærentẽ, neq; ipſum inuenire, neq; ex alio quoquã cognoſcere potuiſſe. Sanè apparet bellis ciuilib. plures in pugna necari, quàm aliàs: eo quòd nemo uiuus capiẽ, cũ eiuſmodi mãcipiorum nullus ſit uſus. iſtius tamẽ cadauerũ cõgeriei cauſa difficulter colligi poteſt. Ad Othonẽ obſcurus primùm cladis nũcius eſt allatus: deinde & ſaucij à prœlio quidam uenerũt. Hic minùs mireẽ aliquis amicos eius, animũ deſpõdere ꝓhibẽtes, uerbisq; cõfirmantes. Militũ incredibilis fuit fides. nemo eorũ neq; diſceſsit, neq; ad uictorẽ ſe cõtulit, neq; uiſus eſt reb. imperatoris deſperatis de ſuo ſolicitus: oẽs ad fores eius ſe cõtulerũt, imperatorẽ ſalutarũt, magna cũ uoce & ſummis precib. cõtenderunt, ſupplices etiã & lacrymãtes, ne deſerere ipſos, aut prodere hoſtib. uellet, ſed uti, dũ animi adhuc corporaq; ipſorũ ſpirarẽt. quin & unus de obſcurioribus gladiũ intendẽs, Scias, inquit, Cęſar, hoc modo omnes ꝓ te paratos. itaq; locutus, ſeipſũ eo trãſadegit. Nihil horũ Othonẽ inflexit: ſed ſereno cõſtãtiq; uultu oculos per oẽs partes circũferẽs. Hũc, inquit, ô cõmilitones diẽ, «
feliciorẽ illa qua me Imperatorẽ creauiſtis, iudico, tales uos cernẽs, tãta- «
rũq; rerũ appetẽtes. Sed nolite me maiori bono ſpoliare, ꝗd morte ꝓ tot «

» tamq́ bonis ciuibus oppetenda pręclarè sum consecuturus. Nam si di- A
» gnus imperio Romano fui, oportet me uitam meam patriæ impendere.
» Neq́ me prætcrit uictoriam hostib. neq́ firmã esse, neq́ constantẽ: refer
» tur exercitũ ad nos ex Mœsia uenientẽ iam mare Adriaticũ cõscendisse,
» ac paucorum à nobis dierũ itinere abesse: à nostra parte Asia est, & Syria
» & Aegyptus, & contra Iudæos bellũ gerentes copiæ: liberi & coniuges
» hostiũ in manu nostra sunt. Sed enim non cõtra Annibalem, aut Pyrrhũ,
» aut Cimbros bellũ pro Italia, sed contra gerimus: & utrinq́ seu uincẽtes,
» seu uicti patriam iniuria afficimus, cui damno est uictoris bonũ. Pro cer
» to habete, mori mihi esse honestius, q̃ imperare. neq́ enim tantũ Roma
» nis prodero, uictoriã obtinens: quantũ si me ipsum patriæ impendam,
» morteq́ mea pacem ei & concordiã redimẽs efficiã ne rursus talẽ diem
» Italia uideat. Hęc locutus reiectis ijs qui obstare & dehortari intẽderent, discedere amicos iussit, & quotquot aderant senatorij ordinis, & absentes quoq́ & per literas ad ciuitates missas eos commendauit, quo tutius & honestius domũ redirent. Fratris deinde filiũ Cocceianũ, adolescentem etiãmnũ, ad se uocauit, bonoq́ esse animo iussit: neq́ sibi à Vitellio B metuere, cuius ipse matrẽ, liberos uxoremq́ tanquã suos incolumes prę stitisset. ideo autem, aiebat, te nondũ adoptaui: sed id in eum finẽ distuli, ut recorderis Cæsarẽ adoptionẽ non ꝓbasse, ut eo uictore collega impe rij esses, neq́, si quid ei aduersi accidisset, prior perires. id modò extremũ tibi pręceptũ scias, ne patruũ tibi Cæsarem fuisse aut obliuiscare unquã, aut nimiũ memineris. His peractis, paulo pòst tumultũ & uociferationẽ apud fores exaudiuit. nam milites senatorib. abire parantib. necem minabantur, si destituere imperatorẽ pergerent neq́ manerent. Quib. metuens Otho, rursus conspiciendũ se præbuit, progressusq́ milites nõ iam orans, sed truci uultu in tumultuantes præsertim intuens, asperaq́ uoce discedere iussit, obtẽperãtes & perterritos. Vesperascẽte die sitim aquę haustu modico restinxit. Duos habebat pugiones: horũ utrũq́ cum diu pertẽtasset, altero reddito, alterũ sub axilla tenuit. Famulis deinde uocatis, ac familiariter cõpellatis, pecuniam distribuit, plus uni alteri minus, neq́ id q̃ tanquã alieno parceret, sed ut pro merito unicuiq́ daretur solicitus. His dimissis reliquũ noctis somno exegit, ita ut cubicularij quo que stertentẽ exaudirẽt. Primo manè uocato liberto, cui mãdauerat ne- C gotiũ senatorum expediendorũ, percõtatus est, ut res haberẽt: auditoq́ singulis quantũ opus esset obtigisse, Abi iam nunc, inquit, teq́ militib. ostende, ne te meæ necis adiutorẽ illi putãtes mala morte afficiant. Eo digresso in gladium erectũ, ac utraq́ manu suffultũ incubuit: semelq́ tantũ ad dolorẽ uulneris ingemuit. Quẽ gemitũ cũ qui extra cubiculũ erãt exaudiuissent, sublato à pueris eiulatu, illicò tota castra & urbem luctus peruasit: militesq́ cum clamore & lamentatione ad fores accurrerunt, grauissimo dolore perculsi, sibiq́ ipsis maledicentes, qui nõ custodiuissent imperatorẽ, ac pro ipsis mori prohibuissent. Nemo omnino eorum ad hostes, quanquã in proximo ij essent, defecit. Cõposito cadauere, & extructo rogo armati funus extulerũt, gloriæq́ sibi ducebãt qui feretro subire occupassẽt: cęteri pars uulnus Imperatoris deosculati sunt in cadauer incũbẽtes, pars manus attigerũt, pars eminùs adorauerũt, nõnulli facib. in rogũ cõiectis sesp͂os iugulauerũt. Et quidẽ neq́ ullo euidẽti beneficio erãt ab eo affecti, neq́ erat, cur graue aliq̃d malũ à uictore expectarẽt, sed uidet̃ nulli unquã tyrãno tam acer atq́ insanus imperandi amor innatus fuisse, quãtũ ille obtẽperãdi Othoni habuerũt: quãdo ne mortuo quidem

Interitus Othonis. *Funus.*

A quidem desiderium eius apud ipsos desijt, sed permansit, inq; extremum
aduersus Vitellium odium uertit. Sed reliqua suum locum habent, quò re
ferantur. Reliquijs terræ mandatis sepulcrum impositum est neq; mole ne
que inscriptione inuidiosum. Vidi ipse cum Brixelli essem, & monumen-
tum modicum, & inscriptionem hanc, M. OTHONIS. Obijt anno ætatis
XXXVII, cùm imperasset menses tres. Neq; deteriores, neq; pauciores
mortis suæ laudatores, quàm uitæ uituperatores reliquit. uita enim Nero-
ni nihil præstitit, morte longè honestiùs obita. Milites uerò Pollione præ-
fectorum altero statim eos iurare in nomen Vitellij iubente, grauiter fre-
muerunt. auditoq; nonnullos senatorij ordinis adhuc adesse, dimissis reli
quis Virginio Rufo molestiam exhibuerūt, armati ad domū eius uenien-
tes, euocâtesq;, ut uel imperium in ipsos susciperet, uel legatus causam eo-
rum ageret. At Virginius imperium, quod in uictores renuisset, in uictos
accipere, dementis esse iudicabat: periculosum uerò, ad Germanos lega-
ti munere fungi, quibus uim multis in rebus fecisse uidebatur. itaq; per a-
liud ostium nemine obseruante se subduxit. Eo cognito milites sacramen
B to se obligari Vitellio passi sunt, & impetrata uenia Cæcinæ se coniun-
xerunt.

PLVTARCHI ANNIBAL,

DONATO ACCIAIOLO interprete.

*I primi Punici belli, quod Carthaginenses cum populo Rom. gessere, memoria re
petatur, multi imperatores nobis occurrent, qui ex rebus gestis gloriā consecu-
ti, celebrem famam suis posteris reliquerunt. Sed ex Pœnorum ducib. nemo est,
quem omnes Græci Latiniq; scriptores magis extollant, quàm Hamlcarē Anni
balis patrem, cognomento Barcham, uirum sine dubio præstantem, & rei milita- Genus illustre.
ris, ut in illa quisq; ætate poterat, peritissimū. Is primum in Sicilia Romanorū im
petum, qui multas inflixerant suæ reip. clades, diutius q̄ par erat, sustinuit. Deinde Aphrico bello, cum
mercenarij milites seditione facta rem Carthaginensiū in extremum periculū coniecissent, sic strenuè
incendium illud restinxit, ut sit omniū sententia iudicatum, ea tempestate unius Hamilcaris opera pa
triam fuisse seruatā. In Hispaniam post hæc cum imperio missus, quo tempore Annibalem puerum se
cum duxisse traditur, cùm multa gessisset memoratu digna, tandè nono anno q̄ in eam prouinciā ue-
C nerat, aduersus Vetheones fortiter pugnans interijt. Post Hamilcaris mortem Hasdrubal eius gener,
quem Carthaginenses fauente factione Barchina exercitui præfecerant, octo fermè annos imperium
obtinuit. Is Annibalem non multo tempore post interitū patris, repugnantib. etiam alterius factionis
principibus, in Hispaniā uocauit, ut sicut antea puer uiuente Hamilcare cœperat bellicis artibus eru-
diri, sic etiam tunc robustiore ætate periculis; laboribus, ac omnib. officijs militarib. assuesceret. At
uerò etsi ab initio memoria patris non parum sibi in exercitu profuisset ad fauorem conciliandū, pau
lo tamen postea sua opera atq; ingenio factum est, ut ueteres milites aliorū ducum desiderio deposi
to, hunc sibi animo propoquerent, quem præcipuè imperatorē deligendū putarent. Omnia enim quæ
magno futuro duci expetenda esse uidebantur, abundè Annibali aderant: quippe erat et consiliū ad
egregia facinora promptū. Consilio aūt neq; industria, neq; audacia deerat. Nulla pericula, nulla in-
commoda corporis, quæ cæteros remorari solent, & à rebus gerendis abducere, inuictū animi uirum
terrebant: uigilare, festinare, cuncta obire quæ aut strenuo milite, aut egregio imperatore digna ui- Ingenium.
debantur. His artibus Annibal sub Hasdrubale per trienniū meruit. Quo quidem tempore adeò to- Animus tolerans.
tius exercitus fauorem sibi cōciliauit, ut statim post Hasdrubalis mortem, ingenti militū consensu, im
perator sit appellatus. Quam prærogatiuā militarem, fauente factione Barchina, populus Cartha-
ginensis sine controuersia comprobauit. Sex & uiginti annos cum est imperator ab exercitu decla
ratus, Annibalem natum comperio. No. m enim annorū fuisse constat, tum cum pater in Hispaniam
duxit: atq; ab eo tempore usq; ad interitū Hasdrubalis, autore Polybio, septem & decem numerātur
anni. Verùm ex quo die Annibal exercitū ac totius reip. administrationē suscepit, nō longam moram
interponendā putauit, quin populo Rom. quod multo antè animo agitauerat, bellū inferret. Nam e-
rat ei*

rat ei indignatio primùm aduersus Romanos, ob Siciliam Sardiniamq; amissam, cum omnib. Cartha A
ginensib. penè cōmunis. Accedebat deinde priuatū odiū, & quasi hæreditariū ab Hamilcare patre ac-
ceptum, quo nemo alter ex Carthaginensiū ducibus nomini Romano fuerat infestior. Traditū quoq;
memoriæ est, Hamilcarem sacrificantē eo tempore quo in Hispaniā profectionem parabat, Annibalē
admodū puerum iureiurādo obstrinxisse, cùm primùm per ætatem liceret, populi Rom. fore inimicū.
Cuius quidem rei memoria & acerba sanè recordatio ueluti quædam paterni odij imago ante ocu-
los iuuenis uersabatur, animūq; urgebat, ut ea semper moliretur, quæ ad euertendum imperiū Rom.
pertinerent. Præterea factio Barchina frequentib. stimulis eum incitare nō desistebat, ut armis & im
perio opes q̄ maximas compararet. Hæ igitur tum publicæ tum priuatæ causæ cum Annibalem hor-
tarentur ad suscipiendum cum Romanis bellum, ferox iuuenis occasionem nouandarū rerum ex tali
materia cepit. Erant in Hispania per id tempus Saguntini quasi medij inter Romanorū & Carthagi
nensium fines, iure fœderis in libertate relicti: hi postea se totos Romanis addixerant, intaq; societa
te Romani imperij fidißimi cultores habebātur. Quare Annibal constituit animo, nihil opportunius
fieri posse ad eliciendum Romanorum iram, ac incendium, quod sibi optatißimum erat, concitandū,
quàm Saguntinos armis belloq; lacessere. Sed priusquam socios populi Rom. apertè adoriretur, sta-
tuit in Olcadas aliosq; trans Iberum populos exercitum ducere: ac ijs ad deditionem compulsis, ali-
quam Sagunto nocendi causam reperire, quæ non tam meditato consilio à se illatum, quàm à Sagun-
tinis contractum bellum uideri posset. Primùm igitur Olcadum gente ad deditionem compulsa, Vac B
ceos deinde aggreditur: agros depopulatur, oppida permulta expugnat, Hermandicam & Arbocolā
urbes opulentißimas capit. Ac iam propè omnem regionem in potestatem redegerat, cùm pleriq; ab
Hermandica profugi se inuicem confirmantes aduersus Pœnum coniurant, multitudinem cogunt, e-
xules Olcadum socios sibi adsciscunt. deinde persuadent Carpetanis, qui sibi finitimi erant, ut com-
muni consilio Pœnum in reditu suo nihil tale expectantem inuadant. Facilè in hanc sententiam desce
dentes populi bellandi cupidi, recentibusq; iniurijs lacesßiti, arma capiunt: ac ingenti multitudine coa
cta (erant enim supra centum millia) Annibalem redeuntem ex Vacceis prope flumen Tagum ado-
riuntur. Ad quorum cōspectum subitò constitere Carthaginensium signa, totoq; agmine pauor & tre
pidatio fuit. Nec ambigitur, quin Pœni eo die insignem cladem accepturi essent, si repentino hostium
aduentu commoti, prædaq; onusti, cum ferocißimis gentibus conseruissent manus. Sed prouidus im-
perator Annibal hæc animaduertens prælio supersedere statuit, atq; ibi castra posuit. Proxima dein
de nocte quāto maximè silentio potuit, copijs amnem traductis, locum ea parte qua transitus hosti fa
cilimus dabatur, ab omni præsidio uacuum reliquit: ut partim simulato metu, partim occasione obla-
ta, barbaros ad transeundum flumen alliceret. Nec uirum qui astutia omnes duces ætatis suæ sine con
trouersia superauit, opinio in decipiendo hoste consiliumq; fefellit. Barbari enim natura feroces, mul
titudine quoq; sua plus nimio fidentes, dum Carthaginenses perterritos esse arbitrantur, magno im-
petu se in aquam proijciunt. Hos incompositos implicatosq;, prius quàm omnino flumen traijciant
equitibus primùm, mox omnibus copijs aggrediuntur Pœni. magnoq; eorum numero interfecto, reli-
quos in fugam uertunt. Post hanc uictoriam cuncti trans Iberum populi deditionem faciunt, præter C
Saguntinos: qui etsi Annibalem suis ceruicibus imminentem conspiciunt, tamen populi Rom. societa-
te confisi, defensionem suscipiendā putant: Romam q̄ celerrimè legatos mittunt: qui senatū doceant,
quanto in periculo res eorum sint, & aduersus acerrimū hostem iam sibi uim haud dubiè inferentem
auxilium petant. Vix Saguntinorum legati ex Hispania discesserant Romam profecturi, cùm Pœnus
iam in apertum bellum prorumpens, omnibus copijs ad obsidendum oppugnandumq; Saguntum ac-
cesßit. Quod ubi Romam nunciatum est, agitatumq; in senatu de sociorum iniuria, mitti sententia de-
creuerunt patres, ut P. Valerius Flaccus, & Q. Fabius Pamphilus ad Annibalem mitterentur, ut à
Sagunto recederet: qui si non pareret, Carthaginem ire iußi sunt, ad ducem ipsum pro uiolato fœde-
re deposcendū. Hos oratores auditos esse ab Annibale, uanaq; ab eo tulisse responsa Polybius refert.
Liuius contrà, nec auditos, nec in castra admissos scribit. Ambo tamen in eo conueniunt, q̄ primùm in
Hispaniam, deinde in Aphricam profectos Carthaginem uenisse: expositisq; patrum mandatis, sic ad
uersam habuisse dicunt factionem Barchinam, ut neglecti despectiq; re infecta Romam redirent. E-
rant omnino in senatu Carthaginensiū factiones duæ: quarum altera iam inde ab Hamilcare cogno-
mento Barcha initium trahens, Annibali filio quasi ex hæreditate obuenerat, auctaq; deinceps in tan
tas creuerat opes, ut domi forisq; in omni re decernenda superior haberetur. Altera uerò principem
habebat Hannonem, uirū grauem, summæq; in ea rep. dignitatis, toga tamen magis quàm armis egro
gium. Is ea tempestate qua legati Romanorum Carthaginem uenerunt questum de sociorum iniurijs,
solus fuisse traditur, qui omni propè repugnante senatu, fœdus cum populo Rom. seruandū censuit:
monuitq; ut ab eo cauerent bello, quod extremam erat suæ patriæ perniciem allaturū. In quos si Car
thaginenses

A thaginenses non tam animum Hannonis quàm eius consilium respicere uoluissent, & pacis potius quàm belli autorem audiendũ censuissent, sanctius sibi suæq; reip. foret consultum. At illi unius iuuenis seu furorem seu cupiditatem sequuti, tantorum malorum, quæ postea in sua capita redundarunt, ex eo tempore occasionem dedere. Quocirca sapientes uiros & optimos rerump. gubernatores finem magis in rebus humanis quàm initium spectare, & priusquam ad arma bellaq; prorumpant, experiri omnia consilio decet. Cæterùm Saguntini per id tempus quo ab Annibale obsessi sunt, cùm præter ius fasq; sibi bellum inferri uiderent, plures menses obstinatis animis obsidionem tulerunt. Ad extremum multitudine hominum superante Pœno (ad centum enim & quinquaginta millia habuisse in armis creditur) cùm iam magna ex parte diruta mœnia essent, excidium urbis expectare maluerunt, quàm in acerbißimi hostis potestatem uenire. Octauo mense quàm cœptum oppugnari, captum Saguntum quidam autores sunt: quibus nec Liuius assentiri uidetur, nec aliud certum tempus obsidionis illius in medium afferre. At uerò expugnatio huius opulentißimæ urbis cœptis Annibalis multis in rebus adiumento fuit. Nam ciuitates nonnullas, quæ Punici imperij pertæsæ metum defectionis præbebant, exemplo Saguntinæ cladis in fide retinuit, militum animos confirmauit, ditato exercitu ingenti præda. Preciosa munera ex spolijs Saguntinorum Carthaginem misit, quibus sibi primarios obligauit ciues, paratioresq; reddidit ad futurum bellum, quod cum populo Rom. non in Hispania, ut multi arbitrabantur, sed in Italia sibi erat in animo gerere. Inter hæc legati Romanorum cùm in urbem à Carthagine redijssent, uana quæ ibi acceperant referentes responsa, & sub idem propè tempus excidiũ Saguntinum nunciatum esset, sera tandem populum Rom. pœnitentia cepit, quòd labenti reip. sociorum, opemq; in extremo periculo postulãti, nõ subuenisset. Ita plebs patresq; incredibili misericordia moti, simul indignatione accensi, consules prouincias sortiri iubent. P. Cornelio Hispania, T. Sempronio Aphrica (hi enim tum consules erant) cum Sicilia euenit. Legatos deinde Carthaginem mittunt principes ciuitatis, qui coram senatu post longam disceptationem, de fœderum iure cum semina futuræ contentionis quasi in conspectum omnium effudissent, magnaq; ferocitate obtulissent bellum: Carthaginenses contrà non minore audacia oblatũ suscepere, malo tamen consilio, ut postea res ipsa & belli exitus declarauit. Verùm Annibal cognitis ijs quæ in senatu Carthaginensium acta erant, cum iam tempus esse arbitraretur, ut sicut ab initio instituerat, Italiam peteret, res necessarias ingenti studio parat, classem instruit, ex fidißimis ciuitatibus auxilia accersit, omnes copias Carthaginem nouam conuenire iubet. Post hæc Gades profectus, ante omnia commodißimum esse statuit opportunis custodijs Aphricam Hispaniamq; munire: ne dum ipse in Italiam contendit, uacuæ ab omni præsidio Romanis relinquantur. Itaq; in Aphricam primùm mittit equites mille & ducentos, peditum ex Hispanis tredecim millia. Deinde ex diuersis ciuitatibus Aphricæ quatuor millia peditum euocat, quos Carthaginẽ tueri iubet, obsides simul habiturus & milites. Hispaniæ autem præficit Hasdrubalem fratrem, eiq; relinquit L nauium classem, & ad duo millia equitum, peditum uerò ad duodecim millia. atq; ijs præsidijs utranq; prouinciam firmat: non quia ea sufficere arbitraretur aduersus Romanas opes si moles belli aut in Hispania, aut in Aphrica sustinenda foret: sed quòd hæc satis esse C existimet ad hostem suis finibus arcendum, dum ipse terrestri itinere exercitum ducens bellum in Italiam transferat. Sciebat præterea populum Carthaginensem pro magnitudine imperij facilè posse cum uellet nouas copias parare, nec solum reficere exercitum domi, si opus esset, sed etiam supplementum sibi in Italiam mittere. Ex quo enim graue ac periculosum bellum mercenariorum indignatione contractum à suis ceruicibus depulerant, Hamilcare primùm, deinde Hasdrubale, postremò Annibale duce continenter uictores, ita Punicum imperium auxerant, ut ea tempestate qua Annibal in Italiam uenit, longè lateq; eorum patêrent opes. Nam omnem Aphricæ oram, quæ nostro mari abluitur, tenebant, ab aris Philænorum haud multum distantibus à magna Syrte, usq; ad columnas Herculis. Continet ea longitudo duo millia passuum. Transgreßiq; paruum fretum, quod Aphricam Europamq; interiacet, omni propè Hispania potiti erant, usq; ad Pyrenæum montem, qui eam prouinciam à Gallijs diuidit. His rebus in Hispania atq; Aphrica constitutis, Annibal Carthaginem nouam reuertitur, ubi iam copiæ instructæ parataeq; in armis erant. Quapropter nihil ultrà expectandum ratus, aduocata concione, militum animos uerbis confirmat, spem magnarum rerum proponit, fertilitatem Italiæ prædicat, amiciciam Gallorum commemorat. Demum hortatur ut lætis animis profectionem suscipiant. Sequenti die à Carthagine mouens per maritimam oram ad Iberum ducit. Sunt qui proxima nocte quiescenti Annibali iuuenem admirabili specie uisum in somnis tradunt, hortantem primò ut se ducem in Italiam sequeretur: deinde cum magno strepitu serpentem apparuisse raræ magnitudinis: cupientiq; scire quidnam id portenderet, uisum sibi audire uastitatem Italiæ esse. Nec mirandum fuisset, si intentæ Annibalis curæ cogitationesq; uehementes, quibus ille uigilans bellum Italicũ cogitabat, quasdam nocturnas peperissent species, nunc uictoriæ, nunc cædis & incendij, aliarumq; bella

Cic. 1. de diuin.
Liuius. lib. 1. decad. 3.
Valer. lib. 1 cap. 5.
Silius lib. 1.

bellı calamitatum similitudinem præ se ferentes. Fit enim interdum, sicut Orator inquit, ut cogitatio- A
nes sermonesq; nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo uidelicet
sæpißimè uigilans solebat cogitare & loqui. Annibal superatis Pyrenæis iugis, conciliatisq; sibi mul
tis donis Gallorum animis, paucis diebus ad Rhodanum uenit. Rhodanus amnis non longè ab Istri
Rhenıq; fontibus surgens, octingenta propè emensis stadijs in lacum Lemannum se condit: inde e-
gressus in occidentem se uertens, Gallias aliquandiu dirimit, Ararisq; & aliorum fluminum acceßio
ne non mediocriter auctus, tandem inter Volcas & Cauares pluribus capitibus in mare influit. Vol-
carum gens ea tempestate circa utranq; ripam colebat Rhodani, hominum abundantißima erat, &
inter Gallicas gentes opulentißima. Hi primo Annibalis aduentu amnem transgreßi constiterant in
ripa fluminis, ut Pœnos transitu prohiberent. Nam cæteris pacatis Gallis, hos neq; donis capere An-
nibal, neq; metu compellere potuit, ut amiciciam experiri quàm uim Carthaginensium mallent. Igi-
tur dolis cum tali hoste agendum ratus, Hannoni Bomilcaris filio præcipit, ut occultè Rhodanum
transmittat, & cum parte copiarum Gallos nil tale opinantes adoriatur. Is ut imperatum erat, longio
re itinere progressus, ubi commodißimum uisum est flumen, traijcit: & circumductis copijs prius ad
hostium castra peruenit, quàm planè ab his uideri, aut quid rei gereretur cognosci posset. Galli cla-
more à tergo audito, cùm neq; consilij habendi, neq; arma capiendi spacium daretur, & iam à fronte
instaret Annibal, pluribus nauigijs ad traijciendum paratis, subitò castris excessere: & quantum cur
su ac uiribus efficere potuerũt, se in præcipitem dederunt fugam. Sic igitur ex aduersa ripa hostibus B
pulsis, reliquæ Carthaginensium copiæ incolumes traducuntur. Interim crebri rumores de aduentu
Annibalis ad P. Cornelium Scipionem, qui paulo antè Maßiliam uenerat, deferebantur. Quæ ut cer-
tius cognosceret consul, alam lectißimorum equitum ad exploranda consilia hostium mittit. Quibus
ut mandatum erat celeriter proficiscentibus, quingenti Numidæ equites obuij fiunt, mißi & ipsi à
Pœno speculatum Romana castra. Nulla mora interiecta est, quin prœlio contenderent. Pugnatum
est acriter ab utrisq;. Tandem superiores Romani multis ex suis amißis, pluribus ex hostibus cæsis,
reliquos in fugam coniecerunt. Posthæc Annibal certior factus quo in loco Romanorum copiæ es-
sent, agitare secum cœpit, præstaret ne cœptum iter in Italiam prosequi, an aduersus præsentem con
sulem exercitum ducere, & euentum totius rei experiri. Cùm multæ utrinq; rationes occurrerent,
tandem fluctuantem animo, Boiorum legati in eam partem traxerunt, ut omnibus rebus postpositis
in Italiam contenderet. Nam Boij iam ante Pyrenei montis transitum, legatis Romanorum per frau-
dem captis, Manlio prætore magna clade affecto, sollicitatis Insubribus ad Pœnum defecerant, ea præ
cipuè causa indignati, quòd Romani paulo antè Placentiam Cremonamq; colonias miserant. Itaque
horum consilijs persuasus Annibal, castra mouit: & per ripam Rhodani aduerso flumine profectus,
paucis diebus peruenit ad locum quem Insulam Galli appellant. Hanc Arar & Rhodanus amnis ex
diuersis montibus confluentes efficiunt: ibi nunc Lugdunum est celeberrima Galliæ urbs, quam lon-
gis postea temporibus à Planco Munatio conditam fuisse accepimus. Hinc profectus Annibal regio-
nem Allobrogum ingreditur, discordijsq; duorum fratrum de regno inter se certantium sublatis, per
Castinorum & Vocontiorum fines ad flumen Druentiam uenit. Druentia oritur ex Alpibus, & ci- C
tato descendens cursu in Rhodanum sese effundit: & quia uada frequenter mutat, ægrè pedib. transi
ri potest. Eo tamen trasmisso amne per aperta loca quantum facultas dari potuit exercitum ducens,
Alpes petit. Verùm in superandis Alpibus tot tantaq; incommoda perpessum Annibalem tradunt, ut
quidam autores æquales temporibus eius belli, ex ipso Pœno audisse dicant, se supra triginta homi-
num millia, maximumq; iumentorũ numerum in transitu Alpium amisisse. Non solum enim cum mon
tanis incolis multoties sibi pugnandum, sed etiam aduersus angustias asperitatesq; uiarum sic ei labo
randum fuit, ut quibusdam locis per ingentia saxa igni acetoq; putrefacta sibi aperuerit iter. Quin-
todecimo die superatis Alpibus in agrum Taurinũ descẽdit. Quo mihi uerisimilius uidetur per mon
tem Genuæ (sic enim uulgò appellant) qui ex altero latere flumen Druentiam, ex altero exitum in
Taurinos habet, Pœnum transisse. Postquam in Italiam uentum est, quæ aut quantæ copiæ Annibali
fuerint, quia diuersa autores retulere, difficile ad fidem est exacto affirmare numero. Alij centum
millia peditum, uiginti equitum: alij uiginti peditum, sex equitum ex Aphris Hispanisq;. Quidam ue-
rò Gallis Liguribusq; additis L X X X millia peditum, decem equitum fuisse scribunt. Sed credere
libet, neq; ita magnum illi fuisse numerum copiarum, ut asserunt primi, post tot emensa terrarum spa
cia, tantaq; detrimenta accepta: neq; ita exiguũ, ut secundi uolunt, cùm maximæ res quas postea ges-
sit, menti occurrunt. Qui uerò mediam sequuntur uiam, probabiliora dicere uidentur, cùm ex octo-
ginta millibus peditum, decem millibus equitum, quæ ex Hispania mouit, magnam partem in Italiam
duxerit, satisq; constet confluxisse ad eum ingentem multitudinem Ligurum Gallorumq;, qui ea tem
pestate non minore odio in Romanos quàm Pœni ardebant. Cùm ex Taurinis in agrum Insubrium
uenisset

Quãtis incõmodis Annibal superarit Alpes.

A uenisset Annibal, aduersum habuit P. Corn. Scipionem, qui à Maßilia ingenti celeritate in Italiam re-
uersus, Pado Ticinoq; traiectis, haud procul ab hoste cõsedit: breuiq; interiecto spacio, ambo ij duces
alter alterius castra speculatũ profecti, equestre prœlium cõmiserunt, in quo aliquandiu pari propè
certamine dimicatũ est. Ad extremũ Romani cùm uulneratus esset consul, & Numidæ equites paula-
tim circũeundo à tergo imminerent, pedem referre coacti sunt. Itaq; sensim cedendo, & cõsulem pro-
tegendo, sese in castra receperũt. Sunt qui ab Aphricano filio iam tum pubescente seruatum patrem
Corneliũ scribunt. Quæ quidem laus etsi maxima sit in tam recenti teneraq; ætate, non tamen à uero
nec à præclaris rebus quas postea gesßit, aliena uidetur. Hoc prœlio expertus Scipio quantum equita
tu præualeret hostis, statuit sibi ea loca petenda esse, in quibus pedestres copiæ & consistere tutius,
& dimicare cõmodius possent. Itaq; sequenti nocte quanto maximè silentio potuit, omni exercitu Pa
dum traducto, in agrum Placentinũ contendit. Eòdem paulopòst T. Sempronius Longus, literis sena
tus ex Sicilia accersitus, ut ambo consules communi imperio, communiq; consilio remp. administra-
rent. Annibal etiam post equestrem pugnam cum omnibus copijs Scipionem secutus ad flumen Tre
biam consederat, sperans propinquitate castrorum fore aliquam dimicandi facultatem, quam sibi da
tum iri uehementißimè cupiebat, non solum quia longam moram sustinere non poterat ob commea-
tus inopiam, sed etiam quia uerebatur infirmitatem Gallorum, qui & spem nouarum rerum, & eque
stris uictoriæ famam sequuti, ut facilè in suam fidem atq; amicitiam concesserant: sic etiam leui mo-
mento fieri posse credebat, ut durante in suis sedibus bello, odium à Romanis in se unum autorem bel
B li transferrent. Igitur omnibus modis materiem quærebat, unde occasio cõmittendi prœlij oriretur.
Accidit autem oportunè per eos dies, ut Sempronius consul nactus hostium agmen præda graue, pa-
latumq; per agros inuaderet, in fugamq; conijceret, atq; ex ea re prospere gesta de euentu totius rei
coniecturam faciens, in maximam spem ueniret uictoriæ consequendæ, si iusta acie consererentur ma
nus. Quare priusquam Scipio conualesceret, & noui consules crearentur, alicuius præclari facinoris
edendi cupidus, in certamen prodire decreuit, rem improbante collega, clamanteq; nihil intempesti-
uius agi posse, quàm omnibus propè aduersantibus Gallis, summam reip. in discrimen offerre. Horum
dissensiones per occultos exploratores deferebantur ad Pœnum. Quibus cognitis, callidus impera-
tor extemplò locum inter utraq; castra septum undiq; & uestitum uepribus & dumetis inuenit, ibiq;
Magonem fratrem cum delecta manu consistere iußit. Deinde equitibus Numidis negocium dedit, ut
adirent Romana castra, hostemq; lacessentes ad prœlium excitent. Ipse interim reliquum exercitum
cibo potuq; refectum in aciem deducit, ut in omnem occasionem gerendæ rei intentus paratusq; in ar
mis esset. Sempronius consul ad primum tumultum Numidarum, subitò equitatum, deinde sex millia
peditum, postremò omnes copias ex castris deducit. Erat autem brumæ tempus, & summa uigebat a-
speritas hyemis, in ijs præsertim locis quæ Alpibus Apenninoq; clauduntur. Numidæ ut præceptum
erat, citra flumen Trebiam Romanum sensim trahentes, ubi ad eum locum uenerunt, unde suorum
signa conspici poterant, subitò uerterunt in effusum hostem equos. Est enim Numidarum consuetu-
do, ut sponte plerunque cedant, mox ubi uisum fuerit sistant, rursusq; maiore impetu q̃ prius hostem
inuadant. Sempronius extẽplò equitib. ad subsidia reuocatis, pro necesßitate temporis aciem instruit,
C pugnam cum hoste, qui omnia ad futurum certamen præparauerat, commissurus. Iam enim cum in-
structis copijs aderat Annibal, ut præsenti occasione certandi uteretur. Pugna primùm à leui arma-
tura, deinde ab equitatu inita est, in qua Romani equites cùm impetum hostium sustinere nõ possent,
facilè cesserunt loco. Prœliũ deinde legiones excepere, tanta contentione, tamq; paratis ad dimican-
dum animis, ut resistere posse uiderentur, si eis fuisset cum solo pedite decernendum. Sed hinc equi-
tes elephantiq; terrebant, hinc pedites instabant acriter pugnantes aduersus corpora fame frigoreq;
confecta. Itaq; magis animis quàm uiribus hanc molem circunstantium incommodorum sustinentes
Romani, pugnam extraxere, quousq; Mago ex insidijs exortus, cum clamore ac tumultu incautos in
uasit, & media Pœnorum acies iussu Annibalis impetum in Cennomanos fecit. Tunc fuga ab auxilia-
ribus cœpta Romanorum fregit animos. Nam ad decem millia peditum ex Romano exercitu fuisse di
cuntur, qui per medios erumpentes hostes se Placentiam contulere. Ex reliquis copijs fugientes per-
sequuti maiorem partem conciderunt Pœni. Euasit tamen Sempronius consul summo periculo ma-
nibus hostium euitatis. Nec Pœnis incruenta uictoria fuit, multis ex suis militibus, ac omnibus pro-
pè elephantis amißis. Post hanc pugnam Annibal per omnem regionem uagatus, cuncta ferro igniq;
uastauit, oppida quædam cepit, ac ingentem multitudinem incolarum nullo ordine militari in certa-
men euntem paruа manu fudit fugauitq;. Vere primo maturius quàm tempus postulabat ex hybernis
mouens, cùm in Etruriam contenderet, & propè Apennini iuga sæua tempestate repulsus, exerci-
tum in agrum Placentinum reduxit, breuiq; interiecto spacio, cùm multæ necessariæ urgerent cau-
sæ, rursus eandem profectionem sicut instituerat, suscipiendam putauit. Nam Gallorum insidijs pro-

pè circumuentum, calliditate ingenij periculum capitis euitauerat. Aegre enim ferentes Galli bellum A
in suis agris diutius consistere, unum Annibalem caput belli petebant. Quo periculo compulsus
Pœnus, maturandum sibi atq; in aliam prouinciam omnem exercitum traducendum putabat. Ac-
cedebat praeterea, quod ad opinionem gentium, & suorum multum alacritatem magni interesse ar-
bitrabatur, tantas uideri Carthaginensium uires, tantum ducis animum, ut in propinquas Romanæ
urbi regiones arma transferre auderet. Quare postpositis omnibus rebus, castra mouit: supera-
tisq; Apennini iugis, per Ligures ea uia qua ad paludes ac planitiem fluminis Arni est iter, in Hetru
riam descendit. Arnus uehementius excreuerat per eos dies, atque omnes circumadiacentes cam-
pos aquis inundauerat. Igitur Annibal tantum exercitum secum trahens, priusquam è palustribus lo
cis egrederetur, uitare non potuit, quin ingentem hominum ac iumentorum iacturam faceret. Ipse
quoq; dux etsi elephanto, qui unus superfuerat ex multis, eminens ueheretur, plures tamen dies ac
noctes aeris intemperie uigilijsq; confectus alterum amisit oculum. Inter hæc C. Flaminius consul e-
xercitu à Sempronio accepto Arretium uenerat, inconsulto senatu ægreq; ferente, quòd relicto Ro-
mæ Cn. Seruilio collega, sine insignibus, sine lictoribus, furtim in prouinciam contendisset. Hunc ui-
rum natura ferocem plebis fauor supra modum extulerat, atque ita audacem reddiderat, ut appare-
ret omnia incautè inconsulteq; acturum. Quod ubi Annibal comperit, commodissimum esse statuit,
ingenium consulis irritare: conariq; omnibus modis, ut antequàm collegæ iungeretur, ad pugnam al-
liceret. Itaque castra mouens, per agrum Fesulanum Arretinumq; magno impetu uagatur, omnem
regionem terroribus implet, cuncta ferro igniq; peruastat: nec prius populationibus aut incendijs fi- B
nem facit, quàm passim uastatis agris ad montes Crotonenses, atq; inde ad Thrasimenum lacum per-
uenit. Ibi locum contemplatus cum capere insidijs hostem quæreret, prope angustam uiam quæ ad
Thrasimenum ducit, sub quibusdam tumulis equitatum locat, post montes leuem armaturam consi-
dere iubet. Ipse cum reliquis copijs in planiciem descendit, suspicatus id quod accidit, Romanum con
sulem non quieturum. Homines enim furentes ingenio facile ad omnes machinas atque insidias ho-
stium patent, sæpeq; salutaribus consilijs spretis, summam rerum in discrimen obijciunt. Flaminius
ubi passim agros sociorum diripi, frumenta succidi, ædificia incendi sensit, subitò contra omnium sen
tentiam, qui collegam expectandum censebant, castra mouit, citatumq; agmen ad hostem duxit.
Cum occidente iam sole ad angustias Thrasimeni lacus peruenisset, eo in loco constitit continenti
itinere indefessus miles. Sequenti die, sub primam lucem, nulla re antea explorata, saltum transcen-
dit. Annibal uerò qui omnibus antea præparatis occasionem expectabat gerendæ rei, ubi in paten-
tiorem campum Romanum deductum cernit, dat omnibus inuadendi signum. Tunc undique surgen-
tes Pœni, hostem lacu & montibus clausum adoriuntur, nec solùm à fronte, sed etiam à tergo & la-
teribus instant. Contrà Romani nullo ordine militari prœlium ineuntes, constipati conglobatiq;, in
nebula quæ omnium oculos occupauerat, ueluti in umbra pugnant, ut mirandum fuerit, cùm ab omni
parte circumsepti tenerentur, quibus rebus freti tandiu pugnam distulerint. Nam supra tres horas ita
acriter certatum constat, ut neq; maximus terræmotus eo tempore à pugnantibus auditus sit, nec
prius Romana inclinata acies, quàm manu equitis, cui Ducario nomen erat, consulem tota acie uo- C
litantem interfectum fama uulgauit. Tunc Romani spoliati præsidio ducis, ac omni spe destituti, terga
uerterunt, alij montes, alij lacum petentes, quorũ multi in fuga comprehensi sunt atq; interfecti. Ceci
dere in pugna ex copijs Romanorum ad quindecim millia hominum, & ad decem millia uarijs itine
ribus euasere. Fuisse etiam dicuntur sex millia peditum, qui ab initio pugnæ impetu facto saltum supe
rarunt, & in eminenti quodam tumulo constiterunt: postea uerò finito prœlio accepta à Pœnis fi-
de, proditi fraudatiq; in uictoris potestatem uenerunt. Annibal hac ingenti uictoria parta, multos ex
captiuis Italici generis liberaliter prosequutus, sine precio dimitti iussit, ut humanitatis & indulgen-
tiæ fama per populos uulgaretur, à quibus tamen uirtutibus ingenium eius longissimè aberat. Fuit e-
nim Annibal ferus immanisq; natura, & adiunxit etiam à prima puericia disciplinam, qua non iura,
non leges, non ciuiles consuetudines, sed bella cædesq; & hostiles proditiones tractare didicerat.
Itaque crudelissimus euasit dux, & in fallendis hominibus callidissimus. Nam ad decipiendum hostem
semper intentus, quos aperto Marte superare non poterat, dolis aggrediebatur, ut facile ex præsenti
pugna, & prœlio quod antea cum Sempronio ad Trebiam commisit, possumus iudicare. Sed hæc in
alium locum differantur. Romani uerò ubi Flaminium consulem uictum cæsumq; cum magna parte
copiarum nunciatum est, ingens repente luctus ciuitatem inuasit. Alij publicam, alij priuatam, qui-
dam utramque calamitatem deplorabant. Miserabile spectaculum erat multitudinis mulierum ui-
rorumq; confluentis ad portas, ut priuatim quisq; de suis necessarijs certior redderetur. Proditum
quoque memoriæ est, mulieres duas stantes solicitas atque pendentibus animis pro salute filiorum,
cum præter spem filij occurrissent, subita lætitia expirasse. Sub idem tempus quatuor millia equitum
ad Fla-

A ad Flaminium consulem mittebantur à Seruilio collega, nondum sciente prælium ad Thrasimenum factum. Hi in itinere audita suorum clade, cum in Vmbriam se reciperent, ab equitatu hostium excepti ad Annibalem deducuntur. Cæterùm cum tot tamq; multiplicibus acceptis cladibus in summo periculo res Romana esset, placuit extraordinariũ imperium quæri, dictatoremq; creari, quod unum remedium alienißimis temporibus reip. adhiberi solitum erat. Sed cum obsessis omnibus uijs Seruilius consul Romam uenire non posset, nouo exemplo populus Rom. dictatorem dixit Q. Fabium cui postea Maximo fuit cognomen, qui M. Minutium magistrum equitum dixit. Erat autem Fabius uir magni consilij & prudentiæ, & summæ in rep. dignitatis. Itaq; eo tempore omnes ciues hunc unum intuebantur, tamq; sibi persuaserant eo duce, aut nullo alio, defendi statum ciuitatis posse. Hæc ille non ignorans, ingenti cura rebus necessarijs comparatis ab urbe proficiscitur, & exercitu à Seruilio consule accepto, duabusq; legionibus additis, ad hostem pergit. Iam Annibal à Thrasimeno lacu recto itinere Spoletum profectus, tentauerat primo impetu si id oppidum capi posset. Concursu oppidanorum ad tuenda mœnia facto, cum egregiè defenderetur, uastatis omnibus eorum agris, uicis, ædificijsq; incensis, in Picentes, atq; inde per Marsos & Pelignos in Apuliam contenderat. Dictator hostem sequutus prope Arpos haud procul à Punicis castris consedit, eo consilio ut morando cunctandoq; bellum traheret. Nimia enim superiorum ducum ferocia in eum locum rem Romanam deduxerat, ut à toties uictore hoste non uinci eo tempore pro uictoria haberetur. Itaq; omnia repentè mutauit imperator mutatus. Nam cum Annibal primò in aciem deduceret, deinde quiescente hoste

B omnem regionem popularetur, ut uastando in oculis agros sociorum, dictatorem excitet ad prælium capessendum, nihilo magis motus Fabius suos in castris continebat. Hanc cũctationem Romani ducis iniquo animo ferens Annibal, frequenter castra mutare constituit, ut pluribus adeundis locis aliqua uel fallendi hostem, uel committendi prælij occasio oriretur. Quapropter superato Apennino, ex agro Arpinati in Samnium uenit: pauloq; pòst quibusdam Campanis quos ad Thrasimenum captos liberaliter dimiserat, afferentibus spem Capuæ potiundæ, castra mouit, perito quodam regionis admonito, ut in agrum Casinatem exercitum duceret. Similitudine nominis Casilinum dux itineris pro Casino accipiens, longè diuersa uia per Calentinum & Calenum agrum in campum Stellatem traxit. Vbi cùm septa undiq; montibus & fluminibus regio teneretur, cognito errore, Pœnus hominem crudeliter excruciatum necari iußit. Fabius per id tempus incredibili patientia usus, uagari Pœnum permisit, donec occupato Gallicano & Casilino mõte, opportuna loca præsidijs firmauit. Quo factum est, ut Punicus exercitus propè circumuentus, uel opprimi commeatus inopia, uel turpi fuga sibi consulere cogeretur, nisi Annibal arguta fallacia frustrato hoste periculum euasisset. Nam hac re animaduersa, cum sibi opportunum uisum est, imperat militibus suis, ut ex agresti præda, quam abundè in castris habebat, ad duo millia boum ad se deducant. Horum cornua facibus uinciri iubet, deinde quosdam idoneos deligit uiros, qui sub primam uigiliam facibus incensis ad summos montes belluas concitent. Nihil ex his quæ imperata erant prætermissum fuit. Agitati boues ardentibus facibus summa Calliditas.

C montium petunt. Copiæ paulatim sequuntur. Romani qui multo antè firmis præsidijs saltus occupauerant, re noua perterriti, & insidias esse rati, subitò ex opportunis locis discessere. Fabius quoque Punicam fraudem suspectam habens, cum non satis constaret quidnam rei esset, suos in castris continuit. Interim Pœnus haud procul ab aquis Suessanis, quem locum hac tempestate incolæ regionis Turrim balneorum appellant, saltum transgreditur, atque in agrum Albanum cum omnibus copijs incolumibus sese recipit: breuiq; interiecto spacio castra mouet, quasi recta uia Romam petiturus. Sed postea conuerso itinere in Apuliã redijt. Ibi potitus oppido Glereno opulento sanè & abundanti omni copia rerum, hyberna in ijs locis habere constituit. Nec multo pòst dictator subsequutus, haud procul à Punicis castris in agro Larinati consedit. Inde reipublicæ causa Romam accersitus, cum celeriter sib proficiscendũ esset, magistro equitum denunciat, ut sese loco teneret, neue absente se cum hoste manum consereret. Nam sicut ab initio proposuerat animo, ita etiam postea in eo perseuerandum putabat, ut neq; hostem in prælio lacesseret, neq; lacessitus in aciem descenderet. Sed accidit post discessum eius, ut M. Minucius præceptorum immemor, hostium manum adoriretur frumentatum ab Annibale missam, palamemq; per agros cum multa cæde in castra conijceret. Extemplò huius rei fama Romam perlata, auctaq; rumoribus, ueluti adeptæ uictoriæ nomẽ obtinuit, ac ita multitudinis impleuit aures, ut repentè sit magistro equitum, quod ante id tempus contigit nunquam, cum Fabio dictatore æquatum imperium. Hanc iniuriam sibi indigno illatam magno animo ferens Fabius, in castra reuertitur. Iam duo dictatores uno tempore erant, res ante eam diem inaudita, diuisisq; inter se copijs, sicuti consulibus mos fuit, pari imperio exercitibus præerant. At M. Minutius ex rebus tantam sibi arrogantiam sumpserat, ut quod uix Annibal toties uictor auderet, ausus sit quadam die inconsulto collega certamen inire, ac in eum locum copias suas perducere, ubi

Punicis insidijs circumuentæ ad arbitrium hostium cædebantur, nec ullam euadendi uiam habe- A
bant, nisi Fabius publicæ salutis magis quàm acceptæ iniuriæ memor, in tempore subuenisset. Nam
recentibus copijs certamini superueniens, haud dubiè terruit Pœnum, & facultatem legionibus Ro-
manis dedit, ut sese in locum tutum reciperent. Maximam hinc uirtutis & prudentiæ famam cum a-
pud suos, tam apud hostes est Fabius consequutus. Nam & Annibalem in castra redeuntem dixisse
tradunt, eo prælio à se M. Minucium, se autem à Fabio esse superatum. Et ipse Minucius cognita pru-
dentia uiri, iuxta Hesiodi sententiam, meliori parendum ratus, cum omnibus copijs in castra Fabij
uenit: magistratuq; deposito, honorificentissimis uerbis patrem Fabium salutauit, longéque is fuit
cunctis militibus lætissimus dies. Cæterum utrisq; exercitibus in hyberna discedentibus, post longam
contentionem creati sunt consules noui, L. Paulus Aemilius, & C. Terentius Varro, homo ex infi-
ma plebe, populari aura ad consulatum euectus. His concessum est, ut maioribus copijs quam consue-
uerant priores duces, rem Romanam gererent. Auctæ legiones, & nouæ quoque ueteribus additæ.
Profecti ad exercitum consules diuersi ingenij diuersam in administrando imperio rationem serua-
bant. L. Paulus uir prudens, & Fabianæ artis & consilij memor, bellum trahere, hostem morari,
prælio abstinere: Varro contrà furere, audere, certamen exposcere. At breui spacio interposito,
patefactum est magna cum calamitate ac pernicie ciuitatis, quantum inter modestiam Aemilij, &
Varronis arrogantiam interesset. Nam Annibal inopia frumenti timens ne aliquis motus in castris o-
riretur, ex Glereno profectus cum calidiora petijsset Apuliæ loca, cũ omnibus copijs ad Cannas con-
sedit: quem insequuti Romani consules, bina propè posuerunt castra, ita inter se iuncta, ut tantum B
Aufido dirimerentur amne. Is solus fluuiorum, ut tradunt quidã, Apenninũ diuidit atq; ex ea parte
qua montes ad mare inferum spectant, oriens, in Adriaticum influit sinum. Verùm L. Paulus cum
uideret Pœnum in aliena morantem terra, non posse tot tamq; diuersarum gentium copias diutius su-
stinere, in eadem sententia perseuerabat ut bellum duceret: hanc unam tutam uincendi uiam, hanc
hosti perniciosam, suæ reipublicæ salutarem esse censebat. Quod si hoc C. Terentio persuasum es-
set, satis apparebat à sedentibus Romanis frangi posse Annibalis opes. Sed uir inquieti animi non so-
lum non mouebatur autoritate Aemilij prudentissimè consulentis, sed ipsum etiam increpabat, fre-
mebatq; per uulgus, quòd in aciem prodeunte hoste militem ociosum in castris contineret. Quamob
rem cum uenisset dies in qua summa imperij sibi obtigerat (uicissim enim exercitibus præerant) pri-
ma luce, transmisso Aufido, signum dimicandi proponit inconsulto collega, inuitoq; magis, quia re-
pugnare non poterat, quàm sponte eum sequente. Annibal lætus occasione pugnandi, quòd omnem
dilationem sibi aduersam esse censebat, copias amnem traducit, paratissimas quidem atq; omni armo-
rum genere ornatissimas. Multa enim spolia ex hostibus parta materiam præbuerant ad ornatum.
Erat autem Romanorum acies in meridiem uersa. Horum oculos occupabat puluis meridiano ex-
citatus uento, quem incolæ Vulturnum appellant: hostes contra septentrionem spectabant, atque
ita in acie dispositi erãnt, ut utrumque cornu tenerent Aphri, in medio consisterent Galli atque Hi-
spani. Primum à leui armatura, deinde ab equitibus concursum est: & quia exiguum ad peruagan-
dum spacium inter amnem peditatumq; relictum erat, atrox magis quàm longum fuit certamen. Pul- C
so tamen equitatu Romano pedestris acies prælium excepit, tanto ardore animorum, ut nullum a-
liud tempus ad dimicandum habitura uideretur. Sed nimia uincendi cupiditas ut primo congressu
initium lætum, sic etiam postea exitum tristem Romanis dedit. Nam Galli atq; Hispani, quos
in medio locatos suprà ostendimus, non sustinentes impetum Romanorum, sese ad Aphrorum subsi-
dia recepere. Romani uerò effuso cursu in hostem delati, dum urgendo cedentes in medium coeunt,
occasionem dederunt Pœnis ut ex utraque parte cornua circunducerent. Quingenti quoq; Numidæ
equites qui paulo antè simulata fuga à consulibus fuerant comiter accepti, ac in postremo agmine
consistere iussi, ubi tempus uisum est gerendæ rei, à tergo sese ostendunt, subitoq; imprudentes atq;
inopinantes hostes aggrediuntur. Tum undiq; perturbata Romana acies haud dubiam Pœno uicto-
riam dedit. Ad quadraginta millia peditum, ad duo millia supra septingentos equites, autore Liuio, eo
prælio cæsa dicuntur. Polybius longè maiorem numerum cæsorum affert. Sed his in medio relictis, il-
lud affirmare libet, hac Cannensi clade nullam maiorem unquam nec primo nec secundo Punico bel-
lo à Pœno hoste illatam esse Romanis. Nam in ea pugna cæsus est Paulus consul uir memoria dignus,
& usque ad supremum diem omni officio in patriam functus. Seruilius quoq; prioris anni consul, &
alij consulares, tum prætores, prætorijq; uiri, tribuni militum, ac ædilicij quidam, alijq; permulti ho-
nestissimi senatores, tum optimorum ciuium exercitus, qui ad satietatem crudelissimi hostis inter-
empti ceciderunt. Terentius consul qui autor fuerat prælij committendi, ubi in omni parte Pœnum
superiorem uidit, salutem sibi comparauit fuga. Et Tuditanus tribunus militum cum magna manu per
medios hostes erumpens, Canusium uenit. Ibi ad decem millia hominum ex manibus hostium tan-
quam ex

A quam ex tempestate emersa conuenerunt, summaq; imperij omnium consensu ad Appium Pulchrum & P. Cornelium Scipionem, qui postea hoc bellum confecit, delata est. Hunc tandem exitum Cannensis habuit pugna. Quæ celeriter Romam perlata, etsi omnem ciuitatem (ut par erat) mœsticia luctuq; repleuit, senatus tamen populusq; Romanus in tam aduersis rebus dignitate retenta, non modò de seruanda urbe, sed etiam de reparando exercitu cogitauit, iuniores ad arma conciuit, nec Siciliam Hispaniamq; neglexit, ut hæc considerans mirari debeat, tantum ea tempestate uel animi uel consilij in illo ordine populoq; fuisse. Nam ut cæteras omittam clades, ad Ticinum, ad Trebiam, ad Thrasimenum acceptas, hoc postremum uulnus quo penè Romani imperij opes conciderunt, quæ alia gens sustinere potuisset? Tulit tamen populus Romanus, atque ita tulit, ut neque industria consilio, neque consilium magnitudini animorum defuisse uideretur. Annibal quoque uictor in reficiendo exercitu tempus terens, spacium uictis dedit ad respirandum. Nam si extemplò finita pugna, uictorem exercitum Romam duxisset, proculdubio aut succumbendum omnino, aut extremum subeundum discrimen Romanis erat. Huius postea tarditatis sæpe pertæsum Annibalem tradunt, palámque conquestum, quòd consulentibus quieti militum magis eo tempore credidisset, quàm Maharbali præfecto equitum, qui subitò Romam caput belli petendum censuit, cunctantiq; Pœno illud uulgatum protulisse dicitur: Vincere scis Annibal, sed uictoria uti nescis. Verùm non omnia (ut Nestor ille apud Homerum inquit) data sunt hominibus simul: alijs enim ars uincendi, alijs celeritas conficiendi,
B quibusdam etiam conseruandi studium defuit. Pyrrhum Epirotarum regem, qui bellum intulit populo Romano, præstantissimum belli ducem fuisse accepimus: hunc tamen memoriæ proditum est egregium in acquirendo imperio, in conseruando uerò minimè aptum fuisse uirum. Sic etiam alia alijs adfuisse, quædam etiam defuisse bellicis laudibus digna, per ueteres historias cognoscere licet. Cæterùm post hoc prælium ad Cannas commissum, Atellani, Calatini, Samnites, Brutij præterea, atque Lucani, alijq; permulti Italiæ populi fama ingentis uictoriæ moti ad Annibalem defecerunt. Capua quoque, quod multo antè concupiuerat Annibal, ueteribus relictis socijs, noua se ei societate coniunxit, idq; ad opinionem gentium magnum momentum rebus Carthaginensium attulit. Erat enim ea tempestate ualidissima urbs multitudine ciuium incolarumq;, & post Romam florentissima omnium Italiæ ciuitatum. Hanc Hetruscorum coloniam (ut multa quæ de ea referuntur, paucis uerbis complectar) Vulturnum primò, Capuam deinde à duce eorum Capio, uel quod propius uerò est, à campestri agro appellatam constat. Circùm enim adiacent campi omni fertilitate terræ pulcritudineq; agrorum insignes, quos λίμνας appellant Græci. Hanc quoq; regionem ex omni parte illustres populi cingunt. Nam maritimam oram incolunt Suessani, Cumani, Neapolitani. Mediterraneam à septentrione Calenini, & Caleni: ab oriente & meridie Dauni & Nolani. Præterea locus ipse natura munitissimus est, hinc mari, illinc maximis perpetuisq; montibus cingitur. Ea uerò tempestate florentes mira felicitate Campani, cum uiderent propè ad internecionem Romani imperij pugnatum esse ad Cannas, facilè ut plerunq; fit, ad uictoriam inclinarunt, Annibalemq; uictorem non so-
C lum sibi societate iunxerunt, sed etiam incredibili honore acceperunt in urbem, sperantibus ciuibus, confecto bello se inter Italos potentia atque opibus longè primos fore: adeò plerunque mortales in rebus humanis spes ac opinio fallit. Venienti Capuam Annibali ingens multitudo obuiam effunditur, studio uisendi celeberrimi nominis ducem, cuius tot uictoriæ & sequunda commissa prælia in ore atque oculis omnium uersabantur. Ingressus urbem deducitur ad domum Pacuuij familiaris, uiri & potentia atq; existimatione facile principis Campanorum. Cœna conquisitissimis epulis comparatur.

Ex Campanis ciuibus nemo ad conuiuium adhibetur, præter Vibellium Tauream uirum fortissimum, & filium Pacuuij hospitis, cui pater iratum Annibalem, eo quòd Decium Magium pro Romana societate pugnantem sequutus erat, magno negocio placauit. Sed operæprecium est uidere, quanta & quàm uaria pericula præter opinionem hominum maximis interdum accidant uiris. Nam is iuuenis licet simulatione reconciliatus Annibali, nocendi tamen occasionem spectās, dum celebratur omnium sermone leticiaq; conuiuium, patrem in interiorem partem ædium adducit, eumq; hortatur, ut simul secum gratiam populi Romani graui peccato amissam summo beneficio redimere uelit. Consilium deinde aperit quo animum induxerat, Annibalem patriæ suæ totiusq; Italiæ hostem de medio tollere. Homo qui id autoritatis & parens esset, filij dicto uehementer obstupuit, iuuenemq; complexus, magno labore, multis cum lachrymis uix tandem exorauit, ut abiecto gladio domi suæ hospitem tutò esse sineret. Ita Annibal qui ab Oceano Hispaniæq; ultimis oris per ingentia terrarum spacia militem trahens, nunc hostium telis, nunc Gallorum insidijs petitus euaserat, parum abfuit, quin unius iuuenis manu inter epulas mensasq; necaretur. Postero die frequens senatus Annibali datus est à Campanis, in quo ille gratissimis uerbis audientium impleuit aures, multa promittens, multa suadens, quæ facile credebant Campani, proptereaq; sibi opinionis errore de Italiæ principatu sperabant. Quare ita tur

piter se submiserunt Pœno, ut quasi libertatis obliti, non solum in urbem, sed dominum accepisse ui- A
derētur. Quinetiā præter alia, petenti Annibali sibi tradi Deciū Magiū principē factionis aduersæ,
nō modò seruili decreto est senatus assensus, sed etiā passus est, ut spectante populo catenis unctus in
castra duceretur, uir antiquæ societatis memor, reiq́; publicæ magis, quàm barbaris gentibus affectus
ciuis. Dum hæc Capuæ geruntur, interim Mago Annibalis frater Carthaginem profectus felicißimæ
uictoriæ nuncium suis ciuibus detulit, resq́; ab Annibale gestas magnificentißimis uerbis in senatu
exposuit, & ad faciendam fidem orationi suæ effundi iußit in uestibulo curiæ aureos annulos Ro-
manis equitibus ademptos, quorum cumulum alij modij unius, alij trium modiorum dimidijq́; mensu
ram excesisse tradunt. Petitum deinde supplementum, concessumq́; à senatu est maiore studio, quàm
postea missum. Nam præsentibus rebus commoti Carthaginenses, ut initium lætum, sic prosperum
belli finem sibi animis proponentes, fauendum Annibali, delectum habendum, perseuerandumque
in armis censuerunt: uno tantum repugnante Hannone perpetuo hoste factionis Barchinæ, cuius sa-
lutare consilium pacem suadens cùm aliàs sæpe, tum eo tempore maxime posthabitum reiectumq́;
a Pœnis est. Annibal post societatem cum Campanis initam, ad urbem Nolam exercitum admouit,
oblata sibi spe per uoluntariam deditionem illius oppidi potiundi. Nec eum fefellisset opinio, nisi præ
tor Marcellus concitatam multitudinem subito aduentu repreßisset, succedentemq́; mœnibus hostem
tribus portis eruptione facta, cum magna cæde in castra adegisset. Hic est Marcellus uir bello insi-
gnis & militari gloria clarus, qui primus magnitudine quadam animi atq; ingenij Annibalem docuit B
posse uinci. Post hæc Annibal rem Nolanam in aliud tempus differendam ratus, Acerras petijt, nul-
lo negocio urbem capit, diripitq́;. Maiore deinde conatu Casilinum aggressus, locum ad nocendum
Capuæ peropportunum, cum oppidanos Prænestinosq́; qui ibi præsidio erant, neq; pollicitationi-
bus, neq; denunciatione periculi permouere posset, exiguam partem copiarum ad obsidendum oppi
dum reliquit, ipse reliquum exercitum in hyberna deducit. Capuam autem locum statuis deligit, ur
bem amœnam & omni deliciarum genere abundantem. Ibi miles assuetus sub diuo uitam agere: fri-
gus, famem, sitim patienti animo tolerare, cum uariæ species uoluptatum sibi quotidie offerrentur,
breui ex strenuo ignauus, ex forti timidus, ex solerti iners mollisq́; euasit. Corrumpunt enim blandæ
uoluptates omne robur animi, indolemq́; uirtutis, ingenium labefactant, consilium eripiunt. quo quid
perniciosius humano generi afferri potest? Meritò igitur Plato escam malorum appellat uolupta-
tem. Et in præsentibus rebus Campanæ deliciæ magis quàm Alpium iuga, quàm armati Romanorum
exercitus, Pœnis obfuerunt. nam una hyems segniter molliterq́; acta, tantum ualuit ad extinguendum
uigorem animorum, ut milites principio ueris in campum progreßi, omnis uirtutis bellicæ obliti ui-
derentur. Annibal exacta hyeme ad Casilinum reuertitur, sperans oppidanos post tam longam obsi-
dionem etiam inuitos in suam potestatem uenturos. At hi etsi omnium rerum inopia laborarent, ta-
men constituerant animis extrema etiam experiri, priusquam se crudelißimi hostis fidei arbitrioq́;
permitterent. Quamobrem farre primum, nucibus deinde per Vuulturnum à Romanis acceptis, rem
eousq; extraxere, ut confectus tædio Annibal, pactione, quod antea recusauerat, oppidum reciperet.
Cæterùm hoc bellum, in quo mira felicitate omnia propè læta secundaq́; euenerāt Pœnis, nulla tot C
uictorijs intercedente clade memoriæ digna, cœpit per id tempus uarios euentus uariamq́; rerum
conditionem sortiri. Nam societas inita cum Philippo Macedonum rege, & supplementum a Cartha
gine missum, & Petilia, Consentia, aliæq́; in Brutijs expugnatæ urbes, spes Carthaginensium confir-
mabant. Ex altera parte Romani maximis prælijs in Hispania Sardiniaq́; hostibus fusis, animos ue-
hementer erexerant ad spem bene gerendæ rei. Præstantißimos eo tempore quæsiuerant duces, Fa-
bium Maximum, Sempronium Gracchum, & M. Marcellum uirum omni bellica laude dignum, qui
ita impigrè rem Romanam administrabant, ut sentiret Pœnus sibi cum acerrimo simul prudentißi-
moq́; hoste bellum esse gerendum. Primùm enim apud Cumas à Sempronio Gracchó magna suorum
cæde repulsus, coactus est obsidionem relinquere: pauloq́; pòst apud Nolam iusta acie cum Marcello
magnam plagam accepit. Nam ex Romanis citra mille, ex Pœnis sex millia partim prælio cæsa, par
tim in fuga capta dicuntur. Hæc autem pugna quanti momenti fuerit, facilè ex eo intelligi licet, quod
extemplo Annibal Nolæ oppugnatione omissa, Apuliam petens, militem in hyberna deduxit. His fa-
ctum est ut ueluti ex graui morbo respirantes Romani summis uiribus aduersus hostem contende-
rent, tamq́; non solum tueri sua, sed etiam aliena aggredi auderent. Maximè uerò conuersi erant ad
Capuam oppugnandam, refricante animos frequenti Campanorum iniuria, quod extemplo post Can
nensem pugnam alienißimo reipublicæ tempore defecerant ad uictorem Pœnum, multorum benefi-
ciorum obliti, quæ olim Romani in eam ciuitatem contulerant. Campani contra sui delicti conscij, no
uoq́; apparatu Romanorum perterriti, ad Annibalem in Apuliam mittunt oratum, ut maximè neces-
sario tempore sociæ urbi subueniat. Is nulla interposita mora, ex Apulia profectus, magnis itinerib.
in Can-

A in Campaniam uenit, castrisq; ad Tifata super Capuam positis, magis distulit in aliud tempus, quàm prohibuit imminentem pestem Campanis. Sed cum crebris excursionibus per agrum Neapolitanum uagaretur, oblata est illi denuò spes Nolæ per proditionem occupandæ. Erat enim in ea urbe, sicut in plerisq; Italiæ ciuitatibus, plebs à senatu diuisa. Multitudo auida nouarum rerum, Annibali, optimates meliores consilio, populo Romano fauebant. Pœno igitur ad occupandam Nolam proficiscenti, ut aliàs sæpe, sic etiam tunc, cum instructis copijs Marcellus occurrit, primoq; congressu prælium committere non dubitauit. In quo superior Romanus tanta alacritate hostem reiecit, ut satis appareret eo die calamitosam fuisse Carthaginensibus futurã pugnam, si equites diuerso itinere profecti, ut à Marcello institutum erat, in tempore adfuissent. Annibal non sine magno detrimento copijs in castra reductis, paulopòst ex eo loco proficiscitur, atq; in agrum Salentinum exercitum ducit. Nam quidam iuuenes Tarentini in aduersis prælijs Romanorum iampridem capti, liberaliterq; dimissi, cum in referenda gratia memores esse uellent, spem Tarenti recipiendi Annibali fecerant, si propius urbem exercitum admouisset. Quorum pollicitationibus compulsus Pœnus, omnibus modis huic rei studendum censuit, ut quod multo antè animo concupiuerat, aliquo maritimo oppido potiretur. Erat autem ex maritimis urbibus nulla alia Tarento commodior ad auxilia ex Græcia accersenda, & multa in exercitum transportanda, quæ in dies ad necessarium usum expetebantur. Verùm etsi aduersante Romanorum præsidio res in longum protracta sit, tamen non prius ab incœ-
B pto destitit Annibal, quàm Nico & Philomenus autores defectionis prodiderunt urbem. Arx solum à Romanis retenta, quæ tribus ferè partibus mari abluitur: reliqua quarta est, quæ aditum habet à terra quam murus & fossa muniebat. Ab hac parte Annibal frustra expugnationem expertus, cum strenuè defenderetur, fauces Tarentini portus impediri instituit, ratus hanc unam superesse uiam, qua Romani commeatu exclusi ad deditionem compellantur. Sed difficile opus apparebat futurũ, cum claustra portus possiderent hostes, & naues quibus exitus obsidendi erât, exiguo spacio inclusæ tenerentur. Has ex portu cui arx superrat, subducere oportebat, & in proximum mare deferre. Nemo ex Tarentinis reperiebatur, qui rationem huius rei explicandæ in medium afferret. Annibal tantum, cum optarent reliqui, unus uidit, naues machinis ex portu subduci, plaustrisq; impositas per mediam urbem ad mare deferri posse. Itaque adhibita solertia hominum, paucis post diebus subductæ naues, in altum delatæ contra fauces portus stetere. Annibal recuperata post centesimum propè annum quàm in Romanorum potestatem uenerat, Tarentina urbe, & arce terra mariq; obsessa, in Samnium rediyt. Nam consules Romani frumentatoribus Campanis oppressis direptisq;, ad Capuam duxerant legiones, ac omnia studia belli in expugnationem eius urbis intenderant. Quamobrem Pœnus cogitationem Campanæ rei studio ingenti suscipiens, cum omnibus copijs aduersus hostem contendit: breuiq; interiecto spacio, non detrectantibus pugnam Romanis, utrique in certamen progrediuntur: præliumq; insigne apparebat futurum, nisi eodem tempore Sempronianus exercitus, qui Sempronio Graccho in Lucanis amisso à Cn. Cornelio in Campaniam ducebatur, certantes diremisset. His enim copijs procul uisis priusquàm discerneratur quis esset, territi Romani pa-
C riter Pœniq;, copias in castra reducunt. Post hæc consules ut Capua auerterent Pœnum, cum diuersas regiones, alter Lucaniam, alter Cumas petijssent, Annibal in Lucanos profectus occasionem cepit cum M. Centenio confligendi, qui temeritate atque audacia insignis, exercitum sibi à senatu parum prudenter creditum callidissimo hosti obiecit. Commisso prælio Centenius audacissimè pugnans occiditur: ex reliquis pauci euadunt. Accessit tunc ad hoc incommodum, ut Annibal paulo pòst in Apuliam proficiscens, alium exercitum Romanorum, cui præerat Fuluius prætor, insidijs circumuentum profligaret, deleretq;. Nam ex uiginti millibus hominum, cum ad libidinem crudelissimi ducis trucidarentur, uix duo millia superfuere. Consules inter hæc ex discessu Annibalis occasionem nacti, cum omnibus copijs ad Capuam redeuntes, undiq; cinxerunt urbem. Quod ubi Annibal cognouit, cum expedito exercitu in Campaniam profectus, primo aduentu castra Romanorum inuadit, monitis antè Campanis, ut eodem tempore eruptionem faciant. Imperatores Romani ad primum tumultum hostium partitis inter se copijs obuiam progrediuntur. Campanis nullo negocio in urbem compulsis, durior aduersus Pœnum dimicatio fuit, qui cum aliàs sæpe, tum eo die acerrimum imperatorem se præstitit in prælio conserendo. Tentauit etiam si qua fallacia capere hostem posset. Nam cum sui castra Romanorũ irrumpere conarentur, misit quendam latinæ peritum linguæ, qui iussu consulum alta uoce denunciaret Romanis, ut castris iam propè amissis in proximos montes cõfugerent. Vox inopinata facile audientes mouisset, nisi Romani Punicis dolis assueti cognouissent fraudem. Itaq; celeriter se inuicem confirmantes, hostem pedem referre, seq; in castra recipere coegerunt. Annibal tentatis omnibus modis, cum uideret nullam sibi facultatem relinqui, qua duces Romanos à Capua remoueret, pro sociorũ periculo anxius, confugit ad iã multo antè agitatũ, & ueluti ad extremũ

A cognouisset Pœnus, non putauit occasionem negocij bene gerendi sibi omittendam esse. Itaq; in Apuliam cũ expeditis copijs profectus, tanta celeritate ad Herdoneã uenit, ut parũ abfuerit, quin Fuluiũ nil tale opinantem in ipsis castris opprimeret. Romani tamen ingenti animorum fiducia primum impetum excipientes, pugnam diutius quàm par erat extraxere. Demum sicut biennio præterito circa ea loca duce alio Fuluio, sic etiam auspicio huius Fuluij proconsulis uictæ superatæq; Romanæ legiones profligantur, & dux ipse cum magna parte copiarum occiditur. Erat per id tempus in Sannio Marcellus consul, quò cum esset nunciata clades imprudentia ducis accepta, quanquam serum auxilium perditis rebus allaturus uidebatur, tamen cupiens quod proximum auxilio erat, detrimentum sarcire, in agrum Lucanum (eò enim post uictoriam se receperat Annibal) exercitum ducit, castrisq; in conspectu hostium positis, paulo pòst in aciem descendit: nec Pœni dimicationem sibi fugiendam putant. Prælium extemplo committitur tanta obstinatione animorum, ut æquis propè uiribus usque ad occasum solis certatum sit. Nox dubiæ pugnæ finem fecit. Postero die Romani iterum in aciem exeuntes, timoris confeßionem expresserunt hosti. Annibal enim suos intra uallum tenuit, & sequenti nocte silenti profectus agmine, in Apuliam uenit. Marcellus quoque per uestigia sequutus Pœnum, occasionem quærebat, ut aliqua memorabili pugna de summa belli decerneret. Iam enim sibi persuaserat, maximè ex Romanis ducibus se consilio, solertia, disciplina, ac omni munere militiæ conferendum Annibali esse. Sed tempus iam instantis hyemis impedimento fuit, ne iusta acie cum hoste contenderet. Nam leuibus quibusdam commißis prælijs cum non fatigandi milites frustra B uiderentur, in hyberna conceßit. Principio ueris partim literis Fabij, qui alter ex nouis consulibus eius anni erat, partim natura sua excitatus, celerius opinione omnium ex hybernis egreditur, & aduersus sedentem eo tempore ad Canusium Pœnum, exercitum ducit. Factum est autem propinquitate castrorum & certandi studio, ut paucis diebus ter collatis signis acie dimicarent. Primo die cum pari prope spe usque ad noctem perduceretur pugna, & ad neutram partem uictoria inclinaret, utrique ueluti ex composito se in castra recipiunt. Secundo die superior Pœnus duobus propè millibus & septingentis ex hostibus cæsis, reliquas copias in fugam uertit. Tertio die Romani diluendæ ignominiæ cupidi, quam ex proximo detrimento acceperant, primi pugnam exposcunt, & à Marcello in aciem deducuntur. Cuius ferociam admiratus Annibal, dixisse traditur, Rem cum eo hoste sibi esse gerẽdam, qui nec uictor, nec uictus quiescere posset. Prælium deinde atrocius quàm ullum ex superioribus fuit, nitentibus Romanis recens incommodum resarcire: Pœnis uerò indignantibus, quòd nuper uicti uictores ultrò ad pugnam prouocarent. Tandem Romani à Marcello increpiti monitiq; ut darent operam, ut non antè cladis quàm uictoriæ nuncius Romam ueniret, gradum acrius intulere: nec prius dimicationi finem fecere, quàm triplicata propè illata clade, hostem in fugam conijcerent. Sub idem tempus simili propè ratione qua amissum fuerat, Fabius Maximus Tarentum recepit. Quod ubi Pœno nunciatum est, dixisse eum tradunt: Et Romani suum Annibalem habent. Sequenti anno Marcellus & Crispinus creati consules, omnibus uiribus incumbentes ad bellum, duos consulares exercitus aduersus hostem ducunt. Quos Annibal æquo campo sustinere C posse diffidens, cum aliàs sæpe, tum eo tempore omne ingenium adhibendum putauit, ut hostem quem aperto Marte superare non poterat, dolis caperet. Hæc cogitanti longè maior quàm ausus esset optare, occasio gerendæ rei obijcitur. Syluestris erat tumulus medius penè inter Punica & Romana castra, sub quo turmæ quædam Numidarum latebant, iussu Annibalis opportunis locis constitutæ, ut aliquos ex hostibus uagos palantesq; exciperent. Ex altera parte consules communi omnium uoce & sententia moti, uisendum hunc tumulum, deinde si opus foret, occupandum censent, ne eo neglecto potiantur hostes, & suis deinde ceruicibus immineant. Sed priusquam exercitum moueant, ut speculentur naturam loci ambo ex castris exeunt, & eò cum paucis equitib. proficiscentes, incautius quàm tantos uiros decebat, in præparatas insidias incidunt. Momento temporis circumuenti, cum neque perrumpere à fronte possent, & à tergo cæderentur, neceßitate magis quàm consilio prælium ineunt, in quo Marcellus egregiè pugnans occiditur: & Crispinus uulneratus uix tantum spacij adeptus est, ut se ex manibus hostium eriperet. Annibal postquam M. Marcellum, qui maximè ex Romanis ducibus represserat cursum uictoriarum suarum, interfectum audiuit, subitò in collem ubi pugnatum fuerat, transtulit castra: ibi inuentum Marcelli corpus honorificentißimè sepeliri iußit. Ex quo percipi licet, quantum ualeat apud omnis generis homines animi magnitudo, excellentiaq; uirtutis, cum interitum præstantißimi ducis ne crudelißimus quidem hostis honore sepulturæ passus sit carere. Romani uerò altero consule amisso, altero saucio, extemplo se in proximos montes receperant, & in loco tuto posuerant castra. Ipse autem Crispinus ad uicinas ciuitates nuncium miserat, quia collega interijsset, & annulo eius potitus esset hostis, à literis nomine Marcelli compositis ut caueretur. Salapiam iam Crispini nuncius uenerat, cum literæ ab Annibale afferuntur, signa-

tur, significantes Marcelli nomine se eò proxima nocte uenturum. Salapitani cognita fallacia uiri, A
nuncioq; remisso intentißima cura hostium aduentum expectant. Quarta uigilia Annibal ad urbem
uenit. In primo agmine locati ex industria erant perfugæ Romanorum, ut latinè loquentes fidē facerent
Marcellum adesse. Horum cum ad sexcentos oppidani introduxissent, clausa porta reliquas co
pias telis repellunt, introductos ad internecionem cædunt. Ita Annibal irriti incœpti pertæsus, ca-
stra mouet, & in Brutios proficiscitur, ut Locrensibus terra mariq; à Romanis obsessis auxilium fe-
rat. Post hæc ingenti cura patrum plebisq; noui consules facti duo peritißimi belli duces Marcus
Liuius & Claudius Nero, qui partitis inter se copijs in prouincias proficiscuntur. Claudius in Sa-
lentinos, Liuius in Galliam contendit aduersus Asdrubalem Barchinum, qui superatis Alpibus, in-
gentibus peditum equitumq; copijs iungere se fratri properabat. Accidit autem per id tempus, ut
Annibal magnis afficeretur incommodis à Claudio consule, qui primùm in Lucanis, adhibitis etiam
Punica arte insidijs, hostem fudit. Deinde in Apulia prope Venusiam Pœno congressus, tumultua
riam pugnam tanto impetu conseruit, ut magnum numerum hostium interficeret. Quo detrimento
affectus Annibal, extemplò ad reparandum exercitum Metapontum se contendit: ibi paucos mo-
ratus dies, copias ab Hannone accipit, & suis adiungit, ac rursus Venusiam repetit. Claudius non
longè à Venusia habuit castra: & interceptis hostium literis, cum Asdrubalem appropinquare co-
gnouisset, dies noctésque agitabat animo, quibus modis efficere posset, ne tantorum ducum copiæ
simul iungerentur. Itaque omni ratione subducta, consilium cepit periculosum, ut apparebat, fu- B
turum, sed forsitan eo tempore necessarium. Nam sub legati custodia castris relictis, ipse cum par-
te exercitus magnis itineribus in Picenum profectus, sexto die Senam peruenit. Ibi consules ambo
iunctis copijs propter Metaurum flumen Asdrubalem adorti, secundißimo prælio conflixerunt.
Ad quinquaginta sex hostium millia eo die cæsa dicuntur, paremq; propè atque acceptæ ad Cannas
redditam hosti cladem. At Claudius Nero post hanc memorabilem uictoriam non minus celeriter,
quàm profectus erat, Venusiam repetens, caput Asdrubalis prope stationes hostium poni, capti-
uósque dimitti iußit, qui tantæ calamitatis nuncium ad Pœnum deferrent. Nam cum ignorare com-
pertum est quæ parata primùm occultis consilijs, quæ deinde acta proximis diebus fuerant. In quo
mirari libet, callidißimi ducis solertiam sic deceptam fuisse à Claudio in tam modico castrorum inter-
uallo, ut prius cæsum cum omnibus copijs fratrem, quàm profectum reuersumq; in castra consulem
Romanum sciret. Verùm Annibal hoc tam ingenti non solum publico, sed etiam priuato perculsus uul
nere, uicißitudinem Carthaginensium rerum se agnoscere inquit, pauloq; pòst ex ijs locis profectus,
in agrum Brutium se recepit. Non enim latebat peritißimum ducem, quantum accessionis Romanæ
rei ea plaga ad Metaurum accepta, quantumq; momenti ad summam uniuersi belli factura esset. Ipse
tamen omnibus uiribus quæ sibi in Italia post tot conserta prælia, tot expugnatas urbes relinqueban-
tur, simul collectis, inuicto animo per id tempus bellum sustinuit. Et quod mirum cuique uideri de-
bet, exercitum ex Hispanis, Aphris, Gallis, atque ex alijs gentibus mistum, sic concordem siue au-
toritate siue prudentia tenuit, ut ne minima quidam seditio dissensióue militaris sit in castris audita. C
Nec iam Romani Sicilia, Sardinia, Hispanijsq; receptis, hunc hostem aut in Italia delere, aut ex Italia
deducere prius potuerunt, quàm in Aphricam mitterent P. Cornelium Scipionem, qui ex propin-
quo inferens Pœnis arma, in tantam discrimen rem Carthaginensem impulit, ut extemplo neceßita-
te coacti Annibalem ex Italia reuocarent. Erat per id tempus, sicut antè dictum est, in agro Brutio
Pœnus, ac excursionibus magis quàm iustis prælijs gerebat bellum, nisi quod aliquando cum Sempro
nio consule tumultuariam pugnam conseruit: nec multo interiecto spacio, cum eodem iusta acie di-
micauit. Primo certamine Pœnus, secundo Romanus superior fuit. Nec iam ultrà in Italia quicquam
memoria dignum apud Græcos Latinosq; autores ab Annibale gestum comperio. Iussu enim Cartha
ginensiũ in Aphricam accersitus, post sextum & decimum huius Punici belli annũ Italiam reliquit,
multum prius de senatu Carthaginensi, multum etiam de seipso questus. De senatu quidem, quòd se
tam diuturno tempore in hostili commorantem terra, parum supplemento, pecunia, & cæteris re-
bus quæ ad usum belli expetebantur, adiuuisset. De se uerò, quòd toties Romanis legionibus fusis cæ-
sisq;, moram semper post uictoriam trahens, spacium dedisset hosti ad respirandum. Memoriæ quo-
que proditum est, eum priusquam classem conscenderet, prope Laciniæ Iunonis templum arcum
condidisse Punicis Græcisq; literis insculptum, in quo res à se magnificè gestæ summatim contine-
bantur. Decedens autem ex Italia Annibal, satis prospera nauigatione usus, paucis diebus Leptim
tenuit. ac omnibus copijs in terram expositis, Asdrumentum primò, atq; inde Zamam profectus, cum
cognouisset quo in statu res Carthaginensium essent, commodißimum esse statuit de finiendo bello
consilium inire. Itaq; placuit ei ut ad Scipionem mitteret, qui ab eo postularent, ut aliquem locum me-
dium utriusq; colloquio deligeret, uelle sese de summis rebus cum eo agere. Nec satis constat, utrum
iussu

A iussu senatus an priuato consilio id factum à Pœno sit. Colloquij conuendi Scipioni causa non est uisa.
Quamobrem constituto die conuenere in patenti campo cum singulis interpretibus duo celeberri-
mi duces, & potentissimarum gentium imperatores, diuersis sententijs de pace & bello sermonem
habituri. Nam Annibal maximè ad pacem inclinauerat animum, quòd cernebat rem Carthaginen-
sium deteriorem indies fieri, Siciliam, Sardiniam, Hispanias iam esse amissas, bellum ex Italia in A-
phricam translatum, Syphacem potentissimum regem à Romanis captum, omnem spem salutis in his
copijs esse repositam, quas ipse uelut diuturni belli reliquias ex Italia traiecisset. quibus si quid du-
rius contingeret, uix tantum Carthaginensibus uel externi uel ciuilis roboris superesse, ut ad tuenda
Carthaginis mœnia sufficere posset. Igitur longa oratione usus, uehementissimè contendit Scipionem
in eam sententiam trahere, ut pacem quàm bellum mallet. Sed Scipio cùm in magna spe esset con-
ficiendi belli, à pacis consilijs abhorrere uidebatur. Itaque post longum sermonem ultrò citroq; ha-
bitum, re infecta ex colloquio discesserunt. Nec multo interiecto spacio, prœlium illud memorabi-
le apud Zamam conseruerunt, quod sequundissimum Romanis accidit. Primo concursu, elephanti
Carthaginensium in suos conuersi, equitatum Annibalis perturbarunt, & Lælius ac Masinissa ex
utroque cornu pauorem augentes, nullum equitibus spacium dederunt ut se ex fuga reciperent. Pu-
gnatum est tamen à pedestri acie diu atque acriter, cùm Pœni superioribus uictorijs freti, in suis dex
tris totius Aphricæ salutem collocatam putarent: Romani autem animo pares, spe etiam superiores
essent. Sed Romanis non mediocre momentum ad uictoriam fuit, quòd Lælius ac Masinissa profli-
B gatis equitibus, opportunè in prœlium redeuntes maximum terrorem iniecerunt hosti. Eorum enim
aduentu celeriter factum est, ut Pœni remittentes ardorem pugnæ, nullum saluti suæ, præterquàm in
fuga, remedium quærerent. Supra uiginti millia hostium eo die à Romanis cæsa, totidem propè
capta dicuntur. Ipse Annibal dux ad ultimum euentum pugnæ moratus, è media cæde cum pau-
cis effugit. Accersitus deinde Carthaginem, ut labenti reip. subueniret, ostendit senatui nullam spem
in armis ulterius esse ponendam: suasitq;, ut postpositis cæteris rebus, mitterēt ad imperatorem Ro
manum, qui quacunq; ratione possent, de pace agerent. Missi decem legati, cum pacis conditiones Car
thaginem retulissent, ferunt Gisgonem quendam paci aduersantem, sententiam dixisse de renouando
aduersus Romanos bello: quæ cùm à multis audiretur, indignatus Annibal eo tempore ab imperitis
uiris talia iactari, dicentem adhuc hominem ex superiore loco deturbauit. Et cùm hoc audax nego-
cium ac libera ciuitate indignum uisum multitudini esset, suggestum ascendens, Neminem, inquit, in-
dignari oportere, si is qui à prima pueritia à Carthagine profectus, in bello & armis ætatem egisset,
urbanas consuetudines ignoraret. Post hæc de conditionibus pacis ita prudenter disseruit, ut extem-
plo Carthaginenses tanti uiri autoritate commoti, accipiendas eas leges quas uictor & necessitas da
ret censerent. Fuerunt autem conditiones admodum duræ, quales uictores uictis in extremis rebus
imponere consueuere. Sed præter cætera Carthaginenses annuum stipendium populo Romano us-
que ad certum tempus soluere tenebantur. Cùm uenisset dies in quo prima pensio conferenda Ro-
manis erat, & ingemiscerent omnes ad uocem tributi, ferunt Annibalem commotum inutili lamen-
C tatione Pœnorum risum effudisse: & increpitum ab Asdrubale Heduo, quòd in commum totius
ciuitatis mœsticia tam effuse letaretur, respondisse, non Letantis hominis illum esse risum, sed eo-
rum inanes lachrymas deridentis, quæ eo tempore in leuiore malo, quod cuiusque priuati ciuis pe-
cuniam tangeret, potius manarent, quàm antea cùm Romani classes, arma, & amplissimarum ui-
ctoriarum spolia Carthaginensibus detrahebant, uictisq; imponebant leges. Non me præterit auto-
res esse, qui dicant Annibalem ueritum ne petenti Scipioni dederetur, statim re malè gesta in Asiam
profugisse. Sed utrum subitò hoc factum fuerit, an aliquanto post prœlium illud ad Zamam commis-
sum, parum referre arbitramur, cum satis constet, eum desperatis rebus in Asiam profectum, exi-
lióque mulctatum ad Antiochum peruenisse. Fama quoque haud dubia est, tam hospitaliter, tamq;
honorificè acceptum esse à rege, ut statim publicis pariter ac priuatis consilijs adhiberetur. Erat e-
nim Annibalis nomen magna apud omnes gloria: communis insuper accedebat ira, communeq; in
Romanos odium, uehemens stimulus ad excitandum bellum. Quare opportunè accessisse uidebatur,
non solum ad inflammandum animum regis, sed etiam ad aperiendam uiam gerendi aduersus Ro-
manos belli, quam unicam tantum esse dicebat, si arma in Italiam transferrentur, & Italici generis
compararentur milites, quibus solis uictrix aliarum gentium prouincia superari posset. Centum na-
uium classem, decem & sex millia peditum, mille equites petebat à rege. His copijs se Italiam intratu
rum pollicebatur, ac turbaturū Italicas gentes, quas sciret ob recentem memoriam Punici gesti bel-
li uehementer horrere Annibalis nomen. Spem insuper afferebat de Punico renouādo bello, si per re-
gem sibi liceret Carthaginē mittere, qui factionem Barchinā concitaret, atq; eorū animos permoue
ret, quibus imperium populi Romani erat inuisum. Assentiente rege, Aristonem quendam Tyrium
dele-

delegit hominem callidum & idoneum ad hoc negocium conficiendum. Huic magnis præmijs polli- A
citationibusq; persuasit, ut Carthaginē peteret, amicos conueniret, & mandata quædam uerbis suis
ad eos deferret. Ita Annibal patria exul per totum orbem terrarum aduersus Romanos concitabat
bellum. Nec tam inanes eæ cogitationes uidebantur futuræ, si Antiochus ut ab initio cœpit, sic etiam
postea et magis quàm adulatoribus & purpuratis suis fidem præstitisset. Sed inuidia quam plerunq;
regiæ domus alunt, multos Annibali aduersarios peperit: qui cum uererentur, ne callidus imperator
his consilijs aucupando gratiam regis, in maximum autoritatis & potentiæ gradum ascenderet, eum
suspectum reddere nitebantur. Accidit etiam per id tempus, ut P. Villius legatus Ephesum ueniens,
frequentem cum Pœno sermonem haberet, ex quo facilè data est obtrectatoribus criminandi facultas
& tanta suspicio de fide Annibalis Antiocho orta, ut omnino à consilio regio excluderetur. Sunt qui
dicunt eodem tempore P. Aphricanum unum ex legatis ad Antiochum missum cum Pœno esse loqu-
tum, & inter alia multa, ab Annibale petijsse, ut ex animi sententia diceret, quem maximum impera-
torum fuisse censeret: Annibalem autem respondisse, primo loco Alexandrum Macedonum regem,
secundo Pyrrhum Epirotam, tertio seipsum collocandum uideri. Ad hoc leniter arridentem Aphri-
canum dixisse: Quid censeres Annibal si me uicisses? Me proculdubio, inquit, cunctis alijs impera-
toribus anteferrem. Hoc responsum placuisse Scipioni ferunt, quòd se nec posthabitū, nec adhibitum
in comparationem, sed ueluti incomparabilem occulta quadam assentatione à Punico ingenio reli-
ctum uideret. Post hæc Annibal occasionem nactus Antiochum alloquendi, iam inde à prima pueri-
cia repetens, sic seipsum purgauit, sic de odio suo in Romanos disseruit, ut in pristinam gratiam re- B
gis, quam propè amiserat, amiciciamq; rediret. Itaque rex constituerat animo hūc ducem cum regia
classe in Italiam mittere, ut præstantissimi uiri & perpetui hostis populi Romani, sicuti iam sibi per-
suaserat, animum ingeniumq; experiretur. Sed unus Thoas princeps Aetolorū huic sententiæ aduer-
satus, seu inuidia, seu quòd re uera ita agēdum censeret, mutauit animum regis, & hanc deliberatio-
nem quæ magnum momentum ad bellum habitura uidebatur, omnino euertit. Hortatus est enim An-
tiochum ut in Græciam traijciens, ipsemet rem suam ageret, nec pateretur huius belli gloriam ad a-
lium peruenire. Rex igitur persuasus paulopòst in Græciam proficiscitur ad excitandum aduersus
Romanos bellum. Vbi non longo interiecto spacio, cùm de concilianda Thessalorū gente cōmuni con
silio agitaret, Annibal nominatim sententiā rogatus, non tam de Thessalis, quàm de summa rerum, ita
elato animo disseruit, ut approbationem omnium qui ibi aderant, assensumq; moueret. Non enim de
Thessalis magnopere laborandum, sed curādum omnib. modis censuit, ut Philippus Macedonum rex
aut in belli societatem ueniret, aut neutri parti adhærens dimicationem ociosus spectaret. Adiecit præ
terea consilium de inferendo ex propinquo Romanis bello, suam quoq; operam ad id conficiendum
amplissimis uerbis pollicitus est & detulit. Auditus est Pœnus summa attentione, sententiaq; illius
laudata magis, quàm postea re aut effectu comprobata. Ex quo pleriq; mirantur, hunc ducem qui tot
annos cum populo Romano omnium penè gentium uictore certauerat, eo tempore posthabitum
esse à rege, quo erat eius opera & consilium maximè expetendum. Quis enim in toto orbe terra-
rum callidior imperator reperiri poterat? quis ad gerendum cum Romanis bellum accommodatior? C
Hunc tamen posthabuit rex initio gerendarum rerum, nec multum tempus præterijt, cum cætero-
rum consilia deridens, fassus est unum Annibalem præuidisse ea quæ in rem essent. Nam cùm bel-
lum in Græcia prosperè euenisset Romanis, cessit ex Europa Antiochus, & Ephesum se rece-
pit, ibiq; solutus curis pacem animo destinabat, minimè credens timenda esse in Asia Romana ar-
ma. Nec deerat talia concupiscenti adulatorum assentatio, perpetuum malum regum, qui dum ea quæ
uolunt, libenter audiunt, se adulari sinunt, & falli æquo animo patiuntur. Sed Annibal cui nota erat
potentia Romanorum, & dominandi cupiditas, regem monuit, ut de omnibus alijs præterquam de
pace cogitaret, Romanos crederet nunquā quieturos, nisi cum experti essent, an sicut in Aphrica Eu-
ropaq; ita etiam in tertia parte orbis terrarum extendere fines imperij possint. Motus autoritate ui-
ri Antiochus, extemplò Polyxenidam hominem sagacem & maritimis certaminibus assuetum, ad-
uenianti Romanorum classi ire obuiam iussit, & Pœnum in Syriam misit, ut magnam uim nauium
compararet. Huic deinde classi Annibalem ipsum & Apollonium quendam ex purpuratis suis præ-
fecit: qui cùm audissent Polyxenidam cum Romanis congressum haud prosperè rem gessisse, prœ-
lium ipsi cum Rhodijs, qui socij erant populi Romani, cōmittendum putarunt. Annibal in ea pugna
Eudamum præfectum Rhodiorum à sinistro cornu inuadens, iam prætoriam nauim circumuenerat,
& sine dubio superior erat, cum ex alio cornu hostes fugato Apollonio aduolarunt, & uictoriam pro
pè iam certam ex manibus extorserunt. Post hanc naualem pugnam parum feliciter tentatam, nihil fe
rè memoria dignum ab Annibale gestum accepimus. Nam debellato Antiocho, Romani præter alias
conditiones quas imposuerunt regi, Annibalem perpetuū suæ reipub. hostem sibi tradi postulabant.

A Hæc Annibal multo ante prospiciens, subitò post illam memorabilem pugnam ad Magnesiam commissam, qua regiæ opes conciderunt, ab Antiocho discessit, & longis erroribus euagatus, tãdem ad Prusiam Bithyniæ regem confugit, non quod in amicitia eius spem multam reponeret, sed quia per orbẽ terrarum longe terra mariq; dominantibus Romanis armis, locum magis necessarium quem posset, quàm tutum quem uellet, sibi petendum censebat. Sunt qui uicto Antiocho in Cretam profectum ad Gortynios Annibalem dicunt, ibiq; extemplo uulgatum esse, eum magnam uim auri argentiq; secum ferre. Ex quo ueritum ne Cretenses sibi manus iniicerent, tale remedium inuenisse ad periculum euitandum. Amphoras plumbo aurato refertas in templo Dianæ collocari iussit, simulans se earum ueluti thesauri sui maximam curam solicitudinemq; habere. Ex altera parte statuas æneas quas pecunia impleuerat, domi abiecit. Dum illi templum custodiunt, ne amphoræ se inscijs auferantur, interim Annibal uelis in altum datis in Bithyniam profugit. Est autem in Bithynia uicus iuxta littus maris, quem incolæ regionis Libyssam appellant, de quo uulgatum carmen circumferri solũ aiunt: Corpus Annibalis Libyssa tumulabit terra. Eo in loco diuersabatur Pœnus, non inerti quidem ocio uitam agens, sed in nautis, equis, ac militibus exercendis studium adhibens. Dicunt autem scriptores quidam, hoc tempore Prusiam gerentem bellum cum Eumene Pergami rege, qui socius & amicus erat populi Romani, classi Annibalem præfecisse. Hunc uero nouo commento Eumenem aggressum, ex nauali prœlio uictoriam reportasse. Nam priusquam pugnam inirent, Annibalem tradunt magnam serpentum copiam in uasa fictilia coniecisse, deinde initio prœlio, dum omnium ani-
B mos oculosq; occuparet certamen, uasa in hostium naues immisisse, atq; eo pacto implicatos hostes & re nouã perterritos, in fugam uertisse. Eius autem sic gestæ rei non uetustiores annales, sed Aemilius & Trogus meminerunt. Itaq; fides penes autores sit. Cæterum horum regum contẽtionibus Romam perlatis, senatus Q. Flaminium, cuius ob res in Græcia gestas celebre nomen est, legatum in Asiam misit, ut (quantũ coniectura assequi possum) cum utroq; rege de pace ageret. Is cum ad Prusiam uenisset, iniquo animo ferens hominem inimicissimum nomini Romano ex tot domitis gentibus populisq; cæsis superesse, magna contentione à rege impetrauit, ut sibi Annibal dederetur. Iam inde ab initio Pœnus leuitatẽ Prusiæ suspectam habens, in diuersorio plures cuniculos fecerat, septemq; exitus præparauerat ad capessendam fugam, si qua repentina necessitas compulisset. Auxerat etiam nõ mediocriter hanc suspicionem suam Flaminij aduentus, quem sibi tum publice ob commune odium urbis, tum priuatim ob memoriam Flaminij patris ad Thrasimenum lacum interempti, omnium Romanorũ infestissimum esse credebat. Ita anxius curis remedia (ut suprà diximus) ad euadendum inuenerat, parum sibi aduersus tantas opes profutura. Cum milites regij frequentes ad eum capiendũ missi undiq; cinxerunt domum, ad primum eorum aduentum tentauit Annibal per quàm occultissimum exitum fugam capessere. Vbi eum locum custodijs teneri sensit, omni spe euadendi abiecta, statuit morte uoluntaria Romanorum manus effugere. Alij seruum ab eo iussum compressa gula spiritum interclusisse tradunt. Quidam sanguinem tauri, sicut Clitarchus Stratoclesq; de Themistocle Interitus.
finxit, bibisse eum dicunt, atq; eo potu mortuum concidisse. Liuius autem locupletissimus históriæ au-
C tor, Annibalem scribit uenenum ad similes casus præparatum poposcisse, & penè mortiferam illam potionem tenentem manu dixisse, Soluamus ingenti cura populum Romanum, ubi mortis iam consumpti senis tantum tamq; præsens desiderium tenet. Romani patres Pyrrhum Epirotarum regem infestis signis appropinquantem mœnibus Romanæ urbis à ueneno monuerunt ut caueret. Hi autores fuere, ut regiæ dignitatis iunctæq; dextræ oblitus hospes, hospitem scelere proderet. His dictis regem Prusiam multis execrationibus detestatum, ueneno sibi consciuisse mortem LXX. ætatis anno, quidam memoriæ prodiderunt. Defuncti corpus apud Libyssam collocatum dicunt in lapideo sepulchro, in quo scriptum fuit, Annibal hic situs est. Sed eius mortis nuncium accipientes Romani, uarie id prout cuiusq; ingenium erat, interpretabantur. Pleriq; Flaminium crudelitatis arguebant, quod ueluti præclari cuiusdam facinoris gloriam adepturus, autor extitisset opprimendi exacta ætate uirum, à quo nullum ulterius periculum reipub. iam propè uictrici omnium gentium timeri poterat. Quidam uero factum excusantes, Flaminio etiam tribuebant laudi, quod perpetuum hostem populi Rom. de medio sustulisset: cui etsi uires corporis ac robusta ætas, non tamen ingenium, consiliũ, rei militaris peritia deesset, quibus Prusiam ad arma concitare, Asiamq; nouis bellis commouere ac perturbare potuisset. Erant enim per id tempus ita amplæ Bithyniæ regni opes, ut non facile contemnendæ uiderentur. Nã posteris tẽporibus Mithridates Bithyniæ rex, diu naualibus terrestribusq; copijs populum Rom. fatigauit, aduersusq; L. Lucullum ac Cn. Pompeium præstantissimos imperatores cum magnis exercitibus in acie stetit. Idem à rege Prusia duce præsertim Annibale timeri poterat. Quare nonnulli ea præcipue causa Q. Flaminium opinantur ad Prusiam missum esse legatũ, ut

Annibalis necem secretis consilijs agitaret. Verum credere libet hoc quæsitum esse à Q. non tam ut præsenti morte Annibalem de medio tolleret, quàm ut homo qui tot inflixerat suæ reipub. clades Romam uiuus perduceretur, idq; populo Rom. utile, sibi uero honorificum esse censeret. Tali genere mortis interijt Annibal Pœnus, uir, ut alia omittam, bellicis sine dubio laudibus uehementer excellēs, cuius siue animus, siue ingenium, siue egregia rei militaris disciplina, quanti momenti fuerit in rebus, facile ex eo intelligi licet, quod Carthaginenses bello tanta contentione suscepto, non prius se uictos confeßi sunt, quàm cum fuit Annibal apud Zamam magno illo prœlio superatus, ut bellicæ eorum uires stetisse simul cum Annibale duce, atq; unà cum eo consedisse uiderentur. A

SCIPIONIS APHRICANI

VITA DONATO ACCIAIOLO interprete.

Parens. CORNELIO Scipioni, qui primus nomine uictæ à se gentis Aphricanus est dictus, patrem fuisse constat P. Scipionem uirum patritium, ex nobilißima Corneliorū gente, cum quo primū Romano imperatore Annibal Pœnus signa in Italia contulit. Is cum multas esset in Hispania uictorias consequutus, resq; gesßisset memoratu dignas, demum quodam prælio aduersus hostes inito, dum sese offert ubi plurimus labor, plurimum periculi erat, subito perculsus ictu occiditur. Simili penè casu Cn. Scipio eius frater paucis pòst diebus fortiter pugnans interijt. Amboq; hi imperatores, præter rerum gestarum nomen, magnum quoq; fidei, temperantiæ, uirtutis desiderium non modo militibus suis qui superfuere, sed etiam Hispanis gentibus reliquerunt. At uero Cn. Scipionis P. Cornelius Nasica filius fuit, uir consularis, triumphalisq;, qui adolescens cum esset, pro accipienda matre Idæa in tota ciuitate est uir optimus iudicatus. Publij autē filij fuere Scipiones duo, egregia sine dubio proles, quorum alterum ob Asiam deuictam Asiaticum, alterum uero domitorem Aphricæ, ob memorabilem uictoriam de Annibale & de Pœnis, ut suprà diximus, Aphricanum appellant. De quo hæc scribenda suscepimus, non tam ut eius nomen à Græcis Latinisq; scriptoribus celebratum his literis fieret illustrius, quàm ut rerum gestarum series & domestica disciplina esset nostra opera in oculis hominum collocata, quam ueluti imaginem præclaræ uirtutis imperatores & duces cum intuerentur, imitatione dignißimam iudicarent. P. Cornelius Scipio iam inde à pueritia cum eximiæ indolis & summæ uirtutis specimen præ se ferret, sub auspicio patris cœpit disciplinis militaribus erudiri. Ductus est enim in castra initio secundi Punici belli septimum & decimum agens annum, ac breui temporis spatio factum est, ut magnam laudem à summo uiro & ab exercitu consequeretur, equitando, uigilando, omnia militari labore tolerando. Ea insuper documēta animi atq; ingenij dedit, ut gratiam simul adipisceretur, & admirationem gentium commoueret. Nam equestri prœlio quod ad Ticinum amnem P. Cornelius consul cum Annibale commisit, interfuisse Scipionem constat: proditumq; memoriæ à quibusdam autoribus est, Cornelium patrem saucium ac propè ab hostibus circumuentum, à Scipione filio iam tum pubescente fuisse seruatum. Eo deinde tempore quo apud Cannas cum magna calamitate ac propè pernicie Romani imperij certatum est, cum ad decem millia hominum Canusium perfugissent, & omnes uno ore Appio Pulchro, qui proxime ædilis fuerat, & Cornelio admodum iuueni imperium detulissent, declarauit Scipio quanta sibi uirtus, quantaq; animi magnitudo inesset. Nam quibusdam iuuenibus de relinquenda Italia agitantibus, in consultantium cœtum prorupit, ac stricto gladio iurare omnes coegit se rempub. non deserturos. Hæc aliaq; eiusdem generis, magnitudine quadam animi atq; ingenij ab eo iuuene edita, populum Romanum compulerunt, ut et supra ætatem, supra etiam consuetudinem, magistratus curamq; maximarum rerum deferret. Quippe ante legitimum tempus ædilitatem petens, etsi tribuni plebis aduersarentur, quia nondum satis annorum esset, peruicit tamen ut per tribus duceretur, atq; extemplo frequentibus suffragijs Quiritum ædilis curulis est declaratus. Cum uero pater patruusq; duo egregij imperatores, breui interuallo in Hispania cecidissent, curandumq; à populo Romano esset, ut aliquis dux singulari uirtute in eorum locum succederet, nemo reperiebatur qui ad hoc graue & periculosum bellum, post tantorum imperatorum interitum proficisci auderet. itaq; habitis comitijs ut proconsul crearetur, cum cæteri reipub. principes in tanta facultate silerent, unus Scipio quatuor & uiginti annos natus in medium prosiliens ingenti fiducia professus est, se hoc munus libenti animo suscepturum. Hac fortißimi iuuenis audita uoce, nulla mora interposita est, quin incredibili studio suffragiorum imperium in Hispaniam Scipioni decernerent. Sed paulo post secum reputantes Quirites aduersus quos Pœnorum duces, & in quibus regionib. bellum gerendū esset, uix cēsebant fieri posse, ut imbecillitas æ-

Margin letters: B (beside "sese offert ubi plurimus labor"), Nomen. (beside "les, quorum alterum"), Disciplina. (beside "temporis spatio"), C (beside "memoriæ à quibusdam autoribus est").

A tatis tantam grauitatem rerum sustineret. Quare momento temporis quasi iam decretæ rei centurias pœniteret, magna animorum commutatio facta est. Quod ubi animaduertit Scipio, statim aduocata concione, sic de ætate sua, ac de bello quod gerendum erat, disseruit, ut ad se unum intuendum omnes audientes conuerteret, & ad pristinam spem bene gerendæ rei populum Romanum: animo, alijsq́; uirtutibus uehementer excellens, sed præstans etiam pulcritudine oris, & totius corporis forma conspicuus, læta atq; hilari fronte, quæ plurimum ualent ad gratiam hominum conciliandam. Habebat & in gestu & in motu summam dignitatem. Ad hæc animi bona muneraq́; naturæ, cum militaris accederet gloria, dubium erat, gratiórne gentibus domesticis uirtutibus, an mirabilior bellicis artibus foret. Imbuerat etiam animos multitudinis superstitione quadam, quod singulis diebus ex quo uirilem togam sumpserat, in Capitolium ascendere, ac sine arbitris ædem ingredi consueuit, ut crederent homines, sicut iam multo antè Numam Pompilium ab Ægeria nympha, sic etiam ipsum arcana quædam in templo doceri, quæ cæteris non essent communia. Præterea ut olim de Alexandro Macedonum rege, sic ea tempestate de Scipione quidam finxisse uidentur, anguem in cubiculo matris frequenter uisam. Cæterùm ijs omissis P. Scipio ex Italia decedens cum decem millibus peditum, triginta nauium classe (omnes autem quinqueremes erant) in Hispaniam proficiscitur: ac paucis diebus ad Emporia delatus, copias exponit, terrestriq́; itinere Tarraconem concedit. Ibi concilio indicto, legati ex socijs urbibus frequentes conuenere, qui comiter benigneq́; accepti grata responsa domum retulerunt. Post hæc Scipio ingenti cura ad futurum bellum intentus, commodissimum esse statuit, reliquias ueteris exercitus quæ uirtute L. Martij seruatæ erant, suis copijs adiungere. Nam post duorum Sci-
B pionum interitum, cum Hispaniæ propè amissæ, Romanæ legiones fusæ fugatæq́; essent, unus L. Martius Romanus eques, collectis duorum exercituum reliquijs, præter omnium spem exultantes uictoria hostes contriuit, bellumq́; in Hispania aduersus tres Pœnorum duces incredibili uirtute industriaq́; sustinuit. Ad has igitur copias quæ in hibernis constitutæ erant cum uenisset Scipio, excitati sunt omnium animi ad spem bene gerendæ rei, & ueterum imperatorum memoria renouata, ut nemo miles esset qui iuuenem intuendo explere desiderium posset. Ipse uero collaudatis militibus quod de repub. non desperassent, ante omnes L. Martiũ in præcipuo honore habuit, ut ostenderet uirum qui suis uirtutibus confideret, alterius gloriæ non inuidere. Exacta hyeme cum nouũ ueteremq́; exercitũ ex hybernis deduxisset, omnium primum Carthaginem nouam oppugnare constituit. nulla enim ex Hispaniæ ciuitatibus opulentior habebatur, nulla commodior erat ad bellum terra mariq́; gerendũ. Quin etiam Carthaginensium duces omnem apparatum belli, & quicquid precio dignũ habebant, in hanc urbem congesserant: eam quoq; ac eius arcem ualidis præsidijs munierant. Ipsi uerò ne tribus una regio premeretur, diuersa petierant loca, nihilminus eo tempore quàm Carthaginis oppugnationem timentes. Scipio iam omnibus necessarijs comparatis, ad eam obsidendam cum omni exercitu profectus, terra mariq́; urbem aggreditur. Negocium arduum & diuturnum apparebat futurum, quòd urbs munita erat, & defensores ita animati, ut non modò tueri Carthaginis mœnia, sed erumpere in hostem, & castra Romanorum aggredi auderent. Verùm multa interdum quæ uiribus superari non
C possunt, ingenio conficiuntur. Cõpertum habebat Scipio stagnum, quod haud procul abest à Carthaginis mœnibus, æstu maritimo decrescere, & uado ea parte transiri posse, unde ad murum facilius esset accessus. Tali occasione, qua nulla maior ad capiendam Carthaginem dari poterat, utendum ratus, cum tempus commodum uisum est, expediri acies, & distributis copijs urbem uehementius quàm unquam antea oppugnari iubet. Ipse interim fortissimorum uirorum manum deligit, quibus imperat, ut superato stagno, in murum ab ea parte quæ minimè suspecta erat euadant. At hi quibus negocium datum est, prosperè traiecto stagno cum ex alia parte urbis acerrimè pugnaretur, locum quem petebant, neglectum inueniunt, celeriterq́; scandentes murum hostes à tergo adoriuntur. Oppidani & externi præsidij milites, quibus tantum repentini periculi præter opinionem acciderat, extemplo mœnia deserunt, ancipitiq́; pauentes malo se in fugam conijciunt. Instant tergis Romani, subitoq́; urbem capiunt, diripiuntq́;: ubi ingens præda, & omnium rerum quæ ad bellum usui erant, summa est facultas inuenta. Scipio ob bene nauatam operam collaudatis donatisq́; militibus, cum ei qui primus murũ ascenderat, muralis corona danda esset, & contentio inter duos milites orta omnem propè exercitum in certamen traxisset, extemplo concione aduocata, compertum se habere dixit ambos pariter murum ascendisse, atq; ambos coronis muralibus donandos esse. Quo factum est, ut omnis contentio quæ iam ad summum peruenerat, tolleretur. Post hæc obsides, quorum in ea urbe ingens copia erat, ciuitatibus Hispaniæ restitui iussit, ex quo maxime humanitatis & clementiæ nomen sibi comparauit, multosq́; populos hac indulgentia mouit, ut ad Romanos redirent à Punico imperio. Sed omnium primum eius famam & beneuolentiam auxit id, quod à cunctis scriptoribus ut summæ [illegible] exemplum celebratur. Adducta est enim in conspectum imperatoris una ex captiuis uir-

go lõge ante alias specie ac pulchritudine insignis, hãc & Scipio custodiri diligẽtissime, & seruari in- A
tegerrime iussit: pauloq́; pòst cum desponsatam comperisset Luceio principi Celtiberorum, sponsó ad
se accito (is adolescens erat) integram inuiolatamq́; restituit. Res est profectò celebranda literis, & i-
pse Scipio dignus ut tantæ mansuetudinis & continentiæ ab omnibus scriptoribus ferat fructum. Hu-
ius beneficij memor Luceius, cum liberalitatem, modestiã, & singularẽ in omni genere uirtutis præ-
stantiam Romani ducis per suos populos diuulgasset, paulò post cum magna equitum manu in Ro-
manorum castra rediit. Carthaginensium duces Mago, Asdrubal Barchinus, & alter Asdrubal Gisgo
nis filius, Carthagine noua amissa, etsi non ignorabant quantum ad opinionem gentium & summã u-
niuersi belli esset detrimenti acceptũ, tamẽ rem primo tegere, deinde uulgatã extenuare uerbis quoad
poterant nitebantur. Scipio uero multis populis principibusq́; Hispanis, inter quos duo reguli Man-
donius & Indibilis fuere, sic adiunctis, constituit animo in ea loca iter facere, quibus in locis Asdruba-
lem Barchinum esse audiebat, ut prius cum eo, quàm Mago alter Asdrubal se ei cõiungerent, decerta
ret. Asdrubal Barchinus prope flumen Besulã habebat castra, auidus & ipse certaminis, & suis copijs
satis fidens. Verum ubi appropinquare Scipionem cognouit, ex planitie in tumulũ quem non satis na-
tura munitum sese recepit. Quem insequutæ Romanæ legiones nullã moram interponendã putarũt,
quin cedenti instarent hosti, & primo aduentu castra adorirentur. Non secus quàm si una expugna-
retur urbs, circa castra pugnatum est. Carthaginenses natura loci & necessitate, quæ etiam ignauos
excitare solet, fidentes, impetum hostium sustinere nitebantur. Romani contrà spe & audacia pleni
acriter dimicabant, atq; eo magis, quod in conspectu Scipionis atq; omnis exercitus res gerebatur, ut B
nullũ paulò fortius factum latẽre posset. Itaq; non prius remissa oppugnatio est, quàm omni conatu an
nixi Romani uallũ superarunt, pluribusq́; locis castra irrũpentes in fugam cõpulerunt Pœnũ, Asdru
bal uero dux priusquã castra in potestatem Romanorũ uenissent, cum paucis militib. fugit. Hoc præ-
lio facto, Scipio consuetudine sua omnis captiuos Hispani generis ad se uocari, & sine precio dimitti
iussit. Adolescẽtem ex his regij generis, Masinissæ nepotem, comiter benigneq́; acceptum ad Masinis-
sam remisit, magnificentissima quoq; adiectis dona, ut ostenderet imperatorem exercitus non minus
liberalitate & domesticis uirtutibus, quàm bellicis artibus, ornatum esse oportere. Est enim belli finis
uictoria, cuius fructus maxime in liberalitate clementiaq́; consistit. Hinc ducum gloria, hinc impera-
toriæ laudes emanant, ut in præsentibus accidit rebus. Nam Hispanorum multitudo quæ ibi frequẽs
aderat, hanc indulgentiam Romani ducis admirata, continere non poterat, quin eum honoris & uir-
tutis gratia appellaret regem. Sed Scipio hanc uocẽ Romanis auribus insuetam subitò oppressit, nec
eum titulum sibi tribui passus est, quem optimorum ciuium consuetudini, & Romanæ libertati aduer
sum esse sciebat. Hortatus est tantũ Hispanas gentes, ut si in referenda gratia memores esse uellent, fi-
dem in populum Romanum beneuolentiamq́; seruarent. Dum hæc à Scipione gerebantur, interim a-
lij duo Carthaginensiũ duces accepto nuncio male gestæ ad Besulam rei, iũgere copias properarunt:
pauloq́; pòst Asdrubali Barchino se coniunxerunt, ut communi consilio de summa belli decernerent.
Itaque inter se colloquuti, post longam disceptationem in ea sententia conuenere, ut Asdrubal Bar-
chinus in Italiam ubi Annibal frater & caput belli erat, trãsiret: Mago uero & alter Asdrubal in Hi C
spania remanerent, supplementum à Carthagine peterent, nec prius cum imperatore Romano signa
conferrent, quàm undiq; conuocatis auxilijs ingentes copias contraxissent. Post hæc petente Italiam
Asdrubale, missus est ex Aphrica in eius locum imperator Hanno: quem primo aduentu Celtiberiam
concitãtem M. Syllanus iussu Scipionis aggreditur, prælioq́; commisso superat capitq́;. Erat una urbs,
quam incolæ regionis Oringen appellant, opulentissima sanè & accommodatissima ad renouandum
bellum: ad hanc oppugnandam cum parte copiarum missus L. Scipio, locum munitiorem inuenit
quàm ut primo impetu capi posset. Itaque corona circumdedit urbem, paucisq́; diebus expugnatam
direptamq́; in potestatem redegit. Instabat iam propinqua hyems, & tempus admonere uidebatur
ut hyberna utrique peterent. Quare his rebus prospere gestis, Scipio Tarraconem, Mago &
Asdrubal Gisgonis filius se ad oceanum receperunt. Sequenti æstate magna contentione reno-
uato in ulteriore Hispania bello, Romani Carthaginensesq́; prope Besulam congrediuntur, iustaq́;
acie prælium committunt. In quo post longum certamen superior Scipio in fugam uertit hostes, ma-
gnóque numero eorum interfecto, neq; sui colligendi, neque consistendi facultatem dedit, neque
prius uictoriæ modum imposuit, quàm Asdrubal & Mago ex continenti pulsi, Gades se recipere
coacti sunt, omnibus propè copijs amissis. Erat in exercitu Carthaginensium Masinissa iuuenis
magni animi, magniq́; consilij, qui opportunitate capta clam cum Syllano congrediendi, primos
aperuit ei amicitiæ aditus, siue Scipionis liberalitate allectus, siue tempus uenisse ratus, in quo
uictoribus Romanis adhærendum censeret. Hic est Masinissa, qui postea beneficio Romanorum
potentissimus euasit Numidiæ rex, ac multis in rebus Populo Romano usui & adiumento fuit.

Cæterum

A *Cæterum eo anno, qui erat decimusquartus secundi Punici belli, felici auspicio proconsulis Scipionis, Hispania prima ex continentis regionibus uicta, postrema tamen in prouinciæ formam redacta ab Augusto Cæsare longo interuallo fuit. Scipio non contentus maximis rebus quas breui tempore in Hispania gesserat, cum iam sibi Aphricam animo destinaret, commodissimum esse statuit Syphacem Massesulorum regem omni arte in Romanorum amiciciam trahere. Itaq; explorata uoluntate regis, cum non alienam à societate populi Romani comperisset, extemplo omnibus rebus postpositis, duabus quinqueremibus in Aphricam contendit. Veniebat à Gadibus eodem tempore Asdrubal Gisgonis filius, ac ueluti ex composito hi duo clarissimi imperatores regem adierunt, certatim quisque pro sua rep. amiciciam petituri. Syphax hospitio ambos comiter benigneq; accepit, operamq; dedit, ut pariter eadem mensa, eodem cubiculo uterentur, ne alter alteri prælatus in honore uideri posset. Tradunt Asdrubalem præsentis Scipionis animum ingeniumq; admiratum, secum agitasse, quantum periculi ex eo uiro suæ ciuitati atque omni Aphricæ immineret. Iuuenem enim acrem, & summis uirtutibus præditum, tum multis prælijs uictorem esse cernebat: nec in tam florenti ætate adduci posse credebat, ut pacem quàm bellum mallet. Suspicabatur etiam, ne Syphax eius autoritate & præsentia motus, ad Romanos animum inclinaret. Nec iam eum fefellit opinio. Nam Syphax etsi primo aduentu parem se utrisq; præbens, sermonem induxisset de finiendo inter Romanos Carthaginensesq; bello, tamen postea negante Scipione, inconsulto senatu quicquam agi de pace posse, posthabendum Asdruba*
B *lem censuit, ac desiderio Scipionis obsequutus, cum populo Romano fœdus iniit. Scipio in Hispaniam reuersus, Iliturgium & Castulonem & quasdam alias ciuitates quæ populi Romani detrectabant imperium, partim ipse ui expugnauit, partim auspicio L. Martij in ditionem redegit. Et ne tot tantisq; rebus prosperè gestis aliquod deesset leticiæ genus, Carthaginem nouam profectus ludos gladiatorum magnifico apparatu fecit, quibus non solum spectando, sed etiam pugnando multi clari uiri interfuerunt. Sed ex Hispanis duo præter alios insignes nobilitate principes, Corbis & Orsua, de regno inter se dissidentes, eo die controuersiam finiere, altero eorum alterius manu interempto. Grauis spectantibus eorum dimicatio, grauior etiam (quia patrueles erant) mors interempti fuit. Post hæc Scipionem longè maiora quàm ea quæ gesserat meditantem, aduersa ualetudo corripuit: cuius fama per Hispaniam uulgata, & ut plerunq; fit, sermonibus aucta, ad spem nouarum rerum non solum Hispanas gentes, sed etiam Romanorum exercitum, quem ille ad Sucronem reliquerat, concitauit. Soluta primùm militum disciplina imperatoris absentia fuit, mox rumores de ægritudine eius & de periculo uitæ in exercitum delati, tantam seditionem motumq; fecerunt, ut quidam contempto tribunorum imperio, hisq; demum fugatis, duos gregarios milites sibi crearent imperatores, qui non solum nomen imperij à uanis autoribus delatum, sed etiam fasces & secures præ se ferre ausi sunt, adeò furor plerunq; & mala ambitio mortalium mentes exagitat. Nec quieuere Hispanæ gentes, & Mandonius præsertim atq; Indibilis, qui affectantes Hispaniæ regnum, post expugnationem Carthaginis nouæ ad uictorem Scipionem defecerant. Deinde Romanorum potentiam longè lateq; diffusam, iniquo animo tolerantes, aliquam nouandarum rerum occasionem quærebant. Acceptis autem rumoribus non*
C *solum de morbo, sed propè etiam de morte P. Scipionis, fideq; adhibita, extemplo exercitum compararunt, & Suesitanis qui socij & amici erant populi Romani, intulerunt bellum. Verùm conualescente Scipione, ut ex fama eius mortis falso credita multiplex tumultus fuerat exortus, sic comperta ueritate rei, territi sunt omnium animi, nec quisquam ausus est in nouandis rebus ulterius progredi. Scipio magis externis bellis quàm domesticis seditionibus assuetus, etsi militibus qui deliquerant grauiter succensendum putabat, tamen ne dum iræ indulget excessisse in puniendo modum existimari posset, de hac re ad consilium refert. Maior pars in eos à quibus initium tumultus ortum erat, animaduertendum, & reliquis ignoscendum censuit. sic enim fieri posse ostendit, ut pœna ad paucos, exemplum ad multos perueniret. Hanc sententiam sequutus Scipio, extemplo exercitum seditionis autorem ad accipiendum stipendium Carthaginem nouam acciri iubet. Edicto paruerunt milites, alij suam culpam, ut plerunque sibi indulgent homines leuiorem rati, alij Scipionis freti ingenio, quod mite in puniendo esse compererant. Dicere enim solitus fuit, malle se unum ciuem conseruare, quàm mille hostes perdere. Vulgatum quoq; erat alium Scipionis exercitum paratum esse in armis, & aduentum eorum operiri, ut omnes copiæ simul iunctæ aduersus regulos in Suesitanos ducantur. Quamobrem ex Sucrone discedentes, magna spe ueniæ consequendæ Carthaginem ueniunt. Sed postridie eius diei quo urbem ingressi sunt, in forum uocati ac inermes consistere iussi, armatis legionib. circumdantur. Tum imperator Romanus tribunal ascendens, uniuersæ multitudini sese ostendit ea ualetudine, eo uigore, qualis in pubescente ætate unquam fuerat. Concionem deinde habuit longè acerrimam, & grauissimis querimonijs plenam, ut nemo miles ex inermi exercitu esset, qui aut à terra oculos erigere, aut dicentis uultum sustinere per pudorem posset. Conscientia enim perpetratæ rei ac suppliciorum metus*

terrebat animos, & optimi ducis præsentia noxijs pariter atq; innoxijs ruborē incutiebat. Itaq; tristi si A
lētio torpebant omnia. Posteaquā finem dicendi fecit, principes seditionis in conspectū multitudinis
producuntur. Ibi uirgis cæsi, more maiorum, securiq; percussi, horribile spectaculum uisentibus præ-
buere. His rebus ita compositis, Scipio reliquis militibus nouo sacramento adactis, expeditionem in
Mandonium atq; Indibilem pronunciari iubet. Nam hi secum reputantes, à militibus Romanis qui ca
strensis seditionis autores fuerant, pœnam esse repetitam, omnem spem abiecerant ueniæ impetrādæ,
atq; ex eo XX millia peditum, duo millia equitum comparauerant, ut his copijs aduersus Romanos
progrederentur. Quod ubi cognouit Scipio, priusquam augerentur regulorum uires, & plures popu
li conspirarent, maturat à Carthagine proficisci, & quanta maxime celeritate potest, ad hostem per-
git. Reguli loco satis munito habebant castra, sicq; suis copijs fidebant, ut nec alios prouocare, nec
prouocati pugnam detrectare parati essent. Factum est autem propinquitate castrorū, ut paucis post
diebus à Romanis lacessiti in prœlium descenderent, in quo quidem aliquandiu summa contentione di
micatum est. Tandem Hispani à tergo circumuenti, ac in orbem pugnare coacti superantur. Vix ter-
tia pars ex eorū numero aufugit. Mandonius atq; Indibilis nullum remediū perditis rebus esse cernē
tes, legatos ad Scipionem miserunt, qui suppliciter pacem peterent, & ueniam deprecarentur. At Sci-
pio etsi quantum in se atq; in populum Romanum facinus admisissent, intelligebat, tamen non minus
decorū putans hostem clementia & mansuetudine superare, quàm armis, regulis ignouit, pecunia tan
tum ut militi ad stipendium soluerent imperata. Per id tempus Masinissa à Gadibus profectus in con- B
tinentem uenit, ut amicitiæ fidem, quam per M. Syllanum absenti Scipioni obtulerat, præsenti confir
maret, simul ut ipsum Scipionem alloqueretur, quem ob res egregie gestas præstātissimum esse uirum
constituerat animo. Verum nec iam opinioni Numidæ uirtus P. Scipionis, nec expectationi (ut plerun-
que accidere consueuit) præsentia defuit. Nam præter ingentia animi bona, quibus Scipio cæteros a-
lios anteibat, præ se etiam ferebat eximiam formam, & omni amplo dignam imperio. Erat præterea
uir benignus in audiendo, facundus in respondendo, & in conciliandis hominibus egregius artifex: ha
bitu corporis uirili, cæsarie promissa utebatur. Hunc igitur Masinissa salutatum ueniens, ut primum
conspexit, sic uirum admiratus esse dicitur, ut nec ab eo dimouere oculos, nec intuendo explere desida
rium posset. Amplissimis uerbis ei gratias egit pro nepote ad se remisso, & fidem se præstaturum initæ
amicitiæ dixit: quam postea erga populum Romanum usq; ad exitum uitæ constantissimè coluit. Iam
uero omnes Hispaniæ populi aut imperium aut societatem Romanorum acceperant, cum Gaditani i-
dem sibi licere arbitrantes, sponte Romanis se dedidere: gens uetusta origine, et si famæ credere libet,
ut Carthago in Aphrica, in Bœotia Thebæ, ita Gadis ad oceanum colonia Tyriorum fuit. Scipio re-
ceptis Hispanijs, pulsis Carthaginensibus, cum nihil relinqueretur quod sibi constituendum putaret,
L. Lentulo & Manlio Accidio prouincia tradita, Romā redijt. Venienti senatus extra urbem datus est
in æde Bellonæ, ubi cū res à se per multos annos fortiter feliciterq; gestas exposuisset, ostēdissetq; qua
tuor hostium duces, quatuor exercitus multis prœlijs à se uictos, Carthaginēses ex Hispanijs eiectos,
nullas gentes in his terris relictas quæ non uenissent in populi Romani potestatem, res amplissimo
triumpho dignas esse censebat senatus. Sed quia nemini adhuc contigerat, ut cum proconsul et sine ma C
gistratu esset, pro rebus gestis triumphanti inuehi liceret in urbem, nec patribus uisum est, nec ipse Sci
pio magnopere contendit, ut nouo exemplo morem maiorum sui causa commutaret. Ingressus urbē
paulò post ingenti studio populi Romani consul declaratur. Tradunt raro unquam frequentiorē mul
titudinem, non tam ad celebranda comitia, quàm ad conspiciendum P. Cornelium Scipionem Romam
uenisse. Itaq; non solum Quirites, sed externi etiam homines hunc unum intuebantur. publice priua-
timq; dicebant mittendum in Aphricam esse ad inferendum ex propinquo Carthaginensibus bellum.
Idem cum sentiret Scipio, de hac re ad populum se relaturum significabat, si tam salutari consilio ad-
uersaretur senatus. Quidam enim ex patribus, atq; inter eos præcipuæ autoritatis Fabius Maximus,
huic sententiæ acriter reclamabat. Scipio in contrariū nitebatur, rationibus multis ostendens hac una
uia superari Pœnos, & Annibalem deduci ex Italia posse, cætera uana esse consilia. Post longam al-
tercationem Scipioni Sicilia decreta, permissumq; à senatu est, ut si arbitraretur utile exq; Rep. esse,
cum omni exercitu in Aphricam traijceret. Hoc senatusconsulto in populū æduto, sic erecti sunt omniū
animi ad spem magnarum rerum, ut iam de Aphrica cogitarent, & bellum posse confici non diffide-
rent. Sed Scipioni in rebus necessarijs comparandis maxima difficultas proponebatur, cum ob ærarij
inopiam, tum ob iuuentutis penuriam, cuius florem præteritæ clades à Pœno illatæ absumpserant. I-
pse tamen ne tantæ expectationi deesset, ingenti studio in apparatum belli intendit. Et adfuerunt ei
multi Hetruriæ atq; Vmbriæ populi, quorum alij materiam ad fabricandas naues, alij arma, quidam
frumentum ac omnis generis commeatum ad iuuandum exercitum detulerunt. Quadragesimoquin-
to die, quod uix cuiquam credibile uideretur, fabricata instructaq; classe ex Italia decedēs Scipio in Si

ciliam

A ciliare contendit. At cum exercitum in ordines redigeret, eos præcipue seligendos putauit, qui sub
M. Marcello multos annos meruerant, summamq; scientiam rei militaris habere existimabantur. Si
culos autem partim autoritate, partim gratia impulit ad subministrandũ auxilium futuro bello, quod
in Aphricam transferre cum primum per anni tempus posset, omni studio parabat. Tradunt præter
alia Scipionem ex uarijs ciuitatibus CCC iuuenes legisse totius prouinciæ nobilißimos, ac eis præce-
pisse, ut certa die cum armis equisq; adessent. Hi ut imperatum erat cum præstò fuissent ad constitu
tam diem, optionem detulit consul, qua uel ipsi secum in Aphrica militarent, uel totidem alijs substitu
tis equos armaq; largirentur, utrum uellent acciperent. Singulis remißionem militiæ petentibus, da
ti sunt uicarij CCC Romani iuuenes, quos Scipio inermes ex Italia adduxerat, eo consilio ut Siculo-
rum impensa, sicut euenit, armis equisq; instruerentur. Horum opera multis postea certaminibus fi
deli atq; utili in Aphrica usus est. Iam tempus hybernorum erat, cum Scipio non solum in apparati-
bus belli, sed etiam in componendis Siciliæ rebus curam adhibendã ratus, Syracusas petit. Vbi cum
ex multorum querimonijs cognouisset, satis magnam copiam Italicorum militum in eadem urbe uer
sari, qui res bello partas, deinde Syracusanis per senatum restitutas retinerent, statim eos partim e-
dictis, partim iudicijs compulit ad ea implenda, quæ senatus censuisset. Qua ex re magnã gratiam et
iusti consulis famam apud Siculas gentes est adeptus. Interim per C. Lælium multa cum præda ex
Aphrica redeuntem certior fit, Masinissam regẽ cupidißime aduentum suum operiri, monere atq; ro
B gare, ut si Resp. cõmodo facere posset, quamprimum in Aphricã traijciat. Idem cupere multos Aphri
cæ populos, qui odio habentes Carthaginensium imperium, aliquã nouandarũ rerum occasionẽ ex-
pectent. Nec iam ulla Scipionis socordia eam profectionẽ distulerat, cum raro quisquã alter impera-
tor aut efficacior, aut solertior in rebus agendis fuerit. Verum Siculæ res & occasio recipiendi Lo-
cros impedimento fuere, quo minus negociũ pro suo arbitratu conficeret. Accessit etiam causa quæ-
dam Plemnij legati, qui Locris à Scipione relictus, cum omne genus improbitatis, libidinis, auaritiæ
in oppidanos exercuisset, facile multitudinem perpulit, ut omnia mallet, quàm impurißimi hominis
imperium ferre. Mißi igitur à Locrensibus Romam legati cum in senatum uenissent, & grauißimas
iniurias à Plemnio acceptas questi essent, sic patres mouerũt, ut non solum in Plemnium, sed etiam
in Publium Scipionem atroces sententiæ dicerentur. Hinc obtrectatores Scipionis amplam materiã
calumniæ nacti, asserere non dubitabant, eum cognouisse Locrensium iniurias, Plemnij scelera, suo-
rum militũ dissensiones, atq; omnia leniùs tulisse, quàm optimũ consulẽ deceret. Addebant præterea
exercitum in Sicilia habere uecordẽ, & omni disciplina solutũ militari, ipsum ducem oscitantem to-
tum se ad uoluptates & ocium contulisse. Et præter cæteros Fabius Maximus in Scipionem inuectus
sic modũ excessit, ut extemplo reuocandũ ex Sicilia, abrogandumq; ei imperiũ cẽseret. Hæc nimis a-
spera uisa omnib. sententia est. Quamobrẽ Q. Metelli cõsilium secuti patres decreuerunt, ut decẽ le-
gati in Siciliam transmittentes, cuncta quæ de Scipione ad senatũ delata erant, diligenti studio per-
quirerent, si nocentẽ inuenissent, statim iussu senatus in Italiã reuocarent: sin uero falsa essent crimi
na, & uanæ inuidorũ calumniæ, dimitterẽt ad exercitũ, hortarenturq; ut fidenti animo bellũ suscipe
C ret. Profecti in Siciliam legati, in discutiendis singulis rebus nullã Scipionis culpã inuenire potuerũt,
nisi quod iniurias à Plemnio Locrensibus illatas nimis leni animo pertulisset. Erat enim Scipio in re
munerando largus, in puniendo mitis & clemens. Exercitum uero, classem, & omnẽ apparatũ belli
cũ intuerentur, sic admirati esse dicuntur copiã & ordinẽ singularũ rerum, ut postea in urbẽ redeun
tes amplißimis laudibus P. Scipionẽ efferrẽt, & reiectis inuidorũ calũnijs, ad certißimã uictoriæ spẽ
senatũ populumq; Romanũ reuocarẽt. Cæterũ domesticis impedimẽtis sublatis, aliæ foris superuene-
rũt curæ, quæ nõ mediocriter animũ Scipionis mentemq; turbarũt. Nã oratores à Syphace mißi de-
nunciarũt ei, nouũ sibi fœdus cũ Carthaginensib. ictũ, affinitatẽ cũ Asdrubale contractã, filiã eius si-
bi matrimonio iunctã: propterea monere, ut si suæ Reipublicæ cõsulere uelit, Aphrica abstineat, eos-
dẽ enim quos Pœni haberẽt, se amicos inimicosq; habiturũ. Hos legatos Scipio, ne mandata regis ef
ferrentur, extemplo ad Syphacẽ remisit cũ literis, quibus postulabat, ut initæ societatis iunctæq; dex
træ memor, caueret ne quid nomine Romano & regia fide indignũ moliretur. Post hæc concione ad-
uocata, legatos Syphacis uenisse in Siciliam dixit, ut sicut antea Masinissa, sic etiam hi nimiam dilatio
nem aduentus sui quererentur. Itaq; maturandum in Aphricã esse, atq; ideo cunctis militibus edicere
ut arma expediant, & ad profectionẽ necessaria comparent. Hoc edictum Romani ducis ubi per Si-
ciliam uulgatum est, statim multitudo ingens Lilybæum confluxit, non hominũ solum qui in Aphri-
cam traiecturi erant, sed eorum etiam qui spectatum uenerant Romanam classem, qua raro unquam
instructior aut omni armatorũ genere ornatior uisa fuerat. Ipse uero Scipio satis iam omnibus con-
stitutis, è Lilybæo soluit tãta cupiditate transmittendi, ut nulli ei neq; remi neq; uenti satisfacerent.
Deuectus est tamẽ paucis dieb. ad promontoriũ Pulchri, atq; ibi omnes copias in terrã exposuit. Sed

celeriter eius aduentus Carthaginem nunciatus sic ciuitatem turbauit, ut conclamatum esse ad arma, A
stationesq; in portis murisq; dispositas, quidam autores sint. Nam à M. Regulo usque ad eum diem
L. propè annorum intercesserat spacium, ex quo nullus imperator Romanus cum ualido exercitu ter
ram Aphricam intrauerat. Meritò igitur pauoris ac tumultus omnia erant plena. Augebat etiam ter-
rorem Scipionis nomen, cui Carthaginenses quem ducem aut opponerent, aut parem arbitrarentur
non reperiebant. Asdrubal Gisgonis filius egregius ea tempestate imperator habebatur, quem uictum
à Scipione fugatumq; ex Hispania meminerant. In eo tamen atq; in Syphace potentißimo rege magnã
spem seruandæ patriæ reponentes Pœni, hunc rogare, illum monere non desistunt, ut quanta maxima
celeritate poßint, Aphricæ rebus subueniant. Sed dum hi copias iungunt, interim Hanno Amilcaris fi
lius proximam regionem tueri iussus, obuiam Romanis progreditur. Scipio populatis agris, ditatoq;
exercitu ingenti præda, prope Vticam cum omnib. copijs consederat, ut celebrem urbem & opportu-
nam ad bellum terra mariq; gerendum, si qua uia fieri posset, in potestatẽ redigeret. Et sub idem tem-
pus Masinissa in castra Romanorum uenerat, ardens incredibili cupiditate belli gerendi aduersus Sy-
phacem regem, à quo non multo antea paterno regno fuerat expulsus. Hunc Scipio quia iuuenem a-
crem & manu promptum in Hispania cognouerat, priusquam maiores copiæ à Carthaginensib. coge
rentur, speculatum mittit hostium castra, atq; ei præcipit, ut omni ingenio adhibito Hannonem ad pu
gnam eliciat. Masinissa ut imperatum erat, hostem irritando, sensimq; trahendo perducit ad ea loca,
quibus in locis Scipio cum armatis legionibus constiterat, expectans occasionem gerendæ rei. Defes- B
sa iam erat hostium acies, cum Romani recentibus copijs obuiam facti, prælium ineunt. Primo cõgres
su superatur Hanno, & ipse cum parte copiarum occiditur. Reliqui terga dantes, quà potest quisq; fu
gam per diuersa petunt. Post hanc uictoriam, Scipionem ad oppugnandam Vticam redeuntem, absi-
stere incepto coegit subitus Asdrubalis & Syphacis aduentus, qui ingentes peditum equitumq; copias
secum ducentes, haud procul à Romanis posuerunt castra. Quod ubi animaduertit Scipio, statim solu
ta obsidione, castra in quodam promontorio cõmuniuit, unde procedere obuiam hosti, & uexare Vti
censes, & classem subductam tueri posset. Ceterũ cum tempus postulare uideretur ut hyberna utrin-
que peterent, placuit ei ad Syphacem mittere, qui tentarent animum regis, & quantum in eis esset à
Carthaginensium amicitia abducerent. Hunc enim sciebat Sophonisbæ nuptijs agitatum, & quasi mu
liebribus instructum furijs, eò insaniæ deuenisse, ut non modo Romanos non iuuandos, sed etiam con-
tra ius fœderis oppugnandos cẽseret: quod si qua uxoris satietas hominem cepisset, iam ad sanitatem
eum reuerti posse arbitrabatur. Syphax auditis his quæ nomine Scipionis ad eum deferebantur, tem-
pus iam esse respondit, ut non de relinquenda Pœnorum societate, sed de abijciendis belli consilijs a-
gatur, se optimum pacis autorem fore pollicetur. Huic sermoni Scipio aures adhibendas putat, solerti
Astus. animo rem nouam meditatus. Nam ex omni exercitu strenuos milites deligit, quos seruiles uestes indu
tos comitari oratores iubet, & quid fieri uelit ostendit. Hi ut præceptum erat, dum legati & Syphax
de conditionibus pacis inter se agunt, & longior consulto producitur sermo, speculatum proficiscun-
tur hostium castra, omnes aditus exitusq; explorant. Hoc sæpius facto, ad Scipionem reuertuntur.
Certum erat induciarum constitutum tempus, quo elapso Scipio simulat se omni spe pacis abiecta, ar- C
ma, classem machinasq; parare, ut quemadmodum antea orsus fuerat, Vticam oppugnatum redeat.
Hoc quàm late per regionem uulgari, hoc ab hostibus credi uolebat. Ipse uero tribunis militum con-
uocatis, consilium suum aperit. Docet bina esse hostium castra, paruo inter se diuisa spatio, quorum
altera ex lignis hybernacula, altera ex arundinibus contexta habeant, utraq; deleri incendio posse.
Quamobrem Masinissam & C. Lælium ad se uocat, atq; eis præcipit, ut intempesta nocte Syphacem
aggrediantur, ignem castris inijciant, se ex altera parte Carthaginenses inuasurum pollicetur. Hi mã
data impigre exequentes, cõstituta hora Numidarum castra adoriuntur, & ignem arundinibus appli
cant, quæ subitò incendium effuderunt, & penè in omnem locum castrorũ distulerunt. Numidæ fortui
tum primo incendium arbitrati, ad opem ferẽdam celeriter concurrerunt: mox ubi in legiones hostiũ
incidentes trucidari cœpti sunt, ancipiti pauentes metu, sese fugæ mandarunt. Simili penè ratione ab
altera parte exercitus cui Scipio præerat, incensa sunt Carthaginensium castra, & profligati hostes,
tanta fugientium strage, ut ad XL millia hominum ex Pœnis Numidisq; ea nocte absumpta quidam
autores sint. Hæc clades Carthaginem delata, sic terruit ciuium animos, ut alij ex Italia Annibalẽ re-
uocandum, alij pacem petendam à Scipione censerent. Sed factio Barchina potens pollensq; cum ab-
horreret à consilijs pacis, peruicit ut noui delectus haberentur ad restituendũ bellum. Igitur Syphax
& Asdrubal magna multitudine peditatus equitatusq; coacta, celerius opinione omnium exercitum
repararunt, atq; rursus in conspectu Romanorũ posuerunt castra. Quare cognita, Scipio non cunctã
dum existimauit, dum milites sui alacres essent & fiduciæ pleni, quin pugna decertaret. Accidit autẽ
ab initio ex propinquitate castrorum, ut leuia quædam committerentur prœlia: ad extremũ uero om
nibus

A nibus copijs concursum est, tantusq; ardor Romanorum militum fuit, ut primo impetu Numidas Pœnosq; in fugam converterent, magnamq; partem fugientium interficerent. Asdrubal & Syphax citato cursu ex media cæde profugerunt. Ad quos consectandos Scipio Masinissam & C. Lęliũ cum expedito equitatu misit. Syphax in Numidiam, atq; inde in antiquum regnum profectus, ex omni genere hominum exercitum coegit, obviamq; Masinissæ & Lælio factus prœlium committere non dubitavit, malo tamen consilio, cum esset hostibus longe inferior non tam dimicantium numero, quàm quod nec miles cum milite, nec duces cum ducibus erant conferendi. Itaq; à bellacissimis viris facile superatur, & quod Masinissa vix ausus esset optare, in prœlio capitur, & cum multis nobilibus viris ad Scipionem perducitur. Ceperat primum lætitia omniũ animos, cum Syphacem in castra adduci nunciatum est: deinde ubi vinctus in conspectum multitudinis est perductus, tanta viri præsentia, & pristinæ maiestatis recordatio, misericordiam intuentibus movit. Meminerant enim quàm celebre eius regis nomen, quàm florentes opes & amplissimi regni vires paulò antè extiterant, postea vero ex tãto fastigio prolapsum cernentes miserebantur. Ipse autẽ imperator Romanus benigne eum affatus, quæsivit quænam tanta causa animum eius mutasset, impulissetq; ad inferẽdum Romanis bellum. Tum rex veteris hospitalitatis, iunctæq; dextræ memor, fidenti animo Scipioni respondit, se coniugis Sophonisbæ amore captum, tantum facinus quantum [illegible] omnes scirent, in populum Romanum admisisse, atq; extemplo eas dedisse pœnas, quas cæteri pro documento habere possent, ut in fide atq; officio permanerent. Sed in extremis malis hoc sibi solatij cõtigisse, quod inimicissimum hominem Masinissam, eadem insania,

B qua ipse laborasset, correptum videret. Nam post victum captumq; Syphacem, Masinissa Cyrtham caput regni petẽs, cum urbem in potestatem redegisset, Sophonisbam multis precibus sibi blandientem ardere cœperat, mulieriq; fidem dederat, se eam à Romanorum manibus vindicaturum: & ut id commodius præstare posset, novis nuptijs sibi devinctam uxorem duxerat. Hæc celeriter ad Scipionẽ delata, magnopere hominem perturbarunt. Constabat enim auspicijs Romanorum victum Syphacem esse, & quæcunq; suæ ditionis fuerant ad eorũ iudicium pertinere: quod si Masinissa inconsulto Scipione patrocinium Sophonisbæ suscipiendum putarat, simul & imperium ducis & maiestatẽ populi Romani visus fuerat contempsisse. Accedebat huic culpæ turpissima libidinis causa, quæ tanto gravior videri debuit, quanto erat Romani imperatoris continentia maior, quam Masinissa ante oculos habebat ad imitandum. Nam Scipio præter cætera virtutis documenta, in omnibus locis quibus hostem superaverat, à captivis mulieribus victrices semper abstinuerat manus. Indignatus igitur adversus Masinissam, etsi primum in castra redeuntem præsente multitudine benigne accepit, postea tamen seunctum à cæteris ita obiurgavit, ut sentiret Numida moderatissimo simul & severissimo imperatori sibi esse parendum. Itaq; lachrymans & consilij inops in tentoriũ abijt, pauloq; post, cum fidem Sophonisbæ datam præstare non posse cerneret, atq; ex eo graviter angeretur, venenum ei cum mandatis misit, quo mulier repente hausto, voluntariam sibi conscivit mortem. Cæterum Carthaginenses tot tamq; multiplicibus acceptis cladibus, cum res in eum locum deductas viderent, ut iam non de propagando imperio, sed de servanda patria esset cogitandum, Annibalem ex Italia revocarunt. Qui celeri

C ter in Aphricam reversus, sive quod præsentis iuvenis felicitatem horreret, sive quod labenti & penè inclinatæ Reip. diffideret, omnium primum cum P. Scipione de pace agendum censuit. Quapropter petenti locus ad colloquium datus, quo simul congressi, longum sermonem de tollendis controversijs habuere. Ad extremum Scipio eas conditiones detulit Pœno, quibus facile apparuit, non tædere belli populum Romanum, & ipsum iuvenem spe victoriæ magis, quam concordiæ desiderio trahi. Itaque omni spe pacis adempta, colloquium dirimunt, atq; in posterum diem certamen parant duarum nobilissimarum bello gentium, duo clarissimi duces, imperium orbis terræ brevi spacio suis Rebuspub. aut daturi, aut erepturi. Locus prope Zamã fuisse traditur, ubi supremas vires quasi in medium effundentes, pugnam memorabilem cõseruere: in qua victores Romani, primum hostium elephantos, deinde equites in fugam verterunt, demum acrius inferentes pedem, totam aciem profligarũt. Cæsa aut capta ex Carthaginensium copijs supra XL millia hominũ à Romanis ferunt. Annibal ex tanta cæde incolumis evasit, nullo strenui ducis eo die munere prætermisso. Nã si unquã antea, tum ea pugna aciẽ peritissime instruxerat, loco subsidijsq; firmaverat, atq; in ipso certamine dũ manus conserebantur, sic militibus suis officium præstiterat, ut summi imperatoris laudẽ etiam ab hostibus tulerit. Post hãc victoriam, Scipio nactus Verminam Syphacis filium, opem Carthaginensibus afferentem, fugavit, & usq; ad mœnia portumq; Carthaginis exercitum admovit, ratus id quod accidit, Pœnos supplices ad pacem petendam venturos. Nam ut ad bella suscipienda alacer & promptus fuerat Carthaginensium animus, sic eo tempore mollis ac minime resistens mens eorum fuit, Annibale præsertim superato, in quo antea omnem spem servandæ patriæ collocatam habebant. Itaque consternati animo, le-

mo, legatos ad Scipionem mittunt, qui clementiam uictoris implorent, & multis precibus pacem ex- A
poscant. Iam Romæ de prouincia Aphrica contentiones erant, & alter ex nouis consulib. in exercitũ
properabat pari imperio ad gerendum bellum: quamobrem ueritus Scipio ne tanti belli confecti glo-
ria ad alium perueniret, æquo animo à legatis Carthaginensium se exorari passus est. Conditiones i-
gitur pacis Carthaginensib. datæ ex uictoris arbitrio, & præter alia, omnis classis, qua maximè con-
fidebant, adempta. Ea cum cremaretur, tam miserabile spectaculũ intuentib. præbuit, ut non secus in
urbe, quàm si Carthago à stirpe interijsset, comploratum sit. Ad quingentas enim naues omnis generis
crematas quidam autores sunt. Verum hæc nos admonere debent fragilitatis humanæ, cuius nimia (ut
ille inquit) in prosperis reb. obliuio est. Qui enim antea amplissimis uictorijs cõsequutis, omni propè
Italia in ditionem redacta, urbe Roma audacissime obsessa, imperiũ orbis terræ animis destinabãt, nõ
multo interiecto spacio, in cũ locũ deducti sunt, ut omni imperio amisso, nihil præter Carthaginis mœ-
nia possiderent, eaq; seruare posse diffiderent, nisi salua esse sineret hostiũ exorata clemẽtia. Post hæc
Scipio ex sententia senatus, Masinissam regẽ non solum in patrium regnum restituit, sed adiecta opu-
lentissima parte Syphacis regni, præpotentem inter Aphricæ reges fecit: singulis deinde pro meritis
præmia tribuit. Deniq̃ cõpositis Aphricæ rebus, exercitũ in Italiã reportauit: sub cuius aduentũ multi
mortales Romã cõfluxere, ut præstantissimũ belli ducem, post t[illegible]as res gestas, intuerẽtur. Itaq; cele-
berrimo triumpho urbem est inuectus, quem sequutus est Terentius Culeo senator pileato capite, quia
beneficio eius ex seruitute fuerat exemptus. Syphacem uero regẽ Polybius in triumpho ductũ, quidã
priusquã Scipio triumpharet mortuũ scribunt. Multi antea Punico, & postea Macedonico, atq; Asia- B
tico bello triumphantes, plura uasa aurea argenteaq; & maiorẽ copiam captiuorum præ se tulerunt.
Sed unus Annibal uictus, & tanti belli confecti gloria, triumphum P. Scipionis sic celebrem reddi-
dit, ut facile cæterorũ aurum pompamq; superaret. Aphrica enim subacta, nulla gens postea fuit, quã
uinci à populo Romano erubesceret. Quamobrem ex hac prouincia gradus imperij in Macedoniam,
in Asiam, atq; in reliquas partes orbis terræ est factus. Cæterum Scipioni, quem post Aphricam deui-
ctam iam Aphricanũ appellare licet, Romam reuerso, neq; ciuiles dignitates, neq; urbani honores de-
fuerunt. Nam cum censorum comitia haberentur, & multi competitores ex superna nobilitate con-
currerent, ipse & Elius Petus prælati omnibus sunt: creatiq; censores, magistratũ postea summa inte-
gritate concordiaq; gesserunt. Sequentes deinde censores alij atq; alij principem senatus Aphricanũ
legerunt: quod genus honoris ijs tantum uiris deferri consueuit, qui autoritatẽ & gloriam maximis
in Remp. meritis præstantissimisq; rebus gestis, essent consequuti. Nec multo interiecto spacio, creatus
est iterum consul, collegaq; ei datus Sempronius Longus, Sempronij illius filius, quem Annibal magna
affectum clade ad flumen Trebiam superauit. Hi primi fuisse dicuntur, qui in spectãdis ludis patres à
populo secreuerunt: quam selectionem plebs Romana molestissime tulit, aduersus consules indignata,
qui honorem senatorij ordinis extulisse, suum contempsisse uisi erant. Et ipsum etiam Aphricanum a-
liquando pœnituisse tradunt, se ueteris moris tollendi, noui introducendi autorem fuisse. Erant per id
tempus quædam contentiones de finibus imperij inter Masinissam et Carthaginenses exortæ, ad quas
componendas Scipio duoq; alij legati à senatu missi, cum causam discordiæ cognouissent, rem totam C
integram suspensamq; reliquerunt. Atq; eo consilio id factum dicunt, ut Pœni domesticis contentioni-
bus occupati tenerentur, neue alijs negocijs uacare, uel ad spem nouarum rerum erigere animos pos-
sent. Vigebat enim cum rege Antiocho bellum, & Annibal Pœnus cum eo erat, qui nunquam cessabat
in populum Romanum ueteres hostes concitare, nouos acquirere, & omnibus modis Carthaginensi-
bus suadere, ut seruitutis iugum sub titulo fœderis sibi à Romanis impositum abijcerent, & regum a-
micitiam experirentur. Verum paulò post Romani rebus prospere gestis, Antiocho è Græcia pulso,
cum iam Asiam animis destinarent, Aphricanum intuebantur, ueluti hominem natum ad bella ma-
gni ponderis finienda. L. autem Scipio & C. Lælius consules erant, & uterque sibi Asiam pro-
uinciam decerni cupiebat. Res arbitrio senatus permissa erexit studia patrum, senatoresq; dubios
reddidit de tantis uiris iudicium facturos. Sed cum apud patres maior Lælij gratia, maior etiam
existimatio esset, & senatus ad eum inclinaret negociumq; deferret, surrexit P. Aphricanus fra-
ter maior L. Scipionis, & illam ignominiam familiæ deprecatus est, dixitq;, & in fratre suo sum-
mam uirtutem esse summumq; consilium, neque se ei legatum defuturum. Extemplo hæc uox in-
genti patrum lætitia excepta, omnem dubitationem ex eorum animis dempsit. Decretum est
igitur frequenti senatu, ut L. Scipio in Græciam aduersus Aetolos, deinde in Asiam si ei uisum esset,
transiret, ad inferendum Antiocho bellum, & P. Aphricanum secum duceret, quem Annibali uicto-
& pro Antiocho in acie stanti uictorem opponeret. At uero P. Scipionis pietatem quis non iure
miretur? quam non solum à prima adolescentia Cornelio patri, sed etiam L. fratri id ætatis ijsq; re-
bus egregiam præstitit. Et quanquam erat Aphricanus, qui Annibalem uicerat, de Pœnis triumpha-
rat,

A rat, omnes belli gloria & uirtute anteibat, imperio tamen minoris natu se spōte summisit, ut is in honore obtinendæ prouinciæ gratioso collegæ præferretur. Ex eo autem bello L. Scipio consul Aphricani consilio egregio quidem & fideli usus, maximam gloriam in patriam reportauit. Nam primum in Græciam traijciens inducias sex mensium Aetolis dedit, suadente Aphricano posthabitis omnib. Asiam caput belli peteret. Prusiā deinde Bithyniæ regē animo fluctuantē, Aphricani opera ab Antiochi societate auertit. Magnū enim erat Aphricani nomen, & omnes qui consulē adibant, rem aliquā impetraturi, eo patrono utebātur. Cum uero in Asiā peruenisset, & legatus Antiochi & Heraclides Byzantius præstò fuisset, ut de pace ageret, et publice expositis mādatis æquas cōditiones impetrare non potuisset, priuatim sicut præceptū erat, Aphricanū adijsse traditur, ac multis modis tentasse animū uiri, ut in regis desiderium traheret. Nam & filium adolescentē, quem captum in potestate haberet, Antiochum remissurum dixit, et Aphricanum in totius regni societatem, titulo tantum sibi reseruato, libentissime suscepturum adiecit. P. autem Scipio sicut multis alijs uirtutibus, ita fide & probitate præstans, cæteris posthabitis filium ut gratum munus se accepturum respondit, & pro priuato officio quantum in eo esset, priuatam gratiam relaturum. Sed ante omnia regem hortari, ut abiectis belli consilijs, quascunq; dederit senatus populusq; Romanus conditiones accipiat. Paucis uero post diebus Antiochus filium ad P. Scipionem ut pollicitus erat, remisit: quem alij iam inde ab initio belli à Chalcide Oricum petentem, alij paruo nauigio traijcientem, quidam proficiscentem exploratum consilia hostium, captum fuisse tradunt, atq; eo tempore ad patrem Eleæ ægrotantem remissum dicunt.

B Ea indulgentia regis, gratissima (ut par erat) Aphricano fuit, uisusq; ex longo interuallo adolescens, animum eius solicitum & corpus ægrum magnopere recreauit. Verum P. Scipio ut aliquod grati animi indicium præ se ferret, per legatos qui ad eum uenerant, amplissimas gratias Antiocho egit pro filio ad se remisso. Deinde eum monuit, ne prius in aciem descenderet, quàm se ab Elea in castra reuersum sciret. Motus autoritate uiri Antiochus, aliquandiu se castris continuit, & prœlium in longum differendum putauit sperans per Aphricanum se aliquem aditum ad consulem habiturū. Postea uero cum consul ad Magnesiam consedisset, & lacessendo atq; irritando hostem ad pugnam excitasset, continere se non potuit rex, quin iusta acie decertaret. Ei prœlio inter alios regios duces Annibal Carthaginensis interfuisse traditur. Victus profligatusq; Antiochus cum perditis rebus nullum remedium esse censeret, ad Aphricanum qui paulò post commissam pugnam leuatus morbo in castra uenerat, confugit, ac per eum à consule impetrauit, ut de pace agi liceret. Venientibus ergo in castra legatis Antiochi, petentibusq; ut regi suo ignoscerent, & quascunq; uellent conditiones dicerēt pacis, Aphricanum ex communi omnium sententia respondisse tradunt, non esse consuetudinem Romanorum, ut uel aduersis rebus succumbere, uel sequundis efferri sciant. Easdem conditiones, quas ante uictoriam detulissent, se deferre, ut Europa abstineat rex, cis Taurū montem usque ad Tanaim amnem possessione Asiæ cedat, in uiginti annos tributum pendat, uiginti obsides ex arbitrio consulis dedat. Et ante omnes Annibalem Pœnum concitatorem belli poposcit. Sed is ut in eius uita scripsimus, terra mariq; fractas uidens Antiochi opes, se manibus Romanorum surripuerat, & ad Prusiam Bithyniæ regem perfugerat.

C Antiochus acceptis conditionibus pacis, benigne sibi à populo Ro. factum dixit, quod magna cura liberatus, modicis regni terminis uteretur. Ampla enim imperia & nimiæ quæ expetuntur opes, tot tanq; uarias & undiq; circunfusas molestias habent, ut non minus uere quàm eleganter à Theocrito dictum sit:

Non mihi sint, nec opes Pelopis, nec multa talenta,
Nec celeri cursu uenios superare fugaces,
At uacuo curis liceat cantare sub antro,
Et procul è specula mare prospectare profundum.

Imperia ampla.

Consul debellato potētissimo rege Asiæ, celeriusq; opinione omniū bello maximo confecto, Romā redijt, & speciosissimo triumpho urbē est inuectus. Cognomē quoq; ex deuicta prouincia meruit, ut sicut ante Aphricanus ab Aphrica, sic etiā iste Asiaticus ob Asiā subactā diceretur. Nec P. Scipio, cuius consilio L. frater Remp. felicissime gesserat, expers honorum fuit. Nā paulò post duo clari censores T. Q. Flaminius & M. Claudius Marcellus eū principē senatus tertio legerūt, sicq; ijs duob. lustris ex quo est ab initio constitutus, in ea dignitate permansit. Verū operæpretiū est contēplari quàm uaria & quàm imbecillis sit rerū humana cōditio. Erat ea tempestate cumulata omni genere honoris Scipionum Corneliæq; gentis gloria, & Aphricani autoritas in eum gradum peruenerat, ut non esset priuato uiro in libera ciuitate ulterius expetendum. Hanc magnitudinem sustinere non potuit inimicorum inuidia, sed erupit tandem ea quæ animis latebat, & tantarum rerum autores sese effudit: Nam duo tribuni plebis, Porcij Catonis (ut quidam suspicantur) opera concitati, diem P. Aphricano dicunt, & pecuniæ ab Antiocho rege acceptæ, & non in publicū relatæ eum insimulant. Is suæ probitatis conscius uocanti magistratui

paret,

paret, ac ingenti fiducia animi in forum progressus, orationem amplam magnificamq; habet de reb. A
à se pro Rep. gestis: quarum commemoratio non pro gloria, sed pro suo periculo habita, à multitu
dine quæ ibi frequens aderat, æquis animis recipitur. Instant tamen tribuni. multis calumnijs homi-
nem onerant, & quasi culpæ obnoxium suspicionibus magis quàm argumentis accusant. Sequenti
die citatus iterum Aphricanus ad constitutam horam præstò adest, & cum magno comitatu amico
rum per mediam concionem ad rostra progreditur. Ibi silentibus cunctis, Memini, inquit, Quirites,
me tali die de Annibale & Pœnis egregiam uictoriam consequutum: quamobrem postpositis litibus
hinc eundum in Capitolium censeo, ut pro Rep. felicißime gesta diuino numini gratias agamus. Pro-
ficiscentem deinde P. Scipionem non modo in Capitolium, sed etiam ad omnia templa urbis, sequuta
uniuersa concio est, magistratu cum solis ministris relicto. Hæc uelut ultima prosperitatis dies & fre
quentia hominum, & beneuolentiæ significatione, quacunq; antecedenti felicior Aphricano illu-
xit. Nam postea ruri agere uitam procul ambitione ac foro constituit. Itaq; Linternum se contulisse
traditur, seu uehementi indignatione commotus, quod post tanta beneficia in ciuitatem collata, pro
mercede ignominiam reportaret: seu quia satietate gloriæ captus, generosius duceret sponte ini-
micorum inuidiæ cedere, quàm ui & armis magnitudinem suam tueri. Accusantibus deinde
tribunis contumaciam uiri, ac L. fratre absentiæ suæ causam in ægritudinem referente, unus è
tribunis plebis Tiberius Gracchus, cui simultates cum Aphricano erant, contra opinionem omnium
hanc excusationem accepit, & Scipionis causam modo eum summis laudibus efferendo, modo aduer
sarios deterrendo, sic egregie tutatus est, ut postea senatus frequens, qui hanc iniuriam iniquo fere- B
bat animo, amplißimas ei gratias egerit. Sunt autem qui uolunt Publium Scipionem priusquam Lin-
ternum concederet, librum pro reddenda ratione à L. fratre in senatum allatum suis manibus con-
cerpsisse, atq; id non fraude aut arrogantia fecisse, sed eadem fiducia animi, qua aliquando in questo
res est usus, cum claues ad aperiendum ærarium contra leges poposcit, ut necesßitati Reip. subueni-
ret. Quidam etiam dicunt, non Aphricanum, sed Asiaticum fuisse quem tribuni plebis in iudicium
uocarunt: & P. Scipionem qui in Hetruria per id tempus erat legatus, hac re cognita celeriter in ur
bem redijsse, & primo aduentu cum offendisset L. fratrem damnatum, & paratos ministros, qui
eum uinctum in carcerem ducerent, sic animo exarsisse, ut uiatorem tribunosq; plebis ui à corpore
fratris repulerit. Adijciunt præterea Tiberium Gracchum tribunum plebis questum primo, solutam
esse à priuato tribunitiam potestatem, deinde postpositis simultatibus, quæ sibi cum Scipionibus in-
tercedebant, eorum patrocinium suscepisse, ut tribuni potius à tribuno, quàm à priuato uicti uideren
tur. Eodem die senatum in Capitolio cœnantem autorem fuisse scribunt, ut Aphricanus minorem ex
filiabus Tiberio Gracchi desponderet. Hac sponsione facta rediens domum P. Scipio, cum uxori
nouam affinitatem nunciasset, indignata mulier dixisse fertur, non debuisse eum inconsulta matre fi
liam despondere, etiamsi Tiberio Graccho locare potuisset. Id responsum Scipioni iucundißimum
fuit, cum uidit coniugem in eãdem sententiam, in qua ipse constiterat, de locanda filia incidisse. Nec
sanè me fugit hæc quæ modo dixi, nonnullos de Tiberio filio, & Appio Claudio eius socero tradidis-
se. Nam Polybius, & alij locupletißimi autores, Corneliam, quæ Caium & Tiberium peperit, post C
mortem Aphricani Graccho nupsisse scribunt. Fuit enim Aphricano Aemilia uxor L. Pauli filia, qui
consul pro Rep ad Cannas occubuit. Ex ea genuit filias duas, quarum maiorem natu P. Cornelio Na
sicæ, minorem seu in uita seu post mortem patris, Tiberio certe Graccho nuptam constat. De filijs
uero pauca reperiuntur, quæ pro certis afferri poßint. Diximus de adolescente ab Antiocho capto,
& ad patrem liberaliter remisso, de quo nullam postea scriptores, quod compertum habeam, men-
tionem faciunt, nisi quod cum præturã gesßisse, & in magistratu consequendo à Cicereio patris scri-
ba adiutum fuisse quidam autores sunt. Proditum quoq; memoriæ est, Aphricanum minorem à filio
P. Scipionis adoptatum fuisse. M. Cicero in eo libro, qui Cato maior inscribitur, Quàm fuit imbecil-
lis, inquit, P. Aphricani filius is qui te adoptauit. Et in sexto de Rep. libro pater Aemilius Scipionem
filium hortatur, ut sicut Aphricanus auus colat iustitiam & pietatem. De exitu autem P. Scipionis
uaria scriptores tradidere. Alij Romæ mortuum, elatumq; scribunt, & ad fidem huius rei monumen
tum ad portam Capenam ei factum, & tres statuas superlocatas ferunt, quarum duæ P. & L. Sci-
pionum dicuntur esse, tertio Q. Ennij poetæ. Huic sententiæ illud Ciceronis conuenire uidetur: Cha
rus, inquit. Aphricano superiori fuit noster Ennius. Itaq; etiam in sepulchro Scipionum putatur is
esse constitutus. Alij autores sunt, & frequentior fama est, Linterni Aphricanum mortuum, ibiq; ex
sua institutione sepultum esse, ne patria parum memor beneficiorum, suum funus celebraret: monu-
mentumq; ei factum, ac statuam superpositam, quam postea tempestate disiectam Liuius se uidisse
testatur. Præterea apud Caietam in marmoreo sepulchro æneaq; urna hæc inscripta reperiuntur:

Deuicto Annibale, capta Carthagine, & aucto

A *Imperio, hos cineres marmore tectus habes.*
Cui non Europa, non obstitit Aphrica quondam,
(Respice res hominum) quam breuis urna premit.

Ego uerò quæritans quo anno ætatis Aphricanus obierit, IIII & L annos eum uixisse, pauloq́; post interisse, apud quosdam oratores Græcos inueni. Fuit autem uir nō solum omni bellica laude dignus, sed etiam domesticis uirtutibus præstans, quæ sic eius animum ingeniumq́; alebant, ut dicere solitus sit, nunquam se minus ociosum esse, quàm cum ociosus: nec minus solum, quàm cum solus esset. Interdum enim multitudinem consulto fugiens tanquam in portum se in solitudinem recipiebat. Sed ea erat rerum gestarum gloria, ut quocunq; proficisceretur, concursum omnis generis hominum commoueret. Tradit fama cum in Linternum secessisset, prædones quosdam eum salutatum uenisse, ut tantum uirum intuerentur, dextramq́; illam fide & uictorijs præstantem contingerent. Magna est enim uirtutis uis, & magna apud omnes gentes, cum non solum bonos, sed etiam improbos ad se amandum alliciat.

ANNIBALIS, P. QVE SCIPIONIS COMPARATIO.

Iam uerò res admonere uidetur, ut Scipionis & Annibalis gesta, & ea quæ ad domesticam pertinent disciplinam, paucis uerbis conferamus. Primùm si res bellicas considerare uelimus, satis constat ambos fuisse summos præstantissimosq́; belli duces, ac non modò ætatis suæ, qua nulla bellacissimorum uirorum feracior fuit, sed etiam superiorum temporum cuilibet regum imperatorúm ue pares. Id autem mirari libet, cum potentissimos aduersarios domi haberent, qui omnia sua consilia oppu-
B *gnare nitebantur, tamen eos in externis bellis sustinere aut perficere potuisse. Nam ut cætera omittam, P. Scipio aduersante Fabio Maximo, alijsq́; principibus ciuitatis, quam a contentione perfecit, ut in Aphricam mitteretur ad gerendum ex propinquo Carthaginensibus bellum. Annibal uerò quem aut qualem aduersarium habuit Hannonem principem factionis aduersæ? Ambo igitur multis domi forisq́; difficultatibus uictis, non felici quadam temeritate, ut plerisq; contigit, sed arte, ingenio, consilio, res omni memoria dignas gessere. Verùm Annibalis ferociam plerique mirantur, qui expugnato Sagunto ausus sit ab ultimis terrarum finibus in Italiam uenire, ingentes peditum equitumq́; copias secum ducere, ualidissimam remp. quam maiores sui non mediocriter formidauerant, bello lacessere, multis exercitibus, consulibus, imperatoribus cæsis, sub mœnibus Romanæ urbis castra ponere, externos reges, longinquas nationes commouere ad inferenda Romanis arma. Hæc qui fecerit, maximum ac fortissimum ducem habendum putant. Alij uerò in Scipionem conuersi summis eum efferunt laudibus, quatuor nobilissimos duces, quatuor exercitus in Hispania fusos fugatosq́;, deuictum & captum ingentis nominis regem enarrant. Postremò illam memorabilem pugnam extollunt, qua Scipio collatis signis Annibalem profligauit. Nam si Fabio, inquiunt, laudi datum fuit, quia non est à Pœno superatus, quid de Aphricano dicendum erit, qui celeberrimum ducem magno prælio fudit, & grauissimum bellum confecit? Hunc insuper aperto Marte bella gerere, cum hoste æquo campo congredi consuesse memorant. Annibalem contrà insidijs, dolis, atq; omni genere fallaciæ uti solitum tradunt. Itaque omnes Græci Latiniq́; scriptores callidissimum ducem appellant. Sunt præterea qui An-*
C. *nibalem laudandum censent, quòd tam diuturno tempore, quo bellum cum Romanis gessit, exercitum conflatum ex omni genere hominum sic quietum & concordem tenuit, ut nulla unquam in castris audita seditio sit. Vituperādum econtrà arbitrantur, quòd post illam memorabilem cladem Romanis illatam, segniter sit uictoria usus: quòd Campaniæ Apuliæq; delicijs sic milites suos corruperit, ut non ijdem postea uiderentur, qui Romanos ad Trebiam, ad Thrasimenum, ad Cannas fudissent. Hæc cum omnes autores in eo reprehendant, tum perfidiam & crudelitatem maximè detestantur. Nam ut cætera omittam, quæ immanitas illa fuit, cum hominis Arpinatis uxorem & liberos in castris acceitos uiuos combussit? Quid de illis dicendum, quos ex Italia decedens in Iunonis Laciniæ delubro necari iussit? At Scipionem si scriptoribus magis quàm inuidorum calumnijs credere libet, moderatissimum ducem, nec solum in pugna strenuum sed etiam post uictoriam clementem fuisse dicemus. Itaque sæpissimè accidit, ut eiusdem uirtutem hostes, misericordiam uicti, fidem cæteræ gentes experirentur. Iam uerò continentia & liberalitas uiri quanta aut qualis fuit, qua in uirginem captiuam, qua in Luceium principem Celtiberorum est in Hispania usus? Quod autem ad utrumque attinet, ambo liberalibus artibus eruditi, ambo doctorum hominum amatores fuisse dicuntur. Tradunt enim ut Aphricanum Ennio, sic Annibalem Sosillo Lacedæmonio familiarissimè usum. Sunt etiam qui Pœnum literarum Græcarum non modò non ignarum fuisse scribunt, sed in hoc quoque genere laudis tantum ei tribuunt, ut historiam de rebus gestis Manlij Vulsonis Græco sermone scripsisse uelint. Ego uero M. Tullio libenter adhæreo, qui in libro de Oratore Annibalem dicit audiuisse Ephesi Peripateticū Phormionē,*

de imperatoris officio & de omni re militari copiosißimè differentem, pauloq; pòst rogatum quid A
nam de illo philosopho iudicaret, respondisse, non optimè græcè, attamen græcè, Multos se deliros
uidisse senes, sed qui magis quàm Phormio deliraret, uidisse neminem. Ambo præterea apti in dicen-
do, Annibal etiam acutus in respondendo fuisse traditur. Cum aliquando Antiochus populo Ro-
mano bellum illaturus, copias in aciem deduxisset, non tam armis q̃ auro argentoq; ornatas, quæsi-
uit à Pœno, an satis hæ copiæ sibi uiderentur. Tum ille, Satis, inquit, ô rex, quamuis hostes auarißi-
mi sint. Illud autem uerè dici potest, Annibalem res geßisse magnas, attamen reip. suæ calamitosas.
Causa enim perniciosißimi belli, causa pestis atq; exitij fuit. Scipio contrà sic remp. suam protexit,
patriam conseruauit, imperium auxit, ut qui ea meminerint, Romam ingratam appellare non dubi-
tent, quæ Aphricanum seruatorem urbis cedere ex urbe maluit, quàm paucorum furorem auda-
ciamq; reprimere. Ego uerò nec eam ciuitatem gratam appellare possum, quæ præstantißimi uiri si-
mul & innocentißimi tam abiectè ignominiam tulit: nec tam uituperare scio, quàm uituperandam
censerem, si ad eam iniuriam inferendam conuulisset manus. Verùm senatus, ut omnes autores asseue-
rant, Tiberio Graccho opem Scipionibus afferenti gratias egit: et plebs relictis tribunis qui reum ci-
tabant, per omnia templa urbis Aphricanum sequuta, facile declarauit, quanta beneuolentia, quan-
toq; honore dignum censeret Scipionum nomen. Quod si ex talibus indicijs ciuium animi metien-
di sint, non tam ingrata ciuitas in abijcienda beneficiorum memoria, quàm in toleranda iniuria le-
nis mollisq; censenda erit: pauci enim fuere, qui reliquis indignantibus, tale facinus audiendum pu-
tarunt. Cæterùm uir magni animi Scipio facilè contemnens inimicorum inuidiam, cedere ex urbe
maluit, quàm intestinis discordijs ciuitatem euertere. Nec iam ipse ut Coriolanus, Alcibiades, alijq;
permulti ex antiquorum memoria, infesta patriæ signa inferenda putauit, nec exteras gentes poten- B
tißimos reges commouendos censuit, ut eorum auxilijs fultus, ei ciuitati uim afferret, quam spolijs
triumphisq; decorarat. Quantum enim Romanæ libertati consuluerit, facile intelligi potuit, cum
regale nomen ab Hispanis delatum repudiauit: cum populo Romano succensuit, quòd eum perpe-
tuum consulem & dictatorem uellet facere: cum in comitio, in rostris, in Capitolio sibi statuas fie-
ri uetuit. Quæ omnia posteris temporibus ad Cæsarem, qui Pompeium profligauit, à seruientibus
ciuibus sunt delata. Eæ igitur aliæq; eiusdẽ generis sunt Aphricani propriæ uirtutes, maximæ ac ue-
rißimæ laudes continentiæ. Verùm ut hæc omnia ad unam summam referantur, hi duo celeberrimi
duces non tam domesticis uirtutibus, quibus Scipio magnopere præstitit, quàm bellicis artibus &
rerum gestarum gloria, comparabiles esse uidentur. Exitus quoq; uitæ similitudinem quan-
dam præ se ferunt, quòd ambo extra patrium solum obierunt: quanquam Scipio
non à rep. damnatus ut Annibal, sed uoluntario sibi exilio in-
dicto uitam extra urbem finiendam putauit.

FINIS.

LECTORI INTERPRES S.

T nusquam tuis, candide lector, studijs atq; commodis nostra deesset opera, tametsi & uarijs urgebamur grauibusq; occupationibus, & iniquitate tẽporis impediremur, syllabũ tamen quoque siue indicem tibi elaborauimus, quo ueluti Ariadnæ filo ad inuestigandos amplissimi huius operis recessus uti posses. Dedimus autem quantam potuimus maximam operam, ut cum locupletissimus, tum breuissimus hic noster Index fieret: locosq; plerunque tibi demonstrasse satis habuimus, cætera ipso ex opere petituro. Magistratus, leges, oracula, prodigia, apophthegmata, prouerbia, stratagemata, pugnas, bella, triũphos, orationes, insomnia, & quæ alia ad peculiare caput referenda, simulq; uno quasi fasce indicanda erant: suis singula seriei alphabeticæ (qua nihil ad hoc institutum potest excogitari aptius) locis consignata reperies. Id enim scio multo esse commodius atque rectius, quàm singulis singulos & à toto corpore separatos indices componere. Quod si autem nobis in tanta cùm copia rerum & uerborum, tum etiam festinatione uel excidit aliquid (quod facilimè fieri posse norunt periti) uel non commodissimè est collocatum: tuum erit nostram tamen operam boni consulere, ac pro tua solertia remedium uitio adhibere. Præmisimus autem Indici totius operis duos catalogos, quorum prior singularum Uitarum initia tibi demonstret, posterior recensionẽ eorum scriptorum, quorum testimonio Plutarchus usus fuit, satis accuratam & perfectam contineat. Post hos tertius quicquid rerum & uerborum memorabilium toto opere occurrit, indicat. Uale, & pro magnis laboribus gratus esse memento. Heidelbergæ, MDLXI.
pridie Idus Martij.

AVTORVM, QVORVM PLVTARCHVS TESTIMONIA CITAT IN HOC OPERE,

catalogus secundum seriem literarum.

Epigram-

INDEX ILLVSTRIVM VIRORVM, QVORVM VITAS PLVTARCHVS DEscripsit, Alphabeticus.

RERVM ET VERBORVM IN HOC PLVtarchi opere memorabilium index.

Ario-

bcnoni

Dicta & apophthegmata.

E

Fauo-

G

hepta-

ionia

M

O

Octauius

paccia-

priscus

Q

R

rex

S

sepul-

theoris

FINIS.

ERRATA QVAEDAM SIC EMENDABIS.

Initium uersus & folij numerus indicantur.

*3.c seus passim. in margine adde 10. 4.c immolauit. Cygnum. 5.a ret eductum. in margine. 15. 6.c.esset. filia Scrri natus. 7.a cum caprum. cum caprā b.qui fuit. plures quam. 9.a.rat. coronatam. 10.c.propter.post Isthmia tolle uirgulam Melicertæ. peragebatur. 14 c.calingua effert. 15 a.reliquerat. tolle uirgulam primam 16.b.rim appul. pro anxijs lege animum despondentibus. 17.a.in margine,filiæ. 24.c tamen. eorum. uersu, Cornelio. B. Caenensibus:sic & aliâs. c ast Tertruscum:& sic ubiq; legendum est,omisso b. 25 a.ferentes. pro lucum scribe cliuum. 27 a.imperiumq;. Tatius. b,pulcri. quâ. 29.a putatū, posse. 30. mendum. Veientes. 32. uersu primo. essem. 35.c.peruit. amori. 44.b reliquos. etiā reges. 46.uersu primo. Taygetū. 47.a insinuant ingeruntur. 51.c.tera. pro clamore,scribe acclamatione. 58.uersu 1. animaduertunt. 63.a ius. in margine 18. 64.a tumcas. mutrisq;.c choenicem. peregre. 70.a nimis. internam. b.cum dominis. in margine 1.71.c.uidentur. feminei. Iuuenculæ, in margine *. 71.a. quæstio. apud eos.c.ac partim. partim, Solone. 77.b.Heroas,tumulo quos terra Asopia condit. 82.a. Alius. antesis, c.His, tamen. 81.a.la ref. senatum c.pinquo. liberi 84.b.am cons. pro pecuniæ,scribe bonorumq;. c.uxoris. conueni. 87.c.batur. quod in lap. 92 uersu ultimo, nomine (qui. 94 c busq;. triturare. 100.b.leria. Poplicolæ. 101 sed &. incuare,uiros id. 104. c. mortali. consueuissent. 117.b.men. Artabanum. 129.b.li.Tigranem. 148.b.ceria. Panathenæo.150 b. riclis 32 in margine. 154 b.attingat. discrepet.162.b. qua cum. 186.c.fidel. eorum. 188 c.piens. Tisapherni 196.c.deratiûs. dictator M'Valer. paginæ 198 numerus malè scriptus est. 221.a stratus. succensens. c.aduectus. cum. 226.c.sertim. in margine 17. 227.c.qui inde. in margine 20. 233.a.inbib.Flaminino. 270.c.Bantius. ille es,de. 280.b.pite.natu uiuere.Factis. 289.b.præclaram. superesse.c.mebantur,propinquo. 291.a. indignè. inquit. 291.c. fieret momento. 306 uersu primo. se. a.uadere Firmani. 322. c. nibus. deficerent. 324. b.forem. Romanum. 328.a.non. istud. b di exer. in margine 9. 340.a.Phaet. numero. 341.a lapsi. Illyricum. 347.b.orationem. in margine.14. 353.uersu primo.lienses animum adiecit. 358.a.Cretensis Orœsus. 368.c.sensim. insecutus. 369.& 371.inscribi debet M A-RIVS,non PYRRHVS. 385.a.mercia. uicina. 393.b.quod Archestratum. 398.a re-ipsa. Pylam. 399.c.pitis. Tegeam. 402.a.this fuisset 403.c. licis laboribus. 408.a. ibiq; à Curione.c. aduenientem. 409.Cephisum. alueo. 410.c. centurio uisum. 411.b. tot à se. 414.c.enim apud. paginæ 416 numerus malè scriptus est. b.tim. Dolabellam. 417. b dibus numero. 425 a.meminit Isodicæ filiæ Euryptolemi, 427.c.didicisse. urbes. 431.b.animos. uitiatæ. 434.b.Thynnus uelut. concitabat erat Exucca. 437.uersu secundo.mitte. 440.astra.uisæ. 442 c.tum temporis. 443 c.chide & Statira,quæ. 446.c.ticos necatos 449.a. sex millibus. 455.b.regijsq; Flaminum. 463.b.rauerit Cythera. 446 c.uiris Comicus. 468.ret antè 471.b.quot,& Gong. 478 uersu primo adipisceretur.Sa. 486. c. eisceris eo autem erat affectu, 494 c. uberent sagittarium. 515 a.gentes sed & ad. 521.b.iores Senatorum:in. 527 c.hominum sibi uirtutis 534.a.sit. Archiam.sic & pòst. 559.b mōstrauerat! dam edid.fecto demum 566.a.extructo in eius 581 b.cij Illyrios 587 c.uniu.hospitibus,Pin. creto repugnauerant: 596.b.Qualem. in margine 16. 597. a.cubic. eunuchus 619.c.cauit inimicitiarum. 626.a.lit. Scæua c.to est quòd 629 b.ccm omnino 610 b.nutes Vercingentorigem 670.a.rum aberat)emisit, 693 c.ut essent ne 695 a.Quod. Troianos Co. b.actionum certaminibus petebat,cons. 697.a.nysio Thearidæ. 701.c.re ea,Dio-718.b.quid. uelut:sed 719 c.sui.lege fui 744 c.miliarib. dissecet. 751.c.adortæ Phylarchus 752 b.contendere de trag. uersu ultimo cuius 753 b.tale quidam c.inuaderet filo 756.uersu ultimo,10 in margine. 760.b.tes senatum 763.b.rum:cum rel. 778 b.perter. conciliandam 779.a.peruit quoquo 781.a percon. ademptum aliquid à b.tusq; cst à patre 790 c.sed inquiens se unquā 791 b.riorib. degressus 796 b.risq; conuersis e.gnantibus deprædantibus 797 b Lydiam Phile 804.b ut Cic.in margine 6.813 b.id pete. 824.c. quos Silanus 826 c.& Pop. M.In. 829.a.eiusdem Choeph 832 uersu ultimo Cæsarionem 833.c.nihil misso 838. a 1.as luxus 839 a.& imp.ephorus 859 b.Tabescebat in margine 18. 869. uersu 2.in margine 6. 918.a.Hispaniam.in margine 9. 948.numerus malè est signatus.*

Cætera candidus lector ipse æquo animo emendet.

[redacted] Augustani in Vitas Plutarchi à se conuersas

ANNOTATIONES:

IN QVIBVS MVLTA PLVTARCHI LOCA restituuntur, multa emendantur, multa explicantur: quædam quoque ex aliis autoribus eodem modo tractantur.

Accessit Rerum & uerborum in his memorabilium copiosiss. INDEX.

Cum Cæs. Maiest. gratia & priuilegio ad decennium.

BASILEAE, PER [redacted].

LECTORI S.

Ex his meis Annotationib. facile eruditi candidoq́ praediti ingenio Lectores intelligẽt, cùm qualis hactenus in manibus hominũ fuerit Plutarchus Latinus, tum qualem nos dederimus. Interpretũ aliquot insignia errata hîc demonstraui, non profecto alia de causa, quàm ut mei operis rationem redderem: aliosq́ etiam qui de Graecis libris Latinos facere student, sui officij monerem. Omnia uerò & Graeci librarij, & interpretum persequi si uoluissem errata, aut ubiq edere meae uersionis causas, in immẽsum haec lucubratio excreuisset, atq haud scio an ipsum Plutarchi opus aequasset. Permulta etiã sunt, quae uiti in Graeco repereram, atq apud interpretes, ita reliqui: nõ quòd mihi satis fieret, aut quòd mendum subesse non animaduerterem: sed quia non ueniebat in mentem, quo pacto emendare possem. Id praesertim in proprijs nominibus saepe mihi usuuenit. Statueram etiam annotare, ubi ea quae à Plutarcho scribuntur, ab alijs bonis scriptoribus eodem uel alio modo referrentur: atq etiam παραλειπόμενα addere, si quid (ut sunt non contemnenda quaedam.) ad uitam alicuius pertinens Plutarchus praeterijsset. sed longitudo operis futuri, molesq́ me ab instituto retraxit. itaq ea uel alijs indaganda, uel mihi suo commodiori tempore ac loco perscribenda reliqui.

Haec ipsa, qualiacunq sunt, grato animo probus Lector accipiat, boniq́ consulat.

IN THESEVM PLVTARCHI, INTERPRETIS Annotationes.

VTILE est admodum, scire qua quis ætate, quibus temporibus uixerit, quorum hominũ fuerit æqualis. Id quãuis de Theseo indicare difficilius est, quia ante olympiadas fuit: tamen cùm Helena puella sit ab ipso rapta, cùm filij eius in Troiano bello fuerint, cum ipse Herculis amicitiã coluerit, colligi ex ijs quæ apud Clement. Alexãdrinum lib. στρωματ. apud Dionysium Halicar. lib. 1. de antiquitate Romana, apud alios multos historiarũ & annalium scriptores demonstrantur, potest, à Romulo & Roma ad Aeneã usq; & Troiam tempora repetentibus nobis, Theseum annis circiter ante Romam conditam CCCCL floruisse. (nam nos quidem initio Romæ pro meta quasi & scopo utemur, ad quem dirigamus omnes alias historias, & ad hos quasi carceres reuocemus: quando neq; de annis à creato mundo elapsis certũ & firmum quicquã adhuc traditum est: & si quis ad natales Christi referre tempora uelit, nullo id negocio facere possit, cùm constet ferè, anno ab V.C. DCCLI Christum natum.) Plutarchus quidem autor in uita Cimonis est, ossa Thesei CCCC circiter post exilium eius annis Athenas à Cimone reportata fuisse. id autem apparet circa annũ Romæ CCLXXX factum fuisse: ut uix CL annis, aut ad summum CC ante Romam conditã uiguisse Theseum, inde iudicari possit. Sed & is locus (ut multi alij) mendosus haud iniuria, opinor, censeri potest. & si hoc non fit, aliam à nostra & recepta supputationem sequi Plutarchus potuit: quando non unam, sed plures, ipse Dionysius refert. Cæterùm Sosius iste Senecio, cuius tam nobilis est in Plutarchianis lucubrationibus mentio, quatuor sub Traiano gessit consulatus, ut ex annalib. patet. Fuisse eum in summo apud Imperatorem honore, Xiphilinus scribit ex Dione.

1 Quod est apud Aeschylũ.) Versus sunt, de Tragœdia cui titulus ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας.

2 Ambo præstanteis.) Versus est Homericus Iliad. 7. Idæi præconis ad Hectorẽ & Aiacem.

3 Siquidem ea quæ ut minimum.) Lapsus hæc uerba ad ea quæ de natalibus Thesei sequuntur, retulit. Ego secutus sum distinctionem Græci codicis: uidetur enim Plutarchus hæc dixisse, fabulæ causa remouendæ, quæ de Romulo in cœlum rapto fertur.

4 Euripides.) Initio Hippolyti coronati.

5 Optime uir.) In Græco est, ἄριστον ἀθηναίων ἀναφρικέσθαι. Legendum esse ἀφικέσθαι, ratio carminis docet. Iisdem ferè uerbis recitat hoc oraculum Aegeus Medeæ apud Euripidẽ. Isacius in Lycophronem eadem copiosè exponit, & ipsum oraculũ hoc modo: (quam quidem genuinam lectionem esse puto:)

ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα ποδῶνα φέρτατε λαῶν μὴ λύσῃς, πρὶν ἐς ἄκρον ἀθηναίων ἀφίκηαι.

6 Sub saxum ingens.) Esse in uia ab Hermione Trœzenem euntibus, ait & describit Pausan. lib. 2.

7 Vtrobiq; ut Græci.) Hoc addidi de meo, perspicuitatis causa. nam & υἱὸς θετὸς adopticius dicitur, παρὰ τὸ τίθεσθαι: ac θέσις adoptio. & cùm τίθημι sit pono, à monumentis istis repositus dici potuit Θησεύς.

8 Quod de Abantibus Homerus.) In Bœotia, uocans eos ὄπιθεν κομόωντας, crinito occipite. Cæterùm de more comam Deo nuncupandi, & consecrãdi, Pausanias hæc: τὸ δὲ ἕτερον ἀνάθημα κειρομένου τὴν κόμην παιδὸς οἱ ἐπὶ τῷ κηφισσῷ. καθεστάναι δὲ ἐν παλαιῷ καὶ τοῖς πᾶσι τοῦτο ἕλλησι, τῶν δὲ μάλιστα τις αὐτὴν ... ἄν φησι τῷ σπερχειῷ κερεῖν, ἀνασωθέντος ἐκ τροίας ἀχιλλέως τὴν κόμην. Atticis. Locus Homeri est Iliad. ψ.

9 In Isthmo Sinnim.) Ouid. 7. metamorph. Scinim nominat: Occidit ille Scinis, &c. Locus est uidendus: cõtinet enim horum Thesei facinorum elegantem recensionem. Et Pausanias unico N, σίνιν scribit.

10 Et spinis densis obsitum.) ἀσφάραγον. Lego, ut alij scribũt, ἀσφάραγον. Cur spinam uerterim, Suidas docebit. & Eustathius ait in Iliadis 21, esse τὸ ἐκ τῶν ἀκανθῶν ἀναφυόμενον. Stœben ex spinosarum herbarum numero esse, apparet ex Plin. 21. 16.

11 Cæterum sus Crommyonia.) Ouid. Cromyona, unico M scribit:

Quodq; suam securus arat Cromyona colonus.

Apud Pausaniam in Atticis legitur, ὗς τῆς κρομμυωνίας. Sed rursus initio Corinth. κρομμύων, ἀπὸ τοῦ κρόμμυ τοῦ ποσειδῶνος. Stephano est κρεμμύων, Plinio Cremyon. Strabo lib. 8. κρομμύων habet.

12 **Sunt qui Phæã mulierẽ latronem.)** Lego enim non λῃστρίδα, sed λῃστρίδα. alioquin fuit uertendum, Sunt qui Phæam uxorem Lestridi fuisse perhibeant: quod non admitto.

13 **Hermione Damaſtẽ Procruſtem interfecit.)** Græca ſic habent: καὶ μικρὸν προσελθὼν, Δαμάστην ἐν Ἐρμιόνι τὸν προκρούστην, ἀναγκάσας αὐτὸν ἀπισοῦν τοῖς κλιντῆρσιν, ὥσπερ τοὺς ξένους ἐκεῖνος. Lapus cùm uerterit, Cum domuiſſet Procruſtem, dubitaſſe mihi de uoce Δαμάστην uidetur, aut legiſſe ἐδάμασεν: etſi uerbo nihil eſt opus, cùm à ſuperioribus hæc pendeant. aliàs & ipſe dubitarem, niſi articulus τὸν oſtenderet Damaſten nomen, Procruſtem cognomentum eſſe. cùm nemo ſcriptorum, quod ego ſciam, Procruſten nomine Damaſtæ affecerit. Pauſanias Atticis πρὸς τούτῳ τῷ κηφισσῷ λῃστὴν πολυπήμονα ὄνομα, προκρούστην δὲ ἐπίκλησιν, ἐνοσφιν ἀπέκτεινεν. Ouid.

Vidit & immanem Cephiſias ora Procruſten.

Neq; hæc uerba ἀπισοῦν τοῖς κλιντῆρσι, ſunt admodum euidentia: ideoq; (ut arbitror) à Lapo præterita. Videntur mihi hoc ſignificare, latronẽ illum hoſpites in lectum aut culcitram collocaſſe, & eorum artus tantiſper extendiſſe, dum luxatis membris longitudinem lecti implerent, atq; ea ui ijs mortẽ attuliſſe: quod ſit προκρούειν. Quod idem ferè traditum à Diodoro Siculo lib. 5. inueni. Certè autor argumẽti ἰσθμίων Pindari, ſiue is eſt Triclinius, Procruſtæ cognomentum Sinidi tribuit: cum quo tamen reliqui diſſentiunt. ἐν ἐρινεῷ autem locum ſignificat in Iſthmo, ut apparet ex Plinij lib. 4. cap. 11. & lib. Strabonis 8. & Pauſania, atq; alijs.

14 **Eius menſis qui Græcis Hecatombæon.)** Quia parum conſtat, quomodo Græci, & Attici præſertim, mẽſes Latinis noſtris reſpondeant, & neq; interpretibus ea de re cum alijs, neque ſecum ferè ipſis conuenit: malui Græcum nomen relinquere. Dicã ſub finem totius operis hac de re quædam.

15 **Eductum cultrum, quaſi ad propoſitas carnes ſecandas.)** Gladium uertit Lapus, quod eſt in Græco μάχαιραν: ſatis inconueniẽter, ne dicam imperitè. Capulo gladij agnitum Theſeum facile concedo, ſicut eſt apud Ouidium:

Cùm pater in capulo gladij cognouit eburno,
Signa ſui generis.—

Eum ergo ut oſtentaret Theſeus, educendi cultri gratia protulit. Animaduerti etiam apud Homerum μάχαιραν eſſe cultrum, ξίφος gladium. Locum adſcribam ex Iliad. γ΄.

μάχαιρα.

ἀτρείδης δὲ ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν,
ἥ οἱ πὰρ ξίφεος μέγα κουλεὸν αἰὲν ἄωρτο,
ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας.— Scholion:

μάχαιραν νῦν τὸ παρὰ τὸ ξίφος μικρὸν μαχαίριον λέγει. Eſt & apud Herodotũ lib. 2. ὁ δὲ κρέως κατὰ χρῶ βοὸς διατετμημένου ἑλληνικῇ μαχαίρῃ γεύσεται αἰγύπτιος: id eſt cultro, haud quidem dubiè. ne dicam Halicarnaſſeum Dionyſium lib. 11 non ſemel ſcribere, Virginiã, cùm uindiciæ eſſent ab Appio Claudio ab libertate decretæ, à patre ſuo cultro lanij confoſſam: μαγειρικῇ μαχαίρᾳ. Et noſtrates ſanè homines qui uulgari & impolito utuntur ſermone, etiam gladios meſſer nominant: cùm culter ſic Germanicè dicatur, uoce à Græco μάχαιρα deducta, uti appaeet. & quidem ipſe Plutarchus cùm loquitur de gladio hoc, qui eſſet γνώρισμα Theſei, non μάχαιραν dicit, ſed ξίφος.

16 **Septa eſſe in Delphinio.)** περίφραγμα: lego περιφραγμένον. Delphinium autem templum Athenis erat, Apollini dedicatum: Suidas. & mox ipſe Plutarchus Apollinis Delphinij meminit. & Euſtath. in φ. Iliad. δικαστήριον fuiſſe Athenis eo nomine ſcribit, ubi de cædibus iudicaretur. ἑρμῆς porrò frequenter ſtatuam Mercurialẽ ſignificat: unde illa ἑρμῶν περικοπὴ ex Thucydide infrà in Alcibiade. & Hermæ Pentelici apud Ciceronẽ ad Atticum. Lapus templi partem reddiderat.

17 **Sphetta. Gargetto.)** Pagi ſunt apud Athenas, de quibus in Stephano dicemus.

18 **Palleneis cum Agnuſijs.)** Nomina ſunt curiarum Atticarum. quod non intellexit corrector iſte Latinæ uerſionis, qui pro παλληνέων reponendum arbitratur παλλαντιδῶν: quaſi uerò curia non ab his nomen habuerit. Idem pro ἑκαλήνην, quod eſt ab Hecale diminutiuum, mallet ἑκαλήσιον. Quaſi uerò ὑποκοριστικὸν aliter non potuerit, quàm trito illo modo, formari.

19 **Tetrapolis habitatoribus.)** Hoc eſt Atticæ, quam quatuor urbibus habebant, Oenoa, Probalintho, Tricorytho, Marathone, ut refert Stephanus. Sex. Pompeius Feſtus aliter: Quadriurbẽ, inquit, Athenas Accius appellauit, quòd ſcilicet ex quatuor urbibus in unum domicilia tulere, Braurone, Eleuſine, Sunio, Piræeo: ſed hæc aliàs. Hinc apud Euripidem populus Athenienſis τετράπτολις ξύνοικος λαὸς dicitur, ἡρακλείδαις: quippe cùm ex quatuor unum Theſeus cõpoſuiſſet, ut ſequetur apud Plutarchum. Cæterùm Strabo, grauis autor, Tetrapolim unam è duodecim ciuitatib. facit, in quas Atticam hominum turbam digeſſerit Cecrops, & quas in unam deinde Theſeus redegerit. lib. 9.

20 **Homerus colloquio Iouis.)** Locus eſt Vlyſſeæ 19. ubi Διὸς ὀαριστὴν uocat. Hor. 1. Carm. oda 28. ſic uertit:

Et Iouis arcanis Minos admiſſus.

Eſt autem ὀαρίζειν, colloqui cum aliquo, nõ nugas, δαρίζειν

ſed

sed seria, & res arcanas tractandi causa: quod & hinc apparet, & ex eo, quod Græci ob hoc uxores ὀάρους uocant. quo uocabulo & Homerus ita usus est libro Iliadis nono,

ἀνδράσι μαρναμένοις ὀάρων οὕνεκα σφετεράων.

21 Quod is, cùm omnis mali causa.) *Diodorus lib. 4. (quintum alij citant, quod alteram primi libri partē pro secundo libro, hunc pro tertio accipiunt) ait, Androgeon ab Aegeo, metuente ne is cum Pallantis filijs societatem sui regno pellendi coiret, apud Oenoen positis insidijs occisum. Corrector iste annotauit, Diodorum scribere, id apud Thebas factum.*

22 In Phalero.) *Portus est Atticæ, unde Demetrio Phalerei cognomentum.*

23 Ei placidè respondit.) *τούτῳ μὲν ἀπεκρίνατο πράως ὁ Θησεύς, παροξυνόμενος, &c. sic legendum est, ut sensus constet.*

24 Partim in Attica statim naues.) *Sensus est is, opinor, quem extuli. Græca sunt monstrose corrupta, τὴν μὲν οὐθυμαιταδῶν αὐτοθιμακράν. οὐθὺ puto & αὐτόθι μακράν. Sed μαιταδῶν quid fuerit, dicant, qui in meliori exemplari uiderint: unico enim nobis uti contigit Basiliensi. Hæc cùm scripsissem, antequam Gallicam uersionem cōsuluissem, ut eā inspexi, deprehendi Amiotum legisse, οὐ θυμαιταδῶν, ac fortaße etiam aliquid amplius habuisse, si hic non est ἔλλειψις. Sic enim uertit, au bourg de Thymetades. q. d. in castello aut oppido Thymætadarū: ut appareat eam fuisse familiam Atticam, Theseo coniunctā necessitate. Sanè apud Pausan. lib. 2. legi, ultimum Theseidarum regum Athenis nomen Thymœtæ gessisse: si quid hoc ad coniecturam facit. Meminit & schol. Aristoph. & Suidas, Thymœtadarum cognomentum Acharnensibus tribui solitum, uti agrestibus & duris.*

25 Suspendio uitam finiuisse.) *ἀπάγξασθαι legi, pro ἀπάξασθαι: uti non est obscurum.*

26 Inseruisse Homeri Necyiæ.) *hoc est, libro Vlyssea undecimo. sic autē cùm alij, tum Cicero 1. Tusc. quæst. nominat hunc librum, quòd Vlyßis ad manes descensum exponat.*

27 Gorpiæi mensis.) *Hunc ferè Septembrem interpretantur. Suidas γορπιαῖον ait esse τὸν σεπτέμβριον, κατὰ τοὺς μακεδόνας Gordiæum. Sed & Hesychius in uoce AB, γορπιαῖον perhibet.*

28 Ficus, & pingues.) *εἰρεσιώνην cur frondem lemniscatam uerterim, facilè eruditi intelligunt. Cæterùm hi uersus alibi aliter leguntur. Nam & in primo φορᾷ malo, quod est apud Eustathium (quem legent studiosi huius rei cognoscendæ, sub finem commentariorum in XX Iliadis) Varinum, Suidam, & Clementem Alex. initio quarti Stromatū, quàm φέρειν. & cum hic atq; apud Clementē sit ἀναψύσασθαι, apud Suidā ἀποψύσασθαι, apud Varinum ὑποψύσασθαι, atq; etiā ἐπικρύσασθαι, ex Eustathio hoc legitur. deinde ibidem κύλικ' legitur, & ὅπως atque ἵνα pro ὡς. Ego sensum obseruaui. Extat de Eiresiona etiam Homeri carmen in uita eius apud Herodotum, (siquidem is est autor) & Suidam.*

29 Astu ipsum & urbem.) *Sic Cicero II. de Legib. Atticos Theseus migrare ex agris, & in astu, quod appellatur, omnes se conferre iußit. Et Terentius in Eunucho: An ille in astu uenit? de Chærea, qui ex Piræeo se in urbem contulisset.*

30 Hæc non sunt Peloponnesus.) *In Græco ita lege, ἃν ἔφρασε τὰ μὲν πρὸς ἕω, τὰ δ' ἰχθ, &c, ut uersus qui sint, intelligatur.*

31 Nauis qua spectatum uenirent.) *θεωρίδα, ego hic quasi ad uerbum uerti. Est autem Theoris nauis publica Atheniensium, ut paralus, ut Salaminia, de quibus alibi. Hanc autem quotannis solebant Delphos mittere ex uoto Thesei, qui ea in Cretam uectus reuectusq; fuerat: eaq; missa, dum rediret, quasi iusticium Athenis erat. de qua re legatur initium Phædonis Platonici, Suidas, interpres Aeschyli ἑπτὰ ἐπὶ θήβας, alij. Inde uidetur dictus θεωρός, qua uoce in Camillo est, & Demetrio, & alibi usus Plutarchus. Cæterùm ex hoc loco apparet, nauim theorida non Delphos modò, sed & aliò publicè ad spectacula & sacrificia mitti consueuisse.* θεωρὶς nauis.

32 Quarhomboides est.) *ὅπερ τὸ ῥομβοειδές. figura est parallelis, sed non omnibus æqualibus lineis, angulisq; non rectis contenta quadrilatera. Sed cuius rei figura sit, sepulcrine, an alius, an uerò proprium hic sit nomen, in Græco non exprimitur, itaq; sic reliquimus.*

33 Theseidem.) *poema de Theseo.*

34 Cadmiam.) *arcem Thebanam, quod satis est notum.*

35 Eleutheris.) *Oppidum est Atticæ, quod uersus Bœotiam pro limite aliquando fuit. Pausan. Atticis.*

36 Cum Pirithoo Theseus Spartam uenit.) *In Græco est simpliciter ἐλθὼν μὲν εἰς σπάρτην ἀμφότεροι: ita ut uideantur quædam hic deesse. nulla enim Pirithoi & Thesei præcesßit mentio: de quibus tamen autorem loqui, sequentia indicant.*

37 Is uxori nomen Proserpinę.) *In Græco ita omnino est, uti ego reddidi. Lapus tritam, ut opinor, fabulam potius sequendam ratus, reginam Cereris nomine, filiam Proserpinam edidit: idemq; est apud Amiotum. Alioquin Aidoneus Pluto Græcis est, cui non Cererem, sed huius fi-*

liam Proserpinam, raptam ab eo, coniugem fuisse fabulæ loquuntur. Atq; de hoc etiam illis conuenit, Peritthoum non ad filiam Proserpinæ, sed ipsam met Plutonis cõiugem rapiendam auxiliatore Theseo profectum. Plutarchus ergo alios autores, qui mythologiam tradiderint, secutus uidetur. Res non est summi momenti: fuit tamen notanda.

38 Menestheus Petei filius.) ὁ πετεὼς. *Lapus errorẽ libri secutus,* Mnestheus Petensis. *Scribendum* ὁ πέτεω, *notum est uel ex illo Homerico Iliad. β'.*

— υἱὸς πετεῶο μενεσθεύς.

Memu..itq; eodem modo in Corinth. Pausanias.

39 Matrem eius ad Aphidnas.) *Malè in Græco* ἀθήνας, *pro* ἀφίδνας.

40 Exertis Clymene.) *Locus est Iliad. 3. Vide quæ ibi annotauit Scholiastes, & Calabrum lib. 14. de Munito multa sunt apud Lycophronem. nam Munitum ille uocat,* μούνιτον. *Quo loco quàm & arroganter & stultè (ut sæpenumerò) doctissimum poetam interpres Zezes, nescio quarum argutiarum ostentãdarum gratia insectetur, suiq; oblitum nugetur, ostendam (Deo uolente) in Varijs meis aliquando lectionibus.*

41 Inuenitq; eos quos reliquerat sibi infensos, id ad odium suum adiecisse.) *In Græco legitur,* οὓς μὲν ἀπέλιπε μισοῦντας αὐτὸν, εὑρίσκων τῷ μὴ φοβεῖσθαι τὸ μισεῖν προσειληφότας, *Lapus ita uertit, ut haud dubiè legerit:* οὓς μὲν ἀπέλιπε, μισοῦντας αὐτὸν εὑρίσκων, τῷ μὴ φοβεῖσθαι, *&c. Neutram lectionem cur probem, aperiam. Lapi eò locum non habet, quòd neq; omnes quos reliquerat Athenis Theseus, ipsum oderant: & qui antè odissent, tum demum adducto in contemptum Theseo, etiam non metuebant. Tacitum enim odium contemptui aperto anteire, & manifestæ inimicitiæ, solet: non contrà. Quare ne nostri quidem codicis lectio constat: sed ita est emendanda,* οὓς μὲν ἀπέλιπε μισοῦντας αὐτὸν, εὑρίσκων τὸ μὴ φοβεῖσθαι τῷ μισεῖν προσειληφότας. *Hoc ut ita esse intelligas, considera illam uocem*
Libro 18. *tyrannorum: Oderint, dum metuant. Estq; sapienter dictum à Diodoro Siculo:* τὸ γὰρ ἐν ταῖς εὐτυχίαις σιωπώμενον μῖσος, ὅταν ἐκ μεταβολῆς ἐν ταῖς ἀτυχίαις ἐκραγῇ ταῖς ὀργαῖς, ἀποθηριοῦται πρὸς τοὺς μισουμένους. *Qui, inquit, rebus utentem secundis aliquem tacitè oderunt: si eius fortuna in aduersam mutata indignatio hæc erumpat, planè aduersum eos, qui odio sunt ipsis efferantur. Sed hæc satis.*

IN ROMVLVM PLVTARCHI, INTERPRETIS ANNOTATIONES.

1 Seruatos * Romam.)

Locus enim uidetur mutilus, ideoq; scribo ἀπενεχθέντας * ὀνομασθῆναι ῥώμην. *Nam Lapi sententia nõ probatur mihi. Amiotus ita habet: Pueros saluos in eum locum delatos, qui deinde sit appellatus Roma.*

2 Cermanus.) *Apud Varronẽ lib. 4. de ling. Lat. & apud Sex. Pompeium Festum, Cermalus legitur: quos uide.*

3 Ruminantes pecudes eo loci.) ἐνδιαζόντων, *non* ἐνδιαζόντων, *scribe. Est autem* ἐνδιάζειν *propriè meridiari, seu interdiu dormire aut quieti se dare. Sic & in Lucullo,* μεσημβρίας οὔσης, καὶ τῶν στρατιωτῶν ἐνδιαζόντων ἢ ἀναπαυομένων. *Eustath. in 4. Vlyss. ad uersum de Proteo,* ἔνδιος δ' ὁ γέρων: ἔνδιον *ait uocari ab Oppiano* διατριβὰς ὑπαιθρίους, *nimirum moram sub dio.*

4 Hic Larentiam cognouit.) ἔγνω τὴν λαρεντίαν. *Verbum* γινώσκειν *pro rem habere, seu corpus miscere sumitur, quemadmodum & in sacris literis. Sic Plutarchus sæpè loquitur, ut in Pompeio:* παλλακίδας μιβεσιδάτα οὐκ ἔγνω. *& in Bruto:* τὴν σερβιλίαν ἐγνωκὼς παῖδας. *& de mulierum uirtutibus.* γυναῖκα ἐγνωσμένον ἀφ' ἑαυτοῦ ζῶντι τῷ γαλάτῃ. *& initio Eumenis, de Barsina ab Alexandro habita. & in Galba, de matre Nymphidij. Latini eodem modo usurparunt uerbum Cognoscere. Ouid. de Cadmo:* γινώσκειν, cognoscere. Lib. 4. Metam.

— *Ille suæ lambebat coniugis ora,*
Inq; sinus charos, ueluti cognosceret, ibat.

Et Iulius Cæsar simili modo locutus est de Germanis lib. 6. Comment. belli Gallici: Intra annum uigesimum fœminæ noticiã habuisse, in turpissimis habent rebus. Cæterùm Larentiæ eadem historia est apud Plutarchum, quæst. Rom. 35. & apud Macrob. lib. 1. Saturnal.

5 Lintres & uelaturæ.) *Velaturam facere dicuntur, qui mercede uehunt: & uelabrum, quòd ibi uehantur lintribus. Ex Varronis eodem libro.*

6 Se autem alueum ad Iliam ferre.) αὐτὸς δὲ τοῦτο πρὸς τὴν ἰλίαν. *Satis ex ipso sensu liquet, neutri generis demonstratiuum pronomen absolutè positum,* σκάφην, *alueum indicare: ut cogitare non habeam, quid Lapo, cùm hæc peruerteret, in mentem uenerit.*

8 Herodorus ponticus.) *In Græco est* ἡρόδοτος. *quod uitium secutus uterq; interpres, Herodotum extulit: cum sit Herodorus, cuius etiam in Theseo mentio facta est,* ἡρόδωρος. *Fuit autem ex Pontica Heraclea, unde apud Athenæum lib. 12. Heracleotes citatur. Quin & apud Plutarchum in Rom.*

in Rom. quæst. XCIII, ubi ijsdem hæc ferè uerbis referuntur, ἠρόδαμος rectè legitur.

8 Paliliaq; appellabant.) *Horum, sicut & rituum condendæ urbis, est uenustißima descriptio apud Ouid. IIII. Fastorum, & Propertium lib. 4. elegia prima & quarta. Certè Dionysius Halicar.* παρεντάλια *appellare uidetur, sub finem primi libri.*

9 Fuit Tarutius quidam.) *Cic. 2. de Diuinatione: uide ibi. L. quidem Tarutius Firmanus, familiaris noster, &c.*

10 Testimoniũ ferre contra clientem.) *Vide hac de re iudiciũ C. Marij in pretura ambitus rei, ab ipso Plutarcho in eius uita descriptum.*

11 De quibus in Quæstionum explicatione.) ἐν τοῖς αἰτίοις. *Librum Plutarchi intelligo, qui adhuc extat sub titulo* κεφαλαίων καταγραφῇ, *quo explicatio problematum seu quæstionum continetur. ibi in Romanis quæstionibus & hæc, & alia id genus multa pertractantur. Faciunt hæc plurimum ad intelligendos cùm alios, tum Lucani locum libro secundo de Catonis & Marciæ posterioribus nuptijs, hoc initio:*

Turritaq; premens frontem matrona corona,
Translata uetuit contingere limina planta.

12 Acron Cæninensium rex.) κενινητῶν. *Magna est uarietas in plerisq; proprijs uocabulis Græcis & Latinis. Infrà in Marcello* καινινητῶν *legitur. Et Stephanum noui* καινίνην *scribere, per* αι *diphthongum: itemq; Plinium. Et Propertius lib. 4 primam produxit, hanc ipsam historiam describens:*

Acron Herculeus Cenina ductor ab arce.

Liuiani libri uariant. Apud Dionysium lib. 2 perperam scribitur κενιτῶν, *pro* καινινιτῶν.

13 Dionysius autem errat.) *Halicarnasseum notat Dionysium, cuius hæc sunt uerba lib.* ῥωμ. ἀρχαιολ. *secundo:* τελευταῖος δὲ τῆς πομπῆς αὐτὸς, *Romulus,* ἐπορεύετο, ἐσθῆτα μὲν ἠμφιεσμένος ἁλουργῆ, δάφνῃ δὲ κατεστεμμένος τὰς κόμας, καὶ ἵνα τὸ βασίλειον ἀξίωμα σώζῃ, τεθρίππῳ παρεμβεβηκώς.

14 Neq; Cæsaris tantum de Rhymitalca.) *Augusti intellige. uide Plut. sub finem Apoph. Porrò uariè is Rhymitalces Græcis & Latinis scribitur: non summo tamen historiæ momento.*

15 Non huic de Boijs.) τὴν δ' ἐπ' ἀρβοαῖτε. *Scribendum est* κὰ βοιαῖτε. *Boios Gallos fuisse nemo ferè ignorat. Arbœos Gallos inuenio nullos. Pro* χηρεύμονοι, *malim* χηρευμονῶν.

17 A Leontino.) *Sic est in Græco. Annotator in uersione Lapi apposuit, Puto ab Auentino. hoc uidetur secutus Amiotus. iudicent periti.*

17 Scutis autem Sabinorũ.) θυρεοῖς. *& ubi uerti clypeis,* ἀσπίδας. *Videtur autem* θυρεὸς *maior esse, quàm sit* ἀσπίς: *hoc est, scuto clypeus minor. Itaq; scutum usurpabant postea temporis, qui loricam non ferebant. Argolicum sanè clypeum non fuisse magnum, ex Virgilio apparet: qui oculum Cyclopis ei comparat, 3. Aeneid.*

Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar.

Quod posterius est ex opinione uulgi dictum, & eorum qui solem sesquipedalem putarunt. Ceterùm Liuius lib. 1. de armatura secundæ classis loquens, scutum ait eis pro clypeo datum. Dionysius lib. 4 hoc ipsum describens, ἀντὶ τῶν ἀσπίδων ἀσπίδωνε θυρεὸς. *His ex uerbis eorum, quæ dixi, ratio constat.*

18 Percutere oblatos.) *Versus sunt Butæ: quod miror neutrum interpretum sensisse, eoq; elegantiam loci ab ijs interuersam.*

19 Aut alienam prolem pro sua subdidisset.) *In Græco est,* κλειδῶν ὑποβολῇ. *Id eùm suspectum esset Lapo, his uerbis expreßisse satis habuit:* clam, furtimq; marito. *& hæc ad adulteriũ retulit. Amiotus claueis adulterinas intellexit. Ego cùm semper mendum esse in uerbo* κλειδῶν *putarem, ea maximè ducebar coniectura, uel potius argumento, non esse simile uero, in legibus de matrimonio latis, de falsis aut occultis clauibus agi, præsertim ita, ut inter ueneficium & adulterium id crimen medio loco referretur. Ergo* παίδων *legendum censeo, ut cùm ueneficium prohiberetur, tum ne qua alienã sobolem pro sua supponeret, atq; ita decepto marito genus stirpemq; uitiaret. Rectène ita censeam, uiderint docti, quorum iudicium facto mihi quidem, ne causa cadam, haud ualdè metuo. Certè* βρέφη ὑποβολιμαῖα *uocari subditicios liberos, satis est notum.*

20 Quæ septemagium à septima portione.) ἣν σεπτιμάγιον καλοῦσιν, ὅπερ ἐστὶν ἑπταμόριον. *Dionysius rectius uidetur* τοὺς καλουμένους ἑπτὰ πάγους *dicere, septem pagos (uel septempagium) quos & Porsena Etruscus reposcebat, ut lib. 5. Dionysius perspicuè docet. Ceterùm quod apud Dionysium sequitur,* καὶ τῶν ἄλλων ἀποστῆναι τῶν παρὰ ταῖς ἐμβολαῖς τοῦ ποταμοῦ, *(libet enim obiter hoc monere) ex hoc loco Plutarchi uitiosum esse intellexi, emaculariq; locũ posse, si legatur,* καὶ τῶν ἁλῶν, *&c. Plutarchus* ἁλοπηγίων *expreßius habet. Error librarij is fuit, ut facilè admitti potuerit.* Dionysij locus castigatus.

21. Singulisq; annis unũ præfectũ Albanis dedit.) *In Græco est* σαβίνοις, *quod non uideo quomodo locũ poßit habere.* ἀλβανοῖς *lege.*

22 Aristea Proconnesio.) προκοννησίου. *Legendum* προκ. *Insula est Propontidis Proconnesus. Lapus Aristeum protulit, secutus (ut opinor) mendosam Plinij lectionem, qui huius similem rem de eo narrat lib. VII. histor. nat. capite LII.*

Vide Herodotum in Thalia, ex quo Plutarchus historiam hanc uidetur decerpsisse (. ibi quoq; ἀριστεὺς προσαγορευόμενος dicitur) & Suidam. Meminit Gellius 9.4. De Cleomede lege Eliacorum posteriorem apud Pausaniam. Fabula eius de Sampsone sacro uidetur, ut multæ aliæ, imitata.

23 Corpus omnium rapitur.) Locus hic Pindari non extat in ijs, quas hodie eius habemus, reliquijs. Ipse trochaicis uersibus trimetris hypercatalecticis expreßi illos uersus. Non sum adeò inscius eorum quæ ad considerandos Græcos uersus attinent: scio quæ ab Hephæstione & Triclinio, alijsq; ad eam rem tractandam sint subministrata adiumenta. Sed quod uersus in Græco textu non sunt distincti, & uariè possunt cùm distingui, tum scandi, ut aliud subinde atq; aliud genus carminis præ se ferant: curioso, & (ferè dixerim) inutili labori supersedere uolui cùm hic, tum alibi, & mea uti libertate. Lectoris est gratiam nobis huius uel licentiæ, uel, (si ita uult uocare) ignauiæ facere, alioquin satis magno laboris pondere grauatis.

Nisi malè memini.

24 Veluti Marci ac Caij.) Marcelli est in Græco, apud Lapum, & Amiotũ. Sed mihi nequaquam placuit: qui intelligerem hic prænomina intelligi, quæ omniũ sunt apud uulgus, et in huiusmodi præsertim concursu, usitatißima. neq; uerò tam multi erant Marcelli, quàm Marci, nedum isto tempore, sed ne aliàs quidem. Verùm in re aperta quid uerba facio? Si cui tamen Marcelli pertinaciter placebunt, (nam incuria, non consilio retentos ab interpretibus iudico) non impedio, quin suum sequatur ingenium: modò meminerit, in uita Camilli, ubi ea quæ de Tutola sequitur fabula, repetitur, Marcos rectißimè legi, cum Caijs & Lucijs. Historia hæc refertur etiam in Saturnal. Macrobij libro primo. cap. 11.

25 Adq; Capræ paludẽ tãquã ad mare.) ὡς ἐπὶ θάλατταν. Quid hoc sibi uelit, sanè (ut fatear uerum) excogitare nondum potui. ὡς ἐπὶ δύσιν si fuisset, habuissem quæ dicerem. indicent hoc acutiores. Amiotus hæc uerba accepit, quasi Capræ palus uersus mare sita intelligatur: quod an sensum dignum autore exprimat, nescio.

IN COMPARATIONEM.

1 Sicut est apud Platonẽ, metu ad fortitudinem.) Locus est in Phædonis secundæ paginæ fine, ubi Socrates Simmiæ ostendit, metu malorum omnes homines, exceptis philosophis, fortes esse.

2 A' Philosophis amor definitus.) Est & hoc apud Platonem in Symposio.

3 Nemo tam subitam.) Hunc locũ Lapus peruertit planè, neq; sensum & uerba sequentia considerauit.

4 Anni propemodũ ccxxx.) Quid de hoc numero statuam, ambigo. nisi fortè dissensisse ab alijs plerisq; autoribus Plutarchus est putãdus, in re ita illustri atq; insigni: quomodo etiam de ætate qua uixerit Theseus, ut suprà retuli. Ne ausim mendum dicere, facit quòd ijsdẽ ferè literis in comparatione Numæ cum Lycurgo repetitur: & tamen mendum suspicor. Nam Dionysius Halicarnaß. grauis & diligentißimus autor, lib. 2. ait hoc factũ olympiade CXXXVII, M. Pomponio, C. Papirio Coß. id est, V.C. anno DXXIII, ut nos & alij ferè numerant. quem annum Gellius numerans, alios nominat Coß. lib. 4. cap. 3. & lib. 19. capite ultimo alium annum, si non fallit codex. Maximæ autoritatis scriptor Tertullianus περὶ μονογαμίας, & in Apologetico affirmat, sexcentis propè post Romam conditam annis Sp. Caruilium cum uxore diuortium fecisse. Certè trecentis propè annis ab alijs Plutarchi numerus distat: Hoc monere uolui.

IN LYCVRGVM, INTERpretis Annotationes.

Vo tempore uixerit Lycurgus, si quis disputatũ & explicatum accuratius legere desiderat, Clementis Alexandrini primum Stromatéon librũ consulat. Huc enim nos transferre, quæ copiose ab eo uarijs ex autoribus sunt collecta, breuitatis studium non sinebat.

1 Ac Xenophon etiam.) Locus est in libello de Lacedæmoniorũ republica. is libellus lectus, multum lucis huic adferet.

2 Heraclidas.) De Heraclidis multa sunt passim apud Græcos, apud Pausaniã in Laconicis & alibi, atq; etiam apud Herodotũ non uno loco. inde peti malo, q̃ huc insarcire. Et Clemẽs multa atq; docta habet eo, quem indicaui, loco. Breuiter aũt & luculentè res tota est à Diodoro Siculo perscripta atq; explicata, lib. 4. Ad eum te remitto. Plutarchus in Solone, ab Hercule undecimũ fuisse Lycurgum scribit: ut & hîc ex Eutychida.

3 Fertur Soum à Clitorijs.) Iisdem planè uerbis hoc refertur in apophthegmatis Plutarchi Laconicis: sed interpres Raphael Regius, uir doctißimus alioquin, leui (ut crebrò ei accidit. non enim omnes interpretes ita soliciti fuerunt, itaq; fideles, ut debuerunt) leui inquã admodum mendo deceptus, miserè eum locum corrupit, & ad Sœbidam quendam transtulit. In Græco, etiam Aldino, codice ita legitur: σοιβίδας περὶ τοῦ κινδύνου, & cetera, τὸν ἀγαθὸν δεῖξαι εἶπον, λέγεται οὐ χωρὶς χαλεπῶ. Non esse Sœbidam, sed Phœbidam legendum, constat. sed id aliâs. Deinde ita fuit scriptum à Plutarcho: δεῖξαι, εἶπον λέγεται οὐ χωρίς, & cetera. Sed Raphael εἶπον totum omisit, & (ut iamiam dixi) conturbauit sensum.

Locus e apoph. Plutarc. restituitur.

Huius

Huius generis erratorum, & quidem multo grauiorum, aliquot sunt in Græco centuriæ, in Plutarchi opusculis quæ Moralia inscribuntur & uocantur: interpretum uerò oscitantiæ & crassæ ignorantiæ myriades multæ. hic ἀφύσειν *erat, pro* ἀφύσσειν.

4 Eurytionidæ.) *Pausanias, accuratus in primis atq; fide dignus scriptor, libro tertio, qui de rebus Laconicis est, ubi utriusq; familiæ reges enumerat, Eurypontidas hos uocat (* εὐρυπωντίδας *) & filium Soi Euryponta (* εὐρυπῶντα σόου *) atq; ita constanter legitur. Herodotus quoque in Vrania, Leotychidæ genus recensens, eum, de quo quærimus,* εὐρυφῶντα *uocat: sicq; etiam in Aldino est libro. Etiam infrà in Lysandro* εὐρυπωντίδαι *dicuntur: sed uitio librarij, ut quidem existimo. Nam mihi Eurytion cùm aliàs magis probatur, in Plutarchi saltem loco hoc & alijs (ut paulo antè in comparatione Pompeij cum Agesilao, initio Agidis, &c. Potest enim fieri, ut ab istis dissenserit, aliosq; secutus sit autores) tum ratione declinationis, & obliquorum casuum moueor. dixisset enim* εὐρυπῶντα: *sed legitur hic* εὐρυτίωνα, *& in Agide est* εὐρυτιωνίδας, *cùm fuisset scribendum* εὐρυπωντίδας. *alioquin* τοῦ τι *&* π *scriptio est admodum affinis, sed accentus & ultima syllaba uocabuli me mouent. Porrò idem (ut hoc lectoris gratia addam) Eunomum Prytanidis F. Eurypontis N. facit.*

Eurypōtidę, seu Eurytionidæ.

5 Charilaoq;.) *Herodotus lib. 1. eadem indicans, uocat hunc Leoboten,* λεωβώτην. *Eumq; locum citans Pausanias quo dixi libro, ostendit Labotam Echestrati F. (* λαβώταν τοῦ ἐχεστράτου.) *alijs dictum: sed ipse dissentit haud dubiè, & Charillum Polydectæ filium disertè pòst paulo nominat,* χάριλλον. *Dionysius Halic. libro 2. antiq. Roman. ex Sabinorum historijs Eunomum appellat.* καθ' ὃν *(inquit)* χρόνον ἐπιτροπεύων εὐνόμου τὸν ἀδελφιδοῦν λυκοῦργος ἔθετο τῇ σπάρτῃ νόμους.

6 Celebre id responsum.) *ab Herodoto ibidem refertur ad uerbum.*

Chalcioecus.

7 Chalciœcum.) *Ædē Mineruæ fuisse constat. Suidas ita dictā, uel quòd ærea (aut uerius ærata) esset, uel à Chalcidensibus Eubœensibus condita, scribit. Liuius lib. 35. templum esse Mineruæ æreum scribit: idemq; Pausanias. Mentio eius crebra, & nobilis paßim.*

8 Ferturq; Archelaus.) *Pausanias expreßè hunc Agesilaum nominat. Lapus Archesilaum legit: & pro Arithmiada, Artemidam. In libello de discrimine amici & adulatoris, cōtrario sensu hoc de Charilao iudiciū legitur: nimirū nō dignū eum laude & boni uiri titulo esse, qui ne malis quidē durū se præbeat. Atq; ita etiā in Laconicis Apoph. legitur, nisi quòd ibi Archidamidæ adscribitur.*

9 Hunc Plato.) *Locus est lib. 3. de Legibus.*

10 At Sphærus.) *Haud scio is'ne sit, quem in uita Cleomenis Spherum Borysthenitem, Zenonis Citiensis discipulum, Cleomenisq; in philosophia præceptorem fuisse scribit. Quæ ad numeri proprietatem attinent, in Arithmeticis traduntur.*

11 Iouis Syllanij.) *In hac Rhetra uertenda quædam Græca reliqui, quæ quid sint non intelligebam. ut est illud Gamodan & gorian.*

12 Ita enim Plato tradit.) *Eo, quem dixi, libro.*

13 Lacedæmonius Cothon.) κώθων. *poculum figlinum exiguum, atq; sinuosum. Describitur uenustè apud Athenæum lib. 11. aliquando ponitur pro potu, & cōpotatione: quomodo & κωθωνίζω uerbum. Sic κώθωνες uocabulo usus est autor noster in Pyrrho, ut ibi admonui. & in Timoleonte est,* περὶ κώθωνα διατρίβειν, *potare: & in Antonio. quid* ἄμβων *sit, ex Aelio Dionysio Eustathius in 9. Odysseæ docet. Ego ita uerti, ut congruere maximè huc putaui.*

14 Nam cui quid tale incidisset.) ὅσοις ἂν κωνωγῶν ἐψύσειε. *Lapus & Amiotus retardatū intelligunt: quasi si* ὀψύσειε *legissent, quæ sanè uox in Lexicis reperitur. alibi legisse nō succurrit.* ἐψύσαι *quidem non quadrat.*

15 Emptum à quodam rege Ponti.) *Id factū à Dionysio tyrāno refert Cic. 5. Tusc. quæst. & in Apopht. Laconicis idem est: ut in uoce* ποντικῶν *uideatur esse mendum.*

16 Vt ait Plato.) *lib. 5. de Rep. Geometrica autem neceßitas, est uis illa demonstrationū, quæ in Mathematicis ita ex primis ueris, necessarijsq; propositionibus construuntur, ut ij rectè non persuadere, sed cogere apud Ciceronem dicantur.*

17 Vt est apud Platonem.) *Tibi uerò, Alcibiade, Pericles seruorum deterrimum Zopyrum Thracem pædagogū præfecit. Socrates apud Platonem in Alcibiade priore. Nutricis nomen hic deprauatè* ἀμύκλα, *rectè initio Alcibiadis* ἀμύκλα *legitur.*

18 Hyeme Lycophonas.) λυκόφονας. *Apud Hesychium & Varinum* λυκόφωνον *accusandi casu legitur. aitq; ille, lingua Messeniorum ita appellari τὸν ἐχινόποδα. Echinopus autem ab hoc exponitur genus spinæ, seu cardui.*

19 Mellirenes.) μελλείρενες *enim duplici* λ *legi,* παρὰ τὸ μέλλειν. *tametsi Suidas quoq; uno* λ *uideatur scribere: ut Doricè fortaßis extritum alterum* λ *suspicari poßimus. Plutarchus in libello An seni gerēda Resp. scribit, apud Ephesios moris fuisse, ut sacerdos Dianæ primo anno* μελλίερην, *secundo* ἱέρην, *tertio* παρίερην *diceretur. quod institutū ab hoc nō ualdè abludit, ut & Vestalium.*

20 Ad

20 Ad aram Dianæ Orthiæ.) *Lapus, ad aram Augurij. Est enim secutus mendum Græci libri, qui* ὀρνιθείας *habet: cum sit legendũ haud dubiè* ὀρθίας. *De Dianæ enim Orthiæ loquitur ara, ad quam flagris concidi pueros instituto Lycurgi consueuisse, locuples testis est in Laconicis Pausanias: simulq́; causam eius instituti aliam, quã uel Cic. lib. 2. Tusc. quæst. uel Lucianus ad finem Anacharsidis, uel ipse Plutarchus indicet, refert: quam breuitati studens, ex eo te, si lubeat, petere iubeo. aliam etiam in Aristidis uita noster refert. Suprà quoque mentio facta est huius Orthiæ Dianæ, in Theseo.*

21 In quibus uictoria nõ potest prodi.) χεὶρ οὐκ ἀνατείνεται, *id est manus non intenditur. Obscurum est hoc. Causa in Laconicis apophth. subiũgitur: Vt ne quis labori succumbere adsuescat. Videtur ergo cauisse, ne herbam (quod aiunt) quisquam porrigeret in certando: sed alia ratione certamen dirimeretur. Tale est quod Lucianus dicto libro refert, de pueris in duas partes diuisis, inq́; loco aqua circumdato pugnantibus, tantisper dum una pars alteram usq; in aquam cõpelleret: eo enim pacto nullum parrò percutere, aut feriri. Latini sanè manus dare dicunt, pro eo quod est, uictum se fateri. Cicero etiam, manum tollo dixit: id quod nos hic* χεῖρα ἀνατείνειν *dici putamus: in libro de Consolatione, cùm morte Tulliolæ suæ à fortuna superatũ se fatens: Cedo, inquit, en manũ tollo. Locus est apud Lactantium lib. 3. cap. 38. Similiter Virg. 12. Aeneid. — Vicisti: & uictam tendere* (τείνειν *hoc quidem est*) *palmas Ausonij uidere. — Neq; affirmo, me rem acu tetigisse quod in mentem uenit, attuli,* καὶ ἐπέχω.

22 Alius alio plus possideat.) μὴ μέσον ἕτερος ἑτέρῳ ὀρατίονον ἑτέρου *genitiuo casu lego, ι non subscripto. &* μὲν ὅτι *uidetur abundare, repetitum à* μόνοτε. ὀρατίονον *legi non potest: fortè* κρατεῖντε. *in Apopht. legitur* ὀρεῖνα, *sed non admodum concinnè.*

23 Quidam inuitatus.) *Agesilao in uita eius Plutarchus hoc tribuit: proximum Arigeo, in apopht. Laconicis.*

24 Nos fortiores erimus olim plurimo.) πολλῶν, *cum debeat esse* πολλῷ: *quod & sensus requirit, & ita legitur in Laconicis apopht. Lapus mendum retinuit. Rhythmi embaterij meminit Iliad. ό. Eusthathius.*

25 Spendontis.) σπένδοντος. *Speudontis habet Lapus,* τὰς δεσποσύνας *autem, dominos uerto: ut dominium pro domino positum* μετωνυμικῶς *intelligatur, sicut* φιλότης *apud Lucianum & alios pro amico dicitur. Domini autem heilotibus interdixerant carminum Terpandri & aliorum usu, re maximè apud illos habita liberali. Erasmus in Apopht. Lacænarũ* δεσποσύνας, *filias heriles uertit, concaptiuas scilicet, quarum illi autoritatẽ pluris quàm iussum uictoris fecerint. Quod commentum non cum uocabulo modò, (nam* δεσπόσυνος *uerna est, seu domi heri sui educatus seruus: teste Eusthathio in Iliad.* [illegible]. *unde fœmininum* δεσποσύνη, *fuerit serua, non filia herilis. tametsi idem Iliad. ν. adiectiuè poni hoc modo neget.) sed & sententia Plutarchi pugnat, ostendentis Musica, re apprimè liberali, interdictum seruis fuisse. Ideò capti non poterant eos uersus cantare, quos ut discerent, à dominis eis non fuerat concessum. Cæterùm locus, qui de Heilotibus necatis paulo antè ex Thucydide citatur, extat libro quarto, ubi de Brasida in Chalcidicam emisso disserit.*

26 Post magnum illum terręmotum.) *Hunc, & bellum ab Heilotibus unà cum Messenijs contra Lacedæmonios gestum, describit Diodorus Siculus libro 11. Vide & Plutarchum in Cimone.*

27 Agidem Archidami.) *Is cum Pausania rex fuit, quo tempore Lysander Atheniensibus uictis, eos ad pacis duras conditiones accipiendas compulit, & bellum Peloponnesiacum confecit. uide uitam Lysandri, & Pausaniam. Alius fuit Agis, cuius uitam Plutarchus scripsit.*

28 Quis autem hic Alexander dicatur, si modò menda locus uacat, nescio: de Lysandro constat. *Fortaßis Cleandridem notat, qui se à Pericle est passus corrumpi, & Plistonacti persuasit ut ex Attica exercitum abduceret. Plutarchus Pericle, & alij. Fuit autem is Plistonax, pater Pausaniæ regis, quem modò nominaui. Sed hæc est coniectura: non tamen fortè omnino uana.*

IN NVMAM, INTERPRETIS Annotationes.

1 Multo Numa posteriorem.)

PYthagoram philosophum Numa permultis annis posteriorem fuisse, duobusq́; adeò propè seculis (hoc est, annis ducentis) testatur lib. 2. de Oratore Tullius: idemq́; in Præfatione quarti libri Tusc. quæst. ait, Pythagoram in Italia tum fuisse, cum L. Brutus reges profligauit: quod nõ dissentit ab eo, quòd Pythagoram Liuius ait regnante Seruio Tullo primùm in Italiam uenisse. Dionysius hoc idem ratione olympiadum demonstrans lib. 2. quatuor ætatibus eum Numa posteriorem fuisse, non rotundo tamen numero, colligit. Plutarchus hic quinq; ætates facit, πέντε γενεαῖς *inquiens. Videtur autem innuere id, quod inter regni Numæ initium, & aduentum in Italiam Pythagoræ, qui sub Seruio Tullo fuit, tempus intercidit, annorum circiter CL. ut ætas* (γενεά) *triginta annorum intelligatur. quomodo non Homerici tantùm*

Nestoris

Nestoris tres illæ γενεαὶ lib. 1. Iliadis à Græcis interpretibus exponuntur: atque adeò ab ipso nostro etiam Plutarcho in Catone Censorio, ubi de accusationibus eius refert. (nam Ouid. lib. 12. Metamorph. fabulam secutus est, ubi hæc Nestor:

— uixi

Annos bis centum, iam tertia uiuitur ætas.)

sed & apud Plutarchum in libro, Cur oracula defierint, ostenditur, triginta annos de Heracliti sententia γονεὰν, ætatem esse uiri ἡβῶντος, hoc est uigentis, & iam etiam gignentis. & quidem huiusmodi τριακονταετοὺς γονεᾶς meminit etiam Diodorus Siculus prope finem libri 11. Vnde Herodotus non ineleganter centum annos complexam hominis ætatem, τρεῖς γενεάς, tres ætates, appellauit, βραχύ τι παρεκτείνων τὴν τριακονταετῆ γενεὰν, ut ait Eustathius. Quid autem apud Dionysium γενεὰ sit, non est facilè affirmare: arbitror tamen, annos eum 25. pro eo intelligere. Nam profectò eius, quem dixi, libri initio, Romam à Latinis conditam dicens decimasexta post excidium Troiæ ætate, ἑκκαιδεκάτῃ γονεᾷ: mox ait, eam anno ab euerso Ilio quadringentesimo secundo extructam. Sed hæc satis.

2 Patricij, qui erant numero CL.) πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν. Equidem non uideo, ut hoc uerum sit, utq; consentiat cum eo quod in Romulo dictum est, centum patres de Sabinis centum prioribus istis adscriptos fuisse: quod idem est apud Dionysium. nam Liuius interregum penes C patres fuisse tradit: ut qui Sabinos istos non agnosceret. Dionysius autem ducentis patribus disertè tribuit: quod & hic malim. non enim CL, sed CC fuerunt, etiam ex Plutarchi, ut diximus, sententia.

3 Sed ne de modo quidem interregni cum alijs consentit: neq; satis credo uerba non esse deprauata. Nam quid est illud κυρίνῳ, Quirino? Ego enim totidem uerbis appendi. Amiotus, au lieu de Quirinus, uertit. an in solio Romuli? an aliâs. an forsitan κύριον, uel κυρίως scriptum est?

4 Filius Pomponij.) υἱὸς δὲ πομπωνίου. Liuius lib. 40. de lapideis Numæ arcis repertis: In altera Numam Pomponiũ Pomponis F. regem Romanorum sepultum esse. Dionysius Halicarn. υἱὸν πομπιλίου πόμπωνος, κατ' ὄνομα νομᾶν uocat: Pompilij Pomponis F. nomine Numam. Pomponem Numæ F. infrà refert Plutarchus.

5 XI. Kal. Maij.) Sic est & in Romulo. Nec uideo quid secutus sit Lapus, XIIII. Kal. scribẽs. Quod enim hic πρὸ δίκα μιᾶς dicitur, ibi planius est scriptum, πρὸ ὀυ δέκα. Est autem non XX, ut Amiotus putauit, sed XXI dies Aprilis. in Romulo XIX extulit idem.

6 Phryges de Atte.) Atys hic aliâs, apud Suidam Attis, ἄττης. apud Lucianum de Dea Syria scribitur ἄττης, unde hic gignendi casu ἄττεω. Ex Ouidio, Catullo, alijs, & hoc Luciani libello, satis de amore eius & Cybeles constat. Notus etiã Endymionis & Lunæ amor est. De Herodoto Bithynorum, nihil succurrit.

7 Et ab alio Deo.) Baccho nimirum, qui Lacedæmoniorum ducem Athenas obsidentem iussit honorificè funus facere nouæ Sireni, hoc est Sophocli. autor in Atticis Pausanias. Meminit Plinius 7. 29.

8 Camillum dici solitum.) Idem est apud Dionysium lib. 2. & apud Festum in uoce Cumera. atq; lib. 6. in Flaminius Camillus.

9 Aestuantem Plato.) φλεγμαίνουσαν, lib. de Repub. secundo.

10 Homines uenatur inanes.) θήρη ἐπ' ἀνθρώπων. Lapus uidetur τέρη legisse: sed lectionem nostram malo.

11 Tacitæ nomine.) Græcè hoc Plutarchus exponit, σιωπηλὴν ἢ νέαν. Sed hoc posterius puto esse mendosum, & ἐνεὰν legendũ, hoc est mutam. Nihil enim huc νέα, id est iuuenis aut recens.

12 Ab eoq; Aemiliorum familiam.) nimirum ut Mamerci Aemilij dicerentur. Sanè apud Liuium lib. 4. mentio fit Mamerci Aemilij, cuius tres ibi dictaturæ referuntur. Et apud Suetoniũ in Iulio Mamercus Aemilius eius propinquus nominatur. Ita initio libri 7. apud Liuium L. Aemilius consul nominatur, cognomẽto Mamercus: alij Mamercinum, (ut & alibi) legũt: quod probo. Est & apud Diodorum T. Aemilius Mamercus: aut potius Mamercinus.

13 Plurimi maximè ridiculam.) Etiam Varronem notat, apud quem hoc est lib. 4. de ling. Lat. Lucanus lib. 1. à posse & facere dictos pontifices, innuisse uidetur hoc uersu:

Pontifices, sacri quibus est permissa potestas.

14 A' Marcio, filiæ eius F.) Ancum Marcium intelligit, quartum regem Romanorum.

15 Aristione tyrannidẽ tenẽte.) Fuit hoc bello Mithridatico, ut cùm aliũde tum ex Sylla Plutarchi intelligitur. quòd aũt sequitur mẽtio eiusdem belli, ea mihi ad Vestalẽ ignem referenda uidetur.

16 Quæ scaphεῖα nominant.) Meminit Vitruuius lib. 9. cap. 9. horologij scaphei, quod est hemisphæriũ excauatũ: quod genus hodie etiã usurpatur. Idem cap. 1. lib. 8, scaphεῖον pro uase aliquo rotũdo, & cauo posuit. Cæterùm turbinis siue coni rectanguli quæ est apud Euclidem lib. 11. definitio, occasionem mihi dedit hunc locum ita uertendi. nam Lapus neque perspicuè neq; uerè extulerat. pro ὥσπερ τὰς αὐτὰς, ὥσπερ τὰς αὐγὰς, lege.

17 Vsq; ad denarium numerum.) Sic & Lapus legit: nã perspicuè falsum est in Græco μέχρι τῶν διάδικα, pro δίκα, quod sequẽtia uerba ostendunt,

ostendunt, ut aliorum scriptorum testimonia omittam.

18 Feciales pacis erant custodes.) Vellem sanè Plutarchum edidisse nobis rationem huius nominis: parum enim de ea constat, præsertim in tanta scriptionis diuersitate. Hic φετιάλιοι uocantur, in Camillo φετιάλεις: in Problematis autem φιδειάλιοι leguntur, haud dubia menda. Apud Dionysium φετιάλεις sunt. Latini codices ferè Fœciales, œ dipthongo habent. Varro à fide & faciendo ductos testatur: à feriendo Festus, quòd pacis faciēdæ essent authores. Itaq; feciales sine diphthongo scribo. Cum Plutarcho facit Dionysius: nam Liuius sub Tullo demū Fecialium ministeriū retulit.

19 Loco nomen inde Ilicium.) Nempe παρὰ τὸ ἵλεως, quod est propitius. Sanè Elicium Iouem multo aliter Liuius exponit.

20 A' limitum usu sibi caueret.) Lapus perperam, si obseruaret, ut & reliqua. Non uenit ei in mentem, φυλάττεσθαι media uoce esse uitare, cauere.

21 Ei enim exemit maritos.) In Græco sensum perturbat menda, ὑπεξελομένοις, quod ad patres referri debebat utiq;. & Lapus eo deceptus, obscurè & nullo sensu uertit: patribus illos interuertentibus, &c. & ne indicium quidem factæ à Numa correctionis reliquit. Fuit aūt à Plutarcho scriptum ὑπεξελομένου, isq; genitiuus ad Numam refertur, quidq; is correxerit indicat.
ὑπεξελὼν. Et uerò ὑπεξαίρεσις exceptio suprà etiam dicebatur de pontificibus: ut ὑπεξελέσθαι sit eximium
ὑπεξαίρεσις. habere, seu excipere, nihil minus quàm interuertere: qua de re etiam in Antonino nostro monueram. Atq; ipse Plut. in Catone philosopho, de tribunatu Pl. eius loquens, perspicuè ita usus est: ἵνα σιλανὸν ὑπεξελόμενος δι' οἰκειότητα. & in Artoxerxe, de eius cum Parysatide lusione, qua Masabatam eunuchum illa ad cædem traxit.

22 Romanis Mercidinus.) μερκηδῖνον. Lapus μερκηδῖνον uidetur legisse. Infrà in Cæsaris uita, uocatur Mercedonius μερκηδόνιος: quæ lectio uidetur uerior. Sanè Festus quoq; annotauit, Mercedonios dici à soluenda mercede.

23 Iunium, à Iunone.) ἀπὸ τῆς ὥρας: Lapus pulcrè, ab anni tempore. Maium à maioribus dictum, Iunium à iunioribus, uenustè refert Ouid. initio 5. & 6. Fastorum: ne alios autores adducam. Itaq; staret lectio ὥρας, quod est iuuentute aut iuuenibus: nisi Iunoni cum Hebe de origine mensis disceptanti, uideretur autor accedere. Itaq; rectè pro ὥρας, ἥρας legas: præsertim cùm Maium à Maia dictum audieris, & ætatum nomina simul ipse seorsim adducat.

24 Mortuis parentant.) τοῖς φυτοῖς σπένδουσι. Legendum duco θνητοῖς. nō enim aut plantis utebantur isto quidem in sacrificio, aut in honorem plantarum quicquam fiebat: quorum alterum Lapo, alterum Amioto placuisse miror.

25 M. Atilio, T. Manlio.) Alij C. Atilium Bulbum uocant. Fuit hoc anno V.C. DXVIII, post primum Punicum perfectum bellum. Liuius meminit lib. 1, Velleius lib. 2, Orosius lib. 4. cap. 12. (qui toto anno clausum Ianum fuisse dicit: Varro lib. 4. de ling. Lat. eodem anno & clausum & patefactum) Eutrop. initio tertij, Augustum bis clausisse Ianum, nempe anno DCCXXV, confecto bello Actiaco: & iterum V.C. anno DCCXXIX, subactis Hispanicis & Gallicis populis, propter quos reseratus fuerat, Dion. lib. 51. & 53 docet.

26 Quod ille haud paulo pòst.) Locus Platonis est lib. 6. de Repub. cuius & lib. 2. epist. 2. ad Qu. fratrem meminit Cicero.

27 A' Mamerco Mamerciam.) Quod sequitur de Regum cognomento, facit locum suspectum & obscurum. De Mamercis Aemilijs suprà auditum est. Sed Mamerciam gentem, & quidem cognomento Regum, nullam etiamnum legi. Marcios Reges fuisse Romæ nobiles scio: an uerò hic legendum sit μαρκίους pro μαμερκίους, Marcios nō Mamercios, non satis scio: non enim in promptu dicere est, cur à Mamercio statim nomen in Marcia familia mutatum fuerit, cùm alioquin tandiu in Aemilijs durauerit. Sanè Suetonius ab Anco Marcio genus Marciorum repetit in Cæsare, cap. (ut numerant) 6. Sed & huius ipsius Anci genus Plut. hic & initio Coriolani à Numa repetit: ita tamē, ut huic loco id parum uideatur mederi. Hæc ego doctioribus relinquo. Profectò quod statim de Marcij cum Pompilia nuptijs sequitur, huic uidetur refragari sententiæ, quā de Mamercijs in Marcios mutandis protuli: cùm quidem id in confesso esse dicat Plutarchus.

28 P. Cornelio & M. Bæbio.) Historia est apud Liuium lib. 40. copiosius descripta. Incidit in annum V.C. DLXXIII. Numam autem anno Romæ octogesimoprimo mortuum cōstat: quibus si addas quadringentos annos, à Valerio Antiate numeratos, propè centum annis adhuc à summa temporum nostra aberis: ut uel Antiatis calculus (quod uix crediderim) falsißimus sit, uel hic pro τετρακοσίων quadringentis, πεντακοσίων quingentis legendum uideatur: idq; uero propius puto. Nam & apud Plinium lib. 13. cap. 13. scriptum est, libros eos inuentos P. Cornelio, L. F. Cethego, M. Bæbio Q. F. Tamphilo Coss. ad quos à regno Numæ colliguntur anni DXXXV.

29 Confirmauitq; eo.) Locus in Græco suspectus, & ad diuinandum propositus, ob defectum uocabuli alicuius.

IN COMPARATIONEM Annotata.

1 Vt Saturnalibus cum dominis.) *Elegãs eius rei mẽtio est apud Horatium, Satyra septima libri secundi, & infrà in uita Syllæ. Explicatur autem copiosè à Macrob. lib. 1. Saturnal.*

2 Lycurgi institutũ afferre.) *Locus in Græco est duriusculus, si modò benè habet: & subobscurus. itaq; Lapo imposuit.*

3 Inter adolescentes agunt.) *Versus sunt ex Andromacha tragœdia: uerba Pelei, in Menelaũ & Helenam, uxorem eius Lacedæmoniam, notæ impudicitiæ, grauiter & stomachosè inuehentis. Lapus ἐξόρμων euertere uertit, cùm sit relinquere: sic & reliqua. Sophoclis uersus asterisco notaui: exponam & emendabo, ubi inuenero integros. Credo locum totùm mutilum esse. Suprà, ubi est ἀνακεπτάμενον λιπὼν θάλαμον, faculè cuius appareat legendum ἄθυλως.*

IN SOLONEM, INterpretis Annotationes.

QVA ætate Solon uixerit, non est obscurum: cùm eum cum Crœso collocutum & noster, & Herodotus lib. 1. & alij ostendant: Crœsum autem à Cyro, qui regnum Persarum constituit, debellatũ, nemo ferè uesciat. Id aũt olympiade LVIII euenisse, satis ex temporum rationibus constat: & meminit Solinus cap. 7. polyhistoris. Eodem tempore Romæ Ser. Tullus regnabat, quod ex annalibus liquet. Itaq; & Cicero, cui in his rebus plurimum tribui debet, uiguisse Solonem Ser. Tullo regnante, in Bruto memoriæ prodidit: & post eum Gellius 17. 21. Sanè floruisse Solonem olympiade XLVI, Clemẽs Alexandrinus lib. 1. Stromat. demonstrat: Apparet autem iam ætate prouectiorem eum Crœso collocutũ, ut iuuentus eius à Clemente indicari intelligatur. Itaq; cùm Suidas uixisse eũ XLVII, et aliorum sententia LVI olympiade dicat, utrunq; commodè acceptum cum ueritate consentit.

1 Patrem eius Execestidam.) *ἐξηκεστίδου in Græco est, & apud Suidã. Quod moneo propter Lapum, qui (si codex non fallit.) diuisè ex Ecestide legit. Tota quoq; periodus de amorib. Solonis & Pisistrati, ab eo est omissa.*

2 Tum ex lege quam posuit.) *Hæc in oratione Aeschinis in Timarchum, eodem modo & allegatur, & explicatur.*

3 Non magis.) *Hi uersus habent sententiam haud obscuram, quam & Horatius expressit:*

Si uentri bene, si lateri est, pedibusq; tuis, nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius.

Postremum distichon est obscurum: & si rem acu non tetigi, ueniam oro. nam Lapo etiam ignoscendum hic arbitror. Dictum Hesiodi, cuius paulo pòst meminit, celebratissimum est, ex α. ἔργων:

ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος.
id est: Non est turpe laborare: est ignauia turpis.

4 Vt Massalias Massiliæ autor.) *quod in Græco est ἀγαπηθεὶς, Lapus ἀγαπηθεὶς legit, & obseruatus reddidit. Idẽ ego sum secutus, et Massaliam propriũ nomen reliqui. de Massilia aũt urbe eum loqui, ne dubiũ quidẽ est. Venit in mentẽ, ἀγαπηθεὶς fortassis illud proprium esse nomen: sed nihil habeo certi. Massiliæ originem copiosè Strabo libr. 4. exponit: & à Phocæensibus ortam eam urbem, in Archidamo Isocrates disertè dicit.*

5 Quippe cum in animo hominis.) *Hæc ineptè Lapus ad solum Thaletẽ retulit, cum sint in genere dicta de storgis (ut uocamus) naturalibus.*

6 Pileatus.) *πιλίον περιθέμενος, Lapus cœno fœdatus, ut si πηλὸν legisset. Sed nihil est.*

7 Ad Coliadem.) *Atticæ promontoriũ est, uiginti à Peiræeo stadijs. Paus. initio Atticorum. Idem de Scirade promontorio ibidem.*

8 At cum bissenis.) *Versus sunt libro Iliadis secundo. Herodotus in uita Homeri, in Atheniensiũ honorem ab Homero gratias eis agente factos dicit. Meminerũt & alij, & Aristoteles libro primo Rhetorices, cap. 15. & Fabius lib. 5. cap. de exemplis.*

9 Nam neq; Æschines.) *Locus in oratione in Ctesiphontem extat: ubi quidem consultorẽ et autorem huius aduersus Cirrhæos & Acragallidas belli Solonem, non tamen duce, inrefert: historiam uerò satis dilucidè ibi exponit. Eadem est in Phocicis Pausaniæ enarrata (ex quo Suidas in Solone eam indicauit) qui Clisthenem belli ducem nominat.*

10 Archon.) *Infra in Pericle exponam.*

11 Qui cum filum textũ.) *ἄγαλμα. Lapus simulacri uestem: quasi ἀγαλμα hoc significet. de hoc piaculo uide Thucyd. libro primo. Herodot. libro 5. Meminit Cicero 2. Legum.*

12 Myrone Phlyensi.) *τοῦ φλυέως. φλυεῖς autem curia est Cecropidis tribus, apud Athenienses: quod & ex initio Plutarchiani Themistoclis, & aliunde patet, & Stephanus admonuit. Quod annotaui, quia uterq; interpretum lapsus hic est: Lapus Phliei F. uertens, Amiotus Phliasium, cùm id sit à Phliunte Achaiæ oppido:*

13 Nouum Curetem.) *Curetes Iouem enutriuisse in Creta, ibiq; humasse mortuum ferebãtur: ijdemq; sacrorum & rerum diuinarum peritissimi. Quidam eosdem cum Corybantib. faciunt: à quibus Pausanias in Arcadicis dissentire uidetur. Sed quid his opus? Lege potius Lactant. lib. 1. capite 21. atque etiam 11. Erat autem Epimenides Phæsto Cretæ oppido ortus: itaq; ob rerum diuinarum (quam putabant) peritiam, pro nouo Curete habebatur.*

14 Diacrij enim.) *Herodot. κλεισι eandem rem narrãs, ὑπερακρίους uocat: Idemq; Pediæos (sic enim*

infrà habetur, Πεδιακῶν, nō πεδινῶν.) τὰς ἐν τῷ πεδίῳ, quasi campestres. Suidas in Πάραλοι, Πεδιακοὺς nominat. Aristoteles libro 5. cap. 5. πολιτικῶν, Πεδιακούς.

15 Quodq; patriæ.) Versus sunt trochaici tetrametri catalectici in Græco: idq; genus carminis retinui. Idq; etiam in sequentibus proximis feci: in quibus ἐρῆν, ἐσπάσε, ἤθελε, καὶ ἐπιτετρίφθαι, cur in ἐρῶν, ἀνέσπασε, ἤθελον, & ἐκπεπτετρίφθαι commutarim, ratio metri & sensus docent. Hæc cum iam olim scripsissem, oblata est mihi occasio uariarum lectionum M. Antonij Mureti, uiri longè doctissimi, inspiciendarum. Is libro 1. capite 23. Petrum Victorium reprehendit, quòd idem ferè hoc de loco sensisset, quod ego mihi uideo placuisse. Quid de hoc loco alij sentirent, non indagaram, neque opus esse admodum putassem. Sanè meum non est uel excusare Victorium, (non enim caret errore) uel reprehendere Muretum: cum quibus si comparer, puer profectò sum. Sed tamen illud mei fuit officij, cur ab huius horum uersuum lectione dissentirem, indicare: ne quid mihi eius autoritas obesset. Sentio enim illos Solonis reprehensores non id dixisse, debuisse Solonem uel acceptis quæ hic proponuntur conditionibus, tyrannidem capessere: (quis enim tam impudens sit, ut hoc alteri consulat, tametsi ipse ita perditè sentiat?) sed à sese sumpto exemplo, per comparationem innuisse stulticiam Solonis, qui ultrò & honestè oblatam tyrannidem respueret: cum non deessent, qui certa proposita pernicie eam essent amplexuri. ἤθελον enim prima persona legendum est, non tertia ἤθελε: & sunt uerba de se, non de Solone loquentis. id quod ratio uersus Trochaici euidenter demonstrat: nisi friuolum aliquid adferre (qualia sunt alicubi apud Græcos grammatistas à nobis annotata, suoq; tempore exigentur) uelis, quo λε ante γαρ produci cōtendas. Quamuis ne cum ijs quidem magnoperè contenderem, qui existimant malorum hominum eam sententiam fuisse, debuisse Solonem certo proposito exitio tyrannidē adire: nisi metri ratio meam opinionem assereret, alteram euerteret. Non enim insolentes sunt huiusmodi quasi hyperbolicæ locutiones, ut illa apud Homerum (libet enim obiter, quia ad animum accidit, rudiorum causa monere) Anchisæ ad Venerem:

Βουλοίμην κεν ἔπειτα γυναι εἰκυῖα θεῇσι,
Σῆς εὐνῆς ἐπιβὰς δῦναι δόμον Ἄϊδος εἴσω.

Et quale tandem illud est Theognidis consilium.

Χρὴ πενίην φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον
Βάλλειν, καὶ πετρῶν Κύρνε κατ' ἠλιβάτων.

Nemo enim hoc simpliciter, sed ad exaggerandam rem inflatius dictum, ac figuratè, omnes sentiunt. Quo loco qui βάλλειν pro seminare exponunt, littus uerè arant. Sed hæc hactenus.

16 Et quia ciuium æris alieni causa nexorum.) ἀγωγίμων πρὸς ἀργύριον γεγονότων πολιτῶν. Etiam absque reliqua fuissent, tamen ἀγώγιμος infinitis locis, apud Plut. adeò ipsum, ne dicam alios autores, eum significat, in quem ius prehensionis est, & qui in uincula abduci ab aliquo impunè potest. Ita in Lysandri uita lex Spartanorum memoratur, quæ exules Atheniensium ἀγωγίμους esse iuberet. Idemq; noster autor in Catone minore de Marcello quæsturæ collega loquens: Obnoxij ob uerecundiam animi, ita ut quibusuis precibus uinceretur, & petitionem recusare uereretur ullam, ἀγώγιμον ὑπ' αἰδοῦς τοῖς δεομένοις eleganter dixit. Lapus noster monstrosè perspicuum sanè locum hunc peruertit, nescio quos ciues exportandis pecunijs cōstitutos, ab eoq; officio eos quòd Atticè loqui nescirent remotos somnians. Idem (quod minoris, non tamen nullius est oscitantiæ) non animaduertit ubi uersus Solonis, ubi uerba Plutarchi essent: quod idē in Amioto desidero.

17 Ad Ephetas.) Virorum octoginta, quorum nullus quinquagenario minor esset, concilium fuit, qui Athenis in Palladio, Prytaneo, Delphinio, & Phreatty de cæde iudicabant. Sic dicti, quòd ab his prouocari non posset. Hæc ferè Suidas. Iam quæ de Palladio & alijs iudicijs scitu digna habet in Atticis Pausanias, & quæ ex eo & alijs de isto & Ephetis annotauit libro 1. Vlyssea Eustathius, huc nō ita quadrant. sicut neq; is, qui Cōstitut. nouella x c 111. ἐφέτης dicitur, quem Haloander iudicem appellationis reddidit. Ephetæ.

18 Orbæ & dotatæ.) Hæc enim simul significare uidetur γυνὴ ἐπίκληρος: atque ita exponit Suidas. Apud Aristotelē in Ethicis ad Nicomachū, simpliciter pro bene dotata sumitur uxore: ἐνίοτε καὶ ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες ἐπίκληροι οὖσαι. lib. 8. cap. 10. Etenim ἐπίκληρος Athenis dicebatur ea, ad quā solam omnis deuoluitur hæreditas, siue iam mortuis parentibus, siue alterius prolis ius hæreditatis habētis spe spoliatis: id est, quæ omnino sit μονοκληρονόμος, siue iam, siue certò futura. Sic Plutarchus etiam de uxore Agidis, filia Gylippi, ἣν οὖσαν μεγάλην ἐπίκληρον. de hac uocabuli notione etiam Eustathius in v i i Iliadis. Legis περὶ ἐπικλήρων mentio fit apud Aristophanis Scholiastem in Auibus: sed quæ ad spurios refertur, non huc uideatur quadrare. Certè apparet hunc locum ostendere, beneficio cuiusdam legis certis hominibus licuisse ducere τὰς ἐπικλήρους: sed quæ lex constitutione Solonis sit circumscripta eatenus, ne naturæ repugnaret. Aliæ fuerunt ἐπίκληροι orbæ, & dotis indigæ: quas ducere proximi genere alia lege cogebantur. unde Terentianus ex Apollodoro trāscriptus Phormio, de quibus alio loco.

19 Et iuuenem.) Hæc confudit Lapus, interpunctionibus puto falsis Græci libri seductus. Sanè Plinius perdicem inter ea quæ omnino non pinguescant, numerat x i; x x x v i i. Quod autem ad

præceden-

præcedentem uersiculum attinet, fateor me nonnihil errasse. Is enim totus, unà cum antecedente apud Poetam, legitur in libello Plutarchi, εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. quod mihi tum demum in mentem uenit, cùm typographo hæc traderem: Constat autem ex eo loco, non reprehendentis ob contractas nuptias Philoctetam, sed à contrahendo (utpote senem) dehortantis uerba esse. Leue hoc est, sed nolo esse Næuius: alij potius ijs quæ multa inter tot labores, curas, occupationes, miseriasq; peccare potuimus, ignoscãt. Reponant loco mei uersiculi hæc uerba, partem (ut est & in Græco) uersus:

——Ecquid coniugium appetis miser?

20 Ne iam fidem.) *Apud Lapum est, nullam esse ijs fidem adhibendam: nisi librarius errauit in eius uersione exscribenda. omnino enim falsum est hoc, & uerbis Plutarchi pugnat.*

21 Iam cessante.) *Homerus Vlyssee libro 14. et alibi. De ratione mensium, in fine Annotationum aliquid dicam.*

22 Atlanticum sermonem, ut Plato.) *Locus est perelegans & prolixus, sub initium ferè Timæi. Ad hunc te remitto.*

23 Vt qui satis in ipso Crœso.) *Hæc dum ad Crœsum retulit Lapus, cum liquidò de Solone dicantur, quid cogitarit non uideo. Venustè res hæc narratur etiam apud Herodotum libro primo, ut notum est.*

24 Æsopus fabularum conditor.) *λογοποιὸς. Lapus subitò ex apologorum scriptore historicum redegit. Et uerò Aesopum ætate septem sapientum uixisse, uel aliunde, uel ex Plutarchi conuiuio eorum didicisset. Sic apud Lucianum etiam in Icaromenippo ὁ λογοποιὸς citatur Αἴσωπος. Iulianus quoque Apostata in epistola quadam, Herodotum per ignominiam θύμον λογοποιὸν uocat, nugacem, & fabularum, non historiæ scriptorem. Alioquin haud me latet, Græcos sua historiarum uolumina etiã λόγους inscripsisse, cuius rei exemplum præter cætera extat Polybianum. Sed quid hoc ad Aesopum? Sanè etiam in Paulo noster λογοποιεῖν posuit, pro fabulas & falsos rumores spargere: & in Phocione λόγος pro fabula seu apologo ponitur. & in extremo Niciæ, is qui de clade Siciliẽsi incerto autore nuncium retulerat tonsor, δόξας λογοποιὸς εἶναι, infortunium habuit.*

25 Quæ fiant nemo.) *Pentameter est, à Plutarcho omissus, ut & à Clemente, hos ipsos uersus libro 2. Strom. ponente: apposui autem sensus gratia. Extat apud Stobæum:*

εἰς ἔργον δ' ἐλθὸν γινόμενον βλέπεται.

26 Ita confidenter nullum periculom.) *ἀπονοεῖται. Ita notum est ἀπόνοιαν esse extremam, & quasi insanam audaciam: ut desidiam à Lapo hic subditam, admodum mirer. Sic pòst paulo πηρωθέντα uertit, qui oculos amisisset: quasi uerò id sit πηρὸς, & nemo πηρωθεὶς, nisi excæcatus.*

27 De sermone Atlantico.) *Vide Platonem, quo dixi loco: & lege eiusdem librum, qui Critias seu Atlanticus inscribitur. Meminit Plutarchus in libello, quo ostendit, secundum Epicuri doctrinam non licere suauiter uiuere: quo loco de historiarum tradit oblectatione, testaturq; non esse perfectum eum librum.*

28 Iouis Olympij templum.) *ὀλυμπιεῖον. Vide, præter alios, Plin. 36. 6.*

IN POPLICOLAM.

D*E huius ætate annotare nihil est necesse: cum notißimum sit tempus, quo regibus exactis Romæ, Consules institutum fuit præesse.*

1 Credereturq; genus.) *Cur Poplicolam potius, quàm (ut uulgò legunt) Publicolam scripserim, nihil attinet dicere: estq; iam antè à Sigonio demonstratum. De quo autem hic Valerio loquitur Plutarchus, ei Volesus prænomen fuit: & eorum trium Sabinorum, qui totius gentis clarißimi cum Tatio rege Romam commigrarunt, primus nontinatur à Dionysio lib. 2.*

2 Consilij socijs sibi adscitis.) *Lapus duas aut tres domos corruptas habet. Fateor sanè me ambigere: est enim in Græco τρεῖς ἔχοντας βουλευτάς: & ἔχοντας stare non potest, ἔχοντες uel ἔχοντα potest. Posterius hunc sensum dabit: duos in Aquilia, tres in Vitellia senatores familia fuisse. idq; non improbo. nam aliter βουλευτὰς pro conspirante explicandum est, haud scio quàm commodè. Sed sensum utcunque expreßi.*

3 Reliquis libertis longo pòst tempore.) *Imò etiam in senatum Libertinos recepit. Vide Liuium ad finem noni: & Diodorum lib. 20. ubi de Appij Claudij Cæci censura loquitur.*

4 Insula est sacra.) *Dionys. libro 5. expreßius, Aesculapio sacram tradit. Historia est libro Liuij undecimo, apud Valer. libro 1. cap. de Miraculis. Meminit & Plinius cap. 1. lib. 29. & Festus libro 9. in Insula. Quod autem latinè Media inter duos pontes uocetur, non memini me usquam legere alibi. Insulam omnes uocant: ut uideantur hæc uerba periphrasis insulæ esse, non diuersa appellatio.*

5 Vesus lucus.) *ἱερὸν ἄλσος. apud Liuium quidem libro 2, hoc ipsum describentem, & apud Valerium libro 1. capite 8. Arsia sylua legitur, quos Lapus est secutus. ex Dionysio nihil colligere possum, qui eam pugnam in Vinio prato ad Horatij cuiusdam herois lucum factam scribit.*

6 Portæ cui nunc Ratumenæ.) *Sic et Plin. habet libro 8. capite 42. hoc factum commemorans: & Sex. Pompeius lib. 16.*

7 Siue filius siue nepos.) *non ociosè hoc dixit. Nam et Liuius fatetur dubitari, filius ne (ut ip-*

F I N I S.

ERRATA QVAEDAM SIC EMENDABIS.

Initium uersus & folij numerus indicantur.

3.c scmpaßim. in margine adde 10. 4.c immolauit. Cygnum. 5.a ret eductum. in margine. 15. 6.c.esset. filia Sciri natus. 7.a cùm caprum. cùm caprã b.qui fuit. plures quàm. 9.a.rat. coronatam. 10.c.propter.post isthmia tolle uirgulam Melicertæ. peragebatur. 14. c.ca lingua efferri. 15 a.reliquerat. tolle uirgulam primam 16.b.rim appul. pro anxijs lege animum despondentibus. 17.a.in margine,filiæ. 24.c tamen. eorum. uersu, Cornelio. Etruscum: & sic ubiq; legendum est,omisso h. 25 a.ferentes. Cenomensibus:sic & aliàs. c'ast Tarpeia. pro lucum scribe cliuum. 27 a.imperiumq;. Tatius. b,pulcri. quã. 29.a putatũ, posse. 30. mendum. Veientes. 32. uersu primo. essem. 35. c.peruit. amori. 44.b reliquos. etiãreges. 46.uersu primo. Taygetũ. 47.a insinuant ingeruntur. 51.c.tera. pro clamore,scribe acclamatione. 58.uersu 1. animaduertunt. 65.a ius. in margine 18. 64.a tunicas. nutrisq;.c choenicem. peregre. 70.a nimis. internam. b.cum dominis. in margine 1.71.c.uidentur. feminei. Iuuenculæ, in margine *. 73.a. quæstio. apud eos c.ac partim. partim, Solone. 77.b.Heroas,tumulo quos terra Asopia condit. 82.a. Alius. ante ais. c.His, tamen. 83.a.la ref. senatum c.pinquo. liberi 84.b.am cons. pro pecuniæ, scribe bonorumq;. c.uxoris. conuenit. 87 c.batur. quod in lap. 92.uersu ultimo, nomine (qui. 94 c busq;. triturare. 100.b.leria. Poplicolæ. 101 sed &. incitare,uiros id. 104. c. mortali. consueuisse. 117.b.men. Artabanum. 129.b.li.Tigranem. 148.b.ceria. Panathenæo.150 b. riclis 32 in margine. 154 b.attingat. discrepet.162.b. qua eum. 186.c.fidel. corum. 188 c.piens. Tisapherni 196.c.deratius. dictator M' Valer. paginæ 198 numerus malè scriptus est. 221.a stratus. succensens. c.aduectus. cum. 226.c.sertim. in margine 17. 227.c.qui inde. in margine 20. 233.a inbib.Flaminino. 270.c.Bantius. ille es,de. 280.b.pite.natus uiuere. Factus. 289.b.præclaram. superesse.c.mebantur,propinquo. 291.a. indignè. inquit. 293.c. fieret momento. 306 uersu primo. sc. a.uadere Firmani. 322. c. ubius. deficerent. 324. b.forem. Romanum. 328.a non. istud. b di exer. in margine 9. 340.a. Phaet. numero. 341.a lapsi. Illyricum. 347.b orationem. in margine 14. 353.uersu primo. lienses animum adiecit. 358.a. Cretensis Orœsus. 368.c.sensim. insecutus. 369 & 372.inscribi debet MARIVS, non PYRRHVS. 385.a.mercia. uicina. 393.b. quod Archestratum. 398.a reipsa. Pylum. 399.c.pitis. Tegeam. 402.a.this fuisset 403.c. licis laboribus. 408 a. ibiq; à Curione.c.aducneantem. 409.Cephisum. alueo. 410.c. centurio uisum. 412.b. tot à se. 414.c.enim apud. paginæ 416 numerus malè scriptus est. b.tim. Dolabellam. 417. b dibus numero. 425.a.meminit Isodicæ filiæ Euryptolemi, 427.c.didicisse. urbes. 431.b.animos. uitiatæ. 434.b.Thynnus uelut. concutabat erat Exucca. 437.uersu secundo. mitte. 440.a stra. usus. 442 c.tum temporis. 443 c.chide & Statira,quæ. 446.c.ticos necatos 449.a. sex millibus. 453.b.regijsq; Flamininum. 463.b.rauerit Cythera. 446 c.uiris Comicus. 468.ret anté 471.b.quoi,& Gong. 478 uersu primo adipisceretur. Sa. 486. c. ciisceris eo autem erat affectu, 494 c. iuberent sagittarium. 515 a.genies sed & ad. 521.b.iores Senatorum:in. 527 c.hominum sibi uirtutis 534.a.sit. Archiam.sic & post. 559.b mõstrauerat! dam edid. fecto demum 566.a.extructo in eius 583 b.cij Illyrios 587 c.uniu.hospitibus,Pin. ereto repugnauerant: 596.b. Qualem. in margine 16. 597. a.cubic. eunuchus 619.c.cauit inimicitiarum. 616.a.lit. Scæua c.to est quod 629 b.cem omnino 630 b.iutes Vercingentorigem 670.a.rum aberat)emisit, 693 c.ut essent ne 693 a. Quod. Troianos Co. b.actionum certaminibus petebat,cons. 697.a.nysio Thearidæ. 701.c.re ca,Dio. 718.b.quid. uelit:sed 719 c.sui.lege sui 744 c.miliarib. dissecet. 751.c.adortæ Phylarchus 752 b.contendere de trag. uersu ultimo cuius 753 b.tale quidam c. inuaderet filo 756.uersu ultimo,10 in margine. 760. b.tes senatum 763.b.rum:cum rel. 778.b.perter. conciliandam 779.a.perut quoque 781.a percon. ademptum aliquid à b.tusq; est à patre 790 c.sed inquiens se unquã 791 b.riorib. degressus 796 b.risq; conuersis c.gnantibus deprædantibus 797 b Lydiam Philæ 804.b ut Cic.in margine 6.813 b.id pete. 824.c. quos Silanus 826 c.& Pop. M.In. 829.a.eiusdem Choeph 812 uersu ultimo Cæsarionem 833.c.nihil misso 838. a ias luxus 839 a.& imp.ephorus 859 b.Tabescebat in margine 18. 869. uersu 2.in margine 6. 918.a.Hispaniam.in margine 9. 948.numerus malè est signatus.

Cætera candidus lector ipse æquo animo emendet.

[redacted] Augustani in Vitas Plutarchi à se conuersas

ANNOTATIONES:

IN QVIBVS MVLTA PLVTARCHI LOCA restituuntur, multa emendantur, multa explicantur: quædam quoq; ex aliis autoribus eodem modo tractantur.

Accessit Rerum & uerborum in his memorabilium copiosiss. INDEX.

Cum Cæs. Maiest. gratia & priuilegio ad decennium.

BASILEAE, PER [redacted]

LECTORI S.

Ex his meis Annotationib. facile eruditi candidoq; præditi ingenio Lectores intelligẽt, cùm qualis hactenus in manibus hominũ fuerit Plutarchus Latinus, tum qualem nos dederimus. Interpretũ aliquot insignia errata hîc demonstraui, non profectò alia de causa, quàm ut mei operis rationem redderem: aliosq; etiam qui de Græcis libris Latinos facere student, sui officij monerem. Omnia uerò & Græci librarij, & interpretum persequi si uoluissem errata, aut ubiq; edere meæ uersionis causas, in immẽsum hæc lucubratio excreuisset, atq; haud scio an ipsum Plutarchi opus æquasset. Permulta etiã sunt, quæ uti in Græco repereram, atq; apud interpretes, ita reliqui: nõ quòd mihi satis fieret, aut quòd mendum subesse non animaduerterem: sed quia non ueniebat in mentem, quo pacto emendare possem. Id præsertim in proprijs nominibus sæpe mihi usuuenit. Statueram etiam annotare, ubi ea quæ à Plutarcho scribuntur, ab alijs bonis scriptoribus eodem uel alio modo referrentur: atq; etiam παραλειπόμενα addere, si quid (ut sunt non contemnenda quædam.) ad uitam alicuius pertinens Plutarchus præterijsset. sed longitudo operis futuri, molesq; me ab instituto retraxit. itaq; ea uel alijs indaganda, uel mihi suo commodiori tempore ac loco perscribenda reliqui.

Hæc ipsa, qualiacunq; sunt, grato animo probus Lector accipiat, boniq; consulat.

IN THESEVM PLVTAR-CHI, INTERPRETIS Annotationes.

VTILE est admodum, scire qua quis ætate, quibus temporibus uixerit, quorum hominū fuerit æqualis. Id quāuis de Theseo indicare difficilius est, quia ante olympiadas fuit: tamen cùm Helena puella sit ab ipso rapta, cùm filij eius in Troiano bello fuerint, cùm ipse Herculis amicitiā coluerit, colligi ex ijs quæ apud Clement. Alexādrinum lib. στρωματ. apud Dionysium Halicar. lib. 1. de antiquitate Romana, apud alios multos historiarū & annalium scriptores demonstrantur, potest, à Romulo & Roma ad Aeneā usq; & Troiam tempora repetentibus nobis, Theseum annis circiter ante Romam conditam CCCCL floruisse. (nam nos quidem initio Romæ pro meta quasi & scopo utemur, ad quem dirigamus omnes alias historias, & ad hos quasi carceres reuocemus: quando neq; de annis à creato mundo elapsis certū & firmum quicquā adhuc traditum est: & si quis ad natales Christi referre tempora uelit, nullo id negocio facere poßit, cùm constet ferè, anno ab V.C. DCCLI Christum natum.) Plutarchus quidem autor in uita Cimonis est, ossa Thesei CCCC circiter post exilium eius annis Athenas à Cimone reportata fuisse. id autem apparet circa annū Romæ CCLXXX factum fuisse: ut uix CL annis, aut ad summum CC ante Romam conditā uiguisse Theseum, inde iudicari poßit. Sed & is locus (ut multi alij) mendosus haud iniuria, opinor, censeri potest. & si hoc non sit, aliam à nostra & recepta supputationem sequi Plutarchus potuit: quando non unam, sed plures, ipse Dionysius refert. Cæterùm Soßius iste Senecio, cuius tam nobilis est in Plutarchianis lucubrationibus mentio, quatuor sub Traiano geßit consulatus, ut ex annalib. patet. Fuisse eum in summo apud Imperatorem honore, Xiphilinus scribit ex Dione.

1 Quod est apud Aeschylū.) *Versus sunt, de Tragœdia cui titulus ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις.*

2 Ambo præstanteis.) *Versus est Homericus Iliad. 7. Idæi præconis ad Hectorē & Aiacem.*

3 Siquidem ea quæ ut minimum.) *Lapus hæc uerba ad ea quæ de natalibus Thesei sequuntur, retulit. Ego secutus sum distinctionem Græci codicis: uidetur enim Plutarchus hæc dixisse, fabulæ causa remouendæ, quæ de Romulo in cœlum rapto fertur.*

4 Euripides.) Initio Hippolyti coronati.

5 Optime uir.) In Græco est, δῆμον Ἀθηναίων εἰσαφικέσθαι. Legendum esse ἀφικέσθαι, ratio carminis docet. Iisdem ferè uerbis recitat hoc oraculum Aegeus Medeæ apud Euripidē. Isacius in Lycophronem eadem copiose exponit, & ipsum oraculū hoc modo: (quam quidem genuinam lectionem esse puto:)

ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα, φέρτατε λαῶν
μὴ λύσῃς, πρὶν ἐς ἄκρην Ἀθηναίων ἀφίκηαι.

6 Sub saxum ingens.) *Esse in uia ab Hermione Trœzenem euntibus, ait & describit Pausan. lib. 2.*

7 Vtrobiq; ui Græci.) *Hoc addidi de meo, perspicuitatis causa. nam & υἱὸς θετὸς adopticius dicitur, παρὰ τὸ τίθεσθαι: ac θέσις adoptio. & cùm τίθημι sit pono, à monumentis istis repositus dici potuit Θησεύς.*

8 Quod de Abantibus Homerus.) *In Bœotia, uocans eos ὄπιθεν κομόωντας, crinito occipite. Cæterùm de more comam Deo nuncupandi, & consecrādi, Pausanias hæc:* τὸ δὲ ἕτερον αὐτὰ θύματα κειρομένων τὴν κόμην παιδὸς οἱ ἐπὶ τῷ κηφισῷ. καθεστάναι δὲ ἐκ παλαιοῦ καὶ τοῖς πᾶσι τοῦτο ἕλλησι, τεκμήραιτο ἄν τις Ὁμήρου ποιήσει, ὃς τὸν Πηλέα εὔξασθαί φησι τῷ Σπερχειῷ κερεῖν, ἀνακομισθέντος ἐκ Τροίας Ἀχιλλέως τὴν κόμην. *Atticis. Locus Homeri est Iliad. ψ.*

9 In Isthmo Sinnim.) *Ouid. 7. metamorph. Scinim nominat:* Occidit ille Scinis, &c. *Locus est uidendus: cōtinet enim horum Thesei facinorum elegantem recensionem. Et Pausanias unico N, σίνιν scribit.*

10 Et spinis densis obsitum.) ἀσφάραγον. *Lego, ut alij scribūt,* ἀσπάραγον. *Cur spinam uerterim, Suidas docebit. & Eustathius ait in Iliadis 21, esse* τὸ ἐκ τῶν ἀκανθῶν ἀναφυόμενον. *Stœben ex spinosarum herbarum numero esse, apparet ex Plin. 21. 16.*

11 Cæterum sus Crommyonia.) *Ouid. Cromyona, unico M scribit:*

Quodq; suam securus arat Cromyona colonus.

Apud Pausaniam in Atticis legitur, ὃς τῆς κερβίας οὐ κρομμυῶνι. *Sed rursus initio Corinth.* κρομμυῶν, ἀπὸ τοῦ κρόμμυ τοῦ ποσειδῶνος. *Stephano est* κρεμμυών, *Plinio Cremyon. Strabo lib. 8.* κρεμμυών *habet.*

12 Sunt qui Phæā mulierē latronem.) Lego enim non ληϛρίδα, sed ληϛρίδα. alioquin fuit uertendum, Sunt qui Phæam uxorem Leſtridi fuiſſe perhibeant: quod non admitto.

13 Hermione Damaſtē Procruſtem interfecit.) Græca ſic habent: καὶ μικρὸν προσελθὼν, Δαμάϛην ἐν Ἑρμιόνι τὸν προκρούϛην, ἀναγκάσας αὐτὸν ἀπισοῦν τοῖς κλιντῆρσιν, ὥσπερ τοὺς ξένους ἐκεῖνος. Lapus cùm uerterit, Cum domuiſſet Procruſtem, dubitaſſe mihi de uoce δαμάϛην uidetur, aut legiſſe ἐδάμασεν: etſi uerbo nihil eſt opus, cùm à ſuperioribus hæc pendeant. aliàs & ipſe dubitarem, niſi articulus τὸν oſtenderet Damaſten nomen, Procruſtem cognomentum eſſe. cùm nemo ſcriptorum, quod ego ſciam, Procruſten nomine Damaſtæ affecerit. Pauſanias Atticis περὶ τούτῳ τῷ κηφισσῷ ληϛὴν πολυπήμονα ὄνομα, προκρούϛην δὲ ἐπίκλησιν, ξένους ἀπέκτεινεν. Ouid.

Vidit & immanem Cephiſias ora Procruſten.

Neq; hæc uerba ἀπισοῦν τοῖς κλιντῆρσι, ſunt admodum euidentia: ideoq; (ut arbitror) à Lapo præterita. Videntur mihi hoc ſignificare, latronē illum hoſpites in lectum aut culcitram collocaſſe, & eorum artus tantiſper extendiſſe, dum luxatis membris longitudinem lecti implerent, atq; ea ui ijs mortē attuliſſe: quod ſit προκρούειν. Quod idem ferè traditum à Diodoro Siculo lib. 5. inueni. Certè autor argumēti ἰσθμίων Pindari, ſiue is eſt Triclinius, Procruſtæ cognomentum Sinidi tribuit: cum quo tamen reliqui diſſentiunt. ἐν Ἑρμιόνι autem locum ſignificat in Iſthmo, ut apparet ex Plinij lib. 4. cap. 5. & lib. Strabonis 8. & Pauſania, atq; alijs.

14 Eius menſis qui Græcis Hecatombæon.) Quia parum conſtat, quomodo Græci, & Attici præſertim, mēſes Latinis noſtris reſpondeant, & neq; interpretibus ea de re cum alijs, neque ſecum ferè ipſis conuenit: malui Græcum nomen relinquere. Dicā ſub finem totius operis hac de re quædam.

15 Eductum cultrum, quaſi ad propoſitas carnes ſecandas.) Gladium uertit Lapus, quod eſt in Græco μάχαιραν: ſatis inconueniēter, ne dicam imperitè. Capulo gladij agnitum Theſeum facile concedo, ſicut eſt apud Ouidium:

Cùm pater in capulo gladij cognouit eburno,
Signa ſui generis.—

Eum ergo ut oſtentaret Theſeus, educendi cultri gratia protulit. Animaduerti etiam apud Homerum μάχαιραν eſſe cultrum, ξίφος gladium. Locum adſcribam ex Iliad. γ'. μάχαιρα.

ἀτρείδης δὲ ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν,
ἥ οἱ πὰρ ξίφεος μέγα κουλεὸν αἰὲν ἄωρτο,
ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας.— Scholion: μάχαιραν νῦν τὸ παρὰ τὸ ξίφος μικρὸν μαχαίριον λέγει. Eſt & apud Herodotū lib. 2. ὁ δὲ κρέως καθαροῦ βοὸς διατετμημένου ἑλληνικῇ μαχαίρῃ γεύσεται αἰγύπτιος: id eſt cultro, haud quidem dubiè. ne dicam Halicarnaſſeum Dionyſium lib. 11 non ſemel ſcribere, Virginiā, cùm uindiciæ eſſent ab Appio Claudio ab libertate decretæ, à patre ſuo cultro lanij confoſſam: μαγειρικῇ μαχαίρᾳ. Et noſtrates ſanè homines qui uulgari & impolito utuntur ſermone, etiam gladios meſſer nominant: cùm culter ſic Germanicè dicatur, uoce à Græco μάχαιρα deducta, uti appacet. & quidem ipſe Plutarchus cùm loquitur de gladio hoc, qui eſſet γνώρισμα Theſei, non μάχαιραν dicit, ſed ξίφος.

16 Septa eſſe in Delphinio.) περίφραγμον: lego περιπεφραγμένον. Delphinium autem templum Athenis erat, Apollini dedicatum: Suidas. & mox ipſe Plutarchus Apollinis Delphinij meminit. & Euſtath. in φ. Iliad. Δικαστήριον fuiſſe Athenis eo nomine ſcribit, ubi de cædibus iudicaretur. ἑρμῆς porrò frequenter ſtatuam Mercurialē ſignificat: unde illa ἑρμῶν περικοπὴ ex Thucydide infrà in Alcibiade. & Hermæ Pentelici apud Ciceronē ad Atticum. Lapus templi partem reddiderat.

17 Sphetta. Gargetto.) Pagi ſunt apud Athenas, de quibus in Stephano dicemus.

18 Pallenęis cum Agnuſijs.) Nomina ſunt curiarum Atticarum. quod non intellexit corrector iſte Latinæ uerſionis, qui pro παλληνέων reponendum arbitratur παλλαντιδῶν: quaſi uerò curia non ab his nomen habuerit. Idem pro ἑκαλήνην, quod eſt ab Hecale diminutiuum, mallet ἑκαλήσιον. Quaſi uerò ὑποκοριστικὸν aliter non potuerit, quàm trito illo modo, formari.

19 Tetrapolis habitatoribus.) Hoc eſt Atticæ, quam quatuor urbibus habebant, Oenoa, Probalintho, Tricorytho, Marathone, ut refert Stephanus. Sex. Pompeius Feſtus aliter: Quadriurbē, inquit, Athenas Accius appellauit, quòd ſcilicet ex quatuor urbibus in unum domicilia tulere, Braurone, Eleuſine, Sunio, Piræeo: ſed hæc aliàs. Hinc apud Euripidem populus Athenienſis τετράπτολις ξύνοικος λαὸς dicitur, ἡρακλείδαις: quippe cùm ex quatuor unum Theſeus cōpoſuiſſet, ut ſequetur apud Plutarchum. Cæterùm Strabo, grauis autor, Tetrapolim unam è duodecim ciuitatib. facit, in quas Atticam hominum turbam digeſſerit Cecrops, & quas in unam deinde Theſeus redegerit. lib. 9.

20 Homerus colloquio Iouis.) Locus eſt Vlyſſeæ 19. ubi διὸς ὀαριστὴν uocat. Hor. 1. Carm. oda 28. ſic uertit:

Et Iouis arcanis Minos admiſſus.

Eſt autem ὀαρίζειν, colloqui cum aliquo, nō nugas, ληρίζειν.

ſed

sed seria, & res arcanas tractandi causa: quod & hinc apparet, & ex eo, quod Graeci ob hoc uxores ὀάρους uocant. quo uocabulo & Homerus ita usus est libro Iliadis nono,

ἀνδράσι μαρνάμενος ὀάρων ἕνεκα σφετεράων.

21 Quod is, cùm omnis mali causa.) *Diodorus lib. 4. (quintum alij citant, quod alteram primi libri partē pro secundo libro, hunc pro tertio accipiunt) ait, Androgeon ab Aegeo, metuente ne is cum Pallantis filijs societatem sui regno pellendi coiret, apud Oenoen positis insidijs occisum. Corrector iste annotauit, Diodorum scribere, id apud Thebas factum.*

22 In Phalero.) *Portus est Atticae, unde Demetrio Phalerei cognomentum.*

23 Ei placidè respondit.) *τούτῳ μὲν ἀπεκρίνατο πράως ὁ θησεύς, παραιτούμενος, &c. sic legendum est, ut sensus constet.*

24 Partim in Attica statim naues.) *Sensus est is, opinor, quem extuli. Graeca sunt monstrose corrupta, τὴν μὲν οἱ θυμαιταδῶν αὐτόθι μακράν. οὐδὲ puto & αὐτόθι μακράν. Sed μαιταδῶν quid fuerit, dicant, qui in meliori exemplari uiderint: unico enim nobis uti contigit Basiliensi. Haec cùm scripsissem, antequam Gallicam uersionem cōsuluissem, ut eā inspexi, deprehendi Amiotum legisse, οἱ θυμοιταδῶν, ac fortasse etiam aliquid amplius habuisse, si hic non est ἐλλιπής. Sic enim uertit, au bourg de Thymetades. q. d. in castello aut oppido Thymaetadarū: ut appareat eam fuisse familiam Atticam, Theseo coniunctā necessitate. Sanè apud Pausan. lib. 2. legi, ultimum Theseidarum regum Athenis nomen Thymaetae gessisse: si quid hoc ad coniecturam facit. Meminit & schol. Aristoph. & Suidas, Thymaetadarum cognomentum Acharnensibus tribut solitum, uti agrestibus & duris.*

25 Suspendio uitam finiuisse.) *ἀπάγξασθαι legi, pro ἀπάξασθαι: uti non est obscurum.*

26 Inseruisse Homeri Necyiae.) *hoc est, libro Vlyssea undecimo. sic autē cùm alij, tum Cicero 1. Tusc. quaest. nominat hunc librum, quòd Vlyssis ad manes descensum exponat.*

27 Gorpiaei mensis.) *Hunc ferè Septembrem interpretantur. Suidas γορπιαῖον ait esse τὸν σεπτέμβριον, κατὰ τοὺς μακεδόνας Gordiaeum. Sed & Hesychius in uoce A B, γορπιαῖον perhibet.*

28 Ficus, & pingues.) *εἰρεσιώνην cur frondem lemniscatam uerterim, facilè eruditi intelligunt. Caeterùm hi uersus alibi aliter leguntur. Nam & in primo φέρει malo, quod est apud Eustathium (quem legent studiosi huius rei cognoscendae, sub finem commentariorum in XX Iliadis) Varinum, Suidam, & Clementem Alex. initio quarti Stromatū, quàm φέρειν. & cum hic atq; apud Clementē sit ἀναπαύσασθαι, apud Suidā ἀποψύξασθαι, apud Varinum ὑποψύξασθαι, atq; etiā ἐπικρύψασθαι, ex Eustathio hoc legitur. deinde ibidem κύλικ' legitur, & ὅπως atque ἵνα pro ὡς. Ego sensum obseruaui. Extat de Eiresiona etiam Homeri carmen in uita eius apud Herodotum, (siquidem is est autor) & Suidam.*

29 Astu ipsum & urbem.) *Sic Cicero II. de Legib. Atticos Theseus migrare ex agris, & in astu, quod appellatur, omnes se conferre iussit. Et Terentius in Eunucho: An ille in astu uenit? de Chaerea, qui ex Piraeeo se in urbem contulisset.*

30 Haec non sunt Peloponnesus.) *In Graeco ita lege, ὧν ἔφρασε τὰ μὲν πρὸς ἠῶ, τάδ' ἐχθ', &c, ut uersus qui sint, intelligatur.*

31 Nauis qua spectatum uenirent.) *θεωρίδος, ego hic quasi ad uerbum uerti. Est autem Theoris nauis publica Atheniensium, ut paralus, ut Salaminia, de quibus alibi. Hanc autem quotannis solebant Delphos mittere ex uoto Thesei, qui ea in Cretam uectus reuectusq; fuerat: eaq; missa, dum rediret, quasi iustitium Athenis erat. de qua re legatur initium Phaedonis Platonici, Suidas, interpres Aeschyli ἑπτὰ ἐπὶ θήβας, alij. Inde uidetur dictus θεωρὸς, qua uoce in Camillo est, & Demetrio, & alibi usus Plutarchus. Caeterùm ex hoc loco apparet, nauim theorida non Delphos modò, sed & aliò publicè ad spectacula & sacrificia mitti consueuisse.* θεωρὶς nauis.

32 Quarhomboides est.) *ὅπου τὸ ῥομβοειδές. figura est parallelis, sed non omnibus aequalibus lineis, angulisq; non rectis contenta quadrilatera. Sed cuius rei figura sit, sepulcri ne, an alius, an uerò proprium hic sit nomen, in Graeco non exprimitur. itaq; sic reliquimus.*

33 Theseidem.) *poema de Theseo.*

34 Cadmiam.) *arcem Thebanam, quod satis est notum.*

35 Eleutheris.) *Oppidum est Atticae, quod uersus Boeotiam pro limite aliquando fuit. Pausan. Atticis.*

36 Cum Pirithoo Theseus Spartam uenit.) *In Graeco est simpliciter ἄλλον μὲν εἰς σπήλαιον ἀμφότεροι: ita ut uideantur quaedam hic deesse. nulla enim Pirithoi & Thesei praecessit mentio: de quibus tamen autorem loqui, sequentia indicant.*

37 Is uxori nomen Proserpinę.) *In Graeco ita omnino est, uti ego reddidi. Lapus tritam, ut opinor, fabulam potius sequendam ratus, reginam Cereris nomine, filiam Proserpinam edidit: idemq; est apud Amiotum. Alioquin Aidoneus Pluto Graecis est, cui non Cererem, sed huius fi-*

liam Proserpinam, raptam ab eo, coniugem fuisse fabulæ loquuntur. Atq; de hoc etiam illis conuenit, Peirithoum non ad filiam Proserpinæ, sed ipsam met Plutonis cõiugem rapiendam auxiliatore Theseo profectum. Plutarchus ergo alios autores, qui mythologiam tradiderint, secutus uidetur. Res non est summi momenti: fuit tamen notanda.

38 Menestheus Petei filius.) ὁ πετεὼς. Lapus errorẽ libri secutus, Mnestheus Petensis. Scribendum ὁ πέτεω, notum est uel ex illo Homerico Iliad. β'.

— υἱὸς πετεῶο μενεσθεύς.

Memin. itq; eodem modo in Corinth. Pausanias.

39 Matrem eius ad Aphidnas.) Malè in Græco αἰθλύνας, pro ἀφίδνας.

40 Exertis Clymene.) Locus est Iliad. 3. Vide quæ ibi annotauit Scholiastes, & Calabrum lib. 14. de Munito multa sunt apud Lycophronem. nam Munitum ille uocat, μούνιτον. Quo loco quàm & arroganter & stultè (ut sæpenumerò) doctissimum poetam interpres Zezes, nescio quarum argutiarum ostentãdarum gratia insectetur, suiq; oblitum nugetur, ostendam (Deo uolente) in Varijs meis aliquando lectionibus.

41 Inuenitq; eos quos reliquerat sibi infensos, id ad odium suum adiecisse.) In Græco legitur, οὓς μὲν ἀπέλιπε μισοῦντας αὐτὸν, εὗρίσκων τῷ μὴ φοβεῖσθαι τὸ μισεῖν προσειληφότας, Lapus ita uertit, ut haud dubiè legerit: οὓς μὲν ἀπέλιπε, μισοῦντας αὐτὸν εὑρίσκων, τῷ μὴ φοβεῖσθαι, &c. Neutram lectionem cur probem, aperiam. Lapi eò locum non habet, quòd neq; omnes quos reliquerat Athenis Theseus, ipsum oderant: & qui antè odissent, tum demum adducto in contemptum Theseo, etiam non metuebant. Tacitum enim odium contemptui aperto anteire, & manifestæ inimicitiæ, solet: non contrà. Quare ne nostri quidem codicis lectio constat: sed ita est emendanda, οὓς μὲν ἀπέλιπε μισοῦντας αὐτὸν, εὑρίσκων τὸ μὴ φοβεῖσθαι τῷ μισεῖν προσειληφότας. Hoc ut ita esse intelligas, considera illam uocem

Libro 18. tyrannorum: Oderint, dum metuant. Estq; sapienter dictum à Diodoro Siculo: τὸ γὰρ ἐν ταῖς εὐτυχίαις σιωπώμενον μῖσος, ὅταν ἐκ μεταβολῆς ἐν ταῖς ἀτυχίαις ἐκραγῇ ταῖς ὀργαῖς, ἀποθηριοῦται πρὸς τοὺς μισουμένους. Qui, inquit, rebus utentem secundis aliquem tacitè oderunt: si eius fortuna in aduersam mutata indignatio hæc erumpat, planè aduersum eos, qui odio sunt ipsis efferantur. Sed hæc satis.

IN ROMVLVM PLVTARCHI, INTERPRETIS ANNOTATIONES.

1 Seruatos * Romam.)

Locus enim uidetur mutilus, ideoq; scribo ἀπενεχθέντας * ὀνομασθῆναι ῥώμην. Nam Lapi sententia nõ probatur mihi. Amiotus ita habet: Pueros saluos in eum locum delatos, qui deinde sit appellatus Roma.

2 Cermanus.) Apud Varronẽ lib. 4. de ling. Lat. & apud Sex. Pompeium Festum, Cermalus legitur: quos uide.

3 Ruminantes pecudes eo loci.) ἐνδιάζειν, non ἐνδιαζόντων, scribe. Est autem ἐνδιάζειν propriè meridiari, seu interdiu dormire aut quieti se dare. Sic & in Lucullo, μεσημβρίας οὔσης, καὶ τῶν στρατιωτῶν ἐνδιαζόντων ἢ ἀναπαυομένων. Eustathi⁹ in 4. Vlyss. ad uersum de Proteo, ἔνδιος δ' ὁ γέρων: ἔνδια ait uocari ab Oppiano ἀκταιβάς ἐνπαρείας, nimirum moram sub dio.

4 Hic Larentiam cognouit.) ἔγνω τὴν λαρεντίαν. Verbum γινώσκειν pro rem habere, seu corpus miscere sumitur, quemadmodum & in sacris literis. Sic Plutarchus sæpè loquitur, ut in Pompeio: παλλακίδας μιθριδάτου ἔγνω. & in Bruto: τὴν σερβιλίαν ἐγνώκει καίσαρ. & de mulierum uirtutibus. γυναῖκα ἐγνωσμένην ἀφ' ἀνδρὸς ζῶντι τῷ γαλάτῃ. & initio Eumenis, de Barsina ab Alexandro habita. & in Galba, de matre Nymphidij. Latini eodem modo usurparunt uerbum Cognoscere. Ouid. de Cadmo: γινώσκειν, cognoscere. Lib. 4. Metam.

— Ille suæ lambebat coniugis ora,
Inq; sinus charos, ueluti cognosceret, ibat.

Et Iulius Cæsar simili modo locutus est de Germanis lib. 6. Comment. belli Gallici: Intra annum uigesimum fœminæ noticiã habuisse, in turpissimis habent rebus. Cæterùm Larentiæ eadem historia est apud Plutarchum, quæst. Rom. 35. & apud Macrob. lib. 1. Saturnal.

5 Lintres & uelaturæ.) Velaturam facere dicuntur, qui mercede uehunt: & uelabrum, quòd ibi uehantur lintribus. Ex Varronis eodem libro.

6 Se autem alueum ad Iliam ferre.) αὐτὸς δὲ τοῦτο πρὸς τὴν ἰλίαν. Satis ex ipso sensu liquet, neutri generis demonstratiuum pronomen absolutè positum, σκάφην, alueum indicare: ut cogitare non habeam, quid Lapo, cùm hæc peruerteret, in mentem uenerit.

8 Herodorus ponticus.) In Græco est ἡρόδοτος: quod uitium secutus uterq; interpres, Herodotum extulit: cum sit Herodorus, cuius etiam in Theseo mentio facta est, ἡρόδωρος. Fuit autem ex Pontica Heraclea, unde apud Athenæum lib. 12. Heracleotes citatur. Quin & apud Plutarchum in Rom.

in Rom. quæst. XCIII, ubi iisdem hæc ferè uerbis referuntur, ὑπέδωρος rectè legitur.

8 Paliliaq; appellabant.) Horum, sicut & rituum condendæ urbis, est uenustißima descriptio apud Ouid. IIII. Fastorum, & Propertium lib. 4. elegia prima & quarta. Certè Dionysius Halicar. παρίλια appellare uidetur, subfinem primi libri.

9 Fuit Tarutius quidam.) Cic. 2. de Diuinatione: uide ibi. L. quidem Tarutius Firmanus, familiaris noster, &c.

10 Testimoniũ ferre contra clientem.) Vide hac de re iudiciũ C. Marij in prætura ambitus rei, ab ipso Plutarcho in eius uita descriptum.

11 De quibus in Quæstionum explicatione.) ἐν ταῖς αἰτίαις. Librum Plutarchi intelligo, qui adhuc extat sub titulo κεφαλαίων καταγραφή, quo explicatio problematum seu quæstionum continetur. ibi in Romanis quæstionibus & hæc, & alia id genus multa pertractantur. Faciunt hæc plurimum ad intelligendos cùm alios, tum Lucani locum libro secundo de Catonis & Marciæ posterioribus nuptijs, hoc initio:

Turritaq; premens frontem matrona corona,
Translata uetuit contingere limina planta.

12 Acron Cæninensium rex.) κενινητῶν. Magna est uarietas in plerisq; proprijs uocabulis Græcis & Latinis. Infrà in Marcello καινινητῶν legitur. Et Stephanum noui καινίνην scribere, per αι diphthongum: itemq; Plinium. Et Propertius lib. 4 primam produxit, hanc ipsam historiam describens:

Acron Herculeus Cenina ductor ab arce.

Liuiani libri uariant. Apud Dionysium lib. 2 perperam scribitur κανιτῶν, pro καινινιτῶν.

13 Dionysius autem errat.) Halicarnasseum notat Dionysium, cuius hæc sunt uerba lib. ῥωμ. ἀρχαιολ. secundo: τελευταῖος δὲ τῆς πομπῆς αὐτὸς, Romulus, ἐπορεύετο, ἐσθῆτα μὲν ἠμφιεσμένος ἁλουργῆ, δάφνῃ δὲ κατεστεμμένος τὰς κόμας, καὶ ἵνα τὸ βασίλειον ἀξίωμα σώζῃ, τεθρίππῳ παρεμβεβηκώς.

14 Neq; Cæsaris tantum de Rhymitalca.) Augusti intellige. uide Plut. sub finem Apoph. Porrò uariè is Rhymitalces Græcis & Latinis scribitur: non summo tamen historiæ momento.

15 Non huic de Boijs.) τὴν δ' ἐπ' ἀρβοναῖς. Scribendum est κατὰ βοιῶν. Boios Gallos fuisse nemo ferè ignorat. Arboœos Gallos inuenio nullos. Pro χηράμονας, malim χηραμοῦλιν.

17 A Leontino.) Sic est in Græco. Annotator in uersione Lapi apposuit, Puto ab Auentino. hoc uidetur secutus Amiotus. iudicent periti.

17 Scutis autem Sabinorũ.) θυρεοῖς. & ubi uerti clypeis, ἀσπίδας. Videtur autem θυρεὸς maior esse, quàm sit ἀσπίς: hoc est, scuto clypeus minor. Itaq; scutum usurpabant postea temporis, qui loricam non ferebant. Argolicum sanè clypeum non fuisse magnum, ex Virgilio apparet: qui oculum Cyclopis ei comparat, 3. Aeneid.

Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar.

Quod posterius est ex opinione uulgi dictum, & eorum qui solem sesquipedalem putarunt. Cæterùm Liuius lib. 1. de armatura secundæ classis loquens, scutum ait eis pro clypeo datum. Dionysius lib. 4 hoc ipsum describens, ἀντὶ τῶν ἀσπίδων ἀνέδωκε θυρεούς. His ex uerbis eorum, quæ dixi, ratio constat.

18 Percutere oblatos.) Versus sunt Butæ: quod miror neutrum interpretum sensisse, eoq; elegantiam loci ab ijs interuersam.

19 Aut alienam prolem pro sua subdidisset.) In Græco est, κλειδῶν ὑποβολῇ. Id cùm suspectum esset Lapo, his uerbis expreßisse satis habuit: clam, furtimq; marito. & hæc ad adulteriũ retulit. Amiotus claueis adulterinas intellexit. Ego cùm semper mendum esse in uerbo κλειδῶν putarem, ea maximè ducebar coniectura, uel potius argumento, non esse simile uero, in legibus de matrimonio latis, de falsis aut occultis clauibus agi, præsertim ita, ut inter ueneficium & adulterium id crimen medio loco referretur. Ergo παίδων legendum censeo, ut cùm ueneficium prohiberetur, tum ne qua alienã sobolem pro sua supponeret, atq; ita decepto marito genus stirpemq; uitiaret. Rectène ita censeam, uiderint docti, quorum iudicium facio: mihi quidem, ne causa cadam, haud ualdè metuo. Certè βρέφη ὑποβολιμαῖα uocari subditicios liberos, satis est notum.

20 Quæ septemagium à septima portione.) ἣν σεπτεμάγιον καλοῦσιν, ὅπερ ἐστὶν ἑπταμερές. Dionysius rectius uidetur τοὺς καλουμένους ἑπτὰ πάγους dicere, septem pagos (uel septempagium) quos & Porsena Etruscus reposcebat, ut lib. 5. Dionysius perspicuè docet. Cæterùm quod apud Dionysium sequitur, καὶ τῶν ἄλλων ἀποστῆναι τῶν παρὰ ταῖς ἐμβολαῖς τοῦ ποταμοῦ, (libet enim obiter hoc monere) ex hoc loco Plutarchi uitiosum esse intellexi, emaculariq; locũ posse, si legatur, καὶ τῶν ἁλῶν, &c. Plutarchus ἁλοπηγίων expreßius habet. Error librarij is fuit, ut facilè admitti potuerit. Dionysij locus castigatur.

21. Singulisq; annis unũ præfectũ Albanis dedit.) In Græco est σαβίνοις, quod non uideo quomodo locũ poßit habere. ἀλβανοῖς lege.

22 Aristea Proconnesio.) προκοννησίου. Legendum προκ. Insula est Propontidis Proconnesus. Lapus Aristeum protulit, secutus (ut opinor) mendosam Plinij lectionem, qui huius similem rem de eo narrat lib. VII. histor. nat. capite LII.

Vide Herodotum in Thalia, ex quo Plutarchus historiam hanc uidetur decerpsisse (. ibi quoq; ἀφίγίνε πρόποντίνιος dicitur) & Suidam. Meminit Gellius 9.4. De Cleomede lege Eliacorum posteriorem apud Pausaniam. Fabula eius de Sampsone sacro uidetur, ut multæ aliæ, imitata.

23 Corpus omnium rapitur.) Locus hic Pindari non extat in ijs, quas hodie eius habemus, reliquijs. Ipse trochaicis uersibus trimetris hypercatalecticis expreßi illos uersus. Non sum adeò inscius eorum quæ ad considerandos Græcos uersus attinent: scio quæ ab Hephæstione & Triclinio, alijsq; ad eam rem tractandam sint subministrata adiumenta. Sed quod uersus in Græco textu non sunt distincti, & uariè possunt cùm distingui, tum scandi, ut aliud subinde atq; aliud genus carminis præ se ferant: curioso, & (ferè dixerim) inutili labori supersedere uolui cùm hic, tum alibi, & mea uti libertate. Lectoris est gratiam nobis huius uel licentiæ, uel, (si ita uult uocare) ignauiæ facere, alioquin satis magno laboris pondere grauatis.

Nisi malè memini.

24 Veluti Marci ac Caij.) Marcelli est in Græco, apud Lapum, & Amiotũ. Sed mihi nequaquam placuit: qui intelligerem hic prænomina intelligi, quæ omniũ sunt apud uulgus, et in huiusmodi præsertim concursu, usitatißima. neq; uerò tam multi erant Marcelli, quàm Marci, nedum isto tempore, sed ne aliàs quidem. Verùm in re aperta quid uerba facio? Si cui tamen Marcelli pertinaciter placebunt, (nam incuria, non consilio retentos ab interpretibus iudico) non impedio, quin suum sequatur ingenium: modò meminerit, in uita Camilli, ubi ea quæ de Tutola sequitur fabula, repetitur, Marcos rectißimè legi, cum Caijs & Lucijs. Historia hæc refertur etiam in Saturnal. Macrobij libro primo, cap. 11.

25 Adq; Capre paludẽ tãquã ad mare.) ὡς ἐπὶ θάλατταν. Quid hoc sibi uelit, sanè (ut fatear uerum) excogitare nondum potui. ὡς ἐπὶ θύσίᾳ si fuisset, habuissem quæ dicerem. iudicent hoc acutiores. Amiotus hæc uerba accepit, quasi Capræ palus uersus mare sita intelligatur: quod an sensum dignum autore exprimat, nescio.

IN COMPARATIONEM.

1 Sicut est apud Platoné, metu ad fortitudinem.) Locus est in Phædonis secundæ paginæ fine, ubi Socrates Simmiæ ostendit, metu malorum omnes homines, exceptis philosophis, fortes esse.

2 A' Philosophis amor definitus.) Est & hoc apud Platonem in Sympoſio.

3 Nemo tam subitam.) Hunc locũ Lapus peruertit planè, neq; sensum & uerba sequentia considerauit.

4 Anni propemodũ ccxxx.) Quid de hoc numero statuam, ambigo. nisi fortè dissensisse ab alijs plerisq; autoribus Plutarchus est putãdus, in re ita illustri atq; insigni: quomodo etiam de ætate qua uixerit Theseus, ut suprà retuli. Ne ausim mendum dicere, facit quòd ijsdẽ ferè literis in comparatione Numæ cum Lycurgo repetitur: & tamen mendum suspicor. Nam Dionysius Halicarnaß. grauis & diligentißimus autor, lib. 2. ait hoc factũ olympiade CXXXVII, M. Pomponio, C. Papirio Coß. id est, V. C. anno DXXIII, ut nos & alij ferè numerant. quem annum Gellius numerans, alios nominat Coß. lib. 4. cap. 3. & lib. 19. capite ultimo alium annum, si non fallit codex. Maximæ autoritatis scriptor Tertullianus περὶ μονογαμίας, & in Apologetico affirmat, sexcentis propè post Romam conditam annis Sp. Caruilium cum uxore diuortium fecisse. Certè trecentis propè annis ab alijs Plutarchi numerus distat: Hoc monere uolui.

IN LYCVRGVM, INTERpretis Annotationes.

Vo tempore uixerit Lycurgus, si quis disputatũ & explicatum accuratius legere desiderat, Clementis Alexandrini primum Stromatéon librũ consulat. Huc enim nos transferre, quæ copiosè ab eo uarijs ex autoribus sunt collecta, breuitatis studium non sinebat.

1 Ac Xenophon etiam.) Locus est in libello de Lacedæmoniorũ republica. is libellus lectus, multum lucis huic adferet.

2 Heraclidas.) De Heraclidis multa sunt paßim apud Græcos, apud Pausaniã in Laconicis & alibi, atq; etiam apud Herodotũ non uno loco. inde peti malo, q̃ huc infarcire. Et Clemẽs multa atq; docta habet eo, quem indicaui, loco. Breuiter aut & luculentè res tota est à Diodoro Siculo perscripta atq; explicata, lib. 4. Ad eum te remitto. Plutarchus in Solone, ab Hercule undecimũ fuisse Lycurgum scribit: ut & hîc ex Eutychida.

3 Fertur Soum à Clitorijs.) Iisdem planè uerbis hoc refertur in apophthegmatis Plutarchi Laconicis: sed interpres Raphael Regius, uir doctißimus alioquin, leui (ut crebrò ei accidit. non enim omnes interpretes ita soliciti fuerunt, itaq; fideles, ut debuerunt) leui inquã admodum mendo deceptus, miserè eum locum corrupit, & ad Sœbidam quendam transtulit. In Græco, etiam Aldino, codice ita legitur· σοιβίδας πρὸ τοῦ κινδύνου, & cætera, τὸν ἀγαθὸν δεῖξαι ὕδωρ, λέγεται οὐ χωρῶν χαλεπῷ. Non esse Sœbidam, sed Phœbidam legendum, constat. sed id aliâs. Deinde ita fuit scriptum à Plutarcho: δεῖξαι, ὕδωρ λέγεται οὐ χωρῶν, & cætera. Sed Raphael ὕδωρ totum omisit, & (ut iamiam dixi) conturbauit sensum.

Locus ex apoph. Plutarc. restituitur.

Huius

Huius generis erratorum, & quidem multo graviorum, aliquot sunt in Græco centuriæ, in Plutarchi opusculis quæ Moralia inscribuntur & uocantur: interpretum uerò oscitantiæ & crassæ ignorantiæ myriades multæ. hic ἀφύσαμ erat, pro ἀφύσαμ.

4 Eurytionidæ.) Pausanias, accuratus in primis atq; fide dignus scriptor, libro tertio, qui de rebus Laconicis est, ubi utriusq; familiæ reges enumerat, Eurypontidas hos uocat (εὐρυπωντίδας) & filium Soi Eurypontα (εὐρυπῶντα υἱὸν) atq; ita constanter legitur. Herodotus quoque in Vrania, Leotychidæ genus recensens, eum, de quo quærimus, εὐρυφῶντα uocat: sicq; etiam in Aldino est libro. Etiam infrà in Lysandro εὐρυπωντίδαι dicuntur: sed uitio librarij, ut quidem existimo. Nam mihi Eurytion cùm aliàs magis probatur, in Plutarchi saltem loco hoc & alijs (ut paulo antè in comparatione Pompeij cum Agesilao, initio Agidis, &c. Potest enim fieri, ut ab istis dissenserit, aliosq; secutus sit autores) tum ratione declinationis, & obliquorum casuum mouet. dixisset enim εὐρυπῶντα: sed legitur hic εὐρυτίωνα, & in Agide est εὐρυτιωνίδας, cùm fuisset scribendum εὐρυπωντίδας. alioquin τὸ τι & π scriptio est admodum affinis, sed accentus & ultima syllaba uocabuli me mouent. Porrò idem (ut hoc lectoris gratia addam) Eunomum Prytanidis F. Eurypontis N. facit.

Eurypôtidę, seu Eurytionidę.

5 Charilaoq;.) Herodotus lib. 1. eadem indicans, uocat hunc Leoboten, λεωβώτην. Eumq; locum citans Pausanias quo dixi libro, ostendit Labotam Echestrati F. (λαβώταν τοῦ ἐχεστράτου.) alijs dictum: sed ipse dissentit haud dubiè, & Charillum Polydectæ filium disertè pòst paulo nominat, χάριλλον. Dionysius Halic. libro 2. antiq. Roman. ex Sabinorum historijs Eunomum appellat. καθ' ὃν (inquit) χρόνον ἐπιτροπεύων αὐτὸς μὲν τὸν ἀδελφιδοῦν λυκοῦργος ἔθετο τῇ σπάρτῃ νόμους.

6 Celebre id responsum.) ab Herodoto ibidem refertur ad uerbum.

Chalciœcus.

7 Chalciœcum.) Ædê Mineruæ fuisse constat. Suidas ita dictã, uel quòd ærea (aut ueriùs ærata) esset, uel à Chalcidensibus Euboœensibus condita, scribit. Liuius lib. 35. templum esse Mineruæ æreum scribit: idemq; Pausanias. Mentio eius crebra, & nobilis passim.

8 Fertutq; Archelaus.) Pausanias expressè hunc Agesilaum nominat. Lapus Archesilaum legit: & pro Arithmiada, Artemidam. In libello de discrimine amici & adulatoris, cõtrario sensu hoc de Charilao iudiciũ legitur: nimirũ nõ dignũ eum laude & boni uiri titulo esse, qui ne malis quidẽ durũ se prebeat. Atq; ita etiã in Laconicis Apoph. legitur, nisi quòd ibi Archidamidæ adscribitur.

9 Hunc Plato.) Locus est lib. 3. de Legibus.

10 At Sphærus.) Haud scio is'ne sit, quem in uita Cleomenis Sphærum Borysthenitem, Zenonis Citiensis discipulum, Cleomenisq; in philosophia præceptorem fuisse scribit. Quæ ad numeri proprietatem attinent, in Arithmeticis traduntur.

11 Iouis Syllanij.) In hac Rhetra uertenda quædam Græca reliqui, quæ quid sint non intelligebam. ut est illud Gamodan & gorian.

12 Ita enim Plato tradit.) Eo, quem dixi, libro.

13 Lacedæmonius Cothon.) κώθων poculum figlinum exiguum, atq; sinuosum. Describitur uenustè apud Athenæum lib. 11. aliquando ponitur pro potu, & cõpotatione: quomodo & κωθωνίζω uerbum. Sic κώθωνος uocabulo usus est autor noster in Pyrrho, ut ibi admonui. & in Timoleonte est, περὶ κώθωνα διατρίβειν, potare: & in Antonio. quid ἄμβων sit, ex Aelio Dionysio Eustathius in 9. Odysseæ docet. Ego ita uerti, ut congruere maximè huc putaui.

14 Nam cui quid tale incidisset.) ὅτῳ γὰρ ἂν κωνυγὴν ἐνῆ. Lapus & Amiotus retardatũ intelligunt: quasi si ἐνήσει legissent, quæ sanè uox in Lexicis reperitur. alibi legisse nõ succurrit. ἐνῆ quidem non quadrat.

15 Emptum à quodam rege Ponti.) Id factũ à Dionysio tyrãno refert Cic. 5. Tusc. quæst. & in Apopht. Laconicis idem est: ut in uoce ποντικῶν uideatur esse mendum.

16 Vt ait Plato.) lib. 5. de Rep. Geometrica autem necessitas, est uis illa demonstrationũ, quæ in Mathematicis ita ex primis ueris, necessarijsq; propositionibus construuntur, ut ij rectè non persuadere, sed cogere apud Ciceronem dicantur.

17 Vt est apud Platonem.) Tibi uerò, Alcibiade, Pericles seruorum deterrimum Zopyrum Thracem pædagogũ præfecit. Socrates apud Platonem in Alcibiade priore. Nutricis nomen hic deprauatè ἀμύκλα, rectè initio Alcibiadis ἀμύκλα legitur.

18 Hyeme Lycophonas.) λυκόφονας. Apud Hesychium & Varinum λυκόφωνον accusan di casu legitur. aitq; ille, lingua Messeniorum ita appellari τὸν ἐχινόποδα. Echinopus autem ab hoc exponitur genus spinæ, seu cardui.

19 Mellirenes.) μελλείρενες enim duplici λ legi, παρὰ τὸ μέλλω. tametsi Suidas quoq; uno λ uideatur scribere: ut Doricè fortasis extritum alterum λ suspicari possimus. Plutarchus in libello An seni gerẽda Resp. scribit, apud Ephesios moris fuisse, ut sacerdos Dianæ primo anno μελλιέρην, secundo ἱέρην, tertio παριέρην diceretur. quod institutũ ab hoc nõ ualdè abludit, ut & Vestalium.

20 Ad

20 Ad aram Dianæ Orthiæ.) *Lapus, ad aram Augurij. Est enim secutus mendum Græci libri, qui* ὀρνιθείας *habet: cum sit legendũ haud dubiè* ὀρθίας. *De Dianæ enim Orthiæ loquitur ara, ad quam flagris concidi pueros instituto Lycurgi consueuisse, locuples testis est in Laconicis Pausanias: simulq́; causam eius instituti aliam, quã uel Cic. lib. 2. Tusc. quæst. uel Lucianus ad finem Anacharsidis, uel ipse Plutarchus indicet, refert: quam breuitati studens, ex eo te, si lubeat, petere iubeo. aliam etiam in Aristidis uita noster refert. Suprà quoque mentio facta est huius Orthiæ Dianæ, in Theseo.*

21 In quibus uictoria nõ potest prodi.) χεὶρ οὐκ ἀνατείνεται, *id est manus non intenditur. Obscurum est hoc. Causa in Laconicis apophth. subiũgitur: Vt ne quis labori succumbere adsuescat. Videtur ergo cauisse, ne herbam (quod aiunt) quisquam porrigeret in certando: sed alia ratione certamen dirimeretur. Tale est quod Lucianus dicto libro refert, de pueris in duas partes diuisis, inq́; loco aqua circumdato pugnantibus, tantisper dum una pars alteram usq; in aquam cõpelleret: eo enim pacto nullum porrò percutere, aut feriri. Latini sanè manus dare dicunt, pro eo quod est, uictum se fateri. Cicero etiam, manum tollo dixit: id quod nos hic* χεῖρα ἀνατείνειν *dici putamus: in libro de Consolatione, cùm morte Tulliolæ suæ à fortuna superatũ se fatens: Cedo, inquit, en manũ tollo. Locus est apud Lactantium lib. 3. cap. 38. Similiter Virg. 12. Aeneid. — Vicisti: & uictam tendere* (τείνειν *hoc quidem est*) *palmas Ausonij uidere. — Neq; affirmo, me rem acu tetigisse. quod in mentem uenit, attuli,* καὶ ἐπέχω.

22 Alius alio plus possideat.) μὴ μέσδω ἅτερος ἑκατέρῳ ὁρατείνμεν ἑκατέρω *genitiuo casu lego, ι non subscripto. &* μὴν ἔτι *uidetur abundare, repetitum à* μόνον τι. ὁρατείνμεν *legi non potest: fortè* κρατεῖν τι. *in Apophth. legitur* ὁρμεῖν, *sed non admodum concinnè.*

23 Quidam inuitatus.) *Agesilao in uita eius Plutarchus hoc tribuit: proximum Arigeo, in apophth. Laconicis.*

24 Nos fortiores erimus olim plurimo.) πολλῶν, *cum debeat esse* πολλῷ: *quod & sensus requirit, & ita legitur in Laconicis apophth. Lapus mendum retinuit. Rhythmi embaterij meminit Iliad. δ. Eustathius.*

25 Spendontis.) σπένδοντος. *Speudontis habet Lapus,* τὰς δεσποσύνας *autem, dominos uerto: ut dominium pro domino positum* μετωνυμικῶς *intelligatur, sicut* φιλότης *apud Lucianum & alios pro amico dicitur. Domini autem heilotibus interdixerant carminum Terpandri & aliorum usu, re maximè apud illos habita liberali. Erasmus in Apophth. Lacænarũ* δεσποσύνας, *filias heriles uertit, concaptiuas scilicet, quarum illi autoritatẽ pluris quàm iussum uictoris fecerint. Quod commentum non cum uocabulo modò, (nam* δεσπόσυνος *uerna est, seu domi heri sui educatus seruus: teste Eustathio in Iliad.* λάμβδα. *unde fœmininum* δεσποσύνη, *fuerit serua, non filia herilis. tametsi idem Iliad. ν. adiectiuè poni hoc modo neget.) sed & sententia Plutarchi pugnat, ostendentis Musica, re apprimè liberali, interdictum seruis fuisse. Ideò capti non poterant eos uersus cantare, quos ut discerent, à dominis eis non fuerat concessum. Cæterùm locus, qui de Heilotibus necatis paulo antè ex Thucydide citatur, extat libro quarto, ubi de Brasida in Chalcidicam emisso disserit.*

26 Post magnum illum terræmotum.) *Hunc, & bellum ab Heilotibus unà cum Messenijs contra Lacedæmonios gestum, describit Diodorus Siculus libro 11. Vide & Plutarchum in Cimone.*

27 Agidem Archidami.) *Is cum Pausania rex fuit, quo tempore Lysander Atheniensibus uictis, eos ad pacis duras conditiones accipiendas compulit, & bellum Peloponnesiacum confecit. uide uitam Lysandri, & Pausaniam. Alius fuit Agis, cuius uitam Plutarchus scripsit.*

28 Quis autem hic Alexander dicatur, si modò menda locus uacat, nescio: de Lysandro constat. Fortaßis Cleandridem notat, qui se à Pericle est passus corrumpi, & Plistonacti persuasit ut ex Attica exercitum abduceret. Plutarchus Pericle, & alij. Fuit autem is Plistonax, pater Pausaniæ regis, quem modò nominaui. Sed hæc est coniectura: non tamen fortè omnino uana.*

IN NVMAM, INTERPRETIS Annotationes.

1 Multo Numa posteriorem.)

Pythagoram philosophum Numa permultis annis posteriorem fuisse, duobusq́; adeò propè seculis (hoc est, annis ducentis) testatur lib. 2. de Oratore Tullius: idemq́; in Præfatione quarti libri Tusc. quæst. ait, Pythagoram in Italia tum fuisse, cum L. Brutus reges profligauit: quod nõ dissentit ab eo, quòd Pythagoram Liuius ait regnante Seruio Tullo primùm in Italiam uenisse. Dionysius hoc idem ratione olympiadum demonstrans lib. 2. quatuor ætatibus eum Numa posteriorem fuisse, non rotundo tamen numero, colligit. Plutarchus hîc quinq; ætates facit, πέντε γενεαῖς *inquiens. Videtur autem innuere id, quod inter regni Numæ initium, & aduentum in Italiam Pythagoræ, qui sub Seruio Tullo fuit, tempus intercidit, annorum circiter CL. ut ætas (γενεὰ) triginta annorum intelligatur. quomodo non Homerici tantum* γενεὰ quid.

Nestoris

Nestoris tres illæ γενεαὶ lib. 1. Iliadis à Græcis interpretibus exponuntur: atque adeò ab ipso nostro etiam Plutarcho in Catone Censorio, ubi de accusationibus eius refert. (nam Ouid. lib. 12. Metamorph. fabulam secutus est, ubi hæc Nestor:

— uixi
Annos bis centum, iam tertia uiuitur ætas.)

sed & apud Plutarchum in libro, Cur oracula defierint, ostenditur, triginta annos de Heracliti sententia γενεὰν, ætatem esse uiri ἡβῶντος, hoc est uigentis, & iam etiam gignentis. & quidem huiusmodi τριακονταετοῦς γενεᾶς meminit etiam Diodorus Siculus prope finem libri 11. Vnde Herodotus non ineleganter centum annos complexam hominis ætatem, τρεῖς γενεάς, tres ætates, appellauit, βραχύ τι παρεκτείνων τὴν τριακονταετῆ γενεὰν, ut ait Eustathius. Quid autem apud Dionysium γενεὰ sit, non est facilè affirmare: arbitror tamen, annos eum 25. pro eo intelligere. Nam profectò eius, quem dixi, libri initio, Romam à Latinis conditam dicens decimasexta post excidium Troiæ ætate, ἑκκαιδεκάτῃ γενεᾷ: mox ait, eam anno ab euerso Ilio quadringentesimo secundo extructam. Sed hæc satis.

2 Patricij, qui erant numero CL.) πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Equidem non uideo, ut hoc uerum sit, utq; consentiat cum eo quod in Romulo dictum est, centum patres de Sabinis centum prioribus istis adscriptos fuisse: quod idem est apud Dionysium. nam Liuius interregum penes C patres fuisse tradit: ut qui Sabinos istos non agnosceret. Dionysius autem ducentis patribus disertè tribuit: quod & hic malim. non enim CL, sed CC fuerunt, etiam ex Plutarchi, ut diximus, sententia.

3 Sed ne de modo quidem interregni cum alijs consentit: neq; satis credo uerba non esse deprauata. Nam quid est illud κυρίνῳ, Quirino? Ego enim totidem uerbis appendi. Amiotus, au lieu de Quirinus, uertit. an in solio Romuli? an aliâs. an forsitan κύριον, uel κυρίως scriptum est?

4 Filius Pomponij.) υἱὸς δὲ πομπωνίου. Liuius lib. 40. de lapidеis Numæ arcis repertis: In altera Numam Pomponiū Pomponis F. regem Romanorum sepultum esse. Dionysius Halicarn. υἱὸν πομπιλίου πόμπωνος, κατ' ὄνομα νομᾶν uocat: Pompilij Pomponis F. nomine Numam. Pomponem Numæ F. infrà refert Plutarchus.

5 XI. Kal. Maij.) Sic est & in Romulo. Nec uideo quid secutus sit Lapus, XIIII. Kal. scribēs. Quod enim hic πρὸ δέκα μιᾶς dicitur, ibi planius est scriptum, πρὸ ἑνδέκα. Est autem non XX, ut Amiotus putauit, sed XXI dies Aprilis. in Romulo XIX extulit idem.

6 Phryges de Atte.) Atys hic aliàs, apud Suidam Attis, ἄττις. apud Lucianum de Dea Syria scribitur ἄττης, unde hic gignendi casu ἄττεω, Ex Ouidio, Catullo, alijs, & hoc Luciani libello, satis de amore eius & Cybeles constat. Notus etiā Endymionis & Lunæ amor est. De Herodoto Bithynorum, nihil succurrit.

7 Et ab alio Deo.) Baccho nimirum, qui Lacedæmoniorum ducem Athenas obsidentem iussit honorificè funus facere nouæ Sireni, hoc est Sophocli. autor in Atticis Pausanias. Meminit Plinius 7.29.

8 Camillum dici solitum.) Idem est apud Dionysium lib. 2. & apud Festum in uoce Cumera. atq; lib. 4. in Flaminius Camillus.

9 Aestuantem Plato.) φλεγμαίνουσαν, lib. de Repub. secundo.

10 Homines uenatur inanes.) θηρᾷ ἐκ ἀνθρώπων. Lapus uidetur τηρεῖ legisse: sed lectionem nostram malo.

11 Tacitæ nomine.) Græcè hoc Plutarchus exponit, σιωπηλὴν ἢ νεαν. Sed hoc posterius puto esse mendosum, & ἐνεὰν legendū, hoc est mutam. Nihil enim huc νέα, id est iuuenis aut recens.

12 Ab eoq; Aemiliorum familiam.) nimirum ut Mamerci Aemilij dicerentur. Sanè apud Liuium lib. 4. mentio fit Mamerci Aemilij, cuius tres ibi dictaturæ referuntur. Et apud Suetoniū in Iulio Mamercus Aemilius eius propinquus nominatur. Ita initio libri 7. apud Liuium L. Aemilius consul nominatur, cognomēto Mamercus: alij Mamercinum, (ut & alibi) legūt: quod probo. Est & apud Diodorum T. Aemilius Mamercus: aut potius Mamercinus.

13 Plurimi maximè ridiculam.) Etiam Varronem notat, apud quem hoc est lib. 4. de ling. Lat. Lucanus lib. 1. à posse & facere dictos pontifices, innuisse uidetur hoc uersu:

Pontifices, sacri quibus est permissa potestas.

14 A` Marcio, filiæ eius F.) Ancum Marcium intelligit, quartum regem Romanorum.

15 Aristione tyrannidē tenēte.) Fuit hoc bello Mithridatico, ut cùm aliūde tum ex Sylla Plutarchi intelligitur. quòd aūt seqtur mētio eiusdem belli, ea mihi ad Vestalē ignem referenda uidetur.

16 Quæ scaphεῖa nominant.) Meminit Vitruuius lib. 9. cap. 9. horologij scaphei, quod est hemisphæriū excauatū: quod genus hodie etiā usurpatur. Idem cap. 1. lib. 8, scapheion pro uase aliquo rotūdo, & cauo posuit. Cæterùm turbinis siue coni rectanguli quæ est apud Euclidem lib. 11. definitio, occasionem mihi dedit hunc locum ita uertendi. nam Lapus neque perspicuè neq; uerè extulerat. pro ὥςτε τὰς αὐτὰς, ὥςτε τὰς αὐγὰς, lege.

17 Vsq; ad denarium numerum.) Sic & Lapus legit: nā perspicuè falsum est in Græco μέχρι τῶν δώδεκα, pro δέκα, quod sequētia uerba ostendunt,

ostendunt, ut aliorum scriptorum testimonia omittam.

18 Feciales pacis erant custodes.) *Vellem sanè Plutarchum edidisse nobis rationem huius nominis: parum enim de ea constat, præsertim in tanta scriptionis diuersitate. Hic* φητιάλεις *uocantur, in Camillo* φητιάλεις *: in Problematis autem* φιδιάλιοι *leguntur, haud dubia menda. Apud Dionysium* φετιάλεις *sunt. Latini codices ferè Fœciales, æ dipthongo habent. Varro à fide & facien do dictos testatur: à feriendo Festus, quòd pacis faciēdæ essent authores. Itaq; feciales sine diphthongo scribo. Cum Plutarcho facit Dionysius: nam Liuius sub Tullo demū Fecialium ministeriū retulit.*

19 Loco nomen inde Ilicium.) *Nempe* παρὰ τὸ ἵλεων, *quod est propitium. Sanè Elicium Iouem multo aliter Liuius exponit.*

20 A' limitum usu sibi caueret.) *Lapus perperam, si obseruaret, ut & reliqua. Non uenit ei in mentem,* φυλάττεσθαι *media uoce esse uitare, cauere.*

21 Ei enim exemit maritos.) *In Græco sensum perturbat menda,* ὑπεξελομένης, *quod ad patres referri debebat utiq;. & Lapus eo deceptus, obscurè & nullo sensu uertit:* patribus illos interuertentibus, *&c. & ne indicium quidem factæ à Numa correctionis reliquit. Fuit aūt à Plutarcho scriptum* ὑπεξελομένῳ, *usq; genitiuus ad Numam refertur, quidq; is correxerit indicat.*

ὑπεξελεῖν. ὑπεξαίρεσις.

Et uerò ὑπεξαίρεσις *exceptio suprà etiam diceba tur de pontificibus: ut* ὑπεξελέσθαι *sit eximium habere, seu excipere, nihil minus quàm interuertere: qua de re etiam in Antonino nostro monueram. Atq; ipse Plut. in Catone philosopho, de tribunatu Pl. eius loquens, perspicuè ita usus est:* ἵνα σιλανὸν ὑπεξελόμενος δι' οἰκειότητα. *& in Artoxerxe, de eius cum Parysatide lusione, qua Masabatam eunuchum illa ad cædem traxit.*

22 Romanis Mercidinus.) μερκιδῖνον. *Lapus* μερκηδῖνον *uidetur legisse. Infrà in Cæsaris uita, uocatur Mercedonius* μερκηδόνιος *: quæ lectio uidetur uerior. Sanè Festus quoq; annotauit, Mercedonios dici à soluenda mercede.*

23 Iunium, à Iunone.) ἀπὸ τῆς ἥρας: *Lapus pulcrè, ab anni tempore. Maium à maioribus dictum, Iunium à iunioribus, uenustè refert Ouid. initio 5. & 6. Fastorum: ne alios autores adducam. Itaq; stabit lectio* ὥρας, *quod est iuuentute aut iuuenibus: nisi Iunoni cum Hebe de origine mensis disceptanti, uideretur autor accedere. Itaq; rectè pro* ὥρας, ἥρας *legas: præsertim cùm Maium à Maia dictum audieris, & ætatum nomina simul ipse seorsim adducat.*

24 Mortuis parentant.) τοῖς φυτοῖς σπένδουσι. *Legendum duco* θυητοῖς. *nō enim aut plantis utebantur isto quidem in sacrificio, aut in honorem plantarum quicquam fiebat: quorum alterum Lapo, alterum Amioto placuisse miror.*

25 M. Atilio, T. Manlio.) *Alij C. Atilium Bulbum uocant. Fuit hoc anno V. C. DXVIII, post primum Punicum perfectum bellum. Liuius meminit lib. 1, Velleius lib. 2, Orosius lib. 4. cap. 12. (qui toto anno clausum Ianum fuisse dicit: Varro lib. 4. de ling. Lat. eodem anno & clausum & patefactum) Eutrop. initio tertij, Augustum bis clausisse Ianum, nempe anno DCCXXV, confecto bello Actiaco: & iterum V. C. anno DCCXXIX, subactis Hispanicis & Gallicis populis, propter quos resetatus fuerat, Dion. lib. 51. & 53 docet.*

26 Quod ille haud paulo pòst.) *Locus Platonis est lib. 6. de Repub. cuius & lib. 1. epist. 1. ad Qu. fratrem meminit Cicero.*

27 A' Mamerco Mamerciam.) *Quod sequitur de Regum cognomento, facit locum suspectum & obscurum. De Mamercis Aemilijs suprà auditum est. Sed Mamerciam gentem, & quidem cognomento Regum, nullam etiamnum legi. Marcios Reges fuisse Romæ nobiles scio: an uerò hic legendum sit* μαρκίων *pro* μαμερκίων, *Marcios nō Mamercios, non satis scio: non enim in promptu dicere est, cur à Mamercio statim nomen in Marcia familia mutatum fuerit, cùm alioqui tandiu in Aemilijs durauerit. Sanè Suetonius ab Anco Marcio genus Marciorum repetit in Cæsare, cap. (ut numerant) 6. Sed & huius ipsius Anci genus Plut. hic & initio Coriolani à Numa repetit: ita tamē, ut huic loco id parum uideatur mederi. Hæc ego doctioribus relinquo. Profectò quod statim de Marcij cum Pompilia nuptijs sequitur, huic uidetur refragari sententiæ, quā de Mamercijs in Marcios mutandis protuli: eum quidem id in confesso esse dicat Plutarchus.*

28 P. Cornelio & M. Bæbio.) *Historia est apud Liuium lib. 40. copiosius descripta. Incidit in annum V. C. DLXXIII. Numam autem anno Romæ octogesimoprimo mortuum cōstat: quibus si addas quadringentos annos, à Valerio Antiate numeratos, propè centum annis adhuc à summa temporum nostra aberis: ut uel Antiatis calculus (quod uix crediderim) falsissimus sit, uel hic pro* τετρακοσίων *quadringentis,* πεντακοσίων *quingentis legendum uideatur: idq; uero propius puto. Nam & apud Plinium lib. 13. cap. 13. scriptum est, libros eos inuentos P. Cornelio, L. F. Cethego, M. Bæbio Q. F. Tamphilo Coss. ad quos à regno Numæ colliguntur anni DXXXV.*

29 Confirmauitq; eo.) *Locus in Græco suspectus, & ad diuinandum propositus, ob defectum uocabuli alicuius.*

IN

IN COMPARATIONEM Annotata.

1 Vt Saturnalibus cum dominis.) *Elegãs eius rei mẽtio est apud Horatium, Satyra septima libri secundi, & infrà in uita Syllæ. Explicatur autem copiosè à Macrob. lib. 1. Saturnal.*

2 Lycurgi institutũ afferre.) *Locus in Græco est duriusculus, si modò benè habet: & subobscurus. itaq; Lapo imposuit.*

3 Inter adolescentes agunt.) *Versus sunt ex Andromacha tragœdia: uerba Pelei, in Menelaũ & Helenam, uxorem eius Lacedæmoniam, notæ impudicitiæ, grauiter & stomachosè inuehentis. Lapus ἐξορμῶν euertere uertit, cùm sit relinquere: sic & reliqua. Sophoclis uersus asterisco notaui: exponam & emendabo, ubi inuenero integros. Credo locum totùm mutilum esse. Suprà, ubi est ἀνακτίστα μονὴν ἐκείνων, facilè cuiuis appareat legendum ἄλλως.*

IN SOLONEM, INterpretis Annotationes.

VA ætate Solon uixerit, non est obscurum: cùm eum cum Crœso collocutum & noster, & Herodotus lib. 1. & alij ostendant: Crœsum autem à Cyro, qui regnum Persarum constituit, debellatũ, nemo ferè nesciat. Id aũt olympiade LVIII euenisse, satis ex temporum rationibus constat: & meminit Solinus cap. 7. polyhistoris. Eodem tempore Romæ Ser. Tullus regnabat, quod ex annalibus liquet. Itaq; & Cicero, cui in his rebus plurimum tribui debet, uiguisse Solonem Ser. Tullo regnante, in Bruto memoriæ prodidit: & post eum Gellius 17. 21. Sanè floruisse Solonem olympiade XLVI, Clemẽs Alexandrinus lib. 1. Stromat. demonstrat: Apparet autem iam ætate prouectiorem cum Crœso collocutũ, ut iuuentus eius à Clemente indicari intelligatur. Itaq; cùm Suidas uixisse eũ XLVII, et aliorum sententia LVI olympiade dicat, utrunq; commodè acceptum cum ueritate consentit.

1 Patrem eius Execestidam.) *ἐξηκεστίδου in Græco est, & apud Suidã. Quod moneo propter Lapum, qui (si codex non fallit.) diuisè ex Ecestide legit. Tota quoq; periodus de amorib. Solonis & Pisistrati, ab eo est omissa.*

2 Tum ex lege quam posuit.) *Hæc in oratione Aeschinis in Timarchum, eodem modo & allegatur, & explicatur.*

3 Non magis.) *Hi uersus habent sententiam haud obscuram, quam & Horatius expreßit:*

Si uentri bene, si lateri est, pedibusq; tuis, nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius.

Postremum distichon est obscurum: & si rem acu non tetigi, ueniam oro. nam Lapo etiam ignoscendum hic arbitror. Dictum Hesiodi, cuius paulo pòst meminit, celebratißimum est, ex ἀ. ἔργων:

ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος.

id est: Non est turpe laborare: est ignauia turpis.

4 Vt Massalias Massiliæ autor.) *quod in Græco est ἀγαπηνὸρ, Lapus ἀγαπηνορίς legit, & obseruatus reddidit. Idẽ ego sum secutus, et Massaliam propriũ nomen reliqui. de Maßilia aũt urbe eum loqui, ne dubiũ quidẽ est. Venit in mentẽ, ἀγαπηνὸρ fortaßis illud proprium esse nomen: sed nihil habeo certi. Maßiliæ originem copiosè Strabo libr. 4. exponit: & à Phocæensibus ortam eam urbem, in Archidamo Isocrates disertè dicit.*

5 Quippe cum in animo hominis.) *Hæc ineptè Lapus ad solum Thaletẽ retulit, cum sint in genere dicta de storgis (ut uocamus) naturalibus.*

6 Pileatus.) *πιλίον περιθέμενος, Lapus cæno fœdatus, ut si πηλὸν legisset. Sed nihil est.*

7 Ad Coliadem.) *Atticæ promontoriũ est, uiginti à Peiræeo stadijs. Pauß. initio Atticorum. Idem de Scirade promontorio ibidem.*

8 At cum bissenis.) *Versus sunt libro Iliadis secundo. Herodotus in uita Homeri, in Atheniensiũ honorem ab Homero gratias eis agente factos dicit. Meminerũt & alij, & Aristoteles libro primo Rhetorices, cap. 15. & Fabius lib. 5. cap. de exemplis.*

9 Nam neq; Æschines.) *Locus in oratione in Ctesiphontem extat: ubi quidem consultorẽ et autorem huius aduersus Cirrhæos & Acragallidas belli Solonem, non tamen duce, inrefert: historiam uerò satis dilucidè ibi exponit. Eadem est in Phocicis Pausaniæ enarrata (ex quo Suidas in Solone eam indicauit) qui Clisthenem belli ducem nominat.*

10 Archon.) *Infra in Pericle exponam.*

11 Qui cum filum textũ.) *κρόκην. Lapus simulacri uestem: quasi κρόκη hoc significet. de hoc piaculo uide Thucyd. libro primo. Herodot. libro 5. Meminit Cicero 2. Legum.*

12 Myrone Phlyensi.) *τοῦ φλυέως. φλυεῖς autem curia est Cecropidis tribus, apud Athenienses: quod & ex initio Plutarchiani Themistoclis, & aliunde patet, & Stephanus admonuit. Quod annotaui, quia uterq; interpretum lapsus hic est: Lapus Phliei F. uertens, Amiotus Phliasium, cùm id sit à Phliunte Achaiæ oppido.*

13 Nouum Curetem.) *Curetes Iouem enutriuisse in Creta, ibiq; humasse mortuum ferebãtur: ijdemq; sacrorum & rerum diuinarum peritißimi. Quidam eosdem cum Corybantib. faciunt: à quibus Pausanias in Arcadicis dissentire uidetur. Sed quid his opus? Lege potius Lactant. lib. 1. capite 21. atque etiam 11. Erat autem Epimenides Phæsto Cretæ oppido ortus: itaq; ob rerum diuinarum (quam putabant) peritiam, pro nouo Curete habebatur.*

14 Diacrij enim.) *Herodot. Κλεὶ eandem rem narrãs, ὑπεράκριους uocat; idemq; Pediæos (sic enim*

infrà habetur, Πεδιακῶν, nō πεδιέων.) τὺς ἐν τῷ πεδίῳ, quasi campestres. Suidas in Πάραλοι, Πεδιακοὺς nominat. Aristoteles libro 5.cap.5. πολιτικῶν, Πεδιακούς.

15 Quodq; patriæ.) *Versus sunt trochaici tetrametri catalectici in Græco: idq; genus carminis retinui. Idq; etiam in sequentibus proximis feci: in quibus ἴφη, ἐάσασε, ἤθελε, καὶ ἐπιτετρῖφθαι, cur in ἴφν, ἀνίασα, ἤθελον, & κἀπιτετρῖφθαι commutarim, ratio metri & sensus docent. Hæc cum iam olim scripsissem, oblata est mihi occasio uariarum lectionum M. Antonij Mureti, uiri longè doctißimi, inspiciendarum. Is libro 1. capite 13. Petrum Victorium reprehendit, quòd idem ferè hoc de loco sensisset, quod ego mihi uideo placuisse. Quid de hoc loco alij sentirent, non indagaram, neque opus esse admodum putassem. Sanè meum non est uel excusare Victorium, (non enim caret errore) uel reprehendere Muretum: cum quibus si comparer, puer profectò sum. Sed tamen illud mei fuit officij, cur ab huius horum uersuum lectione dissentirem, indicare: ne quid mihi eius autoritas obesset. Sentio enim illos Solonis reprehensores non id dixisse, debuisse Solonem uel acceptis quæ hic proponuntur conditionibus, tyrannidem capessere: (quis enim tam impudens sit, ut hoc alteri consulat, tametsi ipse ita perditè sentiat?) sed à sese sumpto exemplo, per comparationem innuisse stulticiam Solonis, qui ultrò & honestè oblatam tyrannidem respueret: cum non deessent, qui certa proposita pernicie eam essent amplexuri. ἤθελον enim prima persona legendum est, non tertia ἤθελε: & sunt uerba de se, non de Solone loquentis. id quod ratio uersus Trochaici euidenter demonstrat: nisi friuolum aliquid adferre (qualia sunt alicubi apud Græcos grammatistas à nobis annotata, suoq; tempore exigentur) uelis, quo λε ante γὰρ produci cōtendas. Quamuis ne cum ijs quidem magnoperè contenderem, qui existimant malorum hominum eam sententiam fuisse, debuisse Solonem certo proposito exitio tyrannidē adire: nisi metri ratio meam opinionem assereret, alteram euerteret. Non enim insolentes sunt huiusmodi quasi hyperbolicæ locutiones, ut illa apud Homerum (libet enim obiter, quia ad animum accidit, rudiorum causa monere) Anchisæ ad Venerem:*

> Βουλοίμην κεν ἔπειτα γύναι εἰκυῖα θεῇσι,
> Σῆς εὐνῆς ἐπιβὰς δῦναι δόμον Ἄϊδος εἴσω.

Et quale tandem illud est Theognidis consilium.

> Χρὴ πενίην φεύγοντα ἢ εἰς μεγακήτεα πόντον
> Βάλλειν, καὶ πετρῶν Κύρνε κατ' ἠλιβάτων.

Nemo enim hoc simpliciter, sed ad exaggerandam rem inflatius dictum, ac figuratè, omnes sentiunt. Quo loco qui βάλλειν pro seminare exponunt, littus uerè arant. Sed hæc hactenus.

16 Et quia ciuium æris alieni causa nexorum.) *ἀγωγίμων περὶ χρέων γεγονότων πολιτῶν. Etiam absque reliqua fuissent, tamen ἀγώγιμος infinitis locis, apud Plut. adeò ipsum, ne dicam alios autores, eum significat, in quem ius prehensionis est, & qui in uincula abduci ab aliquo impunè potest. Ita in Lysandri uita lex Spartanorum memoratur, quæ exules Atheniensium ἀγωγίμους esse iuberet. Idemq; noster autor in Catone minore de Marcello quæsturæ collega loquens: Obnoxij ob uerecundiam animi, ita ut quibusuis precibus uinceretur, & petitionem recusare uereretur ullam, ἀγώγιμον ὑπ' αἰδοῦς τοῖς δεομένοις eleganter dixit. Lapus noster monstrosè perspicuum sanè locum hunc peruertit, nescio quos ciues exportandis pecunijs cōstitutos, ab eoq; officio eos quòd Atticè loqui nescirent remotos somnians. Idem (quod minoris, non tamen nullius est oscitantiæ) non animaduertit ubi uersus Solonis, ubi uerba Plutarchi essent: quod idē in Amioto desidero.*

17 Ad Ephetas.) *Virorum octoginta, quorum nullus quinquagenario minor esset, concilium fuit,* Ephetæ. *qui Athenis in Palladio, Prytaneo, Delphinio, & Phreatty de cæde iudicabant. Sic dicti, quòd ab his prouocari non posset. Hæc ferè Suidas. Iam quæ de Palladio & alijs iudicijs scitu digna habet in Atticis Pausanias, & quæ ex eo & alijs de isto & Ephetis annotauit libro 1. Vlyssea Eustathius, huc nō ita quadrant. sicut neq; is, qui Cōstitut. nouella XCIII. ἐφέτης dicitur, quem Haloander iudicem appellationis reddidit.*

18 Orbæ & dotatæ.) *Hæc enim simul significare uidetur γυνὴ ἐπίκληρος: atque ita exponit Suidas. Apud Aristotelē in Ethicis ad Nicomachū, simpliciter pro bene dotata sumitur uxore: ἐνίοτε δὲ ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες ἐπίκληροι οὖσαι. lib. 8. cap. 10. Etenim ἐπίκληρος Athenis dicebatur ea, ad quā solam omnis deuoluitur hæreditas, siue iam mortuis parentibus, siue alterius prolis ius hæreditatis habētis spe spoliatis: id est, quæ omnino sit μονοκληρονόμος, siue iam, siue certò futura. Sic Plutarchus etiam de uxore Agidis, filia Gylippi, οὖσαν οὐσίας μεγάλης ἐπίκληρον. de hac uocabuli notione etiam Eustathius in VII Iliadis. Legis περὶ ἐπικλήρων mentio fit apud Aristophanis Scholiastem in Auibus: sed quæ ad spurios refertur, non huc uideatur quadrare. Certè apparet hunc locum ostendere, beneficio cuiusdam legis certis hominibus licuisse ducere τὰς ἐπικλήρους: sed quæ lex constitutione Solonis sit circumscripta eatenus, ne naturæ repugnaret. Aliæ fuerunt ἐπίκληροι orbæ, & dotis indigæ: quas ducere proximi genere alia lege cogebantur. unde Terentianus ex Apollodoro trāscriptus Phormio, de quibus alio loco.*

19 Et iuuenem.) *Hæc confudit Lapus, interpunctionibus puto falsis Græci libri seductus. Sanè Plinius perdicem inter ea quæ omnino non pinguescant, numerat XI: XXXVII. Quod autem ad preceden-*

præcedentem uersiculum attinet, fatcor me nonnihil errasse. Is enim totus, unà cum antecedente apud Poetam, legitur in libello Plutarchi, αἱ περὶ δυσωπίας πολυτευτίου. quod mihi tum demum in mentem uenit, cùm typographo hæc traderem. Constat autem ex eo loco, non reprehendentis ob contractas nuptias Philoctetam, sed à contrahendo (utpote senem) dehortantis uerba esse. Leue hoc est, sed nolo esse Neuius: alij potius ijs quæ multa inter tot labores, curas, occupationes, miseriasq; peccare potuimus, ignoscãt. Reponant loco mei uersiculi hæc uerba, partem (ut est & in Græco) uersus:

——Ecquid coniugium appetis miser?

20 Ne iam fidem.) Apud Lapum est, nullam esse ijs fidem adhibendam: nisi librarius errauit in eius uersione exscribenda. omnino enim falsum est hoc, & uerbis Plutarchi pugnat.

21 Iam cessante.) Homerus Vlyssea libro 14. et alibi. De ratione mensium, in fine Annotationum aliquid dicam.

22 Atlanticum sermonem, ut Plato.) Locus est perelegans & prolixus, sub initium ferè Timæi. Ad hunc te remitto.

23 Vt qui satis in ipso Crœso.) Hæc dum ad Crœsum retulit Lapus, cum liquidò de Solone dicantur, quid cogitarit non uideo. Venustè res hæc narratur etiam apud Herodotum libro primo, ut notum est.

24 Æsopus fabularum conditor.) λογοποιὸς. Lapus subitò ex apologorum scriptore historicum redegit. Et uerò Aesopum ætate septem sapientum uixisse, uel aliunde, uel ex Plutarchi conuiuio eorum didicisset. Sic apud Lucianum etiam in Icaromenippo ὁ λογοποιὸς citatur Αἴσωπος. Iulianus quoque Apostata in epistola quadam, Herodotum per ignominiam ῥήτορα λογοποιὸν uocat, nugacem, & fabularum, non historiæ scriptorem. Alioquin haud me latet, Græcos sua historiarum uolumina etiã λόγους inscripsisse, cuius rei exemplum præter cætera extat Polybianum. Sed quid hoc ad Aesopum? Sanè etiam in Paulo noster λογοποιεῖν posuit, pro fabulas & falsos rumores spargere: & in Phocione λόγος pro fabula seu apologo ponitur. & in extremo Nicia, is qui de clade Siculẽsi incerto autore nuncium retulerat tonsor, δόξας λογοποιὸς εἶναι, infortunium habuit.

25 Quæ fiant nemo.) Pentameter est, à Plutarcho omissus, ut & à Clemente, hos ipsos uersus libro 1. Strom. ponente: apposui autem sensus gratia. Extat apud Stobæum:

ὡς ἔργον δ' οὐδὲν γινόμενον βλέπετε.

26 Ita confidenter nullum periculum.) ἀπονοεῖται. Ita notum est ἀπόνοιαν esse extremam, & quasi insanam audaciam: ut desidiam à Lapo hic subditam, admodum mirer. Sic pòst paulo πηρωθέντα uertit, qui oculos amisisset: quasi uerò id sit πηρὸς, & nemo πηρωθείη, nisi excæcatus.

27 De sermone Atlantico.) Vide Platonem, quo dixi loco: & lege eiusdem librum, qui Critias seu Atlanticus inscribitur. Meminit Plutarchus in libello, quo ostendit, secundum Epicuri doctrinam non licere suauiter uiuere: quo loco de historiarum tradit oblectatione, testaturq; non esse perfectum eum librum.

28 Iouis Olympij templum.) ὀλυμπιεῖον. Vide, præter alios, Plin. 36. 6.

IN POPLICOLAM.

DE huius ætate annotare nihil est necesse: cum notissimum sit tempus, quo regibus exactis Romæ, Consules institutum fuit præesse.

1 Credereturq; genus.) Cur Poplicolam potius, quàm (ut uulgò legunt) Publicolam scripserim, nihil attinet dicere: estq; iam antè à Sigonio demonstratum. De quo autem hic Valerio loquitur Plutarchus, ei Volesus prænomen fuit: & eorum trium Sabinorum, qui totius gentis clarissimi cum Tatio rege Romam commigrarunt, primus nominatur à Dionysio lib. 2.

2 Consilij socijs sibi adscitis.) Lapus duas aut tres domos corruptas habet. Fateor sanè me ambigere: est enim in Græco τρεῖς ἔχοντας βουλευτάς: & ἔχοντας stare non potest, ἔχοντες uel ἔχοντα potest. Posterius hunc sensum dabit: duos in Aquilia, tres in Vitellia senatores familia fuisse. idq; non improbo. nam aliter βουλευτὲς pro conspirante explicandum est, haud scio quàm commodè. Sed sensum utcunque expressi.

3 Reliquis libertis longo pòst tempore.) Imò etiam in senatum Libertinos recepit. Vide Liuium ad finem noni: & Diodorum lib. 20. ubi de Appij Claudij Cæci censura loquitur.

4 Insula est sacra.) Dionys. libro 5. expressius, Aesculapio sacram tradit. Historia est libro Liuij undecimo, apud Valer. libro 1. cap. de Miraculis. Meminit & Plinius cap. 1. lib. 29. & Festus libro 9. in Insula. Quod autem latinè Media inter duos pontes uocetur, non memini me usquam legere alibi. Insulam omnes uocant: ut uideantur hæc uerba periphrasis insulæ esse, non diuersa appellatio.

5 Vrsus lucus.) ἄρσιον ἄλσος. apud Liuium quidem libro 2, hoc ipsum describentem, & apud Valerium libro 1. capite 8. Arsia sylua legitur, quos Lapus est secutus. ex Dionysio nihil colligere possum, qui eam pugnam in Vinio prato ad Horati cuiusdam herois lucum factam scribit.

6 Portæ cui nunc Ratumenæ.) Sic et Plin. habet libro 8. capite 42. hoc factum commemorans: & Sex. Pompeius lib. 16.

7 Siue filius siue nepos.) non ociosè hoc dixit. Nam et Liuius fatetur dubitari, filius ne (ut ip-

se putat) an uerò nepos Prisci Superbus fuerit. Posterius ostendit multis rationibus Dionysium Halicarnass. libro 4.

8 Ex Pentelico lapide.) *πεντέλη, Pentele, pagus est Atticæ, ut docet Stephanus. Pausan. libro primo descript. Græciæ, demonstrat esse montem Atticæ Pentelicum, ubi sint lapicidinæ. Huius lapidis etiam Cic. ad Atticum meminit, libro 1. de Hermis Pentelicis. Id propter Lapum, & eius correctorem annotaui.*

9 Sigliuriam urbem condidit.) *Sic quidem est in Græco, sed non uideo quid sit Sigliuria. Suspicor Signiam fuisse scribêdum. Non quidem nescio, Tarquinium Superbum eius coloniæ autorem à Liuio poni: sed potuit uel alios autores secutus fuisse Plutarchus, uel ea colonia tum instaurari, uel augeri, et corroborari à Poplicola. Equidem ad annum (ut ego & pleriq; numeramus) V. C. CCLIX, hoc est decimotertio pòst anno, Liuius scribit Signiam coloniam, quam rex Tarquinius deduxerat, suppleto numero colonorum iterum deductam esse. Apud Dionysium Συγκέριον (Syncerium) deducta colonia legitur, præsidij causa contra Latinos et Hernicos, in secundo Poplicolæ consulatu.*

10 Herminius & Lartius.) *Malui Lartium quàm Lucretium, Liuium & Dionysium sequens: & uidebatur esse menda, inculcato Lucretij nomine.*

11 Ædium fores omnes.) *Videndus Plinius capite 15. libri 36.*

12 Appius Clausus.) *ἄππιος, hoc reliqui perspicuitatis causa: quia is est autor gentis Appiæ. Alioquin Sigonio nihil repugno, qui in Annotat. Liuianis Actium (Attium ego malim, ἄττιον) legendum docet. Ex Clausis autem Clausios, qui deinde Claudij dicti sunt, ortos patet.*

13 Vt ne darent Romani iniur.) *μὴ δοῦναι δίκην ῥωμαίοις ὧν ὑβρίσαντο. Lapus hoc mendo seductus, nullum sensum loci extulit. Est autem legendum, id quod facilè apparet, ῥωμαίους, accusandi, non datiuo casu.*

14 Posthumius Albus.) *Balbus est in Græco, βάλβος: sed cognomen ego non esse hoc Posthumiæ gentis puto. Posthumios autem Albos cognomento fuisse, notum est, & tritum. Posthumius porrò scribere malo, etymologiamq; sequi, quàm Græcos libros.*

IN COMPARATIONEM.

1 Messalarum, aliorumq; Valeriorum.) *καὶ οὐαλέριοι. Sed ego mendum esse dico, nisi legas καὶ ἄλλοι οὐαλέριοι. Valerij enim, gentis est nomen, neque inter familiarum cognomina reponi potest. Sin ita, ut puto, legatur, nihil erit incommodi: intelligentur enim reliquæ Valeriorũ, quæ hic non recensentur, familiæ: ut Maximi, ut Coruini, ut Potiti, ut Flacci, ut Leuini, & cæteræ si quæ sunt.*

IN THEMISTOCLEM, Annotata ab Interprete.

HEMISTOCLEM *floruisse Olympiade LXXV, cum apud Salaminam Persarum regem nobili illa naumachia uicit, notissimum est cùm aliunde, tum ex libri XI Diodori Siculi initio. Et si eũ sequi omnino uolumus, incidit hoc in annum V. C. CCLXVIII. Consules enim nominat Sp. Cassium, & Proculum Verginium. Secundũ alios incidit in annum V. C. CCLXXIII, & consules K. Fabium, Sp. Furium. cum quibus facit Gellius capite ultimo libri 17. qui quarto post pugnam Salaminiam anno trecentos istos Fabios ad Cremeram à Veientib. cæsos affirmat. Sanè M. Tullius in Lælio & Bruto (quibus locis Themistoclem cum Coriolano componit) demonstrat, bellum Volscum Coriolani à Persico hoc Themistoclis non multum abfuisse: & hunc uiginti post C. Marcij exilium annis eandem fortunam expertum. quos locos lectori perspiciendos mando.*

1 Abrotonum Threissa.) *Epigramma est, id quod Lapus non animaduertit. Priorem uersum ex Athenæo, apud quem libro 13. ex Amphicratis de uiris illustribus commentario citatur hoc epigramma, ita legendum patet:*

ἀβρότονον θρῇσσα γυνὴ γένος ἀλλὰ, &c.

Sanè Aemilius Probus, uel quicunq; libri eius autor est, qui de excellentium Imperatorum uita scriptus ad Atticum circumfertur, patrem Themistoclis generosum, matrem Acarnanam facit.

2 Conuenire consueuissent.) *συνιτέλλειν. quod uocabulum uideri potest fortassis innuere, eos sacrificandi causa eò conuenisse. Nam & gymnasium fuit Cynosarges, & templum Herculis, & lucus ei circumiectus: ut etiam Liuius lib. 31. testatur. Suidas quidẽ ibi exercitatos fuisse scribit, idq; etiam Plutarchus uidetur sensisse.*

3 In oratores, ubi inutiles.) *Oratores & hic & alibi sæpe uoco, quos Græci Δημαγωγοὺς: hoc est, eos qui in repub. uersantur, & orationibus suis populum suadendo, dissuadendo'ue trahunt. Non fallit me, esse qui eo nomine etiam Erasmum Roterodamum reprehenderint, quòd ita uertisset: qua de re alibi dicam. Neque ego nunc me Gellij autoritate tueor, quæ non ubiq; ualet: & fortassis ubi de latinitate disputatur, nihil, nisi propter alios. Is libro tertio, capite 13. Δημαγωγὸν oratorem in republ. transfert. Ipsum uocabulum quid significet, notum est. Est enim δημαγωγεῖν, si uerbum de uerbo reddas, populum trahere siue ducere. Id nulla re alia, quàm dicendo, hoc est oratione, magis fieri notum est. Iam Cicero præclarè disputat, totam oratoriam ciuilis rationis partem, & quidem magnam esse: ut iam non in scholis aliquis desidens sophista, pueris'q;* Δημαγωγοί, Oratores.

puerisq; præcepta artis dicendi tradens rhetor, aliquando oratoris nomine intelligi debeat: sed is qui grauibus de rebus, adeoq; publicis disserat. Etenim oratores quoque dicuntur, qui aliàs legati: hoc est, qui reipub. nomine de pace, bello, alijs'ue grauibus rebus tractandis mittuntur: neque hoc apud Virgil. modò, alios'ue poetas, sed apud summum oratorem Ciceronem: uti de Fabricio ad Pyrrhum misso: & secundo de Legibus, de fecialibus, atque alibi. Tribuni quoque plebis δημαγωγοὶ Plutarcho & alijs crebrò dicuntur, non alia de causa, quàm quòd orationibus suis populum ducerent quò uellent: quarum exempla postulare nemo nisi ineruditus debet. Vt mirum uideri, aut absurdum minimè debeat, si eos qui in repub. uersantur, à præcipuo instrumento oratores dicamus. (nam Gellianum illud in repub. ubique addere, parum scitum erat: & alioquin ex circumstantijs facilè intelligitur.) Quod qui reprehendunt, aut non legerunt, aut non intellexerunt illud apud Ciceronem Næuianum, ubi reipublicæ tam citò amissæ caussas percontanti, inter alia sic responsum fuit:

Prouenicbant oratores noui, stulti, adolescentuli. Quid quòd ῥήτωρ nonnunquam eo modo ponitur, ut δημαγωγὸς intelligatur, non in scholis declamitans aut docens, sed in foro et concione populo suadens aut dissuadens? Sic certè Plutarchus ipse cùm alibi, tum in Pericle: τῶν δὲ περὶ θουκυδίδην ῥητόρων καταβοώντων τοῦ περικλέους, &c. Sed satis hæc: sciolis tamen quibusdam occurrendum fuit, & monendi rudiores.

4 Stasilaum Teium.) *Cur Lapus Stesileam Chiam uerterit, ipse uiderit. Vel ex Aristidæ uita intellexisset, maris hoc esse nomen. τίου est in Græco: lego τήου, uel τηΐου. est enim à τέῳ nobili Asiæ urbe deductum gentile. τίος, Tius Paphlagoniæ urbs, Tianum facit, ut Cios Cianum: Stephanus autor. & confirmant exempla, quæ huc adferre non est opus. Idem infrà Simonidi accidit, non Cio Phrygiæ urbe, sed Ceo insula, æquali propè spacio à Sunio Atticæ & Eubœa distante, oriundo: hoc est Ceo uel Ceio, non Ciano. Sanè in Aristida γυναίκειος hic ex eodem Aristone κεῖος appellatur, hoc est, Ceus, non Teius. Vtrum rectius hîc an ibi legatur, difficile est pronunciare. Cæterùm Lapi errorem etiam ij qui magni nominis Onomasticon ediderunt, secuti sunt: & de muliere acceperunt atque exposuerunt, quæ de mare Plutarchus (eum interim testem citant) scribit. Quid est, si hoc non est fumos uendere?*

5 Quæ erant in Laurio.) λαυρεωτικήν. *Sic etiam est in Nicia. Et Pausanias initio Atticorum, Laurium locum maritimum Atticæ inter Sunium & Peiræeum uidit, ubi argentifodinæ Atheniensibus fuerint: λαύρειον. Thucydides libro secundo, λαύρειον in ora maritima montem indicat (ἐν τῇ παραλίᾳ γῇ καλουμένῃ) ubi argentariæ essent Atheniensibus secturæ: Suidas λαύρειον scripsit, quomodo & apud Herodotum legitur in huius etiam rei narratione, libro septimo. Lapus totum omisit.*

6 Nautas, ut ait Plato.) *Locus est libro 4. de Legibus, initio.*

7 Cui Aphetæ nomen.) *Intelligendas esse Magnesiæ Aphetas, qui locus est iuxta Pagasas in sinu Pelasgico, (de quibus Strabo libro nono, & Stephanus) liquet uel ex descriptione Artemisij, quam mox addet Plutarchus: uel hic ex mentione Sciathæ, quæ est insula eregionè Magnesiæ ac Pelasgici sinus. Quod annoto cùm explicandi gratia: tum nequis Suidæ loco, quem apud Stephanum adduxi, deciperetur. Diodorus quoque Siculus disertè classem Xerxis ad ἀφετὰς τῆς μαγνησίας appulisse ait, cum prius esset passa naufragium apud Sepiada Magnesiæ promontorium: quod idem est in Polymnia Herodoti.*

8 Vt Herodotus.) *initio Vraniæ.*

9 Oraculum etiam.) *Id de ligneo muro, & de diuina Salamina oraculū, integrum est apud Herodotum in Polymnia.*

10 Mineruæ ægidem.) τὸν γοργόνειον, *intelligo θυρεὸν, aut tale aliquid. Lapus apicem Gorgonis, haud scio quàm bene. Atq; ubi est ἀποσκευαῖς, quæ sunt exercitus impedimenta, idem thesauros nescio quos habet.*

11 Qui instar teuthidum.) *Piscis est genus, quod ut latinè dicatur, non satis intelligo. insipidum & uilem fuisse, innuit hic locus, & testatur Schol. Aristophanis in Equitibus. Habuisse prominentem proboscidem, etiam hoc ex loco colligitur: & est eius descriptio apud Athenæum haud procul à fine septimi.*

12 Suffragia ea de re ad aram iurati.) *Infrà in Pericle mentio fit eiusdem consuetudinis. Mos Græcis fuit, præcipuè Atheniensibus, ut iurandi causa ad aram accederent. quod cùm aliâs, tum ex historia Xenocratis patet, quem iurare prohibuerunt Athenienses, cum testimonium dixisset, & (ut mos Græcorum est) iurandi causa ad aras accederet. Cic. pro L. Cornelio Balbo, & Valerius Maximus in fine secundi.* Suffragia ab ara.

13 Seriphio cuidam.) *Herodotus in Vrania, Timodemum Aphidnæum nominat. Vt est apud Plutarchum, ita Plato etiam in capite libri 1. de Repub. Cicero in Catone, & alij.*

14 Ab Ægina urbis præfectus.) πολίαρχος, *Poliarchus: si quidem sit proprium. dubitari enim potest. Interpretes quidem proprium retinuerunt.*

15 Vt Aristophanes comicus.) *Locus est*

ἐκπεσόντες, ibi: ἐκεῖ πρὸς τούτοις ἀριστεύσειν (τῇ πόλει) τὸν Γαβριὰ προσέμαξεν. Sicq; etiam hic legendum est, non προσέμαξεν.

16 Seu te celebrem.) *Vsus hic sum mea libertate, & eo genere carminis uerti uersus Timocreontis, quo imitatione Alcæi Horatius multas scripsit odas, quarum primæ initium,*

Vides ut alta, &c.

Leutychidas autem pro Leotychida dicitur etiam apud Herodotum: intelligiturque rex Spartanorum, qui cum Xanthippo ad Mycalen barbaros uicit. Herodotus libro nono, alij. De Ialyso uel Ielisso (utrunque scribitur) urbe Rhodi, diximus alibi. Alteri uersus sunt trochaici catalectici senarij. postremos elegis reddidi, omissos planè à Lapo. Quod si in his omnibus uertendis alicui non satisfeci, is sciat, me diuinasse magis, quam affirmasse: & æquus sit, ipseq; (si quid habet) meliora afferat.

17 In Melita.) *Locus est Athenis, quem curia tribus Cecropidis, seu Oeneidis (hoc Stephanus habet, illud Suidas) habitabat. Mentio est suprà in Solone de Salamina, & Aiacis filijs. Meminit & Demosthenes in actione iniuriarũ aduersus Cononem, & in Ranis Aristophanes:*

ὁ ἐκ Μελίτης μαστιγίας.

De Hercule. ibi Scholiast. & Phocionis ædes in Melita fuisse, Plutarchus in uita eius affirmat. Hoc dico, ne quis de Melita insula cogitet. Porrò autem de exostracismo, seu ostracismo, nihil attinet commentari, cum multis alijs locis, in Aristida præsertim & Cimone, copiosius rem exponat Plutarchus: originem eius & morem eleganter Diodorus quoque in huius ipsius historiæ narratione explicat, neque inepta sunt quæ ea de re in Miltiadis uita Aemilius Probus scribit. De Pausaniæ proditione perspicuè Diodorus libro 11. & prope finem libri primi Thucydides: obiter Iustinus in fine secundi, & noster in Aristida.

18 Ad focum eius.) *ἑστίαν. Focorum, Vestæ, & Larum, seu Penatum nota est religio. Probus, eum secum filia paruula regis in sacrarium, quod summa colebatur ceremonia, coniecisse scribit.*

19 Ad filium eius.) *Artoxerxem, cui Longimanus fuit cognomen. Thucydides libro primo, Probus, alij.*

20 Plato philosophus.) *Locus est in Menone.*

21 Ponè Alcimum.) *Videtur monumentum cuiusdam Alcimi, fortè Herois, indicare. Sed nihil habeo.*

IN CAMILLVM.

N*Otissimum est, Romam à Gallis anno V. C. CCCLXV. captam esse, & à M. Furio Camillo receptã: quo maximè facinore nobilis est. Qui scire cupit, quæ alia in Græcia atque alibi eadem tempestate acta sint, Polybij libri primi initium legat. Camillus autem unde sit cognomen, suprà in uita Numæ est expositum.*

1 In magna illa contra Æquos.) *A. Posthumius Tubertus dictator Aequos & Voscos uicit anno V. C. CCCXXIIII. Describitur historia apud Liuium libro 4. Αἰκανοὺς esse Aequos, & notum est, & alibi dictum. Lapus imperitè hic & infrà Secanos, nescio quos, substituit.*

2 Veiorum obsidio.) *Quod in Græco additur, τούτους ἔνιοι Οὐειεντανοὺς καλοῦσι, Lapus ita reddidit:* Hos quidam Oenetanos uocant. *Amiotus* Venetaniens *reddidit: nihilo planè rectius. De Oenetanis istis ipsi uiderint. Βηίοι, Veij sunt, urbis nomen. Οὐειεντανοὺς scripserat Plutarchus, uti existimo: ostensurus ita Veientes (hi sunt Veiorum incolæ) ciues eius urbis, quæ Βήιοι dicitur, à nonnullis scribi: Zonaras Οὐίεντες habet. Nam & Οὐήιοι alij scribunt, ut Οὐάῤῥων, Σερούιος. ὀυαλερίος, cum alij rectius (meo sane iudicio, qui pro V consonante, consonantem ualdè affinem quàm diphthongum, hoc est, nihil minus, quam consonantem, ponere malim) Βάῤῥων, Σέρβιος, οὐαλέριος (etsi ipse in Fabio ὀυικούλας scribat, Ouicula: item que ὀυαλερίου, & λαιβίος, & alia id genus: si non hoc librariorum potius est, quàm autorum) eoq; respexisse uidetur Plutarchus hoc loco. Græci V consonantem non habent, nisi quod Βῆτα propius quàm Οὐ diphthongum eò accedere apparet, & Latinæ pronunciationis ignorationi hanc acceptam referendam putem. Πρόχωμα autem non esse propugnaculum, ita liquet, ut pro hac uersione neminem propugnaturum credam.*

3 Sed nimirum diuinitus.) *ἀπ' οὐδενὸς αἰτίου πλὴν ἤ τι θεῖον. Θεῖον aliquando sulphur est: hic adiectiuum, ac ad αἴτιον substantiuum pertinet. Lapus nescio quod sulphuris augmentum, contra et sententiam autoris, & rationem commentus est.*

4 In quem Ino.) *Inûs fabulam, ut propter sororis suæ Semeles filium Bacchum educatum à Iunone sit afflicta, ex Ouidio require libro tertio Metamorphoseos, & in Fastis, & apud alios. Eam esse Leucotheam & Matutam, Cicero etiam in Tusculanis quæstionibus libro primo, & tertio de Natura deorũ testatur. Pellex hic Semele dicitur, quòd ex Ioue Iunonis marito Bacchum concepisset.*

5 Qui sacra ista perficeret.) *κατακολουθήσαντι, ad uerbum, subsequeretur: uel uerius, exequeretur:*

quereretur. Apud Liuium est, qui exta prosecuisset. Est autem idem ac si diceret: eum qui sacra ista peregisset. Fabulon autem hoc esse, quod narratur, etiam Liuius putauit.

6 Vultum terræ defixisse.) λαταμύξεις. Lapus, quandoque sese expurgasse. Ego aut λαταμύσας legendum, à uerbo λαταμύω, quod est oculos ad solum flecto, in terram obtueor (qualis apud Virgilium,

Diua solo fixos oculos auersa tenebat)

aut uerbum μυίω aliquando idem quod μύω significare, credendum puto. Exempla horum portentorum sunt obuia: quæ ex historijs & poetis huc conducere, non est nostræ breuitatis: & sub finem Coriolani est hac de re breuis Plutarchi disputatio. Iam quod mox sequitur οὐτρυφᾶσθαι, non est profectò lautè ac luxuriosè uiuere, sed ludibrio haberi, & præ fastu ab aliquo contemni: sed mitto persequi pleraq;.

7 Achillis exemplo.) Prouerbium uide, ἀχίλλειος εὐχή, Achillis uotum. Res est ex primo Iliadis libro nota. Secus Aristides uotum fecit, in exilium pulsus.

8 Apud Aliam fluuium.) Poetæ Alliam, duobus L L scribunt, quæ scriptio uulgò obtinet: cùm nostra & Græca sit uerior, ut in Liuianis Annotationibus iam antè docuit Sigonius. Addam obiter, quod ad eam sententiam confirmandam facit. Asconius in Tullianam Diuinationem, hæc exponens uerba, habet Allienum, hunc tamen à subsellijs, &c. ostendit, dubitatum fuisse, proprium'ne id nomen, an uerò appellatiuum fuerit. Quo ex loco satis constat, & Aliam fluuium (nam inde nomen factum uideri ait) unico L, & in oratione ista Ciceronis eodem modo Alienum scribendum fuisse: alioquin in uoce Allienum, nihil erat scrupuli, quæ ut ab Allia deduceretur, ita appellatiui & adiectiui uim non habebat.

Alia, Allia.

Asconij locus.

9 Sint'ne dies aliqui nefasti.) Locus totus est à Lapo malè uersus. Disputat autem hac de re Plutarchus in quæstionibus Romanis. Habet & lectu digna Macrobius Saturnaliorū primo, et alij. Hesiodi De diebus sententia, ex eius de ea re libello cuiuis potest innotescere. Quod autem tertio suprà uersu legitur περὶ τροπὰς θερινάς, ego, post Solstitium, uerti: ut ostenderem, uel illud περὶ latius, quàm alioquin, sumendum: ut significet, haud diu post. uel μετὰ (quod puto) scriptum fuisse. non enim ignorauit, Quintili mense medio pugnatum fuisse: quod paulo infrà, & in Problem: Rom. monet.

10 Vnam in Leuctris, alteram apud Geræstum.) Locum exempla obscurum reddunt. Nihil Leuctrica Epaminondæ Thebanorum ducis de Lacedæmonijs uictoria notius. De altera illa contra Thessalos & Lattamyam, meminit Plutarchus noster in libello de improbitate Herodoti, ait'que Thessalos, cùm Græciam ad Thespias usque occupassent, à Bœotis uictos esse prælio, Lattamia (sic enim ibi scribitur) Thessalorum duce etiam interfecto: idq; paulo ante pugnam ad Thermòpylas factum, ibi ostendit. Sanè hac de re alibi nihil me legisse recordor. Herodotus in Vrania Phocensibus uidetur hanc uictoriam adscribere, iniquior aliàs etiam Bœotis, ut Plutarchus ibi docet. Sed in nostro, quem tractamus, loco, duæ uoces sunt mihi mendi suspectæ, Γεραιστῷ & διακοσίοις: quarum altera Geographiæ uidetur repugnare, alteram certa temporum ratio improbat. nisi fortè Geræstus etiam Bœotiæ locus est apud Thespias: nam Euboicus nihil huc facit. Cæterùm inter pugnam Thermopylensem (cui hæc Thessalorum clades non multum antecessisse dicitur à Plutarcho) & Leuctricam Epaminondæ uictoriam, anni CVIII. non plures, interuenerunt: quod ex Pausania, Diodoro Siculo, Polybio, alijsq; autoribus demonstrari facilè potest. Vt uerum non sit, quod hic dicitur, neque διακοσίοις stare posit. ἑκατὸν malim, ita'que uerti: cuius fortaßis nota ρ, à librario in sexto conuersa, falsæ lectioni occasionem præbuerit. quod non hic modo, sed sæpe alibi commissum iudico. Cæteræ historiæ notæ sunt, de uictis ad Marathonem à Miltiade, ad Plateas à Pausania, ad Mycalen à Leotychida & Xantippo Atheniense, ac pòst ad Arbela ab Alexandro Magno, Persis: neque opus est locos scriptorum indicare. Chabrias apud Naxum Spartanos uicit. Xenophon ad finem quinti ἑλλην. Diodorus libro decimoquinto, Plutarchus in uita Phocionis. ibidem de pugna ad Cranonem, hoc est, bello Lamiaco: & Diodorus libro decimooctauo. de Chæronensi, libro decimosexto. Archidamus Agesilai filius fuit: meminit Plutarchus in Agidis initio, & in Laconicis Pausanias. & Diodorus Siculus libro decimosexto ostēdit, eodem anno factum, quo hic Plutarchus affirmat.

11 Sacra pompa in honorem Bacchi ducitur.) Hoc enim est τὸν μυστικὸν ἴακχον ἐξάγειν, uel ἐξελαύνειν: quæ pompa ab urbe Eleusinem ducebatur, ut in uita Phocionis hanc ipsam rem scribens Plutarchus docet. Meminit & aliâs non semel. Canebatur autem simul hymnus, qui & ipse Iacchus dicitur. Vide Arrianum libro secundo de exped. Alexandri, ubi de Hercule Tyrio disputat. Porrò non Σκηπίονος, sed Καιπίονος legendum: & intelligendum est de Cæpione, ut aliâs ostendimus.

Ἴακχος.

12 Loco à dolijs fit nomen.) Vocatur e-

nim Doliola. Pompeius Festus libro quarto. Paulo alia nominis origo à Varrone traditur libro 4. De lingua Latina: sed Pompeius planè Plutarchum tuetur, & Liuius.

13 Tiberim tranauit.) *Mirum dictu, quàm nullum aperti loci sensum Lapus extulerit.*

14 Securim attollentis.) ἀξινίδα ἀνατείνων. κοπὶς *aliquando securis est, aliàs gladius leuiter curuatus, falci similis, ain sabel oder tusack. Curtius libro octauo. Hic nihil erat periculi, utrum poneretur. Pro gladio usurpauit infrà in uita Aristidis, prælium Plataicum describens: καὶ πρὸς τὰς ξιφουλκίας ἐχώρουν ἐκ χειρὸς, ἀλλὰ ταῖς κοπίσι καὶ ταῖς ἀκινάκαις χρώμενοι. Et in uita Alexandri Spithridatis Alexandro intentata* κοπὶς. *deinde à Clito in conuiuio* ξίφος *dicitur.* κοπὶς *autem aliud est, quòd oratorem uersutum significat, ac callidum: quod nomen in Hecuba Euripidea Vlyssi tribuitur,* ποικιλόφρων κόπις. *& in Lycophronis Alexandra, ubi Zezes:* κόπις ὁ ῥήτωρ καὶ ἀπατεὼν, ὁ ὑπὸ πολλῶν πραγμάτων κοπτόμενος. γίνεται δὲ ἐκ τοῦ κόπτω. *Eustath. in* ξ *Odyss. monet, antiquis* φλύαρον *sonasse.*

Kopis.

Kopis.

15 Sexaginta stadia progressus ad Gabinam.) *Liuius habet, ad octauum lapidem Gabina uia. In Græco est* Σαβίνην, *malè, pro* Γαβίνην. *Nam ad miliare, hoc est octo stadia, & primum lapidem, idem est: & Liuiana summa quatuor stadijs, dimidio scilicet miliari, quàm Plutarchiana, est maior. Ita suprà nonaginta stadia ad Aliam processisse Romanos, dixit Plutarchus: Liuius, ad undecimum lapidem Romanos Gallis occurrisse, &c. quod spatium duobus à Plutarchiano stadijs superatur. Cicero milliarium eodem significatu dixit, ut in Bruto: Cum plebs prope ripam Anienis ad tertium milliare consedisset. De qua re Liuius libro secundo, tria ab urbe millia passuum dixit. Idem quintum milliare dixit, libro sexto ad Atticum.* τὸ μίλιον, ὀκτὼ σταδίων ὀλίγον ἀποδεῖ, *inquit Plutarchus in C. Gracco.*

Miliare, primus lapis, octo stadia.

16 Paucis post Idus Quintiles.) *Quo die ad Aliam pulsi sint Romani, uideo non satis conuenire inter autores. Liuius initio sexti, & Cornelius Tacitus prope finem XVIII, A. D. XV Kal. Sextiles factum tradunt. Is mensis eius dies erat decimus octauus. siquidem instituto Numæ Quintilis XXXI dies habuit. Dissentire ab his Macrobius libri primi capite decimooctauo Saturnalium, & Plutarchus in Problematibus uidentur, qui Aliensem diem postriduanam faciunt: id est, pugnatum postridie Idus Quintiles aiunt. Sed it dies mensis erat decimus sextus. Autor libri de uiris illustribus. habet XVI Kalend. Augusti. (ita enim in Aldino legitur) id est, Iulij die decimaseptima: fortaßis scripserat XVII, quod cum Macrobio consentiret. Equidem & Macrobius harum sui rerum apprimè diligens, & nostro autori hoc in genere plurimum docti tribuunt: & tamen grauißimus scriptor Liuius, & nihilo minor Tacitus, dissentiunt. Nam receptam lectionem (est enim ea in omnibus, quos equidem uiderim, libris, etiam in Florentino Tacito) conuellere, temerarium sit: eo magis, quòd ipsos quoque, si hoc sensissent, postridie Idus Quintiles scripturos fuisse probabile est. Iudicent doctiores. Ego satis habeo monuisse.*

17 Ad Martis tugurium.) *Sic est ad uerbum,* καλιάδα ἀρείως. *Latini Saliorum curiam appellant: ut Cicero libro primo de Diuinatione: Liuius (inquit) Romuli, cum situs esset in Curia Saliorum, ea que deflagrasset, inuentus est integer.*

18 Ad cœli regiones.) *In Græco est* πλινθίον, *ut & suprà eadem de re in Romulo. Lapus mirificè ad artificia & fundamenta detorsit: quasi uerò* πλινθίον *laterem coctum significet, ac non potius certam figuram: quomodo etiam in re militari suum habet usum.*

πλινθίον.

19 Ad Mascium montem.) *Apud Diodorum quoque, ad finem libri decimiquarti, cum hæc ipsa res describuntur,* ἐν τῷ καλουμένῳ μαρκίῳ κατεστρατοπέδευσαν, *legitur. Liuius, Ad Metium (pro ad Marcium) is locus dicitur, uitio librariorum habuit: quem locum hinc restituit Sigonius. Meminit & Suidas Marcij montis, in suo Lexico. Quæ de Philotide sequitur narratio, est etiam in Romulo suprà: ubi non Tutula est, sed Tutola. in Macrobianis libris Tutela etiam legitur. habet enim hoc libro primo, capite sexto Saturnaliorum.*

20 Satsicum coloniam.) *Sic est constanter apud Liuium. hic* Σουτρίαν *est inculcatum ex superioribus. Ego Liuium sequi, quàm mendum ab interpretibus retentum, malui.*

21 Anno post Romam captam XXIII.) *Est quidè in Græco* τρισκαιδεκάτῳ, *id est tredecimo, quod & Amiotus retinuit. Lapus tertio habet, nisi si librarius uocem Decimo omisit. Ex Liuio, & ratione magistratuum à Plutarcho etiam annotatorum satis constat, uigesimo tertio legendum: & notæ numerorum (nam ne Græci quidem ijs carebant) multorum sunt mendorum causa.*

22 Æmilius Mamercinus.) *Ita legi ex Liuio, (is L. prænomen addit) & ijs quæ in Numa de Mamerco & Mamercino habentur.*

IN PERICLEM

IN PERICLEM PLVTARCHI, Interpretis Annotationes.

IPSVM exordium graue, sentẽtijsq; ex intima Philosophia depromptis exornatum, Lapus parum rectè ac perspicuè conuerterat: præsertim ubi ostendit Plutarchus, quid inter nostram, & eam quæ nonnullis bestijs innata est, discendi cupiditatem, atque spectandi, intersit. Sensus quoque perturbatione moueri, nescio quàm sit commodè dictum: cum πάθος affectionem uerius, hoc quidem loco, significet. Et quod consideratione animum ali Plutarchus dicit, eò respicit, quia perfectio, & ἐνέργεια τοῦ νοῦ, est ἐν τῷ θεωρεῖν, quo modo uoluntatis in agendo. Ita Cicero etiam locutus est in Lucullo. Est enim, inquit, animorum ingeniorumq; naturale quoddam quasi pabulum consideratio, contemplatioq; naturæ. Erigimur, latiores fieri uidemur, humana despicimus: & quæ sequuntur. Cæterum quo tempore uiguerit Pericles, non est difficile scire, cum belli Peloponnesiaci autorem fuisse compertum sit. Id autem cepit anno altero Olympiadis LXXXVII, si Diodorum Siculum sequimur. Vide Gellium quoq; libro decimoseptimo, capite ultimo.

1 Hoc igitur decimo libro.) Locus hic ostendit, solitum Plutarchum Græci & Romani (quos inter se compararet) uitam uno libro complecti. Ea ratione hic non esset decimus, sed quintus demum liber. Quod maximo est argumento, mutilum & magna parte decurtatum opus hoc ad nos peruenisse. Qua de re diximus in Præfatione.

2 Clisthenis.) De hoc cùm alij, tum in Terpsichora & Eratone copiose Herodotus: ubi gentilitas Periclis perspicuè explicatur. Fuit autem Clisthenes hic, si Herodotum sequimur, Agaristæ huius patruus. Apposui partem genealogiæ.



Fuit ergo Agarista Clisthenis ex fratre (ut loquuntur) neptis. id Plutarchus ἔγγονον uocat. quod alias uocabulum nepotem significare tradunt.

3 Cephalegeretes.) Iouem Homerus νεφεληγερέτην, Nephelegeretem uocat, quòd nubes ille contrahat, & tempestatibus præsit. Ad sonum eius epitheti comicus poeta alludit, κεφαληγερέτην uocans Periclem, quasi capitonem. Iouem autem alioquin eum uocabant Comici. Versus Græcos disponere, cum poemata ipsa non extent, laboriosius est, quàm tutius: ideo mea libertate sum usus. Quid autem uersiculus alter, qui ex Nemesi citatur, sibi uelit, non equidem intelligo. Locum esse mutilum, & reliqua ad Periclem attinentia deesse suspicatus, asteriscum adieci. μακρὸν, longue teste uertit Amiotus. quid legerit, aut secutus sit, nescio.

4 E' capite immensas sinuoso.) ἐνδεκακλίνου, Lapus undeclinio. ad uerbum est, undecim (hoc est multos) flexus habens. Tale erat nimirum Periclis poetis, oblongum & incompositum. Sanè etiam apud Aristotelem περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. legitur: ἔστι δὲ ἐκεῖ λεγόμενόν τι ἐν τῷ παλατίῳ τῆς Σικελίας, ὡς ἑνδεκάκλινον. quod uidetur mensarum, aut lectulorum decem capax esse. Diodorus Siculus libro trigesimoprimo, de carcere Albano, μέγεθος ἔχων ὅπον μάλιστα ἐννεακλίνου.

5 Eupolis in Populis.) Δήμοις. quod etiam in Curijs potest exponi: & uidetur curiatim in ea Comœdia uexasse Athenienses poeta: δήμους enim, ut partes tribuum, curias uertere, quàm uel populos, uel oppida, malo. Nam Cicero libro octauo ad Atticum, ostendit etiam oppida uerti posse δήμους istos: sed mirum, cum de habitatione hominum dicitur, cum de hominibus sermo est, præstat, opinor, ciues & curias, quàm urbes & oppida dicere.

6 Zenonis Eleatæ.) Elea Lucaniæ in magna Græcia

Græcia urbs. uide Strabonem initio ſexti. in uita Bruti: Pedeſtri itinere per Lucanos Eleam ad mare perrexit. Porrò Timonis de Zenone uerſus (ut ferè alios omnes) peruerſe extulit Lapus. Apud Diogenem Laërtium libro nono, in uita Zenonis, paulo aliter eſt: pro ἀπατηλὸν, fallax, habet ἀλαπαδνὸν, imbecille. & non πάντων ἐπιλήπτορος, omnium reprehenſoris: ſed Πλατωνεπιλήπτορος ἠδὲ μελίσσου, Platonem Meliſſumq́; reprehendentis.

7 Sonitus inquam diſcorum.) Locus hic facit ad prognoſticorum naturalium defenſionem, in quibus res quæ certam aliquam habent cauſam, certam ipſa quoque rem uel præmonſtrant, uel efficiunt. cuius generis ſunt medicorum προῤῥητικά: & tempeſtatum, apud Aratum & Maronem præſagia, & ſimilia. Quid autem ſonitus diſcorum deſignet, non ſatis intelligo. Videtur quidem robur impellentis, & tenorem ictus demonſtrare: cuius rei exemplum eſt Vlyſſeæ lib. 8.

τόν ῥα (δίσκον) περιστρέψας ἧκε στιβαρῆς ἀπὸ χειρός·
Βόμβησεν δὲ λίθος, κατὰ δ' ἔπτηξαν ποτὶ γαίῃ,
Φαίηκες δολιχήρετμοι ναυσικλυτοὶ ἄνδρες
Λᾶος ὑπὸ ῥιπῆς. ὁ δ' ὑπέρπτατο σήματα πάντων, &c.

Erasmi lapſus. Nam quod ex Pollucis libro 9. Eraſmus hoc ad Vraniam refert, quam fidem mereatur, in Commētarijs Homericis docui. Eſt enim Vrania pilæ luſio: cum diſcus pila non ſit, ſed lapis molæ ferè inſtar formatus, rotundus ſcilicet, non globoſus: in cuius medio per foramen traiectus erat funis, quo circumageretur, & proijceretur. Niſi fortè diſci ſonitu ſignum dabatur exercitationum, ut ad eas qui uellent, ſe conuerterent. cuius rei apud Ciceronem haud procul initio libri de Oratore ſecundi eſt mentio.

8 Etenim ea uis eſt.) Sententia eſt ſatis obſcura: oſtendit autem, quotidiano conuictu, aſsiduaq́; conuerſatione autoritatem amitti. Similis locus eſt etiam in uita Pompeij.

9 Socijs oratoribus.) Alijs legit Lapus, non ſocijs: ἑτέροις, non ἑταίροις. Noſtram lectionem retineo cum Amioto: etſi parum intereſt. De Salaminia naui dicam in Alcibiade.

10 Vt eſt apud Platonem.) libro de Republica VIII: ubi elegantiſsimè diſputat, quomodo democratiæ abuſu res ad tyrannidem deuoluantur.

11 Diuinus Plato.) Locus eſt in Phædri penultima pagina.

12 Thucydidis Mileſij.) Dicam de hoc paulo pòſt.

13 Oculis Piræi officientem.) λήμην τοῦ πειραιῶς, lemam Piræei, ſeu lippitudinem: quanquam λήμη non lippitudo uerè eſt, ſed lippitudinis cauſa: ſcilicet humor aliquis in oculo concretus. itaque cum proprium deeſſet uocabulum, utcunque ſenſum extuli: tranſlationis tamen ui (ut puto) non admodum imminuta. Eſt enim in hoc dicto metaphora, ſeu tranſlatio ἐξ ἀναλογίας, ut lib. 3. rhetor: Ariſtoteles docet, cap. 10.

14 Thucydides.) Locus Thucydidis eſt libro ſecundo.

15 Theorica.) Sic dicebantur pecuniæ, quæ Panathenaicis & Dionyſiacis ferijs populo ex ærario tribuebantur: ut ſpectare ludos conducto in theatro loco, & ſacrificia obire etiā, tenuis fortunæ ciues poſſent. Vide Suidam & Heſychium, & Lybanium in primam Olynthiacam. Eſt autem θεωρεῖν, ſpectare. Mentio horum eſt etiam infrà in Ariſtida.

16 Damonidis Ienſis.) τοῦ ἰῶθεν. Oeæum Lapus fecit, neſcio quid ſecutus. Amiotus ex inſula Io ortum cenſuit. ego opinor (nam nihil niſi coniecturam affero) δῆμον, hoc eſt curiam, aut pagum aliquem Atticæ patriam eius fuiſſe, Iam fortè, aut Ias, aut ſimile.

17 Neque archon, neque theſmotheta.) Nomina ſunt magiſtratuum Athenięſibus propriorum: & quæ non uertere, quàm peruertere præſtat. non enim uideo quæ Latina uocabula ijs uerè & propriè reſpondeant. De Areopago in Solone dicta ſunt ab autore ſatis multa: quibus addi poſſunt, quæ ſunt apud Iſocratem in oratione de eo conſilio ſcripta, & alios. Archontes Athenis nouem fuerunt, qui rempub. adminiſtrarent, quaſi prætores. Ex his unus Eponymus dicebatur: de quo in Ariſtida. Sex alios legibus quotannis corrigendis, totoq́; anno curandis deſtinatos fuiſſe, Suidas ex alijs, & Aeſchinis contra Cteſiphontem oratione affirmat: qui Theſmothetæ dicerentur. Rex autem, βασιλεὺς, quid officij habuerit, ex fine Acharnenſium Ariſtophanis, & Scholiaſta eius apparet. Ibi Dicæopolis, quaſi uictor certaminis, utrem uictoriæ præmium ſibi tradi poſtulat, eo que nomine regem inuocat: *(margin: Archon. Theſmothetæ. Rex.)*

——Rex ubi eſt?
Mihi tradite utrem:

Ibi Scholiaſtes: Indicat, inquit, hoc loco, regem certaminum, quæ Choarum ſeu libationum feſtiuitate edebantur, procuratorem fuiſſe, utrem que uictori præmium dediſſe. Eſt autem rex magiſtratus quidam, myſteriorum, pomparum & ſacrificiorum curam gerens. Hæc ille. Ergo regem ſacrorum, aut regem ſacrificulum dicere licet, de quo alibi. Sanè in Solonis uita, ubi de Areopagitis diſputatur, uerba cuiuſdam legis referuntur, quæ indicare uideantur, eos reges etiam in prytaneo de grauibus cauſis iudicium tuliſſe. quò fortaſsis hic reſpicitur. Lapus omiſit hunc magiſtratum, quòd (ut exiſtimo) non intelligeret eius officium: & reges Athenis Periclis tempore non præfuiſſe cogitaret. Certè & Suidas in uoce ἄρχων, quatuor hæc magiſtratuum nomina, ut hic noſter autor, coniunxit. Reſtat Polemarchus, quem prætorem peregrinum uertiſſem, *(margin: Polemarchus.)*

uertissem, nisi nouum hoc & inuidiosum ob nouitatem futurum metuissem. Sanè haud absimilis eatio eius fuit. Siquidem (ut ex Suida & aliunde patet) & ipse unus de nouem istis peatoribus, seu archontibus fuit, atque inquilinis, ut reliquis ciuibus, ius dixit. alioquin etymonin dicat, belli præfectum etiam fuisse: quod genus Polemarchi etiam Spartanis fuerunt. Hæc, ut omni munere fidelis interpretis perfungerer, annotanda semel duxi: cum plerique omnes interpretes aut non animaduertissent, aut oscitantes in similibus locis fuissent. Qui plura uolunt, ex Suida, Harpocratione, Geæcisq; alijs interpretibus petant.

18 Inter tribules suos in acie stare uoluit.) ἵστο μετὰ τῶν φυλετῶν εἰς λόχον τὰ ὅπλα. Obscuriusculum est hoc, neque à Lapo expressum. in Cimone planius dixit, μετὰ τῶν ὅπλων ἄκων εἰς τὴν αὐτοῦ φυλὴν οἰνηίδα, &c.

19 Thucydidem Alopecensem, &c. Cimonis affinem.) Exponam hunc locum, qui me aliquando uexauit, forsitq; & (ut opinor) non omnes hanc rem statim rectè suo Marte intelligent. Id primum obiter monendum duxi, κηδεστὴν non modò (ut uulgò putatue) socerum: sed & quocunque modo uel affinem, uel agnatum Græcis significaee: sicuti & γαμβρὸς non tantùm generum, sed etiam sororis maritum significat, & πενθερὸς affinem. neque id absque omni ratione, uti aliás ostendimus. Iam in uita Cimonis Plutarchus tradit, fuisse materna ab origine coniunctum Cimoni Thucydidem: & quidem ibi disertè additur, scriptorem historiarum: quod ipsum & Suidas, & quicunque alij uitam eius autoris scripsere, haud obscurè annotauerunt. Potuit hoc in eam suspicionem perducere hominem minus attentum, historicum Thucydidem eum esse, de quo hic autor loquitur, nempe qui in republica aduersarius Periclis fuit. Accedit eò, quòd & hunc ipsum historiæ parentem exilio mulctatum fuisse, multi graues autoees tradiderunt. Cicero libro de Oratore secundo, à repub. remotum, & in exilium pulsum, scripsisse suos libros testatur. Idem est apud Plinium libro 7. cap. 30. apud Pausaniam in Atticis, apud Dionem libro histoe. Rom. XXXVIII. apud alios: neque ipse hoc dissimulauit. Fuisse aduersarium Periclis, opinari potuit: qui & cognationem illius cum Cimone (qui à Pericle grauiter oppressus fuit) reputaret, & æquales, in eademq; ciuitate uersatos fuisse cogitaret: quod quidem posterius est extra omnem controuersiam, & pluimum ad hunc errorem facit. Porrò Plutarchus hic, ubi de Thucydidis cum Pericle certaminibus & exilio loquitur, Milesij patris nomen non addidit: ut tam facilè hunc ab isto diuersum, quàm cum scriptore historiæ eundem fuisse, suspicari quispiam potuerit. Nam curiaeum in Cimonis & Periclis uita additam distinctionem non aduertisse, aut non intellixisse, uulgare fuerit. Verùm mihi hoc ipsum primùm altius cogitandi occasionem dedit. Nam historicus Alimusius in Cimone Plutarchi, inq; uita sua in inscriptione columnæ cuiusdam dicitur. Est autem Alimûs Leontidis tribus curia. Is autem, de quo in præsentia sermo nobis est, Alopecensis curia perhibetur: hoc est, tribu Antiochensis: siquidem Stephano, & alijs credimus. Sunt ergo diuersi, utut uomen & exilium commune tulerint. Ratio autem temporum hoc ipsum demonsteat, cùm post pugnam ad Amphipolin se in exilium abijsse, libro 5. Thucydides scribat, mortuo pridem Pericle. Thucydidem autem Periclis aduersarium, eundem cum Milesij F. suprà nominato esse, & historia innuit, & demonstrat Scholiastes Aristophanis in Vespas, ad uersum,

Non unum fuisse Thucydidē: & quis à Pericle pulsus.

ὅπερ ποτὲ φεύγων ἔπαθε κἀὶ Θουκυδίδης,

Quod exulanti olim accidit Thucydidi. ubi quidem & quatuor Thucydides enumerat, & hunc Alopecensem Milesij (historici uerò pater Olorus, seu Orolus, ut Marcellinus in uita Thucydidis, etiam teste Didymo, contendit, notus est) filium fuisse docet. Atque huius Thucydidis Milesij F. in fine Theagis, initio Lachetis, & in Menone meminit Plato: etsi Μελισίου falsò legitur, ut persuasum habeo, pro μελησίου. Quod addendũ utique fuit, ut μελησίου suprà intelligas non gentile esse, sed ṽũ uocabuli usitata omissione prolatum: nam id ambiguum more suo Lapus reliquit. Amiotus omnino Milesium fecit, id est Mileto oriundum: non rectè. Initio Niciæ etiam huius, ut optimi, & suorum amantißimi ciuis fit mentio.

20 Octo minarum mercede conductorum.) Est quidem in Geæco ὀκτὼ μηνῶν ἔμμισθοι. Verùm Lapus legit non μηνῶν, sed μνῶν: non menses, sed minas. Me ratio mouit. Quid enim attinebat ad octo menses conduci, & stipendium non expeimi? cum quidem quotannis istæ triremes emitterentur.

21 Sybarim, quam Thurios nominauerunt.) Ratio huius rei, & historia extat elegans, apud Diodorum Siculum lib. 12.

22 Ac profectò, dicebant, uidetur.) Mirum quàm ineptè hæc Lapus transcripserit: neque enim animaduertit uerba hæc esse calumniatorum, siue accusatorum Periclis. Et qui in margine annotauit, quo lucem scilicet uersioni Lapi adferret, (Loquitur de Atheniensibus, quibus se adnumerare uidetue) absurdum absurdo auxit. Non enim hæc à Plutarcho, sed (ut dixi) à Periclis inimicis dicuntur. quod in promptu est uidere, si quis eruditus uerba Geæca inspiciat. Mutationem autem personarum, & obliquæ orationis in directam qui ignorant, non sanè uideo qui se excusare poßint: quum nihil Latinis & Græcis facundis autoribus sit magis usitatum:

Mox

Mox est ναῶν χιλιοταλάντων: Lapus, perinde ac si ναῦς esset scriptum, pro templis naues dedit.

23 Textores.) λιθουργοί. Lapus, lapidarij: at lapicidæ suprà sunt nominati. Suspicor λινουργοὶ legendum, propter uela, et alias res non nauibus modò & curribus, sed & hominibus ea tractantibus utiles. itaq; & sutores posuit.

24 Centum pedes undiq; patens.) Hæc quidem interpretatio est etymo uocis consentanea. & Eustathius Iliad. ψ. uersum hunc exponens,

· ποίησαν ἢ πυρὴν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα,

ait ἑκατὸν ποδῶν ἔχειν ἑκάστην πλευράν. cui astipulatur Varinus. Suidas enim non à magnitudine, sed pulchritudine & cõcinnitate dictum ait: de quo ipse uiderit. Fanum fuit Mineruæ. meminit Pausanias lib. 1. Plin. 34. 8, nomine Parthenonis, ut & Plutarchus infrà in Demetrio. Per Virginem autem, notari deam Mineruam apud Athenienses, omnibus constat.

25 Metagenes Xypetius.) ὁ Ξυπέτιος. Oxypetius malè Lapus. Xypeta curia est Cecropidis tribus, autore Stephano.

26 Odeum.) Lapus orchestram uertit, non quidem adeò malè, sed minus tamen propriè. Græcum ego relinquendũ duxi, cum eo etiam Latini scriptores utantur: Cic. ad Atticum libr. 4. Suetonius in Domitiano. Locum fuisse choris & cantilenis destinatũ, ipsa uox ostendit, & uerba paulo pòst sequentia. pro quo imperitè apud Suetonium librarij, & pud Xiphilinum in Adriano Merula, Methodum supposuisse uidentur.

27 Vestibulum arcis.) τὰ προπύλαια. Propylæa, uestibulum puto uerti rectè posse. Sanè Cicero libro 2. Offic. Græcum uocabulum, hac ipsa de re loquens, retinuit.

28 Minerua in somnis.) ἡ θεὸς, ut sæpè aliàs, κατ᾽ ἐξοχὴν. herba autem Parthenium, uel Perdicium fuit, Pericli ab ea demonstrata. Vide Plin. lib. 22. capite 17.

29 Diuæ aureum signum.) χρυσοῦν εἶδος. Nam & Pollux uidetur testari initio lib. 1. & testantur Eustathius, Hesychius, Varinus, alijq;, εἶδος interdum esse ἄγαλμα. atq; ita in Aristide Plutarchus utitur de Minerua Plataica, εἶδος ἔγνωσαν. In Coriolano, de fortuna muliebri, pro puluinari, quæ dijs sacra passim à Liuio & alijs cõmemorantur, posuisse uidetur. & quod hic εἶδος, id pòst de Phidiæ calamitate ἄγαλμα dicitur.

30 Vt est à Platone.) in Phædro, & Gorgia. locus Thucydidis est lib. 2.

31 Hæc omnia erant.) Sensus non est obscurus: sed mutilus in Græco locus, non uarius.

32 Anaxagoram reducta ueste.) ἐκκαλυψάμενον, ut ante συγκεκαλυμμένον, uelato corpore. Lapus expirantem uerterat.

33 Tolmidam Tolmæi.) Is enim in Laconicam incursiones fecerat, Cephaleniam occuparat: et rebus satis prosperè succedentibus, tandem ad Coroneam fuit à Bœotis maxima Atheniensium clade uictus & cæsus cum exercitu. Diodorus libri 11. fine, & duodecimi initio ferè. Meminit Thucydides lib. 1.

34 Megarenses defecisse.) ἀπηγγέλλοντο Μεγαρεῖς ἐκπεπολεμωμένοι. Legendum arbitror ἐκπεπολεμωμένοι, bellum mouere defecisse. Lapus diuerso sensu, Megarenses ciuitate exactos: quasi uerò ἐκπολεμοῦσθαι, passiua quamuis inclinatione, id significet. Thucyd. hac de re loquens libro primo, Megarenses ait Corinthijs, Sicyonijs & Epidaurijs adscitis, ab Atheniensibus defecisse, præsidiumq; eorum obtruncasse. ut uideas quàm rectè Lapus intellexerit, aut quàm de re solicitus fuerit. Et quidem paulo pòst iterum dixit Plutarchus eodem modo, ὡς ὅσον οὐδέπω Πελοποννησίων ἐκπεπολεμωμένων πρὸς αὐτούς. ἐκπολεμῶσαι.

35 Et mulieres ad eum.) Locus in Græco est mancus. diuinaui igitur.

36 Eupolis in populis.) Δημοσίοις. Lego Δήμοις: sicut & suprà citatur hæc comœdia, & apud Athenæum aliquoties. Lapus errorem Græci codicis retinuit. ubi est Pyronides, fuit haud dubiè Myronides. Paulo pòst, de Phocæa Phocensem fecit Lapus: de Aeolica Parnasiam scilicet.

37 Ne corpus ungentis.) Ne hic quidem quicquam nisi coniecturam attuli. Existimaui autem sensum huius Archilochij carminis esse: non esse mulieri, iam prouectæ præsertim ætatis, de rebus gestis & administratione reipub. iudicandum aut disputandum. Hoc modo alij etiam uersus Homericos usurparunt. Fuisse autem iam tum uetulam Elpinicen, & ex temporum ratione, & ex Plutarchi loco, ubi de eius pro fratre apud Periclem deprecatione dixit, liquet. & Horatius quidẽ haud absimili modo uetulam quandam reprehendit, 3. Od. 15.

38 Aristophanis uersuum.) Extant in Acharnensibus. ibidem disertè commemoratur decretum in Megarenses factum, de quo pulchram historiam habet Gellius 6. 10. Citat & Athenæus libro 13. eosdem uersus: quo ex loco apparet, non duas Aspasias (id quod Aristophanis commentator, & eum secutus Suidas tradunt) raptas fuisse: sed duo scorta, quæ ab Aspasia, nempe lena, quæstus causa alebantur. Nam in Græco ἀσπασίας ambiguum est, cum et genitiuus singularis, et accusatiuus pluralis esse possit. Scholiastæ Aristophanis & Suidæ error. Sed id posterius loco non conuenit admodum, cum Plutarchus (ut & in Aristophane Florentino est) πόρνα scripserit duali numero, cui male cohæret plurale ἀσπασίας. Neq; tamen non annotaui huiusmodi apud Homerum & alios multa exempla: sed (ne quid aliud dicam) δειτροφαύειν hoc nõ est. & uerò Athenæus ἀσπασίας πόρνας legit, ubi prius genitiuum singularem esse, ipse etiam intellexit. Postremum uersum arbitror à Plutarchiano librario omissum:

omissum: addidi ex Aristophane, sicut & Lapus.

39 Violatæ religionis.) ἀσέβειαν. Lapus, lenocinij, nescio quid secutus. Est quidem & apud Athenæum in hac historia χωρὶς ἀσεβείας: & lenocinij crimen auctarij loco priori accessisse, Plutarchi uerba palàm demonstrant.

Prytanes. 40 Apud Prytanes.) Senatus Atheniensis ex quingentis personis constabat. decem enim erant Athenis tribus: ex his quinquageni delecti, senatum quingentûm uirorum constituebant. Ex hoc senatu quinquaginta unius tribus (ut ordo ferebat) uiri, decimam anni lunaris partem omnia senatus munera obibant: hoc est, per dies XXXV. tum alij, atq; deinceps alij, decem, ut singulis annis per omnes tribus circumiret ea administratio, cùm quidem quatuor reliqui dies (nam annus lunaris CCCLIIII diebus constabat) in quatuor tribus singuli distribuerêtur. Et ij quinquaginta, quibus tum forte tempus illud administrationis obtigisset, prytanes uocabantur. Hæc ferè ex Suida. Morem uerò ab ara uictum ferendi, etiam supra in Themistocle commemorauit, ubi de honore ei à Græcis ob uictoriam Salaminiam habito scripsit. iuratum & quasi sacrum iudicium intelligi debere, ibi dixi.

41 Piaculo liberare.) Locus Thucydidis est libro primo. Intelligitur autem Cylonium piaculum, de quo extat & in Solone Plutarchi historia. Porrò autem Periclis mater à Megacle Alcmæonis F. genus trahebat, qui eius facinoris autor fuit. id suprà est demonstratum.

42 O rex Satyrorum.) Versus mei sunt anapæstici, trimetri, acatalectici, excepto ultimo qui est catalecticus. Sicubi non satis feci lectori, sciat me ne mihi quidem ipsi satis fecisse: sunt enim Græci uersus obscurißimi. Teletem uidetur innuere hominem timidum: sed de quo nihil compertum habeam. Bipennes sermonum ad uim dicendi referuntur: nisi fallor. quo modo Demosthenes Phocionem solebat suorum κοπίδα sermonum nominare, quòd quæ ipse proposuisset, ea Phocion breui, sed uehementi oratione refutaret, ac quasi diffinderet.

43 Venditi sunt.) ἐπράθησαν. Sed profectò mihi locus hic suspectus est. neq;, tum præsertim, uenditos, sed numero ciuium eos exclusos spurios existimauerim.

44 Cœlum enim cũ dicant esse.) Locus est libro sexto Vlyssee Homericæ, ad quẽ hic alluditur.

IN FABIVM PLVTARCHI, INpretis Annotationes.

Q. Fabius Maximus quo uixerit tempore, nõ est obscurum: nihil enim bello Punico secundo, quod & Annibalicum dicitur, notius est atq; insignius. Liuius lib. 30. ostendit mortuum duobus Seruilijs Coss. anno V. C. DLI.

1 Initio statim Guarinus impingit, cum Fabium Maximum Nymphæ filium facit: neq; animaduertit loqui autorẽ de Fabio, q ex Hercule, & uel Nympha uel Latina muliere natus Fabiæ stirpis autor fuerit.

2 In uenatione fossis.) Quis huius etymi sit autor, nõ scio. Sanè probabilius est, quod habet Sex. Pompeius, Fabios antiquitùs Fouios dictos, quòd princeps eius gentis ex ea natus sit, cùm qua Hercules in fouea concubuit: uel quòd primus ostenderit, quemadmodum ursi & lupi foueis caperentur.

3 A Fabio Rullo.) ῥυλλοῦ est in Græco. Itaque Guarinus Rylaum finxit, Ego secutus sum Plutarchum apud quem in Pompeio, ubi de Maximi & Magni cognomentis disputatur, ῥούλλου rectè legitur, pro eo quod hic est mendose ῥυλλοῦ. Historia est apud Liuium in fine libri noni. Neque sum nescius, quem Plutarchus Rullum dixit, eum apud alios Rullianum: apud quosdam, sed uitiose, puto, (tametsi hic correctorem Guarinianæ translationis uideatur Amiotus secutus) Rutilianum legi. Sed (ut dixi) Plutarchi hos locos ego sequor.

4 Nõ socordem le.) in Græco est ἀπραγίαν quod non sanè uideo, quid hic loci habeat. Vtiq; ἀπραξίαν, aut ἀνωφελίαν, aut ἀπραγίαν mallem. Quæ de oratione Fabij sequuntur, omnia sunt peruersa à Gaurino.

5 De Liguribus.) λιβύων. Sed est legendũ λιγύων, quod & interpretes senserunt, & historia docet. Simile mendum erat in Pertinace Xiphilini, & in alijs locis.

6 Vt primum resciuit pretor.) Vterq; enim consul ad bellum exiuerat: itaq; prætor munus consulare sustinebat more maiorum, cuius & alij meminerunt, & Cic. lib. 10. epist. ad Plancum.

7 M. Minucium.) Hic est in Græco λευκίου, λ pro μ. infrà μαρκίου, pro μάρκου. Marcum & Liuius constanter uocat.

8 Dijs uouit immolaturum se omnem fœtum.) Hic unus est de ijs locis, qui interpreti suscepti muneris sedulo scrupulos inijciant, caputq; scabere & ungues rodere iubeant. Faciamus saltem quod possumus. Votũ hoc fœturæ, aliàs Ver sacrum appellatur Liuio. ut in hac ipsa historia, lib. 22, & alibi. & libro trigesimoquarto: Ver sacrum uideri, quod natum esset inter Kalend. Martias, & pridie Kal. Maias. Ita Nonius quoq;, & Festus. Iam quod ad summam pecuniæ eius quæ in ludos uotos impendenda statuitur attinet, Guarini uersionem omitto: quam Budæus, hunc ipsum locum libro præstantissimi de Asse operis tertio tractans, eo nomine reprehendit, quòd τετραμόριον tertiam partem uerterit. Ego (quod saluo Budæi honore dixerim) ambiguè magis quàm falsè uertisse Guarinum censeo: quod non addiderit, quò ea tertia pars respiciat. hoc est, totius ne summæ (uti Budæus accepit, ideoq; improbat) an uerò denarij tertiam partem significet τὸ τετραμόριον. Ac tametsi rectè Budæus ex Plutarcho ostenVer sacrũ.

dere uideatur, posterius hoc esse intelligendum: eadem tamen ambiguitas restabit, si pro tertia parte reposueris trientem. Nam & triens de totæ summæ tertia parte tam intelligi potest, quàm de triente denarij. Ego, addito uno uocabulo, eam declinaui. Alioqui Plutarchi interpretibus allucinari, & omnes rationes conturbare in uertendis pecuniæ summis, nouum non est: idq; nos annotare non semel coacti sumus. Restant tamen alij adhuc scrupuli. Plutarchi summæ inter se quadrabunt, si illud σηστερτίων non per sestertios nummos, sed per sestertia (sestertia cum dicuntur, millenι sestertij nummi intelligi debent: hoc est libræ seu minæ sestertiæ, uel millia æris duo cum dimidio: qua de re alibi) exponas: id quod ipse feci, casuum mutatione ambiguitatem euitãs, quæ in Græco apparet. Nisi quis inde sol ui dubium dicat, quòd σηστερτίων tanquam maior summa, ante δηναρίων ut minorē posita est. Vnum (ita dicere liceat docendi causa) sestertia, ducentos & quinquaginta denarios, seu quod idem est, drachmas ualet. ergo 333 sestertia, erunt 83250 denarij. Adde iam his 333 denarios, & trientē (hoc est, duos obolos, seu unum scrupulū: drachma enim tres scrupulos, scrupulus duos obolos continet) erit summa denariûm 83583$\frac{1}{3}$, ad unguem ita à Plutarcho annotata. quam & ipse eo modo expreßi, solitus aliàs Latinum morem in summis pecuniæ concipiendis seruare. Sed hic omnino ad ternarij numeri mysterium erat respiciendum, (id quod & ex Liuio apparet, uti mox dicam) cum quo nihil admodum commune erit summæ huic, si omnia uel ad denarios uel ad sestertios nummos redigantur. Enimuerò Plutarchi summa cū Liuiana minimè conuenit. Eiusdē, » inqt, rei causa ludi magni uoti æris CCCXXXIII » millibus, triente. Hic operam & sententiam doctissimi Sigonij desidero, qui infinitos Liuij locos restituit. Nam mihi nō minus quàm ante me Budæo, locus est suspectus. Budæi quidē emendatio scita esset, eo quòd præclarè mysterium ternarij continet, (sic autem suspicatur legendū: CCCXXXIII millibus, CCCXXXIII aßib. triente) si uel cum Plutarcho conueniret, uel aliqua autoritate scriptoris aut codicum confirmaretur. Itaq; eam in medio relinquam. In ea quæ extat Liuiana summa, si locus sit integer, quæso quid sibi uult triente? nō est enim minus Guariniano illo ambiguū, cum aut ad totā summā, aut ad mille æris, aut (quod uix fieri poßit loco non manco) ad assem referendū uideatur. Sed agedū (quando in hanc tractationē ingreßi sumus, neq; nobis indignā, neq; lectori, opinor, φιλομαθῆ iniucundā) Plutarchi summā ad millia æris reuocemus, ut quid intersit uideamus: quo nihil est expeditius. Nam sestertia cum millibus æris collata, proportionem constituunt sesquitertiam seu sestertiam, qualis est quinarij ad binarium: eo quod in uno sestertio nummo insunt duo asses, & semis. Itaq; totum mysterium Ternarij iacebit. Et ut maximè credo id (CCCXXXIII aßibus) Liuianæ summæ inserendum: ita neq; hæc tamen, neq; ulla (quā ipse uideā) alia ratione Plutarchi cum Liuio summa componetur. Restat, ut aut alios secutū autores Plutarchum dicamus, aut lapsum in Liuiana summa uertēda: hoc est, ignorasse quid inter millia æris & sestertia differret. quorum alterum in eam difficultatē incidit, quòd haud facilè tum temporis summas per sestertia conceptas fuisse credi potest: alterum dicere, hominis, est impudētis, ac de Plutarchi eruditione sinistrè iudicantis, qui sanè in Camillo satis demonstrauit (ut alia loca prætereā) scire se quid aßis, mille æris, denariuś; essent. Itaq; ἐπέχω: & hortor doctiores, ut, si quid habent, promant: mea candidè protuli. Porrò autem Liuius magnos ludos uotos fuisse scribit, noster θέας μουσικὰς καὶ θυμελικάς: quæ ego spectacula & musica certamina uerti, quod non putem magnis ludis hæc quadrare. Scenicos fortasse licuit uertere, (de quibus Liuius præclarè initio septimi) cum in Sylla etiam θυμέλην pro scenico pulpito usurparit, atq; etiam alij ita sum testentur. Neq; tamen peccasse me in uertendo ne sic quidem arbitror: quando etiam Terentius suam artem, Musicam uocat. Hoc ipsum argumentum esse poßit, Plutarchum non ex Liuio sua descripsisse. De ternario hic disputare nihil attinet.

Sestertia & sestertij quid differant.

Liuij locus

9 Metilij.) μετίλιν in Græco constanter est: interpretes Metellum ex Liuianis libris supposuerunt. Ego Sigonium laudo, qui Metilium legi debere monuit.

10 Euidens argumentum.) Sententiam ualde elegantem non rectè extulit Guarinus. Est autem germana Menandri ei uersiculo noto, & quo apud Lucianum Iouem consolatur Mercurius:

οὐδὲν πέπονθας δεινόν, ἂν μὴ προσποιῇ.
Nil passus es mali, si dißimulaueris.

11 Percussoq; femore.) gestus est grauiter indolentium, & indignantium: ut apud Homerum de Marte (si rectè memini) filij necem comperiente,

—καὶ ὣ πεπλήγετο μηρώ.

Sic & in uita Pompeij de piratis, qui metuere se ob captum Romanum sibi simularent, τόν τε μηρὸν ἐπαίοντο: & de Pompeio legis Maniliæ nuncium accipiente, ὀργῇ λέγεται συναγαγεῖν, καὶ τὸν μηρὸν πατάξαι. Pro eo Cicero frontem ferire uidetur dixisse, ad Atticum lib. 1. & notus est locus Ciceronis pro Q. Gellio, ubi M. Calidium ei atrocia crimina objicientem ita redarguit: Nulla perturbatio animi, nulla corporis, frons non percussa, non femur: pedis, quod minimum est, nulla supplosio. Ex Ciceronis Bruto, & Quintiliano lib. 11. cap. de Pronunciatione.

12 Signa tollere.) αὐτοὺς ἄρασθαι lego cum interprete, pro αὐτόν: quod nihil ualet.

13 Primi horum, Fabij artibus.) Non sunt

hæ

hæc de alterius anni Consulibus intelligenda: sed de Cn. Seruilio, & M. Atilio, qui in C. Flaminij locum suffectus post Fabij dictaturam reliquum anni consulatum gessit. Hoc ex Liuio, Appiani Alexandrini Annibalico, & ratione temporum liquet: obiterq; monendum duxi, ne quis secus accipiens scrupulum sibi ipse iniiceret.

14 Propter damnationem quandam.) L. Aemilius Paulus cum M. Liuio Salinatore Consul annis antè tribus fuerat, & damnatione collegæ & sua propè ambustus euaserat. Liuius lib. 22. Apparet autem ex Frontini lib. 4. ob prædam non æqualiter militib. diuisam id iudicium factum.

15 Qui historias fusius descripserũt.) διεξοδικὰς ἱστορίας: id est, eas, in quibus non capita tantùm rerum, sed singula ordine, & adcuratè exponuntur. Guarinus, peregrino sanè sensu, peregrinas dixit.

16 Agerochos.) ἀγέρωχος, frequens apud Homerum epitheton. ut Iliad. β´.

— Ῥοδίων ἀγερώχων

& in decimo: — μυσοί τ' ἀγέρωχοι.

Ibi Scholiastes, ἀγέρωχοι, αὐθάδεις, θρασεῖς. ἔστι δὲ ὅτι δηλοῖ ἡ λέξις τοὺς ἄγαν ἀνδρείους καὶ ἐντίμους, παρὰ τὸ ἄγαν αὐτοὺς ἐπὶ τῷ γέρως ὀχεῖσθαι. quod ipsum inter alias explicationes etiam Eustathius recepit. Id secutus sum, ut huc maximè quadrans. Est & apud Ioann. Zezem in Alpha, Chil. I X. 257.

17 Pirum syluestrem.) ἀχράς. Est autem ἀχρὰς piraster, cui opponitur ἄπιος pirus hoc loco, ut & aliàs, & apud Stephanum in Ἀπία. Amiotus Guarini errorem secutus est, qui malum malè uertit.

18 Tenuerat Tarentum M. Liuius.) Λεύκιος est in Græco, Lucius: quod cùm sit prænomen, quis non uideat mendũ esse? Sed M. Liuius Salinator hic indicatur. estq; hæc res non ex historicis modò, sed & Ciceronis Catone maiore notißima: ut mirer Guarinum non animaduertisse.

19 Proauum Fabij.) Q. Fabium Rullum (ut suprà dixi) Maximum quinquies Consulem fuisse, ex Liuio etiam patet: sicut et de trib. eius triumphis constat. Filio autem Gurgiti legatus fuit bello Samnitico: Liuius lib. 11. alij. Quod de triumpho hoc scribitur, est etiam apud Valerium lib. 5. cap. 7.

ὀβελίσκος. 20 Præter obeliscum ferreum.) Obeliscus latinè significat paruum ueru, seu (ut Plinius loquitur) ueruculum. Fuisse pauperrimũ, & delectatum sua paupertate Epaminondam, multis autoribus traditum est: sed nullam, uno excepto ueruculo, in domo eius fuisse supellectilem, credere durum est, &, ut puto, stultum. Itaq; obeliscum non conuerti, sed Græcam uocem reliqui, qua alio significatu utuntur etiam Latini. Hic ego ferreum nomisma minimi precij intelligo, & facilè meam sententiam uidcor tueri posse Plutarchi ipsius testimonio, cuius ex uita Lysandri uerba apponam: κινδυνεύει δὲ τὸ πάμπαν ἀρχαῖον οὕτως ἔχειν, ὀβελίσκοις χρωμένων νομίσμασι σιδηροῖς, ἐνίων δὲ χαλκοῖς, ἀφ' ὧν παραμένει πλῆθος ἔτι νῦν τῶν κερμάτων ὀβολοὺς καλεῖσθαι.

IN COMPARATIONEM.

1 Capuam enim Fuluius.) οἱ περὶ φρύγιον, scribendum φύλβιον. Sed Guarinus mendum secutus est, historiæ contrarium: cumq; Amiotus. Capuam à Q. Fuluio Flacco & Appio Claudio proconsulib. id est, qui superiori anno consules eam obsederant, receptã esse, cùm omnes historici, tum præcipuè Liuius lib. 26 demonstrat.

2 Circiter sex talenta.) captiuorum, quos sua pecunia redemerit Fabius, Numerum Plutarchus supra retulit CCXL, Liuius VII addit. Redemptos singulos CCL denarijs, inter eos conuenit. ita fiet, ut præcisè decem talenta impensa sint pro eis, si Plutarchi suum numerum tenemus: non sex tantum, quod hic mendosè fortaßis legitur. quippe sexaginta libræ, seu pondo, seu minæ, hoc est sex denariorum millia, talentum unum constituunt, ut alibi ostensum est. Taleotum.

IN ALCIBIADEM ANnotationes.

Bellum Peloponnesiacũ qui scit quo tempore fuerit, is qua ætate uiguerit Alcibiades, facilè intelliget. Cæterùm uel hic liber ostendit, quàm incommodum sit, & difficile eorum consilium, qui non de nouo uerti, (quod ipsi actum agere uocant) sed castigari modò uitas Plutarchi Latinas uolunt. Equidem operam ludet, qui id conabitur. tametsi conatum esse scio hoc unum atque alterum: qui quid effecerint, iudex sincerus & diligens æstimet. Certè plerumq; transmisso camelo, culex in cribro deprehensus hæsit: hoc est, maximis & perniciosis erroribus præteritis, leuicula quædam annotantes, officio se probè functos crediderunt. Quod ut uerum est, ita in neminis dico contumeliam. scio enim non omnium esse idem studium: neq; omnes, qui interpretandi munus, aut repurgandi autores sibi sumunt, tanta solicitudine eo in opere uersandum sibi opinari. Alcibiades Plutarchi nondum est (quod sciam) latinè redditus. Quod enim extat, paraphrasis uideretur, si cum sensu autoris congrueret: uideturq; is interpres nihil pensi habuisse, dum suam (si dijs placet) eloquentiam ostentaret. id quod magna cum iniuria Plutarchi fecit, eius uerba plerumq; peruertendo, & sæpißime aliena ineptaq; de suo intermiscendo. Nos id præcipuis in locis ostendemus, maleq; tractato libro lucem pro uirili auxiliumq; feremus. Et initio statim Eurysacis mentionem Donatus omisit, non rectè. Hunc filium Aiacis Telamonij fuisse, notum est uel ex Sophocle. Alcmæonidem

uerò Dinomacha genitũ ne somniauit quidẽ Plutarchus: hoc dixit, Dinomachã Megaclis filiã Alcmæonidarũ stirpe procreatã, Alcibiadis matrẽ fuisse. Verba in Græco sunt planißima: ut quæ monstrorũ, causa fuerit, ne suspicari quidem poßim. Ceterùm Alcmæonidarũ nobilis erat gens Athenis, originem à Nelei posteris trahens, nimirum Alcmæone Silli F. Thrasymedis N. qui, cùm eum Herculis posteri in Peloponnesum reuersi Messena & auito regno eiecissent, Athenas profectus, isti prosapiæ nomen & originem dedit. Autor in Argolicis Pausanias. Mentio horum haud ignobilis est etiam in Herodotiana Terpsichora, & Eratone. Meminit huius familiæ etiam interpres Aristophanis, προθεωρίᾳ in Nubes. Quin & apud Plutarchum in Solone Megacles Alcmæonis F. & Alcmæonidæ optimatum cõtra Pisistratum partes fouentes referuntur. Megaclem Andocides ἐν τῷ κατ' ἀλκιβιάδου, sicut & patrem Cliniæ Alcibiadem ostracismo iußos solum uertere refert. Demosthenes in oratione aduersus Meidiam, paternum Alcibiadis genus ad Alcmæonidas, maternum ad Hipponicum refert: & de utroq; sunt ibi annotata quædam ab Vlpiano. Plutarchus aliòs sequi autores maluit, atq; in primis Isocratem. Is enim in oratione περὶ ζεύγους, palàm ita scribit sub persona filij Alcibiadis · ὁ γὰρ πατὴρ ἦν πρὸς μὲν ἀνδρῶν εὐπατριδῶν, ὧν τὴν εὐγένειαν ἐξ αὐτῆς τῆς ἐπωνυμίας ῥᾴδιον γνῶναι, πρὸς γυναικῶν δ' ἀλκμαιωνιδῶν. & quæ sequuntur de eius gentis in remp. officijs: quæ sunt etiam apud Thucydid. lib. 6. in historia Pisistratidarum. Pro εὐπατριδῶν malè ibi legitur εὐπατρειδῶν, quod à sciolo suppositum conijcio. Sic & in eadem oratione paulo pòst Cliniàs dicitur ad Chæronæam occubuisse, cùm non χαιρωνείᾳ, sed κορωνείᾳ legi debeat, ut ex historia & Plutarchi hoc loco constat, & Platone, qui idem in Alcibiade priore commemorat. Suidas quidem (nescio quib. autorib. fretus) refert, matrem Alcibiadis, Periclis sororem fuisse: quod si uerum est, utiq; uterina fuerit, cùm hic Xanthippum patrem habuerit. Autor libelli de excellentibus imperatoribus, qui ab Aemilio Probo ad Atticum scriptus fertur, Periclis priuignum Alcibiadem fuisse tradi à quibusdam affirmat. Sed id absurdum uidetur. Suprà Periclis genus ex Herodoto retulimus ita:

Alcmæonidæ qui?

Isocratis locus emẽdatur.

Hippocrates

Megacles. Agarista. Xanthippus.

Pericles.

Hunc ego Megaclem patrem esse Dinomachæ, omnino persuasum habeo. Si igitur uerum est quod Suidas nescio quem secutus autorem tradit, Agarista uel ante uel post Xanthippum Megacli nupta ut fuerit, necesse est. Patrem Alcibiadis Cliniam suo sumptu militasse aduersus Persas, Herodotus ante Plutarchum in Vrania scripserat. Platonis locus est in priore Alcibiade, de eius pædagogo.

2 Quod Euripides ait.) Locus non succurrit: si tamen est in ijs, quæ extant tragœdijs. En tibi interpretem: adultam hominis ætatem esse pulcherrimam. scilicet hoc uolebat Euripides.

3 Aristophanes.) Versus eius interpres mutilauit. Locus est ad initium Vesparum. Celnin' pro cernis'ne posui, ut balbutiem exprimerem. sic Theolus est pro Theorus: & colacis dixerat Alcibiades, cum uellet coracis: hoc est, corui. Nam alluditur hic ad adulatorẽ, qui κόλαξ colax Græcis est, & κόραξ corax coruus. quæ affinitas multis dicterijs Græcorum in adulatores occasionem præbuit.

4 In criminationibus Antiphontis.) λοιδορίαι est uocabulum malæ partis. itaq; sic malui, quàm accusationes uertere. Citatur hic liber etiam apud Athenæum libro duodecimo, hoc modo: ἀντιφῶν ἐν τῷ κατ' ἀλκιβιάδου λοιδορίας. Quo ex loco uideri poßit oratio fuisse, qua ob conuicia sibi facta accusaret Alcibiadem, quomodo sunt orationes κατὰ ὀνήτορος ἐξούλης, κατὰ κόνωνος αἰκίας, κατ' ἀλκιβιάδου λειποταξίου apud Demosth. & Lysiam. Sed ego Plutarchum secutus sum. Locus alioquin satis obscurus est, neq; intelligo ut Acciaioli uersio quadrare poßit. Meam, si quis melius aliquid ostendat, libenter mutabo. In Græco διὰ τὸν falsum est, haud dubie διὰ τὸ legendum.

5 Cleanthes quidem.) ὑφ' ἑαυτοῦ, cum sit reciprocum, ad Cleanthem retuli. Donatus ita uertit, ac si legisset ὑπ' αὐτοῦ: tametsi ἑαυτῷ iterum legitur.

6 In corpus suum peccasse.) Locus est libro sexto ante orationem eius, qua bellum Siciliense suasit.

7 Apud Delium.) De hac in Lysandro dixi.

8 Oratorum eloquentißimus.) Demosthenẽ intelligit. Extat locus in ea oratione, ubi Alcibiadem punicũ refert, & eius laudes amplificat, ut eo magis inuisam Midiæ petulantiam redderet.

9 Te tua dignum.) Sapphici sunt uersus: Græci neq; compositi, neq; mendorum uacui apparent. ἀΐνα legi, pro αἰῖνα.

10 A' Græcis Asianis.) In Græco est ἡ τῶν πολεμίων φιλοτιμία: idq; secutus est cum Donato Amiotus. Sed πολεμίων non uideo ut locum habere poßit: neq; enim hi hostes aut inimici Atheniensium uel Alcibiadis eo tempore erant, Ephesij, Chij, Lesbij. Itaq; quòd non assequebar quid restituẽdum esset, sensum malui consentaneum utcunq; reddere.

11 Circumfertur & oratio.) Haud satis uideo quid sibi hæc uerba uelint, nisi si fortè legendum sit ὑπὸ φαίακος, à Phæace: & hoc argumento obtrectandi studium ineptum Phæacis indicare uelit Plutarchus. Sed uehementer dubito.

12 Thucydides.) Lib. 8. ubi eum in Samo occisum scribit.

13 Nam

13 Nam digna motibus quidem.) *Hos uersus miserè confudit* Donatus. *In Nicia autem de hac re fusius, atq; alibi etiam Plutarchus.*

14 Spacteria.) *insula exigua*, Pylo *opposita, nonnulli Sphagiam uocant. Historia est apud Thucydidem* διεξοδικῶς *perscripta libro quarto, apud Plutarchum in Nicia, Diodorum lib.12.*

15 Impetabunt nobis, cogentq;.) *προστάττων καὶ βιαζόμενοι, ἀγνωμοσύνῃ, mendum subest. Quid legerit* Donatus, *existimare non possum. ego* ἀγνωμονεῖτε *arbitror rectum esse, nisi si illud* ἀγνωμοσύνη *absolutè positum contendas: quasi diceret, Hoc uestrum propositum imprudētia est. Quomodo Dauus apud Terentium loquitur,*

Andria 1.3. *—Fuit olim quidam senex*
Mercator nauim is fregit apud Andrum insulam:
Is obijt mortem: ibi tum hanc eiectam, Chrysidis
Patrem recepisse orbam, paruam: fabulæ.

Nam ad totum commentum illud narrationis, Fabulæ refertur. Sed hoc loco duriùs cadet: itaq; ἀγνωμονεῖτε *legerem. In uersione utrumq; extuli.*

16 Post eam pugnam principes urbis.) χιλίαρχοι. *Si rectè legitur, belli & exercituum duces, seu tribunos militum significat: haud scio an* πολίαρχοι *fuerit scriptum. Indicat utiq; eos, qui oligarchiam affectabant, ut etiam* ὀλιγαρχικοὶ *legi posit. Pugnam autem, cuius mentio hic fit, apud Mantineam factam, in qua Argiui succubuerunt, describit libro quinto Thucydides, & libro duodecimo Diodorus.*

17 Agrauli.) De Agraulo Stephanus. *Mirū quæ monstra hic Acciaiolus introduxerit, totum hoc ad Patrenses sua paraphrasi detorquens.*

18 Aristophanes.) In Ranis *est locus. quod dixi per ambages,* τῇ ὑπονοίᾳ *est in textu: hoc est, allegoria.* Donatus *alieno admodum ab hoc loco sensu, suspicionem uertit. Plutarchus in libro De audiendis poetis, docet antiquis* ἀλληγορίαν *uocabulo*
ὑπόνοια. *τῆς ὑπονοίας solitā dici. neq; abludit etymon: quippe eum in eo tropo intelligatur aliud, quàm dicatur apertè. Quomodo & hic utitur Plutarchus, allegoriam Aristophanicam adducens, à quo nomine leonis Alcibiades notatur. Zezes quoque Lycophronis terpres fatetur* ὑπόνοιαν *cum allegoria idem esse.*

19 Agathatchum pictorem.) Donatus *ineptè, ut iam falsitatem taceam, conuertit. Causam huius flagitij reddit* Vlpianus *in orationem Demosthenis suprà citatam: nempe quòd is cum pellice Alcibiadis rem habere deprehensus fuisset.*

20 Religione Deûm.) *Cereris & Proserpinæ. Est enim legendum, non* τῷ θεῷ, *sed* τὼ θεώ: *ut paulo post legitur in formula accusationis.*

21 Charissime Mercuri.) *Erant enim hermæ isti, statuæ Mercurij. Versus in Græco non sunt distincti: sed sunt senarij Iambici, & facile est eos ratione scansionis diuidere. hæc autem,* φυλάξομαι *respondentur à Mercurio.*

22 Tandem Salaminiam nauim.) τὴν σαλαμινίαν. Donatus, *ut uidetur, quid rei Salaminia esset non intellexit: aliàs non ita uertißet,* Quosdam elegit, qui Salaminiam ad Alcibiadem mitterent. *Fuit autem Salaminia triremis,* Salaminis nauis.
nauis Atheniensiū publica (sicut & Paralus, de qua in uita Lysandri annotauimus) publicoq; negocio, præsertim reos peregrè agentes ad iudicium euocandi, destinata. Itaq; & Thucyd. lib. 4. et Diodorus lib. 13. idem hac ipsa de re, quod Plutarchus, scribūt: nempe mißam τὴν σαλαμινίαν *nauem, qua ad iudicium adueheretur. estq; elegans Critolai prouerbium hac de naui apud Plutarchum in Pericle, quod usib. eam certis destinatam fuisse ostendat. Meminit & Suidas.*

23 Non tu es Achillis filius.) *Duobus utitur prouerbijs, diuersitatem inter id quod simulabat, & id quod erat Alcibiades, expressurus. Horum posterius rectè Donatus ad Helenam retulit: quam Electra apud Euripidem (Oreste) in lugenda matre comis & formæ parcentem, redire ad antiquum ingenium ijsdem uerbis dicit. Prius est sumptum de uersiculo, qui tacito autoris nomine refertur à Plutarcho in libello De amici & adulatoris discrimine,*

οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἀλλ' ἐκεῖνος αὐτὸς εἶ,
Es ipse Achilles, non Achillis filius.

Quo uersu quomodo scitè uti poßimus ueluti prouerbio, hic locus commonstrat.

24 Astyocho classis hostium.) *Lacedæmoniorum, ut euidens est ex octauo Thucydidis. Nam Donatus, eum à Tisapherne claßi eius præfectum falsò dixit. Paulo antè,* Vnus è ducibus nomine Phrynichus: *adde gentile nomen* Diradiotes, ὁ Διραδιώτης. *Id nescio quomodo me fugerat uocabulum: neq; dißimulo, mendi mihi id esse suspectum. Atheniensem quidem fuisse Phrynichū liquet. Diradiā tribum uel curiam (nam inde solebant nominari, ut* Demosthenes Pæanieus, Agnō Alimusius, *&c.) nullam noui.* Diradiotes Apollo Argis cultus in Dirade (*δειρὰς iugum montis significat*) *de quo in Argolicis Pausanias, nihil huc facit.* ἐναντίον *ergo mihi.*

25 Vnus excubitorū.) εἷς τῶν περιπόλων. *Seruum uertit Donatus, sed ineptè.* περίπολος *hoc* περίπολοι.
loco, ut & apud Thucydidem in hac ipsa historia, et aliàs, φύλακα, *& aliquando* φρουρὸν, *excubitorem uigilem, exploratorem significat. Testis Suidas, qui & uersum ex Auibus Aristophanis citat, & uerba Scholiastæ ponit, ijsq; Thucydidis testimonium addit. Hinc apud eum loco dicto* περιπολάρχης *est, uigiliarum præfectus.*

26 Quinq; millium uiri.) πεντακισχίλιοι. *Omisit hoc copiosißimus paraphrastes noster: & Diodorus quoq; horum nullo apice meminit. Diligenter*

genter totam hanc Reipub. mutationem descripsit Thucydides. Nostri autem uocabuli duriciem & nouitatem, necessitas (puto) excusauerit.

27 Tragico uestitu & cothurnis.) Multa Donati errata omisi, neque enim uel debent, uel possunt commemorari omnia. Hoc loco mirificè ensem, hastam, & arma histrioni aptauit, boui clitellas: nimirum enim στατὸν & ξυστίδας intellexit. ξυστὸν quidem contum seu hastam nouimus. ξυστίς. Sed ξυστὶς uestis genus est, tragicæ etiam, uti Suidas & alij annotauerunt. Interpres Aristophanis in Nebulis, propè initium, in uersum,

ὥσπερ μεγακλέους ξυστίδ' ἔχων, annotauit ξυστίδα esse purpuratam uestem, uel (ut alij uelint) ἀγωνιστικὸν ἱμάτιον, qua in pompa uterentur athletæ uel morum rectores: atq; etiam ea, qua tragici reges. Alioqui uestem etiam muliebrem significat. Theocritus Pharmac.

κἀμφιστολαμονὰ ταὺ ξυστίδα τὰς κλεαρίστας.

Vide ibi Scholia, si lubet. στατὸν cothurnum uerti, nescio an rectè: sed tamen quid aliud sit nescio. ἐναγώνιος κόσμος est, qualis in certamine cuiuscunque generis habetur.

Plynteria. 28 Plynteria.) Mineruæ sacra esse dixit: quòd ita Plutarchum innuere liquet, τὴν θεὸν dicentem κατ' ἐξοχὴν. Varinus quidem annotauit, in Aglauri Cecrope natæ honorem ea peracta, citato ad id Lycurgo in oratione de sacerdotio: & est idem apud Hesychium. Sed Xenophon, longè fide dignissimus autor, palàm ad Mineruam refert.

29 Hyccaris Siciliæ.) ὑκκαρῶν scribendum est, non ἰκκαρῶν. quod non Geographi modo demonstrant, sed & sic infrà in Nicia legitur, & apud Athenæum librodecimo tertio. Paraphrastes hoc omisit: retinuit mendum Amiotus.

IN C. MARCIVM Coriolanum annotata.

QVa ætate uixerit Coriolanus, neque ignotum est, & à nobis ad Themistoclis uitam annotatum. Ceterùm Coriolano Marci nomen (de qua familia etiam in Numa dictum est) Caij prænomen fuisse, satis & ex Plutarcho, & ex Dionysio, qui libro sexto sub finem, & deinde crebro γάϊον μάρκιον dicit, & ex Liuij emendatis codicibus constat. Nam error quasi inueteratus, & plurimorum librorum est communis, etiam Valerij, Eutropij, libri de Viris illustribus, Gellij, aliorum. Quod autem uerti, Ancus Marcius filia Numæ natus: id in Græco est uitiosè, ἦν καὶ μάρκιος ὧν γάϊος ὄνομα θυγατριδοῦς, καὶ μετὰ τύλλιον, &c. En tibi Guarinum: Ex quibus etiam Martius Caius nomine nepos extitit, qui post Tullum regnauit Hostilium.

Iam quis non stomachetur, cùm Annotatorum illorum & emendatorum (hoc enim nominis sibi sumunt) cùm inscitiam, tum oscitantiam deprehendat? Est enim hoc loco à nescio quo annotatum in margine, Marcum istum Caium Guarini, apud Liuium esse Cn. Marcium. Hoc erat palmarium reperire. nimirum aliquis apud Liuiū rex Romanorum, Tulli successor, Cn. Martius legitur. Annotare hoc uisum est, ut impudentiam nimis impunem multorum impostorum notarem, qui emendatos à se, & illustratos libros crebrò edunt, atq; dedicant. Impostores. est enim ijs fumorum uenditoribus emendare, pro Caio Cneum reponere: pro Clœlijs fossas, nescio quas Cluilias, & alicubi notam interrogationis aut maiusculam literam signare: illustrare, cùm aliquid omnibus in promptu situm, margini allinunt. Verbi causa, idem esse apud Gellium, aut Valerium, uel aliter ibi legi, & similia, quæ & rarò, & ineptè plerumque, aliquando falso indicant. Quod si isti, quicunque tandem fuit, correctori in mentem uenisset apud Liuium quærere (tametsi id pueri sciunt, qui nondum ære lauantur) quis nam post Tullum Hostilium rex Romanorum fuisset, non Ancum modò Marcium inuenisset, sed & rationem locum hunc deprauatum restituendi. Verba sunt Liuij: " Ancum Marcium regem populus creauit, patres fuere auto- " res. Numæ Pompilij regis nepos filia ortus Ancus " Marcius erat, &c. Idem est apud Dionysium libro tertio, ubi Anci huius μητροπάτωρ, auus maternus, Numa Pompilius fuisse disertè traditur: nisi quòd ibi noto & frequenti librarij lapsu μάρκιος passim pro μάρκιος legitur. quod ita placuit isti correctori, ut hunc librum M. Coriolani titulo insigniret: corrupto & prænomine, & nomine. Ergo apud Plutarchum hic pro γάϊος ὄνομα, restituendum est ἄγκος ὄνομα: & leuissima ac propè nulla mutatione constabit locus. pro τύλλιον, τύλλον scribe.

2 In conspectu dictatoris.) Is fuit A. Posthumius Albus. Res gesta ad Regillum lacum, V. C. CCLVIII. Liuius libro secundo, Dionysius initio sexti.

3 Glandiuoros oraculo nominatos.) Oraculū est passim apud autores citatum, & extat apud Herodotum libro primo Pythiæ adscriptum:

ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς, οὔ τοι δώσω.
πολλοὶ ἐν ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν, &c.

Poscis me Arcadiam? nimium petis, haud tibi dono:
Glandiuori Arcadiæ multi ditione fruuntur. &c.

Porrò autem, Aborigines, à quibus orti & aucti sunt Romani, ex Arcadia in Italiam uenisse, Dionysius libro primo Antiquitatum Romanarum demonstrat: ut eum honorem quasi autoribus sui generis habuisse, Romani uideri possint. De corona autem querna legatur caput quartum libri decimi sexti Historiæ naturalis Plinij. Quod

nij. Quod autem mulsum à quercu suppeditatur, ratione melius intelligitur. Est enim notum, apes frequenter mellificium in quercubus exercere.

4 Matri Voluminæ.) Contrà Liuius, Volumniam uxorem Coriolani, matrem Veturiam appellat, atque itidem Dionysius libro octauo. Noster, uxorem Vergiliam nuncupat.

5 M. Valerius.) μάρκιον malè, pro μάνιον, aut Mánion. Nam Dionysius libro sexto Manium dicit: apud alios Marcius, nimirum mendosè legitur. De hoc infrà in Pompeio fit mentio.

6 T. Larcium.) μάρκιον in Græco legitur, pro λάρκιον: quod & Guarinus sensit. Est autem circa hæc tempora Larciorum nobilis mentio, & Marcium oscitans scriptor hic inculcauit iterum.

7 Battorum secundo.) Cætera cognomina ferè Ptolemæorum, reliquorumque Alexandri successorum fuerunt, & notiora sunt quàm uti annotare multa oporteat. Ptolemæi fuerunt, Soter, Physcon, Euergetes, Philadelphus, Seleucus, Callinicus. γρυπὸς Græcis est, ὁ καμπυλόῤῥιν. Antiochi cognomen fuit (sicut & alia ex his Antiochi & Demetrij tulerunt) teste Appiano, sine Syriaci. & Iustinus libro tricesimonono, à magnitudine nasi ductum ait.

Porrò autem Ptolemæū Lamyrum, quem noster

Lamyrus. dicit, eum (nisi fallor) alij autores, atque etiam Plini-

Lathyrus. us libri sexti capite tricesimo, Lathyrum uocant: Strabo libro ultimo λάθυρον, Lathurum: siquidem rectè legitur. Est aliàs leguminis genus λάθυρος, cuius & Plutarchus meminit Quæstionū Romanarum nonagesimaquinta, & Eustathius in N. Iliadis. Cæterùm haud scio an Plutarchus λάμυρον scripserit: λάθυρος enim non à conuicio, sed næuo fortè corporis nomen, aut crebra usurpatione certi cibi, uel eius leguminis colendi studio, ut Ciceronis quidam uolunt. Itaque nolui mutare. De Antigono Dosone, uide in Aemilio Paulo. Cæterùm de Batto Cyrenes conditore, eius'que successoribus, qui legere uolunt, interpretem Pindari sumant, in quartæ Odæ Pythiorum exordio. Videndus & in Melpomena Herodotus, & in decimotertio Iustinus. Quod ad Syllam attinet, quòd à uitio corporis cognomentum esse tractum affirmat, id in uita Syllæ ab initio statim expli-

Syllę appellatio unde. cat: nempe ob horrendum quasi ruborem albedini faciei eius admixtum, hoc cognominis ei factum. Vnde quidam Atheniensium subsannatorum dixerit in eum, Syllam esse morum farina conspersum. Itaque minimè assentior doctissimo, & rerum Romanarum peritissimo homini Sigonio, qui mendum hoc loco esse putat, & οἴλας pro οὔλλας substituendos. Nam & constat sibi Plutarchus, idem etiam initio Marij referens de Sylla: & Macrobium ne ipse quidem Sigonius ei cotulerit. Macrobius libro primo Saturnaliorum, Cap. decimoseptimo, in hanc sententiam scribit: Cornelium Rufinum decemuirum bello Annibalicò inspectis libris Sibyllinis, primò Sibyllam, pòst Syllam cognominatum: idq; cognomen in eius posteritate retentum fuisse. Primùm quis credat Macrobio, autorem non nominanti, potius quàm Plutarcho? Deinde Liuius eandē historiam describens libro uigesimo quinto, iam tum Syllā prætorē nominat: haud (opinor) præteriturus nouitatē cognomēti, si tū aut ea de causa extitisset, cum quidē libri Sibyllini sint à Decē uiris inspecti, uel (ipso Macrobio teste) Sulla Marcij uatis carmina habuerit. Deniq; Quintilianus etiā Plutarcho adstipulatur, utiq; fide quàm Macrobius dignior, lib. 1. cap. 7. Itaque Macrobium sua cum opinione missum facio: neque iam disputo, uter rectius senserit. In loco quidem Plutarchi, cuius ipse autor lectionem alio (uti demonstratum est) loco confirmat & tuetur, nihil mutandum duxi. Neque ego hæc annotaui, ut Sigonium reprehenderem, quem admiror hercle, & in hoc studiorum genere nemini postpono, méque ipsius scriptis plurimum adiutum libenter & ingenuè confitebor: ipse alioquin & obseruans insignium uirorum, & ingenio, consilio, adeòque conditione uitæ à reprehendendo abhorrens. Quia tamen in tantum quoque hominem σφάλμα propè μνημονικὸν potuit cadere: neque ipse, cur eius repudiassem coniecturam, debui dissimulare, ne aut non animaduertisse, aut obiter uertisse putarer: & ipsum æquo animo passurum existimo, in re leui, meo tamen instituto coniuncta, improbari suam à nobis opinionem. De Claudis autem planè ei subscribo: neq; enim ignorauit Plutarchus originem Claudiæ gentis.

8 Anytus Anthemionis.) Historia hæc est apud Diodorum Siculum paucis perscripta, libro decimotertio.

9 Idq; Plato præcipit.) In epistola ad Dionem. Vide, quæ de hoc in eius uita annotauimus.

10 Magistratibus sublatis, ductores suos eo nomine insigniat.) ἀναρχίαν ἔχοντας, ἡγεμόνας ἰδίους ἄρχοντας προσηγορεύσαν. Quod superiorem de contumacia disputationem, & alia quædam minus dextrè interpretatus est Guarinus, obscuritate excusari potest eius loci. Hîc nihil nisi luculentum est, & tamen ita uertit, Indomitos esse, & patronos suos uocare principes. Pòsterius utcunque ferri potest, si quis per patronos, turbarum autores & duces, ἡγεμόνας, uidelicet tribunos plebis statim intelligi putet. ἀναρχία autem est, cum imperia iustorum magistratuum detrectant subditi, dignitas'que & autoritas magistratuum iacet, multitudine licentiam nacta omnia pro libidine sua agendi, cuiusmodi ἀναρχίαν ναυτικὴν quasi prouer

bialiter uocat apud Euripidem Hecuba, οὐ ἀνεκλάτῳ ὄχλῳ. Talem Coriolanus Romæ tum esse dictitabat, consulum maiestate deiecta, & plebe solis suis ductoribus & turbatoribus Tribunis intenta: cum quidem tribunatus plebis ne sit quidem, si propriè dicendum sit, magistratus: ut aliàs ostenditur.

11 Absoluentibus tres plures fuerunt.) In Græco est αἱ καθαιροῦσαι τρεῖς ἐγένοντο. hoc est, damnauerunt: atq; hoc secutus est etiam Guarinus. Fuisse eo tempore Romæ tribus uigintiunam, ex Dionysio & Liuio patet, nisi quòd uitiosè apud Liuium triginta pro uiginti legitur, ut & Sigonius notauit. Locus apud Liuium est non longè ante historiam Coriolani, libro secũdo: At maior pars si absoluebat, id quod fiebat, si tres tantùm tribus eum damnassent, certè damnatus non fuisset Coriolanus. Itaq; intelligendum est, Coriolanum à nouem tribubus absolutum fuisse, à duodecim (hoc est, ternario pluribus) damnatum. Dionysius paulo aliter idem indicauit, ut mox dicam. Sed tamen apud eundem lib. octauo, Coriolanus ad Volscos uerba faciens, τοσοῦτον, inquit, ἀφεῖ μοι περιῆν τῦ μηδὲν ἀδικεῖν, ὥστε οὐ ὄχλῳ κρινόμενος, ᾧ τὸ πλέον μισάχθορον ἦν, καὶ διὰ τοῦτο ἐχθρόν μοι, δυσὶ μόνον ἑάλων ψήφοις. duobus tantum suffragijs damnatus sum: id est, damnantia, quàm absoluentia puncta duobus plura fuerunt. absoluerant enim nouẽ, damnauerãt duodecim tribus. Qui locus planè Plutarchiano huic germanus est. notandumq; studiosis literarum humanitatis est, quid sit apud bonos autores tribus suffragijs damnari, aut similia: quod iam ex his satis intelligi potest. Nihil est de hac damnatione apud Liuium, nisi quòd absens damnatus, in Volscos exulatum abijsse dicitur. Dionysius totam rem formamq; iudiciorum cùm centuriatorum tum tributorum, diligentißimè perscripsit libro septimo, cuius hæc sunt ad extremum uerba: ὡς δὲ ἐπεψήφισαν ἅπαντες, διαριθμουμένων τῶν ψήφων, οὐ μέγα τὸ διάλλαγμα ἐφάνη. μιᾶς γὰρ καὶ εἴκοσι τότε φυλῶν οὐσῶν, αἷς ἡ ψῆφος ἐδόθη, τὰς ἀπολυούσας ἔσχεν ὁ Μάρκιος ἐννέα· ὥστε εἰ δύο προσῆλθον αὐτῷ φυλαὶ, διὰ τὴν ἰσοψηφίαν ἀπελύετο ἄν, ὥσπερ ὁ νόμος ἠξίου. Sensus est, de XXI tribubus fuisse nouem quæ absoluerent, reliquas dãnasse, parumq; abfuisse quin æquatis suffragijs absolueretur. Vt satis constet, quid aut quem noster sit secutus: & quidem permultum lucis hæc loco huic afferunt. Tametsi priori loco pro δυσὶ μόνον, malim τρισὶν legere, tribus pro duobus. In posteriore ἰσοψηφία latiùs sumitur. Suffragijs autem paribus reum absolui (ut hoc obiter addam) testatur etiam in Marij propè initio Plutarchus, & in quæstura Catonis minoris: fitq; similis legis apud Athenienses mentio etiam apud Aristoph. in Ranis de Cleophonte:

Tribus suffragijs dãnari quid?

Suffragijs paribus absoluitur reus.

— Vtinam pereat,
Aequales liceat sint.

Neq; est ab re, adscribere interpretis uerba, latina tamen facta. Aequales, (inquit) nimirum calculi, hoc est paria suffragia: cum totidem alba sunt, quot nigra. Alludit autem ad eam consuetudinem, quòd absoluebatur reus, si æqualia ferrentur suffragia. Idq; repetitum est à iudicio Orestis, de quo in Iphigenia Taurica Euripides, sub persona Mineruæ ad Orestem dicentis:

Quod & antehac tibi salutem ego attuli,
In Martio campo, paria suffragia
Dijudicans. —

Hoc obiter docere uolui, cum hic se eius occasio obtulisset, & mihi aliàs foret annotandum.

12 Tullus Attius.) ἀμφίδιος, Amphidius est in Græco: sed Dionysium libri 8. initio, & Liuium sequi præstabat.

13 Exemplo Vlysses.) Is enim eo modo Ilium intrauit. Locus est apud Homerum Vlyssea 4.

14 T. erat Latinus.) Sic & apud Dionysium legitur, lib. 7. & apud Valerium Maximum 1. 7. apud Liuium Latinius, apud Macrobium 1. Saturn. 6. Annius. Cicero idem narrans lib. 1. de Diuin. nomen omisit.

15 Nemo tamen inhibebat.) Guarinus, discedebat. Discessit autem ipse à Græco. οὐδεὶς δ' ἐπεστράφη. quod hic, ut & alibi, pro uindicare, punire, aut reprehendere ponitur.

16 Ostenderetq; plerasq; res.) Locus in Græco est perobscurus, neq; (ut uidetur) integer. Ego uerba expreßi: sensum non satis assequor, nisi si id uult intelligi, Debere nos in sacris faciendis toto animo, ei quod agimus intentos esse, id quod in alijs humanis actionibus & negotijs à nobis uix præstari potest, ob necessitatem, & extrinsecus accidentes subinde nobis perturbationes. Sed hæc est coniectura.

17 Thensas.) θέσσας est in Græco, pro θήνσας, uti opinor. Sunt autem thensæ uehicula argentea, quibus exuuiæ Deorum ludis Circensibus, per circum ad puluinaria uehebantur. Festus.

18 Tolenium Lauicos.) Inter Latinos, qui in monte Albano soliti essent carnes accipere, etiam Tolerienses numerat Plinius 3. 5. Lauicos uerti, Liuium secutus, cùm in Græco sit οὐικανούς, Vicanos apud Guarinum: ego λαουικανοὺς legendum censui: apud Dionysium est λαβικανοί. Si quis contendat οὐικανοὺς scripsisse Plutarchum, Vicellenses intelligendi erunt, de quibus Plinius ibidem. Sed meum argumentum præfero.

19 Postquam uerò Bolas urbem.) Bolanos suprà dixit βωλανούς, o longo. Nunc Bolas urbem, o breui, quasi diuersam ponit, secutus Dionysium. nisi quod hic malè βόλλας est, apud Dionysium βολάς: aliàs nihil de hac urbe habeo. Quod dixi intra decimumtertium lapidem, centum stadia sunt in Græco, miliaria nempe 12½.

20 Cum enim is.) *Guarinus locum hunc mirificè confudit, & peruertit. Est autem grauis, ac propè dixerim pia disputatio, qua Homeri sententiã de uoluntate nostra, animiq; impetibus diuinitùs oblatis explicat & defendit: qua de re hic commentari non licet.*

21 Ab eo quod est circumpositum.) *ἐκ τοῦ περιέχοντος. Guarinus aerem uertit. Sed ego istam huius uocabuli significationẽ non satis commodã ratus, malui generalẽ ad uerbum exprimere: ut uestes etiam, serta, & alia id genus intelligantur, à quibus, quàm ab aere, faciliùs colorem accipiant statuæ.*

22 Cum Aequis uicinis suis.) *περὶ Σικανοὺς. Legendũ est Αἰκανοὺς, qui sunt Aequi: quod & Dionysij ac Liuij autoritas, & ipsa ratio ostendit. Nihil enim huc attinẽt Sicani, utcunq; antiquitùs Itali: & tamen eos Guarinus leuissimo mendo inductus retinuerat, ut & alibi.*

IN COMPARATIONEM.

1 Thucydides refert.) *Historia est libro 5. Locus Dionysij est initio libri octaui.*

IN TIMOLEONTEM Annotata.

Vbsequitur hæc historia uitam Dionis à Plutarcho nostro descriptã. Eadem apud Diodorũ Siculũ extat lib. 16. quẽ nonnulli Philippũ inscribunt. Quo ex libro satis apparet, res gestas eius in Olympiadem CVIII incidisse, quo tempore bellũ sacrum siue Phocicũ à Philippo Alexãdri Magni patre confectũ est. Apud Romanos æqualem habuit M. Valeriũ, qui primus Coruinus dictus est. Timoleontis res gestas Timæum peculiari opere exornasse, autor est ad Luceiũ Cicero: sed id nihil ad nostrũ institutũ. Videri sanè potest Aemilij uita ante hanc ponenda, quod & ex præfatione istius apparet, & secutus est interpres Gallicus, quia etiam in Latino libro Paulus ante Timoleontem ponitur. Sed nos exemplar nostrum, & morem aliàs Plutarcho usitatum sequi maluimus, præsertim cùm nihil obstent ea quæ dixi Plutarchi uerba: & ipse in Demosthene uideatur ostendere, se ætate superioris uitam solitum priori loco exponere.

1 Dissipatis ijs qui in adserẽda libertate) *διέτρεσαν est in Græco, quod Antonius Tudertinus interpres contra uocabuli naturã & historiæ rationem, insurgere reddit. Idem nullo sensu extulit, quod de militibus cæteras urbes obtinentibus dicitur: & (ut uno uerbo dicam) pleraq; & hic & alibi negligentissimè transtulit, sicuti locis ostendam aliquot. Paulò pòst pro ἀμίσθων, legi ἐμμίσθων. nam milites non solebant nullo stipendio tyrannis inseruire.*

2 Occulta cùm Cart. st. h. colloquis.) *κρύφα διείλεκτο, quod fuit ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, colloqui. Nam nihil est sensus in Tudertina uersione.*

3 Timoleontem Timodemi.) *Timæneti est apud Diodorum.*

4 Timoleontem, qui uitia eius.) *Absurdè ad Timophanẽ isthæc retulit Antonius: & quod est in Græco, ἃ δ' ἡ φύσις ἐξέφερον ἀστεῖα, admodũ infacetè ad urbanitates nescio quas & facetias detorsit. Vocat aũt ἀστεῖα elegantia, & quæ commendare* ἀστεῖον; *hominẽ possent. τὸ ἀγλαὸν, καὶ θαύματος ἄξιον, αἰδέσιμον. χάριν, hoc uocabulo notari testãtur etiã lexicographi, id est rem alicuius precij, admiratione, ueneratione, gratia dignam: quomodo Stephanus apud Lucã cap. 7. Act. apost. de Mose. καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ θεῷ, eratq; gratus seu acceptus Deo. Sic de ueratro usurpauit Strabo, nõ indisertus autor, lib. 9. Post* Strabonis locus. *Crissam, inquit, Anticyra est. Hoc nomine & alia est urbs ad Maliacũ sinum sub Oeta, ubi præstantem (ἐλλέβορον τὸν ἀστεῖον) elleborum nasci aiunt: sed in hac Anticyra rectius præparari, &c. Interpres ibi urbanũ elleborũ uertit, admodũ inurbanus ipse. isti aũt (quos suprà notaui) emendatores neglexerunt hoc, ut innumera alia: nihil enim curat Hippoclides. Et uerò qui Latinũ legeret Straboné, aut Græci sermonis esset imperitior, dubitare poterat quid nã rei esset urbanũ ueratrũ, rurali'ne opponeretur, an sponte sua nascenti, cùm hoc uideatur uocabulo urbani indicari. Latinè enim uix dices urbanum uinum, urbanam carnẽ, pro bona & præstanti. Vide, si lubet, Plinium lib. 25. cap. 5. Hoc obiter monere, neq; ab isto loco, neq; à proposito nostro uisum fuit alienum.*

5 Nollem profectò inquit.) *Paulo planiùs in uita Phocionis hoc dictum proponitur, & in Apophthegmatis. Valer. lib. 1. cap. ultimo explicat fusius ac disertius. nam hic nonnihil est obscuritatis, quam auxit interpres.*

6 Vel si arte ijs euitatis.) *ἢ στρατηγήσαντες ἅψοιεν. Omisit hanc particulã Tudertinus, id quod fieri sine magna sententiæ iactura nõ potuit: cùm altera pars deliberationis in eo fuerit posita, si Siciliã attigissent, quomodo bellũ aduersus tantas hostium copias deberent gerere. Est aũt non ἢ, sed εἰ legendũ. Et significat hoc loco στρατηγεῖν, arte uel consilio* στρατηγία. *imperatorio (quod Stratagema dicitur) uti: quasi astu deceptis Pœnis in Siciliam peruenit Timoleon. Inde est compositum καταστρατηγεῖν, uox Plutarcho nõ inusitata: estq; paulo pòst καταστρατηγηθῆναι, callido imperatoris consilio superatum esse.*

7 Iocandi occasionem Rheginis.) *διατριβὴν τοῖς Ῥηγίνοις παρέχειν, &c. Nimis quàm ineptè & imperitè Tudertinus:* Carthaginenses Rheginos admonebãt, quòd si Phœnices sint, ijs qui per fraudem abierunt, inimicentur. *quasi uerò Pœnos petijsse à Rheginis, ut si ipsis faueãt, Corinthiorum inimici fiant, Plutarchus scripserit: aut hæc interpretis uerba absq; interprete intelligi possint. Sensus est: Pœnis stomachantibus,*

quòd

quòd fraude essent à Timoleonte circumuenti, subiit Rheginis ridere & iocari de eorũ peruersitate, qui omnium hominum insidißimi & fraudulentißimi, in alijs reprehenderent id, quod propè sibi laudi ducerent, uniceq́; usurparent. Nam Pœnorum astus & fides lubrica, etiam prouerbijs nobilitata est: & tunc contra Cretenses eretizauit Timoleon. φοίνικες aliquoties hîc uocat Pœnos Plutarchus, cuius rei causa uulgo nota est: scilicet, à Didone ex Phœnicia in Africam deductam coloniam, & conditam Carthaginem. διατριβὴν autem materiam risus & iocorum ac facetiarum significare, non est nouum: & sic in Pericle de Damone dixerat Plutarchus. ἐξωτρανίσθαι, καὶ παρέχει τοῖς κωμικοῖς διατριβήν. & in uita Arati, διατριβὴν οἱ τοῦ Διογένους καὶ γέλωτα πολλοὺ παρασχόντες, ἀπηλλάγησαν. Sic & Dio noster lib. 47. de M. Varrone, καὶ ὁ μὲν διατριβὴν καὶ γέλωτα ἐπὶ τούτῳ ὤφλισκανε.

φοίνικες. διατριβή.

8 Cum quidam alterum.) Totam historiam, quæ profectò ostendit quid casus in rebus humanis poßit, Tudertinus deprauauit, & Timoleontis socium dixit ab altero percussorum ictum: cum alter percussorum à quodam sacrificijs adstante, cæsus apertè dicatur. Neq; enim est ἑταῖρον in Græco, sed ἕτερον: & si illud fuisset, quid uoci αὐτῶν fieret? aut quid significaret? aut cur Timoleontis socium potius, quàm percussoris indicaret?

9 Decem minis donauerunt.) ἐστεφάνωσαν δέκα μναῖς. quod ad uerbum est, coronauerunt decem minis: ut uideri poßit de corona accipiendum. Ego tamen puto uocem στεφανοῦν in genere hîc esse, præmio afficere. Sicut coronæ erant facinorum, aliquando & uictoriarum præmia. Ita etiam in Dione noster autor loquitur, οἱ μὲν συρακούσιοι τὸν ξένον ἑκατὸν μναῖς ἐστεφάνωσαν.

10 Sicilia planè in potestatem barbarorum ueniet.) τὴν πάλαι λεγομένην καὶ προσδοκωμένην ἐκβαρβάρωσιν. En quàm insulse locum apertißimum noster: tantam inquit uisam fuisse Punicam classem, ut omnem priscam futuramq́; barbariem (hoc enim uocabulo populum barbarum, aut nationem barbaricam intelligit) in Siciliam traijcere putares. Est autem ἐκβαρβάρωσις, nihil tale, sed cum à barbaris occupatur regio aliqua, & in barbariem quasi redigitur: sicut maiorum & nostra ætate à Turcis Vngariæ & Illyrici partes quædam. Hanc calamitatem qui accipiunt, ἐκβεβαρβαρῶσθαι multis Græcis scriptoribus dicuntur: & uocabulo ἐκβαρβαρῶσαι, in barbariem redigere, mox ipse utitur Plutarchus: & de Epheso initio Lysandri, κινδυνεύουσαν ἐκβαρβαρωθῆναι. & est aliàs etiam βαρβαροῦμαι pass. barbarus fio. Hinc illud Tyndarei ad Menelaum propè adagium apud Euripidem ἔρεξη,

ἐκβαρβάρωσις.

βεβαρβάρωσαι, χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις.

Non multo pòst, id quod de Syracusis dicitur, eam ex multis constare partibus, & quasi urbibus, miserè deprauata loci totius sententia, ad Achradinam detorsit. Quod enim Βρεττίους (Brutios) Bracteos uertit, ridiculum est: sicut & infrà λευκανοὺς Leucanos dixit, pro Lucanis.

11 Ea, propter quæ beatus prędicaretur, quàm quorum causa laudem meritus.) τῶν ἐπαινουμένων, τὰ μακαριζόμενα. Tudertinus obscurius: Quo felicitatem uiri magis, qui audiant, quàm laudes eius mirentur. Alludit autem Plutarchus ad id quod in philosophia explicatur, felicitatem esse aliquid uirtute sublimius & perfectius: & ut uirtus laudem meretur, ita illam laude aliquid præstantius, nempe honorem & admirationem, secum trahere. Qua de re disputat Aristoteles cùm alibi, tum lib. ad Eudemum secundi initio, & cap. 12 lib. primi Ethicorum ad Nicomachũ. Porrò autem hîc prospera fortuna largo uulgi iudicio pro ipsa felicitate sumitur, εὐτυχία ἀντὶ τῆς εὐδαιμονίας: quæ quid differant, alibi docetur.

12 Vt Athanes tradit.) ὡς ἄθανις εἴρηκεν. Sed & interpres ἀθάνης legit, & ita legendum coniicio ex Diodoro Siculo, qui proximè finem libri decimiquinti eius meminit, ἀθάνας, inquiens ὁ συρακούσιος, &c. ubi ostendit quot libris quorum temporum historiam is exposuerit. De uictoria Gelonis de Chartaginensibus, uide Diodorum lib. 11.

13 Ad Crimesum fluuium.) κρίμησον reliqui, eo quòd constanter ita hîc legitur. Sanè Crimisum, per ἰῶτα malim, ex Strabonis lib. 6, Dionys. Halic. lib. 1. ubi de Aegesta Siciliæ loqtur: ex Suida, & alijs. Apud Virgil. ferè in omnibus codicibus lib. 5, & in Seruianis etiam commentarijs, Crinisus, N. pro M posito (sed uitiosè) inuenias. apud Lycophronem & eius interpretem Zezem, duplici Σ Crimissus legitur.

14 Decem millia armatorum.) μυρίοις ὁπλίταις. Puto autẽ certum (ut & aliàs fieri assolet) numerum hîc significari: idq́; etiam ex Diodoro apparet. nam interpres incertum accepit.

15 In summam difficultatem adducti.) χαλεπῶς ἀπήλλαττον. Tudertinus seu oscitãtia seu ignorantia Græci sermonis, difficulter liberatos reddit. Est enim ἀπαλλάττειν liberare, sed cum transitiuum (ut uocant) est, & accusatiuo cõstruitur. Absolutè positum aliter significat. Sic paulo antè dixerat noster hoc ipso libro, ἐπισφαλῶς καὶ χαλεπῶς ἀπήλλαττον, Erant in extremo discrimine constituti. Sic & Polyb. lib. 1. de nauibus, κακῶς ἤδη ἀπαλλάσσειν. Sic alij.

16 Inuictißimi.) quod quid sit, est nimis quàm notum. Interpres, fide dignißimos extulit, nõ optima fide. Iam quòd conspirationem Messanæ factam esse ait, est contra uerba autoris. Philomelum autem Philodemum (φιλόδημον) uocat Plutarchus constanter, nisi si fallũt codices. adstipulantur certè Diodoro & Iustini exẽplaria, lib. 9. & in Phocicis Pausanias.

17 Adeò uindicta diuina.) Sic τὴν δίκην uerti posse arbitror. Interpres locum peruerterat: παιδεία est, non παιδείαν legendum. & pòst in Menerci uersu mensura postulat χρυσίου λαμπρόν ... Spondaicum in hoc genere admitti nemo negauerit, nisi qui ne Latinos quidem scriptores cognouit.

18 Calauriam exercitum duxisset.) Non est obscurum, notari aliquem hoc nomine Siciliæ locum, tamet si nihildum de eo nobis aliunde constet. Ad Calabriam quidem Italiæ regionem detorquere, ut fecit Tudertinus, aut insulam Peloponnesi Trœzeni oppositam (quod posset fortaßis somniare Geographiæ imperitus) historia non sinit. Ne cætera quidem noster rectè reddidit.

19 Corinthiæ mulieres.) Non satis expressit scomma Tudertinus, nescio quàm rectè intellexerit. Exprobrarat autem Corinthijs molliciem Euthymus, & curiositatem, quòd imbelles ipsi, domi tamē se non continerent, sed alienis rebus ingererent. Atque ad hoc dicterium abusus erat uersu Euripideo, quanquam aliò detorto, & (uti solent hoc modo faceti homines facere) crinibus quasi attracto. Est autem in Medea tragœdia uersus iste, exordium excusationis, qua Medea se Corinthijs matronis purgat, quòd eò relicta patria accessisset. ibi ἐξῆλθον primæ personæ est, singularis numeri: Euthymus pro tertia persona pluralis numeri (nam eodem modo & hæc enunciatur) arripiens, diuersißimo sensu in Corinthios torsit, uocatiuis quoq; illis Κορίνθιαι γυναῖκες nominatiuorum loco acceptis: atque ita uersiculum quasi prouerbialem fecit. Argutum sanè cauillū, nisi materia formæ officeret. Martialis minori periculo ad Homeri uersum allusit, in coci nomine subsannando.

Cum tibi Mistyllus cocus Aemiliane uocetur,
Dicatur quare non Taratalla mihi?

Est enim apud Homerum in uictima mactanda de ministris,

μίστυλλόν τ' ἄρα τ' ἄλλα. uti notum est.

20 Pecuniam suam & liberos.) χρήματα καὶ γονεάς. Sic in Pompeio etiam loquitur de piratis, γονεὰς αὐτῶν καὶ χρήματα οὐ φρουροῦσι περὶ τὸν ... ἔχειν. atq; ita alibi etiam.

γονιὰ, liberi.

21 Forti Fortunæ sacris operatus est.) αὐτοματίας ἔθυσε. Tudertinus uidetur αὐτοματίᾳ legisse. Aemilius Probus in uita Timoleontis, hoc ipsum referens: Domi, inquit, suæ sacellum Automatias constituerat, idq; sanctißimè colebat. Ego Fortis Fortunæ, latinè uerti rectè censeo. Sed & Plutarchus in lib. Quomodo citra inuidiam se quispiam laudet, & in Ciuilibus præceptionibus, meminit aræ τῆς αὐτοματίας à Timoleonte dedicatæ. Itaq; hic lego, ἱερὸν ἱδρυσάμενος αὐτοματίας, ἔθυσε. quod uerbum facilè intelligitur, etiam omissum. Nam ob id ponebatur ara, ut in ea sacrificaretur.

Laphystium, Probus Lamestium uocat: sed non multum ei libro fidei adhibeo, contra alios.

22 Feretro in rogum imposito.) Hoc enim uult sibi τῆς κλίνης ἐπὶ τὴν πυρὰν τεθείσης. non, iam cremato corpore: id quod noster Maronis uersu supposuit ἄμυρον, ut aiunt, ἐπὶ τῷ φακῷ.

IN AEMILIVM PAVLVM Annotationes.

L. Aemilij Pauli ætas nota satis est, præsertim ob Perseum regem Macedoniæ ab eo debellatum: de quo triumphauit anno V.C. DXXCVII.

1 Democritus quidem optandum dixit.) Locus est hic nequaquam omnium intelligentiæ patens: ideoq; Aretinum etiam, hominem, ut accepimus, doctißimum, fefellit, ignorantem, aut non recordantem quæ nam Democriti idola essent. Finxit autem Democritus imagines quasdam (εἴδωλα sic exprimo, Ciceronem secutus) a natura fusas, quæ ubique in toto orbe terrarum suos haberent circuitus, & ubiq; omnibus obuersarentur, ijsq; animi hominum pulsarentur: quam sententiam & explicat copiosè, & disputando uentilat lib. de Natur. Deorum primo M. Tullius. Neque grauabor uerba eiusdem adscribere, de epistola quadam ad C. Caßium, (quem fuisse Epicureum, ex Cicerone & Plutarchi Bruto constat: sicut & hoc notum est, Epicurum Democraticam habuisse philosophiam, mutatis & adiectis quæ uellet) quæ extat in libro Familiarū epistolarum decimoquinto: Fit enim, ait, nescio qui, ut quasi coràm adesse uideare, cùm scribo aliquid ad te: neque id κατ' εἰδώλων φαντασίας, ut dicunt amici tui noui, qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. Nam ne te fugiat, Catius insuper Epicureus, qui nuper est mortuus, quæ ille Gargettius (sic uocat Epicurum, à Gargetto Atticæ loco, eius natali) & antè Democritus εἴδωλα, hic spectra nominat. His autem spectris, si oculi possent feriri, quod uel ijs ipsa occurrunt: animus qui poßit, ego non uideo, &c. Quibus uerbis opinor plurimum lucis nostro loco adferri, & uicißim. Iam εἴδωλα εὔλογχα, si omnino sit legendum, (nam & in lib. Plutarchi de Oraculis defectis ita legitur, & haud scio an eo sit usus hic uocabulo Democritus: usus quidem etiam aliàs uerbis minimè in communem consuetudinem loquendi receptis, ut exempli causa ῥυσμῷ, τροπῇ, διαθιγῇ, quæ Aristoteles libro α. primæ Philosophiæ interpretatur σχῆμα, θέσιν, τάξιν: alioquin εὔλογα fortaßis prætulerim, si qua autoritate id confirmare liceat) si inquam εὔλογχα rectè legitur, licebit sumpta ex sequentibus Plutarchi uerbis coniectura εὔλογχον interpretari τὸ οἰκεῖον, ἢ ἐπιτήδειον, hoc est commodum & quasi familiare. Neq; enim abludet ἔτυμον, si παρὰ τὸ λελογχέναι deducas, quod est sorte obtinuisse aut

εἴδωλα Democriti.

εὔλογχον.

acce-

acepisse, à uerbo λαγχάνομαι medio: unde illud a-
Idyll. 4. pud Theocritum,

αἲ αἲ τῶ σκληρῶ μάλα δαίμονος, ὅς μ' ἐλέλογχε:

Heu quàm me duro subiecit sors mea fato.

Itaq; εὔλογχον erat, quod nobis bona fortuna & prospera sorte obtigit, nempe opportunum & commodum. Quò facit, quòd in eo quem dixi Plutarchi loco, hisce δυστράπελα & μοχθηρὰ opponuntur, tristia & aduersa, seu praua.

2 A' Mamerco.) μάμερκος in Græco, non μαρ... κος legendum, ex Numa patet.

3 Aedilitatem, primùm de superioribus magistratibus.) Omisit hoc Aretinus. In Græco est ἐπιφανῶν, insignium magistratuum. Curules intelligi possunt haud incommodè. sunt enim & alij quasi minoris dignitatis magistratus: ut uigintiuiratus (quem primò omnium peti solitum, apparet ex Cornelij Tacit. lib. 3, de Nerone Germanici filio dicente) ut quæstura, ut tribunatus plebis, ut ædilitas plebis, testante hoc nostro Plutarcho in uita Marij, ut alij: de quibus hic dicere non est occasio.

Magistratus duplices.

4 Mnasonis uiri consularis filiam.) μνάσωνος. Intelligo C. Papirij, qui consul fuit anno DXXIII. Cuius etiam meminit Liuius initio 25 lib. C. Papirius L. F. decemuir sacrorũ. Sed ibi Masso cognomentum est. sicut & in codicibus Ciceronis legitur, lib. 9. Fam. epist. ad Petũ: L. Masso ædilitius. atq; sic legit hoc loco Amiotus. Sigonius apud Liuiũ Maso legit, unico S. cuius cognomenti quæ sit aut esse posit ratio, non intelligo. Mnaso quidem, μνάσων, Græcum est nomen, cuius cùm alij testes sunt, tum Eustath. in Odyss. 14. cuiusdam Phocensis Mnasonis meminit, qui plures mille seruos possederit: quem familiarem fuisse Aristotelis, ait Athenæus lib. 6. Commemorantur & alij Mnasones. Quo autem modo in cognomentum Romani uenerit, non assequor. Cogitandum harum rerum doctioribus relinquo, utro modo rectius legatur: & Plutarchi ne hic locus emendandus, an ad alios corrigendos adhibendus sit.

5 Romanum uirum uxori suæ nuncium remisisse.) Sic est ad uerbum in Græco, ὡς ἀνὴρ ῥωμαῖος ἀπεπέμψατο τὴν γυναῖκα. Pro quibus interpres subiecit hæc: Sed uidetur aliqua efficax ratio affuisse. Quæ sanè uerba uti optimè loco huic quadrant, ita non satis tamen id quod est in Græco explicãt: totumq; illud, quod modo Græcè & Latinè adscripsi, omittitur. Amiotus ita uertit, quasi quod de calceo sequitur, non Paulus, sed alius quidã Romanus causam diuortij interrogatus responderit. quod mihi non probatur. Vt meam coniecturam (nihil enim habeo certi) exponam, uidetur mihi Plutarchus hoc uelle, quia eius diuortij causam nemo comperisset: & certum tamen esset, haud ab re Paulum tale aliquid facturum fuisse, uulgi sermonem extitisse, dimissam à Romano uiro coniugem, atq; hoc quasi prouerbium fuisse. nam λόγος sæpè etiam prouerbium significat. Romanum autem prouerbialiter intelligi uirum grauem, seuerumq;, & propositi tenacem, atq; ἀπαραίτητον, quales prisci illi fuère Romani, rigidi homines, etiam in plectendis capitali supplicio liberis. Hæc est mea opinio: sed quam doctiore aliqua coniectura obliterari, nõ iniquè sim laturus. Nam profectò responsum de calceo, Aemilianũ esse apparet.

Romanus uir.

6 Alterum Fabij Maximi filio.) Hic Fabius sanè deinceps Q. Fabius Maximus Aemilianus dictus fuit: sicut frater eius, quem Scipio Africani F. adoptauit, P. Cornelius Scipio Aemilianus: quẽ morum paterni nominis retinendi cùm alij, tum Dio noster lib. 46. & 55 explicat. Ac de Scipione quidem Aemiliano res minus obscura est, neq; uerbis opus habet. De Fabio quærendum. Nam quod in Græco legitur, τὸν μὲν πρεσβύτερον ἀπὸ μαξίμου φαβίῳ, mendosum est. Aretinus ab ipso Maximo Fabio, eo qui quinquies consul fuit, nempe eo qui cunctando restituit rem, adoptatum, plusquàm absurdè dixit: ut eunq; id sequente Amioto. Quòd à filio Fabij Cunctatoris adoptatum uerti, eo factum est, quòd υἱὸν scriptum à Plutarcho suspicabar, inq; eius locum αὐτὸ subrepsisse, et quàm proximè hærere Plutarchianis uestigijs statuissem. In hac sentẽtia esse alios quoque non mediocriter doctos, scio. Quod si quis non ab eo qui consul fuit, & ante patrem mortuus est, adoptatum dicat (id quod consentaneum certè est, cùm ante annum V. C. D. L. iste obierit, Aemilianus anno demũ DCIX consul sit factus) fortassis à Q. Fabio Maximo, qui patri Cũctatori superuixit, inq; eius locum (ut Liuius lib. 50 affirmat) augur est creatus, adoptatus fuerit, Tametsi admodum puerum oportuit in stirpem eam adscitum esse, etiamsi hoc ipsum statuamus: idq; illo ipso augure, prouecta iam satis ætate. siquidem maximo natu Cunctator decessit. Fabius Aemilianus bello Persico adolescens adhuc fuit, uti infrà Plutarchus tradit. Relinquitur, ut à nepote huius arrogatũ statuamus: quod & ipsum sentire nonnullos intelligo. Quæ in re id inest difficultatis, quòd neminẽ id antiquorum tradidisse sciamus. Q. Fabium Labeonem, qui anno V. C. DLXXI consulatum gessit, opinio est aliquorum, fuisse nepotem Cunctatoris, ab eoq; in filij locum assumptum Aemilianũ: sed quibus id testibus probare possim, si quis contrà dicat, haud sanè uideo. Equidem nusquam memini me legere, Labeonem magni illius Fabij nepotem fuisse. & Quinti prænomen ita Fabijs usitatum fuit, tamq; etiam ampla illa gens, ut tametsi Q. F. Q. N. is dicatur, tamen habuisse auum Cunctatorem necesse non sit. Et quidem uterq; Cunctatoris Fabij filius, & is qui consularis uiuo patre mortem obijt, & is qui auguratum patris accepit, Quinti prænomen habuerunt, si Liuio & alijs credimus. nam in Lælio Ciceronis prior Marcus

Fabius Aemilianus à quo sit adoptatus.

perhibetur

perhibetur in quibusdam libris. Neq; uerò non potuit adoptatus fuisse Pauli filius à nepote illustris illius Verrucosi; si non fuit à Labeone: non enim (ut quidem ipse censeo) euidens aut uerum est, sine liberis utrunque, uel omnes eius filios decessisse. Sanè Labeo & L. Paulus (cuius uitam hic tractamus) aequales fuerunt, proximoq; post illum anno hic consulatum primum gessit: si quid hoc ipsum in se habet argumēti. Verùm in re incerta, atq; in qua non sint fortunae (ut ille dicebat) Graeciae positae, nimis fortè anxius uersor: cùm unumquemlibet sequi liceat quod probauerit, sine summo historiae detrimento. Tamen quae in utramq; partem cogitassem, nolui annotare: si fortassis haec ipsa alios ad extricādum hoc quodcunq; est, sint stimulatura. Quod statim sequitur de Aelio Tuberone, καὶ μεγαλοπρεπέστατα τῇ πενίᾳ χρησάμενος, dictum est perquàm uenustè, & ab Aretino peruersum.

7 Antigonus omnium.) Operaepretium fecerim, si hanc successionem regum Macedoniae ob oculos ponam, atq; nonnihil explicem: facit enim ad multa aliorum, nostri etiam quaedam in Pyrrho, Demetrio, & alibi intelligenda loca. Prius tamen typo delineatā rem oculis subijciam.

REGVM MACEDONIAE GENEALOGIA POST Alexandrum Magnum.

Philippus.

Antigonus I. rex. ——— Stratonice, Corrhaei filia. Demetrius.

Demetrius, cognomine Poliorcetes. Philippus.

Antigonus II. Gonatas.

Demetrius. Alcyoneus.

Antigonus III, Doson. —— Philippus.

Perseus.

EXPLICATIO QVORUNDAM.

Quod ad patrem attinet Antigoni primi siue magni, eum fuisse Philippum satis constat. ita enim nominant Plutarchus in Demetrio, Arrianus libro primo de expedione Alexandri, Iustinus libro 13, Orosius lib. 9. cap. 23. Quis aūt fuerit iste Philippus, nō facilè dixerim. In Onomasticis reperies, Antigonum primū, fratrem fuisse Alexādri magni: idq; esse apud Plutarchum in Pyrrho. Quorū & prius existimo falsissimū esse: & posterius quid est, nisi mēdacio & falsa citatione imponere simplicibus? Ego, cùm de patre Antigoni Philippo dicitur, nequaquā intelligendum iudico regem Macedoniae, patrem Alexandri: sed alium quendam. nisi si quis adeò stultus est, ut cùm Arrianus quo dixi libro, in pugnae ad Granicum descriptione Philippum Amyntae F. nominat, de eodem uelit accipere. Idem alium praeterea Philippum commemorat, Menelai filium. Pausanias in Atticis, Philippū Casandri fratrem refert, qui cum Aeacida Epiri rege praelio dimicauerit. qui an idem sit cum eo, quem ante Ptolemaeū Berenices maritum fuisse, in Pyrrho Plutarchus scribit, haud scio. Certi autem nihil habeo: & Amplius hic. De matre quoq; Antigoni Gonatae non sum certus. nam pater eius Demetrius, cuius uitam scripsit noster, plures habuit uxores: quarum primam sororem Pyrrhi Deidamiam, matrem Gonatae fuisse suspicor. Habuit autem praeter eam etiam Antipatri filiam Philā, ex qua ei nata est Stratonice, quae Seleuco Magno est collocata ab ipso: & Ptolemaidem, Ptolemaeo & Eurydica Antipatri filia natam. Quin & Eurydicen quādam Atheniensem, & Lanassam Agathoclis filiam Pyrrho matrimonio iunctam duxisse legitur. Alcyoneum Antigoni Gonatae filium fuisse, in fine Pyrrhi noster ostendit: quid ei factum sit, non memini legere. Demetrius quidem eius frater decem annis rex Macedonibus fuit, ut libro secundo scribit Plutarchus. Antigonus Doson, quasi cūctatorem in repraesentando promisso dicas, cognomento, tutor fuit & ἀνεψιὸς (fortè patruo eius natus) Philippi eius, quem Romani debellauerunt: pòst etiam uitricus, & in regno antecessor. Hunc Antigonum, Seruatorem Graeci & Benefactorē uocabant: multaq; de eo sunt in Arato & Cleomene Plutarchi, & apud Polybium.

8 Argiua sartrix Gnathenia.) Aretinus pro sartrice medicam reddit, τὴν ἀκέστριαν. Ceterum ἀκεῖν, oratoribus est suere, sarcire. Hinc ille apud Lucianum in Menippo Philippus rex, ἀκούμενος τὰ σαθρὰ τῶν ὑποδημάτων. Inde ἀκέστρα acus, & ἀκέστρια sartrix: hoc est ῥάπτρια, seu ἠπήτρια etiam: ut est apud Eustath. in Odyss. ξ explicantem illud:

DD ὗλκε

νᾶας ἀνειμένον. & fusius in librum decimum. Gnathæna autem nomen, diminutiuum facit Gnathæniam. est idem in fine Arati.

9 Vi apud Elimiam.) κατὰ τὰς Ἐλιμίας. Vrbs est Macedoniæ Elimia, Ἐλίμεια uel Ἐλιμία (utrumq; enim scriptum reperi. quidam Elymam, Ἔλυμαν habent) à qua Ἐλιμιῶτις Elimiotis regio dicitur, infra Apolloniam ad Ionium mare pertinens: cui Saso obiecta est insula. Strabo, Stephanus, alij. Ptolemæo urbs Ἔλυμα, regio Ἐλυμιῶται dicitur lib. 3. Aretinus sensum huius loci non reddidit.

10 Neq; rumores ferrent.) μήτε λογοποιεῖν, uerba facere Aretinus, nõ rectè. Est enim λογοποιεῖν, nugari, & rumores uanosq; sermones cõminisci: unde Iulianus apud Suidam, Herodotum λογοποιόν, fabularum parentem dixit. Similem locum ex Epistolis (ut opinor) Græcis ab Aldo impressis Erasmus citans, in ultimo prouerbio primæ centuriæ, leui admodum codicis mendo in errorem abductus est. Sic enim adducit: In epistola Iuliani ad Leontium, ὁ λόγος ποῖος ὁ θεῖος, ὥστε εἶπεν, &c. Allucinatur etiam in explicando, cur Thurius uocetur Herodotus. Quod si uel ex Suidæ uerbis, uel proprietate sermonis Græci animaduertisset λογοποιὸς esse legendum: ac quæ de Herodoto Suidas, & Plin. lib. 12. cap. 4. tradiderunt, atq; alij, meminisset, nunquam in re ita aperta & facili incurrisset in aliorum iustas reprehensiones. Sed de his aliàs. Liuius ita habet: Rumores uestra credulitate ne alatis, quorum nemo autor extabit.

Erasmi error.

11 Ac totidem peditum, qui equitibus adiuncti.) παραβάται. Aretinus oppidò negligens sui muneris, transfugas uertit: sed eum missum facio. Quid sibi uelit παραβάτης, non est adeò in promptu. itaq; explicabimus, idq; ex autoritate Grammaticorum. Παραβάτης (quem carminis gratia constituendi etiam παραιβάτην poetæ dicunt, sicut ὑπαὶ & παραὶ, pro ὑπὸ & παρὰ, & alia id genus nõnulla) inter alia significat eũ qui de curru pugnat. Varinus in præstantissimo suo dictionario: παραιβάται, inquit, ab Homero dicũtur, qui de curribus pugnãt: & eosdẽ aliàs ab eodẽ ἡνιόχους, id est aurigas appellari, addit. Dignus autor cui credas: sed addã testimonia. Hom. est uersus Il. penultimo libro,

παραβάτης, & παραβάται.

αὖ δ' ἔβαν οἱ δίφροισι παραιβάται, ἡνίοχοί τε.

Sholiastes uocabulum id hoc modo exponit: παραιβάται, οἱ ἐπὶ τῶν ἁρμάτων συμπολεμοῦντες, τοῦ ἔτι, κύριοι τῶν ἁρμάτων. Porphyrius philosophus, summi nominis doctor, in quæstionibus Homericis: παρὰ τῷ ποιητῇ, inquit, τῶν ἐπὶ τοῖς ἅρμασιν οἱ μὲν μαχόμενοι, παραιβάται· οἱ δὲ τὰς ἡνίας ἔχοντες, ἡνίοχοι. A quo nõ dissentiunt Eustathij expositiones in γ & λ Iliadis. Atq; eodem planè modo usus est Euripides ἱκετίσιν, qui unus locus & quæ diximus confirmare, & uocabuli usum in militia docere potest: itaq; adscribam.

— πρὸς μόσχοις δ' ὄχων
τετραόρων κατῆρχον ἐν τῷ δ' ὄχων μάχης.
πρὶν δὲ διαλλάσσοντες ἀλλήλων ὄχους,
παραιβάτας ἔγνωσαν εἰς τάξιν δορός.
χ' οἱ μὲν σιδήρῳ διεμάχοντ', οἱ δ' ἐνίοχοι
πώλους ἐς ἀλκὴν αὖθις ἐς παραιβάτας.

Apollonius α. ἀργον. in chlæna Iasonis, de duobus curribus:

καὶ τὸν μὲν προπάροιθε Πέλοψ ἴθυνε τινάσσων
ἡνία, σὺν δέ οἱ ἦεν παραιβάτις Ἱπποδάμεια.

Impropriè utitur hoc uocabulo, idq; nõ dissimulauit interpres. Ceterùm hoc loco Plutarchus aliter usurpauit eam uocẽ. nam Basternarũ παραβάτης erat nõ in curru, sed pedes equiti permixtus, & qui re ita ferẽte, equitis officio fungeretur. Id manifestũ est ex Liuij uerbis, quæ hac ipsa de re sunt lib. 44. Veniebant, inquit, X millia equitũ, par numerus peditũ, & ipsorũ iungentiũ cursum equis, & in uicẽ prolapsorũ equitũ uacuos capientiũ equos, &c. Quia Liuius ipse uno uocabulo id genus militũ nõ expressit, ne mihi quidem id tentandũ duxi. Alioqui non adeò absurdum erat, eos uelites equestres nominare: ut intelligeretur, non nullam ijs fuisse similitudinem cum uelitibus, qui equitatui immisceri solebant à Romanis, instituto Q. Nauij centurionis, cùm bello Annibalico Capua obsideretur. Liuius initio libri XXVI. Valer. lib. 2 cap. 2. Vide etiam quæ in Phocionem de uocabulo ἀποβάτης annotaui.

12 Qui * alium apparatum.) Locus in Græco nostro libro mutilus erat: itaq;, quod unum posui, asterisco notaui. De hoc apparatu Romanorum satis copiosè Liuius 44. Nam quæ annotata sunt in margine antiquæ uersionis, ubi per decem millia legiones intelligi dicitur, nihil agunt. Amiotus paulo antè, ubi est, sordidus homo, locum esse mancum annotauit: quod mihi non uidetur.

13 Iuxta Pythium & Petram.) apud Liuium legitur Pythoũ. Ptolemæus lib. 4. urbem Pelasgiotidis πύθιον, Pytheum nominat, haud procul Gonno & Atrace sitam: quam hic intelligi puto. estq; etiam à Sophiano in tabula Græciæ expressa. Stephanus cum nostro πύθιον scribit. de Petra nihil habeo.

14 Apud Heracleam.) ex Liuio. Nam neutro genere hic τὸ Ἡράκλειον, nescio an sine menda, legitur. nam & apud Stephanum uidetur indicari, neutro genere eam urbẽ dici posse. Amiotus quidẽ pro Herculis fano accepit, uocabuli etymon secutus: cùm Aretinus simpliciter Heraclium posuisset. Intelligo autem eam Heracleam, quam primo loco in ora Macedoniæ posuit Plinius 4. 10.

15 Qua supra templum.) Versus hi de altitudine Olympi, & mendosi sunt, & satis obscuri. ut mirum non sit, eos ab interprete mutilatos atq; corruptos. pro δοιὰ πλέθρων, & μετὰ, legi δοιάδα πλέθρον & μέτρα. Ostendunt autem hi uersus, Olympi altitudinem supra decem stadia, impleuisse iugeri

iugeri spacium, demptis tamen ei quatuor pedibus.

πλέθρον. Iugerum.

πλέθρον iugerum significat, quod in agricultura longitudine est c c x l pedum, latitudine c x x: Varro, Columella, Plin. 18. 3. Quintil. 1. 17, alij. Sed eum longitudinis tantùm, ut hoc loco, mensuram significat, quæri potest quid sit. Ego sextantem stadij uerti, secutus communem sententiam, quæ est apud Eustathium in λ. Vlyssea, & Suidam, & aliòs. Idem Eustathius in Iliadis λ. ait pedum c x x esse mensuram: quem ego locum corruptum puto, cum idem Iliad φ. centum modò pedes ei aßignet, atque ita etiam legatur apud Suidam. Quo facit, quod ibidem 1 0 0 pedes 6 6 ⅔ cubitis æquantur, ut cubitus sit (quod etiam Suidas fatetur) pedis unius & semis. Stadium esse cubitorum c c c c, idem Suidas tradit: nimirumq; pedum D C. tantum interuallum fuisse curriculi Olympici ex Plutarcho refert Gellius initio Noctium Atticarum. Interpres Pindari in x i i i Olymp. c c c cubitorum fuisse tradit: aliòs scilicet secutus. Certè apud Latinos stadium c x x v passuum erat, pedum (nam quinq; singulis paßibus tribuuntur) D C X X V. Plinius lib. 2. cap. 23. Inde miliarium octo erat stadiorum: qua de re alibi diximus.

Cubitus. Stadium.

16 Saltusq; occuparent.) τὰς ὕλας. Ego non dubitanter πύλας repono, hoc est portas. Notißimum est montium fauces & claustra, per quæ aditus in regionem alienã aperitur, uocari Pylas. Hinc Pylæ illæ, quæ & Thermopylæ. hinc Pylagoræ Græcorum, & alia à nobis aliàs explicata. Syluas Aretinus uertit, retento mendo. Amiotus rectiùs.

17 Primis hostijs non perlitauit.) ἐν ἀκαλλιερεῖ. En tibi (non enim possum non stomachari) correctorẽ. Rectè uerterat Aretinus τὸ καλλιερεῖν, litare. Corrector, quicunq; tandem fuit, id quasi errorem notauit, inq; margine adscripsit Græca, & interpretatus est, haud auspicata sacra expertum esse. Nimirum uerò hic uirum se præstitit, & officio emendatoris coronam meruit: quin & Suidã (ut ille in morsu pulicis Herculem) inuocat. Ex hoc quidem suam Latinæ linguæ ignorationem non potuit cognoscere, homine Græco. Est autem omnino litare, καλλιερεῖν, adeoq; id quod ille auspicata sacra experiri dicit: quod demonstrare piget, cùm nihil sit notius. Tullius II. de Diuinat. Quid » cùm pluribus dijs immolatur, qui tandem euenit, ut » litetur alijs, alijs non litetur? Idem perlitari dici» tur. Liuij uerba apposui de lib. 41. ne multos locos » adducendos haberem: Territis eo prodigio & al» ter consul curam adiecit, qui se quòd caput iocino» ri defuisset, tribus bubus perlitasse negauit. Senatus » maioribus hostijs, usq; ad litationem sacrificari ius» sit. Cæteris dijs perlitatum ferunt. Saluti Petilium » perlitasse negant. Vocabulum dictum παρὰ τὸ καλὸν τὸ ἱερὸν, patet: & quorũ hostias probassent dij, illi καλλιερεῖν dicebantur. Testatur id etiam Eustathius in ζ & κ. Iliadis. & λ. Odyß.

Litare, καλλιερεῖν, perlitare.

18 Rhomphæamq; ferro.) Annotauimus aliquid de hoc uocabulo in Cleomene.

19 Peligni & Marrucini.) Πελιγνῶν καὶ ῥακινῶν. Prius pro Pelignis accipiendum est, haud scio an malè scriptum, sicut & paulo antè pro ῥακινῶν legerim Μαῤῥουκινῶν. Liuius: Duæ cohortes à parte Romanorũ erant, Peligna & Marrucina, &c. Corrector nescio quid Tarracinorũ annotauit, eoq; interpreti Gallico imposuit.

20 Equo potum subministrare.) ἵππον ἀρδεῖν. Aretinus equũ stabulari, nõ modò non satis Latinè, sed et contra Græci sermonis ueritatẽ. Est enim ἀρδεῖν, idem quod ποτίζειν. quod & notum est, & ἄρδω. ex Herodoto docet Eustathius in ε Iliad. ἡ γυνὴ ἐπεὶ ἀφίκετο ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἦρδε τὸν ἵππον. ὅ ἐστιν, ἐπότιζεν. Inde ἀρδμῶν, & alia, quæ ibi & alibi exponit.

21 Atq; hinc Galepsum.) ἀλεψὼ est in Græco, sed uitiosè: nam neq; ulla ijs in regionibus urbs Alepsus à quoquam (uti arbitror) autore nominatur. & apud Liu. lib. 44. extremo est apertè: Galepsum eo die, postero Samothracam perueniunt. De Galepso est apud Stephanum, & alios.

22 Apud Sagram fluuium.) De cæteris satis constat. Pugnã apud Mycalem descripsit Herod. lib. 9. Diodorus lib. 11. alij. De Tarquiniensi uictoria etiam in Coriolano retulit. Sed de hac apud Sagram pugna explicandũ uidetur. Sagrã fluuiũ Italiæ eius, quæ magna Græcia dicitur inter Locros & Caulonem fuisse, Plin. lib. 3. cap 10 asserit. Ibi pugnatũ fuit à Locris aduersus Crotoniatas: hi c x x x millia, illi x millia in aciem eduxerãt. Vicerunt tamen Locrenses. Nuncius uictoriæ eadẽ die Olympiam, Spartam, Corinthum, & Athenas perlatus est. Hæc ferè Strabo lib. 6. in descriptione Calabriæ. Cic. lib. 2. & 3. de Natura deorum, Suidas, Iustinus libro 20. qui tamen locum non nominat, historiam perspicuè describit. Atq; inde ortum prouerbium, Strabo & Cicero, & Eustathius in secundum Iliadis, & Suidas ostendũt, ut de re certa incredulis diceremus, Certiorem esse rem ijs quæ apud Sagram gesta sint: ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρας. Sic Cicero: De Sagra Græcorum est uulgare prouerbiũ, qui quæ affirmãt, certiora esse dicũt quàm illa quæ apud Sagram. Hæc uim & usum prouerbij satis indicant. Sed quo tempore pugnatum sit, non facilè cognoscitur: tametsi id maximè in historia desideratur. Ego ex Laconicis Pausaniæ, quo loco is Crotoniatarũ de Achille & Helena sermonẽ cõmemorat, deprehendi Stesichori iamtum excæcati tempestate rem eam gestã fuisse: quem natum Olymp. x x x v i i, mortuũ l v i. Suidas, ad stipulatore Eusebio, tradit: ut haud lõgè ante aut post quinquagesimam olymp. & Tarquinij fortè Prisci temporibus preliũ id pugnatũ fuisse, cõiectura esse uideatur. Huius rei ignoratio Aretinũ in eum erro-

De pugna apud Sagram. prouerbium.

rem induxit, ut ἰταλιωτῶν Romanos uerteret, ijsq; pugnã hanc falsò adscriberet: quæ nobis annotandi causa fuit. De Antonij rebellione Xiphil. in Domitiano, Suetonius, Tacitus, Martialis.

23 Cn. Octauius præfectus clasſis.) ὁ συνάρχων αἰμιλίῳ, id eſt collega. Legatum uertit Aretinus, non peſsimè. Neq; enim conſul, neq; pari cum Paulo poteſtate fuit: tametſi ne legatus quidem eius, niſi quòd prætor eum claſſe ducenda adiuuit. Itaq; malui exprimere.

24 * Vt & ludis.) Hæc mutila, & niſi ex libro inſanabilia, omiſit Aretinus: pro προαπολέσαι, προαπολαύειν ſubſtitui.

25 Pocula in cornu formam.) κέρατα. Antiquitùs cornibus animalium pro poculis utebãtur. inde κεράσαι uinum miſcere: & Bacchus cornutus dictus. Vide omnino Athenæũ lib. 11. & Euſtathium in principium Iliad. 13.

26 Sed quod eſt apud Homerum.) Locus eſt Iliadis ultimo libro. Verba ſunt Achillis ad Priamum, humanam ſortem & conditionem ex rebus proſperis & aduerſis commixtam deſcribẽtia. quæ obiter Latina facta appoſui:

Hanc miſero ſortem ſuperi iniunxere, dolorum
Expertes, hominum generi. nam dolia in ipſo
Limine cœleſtis primo duo ſunt poſita aulæ,
Vnde duûm generum Iupiter mortalibus effert
Munera: in hoc bona ſunt, aduerſa recondita in illo.
Cui commixta Tonans depromit dona, fruetur
Nonnunquam aduerſis, rebus quandoq; ſecundis.
Sed cui ſola dedit de læuo triſtia uaſe:
Is miſer eſt, neq; dijs, hominum neq; amabilis ulli,
In terraq; ſuos lugubriter exigit annos.

27 Licinnio & Philonico.) Philonicũ hunc fuiſſe publicanũ, ex Politicis Plutarchi præceptis cõſtat: ut hic copula deſideretur. Aretinus declamatorem uertit: quaſi id φιλόνεικος ſignificet.

28 Eleam Italiæ urbem.) Aretinus Veliam poſuit, cum ſit in Græco Ἐλέαν. non uideo quid ille, aut cur ipſum Amiotus ſit ſecutus. Eſt aũt Lucaniæ urbs, ut ex initio lib. 6. Strabonis liquet, & ſuprà oſtendi. Paulo pòſt εὐχόμενοι, non ἀπευχόμενοι ſcribendum.

IN PELOPIDAM PLVTARCHI annotata ab Interprete.

PElopidas Epaminondæ æqualis ſociusq; fuit, maximè Leuctrica pugna nobilis, qua Spartanis Thebani principatum Græciæ eripuerunt, ſedecim circiter annis poſt captam à Gallis Romam, ut ex Polyb. lib. 1. initio, Diodoro Siculo lib. 15. Pauſan. Bœoticis, & Gellio 17. ult. patet.

1 Cato maior.) Eſt & hæc uita ex earũ numero, quæ ita fuerũt deprauatæ malè uertẽdo, ut emendare uelle, non magis ſit cõſilij, quàm laterẽ lauare. Quàm enim nullo ſenſu Catonis uenuſtiſsimũ in temerarios nimiusq; audaces homines dictum extulit? an uerò ἀλογίστως παράβολος is eſt, qui ſtrenuus Latinis dicitur? cùm hoc uirtutis, illud uitij ſit. Et quidem nihil apertius potuit hoc apophthegmate cogitari: quod tamen etiam ſequentia exponũt, quæ eodem ferè modo tractauit. Cæterùm & hic, & in Fabio, ubi de Marcello autor loquitur, ἰταμὸς audacem ſignificat: aliàs proteruum.

2 Exẽplo Capanei Euripidei.) Locus eſt in Supplicibus, aureus profectò: quẽ adſcribã Latinis uerſib. expreſſum (ſi tamen hoc eſt exprimere.) nã & exemplũ continet hoc ſeculo rarũ, & officiũ potentis amici fideliter definit. Verba ſunt Adraſti:

Tenerum uides ne hunc, qui traiectus fulmine eſt?
Capaneus is erat. opes habuit ampliſsimas:
Minimè ſuperbiebat his, neq; ſpiritus
Trahebat tamen unquam altiores paupere:
Vitare luxum ſuetus, & uulgaria
Faſtidientes: non ratus in gula ſitam
Virtutem, & eſſe modica naturæ ſatis.
Præſentibus fidelis, atq; abſentibus
Amicus (hoc perpauci præſtant nunc) fuit.

3 Sociosq ſe & amicos Thebanorũ oſtenderent.) προσφερομένων. Becarias: Cùm Spartani ſe ad Thebanos cõtuliſſent. Qui error totã hiſtoriã inuoluit, omniaq; obſcura reddit de apertiſsimis. Porrò προσφέρεσθαί τινι ὡς φίλῳ, ὡς ἐχθρῷ, dictio eſt neq; inſolens, & intellectu facilis.

4 Exilioq; dãnati ſunt.) ἐξεκηρύχθησαν, omiſit interpres. Sic & in Gracchis uſus eſt Plutarc. ἀκρίτους ἐξεκήρυξαν. & iterum: Ῥωμαῖοι τοὺς τότε ἐπὶ φίλους στρατηγῶν ἐξεκήρυξαν.

5 Pauci quidã ex natu minoribus.) Et hũc locũ peruertit, ita ut ad Pherenicũ retuliſſe uideatur, quæ ad Pelopidam pertinent. Omiſit aũt τὸ παραβαλέσθαι: in quo ſumma ſentẽtiæ eſt. παραβάλλομαι eſt media uoce, periculoſum aliquid aggredior, in diſcrimen me committo, unde παράβολος audax: quod uocabulum uſurpauit initio huius libri Plutarchus, malè ab Antonio uerſum.

6 Et uarros ſecũ ferentes.) στάλικας, uenabula, Becarias: ſed indoctè. Sunt autem στάλικες ligna, quibus retia attolluntur & fulciuntur, Latini uarros appellant. Tryphiodorus Ἰλίου ἁλώσει, στάλικες. Varri.

ὡς δ' ὁπότε σταλίκεσσι λίνον περιμηκήσαντες
ἀνέρες ἀγρευτῆρες.— Lucanus alicubi:
Sic dum diſpoſitis attollat retia uarris
Venator, &c.—

Pollux lib. 5. cap. 3. στάλικας & σταλικώματα uocat, ut quidem in Aldino libro legitur.

7 Is ad eam diem.) Corrupit hiſtoriã Becarias, neſcio quæ feſta & ſolennes ludos Thebanorũ commentus: cum uerba luculẽter oſtendant, Philidã domum ſuam ad eum diem tyrannos multo antè inuitaſſe ad compotandũ, ſcortis etiam promiſsis. ὕπανδρα γύναια (omiſſum ab iſto) adulteræ uidẽtur. & in ſa-

in sacris literis γυνὴ ὕπανδρος dicitur, quæ marito est iuncta, Rom. 7. Cæterùm tota hæc Thebarum & libertatis ab exulibus duce Pelopida recuperatæ historia, mira & copia & elegantia est à Plutarcho descripta eo in lib. cui titulus est De genio Socratis.

8 Tabernasq; eorum qui hastas & gladios fabricabātur.) τὰ περὶ οἰκίαν ἐργαστήρια, arbitror intelligi esse tabernas operarias. Neq; enim uel ἐργαστήριον instrumētum Græcè significat, (quod ἐργαλεῖον dicitur) uel δορύξοος hastam, aut μαχαιροποιὸς mucronem, sed hastarū uel gladiorū fabrum. Quæ cùm nemo nō uideat, quis nō miretur uersionem Becariæ, qui Thebanos non lanceis, sed furcis (ut apparet) non gladijs, sed uerubus aut securibus domestico usui paratis, nulla necessitate compulsus armauerit?

9 Perrumpendi consilio omisso.) ἐπεὶ δὲ τὴν διάδοσιν ἠγεῖτο. Illud διάδοσιν uidetur aut mendosum esse, aut arguere mutilatū locū: quasi si fuisset hic omissum διάστασιν χεῖρων ἐάσας, aut tale aliquid. Ego sensum utcūq; me expreßisse puto.

10 Curia curiæ.) Est lib. Iliadis secundo. φρῆτραι autem quàm rectè societates uertantur, quid attinet dicere?

11 Menœceo Creontis.) De hoc lege Phœnissas Euripidis, & de Macaria Heraclidas. Leonidæ historia ex Herodoto & alijs notißima, & de Themistoclis sacrificio suprà dixit. De Pherecyde non memini alibi legere.

12 Iuxta ac post se positi certo ordine milites.) Est in Græco ζευγῖται καὶ ἐπιστάται. Magistros & decanos uertit Antonius: quod quid sit, non uideo. Equidem Latina uocabula quibus explicem uerba Græca nō succurrūt: fingere neq; ausim, neq; fortaßis commodè poßim. Opinor autem ζευγίτας dici, qui iuxta alios positi: ἐπιστάτας, qui post alios collocati in acie, adsistentibus, uel ante se stantibus auxilium ferre, si usus ita ferret, iubebantur. ζυγὰ quidem paulo antè pro ordinibus aciei transuersis, seu ab una parte in alterā pertinentibus posuit Plutarchus, de Gorgida & sacra cohorte loquens.

13 Gestæ fuissent ** ut mulcta.) Locum in Græco mancum esse, facilè apparet: tametsi interpres id dißimulauerit, eoq; sententiam confuderit. Sed mederi, nisi optimi libri alicuius præsidio, non possumus.

14 Ptolemæus ibi Alexandro.) Is est Ptolemæus Alorites cognomine (frater huius Alexandri & Philippi, filius Amyntæ) qui deinde fratre necato regnū Macedoniæ obtinuit. Diodorū uide lib. 15.

15 Perditum sceleribus hominē, & parricidam.) ἐξώλη καὶ μιαιφόνον. noster, immanem & sanguinolentum. Propriè autem μιαιφόνον dixit hic, homicidio flagitioso contaminatum. Polydorum enim Pheræum, Thessaliæ principem, fratrem suum, inter pocula ueneno dato necauerat, inq; eius locum successerat, ut scribit Diodorus ibidem. atq; eò respicit Plutarchus.

16 Animi magnitudinem, quippe mulier.) τὸ μὲν μέγεθος τῦ ἄιδος. Sic est malè scriptū, pro ἤθος, idq; animaduertisse Becarias uidetur. Quod autem κουρὰν iuuentutem effert, nescio qui fiat. tonsuram enim significat, & crines, ut hic. neq; tam iuuenis erat Pelopidas. Iason, ut hoc obiter dicam, frater Alexandri huius fuit, Thessaliæ princeps, ante Polydorum fratrem, à quo cæsus est. Diodorus ibidem.

17 Spartamq; Taygeti & Eurotæ finibus incluserit.) ὑπὸ τὸν γέταν, καὶ τὸν εὐρώταν, Inter Geram & Euroram, interpres. Qui Getam loci nomen in Laconica, aut etiam tota Peloponneso agnoscat, autorem nullum esse noui: neque uerò fines Lacedæmoniorum obscuros & ignobiles nominari consentaneum esse potest. Superest, ut in uoce γέταν mendum esse affirmem: cui facilè mederi potuimus ex Geographiæ autoritate. Est enim mons Taygetus in Laconicæ finibus, à Messenia eā dirimēs, nobilis apud Græcos Latinosq; cuiuscunq; generis scriptores. Arctos itaque limites ciuitatis Spartanæ indicat, quā ab occiduo latere mons Taygetus, ab ortu Eurotas amnis terminarent: cum latus Austrinum Arcadia, Boreale mari claudatur. Ergo in locum uerbi γέταν, ταΰγετον restituo. Nam de uaria huius uocis terminatione & inclinatione, hoc loco dicendum non erat.

18 Et famulos stratores.) στρώτας θεράποντας. Strotas seruos habet Becarias. & quidem annotator ille seu corrector in margine allcuerat ex Suida, στρῶτες ἔθνος: id est, Strotes nomen gentis. Ego aūt tametsi haud sum ignarus, posse στρώτας (si præ-sertim ω scribas) dici pro στρωίτας, quod gentile est urbis Africæ quæ στρώη Stroa appellatur apud Stephanum Byzantium ex Hecatæo: non uideo tamen, qui huc aliquid tale quadret. Neq; animaduertit corrector iste, στρώτας accusandi casum non à nominatiuo στρῶτες esse (is enim στρῶτας α breui facit, uti prosodiæ gnaris non est obscurū) sed à στρῶται, cuius singulare est στρώτης. Et quidem suspicor sua illum uerba pro Becariæ uerbis subiecisse, secutum (si Dijs placet) Suidæ autoritatem. Nam profectò Cælius libro Antiq. lect. 16. cap. 11. aliam interpretationem citat atque reprehendit, quasi seruilia strata interpres hic edidisset: quod nuper obiter uidi, cùm eos libros inspicerem. nisi fortaßis etiam alius quidam Pelopidæ uitam conuertit. Verbum est στρώω, sterno: inde στρώτης, strator formari potest: ut à πλώω, πλώτης. Esse autem genuinum hunc loci quem tractamus sensum, & στρώτας huiusmodi famulorum genus, qui uestes stragulas componerent atque concinnarent, euidentißimum est ex uerbis Athenæi, quorum sententiam Latinè adscripsi de libro Dipnosophistôn secundo: Primi, inquit,

τρῶτα qui.

Persæ, uti est ab Heraclide traditum, eos qui strotæ (στρῶται) dicuntur, inuenere, uti uestes stragulæ ab his ordine & concinnè componerentur. Itaq; Timagoræ Cretensi, uel (ut Phanias Peripateticus autor est) Eutimo Gortynio, qui se Themistoclis exemplo ad regem contulerat, Artoxerxes honoris causa tentorium insignis cùm elegantiæ tum magnitudinis dono dedit, & lectum argenteis pedibus fultum, uestemq; stragulam magni precij, simulq; famulum qui ea sterneret, Græcos sternendi ignaros dicens, &c. & quidem infrà in Artoxerxe de eodem Timagora cùm dicitur, qui hic στρῶται, ibi στρωννύντες participio dicuntur. Meminit etiam Eustath. in 3. Vlyß. Persas primos στρώτας excogitasse: ex Athenæo, ut multa. Stratorem alijs, ipsiq; Budæo intelligi eum qui equum adornet, & principem in eum imponat (Græcis est is ἀναβολεὺς) noui: quomodo & Vlpianum in Pandectis de officio Procos. & in Caracalla Spartianum usurpasse, annotatum est. Ego licere mihi putaui uerbum de uerbo, etymologia adstipulante, exprimere. Idemq; in uita Alexandri feci, ubi Proxenus στρωματοφύλαξ dicitur, ego stratorē extuli, h.e. qui lecto et stragulis regijs præesset. Guarinus sarcinarum custodiæ præfectum uerterat.

19 Loco nouem prætorum.) De his in Pericle dictum, & initio Aristidæ.

IN MARCELLVM Annotata.

Marcellus bello Annibalico floruit, quo nihil est notius, & cuius tempus accuratè à Polybio lib. 3. ostenditur. Obijt consul insidijs Annibalis anno ab V.C. DXLVI.

1 Quod est apud Homerum.) Lib. Iliad. 14. Verba sunt Vlyßis de se & Græcis, aduersus Agamemnonem, qui fugam suadebat.

2 Mensam nummulariā.) ἀργυραμοιβεῖον est in Græco. quod quid hoc loco sit, non planè intelligo. Id facilè apparet, aliquid argētei ex mulcta Capitolini cōfectum, idq; dedicatū. uerbum uidetur mensam nummulariam seu abacum significare: sed impropriè (ni fallor) hic pro quauis mensa accipiēdum. Nisi fortaßis mutilus est locus, & scripsit Plutarchus Marcellum pecuniam mulctæ loco exactam in argentū conuertisse (nam id non incōmodè Græcis uerbis dici puto, ἀργυραμοιβεῖον ποιεῖσθαι) & donariū cuius hic interciderit nomen, ex eo fecisse. Iudicij huius meminit Valerius lib. 6. cap. 1. & reum C. Scantinium Capitolinū trib. plebis nominat. unde facilè apparet, uariè hanc rem narratam fuisse. quid de mulcta statutum fuerit, nusquam reperio.

3 Insubres gens Gallica.) In Græco est ἴβηρες, idq; retinuit etiā Guarinus: cùm tamē neq; gens ulla Gallica Iberi sint, & quomodo scripserit Plutarchus ipsa historia doceat. Insubres enim Galli fuerunt, de quibus hic dicitur, quod ex Polybij libro 2. (ibi enim hæc historia copiosè describitur, & ἰσομβροι appellātur: à Plutarcho mox ἴνσομβροι) patet, & Floro 2. 4. Zonara, alijs.

4 Et Gæsatæ uocātur.) In Græco hic γαισάται falsò, infrà γεσᾶται nominantur: Polybiū secuti, Gæsatas scribimus. Quòd autē à militiæ mercede sic nominatos idem perhibet, uix ei adsentior. non enim grāmatici modò Græci annotarunt, γαῖσα esse ἀκοντάρια, pili genus: sed & Propert. lib. 4. hoc ipso de bello ita usurpauit, Gæsatæ.

Virdomari genus hic Rheno iactabat ab ipso,
Nobilis erectis fundere gæsa rotis.

Maro gæsorum alicubi etiam meminit:

— Duo quisq; Alpina coruscant
Gæsa manu. —

Et meminit Nonius etiam. Itaq; uerisimile est, à genere armorū dici gæsatas: ut funditores, ut lancearios, ut cetratos, ut alios. Sed hæc nihil admodū huc pertinēt. Seruius (opinor) alicubi tradit, fortes uiros à Gallis Gæsos dici. Porrò aūt de belli istius apparatu & Romanorum & sociorum, lege Polybium eodem libro, epitomam Liuianam 20. & Plin. 3. 20.

5 Commentarios militares.) στρατιωτικοῖς ὑπομνήμασιν. Intelligo ephemeridas, hoc est librum, in quem, quid quoq; tempore gesßisset, scriptum referret. Apud Ciceronem lib. 2. de Diuinatione eadem historia narratur: ibi simpliciter scriptum est, Libros. Valerius lib. 1. cap. 1. idem referens, ex libris ad sacra populi pertinentib. anima duersum errorem suum à Sempronio inquit. Ciceronis locū adscribam, ut aliquid lucis adferat, aliquid accipiat. "E' prouincia (inquit: loquitur aūt de T. Sempronio hoc, qui Ti. & C. Gracchorum pater fuit) literas ad collegium misit, se, cùm legeret libros, recordatū esse, uitio sibi tabernaculum captum fuisse in horto Scipionis: quòd pomœrium postea intrasset, senatus habendi causa, in redeundo cùm idem pomœrium transiret, auspicari esset oblitus. Ciceronis locus expenditur. Hunc morē capiendi tabernaculi Plutarchus disertè exponit hoc loco: qui sanè uidetur ostendere Ciceronis locum rectè legi, uti adduximus, & hæc uerba, In horto Scipionis, non esse in Aruspectionis cōmutanda. Nullam enim uideo neceßitatem, quæ hoc nobis imponat: neq; Manutius istius correctionis autor (uir de Ciceronis & multorum optimorum scriptorū monumentis præclarißimè meritus) causam ostendit, cur à conductione tabernaculi extra pomœriū horti Scipionis magis quàm alius locus quispiam fuerint alieni. neq; fortaßis, si Cic. Aruspectionis scripsisset, sciolus id non intellectum statim In hortos Scipionis, ac non potius in aliud quiduis mutasset. Meminit & Liuius lib. 4. ad annum V. C. CCCX. de tribb. militum. Non tamen pro firmato iam stetit magistratus eius ius, quia tertio mense q̃ inierant, augurum decreto, perinde ac uitio creati, honore abiere: quod C. Curiatius, qui comitijs eorū præfuerat, parum rectè tabernaculum cepisset.

6 Minutius Dictator.) μινούκιος. Valerius loco iam indicato non Minuciũ, sed Fabium Dictatorem nominat: estq; id uero propius. siquidem bis Dictator Fabius fuit, ut Liuius disertè, & antiqua inscriptio quam Sigonius descripsit, docent.

7 Ab ea urbe Virdumarus.) βερδόματος. Sic & Guarinus: sed uitiosa est lectio. in uita Romuli βεριτόμαρτος: & Britomartis aliàs etiam apud Latinos ut barbaricum nomen legitur. Hic Liuium, Florum, Eutropium, Propertium, alios huius belli scriptores sequi malui.

8 Ad Clastidium.) κακίδιον. & hoc mendum retinuit uterq; interpres (sæpe enim uidetur antiqua translatio Amiotum in errorem abduxisse) cum quidem neq; sit ullum usquam nominatum Capidium: & Clastidium, κλαστίδιον, disertè nominet Polybius, eadem tractans. cui adstipulatur antiqua inscriptio, quam Sigonius in Epit. Liuij 20. refert. Meminit sanè huius Clastidij Liuius lib. 21. & lib. 32, ubi Ligurum ditionis fuisse perhibet.

9 Quercus enim uotiuæ.) ὀνητεύν. omissum hoc est à Guarino uerbum. Ipse ἀνάθημα legi: nõ profectò quòd mihi satisfacerem planè. sed quia uotiuam quercũ existimo dici intelligiq; posse, quæ ad eam rem destinata esset. Quid legerit Amiotus, ignoro: quercum montanã excelsam & rectam uertit.

10 Ad nostram usq; ætatem.) τοῦ καθ' ἡμᾶς ἀγῶνος. imposuit interpreti mendum, tametsi nullo sententiæ detrimento. Legendum est αἰῶνος.

11 Prima asses ccc. secunda cc. tertia c asses.) τὸν δὲ δεύτερον π. idq; secutus est Guarinus: Secundo octaginta. Sed contra rationem uidetur esse, ut qui tertia spolia opima retulerit, plus eo accipiat qui secunda. Itaque in locum τοῦ π (quæ est nota numeri LXXX.) literam σ reposui, qua CC indicantur: eo quidem liberius, quòd inter π & σ. summa est figuræ similitudo: & nobiscum sensit Amiotus.

12 Liuius non quidem affirmat.) Aut hic, aut apud Liuium, aliquantum uerborum intercidisse uidetur: nisi μνημονικὸν Plutarchi ἁμάρτημα esse credamus. Neque enim Liuianum noster numerum refert, neque nostri fit ulla apud Liuium mentio: & uerò longè amplior atque admirabilior uictoria fuisset, si id quod Liuius ita narrat, ut fidem non habeat, uerum putaretur. Verba Liuij » sunt. Vix equidem ausim affirmare, quod quidam » autores sunt, duo millia & ccc hostium cæsos, non » plus uno Romanos amisisse. Siue tanta, siue minor » uictoria fuit, ingens eo die res, ac nescio an maxima » illo bello gesta sit: non uinci enim ab Annibale uin» cere soluto, difficilius fuit, quàm postea uincere. Li» bro 23.

13 Cæsa hostium millia quinque.) Liuius hic quoque aliter: ut, nisi si alios autores noster secutus sit, in alterutrius librum menda inuecta uideatur, præsertim in numeris. Hostium, inquit, plus mil« le cæsi eo die, capti MDC. & signa militaria XIX, « & duo elephanti, quatuor in acie occisi. Romano« rum minus mille interfecti. mox: Tertio pòst die mil« le CCLXXII equites mixti Numidæ, Hispaniq; ad Marcellum transfugerunt. Neq; repugno Sigonio: priorẽ numerum ex Plutarcho, posteriorem ex Liuio emendanti, ut hic legatur ὑπὲρ τοὺς χιλίους τριακοσίους.

14 Occiderat ** apud Leontinos.) Intercidisse hoc loco non unum atq; alterũ modò uerbum, sed haud paucos uersus, facilè intelliget, qui historiã lib. 24 Liuij legerit, uel Græca uerba considerauerit. Quæ autem de receptis Leontinis dicuntur, ad Marcellum pertinere, ex Liuio intelligitur.

15 Et ea problemata.) Si Commentarios scriberem, nõ Annotationes, profectò adferre lucẽ huic loco & uellem, & fortaßis possem. Nunc libet Platonicum illud præscribere, Geometriæ inscius nemo huc accedat. Quid enim intelligeret hic τῶν μαθηματικῶν ἀμαθής? Certè Guarinus nihil minus uidetur q̃ sensum eruisse horũ uerborũ, haud scio rei ne ignoratione, an oscitantia. Problemata Græcam uocẽ reliqui, quando eius ne Ciceronẽ quidem pœnituit: & dari Latinum, quod idem exprimat, uocabulũ uix potest. Problemata in Geometria sunt eæ propositiones, quæ efficere aliquid docẽt, et quasi usum theorematũ (hoc est earũ quæ tantum in cognitione hærent propositionũ) ostendunt. Verbi gratia: Circuli naturã & proprietates, quas ratiõe centri sui & ductarum in ipso linearũ habet, cognoscimus ex tertij libri apud Euclidem multis Theorematis: dati circuli inuenire centrũ, segmento dato totam circumferentiã complere, & quæ alia id genus effectione aliqua constant, Problemata sunt. Quòd aũt dixi, Absoluẽtes, in Græco legitur ὑπερειδόντες, nullo planè sensu. legi ipse ὑποφαίνοντες, sufful cientes. Iam exemplum quod affert Plutarchus de duobus medijs Geometrica proportione inter datos duos terminos interserendis, siue id fiat in numeris, siue in lineis, siue in superficiebus, siue in corporibus, nõ in duplicatione modò cubi (de qua historia nota est, & paßim iactata,) sed & in alijs Arithmet. Geometricisq; rebus immẽsum obtinet usum: uti possem demonstrare, nisi cõmodius aliò reseruari scirẽ. Res est nõ obuia Videant studiosi, quæ doctè annotauit Philander ad Vitruuium lib. 9. cap. 3. nam & μεσόλαβον instrumentum, & lineas semicylindrorum, (quorum hic obliquè meminit Plutarchus) diligenter explicauit. Ipsum problema nemo, quod sciam, Stifelio ingeniosius, certius & faciliùs dissoluit: quem lege libro secundo Perfectæ arithmet. capite septimo. Porrò autem Platonis indignatio eam causam habuit, quòd in contemplatione positas scientias, quæ ab omni materia abstractas species quantitatis per seipsam considerarent, nolebat

Problemata.

materiæ & sensilium rerum quasi contagio affici et contaminari. Hinc illa apud eum in Philebo mathematum diuisio, in pura & impura: quam ne Aristoteles quidem dissimulauit. Sed hæc non sunt huius loci.

16 Auellerunt ** itaque.) *Deest aliquid in Græco, tametsi Guarinus lacunam dissimulârit. Quid enim redditur ad ἄρ οἱ μὲν? ut ne dicam, mutilatam narrationem statim apparere.*

17 Ad Acrillas.) *Apud Liuium Accillas est, hic ἀκίλλας. Stephanus ἀκρίλλας scripsit, quod series literarum rectè legi satis domonstrat. Id secutus sum hic, sicut & apud Liuium Sigonius. De Archimedis sepulcro uide quæ sunt apud Ciceronem lib. 5. Tusc. quæst.*

18 Animaduertit negligentius custoditam.) *Sanè apud Liuiũ contrariũ inuenies, qui ob idipsum intentius custoditã scribit turrim eã lib. 25.*

19 Prima luce ab Hexapylo.) *ἅμα φωλεία. quod uocabulum ob insolentiam mihi est suspectum: & miror planè hanc Syracusarum ἅλωσιν ita concise à Plutarcho describi. Liuius lib. 25. Sub lucem, inquit, Hexapylo effracto, Marcellus cum omnibus copijs urbem ingressus.*

20 Sciothera, sphæras, & quadrantes.) *σκιόθηρα dicta à σκιᾶ umbra, & θήρα uenatio, apparet: ut horologia intelligi possint, eáue instrumenta, quibus ex ratione umbrarum horas, aut alia etiam uestigare solemus. quos dixi quadrantes, id in Greco est γωνίας αἷς σχηματίζεται τὸ τοῦ ἡλίου μέγεθος πρὸς τὴν ὄψιν. ad uerbum: Angulos quibus magnitudo solis ad oculos accommodatur. quod quid sit, perobscurum est. Ego quadrãtes uerti, quo non est aliud usitatius apud mathematicos instrumentum, cùm per dioptras sole inspecto, aliquid istarum rerum per angulorum præsertim doctrinam indagatur.*

21 Si quid durius Ennensibus.) *In Græco est, περὶ αἰτναίων, hoc est Aetnæis, aut Aetnæ accolis, uel urbi Aetnæ. Non sum nescius, oppidum Aetnam etiam à Strabone nominari, ad montis Aetnæ radices: sed de qua dixerim apud Stephanum, & quæ huc nihil faciat. Quomodo Ennam urbem Siciliæ L. Pinarius præsidij præfectus, perfidia oppidanorum coactus necessario facinore retinuerit, cæsis Ennensibus, historia est apud Liuium, lib. 24. qui id facinus non improbatum à Marcello, imò eum prædam militi concessisse scribit. Quò mihi uidetur hic respicere Plutarchus: neq; αἰτναίων, sed ἐνναίων scripsisse, quod tamen sciolus aut oscitans librarius corruperit. Etenim Strabo libro sexto, Stephanus, & alij, ἔνναν scribunt: cùm in Liuij plerisq; codicibus hactenus Aenna dicto loco lectum sit. Plutarchum quidem itidem ἐνναίων scripsisse, non facilè dixerim. De Megarensibus, Plut. antè, & Liuius ibidẽ: Marcellus Megaram ui captam diruit ac diripuit, ad reliquorũ, & maximè Syracusanorũ terrorem.*

22 Enguinos.) *Guarinus Engiates, Græcus liber ἐγγίας, malè utrunq;. Nam & ex Stephano liquet, hîc ἐγγυΐας legendum: & Latinè Enguinos dici, ex Plinij 3. 9.*

23 Iuxta Pindarum.) *Locus est initio secundæ Pythiorum odæ, de Syracusis.*

24 Inuidiæ obnoxius erat secundus triumphus.) *ὁ τρίτος est in Græco, id est, tertius: quomodo & Guarinus, & (ut alias sæpe) post eum Amiotus uertit. Sed de Gallis triumphauerat tantùm, neq; (nisi admodum fallor) quisquã alium porrò eius triumphum agnoscit scriptor. Itaq; ergo audacter secundum dixi.*

25 Vndecim tribunis militnm.) *Historia est apud Liuium lib. 27. initio, sed ibi duodecim legitur. Sigonius undecim reposuit.*

26 Q. Fuluium.) *φάβιον est in Græco pro φύλβιον, uti Guarinus etiam ex Liuio deprehendit.*

27 Vnam de legionibus.) *ἐκέλευσε τῶν ταγμάτων. deest ἕν: quod Guarino errandi causam præbuit, cùm uerteret,* Ordines in primam succedere aciem iussisset. *Verba Liuij adscripsi: Cedere inde à Romanis dextra ala, & extraordinarij cœperũt. Quod ubi Marcellus uidit, duodeuigesimã legionẽ in primã aciem inducit, &c. Pleraq; aũt ex Liuio uertisse hic Plutarchum, satis constat.*

28 Infans cum capite elephanti.) *ἐκ κεφαλῆς ἐλέφαντος. fortè μετὰ, aut ἐλέφαντα. sed & quæ subsequuntur mendosa uidentur.*

29 Iamq; curiose rationes inibãt.) *καὶ ἀναστρατηγεῖν, id est, quod imperatoris erat reputare, ꝙ cõmodus locus foret, ipsi curiose inquirebant. Sic suprà in Paulo, λόγῳ πολλὰ διαστρατηγοῦντα τῶν ἀπράκτων, de exercitu. Sic multis alijs locis.*

30 Quos Cabiros.) *De his qui cognoscere cupiũt, legãt interpretẽ Apollonij in α. ἀργοναυτ. Paragraph. 34. Plutarchũ Osiride, Diodorũ & alios.*

IN COMPARATIONEM Annotata.

1 Romanis terrori.) *Locus est in Græco turpiter fœdatus, quem emendare possem, si quis emendatum esset agniturus: si sententiam (quam historia claram redigit) meis uerbis Græcè extulissem, aut Plutarchiana meo iudicatu mutassem.*

2 Illusisse Pœnus.) *ψοφόλωμα, est uocabulum non nisi mendosum, uti opinor. Impositum Pœno, Guarinus: ego amplius censeo deliberandum. Nam tota hæc comparatio malè est tractata à librarijs.*

3 Lacedæmone potiundi conatus irritus fuit) *λακεδαιμονίων ἀπέτυχον. Quid sit ἀποτυγχάνειν, notius est ꝙ ut Guarini error sit refellendus.*

4 Miror & Chrysantam, quem Xenophon.) *ἄγαμαι τὸν ἐν τῇ παιδείᾳ χρυσάνταν.* Guarinus, Atq; in hac disciplina Chrysantã probo: *imperitè. Non enim intellexit, παιδείαν*

hic

hic citari Xenophontis opus de Vita & disciplina (uti Cic. in Bruto exposuit) Cyri: in cuius operis libro quarto ad initium hæc historia refertur.

IN ARISTIDAM INTERpretis Annotationes.

Ristides æqualis fuit Themistoclis, Plataica præsertim pugna, & träslato secundum eam à Spartanis ad Lacedæmonios imperio nobilis. Quadriēnio propè post eiectum Athenis Themistoclem decessit. autor Aemilius Probus.

1 Magistratum, qui Eponymus appellatur.) τὴν ἐπώνυμον ἀρχήν. *Interpres, Magistratum illum insignem. Quem? Apud Athenienses nouem fuerunt antiquitus in magistratu collegæ, prætores fortasse dixeris Latinè, quorum unus forte ad id lectus, publicis literis & actis inscribebatur: quemadmodum apud Romanos Consules, Latios signabant nomine fastos. Id quod sic habere,* Eponymus. *paulo infrà in hoc libro Plutarchus ostendit, ubi disputatur, quando Eponymus fuerit Aristides. Horum* τῶν ἐννέα ἀρχόντων *fit etiam suprà mentio in uita Pelopidæ, & in lege quam recitat Aeschines* κατὰ τιμάρχου· ἐάν τις ἀθηναίων ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι. *Cætera ferè Pausan. Laconicis, cui plus, quàm ulli grammaticorum tribuo fidei.*

2 Cyclicos pueros.) *Ita apparet dictos fuisse, chorum qui dithyrambos caneret. Vide Suidam.*

3 Themistocles sodalitio.) εἰς ἑταιρείαν ἐμβαλὼν ἑαυτόν. *Sic uocat amicorum & sociorum suorum quasi factionem. facilitatem Barbarus ualde inepte, sed & pleraque incommodè uerterat. Quid esset* ἑταιρεία, *etiam apud Lysandrum indicauimus.*

4 In barathrum.) βάραθρον, *quasi foueam si diceres. malui tamen Græcam uocem relinquere. Carcer fuit, aut fouea uerius, in Attica, in quam solebant sontes conijci, tanquam in puteum aliquem, & ibi perdi. Vide Suidam, Harpocrationē, & Comment. Aristoph. Pluto, ad uersum,* ἐκκοιοῦ ὑπόλοιπόν σοι τὸ βάραθρον γίνεται. *Suprà in Mario, de Iugurtha in carcerem coniecto, noster eodem est usus uocabulo. Et quidem extat fragmentum Diodori Siculi lib. XXXI, in quo ea est carceris descriptio, quæ optimè his congruit quæ de barathro Græci habent.*

5 Aeschyli de Amphiarao.) *Extant in Tragœdia quæ inscribitur* ἑπτὰ ἐπὶ θήβας: *habet autem absolutam boni uiri descriptionem.*

6 Facifer, quod genus sacerdotum.) δᾳδοῦχος. *is est, qui sacris solennibus facem gereret, qui erat honor magnus, & sacerdotium nimirum. Nam & Pausanias pro magna felicitate refert, quod in progenie Leontis ad quartum usq; gradum ea dignitas permansisset: in Atticis. Interpres antistitem uertit, minus rectè. Quod notauit etiam Cœlius lib. 25. cap. 26. Antiq. lectionum.*

7 Poliorcetæ.) *ut Demetrius Antigoni F. reliqua Ptolemæorum & Seleucorum cognomina. Aquila Pyrrhus à suis est cognominatus. Plutarch. in Vita eius.*

8 Contra quàm Achilles.) *Qui iniuria ab Agamemnone affectus, nihil aliud in uotis habuit, quàm ut ipso se prælijs abstinēte, grauibus cladibus affecti Græci ipsum desiderarent. Locus est Iliad α.*

9 Ad Oresteum.) *Arbitror oppidum Arcadiæ intelligi: de quo Pausan. Arcadicis, & Eurip. extremo Oresta. Porrò autem hostes suos Spartani* ξένους, *hospites seu peregrinos, ita* ὑποκοριζόμενοι *uocabant, lenitate uerbi tristiciam rei mitigante: quomodo Tullius ait, apud Latinos hostem dici eum qui esset perduellis: antiquitus enim hostem eundem fuisse atq; peregrinum, 1. Off. Eadem sunt apud Herodotum lib. ultimo.*

10 Pro agro & urbe, ut Spartanis.) ὡς ἐκείνοι, *est in Græco libro, Barbarus,* Vt maiores nostri, *uertit, quod minimè probo: cùm inter hanc & Marathoniam pugnam non plures tredecim anni intercesserint, ut ex historiæ ratione apparet. itaque illud* ἐκείνοις *malui ad Lacedæmonios referre, qui in partem gloriæ Salaminiæ & Marathoniæ non ueniebant. nam ad Persas referre non uideo q̃ commodè possem. Locus, qui ex Herodoto paulo antè citatur, est in Calliopa.*

11 Itaq; multas obijcientes cetras.) πολλὰ προϊέμενοι τῶν γέῤῥων. γέῤῥα, *n. cratem uimineā significat, seu (ut Cæsar uocat) uineam: ut apud Polyb. lib. 8, Arrianum lib. 1. id huc nō pertinet.* τὸ γέῤῥον *autem, uox est multa significans. præcipuè autem parmam corio inductam: quomodo cùm alij, tùm Arrianus lib. 4.* ἀναβάσ. ἀλεξάνδ. *utitur:* ὡς δὲ διὰ τοῦ γέῤῥου καὶ τοῦ θώρακος διαμπὰξ ἤλασεν. *Plutarch. in Aemilij de Perseo triumpho, inuecta ait inter cætera arma, etiam* θυρεοὺς γέῤῥα. *Lucianus Anacharside,* καὶ γέῤῥον ἐν τῇ ἀριστερᾷ. *Eustath. in Dionysium ait quadrangulum esse scutum, non rectangulum, sed rhombi figura contentum. Pilum autem seu missile telum etiam significare constat: & in Antonio sic autor noster utitur, in Actiacæ pugnæ descriptione. Hic priorem notionē, ut loco huic congruam, posui. interpres dissimulauit. De copidibus dixi in Camillo.* τοὺς ἀκινάκας *nō puto rectè legi, sed* τοῖς, *ut aliâs: sicut & Latini, Horatius, alijq́;.* γέῤῥα.

12 Hanc quondam Græci.) *In meo codice hoc epigramma mutilatum est. Nam & primus uersus est deprauatus, & pentameter ei subiectus deest. Ego unde restituam, in præsentia nō habeo. Sensum integrum extuli. Paulo pòst* μυρωνίδην *legi, &* θεογείτων. *cur ita, non est obscurum.*

13 Sanguinem fusum uocat.) *Interpres* γενικῶς *inferias dixit. In Græco aũt non* αἱμακουρίαν, *sed* αἱμακουρίας *legendum. quomodo Pindarus* ᾠδ. ὀλυμπ. α. *& ipsius Scholiastes & Varinus habent.*

Vox

Vox est & Dorica & Bœotica. nam Bœoti Doricã ferè habebant dialecton: quod ostendere exemplis possemus, si locus ferret.

IN CATONEM MAIOREM INterpretis Annotationes.

CAtonem hũc maiorẽ inscribo, ut ab Vticensi distinguam. uocatur etiã Censorius, à censura, & ab alijs, & sæpe à Plinio. Fuisse eum Tusculanum, cùm aliunde, tum ex oratione Ciceronis pro Plancio cõstat. Gentilitatem aũt & seriem Catonũ explicat Gellius lib.13.cap.18. quod dignũ est, & utile etiã lectu. De ætate eius paulo infrà annotauimus. Floruit maximè tempore belli cum rege Antiocho.

1 Tanquã alterũ corpus.) ὥσπερ ἀλλότριον σῶμα. quæ sequũtur καὶ τῶν καλῶν, uirgula sunt distinguenda, ut intelligi poßit esse dictũ hoc: orationem nõ modò necessariã, sed & in bonis ac honestis per sese rebus facundiam esse, εἶναι τῶν καλῶν.

2 M.Curij.) Manius, nõ Marcus, prænomen fuit Curij: quanq̃ & hic & sæpißimè alibi Marcus libris pro Manio sit ab imperitis ingestus librarijs. In comparatione & expresse & rectè scribitur, μάνιος κούριος. Triũphauit aũt cùm aliàs, tum de rege Pyrrho, uec; ter modò, sed quater, ut ex historijs ostẽdit Sigonius. Plutarch. ter modò triũphasse dicit, quòd ouationem inter triumphos non retulit: ouauit aũt, deuictis Lucanis. itaq; Cic. etiam in libro de Senectute eum de Samnitibus, Sabinis ac Pyrrho triumphasse memorat, omißis Lucanis.

ἐξωμίς.

3 Exomide.) ἐξωμίδα λαβών. Etymon uocabuli ostendit, tunicã fuisse breuem, quæ brachia & manus nequaq̃ integeret, sed ab humeris desineret. Gellius lib.7.cap.12. tunicã substrictam breuemq; citra humerum desinentem interpretatur. Sex. Pompeius Festus ait, etiam comicũ fuisse uestitum, exertis humeris. Locus Gellij huc multum facit.

σατυρικός.

4 Dicax.) In Græco est σατυρικός. Satyra autẽ mordax fuit & salsum genus carminis, q; sale multo perfricaret homines: ut notũ est. Sic autor in Pericle ueteris comœdiæ scriptores σατυρικοὺς τοῖς βίοις appellat; qui uitæ genus id sectarentur, quod in acerbè exagitandis hominibus uersaretur. Cæterùm quod paulo antè uerti Vas ad sacrificia, in Græco est σπονδεῖον: quod ita uerti originis causa. potes etiam in genere pro poculo accipere.

5 Lysiæ potißimum.) Est apud Ciceronem hoc in Bruto.

6 Aut non multos esse dignos.) ἢ μὴ πολλῶν ἄρχειν. πολλοὺς est legendũ, ut in Apophthegmatis legitur. alioqui sententiæ elegantia deperditur.

7 Persicæ circuitionis.) Qua à Xerxe missus exercitus, Leonidam Thermopylas obtinentem circumuenit, Ephialte Maliense iter demonstrante. Nota est historia, & apud Herodotũ copiosè descripta in Polymnia. mox, ob arbores κοτίνους, oleastros. sed ego genus posui.

8 Firmanos.) φιρμανούς, Firmianos. Firmũ colonia fuit Romanorũ, deducta initio primi belli Punici. Velleius uolũ. priore. Inde dicuntur Firmani, si rectè legitur (quod tamen & ratio uidetur probare) apud Liuiũ lib.27, ubi horum fit mentio inter alios colonos: & apud Plin.3.13. qui in Piceno fuisse indicat. Quin & apud Cic. Firmani legũtur in 7 Philip. et L. Taruttius Firmanus in libris de Diuinatiõe. Amiotus Formianiẽs uertit, haud scio quid secutus.

9 Non multo minus quinquagies.) Quadragies & quater, est apud Plinium.7.27. & in lib. de Viris illustribus.

Ser. Sulpicius Galba.

10 Ser. Galbá nonagenarius.) In Græco est σερβίλιον mẽdosè, pro σέρβιον. Galba enim cognomẽtum est Sulpiciorũ: quod uel ex Suetonij Galba pateret, si cæterorũ deessent testimonia. Sergius aũt nihil minus est q̃ prænomẽ, cùm sit patriciæ familiæ nomẽ, quæ Catilinã protulit. Sed Seruius prænomẽ est, & huic de quo agitur Ser. Sulpicio Galbæ cõuenit. Is cùm prætor in Hispania Lusitanorũ x x x millia cõtra interpositã fidè interfecisset, à Catone est accusatus. Ex Cic. de claris oratoribus, & Suetonio quo dixi loco. Cæterùm eodẽ in libro Cic. à Plutarc. dissentit, L X X X V annos natũ Catonẽ è uita excessisse scribẽs, idq; Coss. L. Marcio, M. Manilio: qui in annum V.C. O C V. uidentur cõpetere, ut uerum sit & quod Plin. lib.29.cap.1. dicit, hoc eum anno obijsse, & quod ibidẽ Cic. scribit eũ mortuũ L X X X V I ante suũ consulatũ annis. Nam de ætate Catonis Plinius ei adsentit. Sed à Plutarcho stat Liuius. Quod aũt de tribus Nestoris ætatib. dicitur, in Numa exposui.

11 Liuius eum qui occisus sit.) Locus est lib. 39. sed & hæc tota narratio in T. Quinctio posita iterum est.

12 Publica.) τὰς ὀργυλαβίας. Liuius ultrò tributa habet. Interpres, operarias uertit: ut pleraq; alia non satis diligenter. Intelliguntur enim ea quæ locabantur publicè, & à certis hominib. cõducebantur.

13 Pòst Tertiã Pauli filiã.) Suprà in Aemilij uita est, iam tum Perseo bello generũ eum habuisse hunc Catonis filiũ. quod moneo, ut illud Pòst nõ ita accipias, quasi post pugnã Persicã Cato filius Tertiã duxerit: sed id uocabulũ ad ea q̃ suprà de educatiõe sunt dicta referas. nisi hîc aliud, aliud ibi scripsisse Plutarchũ putes, quod nõ uidetur opus esse. Neq; enim illos probo, qui ut ingeniosi & acuti uideantur, quacũq; occasione arrepta, mendacia, errata & inconstantiam grauißimis scriptoribus obijciũt. Ego explicãdo potiùs, aut (si omnino defendi nõ poßint) excusando tueri ista debere quemuis gratũ & candidum lectorẽ puto: nedũ in scirpo nodũ quærere.

Gellius emendatur.

14 Primosq; eorũ sermones C. Acilius.) Hic locus facit ad emẽdandos Gellij libros, in quib. lib.7.cap.14. hac de re sic legitur: Et in senatũ quidem introducti, interprete sunt usi Cæcilio senatore. Legendum, C. Acilio: quod facilè, sicut & mendæ occasio, apparet. Quibus Coss. Romam uenerint, non satis mihi constat. Oropus autem Attica urbs est,

est, ad Euripum sita, eregionè Chalcidis Euboicæ. Hanc ad penuriam redacti bello Macedonico Athenienses cùm diripuissent iniustè, à Sicionijs (quibus à Græcis cæteris erat iudicium permissum) mulcta eis quingentorum talentorum est irrogata: cuius deprecandæ causa Carneades cum reliquis Romam missi legati. Cætera apud Pausaniam quære, in Achaicis.

15 Et ad filium Græcas literas calumnians.) Quandocunq;, inquit, ista gens suas literas dabit, omnia corrumpet. Hæc & alia in hanc rem uerba Catonis extant apud Plin. lib. 29. cap. 1. sicut & hæc quæ de medicis sequuntur.

16 Solus habet mentem.) Versiculus est Homeri ex lib. 10. Vlyssea, de Tiresia, qui solus inter omnes umbras apud inferos saperet. Ita Cato reliquos nihil esse nisi umbras ducum existimabat, si cum Scipione Aemiliano conferrentur.

17 Catonis philosophi.) eius qui Vticensis, idem & Minor dicitur: cuius uita suo loco sequitur.

IN COMPARATIONEM
Annotata.

1 Multis Hesiodus.) in opere de Agricultura. Homeri uersus sunt libro Vlysseæ 14.

2 Quibus opus non habet.) ὧν οὐκ ὀρέγεται. οὐκ omisi: puto enim redundare, & sensui obesse.

IN PHILOPOEMENEM INTERpretis Annotationes.

Philopœmen T. Quinctij æqualis fuit, cum quo à Plutarcho comparatur. mortuus est eodem quo Annibal anno, V.C. nimirū DLXXI. Multa de eo sunt apud Polyb. lib. 2. & 11. apud Liuium lib. 38 & 39. apud Pausaniam in Arcadicis.

1 Fuit quidam Mantineæ Casander.) Apud Pausaniā in Arcadicis, & (qui hunc secutus uidetur) Suidam in Philopœmene, Cleander est scriptum: & pro Crauside, Craugis: pro Ecdemo, Ecdelus: pro Demophane, Megalophanes. κάσανδρος uũt, & Casander, unico S rectè scribi, cum ratione constat, tum Græcorum autoritate Grammaticorū, qui Cassandrā duplicato S scribi Aeolicè affirmant: inter quos est Isacius Zezes. Id obiter moneo, propter quosdam sciolos. Infrà in Pyrrho promiscuè in Græco scribitur: sed, opinor, librarij culpa, ut multa id genus alia. Casander.

2 Quemadmodum Homerus.) Locus iste est Iliadis libro nono.

3 Et quidam Romanus eum laudans.) Idem est apud Pausaniam, ultimum eum Græcorum benefactorem fuisse.

4 Facilitas ipsius, & simplicitas.) εὐκολία est in Græco, & ἀφέλεια. Guarinus, indumentorū tenuitatem & frugalitatem: neq; uerba, neq; sensum reddens. Quid enim responsio hospiti data attinebat ad pallij uilitatem? qua ipse errorē mulieris per iocum excusat.

5 Hæc ita in cōfabulationibus.) σχολῆς, σχολ. ociosis & non serijs colloquijs, sed qualia animi causa instituuntur. Guarinus, Per lusum reddidit. Aliàs σχολὴν Græcis disputationē de rebus grauibus scholasticam esse, quod & Cicero sit imitatus, non sum nescius.

6 Vinitores aut aratores.) βοηλατοῦσιν. Guarinus, bubulcis: quasi si non etiā tum boues agerentur, cùm aratur.

7 Pòst Antigonus rex.) Tota res copiose describitur apud Polybiū ad finē libri 2. Refert & Pausanias ad finem ferè octaui, ubi est mendū in uoce σενλασία cum debeat esse σελλασία. fol. Ald. 220. uers. 1. Meminit huius Sellasiæ, & conflictus istius, etiam Liuius lib. 34.

8 Interim utrūq; femur ei telo amētato transfigitur.) Διηλαμένος ἀμφοτέρους ὁμοῦ τοὺς μηροὺς ἐπιτεθεὶς σὺ μεσαγκύλῳ. Guarinus: sub natibus uno per crus utrunq; telo transuerberatur. Puto eum μεσαγκύλῳ mendosam uocē, sub natibus, uertisse. Ipse μεσαγκύλῳ legi, omissa præpositione σὺ. Est aūt μεσάγκυλον, amentatū telum, id est, in medio funem habēs, quo is tenet, qui librat & iaculatur. Ita ferè Scholiastes Euripidis, in uersum qui est prope finem Andromachæ: μεσάγκυλον.
οἰστοί, μεσάγκυλ' ἔκλυτοί τ' ἀμφώβελοι. quæ & Eustathij in secundum Iliadis librum de eadem uoce commentationi præfero. Difficulter ergo potuit iterum extrahi, uel propter annulum istum, cui in medio hastili funis immitteretur. Mesanculæ quidē teli etiā Gellius meminit, 10. 25. & Menādri uersus apud Plutar. ad finem libelli de propria laude. Pausan. & Polyb. paulo aliter hūc casum narrāt: quos cōtulisse est iucundū. Interpres certè locū hunc malè extulit.

9 Calicū & uasorū.) κυλίκων καὶ θηρικλείων. Certè hic locus uidetur impugnare, q; uulgus Grammaticorū ait θηρίκλεια esse uitrea pocula. Nō enim existimo cōminuta uitra, ad inaurāda aut argentanda arma fecisse: & θηρίκλεια uasa pulcrè celata hic intelligere malim, ab artifice Thericle, & opificio dicta, nō aūt materia. Thericlis meminit Plinius 16. 40. & suprà in Paulo Plutarchus, inter aurea Persei uasa Thericleorum meminit. θηρίκλεια.

10 Sicuti Homerus Achillem.) Initio libri 19. Iliadis.

11 Erat eo tempore Achæis.) Hanc totam rem luculenta narratione explicat fragmentum Polybij, quod de libro undecimo adhuc superest.

12 Fertur ludis Nemeis.) Est apud Pausan. quoq;, sub finem ferè Arcadicorum.

13 Philippus enim Macedonū rex.) Meminit huius rei Iustinus in fine libri 29.

14 Tam magno natu meditatur adhuc, nihil profert.) Metaphora sumpta ab oratorib. & poetis.

15 Aristæ-

15 Aristænetumq; ijs ducem miserunt.) Videtur is esse, qui apud Liuium lib. 32. & 34. uitiose legitur Aristhenus & Aristænus: & quidem initio fragmenti Polybiani de lib. 17. itidem ἀρισταίνετος dicitur. Quòd autem hic ait, eum à Philopœmene dissensisse in repub. facilè ex Liuio & Polybio intelligimus, & ipse infrà docet: sicut & hoc, Philopœmenem alieno fuisse à Romanis animo.

Liuij locus.

16 Contra quem dux statim.) Historia hæc tota copiose est apud Liuium descripta lib. 35.

17 Apud Platonem.) Libro 4. de Legibus.

18 Cùm exules eorum.) τὰς μὲν φυγάς, pro τοὺς μὲν φυγάδας dixit. Ita in Quinctio etiam locutus est.

19 Cùm M. Acilius Glabrio.) Egregiè Guarinus, & magna fide: Posthæc Romanorum consule Manlio, cùm Antiochum, &c. Scilicet ita lector expeditur, & historiã discit! In Græco, μανίου δὲ τοῦ ῥωμαίων ὑπάτου, &c. Manius autem prænomen est, quod ita notatur μ': non Manlius. & alioqui prænomina sola ponit Plutarchus interim, ut sæpè Titum uocat, T. Quinctium Flamininum dicens: & μ', pro M. Curio, P. pro P. Villio, in uita Quinctij. Ita hic (ut & sub finem) μ', Acilius Glabrio innuitur, qui apud Thermopylas Antiochum superauit. Autor Liuius initio 36. Appianus, & ipse in Flaminino Plutarchus. Itaq; nomẽ addidi perspicuitatis causa. Id etiam quod sequitur, non rectè ille reddidit.

20 Veruntamen eum indignatio.) Nemesis, quæ ulcisci solet si quid arrogantius fit, aut ubi fortuna uel bonis nostris superbimus.

21 Pagum quendam Colonidem.) Hæc est etiam apud Liuium narratio, lib. 39. sed Coronem habet, pro Colonide.

22 Quotquot necandum Philop. censuerant, interfecti.) Guarinus, ultrò uitam finiere: ut legisse uideatur, δι' αὐτῶν ἀπέθνησκον. Meus codex δι' αὐτῶν habet, quod ad Achæos refertur: idq; quia rectius esse censebam, secutus sum.

23 Polybius.) Hic est eximius ille historiarum scriptor, præceptor Africani Scipionis iunioris: cuius partem operum habemus.

IN T. QVINCTIVM FLAMININUM Annotata.

QVinctius à uoce quinctus, hæc à quinq; deducta uidetur: ut rationem quoq; cum antiqua scriptura consentire appareat. quo libentius eam retinui, quamuis obsoletã. Scribo etiam Flamininus, ideò potissimùm, ut inter Flaminios, quod est nomen plebeiorum, & hos Flamininos cognomento patricios discrimen pateat. Error enim eius qui libellum de Viris illustribus condidit, est rectè à Sigonio refutatus. cùm Liuius palàm ostendat, patricium fuisse T. Quinctium hunc. is autem C. Flaminius, qui consul ad Thrasymenũ lacum bello Annibalico perijt, & quem patrem huius fuisse autor iste affirmat, plebeius fuerit. quod cùm aliunde patet, tum ex Ciceronis Lucullo, ubi is tribunus plebis legem agrariã tulisse dicitur. Alioqui haud me præterit, apud Festum à Flamine Flaminius deriuari. De ætate autem Quinctij nostri satis constat. Quid enim nobilius bello Philippico. Consul fuit aduersus eum missus anno V.C. DLVI.

1 Colonijs Narniam & Cossam.) In Græco est ἀφνίαν, et κῶσσαν. neutrum in Italia inuenio, sed, ut scripsi ναρνίαν & κόσσαν. Sanè Liuius lib. 27. has inter triginta Romanorum colonias refert: & quidem Marcello etiamnum uiuente. auctas deinde scribit circum hæc tempora: sed paulo aliter.

2 Tribunatu plebis, prætura.) Liuius non longè ab initio lib. 32. de hac petitione loquens, tribunatus mentionem omisit, quem ne petere quidem patricio leges permittebant. Nam quod aliquando non patricij modò, sed etiam consulares fuerunt tribb. plebeij, huc nõ attinet. Plutarchum idem sensisse cum autore libri de Viris illustribus, suspicari hinc aliquis posset. nisi fortè in genere omnes magistratus, qui ante consulatum obirentur, exposuit.

3 Colonis studiose adiuuantibus.) Guarinus: Statimq; in petitione Consulatus, prona in se habuit suffragia, τὴν ἀπὸ τῶν κληρουχιῶν ἰσχὺν προθύμως, quod a Guarini uerbis longissimè abest. κληρουχίαν inter alia esse sæpe coloniã, scitur: suffragiũ nunquã, tametsi ne id quidem satis sit Guarino fautorum. Potuerunt autem, ut obiter dicam, coloni eum uel fauore uel amicorum suffragijs conciliandis iuuare: ne dicam, probabile esse, plerosq; eorum ius suffragij in comitijs centuriatis (quibus Coss. creabantur) habuisse.

4 Fuluio autem & μ' Curio.) τῶν δὲ περὶ φούλβιον καὶ μάλλιον, falsò pro μάνιον. Errorem libri Guarinus & Amiotus secutus est. quem nos et tollimus: & quod fuit addendũ nomen prænomini, ex Liuio addimus.

5 Etenim Philippo.) Locus hic totus est à Guarino peruersus.

6 P. Villium.) Addidi & hic nomen ex Liuio. Nam P. Iulium apud Guarinum falsò est scriptum: & infrà Villius disertè nominatur.

7 Duce Scipione.) In Græco quidem hoc etiam ad Asdrubalem refertur, quem tamen à Liuio & Nerone Coss. superatum satis constat.

8 Ad Apsum flumen.) Apud Liuium est Aoum: utrunq; ijs in locis inuenias apud Geographos, ut in Stephano de Vrbibus annotatum est nobis. Sanè Strabo lib. 7 planè eos coniungit, ut proximi fuisse uideantur. & Liuius XXXI, Apsi fluuij mentionem habet.

9 Consulebant Quinctio.) Malè hoc reddiderat Guarinus, & pro Lyco Lyngum reposuerat:

rat: non Græcum librum & ueritatem, sed mendosum Liuij codicem secutus. Locus autem is rectè legitur lib. 32. Ad Lycum statiua posuit prope flumen Beuum: inde frumentatum circum horrea Dassaretiorum mittebat.

30 Qui intra Pylas habitabant.) Eædem Thermopylæ etiam appellabantur. Qui loci notitiam habere cupiunt, Strabonem lib. 9. & uerò Liuij descriptionem lib. 36. pulcerrimam legant.

31 Brachyllelim.) Liuius libro 33. Barcillam nominat. Polybio Βραχύλλης scribitur, lib. 17.

32 An quòd præ festinatione.) ὑπὸ σπουδῆς. Opera dedita uersum fuit antè, contra & sensum loci huius, & uerba. nam σπουδὴν, etiam festinationem esse, uel pueris notum est, & sensit Amiotus. Pugnæ huius copiosa admodum & diserta descriptio extat in fragmētis Polybianis lib. 17. etsi mi serè (ut omnia alia eius autoris) uersa, aut peruersa potius. Subiungitur armaturæ & aciei Romanæ cum Macedonica comparatio & perspicua & iucunda. Neq; debet quisquam eorum cum his collationem omittere.

33 Tum quod omne totum.) καὶ ὅτι πᾶν τὸ ὅλον, Græca lectio non constat.

14 Corui enim qui tum fortè præteruolabant.) Eius rei simile omnino exemplum in legis Gabiniæ promulgatione, scripsit Diod. libro 36. Meminit Valerius Max. lib. 4. cap. 8.

15 Cimonis ad Eurymedontem fluuiū, & insulam Cyprū) Guarinus: Eurymedontis & Cyprica Cimonis opera. Oscitanter hoc, & ita, ut lector, quid sibi ille Eurymedō uelit, & ducis'ne an loci nomen sit, intelligere non possit. Atqui interpretis munus ita non est obeundum. Enimuero uno die & ad Cyprum nauali, & ad fluuium Pamphyliæ Eurymedontem terrestri prælio Persas à Cimone Atheniensium duce uictos fuisse, ut omittam Plutarchum, id in Cimonis uita docentem, testatur Thucydides libro 1. extatq; luculenta utriusq; uictoriæ descriptio apud Diodorum Siculum libro 11. Meminit fluuij huius etiam Liuius perspicuè lib. 33. Strabo lib. 14.

16 Generis communiratem.) Id demonstrat libro 1. Antiq. Romanæ Dionysius Halicar.

17 Titillium in Thraciam.) L. Stertinius, & in libris alijs L. Thermus legitur apud Liuium: haud scio rectène, an secus.

18 Xenocratem philosophum.) Sensum huius loci uidetur Guarinus non fuisse assecutus. Certè non extulit, μετοίκιον fuisse pensionis genus, quod inquilini (μέτοικοι) Athenis soluerent, ex Isæo docet Suidas. exactum fuisse à publicanis, hic locus ostendit. Xenocratem Athenis fuisse inquilinum, patet: fuit enim Chalcedonius. estq; ea de re in Phocione infrà scriptum.

19 Cumq; eum posset capere.) ἑλεῖν παραχὸν, nullo sensu cōijcio fuisse scriptum ἑλεῖν παρόν. ut suprà παρὸν ἐκκόψαι τὸν πόλεμον ἐξ ἀλῶν, & alias frequenter.

20 Mercedem recepisset.) λιμεσμημοῦν mendosum est: si legas λιμεμισμονον, bene erit.

21 Autor est Iranus.) οἱ περὶ τὸν Ἰτανόν. Ego Itanum scriptorem nominari usquam uix credo: itaque locum habeo suspectum. Hyrcanum uertit Guarinus: quid secutus sit, nescio. Mox, Auri conflati, χρυσίου συγκεχωνευμένου: Guarinus (scitè nimirū) defæcati auri. Aurum uerò conflatum puto infectum intelligi, quod neq; formam aliquam habeat, neque signatum sit.

22 Pæanem canunt.) Quid esset παιὰν, & ὕμνος, & similia, alibi explicabimus. Versibus autem usus sum ferè lege solutis: quòd in Græco neq; distincti sunt, & uidentur liberi esse: neq; est res magni momenti.

23 Cum hospite meo.) In Apophthegmatis additur, Chalcide id factum. & ibi πεζεταίρος, hic πεζεταίρους legitur: quæ uarietas etiam in alijs est libris: neque lubet huc infarcire, quæ ea de re annotauit in quartum Iliadis librum Eustathius. Contiferos uocem finxi, ξυστοφόρους. De discrimine eorū uocabulorum, non est hic locus commentandi.

24 Ciuium numero censuerunt.) Miror hoc omissum à Liuio: & quidem Leonis cognomen mihi suspectum est. Culeo cognomentum Terētij est. apud Liuium extremo libro 30. ut suspicer nō τῶ λέοντος, sed κουλέωνος scriptum fuisse. Mentio fit etiā in uita Pompeij cuiusdam Culeonis, qui ei, ut dimitteret Iuliam, suasit.

25 Principem Senatus legit.) προέγραψε τῆς βουλῆς, non προσέγραψε. Dictio est obseruanda. προγράφαι τῆς βουλῆς. nam hoc significari, uel ex Liuio hanc censuram, quamuis ieiunè, describente intelligitur libro 38. Eodem modo locutus est noster in Ti. Graccho, ἄνδρας ἐκλεχθεὶς προγεγραμμένος τῆς ῥωμαίων βουλῆς.

26 Iuramentum detulit.) Guarino imposuit mendum, fecitq; ut sensum peruerteret huius loci. nam ὁρισμὸν scriptū est malè, pro ὁρκισμὸν, quæ ipsa uox in Catone Censorio habetur in eiusdem facti narratione: ut mirer non animaduersum librarij lapsum ab interprete.

IN COMPARATIONEM Annotata.

1 Ille innumeris prælijs.) Hanc & sequentes periodos, in quibus summa comparationis ferè inest, ita uertit Guarinus, ut qui conferat eum Græca et nostram orationem, facilè sit animaduersurus, cur noua uersione opus esse duxerimus.

2 Priuatus enim Nabidem.) στρατηγὸς μὲν γὰρ ὢν est in Græco, contra & historiæ ueritatem, quam in Philopœmene Plutarchus ipse testatam fecit (neq; dixeris tantū uirum ita ciuis sui oblitum fuisse) & loci huius naturam atque proposi-

tum. Ergo audacter recessi à codice Græco, quē particulæ negatiuæ omißione corruptū arbitror, itaq; fuisse scriptum: τεταγὸς μὲν γὰρ ἵππων, τάξιν ἐξέβαλεν ἐν μεσίνης, &c.

IN PYRRHVM ANNOTATIONES.

PYRRHVS rex Epiri bello maximè contra Romanos gesto nobilitatus est: quod anno ab V. C. CCCCLXXII incepisse, rationes annalium produnt. Aequalis fuit Antigoni, & eius filij Demetrij Poliorcetæ, regum Macedoniæ. uide Gellium libro decimoseptimo, capite ultimo. Eius nos Genealogiam ex optimis scriptoribus collectam in gratiam lectoris proponendam duximus.

PYRRHI GENEALOGIA, ET REgum Epiri successio.



EXPLICATIO.

Tharrytam Plutarchus quem uocat, is Pausaniæ in Atticis est Tharypus: fuitq; (ut ibidem traditur) à Pyrrho Achillis filio decimusquintus. Genus deducit à filio Pyrrhi, & Andromaches Pielo, (qui apud Iustinum libro 17. Piales dicitur, qui medio natu inter duos fratres fuit. Arybas Aeacidæ pater, alijs Arybbas, Pausaniæ & Diodoro Siculo Ἀρύμβας, Arymbas dicitur. Filius eius Alcetas post patris Aeacidæ mortem rex ab Epirotis delectus cùm crudeliter regnaret, ab ijs unà cum liberis est occisus. Pausan. Phthia mater Pyrrhi, filia fuit Menonis Thessali, de quo Plutarchus in Phocione, bellum Lamiacum describens. Alexander Olympiadis frater, rex Molossorum, in Brutijs bellum gerens perijt. Liuius lib. 8. Strabo libro 5. Iustinus, Orosius, alij.

Pyrrhus multas habuit uxores: ut Antigonam Philippi & Berenices filiam, ex qua Ptolemæum genuit, de cuius interitu Plutarchus meminit. Ex Lanassa Alexādrum sustulit, Agathoclis Siculi filia: ex Bircenna, Helenum.

1 Condito apud Dodonam templo.) εἰσαμένους. Aretinus in ipso (quod aiunt) limine impegit: ad id templum profectos uertens. Meam uersionem confirmarem autoritate, si dubia res uideretur. Ceterū παιδικὸν ἐπωνύμιον, fortè erat ἐπώνυμον: nisi diminutiuo & uoce παιδικὰ ludicrū intelligas cognomen, uidelicet à crinium colore per iocum inditum: uti & hodie solet fieri.

2 Ex Anassa.) Iustinus ex Trogo lib. 17. sic eam uocat, hanc ipsam rem perstringens: eū secutus sum, cùm Lanassa sit in Græco, tametsi Lanassa alia infrà refertur.

3 Bello Lamiaco.) Describit hoc Diodorus lib. 18. & quidem equitum ducem fuisse Menonem hunc scribit: quod & apud Plutarchum est in Phocione, in eadem historia.

4 Cassandrum Aeacidæ inimicū.) Quòd Olympiadem in bello contra Aridæum & Macedonas adiuuisset Aeacides. Pausan. Atticis.

5 Vultu regio quidem.) In maiestate uultus, qualis in rege requiritur, & dignitas uenerabilis, & terribilis grauitas consideratur: hoc posterius priore plenius habuisse Pyrrhum, ait Plutarchus. Nam interpres insciè moderati principis meminit. De dentibus eius miror Plinium, cùm simile de Prusia Bithyno commemoret, non meminisse, cum duobus locis de pollice pedis referat lib. 7. cap. 2. & capite 4. lib. 28.

6 Ad ipsum pugna.) Aretinus Hypsum scripsit, imperitè. Est enim etiam apud Appianū in Syriaco Ἴψος, Ipsus: & Phrygiæ urbs indicatur. Loquuntur autem de nobili illa pugna, in qua Antigonus Demetrij pater succubuit: de qua et Plutarchus in Demetrio. & Iustinus sub exitum libri 15. & Appianus, eo quem dixi loco. Pugna ad Ipsum.

7 Polysperchontem.) Πολυσπέρχων nobilis fuit inter amicos & duces, qui Alexandrum Magnū secuti sunt. Vulgò Latinè ferè Polypercon scribitur, etiam apud Curtium: quàm rectè non uideo. Polysperchontem quidem omnes Græci dicunt, nisi ubi librarij scripturam mutarunt: sicut etiam in Apophthegmatis Plutarchi cùm idem refertur, mendosum est Πολυπέρχων.

8 Fratres acuto.) Imprecatio est Oedipi in filios

lios sibi ex matre natos: extat apud Eurypidem initio ferè Phœnissarum.

9 Nilæo equo.) Aretinus equi epitheton omisit, ut & alia quædam hinc inde, quæ (opinor) nō intelligens, quærendi maluit labore supersedere. Nisæa regio est Parthyenes, haud procul Caspijs montibus: ea equos præstantissimos, maximosq; aluit, quibus reges ipsi uterentur. Patet hoc ex Strabonis lib. 11. Plin. 6. 25. Explicauit etiam in suo Lexico Varinus, ex Eustathij in Bœotiā Homeri cōmentarijs.

Nisæi equi.

10 Tesseram petere.) συνθήματα προσρέχοντας αὐτῷ. hoc quid sit, non planè intelligo. Equidem nihil minus quàm pugnam tum milites Demetrij postulabant. Videturq; esse mendum, ac legēdum, συνθήκας: aut certè συνθήματα hic idem significare. ut sit sensus: Milites ad Demetrium accurrentes, poposcerunt ut cum Pyrrho pacem fœdusq; iungeret.

11 Ad Edessam castrametati.) Aretinus eū ab Lysimacho ibi superatū uertit: sed Græca aliter sonant. Et quidem citra prælīū erat potitus Macedonia Pyrrhus: eodē aūt modo nimirū nulla commissa pugna, amisisse Plutarchus docet.

12 Exemplo Achillis.) lib. 1. Iliadis: cùm iratus ob ereptam Chryseidem bello & armis abstineret, ociosusq; in tentorio suo desideret.

13 Improbitatem oratorum.) δημαγωγῶν. Sic ij dicuntur, qui in repub. uersantur & orationibus suis populum mouent, qui quasi regnū in populo orando & suadendo dissuadendo' ue obtinent. Et hoc esse δημαγωγεῖν cùm aliâs, tum ex Plut. Theseo patet, ubi de Mnestheo loquitur autor. Sed de hoc uocabulo satis apud Themistoclem.

δημαγωγεῖν.

14 Orationem conficere omnia.) Locus Euripidis est in Phœnissis. Cineas aūt scribo, Græcos sequens, ut Plutarchum, Strabonem (apud quem ipsum etiā Κινέας in fine septimi nominatur) & Suidam. Vulgò enim ferè per y scribunt hodie.

15 Quam Agathocles.) apud Iustinum hæc historia est lib. 22. & apud Diodorum disertius descripta, libro 20.

16 Quotidiano potu.) λιθότατα festiuitatem Aretinus uertit, non admodum festiuè. quid esset λιθότητα, uel ex Lycurgo Plutarchi intellexisset, et dicto Dionysij tyranni in Philippum, apud eundem in Timoleonte.

15 Multis hypagogis) Alij hippagines uocāt, Liuius lib. 44. hippagogas Græco uocabulo, eas naues quæ transfretandis equis præcipuè seruiunt.

18 Ab alto irruerent.) πλαγίῳ est in Græco, idq; secutus est interpres. Sed πελαγίῳ esse legendum, ex sequentibus non est obscurum.

19 Postquam Læninus.) In Græco est mendū ubiq;, Αἰλϐῖνος pro Λαιϐῖνος: oscitantia librarij, cui multas id genus corruptelas debemus.

20 Trans fluuium Sitim.) Lyrim apud Florum legitur, in huius belli descriptione 1. 18. uitio librarij. Sirim autem Plinius etiam fluuium apud Heracleam agnoscit, 3. 11. esseq; eum fluuium nauigabilem, Strabo addit lib. 6. Diodorus Siculus libro 12. eiusdem fluuij meminit, de condita à Tarentinis Heraclea referens.

Flori locus

21 Frentanus natione.) Ferentaneæ turmæ præfectus dicitur Floro. & quidē haud scio, eosdem ne dixerint Frentanos et Ferētanos. Paulo pòst ubi est Dexous, Aretinus Δέξιος legit, Dextrum uertit.

22 Et cæcitatē.) Iste Appius Claudius luminibus captus traditur, propter dimotam statu suo Herculis colendi & Potitiorum institutionem: Liuius libro 9. Simulatam ab eo cæcitatē uitandæ curiæ causa, Diodorus lib. 20. scribit. Orationis eius, qua pacē cum Pyrrho dissuasit, Cicero etiam de Senectute meminit, & alij.

23 Ptolemæum Ceraunum.) Is occiso Seleuco Magno, Antiochi patre, qui Lysimacho uicto Macedoniam occuparat, regno Macedoniæ potitus est. Filius fuit Ptolemæi Soteris & Eurydices Antipatro natæ. Inde cum Gallis pugna congredi ausus, ab ijs est cum exercitu cæsus. Appian. ad finem Syriaci. Paus in Atticis. de bello Gallico hoc, uide omnino Iustinum libro 24.

24 Mamertini.) Hi qui fuerint, utq; Messanā potiti, leges apud Polybium, post præfationē statim libri primi. Mamers lingua Oscorum fuit Mars. Inde nōmen ijs factum, qui oraculi iussu ex Samnio patria sua expulsi, cum circa Tauromiuiū Siciliæ consedissent, Messanensib. auxilio profecti, unà cum ijs urbem occuparūt: & à Marte, qui forte ex reliquis dijs obtigerat eis, Mamertinorum nomen sibi fecerunt. Sex. Pompeius Festus lib. 11. ex Alphij libro 1. de bello Carthag.

25 Thœnonem & Sostratum) Suidas, nescio quo autore, Θοίνωνα φρούραρχον, & Σωσίστρατον ἐπικρατοῦντα τῆς πόλεως appellat, Thononem præsidij uel excubiarum perfectum, & Sosistratum urbis principem.

26 Et apud fauces, quæ Græcis Stena.) Omisit hoc Aretinus, uidetur fauces, quæ sunt ad Amigoneā in Epiri ingressu, dicere: quæ Stena Græcis uocabantur. Vide Liuiū sub initiū lib. 32. Porrò hanc eandem historiam eleganter persequitur in Atticis, haud longè ab initio, Pausanias: atq; ibidem de morte Pyrrhi refert.

27 Itonidi Mineruæ.) Meminerūt huius cùm alij, tum Appollonius α. ἀργον. et Scholiastes ibi docet ab Itonia seu Itone Thessaliæ urbe dictam, cultā etiā Coroneæ in Bœotia fuisse, Mineruam Ἰτωνίαν, Itoniā uocat Polybius lib. 4. quo item ex loco apparet, in Bœotia eius templū fuisse: quod idē est in Agesilao Plutarchi, eius fanum haud procul Coroneā ab fuisse. De Aegis dixi apud Stephanum.

28 Rebus ad hunc modū stabilitis.) ὄντων δὲ τῶν πραγμάτων, &c. Aretinus οὔπω uidetur legisse: Nondū satis firmis reb. &c. idq; uero est propius.

29 Fortasse à te tuti erimus.) Hāc totam pe

riodum omisit: haud scio an propter obscuritatem. Certè hic diuinaui, cùm quid sit πουκαρπῶν nō satis assequar, & uerò mendum subesse puto.

30 Gorthynijs in Creta.) Noster Corcyræis: quod si Κερκυραίοις fuisset, scio potuisse ad Corcyræos aliqua ratione torqueri, quod aliâs ostendam. Sed tamen neq; Κερκυραίοις legitur, & οἱ Κρῆτες perspicuè est additū, ut negligentiam mirer.

31 Longitudo octo iugerum.) Sesquistadium Aretinus uertit: quod locum habere potuit, si nouem iugera scripsisset Plutarchus. Iugerum enim hic non quale in agricultura, sed Geometricum intelligo, quod est sextans stadij. Vide quæ in Paulum ea de re annotauimus. Paulo pòst raritatem materiæ, χαυνότητα, recentiā operis uertit.

32 Nugas has esse.) πυλαϊκὰς ὀχλαγωγίας. Quid sit πυλαϊκὸν, fateor mihi nō satis cōstare. Apud portas ociosos homines conuenire nugandi & garriēdi causa cōsueuisse, notū, et adhuc usitatū est. Inde πυλαϊκὴν ὀχλαγωγίαν arbitror dici inanes et uulgares fabulas, tantärlin, quib. rudes & inepti homines ocioq; abutentes delectētur atq; teneantur.

33 Optimū id augurium.) Versus est, quo Hector Polydamantem auguris occinētem reijcit apud Homerū Iliad. 12. Eodem usus est simili etiam ratione Epaminondas, prælium Leuctricum, dissuadentibus ob auguria nonnullis, initurus. Diodorus Siculus lib. 15. Pyrrhus suum nomen pro patriæ nomine posuit.

34 Alij suffecti sunt.) αὐτὰς ἐπὶ τὴν μάχην. Pro αὐτὰς, nisi ἄλλας legas, non constabit locus. aut αὐτοῖς legendum, ut ad eos qui recens uenerant, referatur.

35 Iocinoribus mutilis.) ἀλόβων. Contrariū Plutarcho dixit Aretinus, sacris ritè peractis. cùm notissimū sit, α esse στερητικὸν μόριον, λόβοὺς autem iocinoris quasi auriculas aut appēdices prominētes.

36 Ex urbe Aptera.) Et hoc omisit. Aptera fœm. gen. urbs est Cretæ, apud Strabonem libro 10. Stephanumq;. Apud Plinium 4. 12. Apteron legitur.

37 Naupliam.) Antiquū Argolicæ regionis uersus Laconicā oppidū. Vide Pausan. ad finē secundi.

38 Lambere cruorem suum.) περιλιχμώμενα τὸν ἑαυτῶν φόνον. Aretinus omisit. φόνος, præter cædem, etiam cruorē in cæde effusum, & aliquando locū cædis significat. Græci Grāmatici. Hic cruorem, ut apud Homerum:

ἄκρον ἀφυσσάμενοι φόνον αἵματος —

Et apud Sophoclem Trachinijs, de ueneno suo Deianira:

Νέσσου φθίνοντος ἐκ φόνων ἀνειλόμην.

Cæterùm ubi est, λυκίῳ προφήτης ἀπόλλωνος, legi ego λυκίου ἀπόλλωνος.

Causa ex morum sequentibus patet. Nisi quis contendat, Antistidæ nomē Apollonidis fuisse: et per Lycium. nomē Apollinis innui: quod non puto esse necessarium.

39 Cylarabin.) Gymnasium est, minus trecentos ab urbe Argis passus. Liuius lib. 34. Meminit & Pausan. in Argolicis, ut & Apollinis Lycij, & fabulæ istius, reliquorumq; hic nominatorum locorum.

40 Hostes pariter & amicos.) In Græco locus est mancus, sed sententia non ualdè impedita.

IN MARIVM ANNOTATA.

Marij & Syllæ bellum ciuile ita, ut uix ulla alia historia, nobile est: tempusq; & æquales Marij facile noti. Mortuus est Marius septimùm consul, anno urbis conditæ DCCXVIII. Quæ aūt mitto de nominibus disputātur, neq; obscura sunt: & si quis plura uult, doctissimū Sigonij de nominibus Romanorū librum inspiciat. Sanè C. Marium Nepotem quidā annales scribunt, cōtra quàm Plut. asserit. Ego tamē Plutarcho facilius, quàm uel Cassiodoro, uel alijs eum secutis assentior: præsertim quia neq; antiqua monumēta, neq; ullus, quod sciā, uetustus & bonæ fidei scriptor Mario Nepotis cognomētum adscripserit. Metellū à moribus Nepotem, nimirū à prodigalitate, cognominatum, Valerius lib. 9. cap. penultimo affirmat.

1 Hispaniam obtinuit.) In foribus, quod aiunt, labitur Guarinus, cum ἀνθυπατεύσαντος ita effert: qui Iberos in ius ditionemq; populi Romani redegit. Imò autem sibi occupauit eam prouinciam, & cōtra Syllam tenuit, de quo in ipsius uita cognosces. Mox pro ῥωμαίων, dandi casus placet ῥωμαίοις.

2 Cirrçatone.) Hoc mihi nomē nescio quomodo suspectum est. Sanè Marium fuisse Arpinatem, Ciceronis gentilem, uel ex initio librorū huius de Legib. euidens est. Plin. libro 3. cap. 5. in describenda prima Italiæ regione, Cernetum oppidum, & Cernetanos, qui ijdem Mariani cognominarētur, refert: ut suspicari subeat, ne, quod ille Cernetū dicit, Plutarchus (si modò non subrepsit menda, ut solet ferè in proprijs nominibus) Cirræatonē efferat. Sed nihil certi scio.

3 Nihil planè de animi sui.) οὐδὲ μικρὸν ὑφῆκατο, &c. Guarinus cōtrarium sensum perscripsit, loco satis aperto. nā οὐδὲ negatio est, qua etiā τὸ μικρὸν amputatur. Si scriberetur οὐ μικρὸν, stare posset Guarini interpretatio: sed ipsa rei ueritas tamen ostenderet, mendum esse, & legendum esse οὐδὲ.

4 Patronū dicendi contra clientem) Guarinus hæc ita uertit, ut quid patronus apud Romanos diceretur, ne intellexisse quidem uideatur. Deinde quod habet: Recipientibus autem iudicibus testimonium, falsum est. Accepisse enim eos excusationē Herennij, ne is diceret testimoniū, Plutarchi uerba & sensus loci ostendunt. De iure autem patronorum & clientium, quia suprà Plutarchus in Romulo perspicuè docuit, non est quod de hoc loco, malè utique olim tractato, plura dicere oporteat.

5 Et sub eo tum dux sociorum.) Græca; hæc

καὶ ὅτι τὴν ἐπὶ τῶν τεκτόνων εἶχεν ἀρχήν, συνεστρά τευε. *Guarinus*, aduersus Teutones unà militauit, principatum & curam architectorū gerēs. *Quid aūt est hic de architectis quæso? & uerò, nisi Teutones uersor nominasset, pro τευτόνων τεκτόνων eum legisse uerisimile fuisset. Equidē rem iam contra Teutonas gestam fuisse, Q. Metello Numidico magistratū gerente, ne uerisimile quidē puto. Et militabat, συνεστράτευε est in Græco: ut uideas non præteritam, sed præsentē militiā innui. Ergo mendum est in uoce τευτόνων. cui facilius mederemur fortaßis, si uita huius Metelli, quam scripsisse Plutarchū scimus, extaret: nunc quia de illa militia nihil nobis constat, rem in medio relinquimus. Suspicor sanè esse sensum, cùm ob paternū hospitium, tum quòd sociorū copias duceret, Metello charum fuisse. T. Turpilium Silanū Sallustius in Iugurthino bello nominat: idemq; Vaccæ (quæ hic βάγα dicitur) præsidiū ex Italicis, hoc est sociorū P.R. militibus constitisse, haud obscurè tradit. Ego in hoc et similibus locis circumspectius, quàm alij factitarint, uersandū sciebam: ideo uolui dicere, quæ putarem. Amiotus planè τεκτόνων legit, & præfectum fabrorum uertit. quæ coniectura mihi nō improbatur: nisi q. Sallustius uidetur hoc indicaturus fuisse. Quanq̄ nihil obstat quin alios autores secutus sit Plutarc. Paulo pòst ποιούμενος ἴδιον τὸ ἔργον*, occasioné rei gerendæ nactū, *Guarinus uertit: & ἰτύκην, quæ Latinis Vtica dicitur, Itycā: annotandiq; ad marginē dedit occasionem cuidā, apud Sallustium Vticam legi: quasi nō idē sit apud Plutarchū. Et mox ἀναγορεύσεις λαμπρῶς*, Oratione splendida habita. *Quid est, si hoc non est præuaricari officium interpretis? Multa id genus alia sciens omitto.*

6 Periculum ab occidente Italiæ imminens.) *Nam Cimbri ad Rhodanum in Gallia Cn. Mallio & Q. Cæpione proconsule cum exercitib. deletis, in Hispaniam recesserāt: inde in Galliam reuersi, Teutonis se coniunxerunt, ut ex Liuiana Epitoma 67. patet. Hoc monui, ne quem offenderet hic locus, cùm à septentrione bellum eos Italiæ intulisse populos cogitaret.*

7 Polum porrò septentrionalem.) *pleraq; hic malè Guarinus uertit, & obscurè. Ratio rei ijs qui elementa Astronomica gustarunt, non est obscura. Meminit etiam Herodotus Cimmeriorum migrationis, haud procul initio libri primi.*

8 De potestate rationis exijt.) *ἐξέστη τοῦ φρονεῖν. Guarinus nullo sensu*, calliditate excidit. *Saltem quæ sequuntur, insania correptum fuisse Iugurthā indicare animaduertisset. & nihil notius est, quàm ἐξεστάναι φρενῶν, ἔκστασις, ἐκστατικῶς ἔχειν, ac similia multa.*

9 C. Lucius.) *Sic legitur etiam in Apophthegmatis. Emendetur ergo hinc Valerij locus, apud quem in hac historia Clusias lapsu librarij legitur, libro sexto, capite primo. Etsi is militem non Tre*bonium, *sed Cœlium Plotium nominat.*

Valerij locus.

10 Carbo eum, & Cœpio.) *Σκιπίωνες est, mēdose pro Καιπίωνες, in Græco. De Carbone, præter reliquos, Epitoma Liuij 63. de Cœpione in 67.*

11 Sensim eos insecutus est.) *χύδην: aliter*, tumultuario bello. *quo quid à sensu magis alienum? Mox ὕδασι Σεξτίοις legendum, non Σεξτιλίοις, constat.*

12 Ipsi quoq; Ambronas mutuò.) *Locus est obscurus. et sanè uerba puto me fideliter expressisse, quæ id omnino uidentur innuere: Ligures iactasse, sibi nomē Ambronum auitum esse. Sed de hoc nihil, præter hunc unum locū, inuenio. Sanè & Sex. Pompeius Festus Ambrones Gallicam fuisse gentem tradit: & apud Strabonem lib. 4. de ostijs Rhodani disputantem, mentio fit cuiusdam Massiliensium de Ambronib. uictoriæ: ut appareat, fuisse eos uicinos. Maßilienses finitimos Liguribus esse, notū satis est. Hinc leuis quædam uidetur posse sumi coniectura.*

13 Quo factum est ut barbari.) *Contraria omnia & uerbis & sensui loci huius, habet Guarini uersio: qui & Romanos ceßisse in planiciem scripsit, & ἄνω desuper uertit, & διαταραγμὸν scutorum collisionem.*

14 Campus ad Vercellas.) *Vercellæ transpadanæ Italiæ oppidū est: cui regioni cōtigua est Venetia. Plin. lib. 3. ca. 17 & 18. Hoc dico propter Florū, qui lib. 3. cap. 3. pugnatum fuisse in Venetia scribit, & in campo Caudio (alij Claudio legunt, sed & in lib. de Viris illustribus Caudio habetur: apud Velleium est in Raudis campis, haud scio quàm rectè) Sigonius Veronam pro Vercellis legendū putat: quod eo maximè nomine non admittendum uidetur, quia ad Athesin est Verona. Cimbros trans Athesin procurrisse, historia perspicuè docet.*

15 Telum singulis bidens.) *διβόλια. Bina manibus iacula, Guarinus, et post eū Amiotus: quàm rectè, non uideo. Est quidem etiam apud Eurip. διβόλος ἄκων in Rhæso.*

16 Nonij cædes.) *ὁ Ὀνίου φόνος malè, pro ὁ Νωνίου. Nonium omnes historici nominant, & Appianus disertè Νώνιον. Guarinus nescio quem Numium supposuit.*

17 De re ita magna ante cognitionem sententiam ferret.) *Guarinus locum hunc neq; intellexit, & peruertit. Est aūt προκαταψηφίσασθαι τὸ πρᾶγμα, de causa nondū cognita pronunciare: non (ut ille habet) aduersari rei. Quod aūt dixi tantū onus in se recipere, id in Græco est ad uerbū*, tam latum habere collum. *qua de translatione aliquid in Cicerone annotaui.*

18 Popedio Siloni.) *Is fuit Marsici, seu socialis istius (quod & Italicū dictū fuit) belli autor atque dux: atq; hoc nomine ab historicis afficitur Latinis, Velleio, Floro 3. 18. Epitoma Liuij 76. Valerio 3. 1. Apud Strab. lib. 5. Πομπαίδιος: & apud Plut. initio uitæ Catonis Vticensis, Πομπαίδιος σίλων mendosè*

dosè legitur. κόιντος πομπαίδιος, itidem ab Appiano libr. 1. belli ciuilis appellatur. Fuit ergo Q. Popedius Silo: & hic legendum ποπαιδίῳ, non ποπιλίῳ: quod miror ab interpretib. animaduersum non esse.

19 Eorũ occipitia.) habenas, Guarinus: legit enim (ut & in nostro fuit codice) ἡνίον. Sed uidetur argutiæ loci hoc nõ recipere uocabulũ. Est enim sensus: ita utrosq; fuisse timidos, ut utrinq; fugerint, & neutri neutros insequi ausi fuerint. Itaq; ἰνίον legi, quod esse occiput cõstat. Amiotus faciè uertit, nescio qua occasione: nisi fortè repudiato uocabulo ἡνίον, sensus quod uideretur offerre, amplexus est. Sed nostra cõiectura uerbis Plutarchi ac sẽtẽtiæ haud dubiè est propior.

20 Trecẽta sestertia preciũ.) Monstrosè has summas peruertit, & ambiguè extulit Guarinus. Etenim septẽ myriades & dimi.lia, drachmarũ sunt, seu (quod idẽ est) denariorũ millia LXXV. Sestertiũ ita dixit Guarinus (ne dicã in numero eũ errasse) ut an sestertios nummos indicet, an sestertia (hoc est nummorũ sestertiorum millia) non liquidè constet. Priùs puto: neq; enim animaduerterat, quatuor sestertios uno denario, aut drachma (has.n. in summis accipiẽdis Græci indicãt) contineri: quod legisse saltẽ in Syllæ uita eum oportuit, quam conuertit. Sed hæc aliás. Eodem modo posteriorẽ summã corrupit. Si denarios decẽ æstimes in aureũ florenũ coronatũ (quod Budæus docet, & proximè uerũ est) prior summa efficiet septẽ millia aureorũ, et quingẽtos: posterior Lucullianæ CCL aureorũ millia. estq; ea summarũ proportio, quæ ternarij ad centenariũ numerũ. Amiotus priorẽ summam ita, ut nos demonstrauimus, effert. Lucullianæ aũt tãtùm V ponit partẽ, L scilicet aureorũ millia: quæ ad priorẽ hanc habet rationẽ, quæ est uigenarij ad ternarium. uideturq; legisse. ἀνῆπται μυριάδων πεντήκοντα. ὥστε, &c. omißis uerbis ἀντὶ διακοσίων. Vtrum rectius sit, uix possum iudicare: itaq; quod in Græco reperi, id reddidi, quanquã uerisimilior iudicari potest Amioti lectio. nam & ipsa tantùm incrementũ precij habet, ut rectè uideas epiphonema de aucta prodigiosè sumptuositate additum à Plutarcho.

21 Contrasenatum) Finxi uocabulũ, utut durũ, (sunt enim Latini in duplicãdis uocabulis, quàm Græci, infeliciores, ut est apud Liuiũ) quo ἀντισύγκλητον utcunq; exprimerẽ. nam quod nomẽ suæ cateruæ indidisset Sulpicius, nondũ apud Latinos legi. Consules porrò tum erant L. Cornelius Sylla, & Q. Pompeius Rufus, anno ab V. C. DCLXVI.

22 Sed ipse Sylla.) Locus est intricatus, & à Guarino perperã uersus, nullo planè sensu. Vbi aũt uerti, Quod ipsi postulabãt, iustitium sustulisse, minus mirũ est ab eo non intellectũ, cùm & Græca sint mendosa, τὰς πράξεις ἔλυσε. Sed ex Syllæ uita, ubi idem argumentũ tractatur, satis constat, legendum τὰς ἀπραξίας ἔλυσε: ne id ex alijs autoribus petamus. Iustitium aũt magnis tumultib. antiquitùs consueuisse indici, cùm aliàs, tum ex tertio Liuij libro patet. Mox de equitũ numero, præsertim tam exiguo peditatu, in suspicionẽ ueni, ne pro τρισμυρίων, τρισχιλίων sit legendum: hoc est III, non XXX millia. idq; ausus sum ita exprimere: sex legiones ei in Sylla Plutarchus, & Appianus libr. 1. bell. ciuil. quatuor Orosius lib. 5. cap. 9. adscribunt.

23 Oua parit tria.) ἐκλέπει, non ἐκλείπει. Est hoc uerbũ excludere. Apud Arist. lib. 6. cap. 5. de historia Animal. idẽ Musæi uersus adducitur: sed pro ἀλυβάζει, legitur ibi ἀλεγίζει, quod quid sit, facilius intelligitur, quàm τὸ ἀλυβάζειν. hoc enim esse idem quod τρέφω, nutrio, in Lexico est, nullo testimonio: & fortè ex hoc loco sumptũ uocabuli glossema. Cætera uide apud Plin. cap. 3. & 6. libri decimi.

24 Ad Meningen.) Meninx insula est è regionẽ Africæ, nõ lõgè à minori Syrte, quæ & Lotophagorum insula dicitur. Polyb. lib. 1. Vide Plin. 5. 7. Cæterùm Ἰάμψαν Hiempsalem, ut uerti, Latini uocãt. & Sextilius, Appiano est Sextius.

25 Telamonem.) τελαμῶνα τῆς τυῤῥηνίας. Portum esse, ex Plinio didici, 3. 5. idq; perspicuitatis causa adieci.

26 Frumẽta quæ hostibus aduehebãtur.) Guarinus, quasi non esset notißimũ ναυσί, datiuũ instrumẽti, ut uocamus, esse, ac περικόπτειν τὰ σιτία, qđ significaret: nauis pẽsionem præcisam à Mario finxit. quod indicandum duxi: refutatione nõ eget.

27 Bonum fore rerum statum.) Elegãs est, sed concisa oratio, εὖ γενομένων, nimirum τῶν πραγμάτων: ut Latini dicunt, bene habet, & similia. Guarinus non intellexit, operæprecium esse ibi manere uertendo.

28 Anchariũ.) Sic & in Græco, & in Appiano est. apud Florũ Arquarius legitur, sed malè opinor. De Bardiæis, quæ ratio sit eius nominis, fateor mihi nihil esse quod doceam.

29 Antipatrũ profectò Tarsensem.) Stoicus fuit philosophus, quod Strabo in Tharsi descriptione testatur lib. 14. Citatur eius de superstitione liber quartus, apud Athenæum lib. 8. Vixit paulo ante Marij tempora, siquidẽ Plutarchus in uita Gracchorum, T. Gracchum ait, ad leges ferendas à Blossio incitatum, qui huius fuerit Antipatri in urbe discipulus. Idem in lib. περὶ εὐθυμίας, hoc idem Antipatri dictum refert. Platonis sententiam copiosius Lactant. lib. 3. cap. 19. Instit. refert.

IN LYSANDRVM ANNOT.

LYsandrum Lacedæmoniũ imperatorem uictoria maximè de Athenẽsib. ad Aegos potamos parta, muriq; Athenarũ deiecti nobilitãt, & bellum Peloponnesiacum ab eo confectũ. Incidit aũt (quod etiã ex Polybij lib. 1. haud procul ab initio intelligitur) in Camilli tempora, & Veiorum propè obsessionẽ, id facinus. De Græcis, quos æquales habuerit, satis ex ipsa historia liquet.

Donum

5 Donum ab Acanthijs.) ἀκροαγεῖον, in Græco. Sed ea uox hoc loco idem quod ἀνάθημα significat, nisi fallor: eodẽ modo infrà quoq; usus est. Porrò aũt Brasidas Spartanus fuit, qui Methonã ab Atheniensibus oppugnatam defendit, & præclaro facinore liberauit. Historia est apud Diodor. Siculum libro 12. apud Thucydid. libro 2. Acanthus autem Thraciæ, seu Chalcidicæ urbs maritima est, in Strigitico sinu, non longè à fossa quam in Atho monte Xerxes fecit. Cæterùm Acanthijs quid rei cum Brasida fuerit, cur'ue eum tanti fecerint, satis ex historia apparet. Nam à Spartanis missus cum exercitu in Chalcidicã & Thraciã cõtra Athenièses, eas regiones magna uirtutis & probitatis cũ laude est tutatus. Vide Thucyd. lib. 4. Diodorũ quo dixi loco.

2 Argiuis post magnã illam cladẽ.) Quã dicat, nõ satis scio. Fortè illã, qua eos affecit Cleomenes Alexãdridæ F. apud Argi fanũ. de qua Paus. lib. 3. & in Argolicis: quo loco de Thelesilla scribit. Eã quidè cladem maiorem, q̃ ut uerbis explicari posset, fuisse testatur: quippe nõ uictis modò pugna Argiuis, sed etiã eorũ v millib. qui in Argi Niobes F. lucũ cõfugerant, unà cum luco cõbustis. In Argolicis uitio

Pausaniæ locus.

sè ἄρεος pro ἄργου legitur. & mendã, quæ facilè poterat ex Laconicis corrigi, interpres retinuit, lucumq; Martis uertit: cum sit Argi, filij Niobes, ipso docente id Pausania.

3 Cùm Bacchiadæ.) Idem autor in Corinthiacis ostendit, Bacchiadas à Bacchide Herculis sanguine ortos, regnũ obtinuisse in Corintho, atq; inde à Cypselo eiectos. Historia est apud Herodotum in Terpsichore descripta. De ijs paulo aliter interpres Apollonij, prope finem libri quarti.

4 Aristoclitũ.) Pausanias constanter ἀριστόκριτον, Aristocritũ Lysandri patrẽ nominat. Porrò aũt Heraclidas eos uocari, qui ab Hercule genus ducebãt, notissimũ est: deq; eorũ in Peloponnesum reditu, et regnis atq; successionib. multa multi, et passim.

5 Aristotelea ubi magnorum.) Guarinus sensum non extulit. Locus Aristotelis est problemate primo, sectionis trigesimæ.

6 Cladẽ in Sicilia.) uicto cum copijs & capto Nicia. uide apud Plut. ipsum in eius uita, et Thucyd. l. 6. In Græco ἐκπεσόντα repone, pro ἐμπεσόντα.

7 Vti sodalitates instituerent.) Institutum Lysandri fuit, democratia per urbes abolita, oligarchiã constituere, atq; ita potestatẽ omnem à populo toto ad paucos quosdã suos amicos transferre. itaq; sodalitates istas institui iussit, hoc est factiones, quib. sui amici freti, popularẽ reip. formã protegentib. superiores fieri possent. Huiusmodi coitiones, sodaliciorum & sodalitatũ nomine etiã aliquãdo intelliguntur. & meminit Cicero pro Plancio legis Liciniæ de sodalitijs. Alioquin collegia etiã uerti cõmodè iudico, quæ ipsa magno usui rerũ nouarũ & malarum affectatorib. fuisse notum est. itaq; & L. Metello, Q. Martio coss. autoritate senatus sublata sunt, & à Clodio, homine turbulẽtissimo, conuellendæq; reip. nato, decẽ post annis restituta. Cic. in L. Pisonẽ, ibiq; Asconius. Dio lib. 38. Idemq; pòst etiã à Claudio Cæsare ea scribit abrogata. Hoc loco ἑταιρεῖαι, infrà ἑταιρίας uocat Plut. ut & in Agesilao. Dio quoque noster in simili re ita loquitur: Factiones enim istas, & cateruas Cæsarianas, Pompeianas & Crassianas, qui cõtra democratiã & aristocratiã cõspirarant, & τριμάρανον illud moliebãtur, ἑταιρεῖαι nominat, lib. 37. extremo. Guarinus mihi hæc cõmemorandi ansam præbuit, quia sensum loci minimè expressit.

8 Eorũ qui ad fores stabãt.) τῶν ἐπὶ θύραις τινῶν. In Themistocle, & Pelopida, & alibi sæpe, autor ita nominat aulicos magni nominis: quales fortè sunt, quos uulgò camerarios aut cubicularios dicimus. Sed & ianitor uidetur accipi posse hac dictione. Hìc quia parum refert, ad uerbum uerti. Paulo pòst Guarinus οἱ τῆς ὑπερορίας malè reddidit.

9 Apud Arginusas.) Guarinus: in Arginusis. Nomen hoc uariè scribitur, ut ostẽdi in Stephano de Vrbibus. meam lectionẽ puto rectissimã. Historia est apud Xenophontem (sicut & priora) lib. 1. rerum Græcarũ. Meminit Cicero lib. 1. Officiorum.

10 Naui paralo.) Guarinus nimis q̃ absurdè πάραλον hic oram maritimã uertit. Est aũt πάραλος, paralus, nauis (sicut etiã Salaminia, de qua est in historia Alcibiadis, & Theoris) nomẽ frequẽs apud historicos. Publica fuit Atheniensiũ nauis, publicisq; munerib. ut legationib. nuncijs, alijsq; id genus reb. destinata ob uelocitatẽ. Multa de ea habet Suidas, et nõ negligenda. Et q ea naui uehebãtur, πάραλοι dicebãtur, ut apud Thucyd. li. ult. τὴν πάραλον ναῦν ἐς χάραξ ἀποπέμψασιν οἱ σάμιοι, &c. mox, τῶν παράλων τινὰς οἱ τετρακόσιοι δύο ἢ τρεῖς ἐδήσαντες, τοὺς δ' ἄλλους ἀφελόμενοι τὴν ναῦν, &c. Quod sequitur: absumptis, quod ne, &c. ineptè, & planè nullo sensu idem Guarinus preuertit.

11 Ingẽs lapis ad Ægoa.) Ex Plin. 2. 58. colligitur, sexaginta circiter ante hanc naumachiã annis id factũ: nisi intelligere uelis Anaxagorã id prædixisse, q multis pòst annis euenturũ esset. Locus est obscurus satis, & parũ dextrè cõuersus à Guarino. Ex Platone & Aristotele, atq; Plutarcho, nõ est obscurum, quid senserit Anaxagoras: idq; nos expressisse utcunq; spero. διάττοντας nõ esse radiãtes, sed subitò erũpentes, atq; cũ saltu quasi traijciẽtes stellas, notũ est. Deinde lego ἀνέφλεξε. ῥῖψαι δὲ καὶ πλῆσαι: & pro πολύπλουν, πολυπλανῆ. De Damacho aũt quẽ mox citat Plut. nihil mihi aliũdè cõstat. Suspicor esse eũ Daimachũ (Δαίμαχον) cuius Indica Athenæus citat lib. 9. Sed & suprà in cõparat. Solonis & Poplicolæ, Daimachus quidã Platæensis citatur.

12 Lacedæmonios inuenias.) Contra mentẽ Plut. uersum antè fuit. Nõ enim laudat, sed uituperat Plut. id cõmentum, et nõ ab Ephoris aut Lysandro, sed ijs qui hoc ferrẽt, fictum sermonẽ indicat.

13 Chori primã in scena uocẽ.) τὴν πάροδον. quo de uocabulo apud 47. Dionis librum dixi.

extant uersus in Electra, quæ nuper demum seorsim edita est: eiq; testimoniũ erunt, genuinam esse eam.

14 Conuiuium suum.) In libello cuius titulus Symposion fingit Xenophon, id quod hic dicit Plutarchus.

15 Is in Ceramicos.) Locus est Athenis nomine Ceramicus, cuius multa etiam apud Latinos mentio. Ceramus autem laterem, etiam tectum, seu tegulam significat. Id innuebat Gylippi seruus, ab hero argentum esse subter tegulas abditum. Sed allusio in Græcis uocibus facilius quàm Latinis intelligitur.

16 Deachma.) παρὰ τὸ δράττομαι, cõprehendo, nimirũ. Citat hunc locum Eustath. in 3 Iliadis: Atq; idem in primũ librum eiusdem operis indicat, inter ὀβελὸν ueru, & ὀβολὸν obulum, esse differentiam à posteriorib. seruatam: & in α. Vlyss. ὀβολὸν παρὰ τὴν βολὴν dictũ tradit. Cõsuli ista loca et dijudicari à diligentib. possunt: nobis satis est indicasse.

ὀβελός. ὀβολός.

17 Non solum Vlyssem.) οὐκ ἄρ᾽ ὀδυσσεὺς, &c. Apparet Iambicum esse uersum ex aliqua tragœdia, quem hic prouerbialiter citat, quasi diceret: Sensit Lysander, non se solũ esse uafrum, sed & alijs istas artes notas esse, & usitatas. Ita Vlyssis, qui callidissimus erat, eoq; nomine seipsum prædicare solebat, dolus est à Palamede deprehensus, insaniam simulantis, ne iret ad bellum Troianum. nota est fabula, et ex antiquo poeta uersus ea de re Cic. lib. 3. Off. recitat. Ac fieri potest, ut hic uersiculus sit de Palameda Euripidis transcriptus.

18 Obsidenti ipsi Aphytim in Thracia.) In Græco est, τὴν τῶν ἀφυγαίων πόλιν. Estq; secutus id mendum, ut pleraq;, Guarinus, & inquirendi labore supersedit. secutus est etiam Amiotus. Est autem haud dubiè legendũ ἀφυταίων, quod ex Pausania & Stephano nostro deprehendi, tametsi apud utrunq; mendum est. itaq; eadem opera trium autorum locos castigabimus. Pausan. in Laconicis: A' Mineruæ, inquit, ocularis (de qua dixi in Lycurgo) progressus fano, ad Ammonis sacrariũ uenies. Videntur sanè ab initio Lacedæmonij maximè omniũ Græcorũ oraculo Ammonis, quod in Lybia est, usi: & Lysandro Aphytin Pallenæ oppidũ obsidenti, per quietem uisus est Ammon dicere, expedire ipsi & Spartæ, bellum cõtra Aphytæos desinere: & quæ sequũtur. ἄφυτιν τὸν ἐν Παλλήνῃ est in Græco: sed articulus fecit masculini generis, ut nomen uiri, non oppidi uideretur. ἄφυτιν τὴν, etc. legendũ est. Quod ex Strabonis Epitoma apparet. ea enim Pallenẽ peninsulam esse, quatuorq; in ea urbes sitas, Aphytin, Mendam, Scionam, Sanem, docet. Stephanus autem: Aphyte, inquit, aut Aphytis, urbs est Thraciæ ad Pallenen. est et ibi Apollinis oraculũ. Nõ Apollinis, sed Ammonis (ἄμμωνος, pro ἀπόλλωνος) lego: cùm perspicuè priorib. addat Pausanias: Aphytæos Ammonis colẽdi studio nõ cedere Ammonijs Africanis.

Pausaniæ & Stephani locus.

19 Atheniensibus à Pyla.) A' Phyla Guarinus & Amiotus, nõ rectè, ex Xenophontis lib. 2. ἑλληνικῶν, ubi hæc res à Thrasybulo gesta describitur, apparet castellum fuisse inter Thebas & Athenas Φυλὴν, Pylam. Cæterum hic Guarinus ὀλιγαρχικοὺς ineptè factiosos, sicut & suprà factionis suæ homines, non satis perspicuè uertit.

20 Corinthij cùm defecissent.) Guarinus, incumbentibus. uitiosam secutus, ut solet, lectionem, quæ & in Apophthegmatis Plut. hoc ipso de dicto est, ἐρειζόντων, pro ἀφεστώτων.

21 Rex pedibus ualidè.) μὴ σέθεν ἀρτίποδος. σέθεν quidem genitiuus est, & ἀρτίποδος celerem, pedibusq; promptũ significat (Homer. Iliad. ι.

ἡ δ᾽ ἄτη σθεναρή τε καὶ ἀρτίπος——)

Vt uideatur, ad Spartam hoc debere referri: tametsi βλάπτω cum genitiuo cõstrui non meminerim me legisse. possunt tamen esse genitiui absolutè positi. Ita quidè legitur infrà initio Agesilai, & apud Pausan. lib. 3. Vtrobiq; enim idem oraculũ refertur. Pòst pro μόχθοι, est in Agesilao νόσοι. Et pro φθισιμβροτον rectè habet (ut metri ratio requirit) φθισίβροτον, Pausanias: idemq; κυμφορούς, non κυλινδομένα scripsit.

22 Spithridatem.) μιθριδάτην, Mithridatẽ. Sed Xenophon (qui hæc omnia lib. 3. narrat) non ita, sed σπιθριδάτην uocat, etiã initio quarti libri: & sic est etiam in uita Agesilai apud nostrum.

23 Ei ad pactes pacatis.) προσαγωνιστάς. quo uocabulo intelligi arbitror eos, qui aliàs δευτεραγωνισταὶ dicerentur. Liuius lib. 3. Tribuni coràm in foro personare. Fabulã compositã Volsci belli, Hernicos ad partes paratos, hoc est subseruire, δεύτερα (ut in uita Ciceronis noster loquitur) λέγειν. Horatius partes tractare secundas, att. Cæterùm falsa sunt quæ Guarinus dixit, & contra Plutarchi sententiam, uenisse Silenum, & Delphis filium Apollinis professum, & reliqua. nihil enim tale est actum, sed quidam administer sua formidine actionem fabulæ impedijt. Quod satis apertè Plut. uerba habẽt.

24 Et Ampitheus.) Xenophon hunc non habet, sed eum Androclida Ismeniam, & Galaxidorũ: Pausan. præter Androclidam & Ismeniam, ἀμφιθέμιν Amphitemin nominat. De sacrificio Agesilai Aulide facto, idem satis disertè.

25 Decimam manubriarum.) In Decelea Thebanos consecratarum Apollini rerum decimam sibi postulasse, Xenoph. ait lib. 3. rerũ Græcarum.

26 Vnà cum Mante.) μετὰ τοῦ μάντεως, id est uate. Sed propriũ ne sit, an appellatiuũ id nomẽ, ambigo. interpretes appellatiuè acceperunt.

27 Oram agri uitato.) ἐσχατιὰ extremitas rei est. Homerus: ἀγχοῦ ἐπ᾽ ἐσχατιῆς— reliqua ut Dauus uerti, nõ ut Oedipus. Certè λάμαξ palus est etiã apud Homerum, de uinea Iliad. σ. λάμαξ.

ἑστήκει δὲ κάμαξι διαμπερὲς ἀργυρέῃσιν.

Non me fallit, pro telo apud Euripidem usurpari in Hecuba, αἰχμαῖς δὲ κάμακος Φρυγίων θείμονας, teste etiam Scholiaste. Sed quid facerés in oraculo? Cæterùm

Cæterùm Δήλιον, Delium, in Tagranæorum finibus Bœotiæ oppidulum est, Steph. & Pausan. qui & ibi uictos Athenienses, & eorum ducem Hippocratem Ariphronis F. scribit à Bœotijs, lib. 9. descript. Græciæ. Eãdem rem lib. 12. Diodorus descripsit. & Thucydides Ἀνσοδινῶν libro 4.

IN SYLLAM ANNOTAtiones Interpretis.

Nihil attinet de huius ætate annotare, & æqualibus: nobilis maximè Mithridatico & ciuili Mariano bello fuit.

1 Rufinus consulatum gessit.) Is fuit P. Cornelius Rufinus. Val. lib. 2. cap. 4. duobus consulatibus & dictatura speciosissimè gesta, Senatu excidisse tradit. quod idem est apud Gellium 4. 8. & 17. 21. Sanè de dictatura mihi nihil constare fateor. Priorem consulatū anno v. c. 463. & in bello Samnitico rem præclarè gessit. Eutrop. li. 2. Posteriorē V. C. 476, durante contra Pyrrhū bello. Meminit etiam Cicero lib. 2. de Oratore, falsè dictum Fabricij de eo referens. Censores eum Fabricius et Q. Aemilius Papus Senatu mouerūt, quod decē (noster suprà decē) pondo argenteorum uasorū possedisset: autores Valerius, Gellius, præterea Liuius lib. 14. (quod ex Epitoma intelligitur) Florus 1. 18. Actum anno V. C. 478. Ab hoc Cornelio Rufino sextum fuisse Syllam hūc, Paterculus affirmat. Porrò quod ad cognomētum Syllæ attinet, meam sententiam suprà exposui. Annotauit hic Amiotus, Syllam propterea à rubore faciei nomē hoc habere, q. Latinis ochra Syl dicatur, atq; illud pigmentum in ignem coniectum rubeat: unde etiam purpureus color, syllaceus Vitruuio appelletur. Cui cur nō subscribā, multæ sunt causæ. Primùm, sil per i, non y scribitur, apud Vitruuiū lib. 7. cap. 7. & 14. (sicut & apud Plinium ultimis duob. capitibus libri 33.) atq; etiam silaceus: ut parū hoc ad etymon uocis uideatur pertinere. Deinde ochra & sil idem nō sunt: quod patet ex eorū apud dictos autores descriptionibus, eoq; in primis, quòd ochra destitutis, sil in eius locū adhibetur. Tū si sil quoq; in ignem missum rubet, & syl sit scribendum: quid causæ sit cur non à natiuo potius colore (qui ochræ est flauus, seu pallidus) Sylla, quàm ab eo quòd isti pigmēto in ignē accidit, dicatur? Quod si sil natiuo colore purpureū colorem habere dicamus: non erit id extra omnem controuersiam, cùm quod de eius uiolacco colore Vitruuius dicit, id ceruleo pigmento Plinius quo dixi loco adscribat. Plura qui uelit, Philandri legat annotationes. Deniq; si ista cognomenti ratio fuisset, uix credo id Latinos scriptores, atq; adeò etiam Plutarchum fuisse prætериturum: cùm nō uno tantùm loco de eo dicat. Apparet certè σύλλαν, Syllā Græco sermone aliquid ex albo rubens significasse: unde antiquum Syllæ epitheton potuerit, quasi nouū, huic ob faciei colorē tribui. Nam de prima origine cogitari idem potest.

2 Sapientem fuisse Euripidem.) Alludit ad pulcherrimos eius in Phœnissis uersus, quibus à studio cõtendendi Iocasta, & ab ambitione dehortatur filiū Eteoclem, & ad æqualitatis studium adducere laborat. Noti sunt uersus, & ab optimis passim scriptoribus allegantur. φιλοτιμίαν. deam iniustam & perniciosam Eurip. ibi uocat: noster Δαίμονα, id est genium malum ac pestiferum.

3 Chalcidensem quendam.) χαλκιδέα. Existimo Chalcide Syriæ hunc oriundum fuisse: tametsi Stephanus χαλκιδικὸν inde deriuet. Sed eius regulæ non sunt edicta prætorum. Meminit huius Chalcidis, & regionis Chalcidenes, Plinius lib. 5. ca. 23. in descriptione Cœlæ Syriæ. Et Strabo lib. 16.

4 In societate magistratus.) nimirum consulatus. Socerū Syllæ fuisse Q. Metellum, paulo pòst ostenditur: collegam fuisse Syllæ in consulatu eius altero, cùm aliunde, tum ex Gellio cõstat lib. 15. ca. 28.

5 Apud Lauernam.) περὶ λαβέρνην. Lauerna dea fuit Romæ culta, furibus præsertim & impostoribus. Id cùm aliàs, tum ex illo Horatiano ad Quinctium patet:

Labra mouet, metuens audiri: pulchra Lauerna
Da mihi fallere, da iustum sanctumq; uideri:
Noctem peccatis, & fraudibus obijce nubem.

Hinc & Lauerniones (teste Sex. Pompeio Festo) fures dicti, quod in luco eius (quem uia Salaria fuisse Acron annotat) prædam diuiderent, siue (ut antiqui loquebãtur) lnerent. Veri proinde simile est, Lauernalem portam, cuius etiam Varro lib. 4. meminit, hic intelligi.

6 Legatum Albinum.) Is fuit A. Posthumius Albinus. Historia est in Epitoma Liuiana LXXV, apud Valerium Max. lib. 9. ca. de Temeritate, apud Orosium lib. 5. cap. 18.

7 Vt refert Liuius.) ὁ Τίτος. Liuium intelligo: tametsi liber is non extat, neq; eius rei in Epitoma mentio est. Incidit enim in librū LXXVII. Cæterùm Græcis, ac præsertim nostro familiare est, prænomina pro nominib. ponere, ut & in Quinctio Flaminino creberrimè, & aliàs. Quod ad uxores Syllæ attinet, equidem nō intelligo quæ fuerit Ilia ista, & omnino mendā esse puto: neq; tamē inuenio remediū. Consulē non quinquagesimo, sed undequinquagesimo anno factum, apud Velleium legitur.

8 Inter agrotum possessores.) Locus hic nō satis est apertus. opponit autē κτηματικοὺς, hoc est agrorū possessores urbanæ & forensi multitudini. et tamē mox χωρῖται et ἀγοραῖοι pro iisdē ponuntur: cùm antè uidebãtur ἀγοραῖοι oppositi τοῖς κτηματικοῖς. Sanè eos qui multum agri possiderēt, etiā in Agide & Ti. Graccho κτηματικοὺς noster palàm appellat. quos eosdē hic suspicari aliquis possit χωρίτας dici, παρὰ τὴν χώραν: quib. opponãtur forenses & urbani homines, qui sunt ἀγοραῖοι. Sanè & Guarinus κτηματικοὺς agrestes uertit: Ego (nihil enim diffitebor) qui passer urbanis, cicada agrestib. aut contrà congruat, non intelligo. Itaq; hic iudiciū meum

meum suspendo: & alijs, qui locum enucleabunt, nõ illibenter agam gratias.

9 Cùm Pompeio cõsulatum abrogasset.) *ἀπαρχόντα ποιήσας. quod quid sit, non planè assequor. Prætorem factum à Sulpicio Pompeium, Guarinus ait: nescio quid aut quem secutus. fortaßis ἀπαρχόντα scripsit Plut. id est, deiectum magistratu: sed id quo exemplo tuear, non habeo. Sententiã quidem eandem apud Amiotum reperio.*

10 Apud Picinas.) *Sic in Græco est: sed quæ sint istæ Picinæ, non scio. agrũ quidem Picenum intelligi non arbitror. Guarinus habet Triripa:*

11 Philonis armamentarium.) *ὁπλοθήκη. fuit autem receptaculum mille nauium, ualdè nobile & laudatum. Meminit Cic. 2. de Orat. & Plin. lib. 7. cap. 37. Valer. lib. 8. cap. 13.*

12 Arx Pasapotamiorum.) *Guarinus malè:* finitimo fluuio arx fuerat. *cùm urbis hoc esse nomen ostendat disertè Plutarchus. Eam in Phocide collocat Stephanus, Pausaniam secutus, lib. ult. Notum est autem, contiguas regiones esse Phocidem & Bœotiam.*

13 Q. Titium.) *Κόϊντον τίτον. τίτιον* legi. T. *Quintius erit legendũ. Qui in Græco est Σαμίνιος, eum Geminiũ uerti: tametsi etiã Gabinij nomen affine sit huic scripturæ.* Quod mox sequitur, utecq; autem idem uaticinium afferebat, *certè diuinaui ita, ut facilè sim ei assensurus qui aliquid melius & certius afferat: est enim locus mutilus, ut puto, & ambiguus. nam quis ipsis ea forma apparuerit, non apparet. ταῦτα περὶ τῆς ὄψεως. Malim ταυτά, pro τὰ αὐτὰ, id est eadem.*

14 Gallus & Hostensius.) *Galbam Guarinus posuit, secutus, opinor, Appianũ: nam in eius Mithridatico ita legitur. ac rursus infrà de prælio cum Telesino, ubi legitur βάλβος Balbus, interpres Galbam posuit.* Mox cum Hircio, *ἱέριον est puto ἵρτιον: ut suprà, quem Hircium uerti. Deplorandũ est, nomina propria ita deprauata esse: quæ unde emẽdemus, præter leues cõiecturas nihil suppeditat.*

15 Deliacus mercator.) *Δηλιακός. Hoc potißimum deriuari ab insula Delo. Stephanus ait, Videant lectores attenti, an à Delio potius Bœotiæ oppido originem trahat.*

16 Traiecit Ædepsum.) *ἀιδηψὸν. lege αἰδηψὸν ex ijs quæ à me in Stephanum περὶ πόλεων sunt annotata.*

17 Apud eam Nymphæum.) *Vide de hoc loco, quæ Dio noster habet libro 41. Meminit etiã Strabo lib. 7. & inter miracula Plin. cap. 106. lib. 2.*

18 Apud eam Fidentiam.) *φιδεντίαν. Appianus Alexãdrinus hoc apud Placentiã factum scribit. Sed neutrum locum temerè mendosum habebo. Nam in eadem Italiæ regione & Fidentiam fuisse, & Placentiam, scilicet in octaua, quæ Arimino, Pado & Apennino limitibus includitur, satis ex Geographis, præsertim Plinio patet 3. 15. Simile huius est, quod paulo infrà de Syllæ cũ Mario iuniore cõflictu legitur: ubi noster Signiũ, Appianus Setiũ habet: quæ fuisse uicina oppida, ex eodẽ Plin. apparet.*

19 Procrastinãdi occasiones.) *παραγωγὴν. alliciendi rationes Guarinus reddidit, non sine sensus detrimento. Est autem παράγειν, id quod Cæsar lib. 1. belli Gall. ducere exprimit: Cæsar ubi se duci diutius uidet, &c. Ne longè exempla petãtur, sic noster initio ferè Lycurgi est locutus: ὅτι ἡ παραγωγὴν ἦγε τὸ τόκου πλὴν αὔξησιν, de uxore fratris grauida, quam spe tollendi è medio fœtus usque ad partum ducebat Lycurgus. Hinc patet, quid sit hoc & similibus locis παραγωγή.* παράγειν, ducere.

20 XL hostiles aucupatus.) *πελειάδας ἐπὶ ταῖς τῶν πολεμίων. Guarinus πελειάδας uidetur legisse. quod ipsum si inuenissem, propter hæc uocabula ἠλαίων ὄρνεις suspectũ habuissem: ne quid aliud dicã. Iam ipsum uocabulũ πελαύνειν, quod est illicere & decipere, ideoq; aucupio ualde est accõmodatum, nõ modò à Suida & Varino explicatur: sed & à Scholiaste Aristophanis in Auibus, ad uersum,*

αὖθις ὑμεῖς αὖ παρ' ἡμῖν διδάσκετε πελαύνειν.

Meminit & Erasmus in Chiliadibus, prouerb. Columba sedẽs, cui, quòd apud Suidam ἡμένη πελειάς, ἡμερὴν mutandum autumat, neminem puto eruditum assentiri. Cætera malo ex ipsis, quos citaui, autoribus te petere.

21 Stationem ante urbẽ habuit.) *Hæc cùm ad Syllam referret interpres, miror quid uel legerit, uel cogitarit. Sed omnia errata notare, nimiæ est curiositatis.*

22 Metrobiusq; histrio.) *λυσιῳδός. Guarinus Bacchanaliorum cantorẽ uertit: nimirum eo (ni fallor) ductus, quòd λύσια quædam sacra apud Græcos in honorem Bacchi celebrarentur: quorum Suidas meminit. Ego aũt Athenæum sequor, qui lib. 14. ex Aristoxeno tradit, λυσιῳδὸν uocari eum, qui masculino habitu mulierũ gestus exprimat: quod ipsum ex Athenæo Eustath. in penultimum Vlyssea annotauit. Histrio autem tametsi generale est uocabulũ, tamen quia aliud non est in promptu, boni consulendum opinor. Cantorem uertit Amiotus.* λυσιῳδός.

23 Dicæarchensium.) *Id est, Puteolanorum. Id & Guarinus extulit, & Plin. testatur cap. 5. lib. 3. & Appianus sæpe: præsertim etiam lib. 5. bell. Ciuil. Puteolos ita appellat. Puteolis autem mortuus est Sylla: autor de Viris illustribus.*

IN CIMONEM ANNOtata ab Interprete.

CIMONIS *ætas satis illustris est, bello præsertim Persico aduersus Xerxem. De patre eius Miltiade, & matre Hegesipyla, legi potest Herodotus libro sexto.*

1 Coalemi.) *κοάλεμος. Vocabulũ ductum παρὰ τὸ κοεῖν & ἀλᾶσθαι, quod est errare, & mentis impotem esse. Eustathius annotauit in Iliad. 6.*

sic &

& sic etiam interpres Aristophanis in Equitibus, exponens oraculi uersum:

Γαμφηλῇσι δράκοντα κοάλεμον αἱματοπώτην.

2 Olim Pisianactios.) Iustinianus Plesianactiū habet, nescio quid secutus: & ne mendum typographi crederem, facit quòd idem est apud Amiotū. In Græco est Πλησιανακτίῳ, Plesiactio: quasi dicas, quæ uicina sit littori. Sed ex Pausaniæ Atticis diuersum apparet. Apud Diogenem Laertium libro septimo in uita Zenonis legi, porticum eam antiquitùs Peisianactiam appellatam: inde à pictura Polygnoti Pœcilen (id est uariam) dictam fuisse. quod & Suidas & alij habent: & nomen Pœciles eodem modo interpretatur ipse Pausanias. itaq; hic in Plut. mendum est, τῇ πλησιακτίῳ τότε καλουμένῃ, reponendumq́;, Πεισιανακτίῳ, uel (ut Suidas et Varinus scribunt) Πεισιανακτείῳ. Meminit rei de qua hic differtur, Plinius etiam libro 35. cap. 9. In pentametro aūt Melanthij uersu, mendosa est ultima uox ἀγοραῖσιν: sed aliam substituere non ausim.

3 Palàm contractis nuptijs.) Autor libelli de Viris illustribus ad Atticū, siue is omnino est Aemilius Probus, licuisse Atheniensibus eodem patre natas uxores ducere affirmat. Quod tametsi scio quosdam nō indoctos homines in dubium uocare, ac maximè eo niti argumento, quòd Cimon ob consuetudinem sororis Elpinices præsertim apud ciues culpatus, adeoq́; etiam testularum iudicio in exiliū actus perhibeatur: tamen eorum est ueritati posthabenda autoritas. Non enim quòd matrimonio sibi eā iunxisset Cimon, ideò accusatus fuit: sed quòd ea citra nuptias abusus credebatur, quod facilè ex Plutarchi uerbis intelligere quiuis attētior poßit. & apud Athenæum quoque huius rei mentionem libro 13. inducentem, nō simpliciter est τῇ ἀδελφῇ συνόντος: sed additum παρανόμως, quod opus nō erat, siquidem omnino & quouis modo corpus cum sorore miscere apud Athenienses uitio fuisset datum. Et uerò idem noster Plutarchus in Themistocle refert, huius filium Archeptolim, sororem suam Mnesiptolemam, alia matre Themistocli natam, in matrimoniū duxisse: eo scilicet exēplo, quo Aemilius Atheniēsib. uti permissum scripsit. Quod monere uolui, ne quis temerè secus de bonorum autorum dictis statuat.

Coniugiū cū sorore.

4 Vt lapideas Mercurij statuas.) Positæ sunt Athenis in porticu Mercuriali. Vide hac de re orationē Aeschinis in Ctesiphontem: ubi et hæc carmina recitantur, etsi paululum aliter quædam legantur. Quod de Menestheo citatur Homeri preconiū, est lib. 2. Iliadis, in Claßis recensione.

5 Curialibus suis Laciadis.) Idem hoc ex Theophrasto refert Cicero, lib. 2. de Officijs.

6 Agesilae etiam.) Pentametrum oportet esse: itaq; sic scriptum ab autore opinor:

Νίκας ἀγησίλεω τῶ λακεδαιμονίω. In Cratini uersib. pro κἀτω γαρ ἔυχουν, scribēdū est, κἀγὼ, &c.

7 Auriq; metalla.) τὰ χρύσια, mallē χρυσεῖα. sic et suprà eodem libro, de Thucydide. Iustinianus utrobiq; Chrysia posuit, quasi nomen proprium esset. notæ autem Thasiorum sunt diuitiæ, & istorum locorum metalla.

8 Rustici enim.) ἰδιῶται. intelligit autem seruos Lacedæmoniorū, qui ipsis agros colebant, Helotas. Loquitur enim de bello, quod ij Messeniorum auxilio contra Spartanos, eorum rebus terræ concußione afflictis, susceperunt. cuius etiā in Lycurgi uita est facta mentio.

IN LVCVLLVM ANNOtata ab Interprete.

QVæ sequuntur in hoc opere Romanorum uitæ, ad idē propè tempus pertinent. Nam Gracchis exceptis, qui Lucullum ac cæteros, & ipsum etiā Syllam non ita multum ætate antecesserunt, reliqui omnes Syllam statim subsecuti sunt: eoq́; ferè ordine, quo eorum uitæ hic exponuntur, claruerunt, bello cùm Mithridatico, tum ciuili Pompeiano, et quæ id subsecuta sunt, nobiles. ut non opus habeam de eorū porrò æqualib. aut ætate plura annotare: cùm nihil ista tempestate sit in historia Romana celebratius, atq; notius.

1 De publico crimine accusaret.) Ita propè ad uerbum est in Græco. Quod autē hic ἀδικεῖν δημοσίᾳ dicitur, Iustinianus peculatū in specie expreßit, idq́; Amiotus etiam habet (in Pompeio aliter describitur peculatus: disertè enim dicitur κλοπῇ δημοσίων χρημάτων) ego malui relinquere in genere. nihil enim mihi constat de eo crimine, quod à Lucullo intentatum Seruilio sit. Cicero in Acad. quæst. editionis prioris libro 2. qui Lucullus inscribitur, mentionem huius rei facit: sed neq; reum, neq; crimen nominat. in oratione aūt de Prouincijs consularib. inimicitias Seruiliorū & Lucullorū grauissimas commemorat. Quod de accusationib. hic dicitur, idem lib. 2. Officiorum copiosè explicat.

2 Thynnus uelut.) Θύννος βολαῖος πέλαγος ὡς διεγρίζει. Iustinian. malè, thynnus irretitus. Senarius est iambicus, nescio unde deprōptus. Thynnus piscis dictus est παρὰ τὸ θύνω, τὸ θύω, ὅ ἐστιν ὁρμῶ, à dando impetu, & motus uehementia. nam sub ortum Canis œstro agitatur. Multa de eo ex Aristotele & alijs habet Athenæus lib. 7. haud pauca Eustathius in ξ'. Iliad. & μ. ac χ. Odyß. qui quidem etymologiam istam confirmāt. βολαῖος nō irretitū, sed incitatū siue impetuosum significat. παρὰ τὸ βολὴ, iactus: teste eodē Eustathio. τρέβειν satis notum est uocabulū. Sēsus itaq; est, quemadmodū thynnus œstro suo incitatus per mare se cū impetu fert, idq́; cōturbat: ita cōsueuisse suis orationib. forū Romanum oratores cæteros concitare. Id quoq; quod statim infert, αὖος ἀπαισίας τιθεννάς, ex aliquo poeta puto esse desumptum: & nisi fallor, etiam alibi legitur. Sed non succurrit.

Græcis

3 Græcis myoparonibus.) *Annotator margini alleuerat, nauigij esse genus: idq; ex Suida. quasi uerò id non unus quilibet statim potuisset intelligere. Nauigium fuisse piraticũ, uel ex Cicerone constat, qui in Verrinis ei piratici adiectiuum adiungit, ut & paulo infrà* λῃστρικὸν μυοπάρωνα *dicit* Plutarchus: & *lib.3.* de Repub. *quem locum, & alium Sallustianũ, citat* Nonius Marcellus. Sex. Pompeius *ait, nauigium esse ex duobus dissimilibus formatũ, mudio & parone. Ego quidem utrunq; esse nauigij genus scio, & utriusq; eo nomine mentionem facit Gellius lib.10.cap.25. ut uerò myoparon inde componatur, uel uox, uel nauigium, non intelligo.*

4 Amium ducemq;.) L. Valerium Flaccũ cõ*sulem. uide Epit. Liuianam 82. & paulo pòst ipsum Plutarchum.*

5 Deinde Neoptolemum.) *Interpres hũc locum peruertit, et aliò transtulit, quæ perspicuè ad Neoptolemum pertinent.* ἀκατιδὼν *autem* negligens *transtulit, negligens ipse. Est enim* ἀκατιδεῖν *non despicere, sed conspicere aliquid. Lectum promontorium est, Aeolidem à Troade disiugens. Plinius 5.30. & alij.*

6 Propugnandum pro Bithynia.) προπολεμοῦντα τῆς Βιθυνίας. *Iustinianus*, debellãdam Bithyniam. *quòd si legisset* προσπολεμοῦντα, *tamen constructio eum poterat monere, id uerum non esse. hoc enim uerbum cum datiuo construi, notissimum uel ex nostro autore est: cum hic patrius sit casus. Ne dicam notũ esse ex historia, Bithyniam tunc fuisse* Romanorum. *Paulo pòst Fimbrianos milites affectasse* imperium *dixit: quod neq; uerba Plutarchi habẽt, et falsum est. Sed persequi omnia id genus* σφάλματα, *aut etiam pleraq;, nimis est longũ.*

7 Mario tamen, quem Sertorius.) *In uita Sertorij à nostro hic M. Marius appellatur. Et quidem etiã alij, Marij præter magnũ illum, ac* VII *consulatibus insignem Marium, Romanis fuerũt, ut* Gratidiani. *Sertorius autem cum à partib. Marij steterit, uerisimile est eum istos secum inter alios habuisse, quos proscripserat Sylla. Apud Appianum in Mithridatico legitur M. Varius.*

8 Et ad extremum addicti.) αὐτοῖς δὲ τέλος μὲν ἦν προσθέτοις γενομένοις δουλεύειν. *Iustinian. malè*, Tributi uice impositũ erat illis *quasi* τέλος *hic non sit aduerbij loco positũ, & postremũ significet. Quidam in Lexico Græco ex his uerbis (citat enim locum) colligit ac docet,* προσθέτος *aliquando esse, id quod Latinis creditor. id & innumera alia, magnam temeritatem imperitiamq; hominũ arguit. Est autem similis dictio, ac cum dicitur,* συνέβη αὐτῷ αἰχμαλώτῳ γίνεσθαι, *accidit ei ut in bello caperetur, & similia: quorum ratio in Grammaticis exponitur.* προσθέτος *autẽ nihil est minus quàm creditor. cum aũt significat, qui ære alieno obligatus, cùm soluẽdo non sit, creditori addicitur* (προσί-

προσθετος, προσθίνω.

θεται) *& in seruitutem ei deditur. Latini addictum appellant: & ipsa res, addicere. Quod multis locis Ciceronis, & Liuij præsertim lib.2. & 6. demõstrare possem, si res adeò esset obscura. nam & hoc notum est, inde factum, ut qui summo studio & opera aliquem colunt, ei' ue inseruiunt, eos addictos appellemus illi. Hoc modo, et simili origine ac ratione, autor noster de Antonio Cleopatræ dedito, & quasi mancipato dicit,* ὁ δὲ οὕτως ἄρα ἦν προσθετος τῆς γυναικὸς, *&c. Antonius uerò adeò Cleopatræ addictus erat, ut &c. Assèclam in Lexico, & comitem ineptè uerterunt.*

9 Consueto uiuendi loco.) ἐκίνησεν ἐξ ἠθῶν, Ex Ethis amouit, *interpres.* ἦθος *nõ modò significat morem, ingenium, indolem, & similia: sed & locum eum, in quo aliquis uitam degere consueuit. sicut Arabes illi in suis tabernaculis, & Scythæ* ἁμαξόβιοι *in suis plaustris, Troglodytæ in cauernis, &c. Virunq;* παρὰ τὸ ἔθω *est, &* τὸ ἔθος. *Sic & Herodot. lib.1. usurpauit:* κιμμέριοι ἐξ ἠθέων ὑπὸ σκυθέων τῶν νομάδων ἀναστάντες. *& alij. Atq; etiam* Homerus *Iliad.* ζ. *Sub finem,*

ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα, καὶ νομὸν ἵππων, *de equo à præsepi liberato. & Odyss.* ξ'. *de suum stabulis:*

τὰς μὲν ἄρα ἔρξαν κατὰ ἤθεα κοιμηθῆναι.

ἦθος.

10 Tribunorum plebis L. Quintius.) ἕνα τῶν στρατηγῶν λ. κόϊντον. στρατηγὸς *crebrò ponitur pro eo quod Latinis est prætor. Sed hoc loco arbitror generalius sumptum, ac etiam tribunorum plebis attributũ. Nihil enim hæc ad prætores: et quidem non modò hic dicitur tribunos plebis Romæ Lucullum traduxisse, sed & Sallust. lib.5. (citatur locus à Prisciano) lege Gabinia ait successorem Lucullo missum* μ' *Acilium Glabrionem consulem. fuisse autem tribunum pl. Gabinium, ex Dione & alijs constat. Similis locus est in Cicerone de Roscio, qui gradus equitum in theatro distinxit, M.* ὄθων στρατηγῶν: *cùm fuisse tribunum plebis ex Liuij lib. 99. & multis alijs sit notissimum autoribus. In Græco hic cùm essent duo prænomina, ex altero nomen feci: tametsi fateor, nihil mihi de L. hoc Quintio constare.*

στρατηγὸς.

11 Horatius.) *lib.1. epist. ad Numicium.*

12 Vectium quendam.) βέττιον. *inde Iustinianus Bruttum. est autem L. Vectius, de cuius à P. Clodio ad hoc subornati indicio Cic. sæpe, præsertim in Vatinium, pro Sestio, & lib.2. ad Atticum, Appianus lib.2. Dio lib. 38. alij.*

13 Cornelius Nepos.) *Amatorio ueneno perijsse Lucullum, testatur etiam Plinius lib.25. cap.3.*

IN COMPARATIONEM.

1 Plato Orpheũ.) *Locus est ualdè elegãs lib. de Repub. 2, ubi Hesiodi etiam; Homeri, Musæiq; de felicitate defunctorũ nugæ refelluntur. alterũ Platonis dictum de exostracismo Cimonis, est in Gorgia.*

IN

IN NICIAM ANNOTATIONES Interpretis.

Nicias Athemensiũ dux, Alcibiadis æqualis fuit, belloq́; Peloponnesiaco perijt in Sicilia.

1 Sæpe ad Xenarchum delabitur.) ὑπορρέων εἰς τὸν ξέναρχον. *Est hoc obscurũ: & omisit proprium nomen Guarinus. Comicum fuisse Suidas ait, citatq́; haud paucos eius uersus hinc inde Athenæus. Mimos eum scripsisse Aristot. initio Poetices affirmat, sicut & Sophronem & Sotadem: quod cum prioribus non pugnat, quando Sophronis etiam comœdias Athenæus nominat. neq; obstat, quo minus idem genus scripti utrunq; coluerit. Cæterùm ex his quæ extãt Xenarchi reliquijs, nihil de hoc loco possumus statuere: melius fortaßis iudiciũ facturi, si mimorũ aliquid extaret. Videtur autem allusio ista, uocabulorumq́; ad suam etymologiam applicatio à Xenarcho usurpata fuisse: quæ ut comœdiam mimumq́; deceat, tamen seriæ historiæ parum conueniat. nam Timæus etiam in* νικίαν παρὰ τὴν νίκην *nomine luserat, & ad Hermocratem Hermas detorserat: quòd in historia* βάναυσον, *in comœdia non indecorum est, si tempestiuè adhibeatur. quo modo ille Plautinus parasitus Peniculi nomen habere se dicit, à detergẽda mensa.*

2 Stupidi autem hominis.) *Hæc mirificè peruersione sua obscurauerat Guarinus. Est autem duplex reprehensio Timæi, quòd & de elocutione cum Philisto contendisset, & ea quæ nulla imitatione poterat æquare, superare instituisset: quorum alterum leuiculũ, alterum etiam stultum Plutarchus iudicat. Paulo pòst idem Thucydidem cum Pericle ait Reip. profuisse, &c. cum aduersarius eius fuerit, & plerunque ei repugnans, in exilium tandem ab eo sit actus.*

3 Vt Thucydides.) *libro septimo, ubi de eclipsi solis refert.*

4 In Marica.) ὁ μαρικᾶς, *Maricas, comœdia fuit Eupolidis, scripta in Hyperbolum Atheniensem: de quo Plutarchus cùm alibi, tum hoc etiam ipso libro. autor Scholiast. Aristophanis in Ranis. Barbarum esse uocabulum, & patrium casum* μαρικᾶντος *habere, Eustath. in β. Iliad. ex Herodiano scribit. alij* κίναιδον *exponunt. Cæterùm hi uersus propter omißas personas, & quia antecedentia ac sequentia desunt, perobscuri sunt: ut æqui esse debeant, si quibus non satis fecimus. Distinxi personas literis adiectis.*

5 Apud Aristophanem.) *In comœdia quæ inscribitur Equites. est autem lapsus memoriæ: non enim Cleonis sunt, sed Agoracriti seu Allantopolæ uerba, respondẽtis Cleoni. Cæterùm quæ paulo pòst Agamemnonis uerba citantur ex Euripide, in Iphigenia sunt Aulidensi. Leguntur uerò aliter, aliamq́; efficiunt ibi sententiam. Est enim ibi non* ὄγκον, *sed* δῆμον: *non fastum, sed populũ. & pro* τῷ δ' ὄχλῳ, *est* τῷ τ' ὄχλῳ, *ac turbæ. Sicut &* προστάτην γε *legitur, non* δέ. *Omnino autem is locus uidetur totus eò referri, ut ostendat Agamemnon suam (ut principis) uitam totam à populo pendere, eiusq́; esse uoluntati accommodandam: itaq; ne flere quidem sibi, & suam calamitatem deplorare permissum, quod cuiuis liceat de uulgo. Nulla ibi* ὄγκου *uel maiestatis mentio.*

6 In Pachetem.) *In Græco mendosè* λάχητα, *pro* πάχητα, *quod secutus est Amiotus: nam Guarinus, Lachitam finxit. Loquitur autem de Pachete Epicleri F. qui Lesbum recepit. Vide Thucydidem lib. 3. Diodorum lib. 12. & nostrum ad finem Aristidis. Sed & reliquæ historiæ ex Thucydide præsertim repetendæ sunt: quas peruertêre interpretes, pro Delio Bœotiæ insulam Delum ponendo. De Pylo Thucyd. lib. 4. initio.*

7 Multa uenena.) *Versus est de Aegypto, ex Homeri Vlyssea lib. 4.*

8 Hyperbolus.) *Vide suprà in Alcibiade. Fuisse fabrum lucernarum, & pro ære plumbum supposuisse, ut eo plus appendentes maius precium ferrent, annotauit aliquoties Aristophanis interpres. Idem in Vespis refert, ex Andocide patrem eius stigmatiam fuisse, & in secturis argentarijs populo seruiuisse: & ex Thepompo, ipsum Hyperbolum sexennali ostracismo patria eiectum, in Samo mortuum, eiusq́; cadauer utri inclusum in mare abiectum fuisse. Quod autem carcerem & compedes dixi, in Græco est* κύφων, *uox ducta* παρὰ τὸ κύπτειν. *Erat autem lignum, quod aliàs* κλοιὸς *dicitur, cui sontes ita illigabantur, ut collum eorum deorsum comprimeretur, neq; suspicere possent. Latinorum numella simile nonnihil habuisse uidetur.*

Hyperbolus.

κύφων.

9 Loco quindecim ducum.) *Ita perspicuè in Græco est, & apud Thucydidem lib. 6. Guarinus additos tres prioribus x v falsò dixit: ac de suo addidit, iurare eos coactos, statim finito bello se imperio abdicaturos.*

10 Occupauerit Epipolas.) *Pars est Syracusarum, de qua etiam aliàs. In Græco mendum est* ἐπιστολάς: *quod secutus Guarinus, nescio quid epistolarum de Niciæ aduentu commentus est. Porrò Thapsus peninsula est propinqua Syracusis, in angusto sita isthmo, & ad mare porrecta. Thucyd. prope finem lib. sexti, in huius rei descriptione. Cuius haud scio an meminerit Maro lib. 3. Aeneidos hoc uersu, Pantagiæ, Megarosq́; sinus, Thapsumq́; iacentem.*

11 Per ocium se deliberaturum.) βουλεύσεσθαι καθ' ἡσυχίαν. *Guarinus, statim: quod est contrarium. Iam quæ de Demosthene inseruntur, omnino sunt eius in uersione deprauata.* κατευτυχεῖν τῇ γνώμῃ *facilè apparet esse, sententiam suam cum bono aliquo & cõmodo eorum quorum interest obtinere: & particula* ἰδὶ *non ad* ἐπαύσατο, *uerùm ad*

κατευτυχήσαι pertinet. Legẽdum porrò multitudinis numero συνεχώρησαν, & ad ἄλλοις, id est collegas Niciæ reliquos referendum.

12 Rotæ.) εἰς τὸν τροχὸν καταδεθείς. Guarinus malè, carcerẽ. Erat autem rota quæstionibus & tormentis inseruiens, cuius etiam prope finẽ uitæ Phocionis meminit noster.

IN CRASSI VITAM INterpretis Annotata.

QVod initio statim huius uitæ uerba hæc Plutarchi, ἀποθανόντος δὲ τοῦ ἑτέρου τῶν ἀδελφῶν, τῇ γυναικὶ συνῴκησε, καὶ τοὺς παῖδας ἐξ ἐκείνης ἔσχεν, οὐδενὸς ἧττον καὶ περὶ ταῦτα, &c. non Guarinus modò, sed & Amiotus ita interpretatur, ut dicant Crassum fratris sui defuncti uxorem in matrimoniũ duxisse, ex eaq; liberos procreasse: non ita leuis est momenti error, neq; dißimulandus fuit. Nam neq; scripsit hoc Plutarchus, neque usitatum hoc Romanis eo tempore fuit, atq; haud scio an ne unquam quidem. Non nego uerbum συνοικεῖν aliquando esse, uiuere cum altero in matrimonio, idq; tam de uiris q̃ mulieribus dici, ehlich beywonen: nunquam aũt id uerbũ sua prima significatione & simplici accipi, quæ est, eadẽ uti domo & habitatione, pernego. quid enim fiet uocabulo συνοικία, quod inde ductũ magni est usus? Ergo uiduã illam Crassus secum in ædibus, eiusq; etiam liberos retinuit: quod fuit humanitatis. ut aũt coniugium contraheret cum ea, & liberos procrearet, nihil attinuit. Et quidem uel articulus in uerbis τοὺς παῖδας ostendit, dici de fratris liberis: nam si ipse Crassus liberos sustulisset, scripturus fuit Plutarchus, καὶ παῖδας (nõ τοὺς, quod priores demonstrat) ἔσχεν, additurusq; nimirum ἐξ αὐτῆς. Quæ (inquis) ergo laus hic σωφροσύνης seu continentiæ siue modestiæ Crasso tribuitur? Equidem ea (nisi fallor) quæ ex obiecto ei deinde stupro Vestalis intelligi poßit. quasi diceret Plutarchus, ita eum habitasse cum fratris uidua, ut modestiæ & pudicitiæ laudem mereretur, quanquã ea ætate quæ ad libidinem propensior habetur: eum quidem deinde in suspicionem incesti cum sacerdote concubitus uenerit. Hanc arbitror germanam & minimè insolentem monstrosam'ue uerborum Plutarchi esse sententiam.

1 Aedificandi studio laborantium.) ἔλεγε τοὺς φιλοικοδόμους αὐτοὺς ὑφ᾽ ἑαυτῶν καταλύεσθαι χωρὶς ἀνταγωνιστῶν. Non possum excogitare quid uel fugerit hoc loco, uel secutus sit Guarinus: adeò nullum eorum quæ dixit Plutarchus, uestigium in eius interpretatione reperio. quid enim est hic de areis quas ille ciuibus suo ipsorũ arbitratu concederet, fabrosq; suos præberet? Et quidem satis perspicua est sententia Græcorum uerborum.

2 Miseram profectò Alexandri.) Haud scio an is sit Alexander Milesius, qui & Polyhistor & Cornelius est dictus, & uixisse Syllanis temporibus fertur apud Suidam. Certè exclamatio hæc magis reprehendentis rigidam Alexandri philosophiæ rationem, quàm laudantis est: quod uel uocabulum τλήμων ostendet. Porrò πίλον in genere uideatur posse uerti, id quod nos ab iniuria aeris tuetur, supernè impositum. Ex libro Varronis de Latina lingua quarto apparet, lecticam id uocabulum significare: cùm doceat, Latinorum segestriam, id est lecticam, inde uideri natam. Guarinus pileum: quem alter secutus est.

3 Cùm Tuder Vmbriæ urbem.) τουρδετίαν habeo in Græco. Guarinus autem Tudertiam uerterat: quod, ut non rectum, notauerat quidam in margine. Ego tamen suspicor legisse eum (sicut legit Amiotus) τυδερτίαν. Quomodo Vmbriæ urbs ea potuit efferri à Plutarcho, quam Plinius (quem ego hic secutus sum) Tuder appellat, in Vmbriæ descriptione, 3.14. Apud Ptolemæum quoque libro Geograph. tertio, in recensione urbium quas Vilumbris (sunt autem, quàm Vmbri, orientaliores, ὡς εἰπεῖν) attribuit, mendose legi suspicor Turde, τοῦρδε, pro τοῦδερ. nam longitudo loci & latitudo, adscriptæq; uicinæ urbes satis ostendunt, esse eundem cum Pliniano. Apud Strabonem libro quinto legitur τυδερουίλλνις πόλις καὶ εἰσουΐλλου, &c. mendose quidem, sed tamen ut τοῦδερ nominari satis pateat. inde Tuders dicitur. Tudertibus & Amerinis arma in cœlo concurrentia spectata tertio Marij consulatu, Plinius refert capite quinquagesimoseptimo libri secundi.

4 Onatius Aurelius.) Sic est in Græco. in Pompeio, ubi idẽ refertur, C. Aurelius dicitur: quod & malo.

5 De Catilina quæsitas * * quo indicio.) ἐπιστολὴν κομίζοντα περὶ τοῦ κατιλίνα, καὶ ζητουμένην, ὡς ἤδη βεβαιοῦντα. Satis est apertum, locum hunc esse deprauatum. Corradus Plutarcho nimis (opinor) infensus, cùm uaria conquisiuisset quæ ei obijceret, etiam ἐξ αὐτοῦ τοῦ βοὸς quædam arripuit: inter quæ & hic locus est. Ait enim à seipso Plutarchum dissentire, qui cùm in Cicerone hanc epistolam dicat fuisse ἀδέσποτον, hic eam missam à Catilina testetur. Quomodo hoc Corradus ex his uerbis collegerit, non uideo. nam quod nos mendose legimus καὶ ζητουμένην, ipse missam uertit: fortaßis arrepta ex mendo cauillandi occasione. Profectò autem περὶ κατιλίνα non est à Catilina, sed de Catilina: ut ne si πεμφθεῖσαν quidem, aut γραφεῖσαν, aut quidquid tandem tale uelit, loco horum uerborum reponat, tamen euincere poßit hoc Plutarchum hic dixisse, à Catilina scriptam uel missam epistolam fuisse. Quòd si ergo in ea à Crasso ad Ciceronem allata epistola de Catilinæ consilio & machinationibus aut coniuratione aliquid renunciabatur (sicut Amiotus uertit in ijs literis fa-

ctam

ctam de Catilina mentionem) quid obstabat, quo minus & incertus eius esset ut tabellarius, ita etiam autor, & Romæ etiamnum commorante Catilina, Crasso aliunde afferretur? Ne dicam necessarium hoc non esse, ut de eadem epistola hic locus intelligatur omnino, de qua in Cicerone dicatur: & quidē non unica ibi, sed plures commemorantur. Locum asterisco signaui: mendum tollet, qui librum meliorem habebit.

6 Sortiti, Syriam Crassus.) Quæ sequuntur, ad finem usque Crassi, iisdem propè omnia syllabis in Parthicum Appiani librum sunt translata. Estq; utile conferre utrunque codicem. ego diuersitatē lectionis annotare hic supersedeo. In uertendo secutus id sum, quod uidebatur mihi commodum & rectum. quod cur ita sentiam, in Dionem quædam annotans indicaui. Guarinus sententiam hic inuertit, inuisam omnibus fuisse sortitionem istam scribens. Hic est ἐν κλήροις, apud Appianum uerò ἀκαιρίαις. & quidem perspicua est sententia. Cùm enim omnino esset Pompeio ab urbe in alterutram prouinciam proficiscendum, non ita procul abfuit Hispaniam tenens, etiamsi in eam abiisset, quàm si in Syriam iret. Iam quod sequitur οἱ ἀλλοτρίοις καὶ πολλοῖς ἡσυχίαν ἄγειν, intelligitur facilè, cum uix suam iactantiam & nugas apud alienos, nihilq; ad se pertinētem hominū turbam repressisse, quam effundebat apud domesticos. Guarinus mirum in modum hic oscitauit.

7 Imperatorem se.) Imperatoris nomen à militibus non nisi magna aliqua & ardua re gesta confectaq;, duci Romanorum solebat tribui. Quo maior apparuit Crassi pusillanimitas, qui urbe modò direpta id nomen sibi imponi pateretur: nimirum qui non speraret, se magno aliquo facinore id posse consequi. Quæ de Imperatoris nomine dixi, ex historia Romana non sunt obscura. Cicero ipse rebus in Cilicia gestis Imperatorem se dictum à militibus suis, ostendit ad Cælium Rufum ædilem curulem designatum scribens. Epistola nona libro secundo Famil. & huius moris meminit, explicatq; obiter eum in Philippica XIIII. Apianus libro secundo Bellorū ciuilium, ait quondam omnibus præclarissimis facinoribus id nomen obtigisse: suo tempore ei tributum, qui de hostibus decem millia strauisset. ubi de Curionis in Africa rebus gestis loquitur. Varro libro quarto de lingua Latina: Prætor (inquit) dictus est, qui præiret exercitui: Imperator ab imperio populi, qui eos qui id attentasset oppressi hostis. Mendosa quidem hæc sunt uerba: sed ex quibus colligere tamen possimus, eum qui rem imperio populi dignam, & ad eius defensionem incremētum ue facientem confecisset, Imperatoris nomen meruisse. Cætera mitto. nam ne hæc quidem fuissem annotaturus, nisi interpretis error huic loco me lucem afferre iussisset: qui neq; consecutū id nomen Crassum dicit, cùm quidem ob acceptum id suggilletur: & cætera peruertit.

Imperator.

8 Deæ, quæ Hierapoli.) Iunonis nimirum Assyriæ. Vide omnino Luciani libellum περὶ Συρίης θεῦ.

9 Iuxta Zeugma.) Vrbs est Euphrati imposita fluuio, nobilis apud Geographos & historicos, ob pontem ibi in Euphrate ab Alexandro Magno factum ex catenis. Guarinus fluuium quendam obscurè dixit.

10 Lentes & salem.) φακὸς καὶ ἅλας. apud Appianum, etiam in codice manuscripto, φακὸς καὶ μᾶζαν legitur. pro quo libum, aut aliquid tale licet intelligi, ex farina & humore seu liquore aliquo compactum. quod genus inferiis adhibitum fuisse notum est: sicut & hoc, salem omnibus sacrificiis aliàs solitum fuisse usurpari.

11 Ariamnes.) Is est, qui apud Appianum Ἄκβαρος legitur: apud Dionem lib. 40. Αὔγαρος, Augarus. de quo ibi monui.

12 Immensis solitudinibus.) θινῶν τινῶν. ὁ θὶν (nam paulo inferiùs est θῖνας ἄμμου κονιορτὸν ἐπαγούσας) aceruum seu cumulum arenæ significat: quomodo θῖνες ὀστέων etiam apud Eustathium leguntur, & apud Lycophronē θῖνες πυμάτων. Guarinus æstū uertit, nescio cur ita. Appianus nō habet θινῶν (& quidem θινῶν erat scribendum) sed χῶμα δεινῶν ἐρήμων, solitudinum horribiliū. quæ lectio uidetur sanè commodior, eamq; sum secutus.

13 Ac rectè quidem intellexerunt.) Persequi omnes interpretis lapsus, breuitatis causa supersedeo. hæc autem non inelegans sententia est ab eo omissa: quia (opinor) cum eam in Græco deprauatam offendisset, difficultate emēdandi laborabat. quanquam ea magna non est, sensum intuentibus. Cæterùm ne coniecturis ullis opus esset, Appiani Parthicus facit, ubi hæc rectè leguntur ita: ἀγνοοῦντες μεμιγμένον, οἱ τοῖς συντυχοῦσιν, ὅτι τῶν αὐθιγενῶν τρόπων ἀκοῦ ταραχωδέστατον, &c.

14 Siue quod incompositum agmen.) εἴτε συντάγμασιν ἐντυχόντες. ita uertendum putaui, ut aliquis saltem esset sensus: quasi diceret, cùm essent experti uim Romani equitatus ordinibus suis stipati. Quod Guarinus dixit, Præ timore ad suos reuersuri, nihil habet Græcis uerbis affine. Sanè apud Appianum non συντάγμασιν est, sed τέλμασιν, id est locis palustribus. quod hic locum mihi habere non uidetur. mox Megabacchus nominatur: nomen haud scio quàm Latino conueniens, aut Romano homini. Interpres Cn. Plancum habet, nescio unde petitum.

15 Ichnas.) ἰχνάς. legendū ex Appiano Ἴχνας. Dio uidetur Ichniam nominare.

16 Pernoctauerunt.) ἐπαυλισάμενοι. Tibias hic nescio quas & cantus Guarinus commentus est, perinde atq; obscurum si esset quid sit ἐπαυλίσασθαι.

17 Expresſiſſe Aeſopū Seleucienſes.) *Alludit ad feſtiuißimum Aeſopi apologū, qui extat apud Stobæum in hanc ſententiam. Vnumquemlibet hominem duas geſtare manticas, in pectore alterā, alteram à tergo. in hanc eum ſua, in illam aliorum uitia atq; peccata reponere. inde fieri, ut aliorum crebrò, noſtra nunquam aut rarò perſpiciamus delicta. Poſſem de hac re multa in medium proferre, niſi aliud agerem.*

IN EVMENEM INTERpretis Annotationes.

Vmenes hic (nam fuerunt & alij hoc nomine) unus fuit de ſucceſſoribus Alexandri Magni: ut facilè, cum quibus uixerit, ac quo tempore, appareat. Multa de eius rebus geſtis ſunt apud Diodorum Siculum lib. 18. & uita eius etiam in libello Aemilij Probi (ut fertur) continetur deſcripta. Cardia autem patria eius, urbs eſt Cherſoneſi Thraciæ non obſcura. Amiotus Sertorij uitam huic præmiſit: & quia hæc incipit, εὐμενῆ ἦ, &c. cogitare poſſit aliquis, non abs re id factum: ac fortaſsis ita in alijs Græcis codicibus reperit ordinatas. Ego meum ſecutus ſum: neq; quicquam eſt periculi.

1 Regis ſocios.) *Ita uocātur ij quos aulicos nos (puto) non incōmodè diceremus. Erant autem principes Macedonum, quorum pleroſq; Arrianus commemorat.*

2 Ipſe agemate trecentorum.) *ἄγημα uocabulū tale eſt, quod conſultius ſit relinquere (quod uideo etiam optimos ſcriptores feciſſe) quàm uel agmen, uel quiduis aliud eius loco ponere. eius generis ſunt etiam phalanx, ſariſſa, & multa alia. ἄγημα (inquit Appianus in Syriaco) ἀνὴρ ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, καὶ παρ' αὐτὸ ἄγημα λέγονται. equites ſunt delecti, atq; inde eis nomen. Vſurpat etiam Liuius hoc nomen, & uerò ita, ut pateat tam de peditum lecto agmine, quàm de equitatu accipi. Plura huc conferre ſuperſedeo.*

3 Villas, & arces.) *ἐπαύλεις καὶ τετραπυργίας. Ad uerbum eſſet Quadriturria. intelliguntur (opinor) caſtella uel arces. Quod autem paulo antè eſt,* Nulla habetur perniciei ratio: *Prouerbiū uidetur eſſe, quo notentur ij qui grauißimo imminente periculo, adeoq; exitio, tamen alijs curis uacent, ſalutis ſuæ poſthabita ratione. Quod tum Alcetas, Polemon & Docimus faciebant, cùm quidem damnati à Macedonib. & ingruēte Antigono, cum Eumene de imperio cōtenderent. Rectius Ariſtides, qui ut ſuos docuerit iſta ambitione hoſtibus inſtantibus abſtinere, ac ſalutis potius ſuæ & uictoriæ parandæ curam gerere, in eius uita expoſuit Plutarch.*

4 Quindis repoſita.) *Quinda caſtellum Ciliciæ fuit, ſupra Anchialā ſitum, ubi theſauros ſuos Macedones habebant, & pecuniam regiam. Strabo lib. 14. infrà in Demetrio, alij.*

IN SERTORIVM ANNOtata ab Interprete.

1 Alter ab amatoribus.

DE Attibus ab apro interfectis, nihil planè mihi conſtat. Attem quidē, cuius apud Dindymenem eſt fanum & cultus, Phrygem fabulantur: & eum ab apro fuiſſe interfectū ex Hegeſianacte poeta refert lib. 7. Pauſanias. quanquam fieri facilè, in fabulis præſertim, potuit, ut alij Phrygem, alij Syrum dicerent. Quod ad Actæonas attinet, eius qui à canibus laceratus traditur, notißima eſt fabula. Alterius non ita celebris eſt hiſtoria, quā repetere poſſunt lectores ex Apollonij ſcholiaſte, in lib. 4. paragrapho 75. tametſi enim non diſertè amoris ibi fit mentio: tamē quæ cauſa Bacchiadis fuerit Actæonem Melißi F. rapiendi, facilè intelligitur. Neſcio autem mirari ne debeam, an deteſtari oſcitantiam eorum qui Dictionaria poetica componunt, adeò ſæpe in fraudem imperitos inducūt. Sicut hic quidam Lexica. *Bacchiadas, hoc eſt Corinthi principes, à Bacchide uel Bacchio Herculis F. genus trahentes, idq; adeò ex hoc ipſo interpretis Apollonij loco, Bacchi orgia celebrantes conuertit.*

2 Eodem in loco caſtrametatos.) *ἐν ταυτῷ. Aretinus, in cāpo: ut uideatur legiſſe ἐν πεδίῳ, aut aliquid tale. Loquitur autem de ſeruis Bardiæis, flagitiorum Marianorum adminiſtris.*

3 Pityuſam inſulam.) *In Balearico mari duæ ſunt inſulæ Pityuſæ, quarum maior Ebyſſus, minor Ophiuſa dicitur. Ptolem. libro ſecundo in deſcriptione Hiſpaniæ.*

4 Perhibent Tigennitæ Antæo.) *Haud ſcio an pro Tigenna, Tingis ſit legendum: apud nullum quidem Geographum Tigennam reperio nominatam: & quæ de Antæo dicūtur, faciunt eò, ut Tingim legamus. Eadem ſunt apud Strab. lib. 17. (niſi quod ibi crebrò λίγγεις pro τίγγεις legitur) & apud alios. Fabula de Antæo eiuſdem loci occaſione refertur à Lucano lib. 4. Apud Strabonem cum legatur σκελετὸν (pro quo noſter σῶμα poſuit) ξ. πηχῶν, interpres ſplendidè auxit fabulam, & tibiam LX cubitorum uertit: hoc eſt ἐπιμετρεῖν τῷ μύθῳ. Quid ſit ſceleton, nemo propè neſcit.*

5 Domitium & Lucium.) *Luſium uox eſt, ut arbitror, uitioſa uel L. Domitiū legerem, uel Domitiū & Luciū (λούκιον, non λούσιον) ſcilicet Maniliū: cuius lib. 6. cap. 23. in hac hiſtoria meminit Oroſius, & Liuius lib. 90. prius etiam Amioto placuit.*

6 Moris eſſet Hiſpanici.) *Meminit obliquè huius cōſuetudinis Dio noſter, lib. 53. de Sex. quodā ſcribēs Pacuuio, q Auguſto ſeſe deuouiſſet, cæteriſq; ut idem facerent ſuaſiſſet. Non dißimile eſt, quod de Gallorum Sontiatum ſoldurijs refert lib. 3. Com. Gall. Cæſar. itaq; & ſoldurios eos appellaui, conſentiente ſatis commodè rei uocabulo.*

7 Ad

7 Ad Duriam.) *Turiam Aretinus, Græcus liber* τυρ͂ίαν. *Ego Duriam puto legendum, ex epistola Pompeij ad senatum, quæ extat inter tabulas naufragiorum. Sallustij uerba sunt: Castra hostiũ apud Sucronem capta, & præliũ apud flumen Duriam, & dux hostium C. Herennius cum urbe Valentia, & exercitus deleti, satis clara uobis sunt. Meminit huius Duriensis prælij etiam Cic. prope initium orationis pro L. Cornelio Balbo:*

8 In Saguntinia campis.) σεγουτίνων. *Rectius est apud Appianũ* περὶ σεγουντίαν. *Vrbem autem, in quam recessit Sertorius, Calagurium fuisse ex Liuij lib. 92. patet.*

IN AGESILAVM ANNOTATIONES Interpretis.

1 Claudicationem.)

Ην τῶ σκέλους πήρωσιν. *Potest hoc accipi bifariã, ut uel amisisse alterũ pedem, uel eo læso & claudo usus intelligatur. Posterius ego uerius puto; claudumq; fuisse, non altero mutilatum pede. uideturq; ea claudicatio ei ex casu quodam, aut offensione pedis accidisse: quãdo Lysander etiã apud Xenophontẽ lib. 3. & mox apud nostrũ exponẽs oraculũ de claudo rege, uocabulo* προσπταίσας *utitur, quod est offendere ad aliquã rem. Itaq; & crebrò* χωλὸς *&* χωλεύειν *uocabula usurpantur de eo uitio.*

2 Maternos propinquos.) *Suos'ne, an Leotychidæ? Prius ego puto debere intelligi. uidetur enim fuisse expressurus, si de Leotychidæ propinquis uoluisset accipi. Omnino aũt ista largitio eò faciebat, ne fratris hæreditate auctus, uideretur auarus esse, & sordidus, ideoq; inuidiã sibi cõflaret: quã amoliri utroq; modo potuit. Neq; tamen pugno, cùm uideam ab Amioto posterius receptum.*

3 Id tale est.) *In Græco uerba sunt mendosa. Quod non animaduertens, aut non ita ut debuit fieri perspiciẽs Grynæus, à quo hæc Vita melius multo q̃ ab alijs pleræq; aliæ, est conuersa, sententiam deprauauit & confudit. Libellus Xenophontis in laudem Agesilai scriptus omnium manibus teritur. Græca autem sic ego legi, & ita scripsisse Plutarchum pro certo habeo:* ὥστε ποιεῖν ὃ βούλοιτο, τοῦτο ἦν, τῶν ἐφόρων ἦν τότε, καὶ τῶν γερόντων, *&c. Est autem singularis laudis, ita regnum gerere, ut parendo uoluntati ciuium, summam potentiam tibi pares: (cùm qui alijs obtemperet, uideatur parum, aut certè haud ita multum habere potentiæ.) id qua arte, ac quibus rationibus cõsecutus sit Agesilaus, demonstrandum sibi proponit Plutarchus.*

4 Agamemnonem.) *Locus est lib. 8. Vlyss.*

5 Duo millia titonum.) νεοδαμώδεις δισχιλίους. *Grynæus,* Disciplinæ Spartanæ milites electi mille. *Duo millia etiã in Cõment. rerũ Græcarũ Xenoph. lib. 3. leguntur, in Agesilao tria. Athenæus lib. 6. ex Myronis Messeniacis ostendit, neodamodes fuisse seruorum genus, qui belli causa manumitterentur: quomodo & ad classem liberati serui* διακοσιοναῦται *appellabantur. & uidetur ipsum uocabulum significare, eos qui recens disciplina militari instituti, ac quasi domiti essent. Igitur non indoctè Amiotus, heilotas manumissos uertit.*

6 Decem illa Græcorum millia.) *Nota est historia, præsertim ex Xenophontis libris de expeditione Cyri, de Græcorũ millibus decem. Qui cum Cyro suppetias tulissent, eo occiso in pugna, uariè à regis ducibus tentati, incolumes tamen ex Asia per medios hostes in Europã redierunt. Paucis rem Suidas perstringit in* ξενοφῶν.

7 Cum exta parum læta apparuissent.) *Sic in genere extuli. Ad uerbũ est, Cum caput extis, iocinori nempe, defuisset.* ἀλόβων φανέντων τῶν ἱερῶν. *Grynæus sacra inuiolata uertit, nescio quo uel codicis mẽdo (nullum enim erat in nostro) uel argumento inductus.* λοβὸς *quid sit, notius est quàm ut in refellendo sit opera ponenda. Mox pro* τοῖς ἀκόροις, *legendum* τοῖς συνήγοροις, *rectè uidit.*

8 Agamemnonis exemplo.) *Sæpe huius facti meminit Plutarchus, ut hic, in Gryllo, in libello quo ostendit maliciam ad infelicitatem sufficere, & alibi. Loquitur autẽ de Aetha Agamemnonis equa; quam ei ut à militia immuni esse liceret, Echepolus Sicyonius dederat. locus est Homeri libro Iliadis penultimo.*

9 Idæi scribæ.) ἀδαίου. *Sed secutus sum Xenophontem, cuius ex quarto libro rerum Græcarum tota hæc est desumpta narratio.*

10 In religiosissimis Deorum fanis.) ἐν τοῖς ἁγιωτάτοις ἱεροῖς. *Monstrosè hunc locum corrupit Grynæus, planũ quidem satis, & expeditum: desumptũ & ipsum ex Agesilao Xenophontis, qui disertè scribit, eum peregrinantem nunq̃ in priuata domo ulla, semper in templo aliquo diuertere solitũ. Id faciebat eò, ut cum in ijs quæ palàm agebat, facilè omnem impudicitiæ immodestiæq; suspicionem euitasset, etiam ea quæ semotis arbitris homines agunt, casta omnia esse & sancta ostenderet: Deorum scilicet testimonio, quos inspectores eorum adhibebat. Multo id rectius, quàm Demetrius Poliorcetes, qui suis libidinibus impuraq; lasciuia, ipsius Mineruæ, castissimi numinis (ut tum habebatur) ædem pro hospitio sibi ab Atheniensibus concessam polluit:*

11 Sunt autem canathra.) *Xenophon scribit, Agesilaum solitum publico canathro Amyclas uehi.* ἀνεβαίνω δὲ (inquit) ὡς ἐπὶ πολιτικῶ κανάθρου κατέβει εἰς ἀμυκλάς. *Varinus hoc uocabulum ita explicat: Canathra, astrabe est, aut currus crates* κάναθρον. *(*πλέγματα*) habens, quo in pompa utuntur uirgines (nimirum Lacedæmoniæ) cùm in Helenæ templum eunt. Quidam ferunt, ea habere imagines cer-*

norum aut uulturum, γυπῶν. Vulturum etiam Gryneus habet. Mihi gryphum magis placet, cùm ob tragelaphos, id est hircoceruos: tum quia in Plutarcho hic est γρυπῶν, teste etiam Amioto. Eustathius in uersum Iliados ω,

ὁπλίσαι ἠνώγει, πείρινθα δὲ δῆσαι ἐπ' αὐτῆς.

Docet id esse κάνναθρον apud Xenophontē (scribit enim duobus ν.) quod Homerus πείρινθα dicit: nempe cratem ex salignis uiminibus contextā, quæ currui imponitur.

12 **Nemesis inultum non est passa.**) ἔπαθε δὲ πρᾶγμα νεμεσητόν. Sed perspicuitati sensus putaui consulendū. Non cohortes autem, sed cohors Lacedæmoniorum ab Iphicrate est cæsa: μόρα scilicet. quod quid sit, ipse in Pelopida explicat Plutar. Historia est apud Xenophontem libro quarto rerum Græcarum.

13 **Cleombrotum cernens.**) In Græco est, ἐπεὶ δὲ τὸν υἱὸν Κλεόμβροτον. Quod mendum secutus Grynæus, Agesilai filium fecit Cleombrotū. Quod fieri nullo modo potuit, cùm alterius familiæ rex fuerit, & Agesipolidi in regno successerit: quod paulo antè docuit Plutarchus. Fuit autem Cleombrotus Pausaniæ F. Agesipolidis frater: quo mortuo sine liberis, regnum ad eum rediit. Pausanias lib. 3.

14 **A' Xenophōte.**) Principio libelli qui Symposium inscribitur.

IN POMPEIVM INTERpretis Annorationes.

1 **Oculorumq; faciles motus.**)

Τῶν περὶ τὰ ὄμματα ῥυθμῶν ὑγρότης. Miserrimè omniū hæc Pompeij uita est ab interprete tractata: cùm quidē mihi uix alia tam studiosè & eleganter uideatur à Plutarcho scripta. Errores ergo persequi, nisi ubi id utilitas requiret, supersedebo. ῥυθμὸς quid sit in poetica & Musica, explicare hoc loco nolo. Hic enim accipio cōcinnos motus oculorum, cùm etiam Græci grāmatici testentur ῥυθμὸν εἶναι τὴν τῆς κινήσεως τάξιν. ὑγρότης mollitiē (ut ita dicā) facilitatēq; motus significat. Nā ὑγρὸν est etiā molle, flexile. unde arcū Theocritus κέρας ὑγρὸν dixit. De quo alibi: & in uita Alexandri, ubi de eadē re dicitur, est τὴν ὑγρότητα τῶν ὀμμάτων.

2 **A' quodam centurione.**) ὑπό τινος τῶν λοχαγῶν. Tudertinus, qui insidias ipsi locauerat. quasi uerò id sit λοχαγὸς: aut λόχος insidias tantum, non etiam centuriam passim significet. unde ἀρχαιρεσία λοχῖτις in Romana apud Græcos historia, & λοχαγὸς. Cæterùm aliter mortem Cinnæ Liuius lib. 83. & Appianus describunt.

3 **Ire iussus in Galliam.**) ad bellum Sertorianum, interpres putauit: itaq; pro κελτικὴν, legit κελτιβηρίαν. Verùm multo post, & nequaquam à Sylla (nā is tum mortuus erat) sed L. Philippi suasu in bellum Sertorianum est missus Pompeius. Tunc ad Metellum, qui cum Carbone & eius factionis ducibus colluctabatur.

4 **Carbonem quidem rradunt.**) Ita etiam Valerius Maximus lib. 9. cap. de cupiditate uitæ. Cicero lib. 9. epist. Famil. ad Papirium Pætum, Lilybæi occisum disertè tradit: Appianus retractum ex Cossyra insula, in quam ex Sicilia profugerat. Qui paulo pòst Sthenis Himeræus dicitur, eum Plutarchus in ciuilibus præceptis Sthenonem Mamertinum introducit.

5 **Memmium sororis suæ maritum.**) In Græco μούμμιον est, Mummium. Ego autem emendare locum uolui, & restituo μέμμιον. Memmium bello Sertoriano in campis Saguntinis occidisse, suprà in uita Sertorij est demonstratum. Cicero pro L. Balbo: Cæterùm, inquit, accusator fatetur hunc in Hispania durißimo bello cum Q. Metello, cum M. Memmio, & in claße, et in exercitu fuisse: & ut Pōpeius in Hispaniā uenerit, Memmiumq; habere quæstorem cœperit, nunquā à Memmio discesßisse. Orosius autem lib. 5. cap. 23. de Sertoriano bello loquens ait: Multa inter eos præterea prælia gesta sunt: Memmius quæstor Pompeij, idemq; uir sororis eius occisus est. Amiotus non rectè Memmium fratrem sororis Pompeij dixit.

6 **Valerium, quod ei senatum dissidentem.**) Cùm in sacrum montem plebs recesßisset, M. Valerius, frater Poplicolæ & M. Valerij qui nō multo ante in pugna ad lacum Regillum occubuerat, dicendo sedauit discordias: itaq; primus ob eam rem Maximus est appellatus. Hæc ferè Cicero in Bruto. Fuit hoc anno V. C. CCLX. Meminit huius quidem dictaturæ & Liuius lib. 2. & Dionysius lib. 6. sed neq; ab eo reconciliatum patribus populū, neq; de hoc cognomento quicquam afferūt. De Fabio Maximo etiam initio Fabij facta est mentio. Id autem, quod de iure triūphandi sequitur, ex historiæ Romanæ multis locis est notum. unum qui huc plurimū facit, de Liuij lib. 31. ad scripsiße in præsentia satis est. (Ius triumphandi.) L. inquit, Cornelio Lentulo triumphus negatus est. Res triumpho dignas esse censebat Senatus: sed exēplum à maiorib. non accepisse, ut qui neq; dictator, neq; consul, neq; prætor rem gesßisset, triumpharet.

7 **Metello Pio.**) In Græco est ἀππίῳ, insigni menda: quod non uidit Tudertinus, recepit Amiotus. Idem Tudertinus, quod de Sertorio dicitur, ad eum ultimum reliquias bellorū ciuilium cōfluxisse, ineptè ad Pompeium detorsit: ut & paulo superius M. Brutum patris similem dixit. cùm Plutarchus affirmet, neq; bello, neq; morte, eum patris similem fuisse: quod & uerum est. Nam & in bello Pompeiano partes optimatū est secutus, & libertatis ciuibus restituendæ causa Cæsarem necauit, & propter eam bello gesto perijt.

8 **Prædationibus eorum itinera.**) ταῖς ὁδοῖς ἐλῄζον. Quod dicendi genus uidetur insolens.

Ac fortaßis scripserat non ὁδοὺς, sed προσόδους: ut fuerit, Diripiebāt ea, quæ ex reditibus ad eos adferebantur. aut scriptū fuit ἐλόχισαν, Insidiati sunt ijs iter facientibus: quomodo suspicor legisse Amiotum. Paulo antè, Iunonis templū in Lucania ponitur à nobis. est autem in Græco, ἐν Λευκανίᾳ. Ego nullum memini me usquam legisse nominari Leucaniū. Existimo aūt eum de antiquißimo Iunonis Laciniæ (nam prope Lucaniā est Lacinium) fano intellexisse, de quo cùm multa Geographi, tum Lycophron etiam, & eius interpres Zezes.

9 Attonitus in turbā.) τυφλωθῆναι καὶ καταπεσεῖν. Quid sibi uelit τυφλωθῆναι, excæcari, nō planè assequor: mendū quidē puto. Simile exēplū, & disputatio eadem est suprà in uita T. Flaminini.

10 Ne Achillem quidem.) Locus est libro Iliadis 22.

11 Maliciose fictum à Theophane.) Astum ineptè uertit (ut & superiora de Alcæo Sardiano, & quæ mox sequuntur, & pleraq;) Tudertinus: cùm sit in Græco κακοήθευμα, malignū scilicet mendacium. à quo uitio nō fuisse purum Herodotū, Plutarchus noster in libello περὶ Ἡροδότου κακοηθείας demōstrat. Rutilius aūt hic est, quem Cic. pro Rabirio Posthumo crudelitatē Mithridatis in togatos scribit mutatione uestis effugisse. Plurima eius exilij mentio apud eundem, & alios. Historiam ab eo scriptam cùm alij citant, tum in Mario noster. Quis autem, & qualis fuerit Cn. Pompeius Strabo, Magni pater, satis ex historicis bellum Marsicum describentibus manifestum est: & initio huius libri obiter indicatum à Plutarcho.

12 Gymnasia pulcerrima.) ἑβητήρια. Diuersoria uertit interpres, quasi si legisset ἀβήτρια. Siquidem apud Suidam est, & Varinum, ἑβητήριον, τὸ παιδοτριβεῖον. ἑβητήριον, ἡ κατάλυσις. ἑβητήριον. Sanè Athenæus lib. 10. ait propterea fingi Heben in conuiuijs fundere uinum, quòd ἑβητήρια dici soleant τὰ συμπόσια, id est conuiuia. Addit in uigesimum Iliadis librum Eustathius, aliquando ἄσεμνον συναγωγὴν hoc uocabulo designari, id est, parum graue aut seuerum concilium. Verùm horum neutrum puto huc facere. Infrà quidem de amore Iuliæ in Pompeium hæc uox ita repetitur, ut appareat ambulationes amœnas uel gymnasia uel aliquid tale fuisse.

13 Cum Hermagora sophista.) Monstrosè hæc peruertit Tudertinus, cùm quidem sint planißima, & epistolam Posidonij ad Hermagoram nescio qualē confixit. Est autem is Hermagoras, cuius multa apud ipsum Ciceronē est in libris Rhetoricis mentio. Atq; haud scio, Plutarchus' ne de generali constitutione hîc innuat: quam ut diuiserit Hermagoras, exponit priore libro de Inuentione Tullius. Quæ sequitur de Nemesi quadam lætis tristia admiscente sententia, non est satis dextrè à Tudertino reddita. Elegantißimè eandem expreßit uenustißimus poeta Apollonius, uersibus quos (sunt enim aureoli) adscripsi, de quarto ἀργοναυτικῶν,

ἀλλὰ γὰρ οὔποτε φῦλα δυηπαθέων ἀνθρώπων
τέρπωλῆς ἐπέβημεν ὅλῳ ποδί, σὺν δέ τις αἰεὶ
πικρὴ παρμέμβλωκεν ἐυφροσύνῃσιν ἀνίη.

Et Ouidius septimo Metamorph. hunc (opinor) imitans,

—Vsq; adeò nulla est sincera uoluptas:
Sollicitumq; aliquid lætis interuenit.—

Itaq; non peßimè Chærea ille Terentianus, summa potitus uoluptate, perfususq; gaudio, dixisse uideri poterat,

Nunc tēpus profectò est, cùm perpeti me poßū interfici,
Ne uita aliqua hoc gaudiū contaminet ægritudine.

Sed hæc præter institutum.

14 In epistolis Ciceronis.) Muciā hanc sororem fuisse Metellorū, Q. Q. Celeris & Nepotis; uxorē Pompeij, patet ex epistola Ciceronis ad Celerem, quæ est secunda lib. 5. Famil. Eandem fuisse dimissam à Pompeio, epistola decima libri ad Atticum primi ostendit. Causam aūt neq; ibi, neq; in ulla alia (quæ extet) epist. Cic. exponit: nisi uehemēter me fallit memoria. Sanè Suetonius in Iulio Cæsare, ubi de eius lasciuia loquitur, disertè explicat rem: scilicet eam à Cæsare pollutam fuisse.

15 Iam ad quadragesimum.) Imò si Velleio (quid ni autem?) credimus, annum tum agebat quadragesimumquintum: siquidem natus est C. Attilio, Q. Seruilio consulibus (anno V. C. DCIIL.) triumphauit autem M. Pisone & M. Messala consulibus, natali suo prid. Kal. Octob. ut est apud Plin. libri septimi & libri ultimi capite secundo. ut suspicari aliquis poßit pro τεσσαράκοντα legendum πεντήκοντα. Sanè pòst etiam, ubi bellum ciuile Pompeianum describitur, annos natus LVIII. Pompeius dicitur fuisse: quod cum Velleiano numero non dissentit.

16 Cæpioni iam desponsatam.) Σκιπίωνι; quod retinuit interpres. Suetonius in Iulio, capite 21: Cæsar suam Iuliam Cn. Pompeio collocauit, repudiato priore sponso Seruilio Cæpione, cuius uel præcipua opera paulo antè Bibulum impugnauerat. Sed in uita Cæsaris occasio apparet huius mendæ tollendæ, ubi Σερβιλίῳ Σκιπίωνι legitur, eadem in historia. Scipionem autem non esse cognomentum Seruiliorū, sed Cæpionem, satis est notum. quanquā ne insolens quidem fuit librarijs, in historiæ præsertim Cimbricæ mentione, Σκιπίωνα pro Καιπίωνα scribere. Amioto quid in mentē uenerit, ut Pisonem hunc diceret, non uideo.

17 Cui seruo lucernam præferente.) αὐτὸν οἰκέτην μίλιτον προηγούμενον λυχνοφόρον. Vitiosè: inde Tudertinus Melitum proprium nomen eius lucerniferi commentus est, imitante idipsum Amioto. Satis autem conspicuum fit, legendum μὲν τὸν, pro μίλιτον, uel ex eo quod sequitur, ἐπεὶ ἑαυτὸ ἦ. Histo-

ria eadē iu Craſſo etiā eſt, & in Catone philoſopho.

18 Antiam & Vatinium.) *Mendum eſt in priore uocabulo. De Vatinio ſatis conſtat, uel ex Catonis uita. de altero nihil ſuccurrit. Quod autem ſequitur,* Craſſus omiſſo conſulatu, *in Græco eſt ἀπαλλαγεὶς τῆς ὑπατείας: quæ uerba cur ſic uerterim, hiſtoria docet. Conſul enim & paludatus eſt in prouinciam profectus.*

19 Inter ipſos deos.) *Venuſtiſſimus eſt locus: quo alludit ad diuiſionem mundi, qua cum inter ſe Iupiter, Neptunus ac Pluto ita erant partiti, ut unicuiq; ſuum regnum ſatis eſſet, neq; alteri ſuum præripere opus haberet. Verba ſunt Neptuni, ob imperata Iouis indignantis, apud Homerū lib. 15. Iliadis, ita nota, ut oſcitātiæ Tudertini meritò ſuccenſeatur.*

20 Incuſat etiam Cicero.) *Lib. 7. ad Atticum, ita ſcribens: Per fortunas, quale tibi conſilium Pompeij uidetur? hoc quæro, quod urbem reliquerit. Ego enim ἀπορῶ: tum nihil abſurdius. Vrbem tu relinquas? ergo idem ſi Galli uenerint. Non eſt, inquit, in parietibus reſpublica. at in aris & focis. Fecit idem Themiſtocles. fluctum enim totius barbariæ ferre una urbs non poterat. at idem Pericles non fecit, annum ferè poſt quinquageſimum, cum præter mœnia nihil teneret. noſtri olim urbe reliqua capta, arcem tamen retinuerunt. αὐτὸς ὢν τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν. Vbi qui ἐκφευγόμεθα legerũt, & uerſum Homeri (extat in deprecatione Phœnicis ad Achillem, lib. Iliadis nono) & ſenſum corruperunt Ciceronis. Vult enim maiorum præclara facta cum hoc Pompeij ignauo & indigno facinore comparare. Quem autem hic Numerium Plutarchus uocat, is uidetur eſſe Cn. Magius, de quo ſic Cæſar libro de Bello ciuili primo. Reducitur ad Cæſarem reprehenſus ex itinere Cn. Magius Cremonæ profectus fabrûm Cn. Pompeij: quē Cæſar ad eum remittit cum mandatis, &c. Atque haud ſcio an etiam ibi Numerius dicatur, Plutarchusq; inde hæc ſit mutuatus: & ſit legendum N. Magius, non Cneus. Etenim Numerius prænomen fuit, & litera N ſignabatur, ut doctè demonſtrauit Sigonius in libro de nominibus Romanorum. Ac facilè fieri potuit, ut eius rei ignoratione lapſus, C N. (quod eſt uſitatius prænomen) pro N ſcripſerit librarius. Minuta ſunt hæc, inquies. Fateor: eſt enim hic in tenui labor. Sed tamen & multos doctiſſimos uiros accuratè hoc in genere emendandi uerſari uideo: quorum conatum reprehendere, ſit temerarium. & nemo eſt (opinor) uerè bonorum librorum ſtudioſus, qui non mallet Cæſaris quàm librarij uerba legere: & ſi Cæſari non fuiſſet ineptum uiſum addere prænomen, ineptus ſit, qui illud agnoſcere nolit. Deniq; oraculi uim habet ea ſententia, quam nobilem & uſitatam in Paulo noſter ſic extulit: τὴν τῶν μειζόνων φρουρὰν καταλύουσιν οἱ προϊέμενοι τὴν ἐν τοῖς μικροῖς ἀκρίβειαν.*

Cic. & Cæſaris locus.

21 Labienus à Cæſare.) *In Græco dicitur λαβιὼν, Labeo. Quod miror à Tudertino retentum. nihil enim T. huius Labieni defectione à Cæſare magis notum eſt, cùm aliunde, tum ex ſeptimo Epiſtol. ad Atticum libro, & Ciceronis ad Tironem epiſtola, quæ incipit, Quanto in diſcrimine.*

22 Vibullium.) *Pro Orico interpres Nericum habet: quod eſt nihil. in Græco hic rectè eſt ὤρικον. Sed ἰβίβιον non dubitaui in Vibullium uertere, Cæſarem ſecutus, ex quo hæc noſter deſcripſit.*

23 Aiaci incuſſit.) *Homerici ſunt uerſus de Aiace Telamonio, Iliadis lib. 11.*

IN COMPARATIONEM.

1 Eurytionis poſteris.) *Hæc peruertit & cōfudit interpres, leui Græcorum uerborum mendo ſeductus, quod corrigi abs quouis poſſit, qui animū ad hiſtoriam intendat. ὑπόρκεσαν. εὐρυτιῶντι. Δί. legendum ὑπόρκεσαν εὐρυτιωνίδαι. & pro παρέχει, παρέχειν, uel παραχεῖν. de Eurytionidis dictum eſt in Lycurgum.*

IN ALEXANDRVM ANNOtationes Interpretis.

1 A'patruo eius Arybba.)

APύββαν. *Arymbam uocauit Iuſtinus libro ſeptimo, & Diodorus Siculus libro decimoſexto. Exiſtimo autem pro ἀδελφὸν αὐτοῦ, legendum eſſe. ἀδελφὸν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Fuit enim frater Neoptolemi Arybbas, & tutor Olympiadis, fratris filiæ. Quod ad genus Alexandri Magni maternum attinet, id ex Pyrrhi à nobis propoſita genealogia, qui & ipſe Achillis fuit ἀπόγονος, intelligi facilè poteſt. Quod ad paternum, Caranus rem obſcuriorē aliquanto facit. Autor noſter haud obſcurè innuit, eum Heraclidam, id eſt de poſteritate Herculis fuiſſe: ſed rationem ſtirpis non explicat. Liuius libro quadrageſimoquinto: Vigeſimum (inquit) à Carano, qui primus Macedonibus regnauit, Perſea numerabant. Solinus cap. 15. ſui Polyhiſtoris, Macedoni Caranum ducem Peloponneſiacæ multitudinis in tenenda Macedonia ſucceſſiſſe, Caraniq; ſucceſſorem Perdiccam, primum regem Macedoniæ nominatum ſcribit. Propè idem eſt apud Iuſtinum libro ſeptimo. Quin & Suidas, quocunq; id ex ſcriptore, annotauit, Caranū exercitum ex Græcia in Macedoniam magni tum nominis regionem adduxiſſe, in eaq; regnum obtinuiſſe, & ſucceſſionem à ſe reliquiſſe, uſque ad Philippum Alexandri Magni patrem. Apparet autem, ad Temenum Heraclidam genus regum Macedoniæ referendum eſſe: ex Herodoto maximè, qui etſi de Carano nihil refert, Perdiccam tamen hunc diſertè Temeni ſtirpe prognatum ait, ubi quomodo is potitus ſit Macedoniæ regno oſtendit, ad finem ferè Vraniæ.*

Temenus

Temenus porrò filius fuit Aristomachi, nepos Clodemi (Lycophronis interpres Cleodotũ, Pindari in 7. odam Isthmiorum Cleadan uocat, fortaßis mendose) qui patrem habuit Hyllum, Herculis F. Ex Pausania & Zeza hæc genealogia describi potest.

Hercules ══════ Deianira
Hyllus ══ Iole Euryti filia.
Peridea ══ Cleodemus. Lichas. Ceyx.
Temenus.

Iam succeßionem regum Macedoniæ hic proponere supersedeo: quæ extat apud Herodotum, Solinum, Iustinum, & Diodorum Siculum ac Chronographos. Vltimam partem apposuisse sufficit, & in gratiam philologi lectoris obiter explicare.

Amyntas: Alexander. Ptolemæus Alorites. Perdicca. Philippus.
Ptolemæus Alorites: Philoxenus.
Neoptolemus: Olympias. Alexander.
Philippus ══ Olympias: Alexander Magnus. Cleopatra.

Iustinus Ptolemæum inter filios Amyntæ non retulit: idemq́; etiam aliam eius ex Sygæa (Gygæa puto) prolem refert. Nos Diodorum sequimur: qui libro 15. ad primũ annum Olympiadis C I I I à Ptolemæo Alorita occisum fratrem Alexandrum scribit. & meminit in Pelopida Plutarchus, filium quoq; illius Philoxenum referens. Ptolemæũ interfecit Perdicca, eiq́; succeßit. Vide porrò initium lib. 16. Cleopatra Alexandri Magni soror, nupta est Alexãdro auunculo suo: ut scribit eodem libro Diodorus, & lib. 9. Iustinus: meminitq́; Liuius lib. 8. Habuit autem Philippus præter Olympiadem alias quoq; multas uxores, quas referre non est operæprecium: legatur Athenæi Δειπνοσοφιστῶν lib. 13 initium. Ex Larissæa quidem saltatrice, nomine Philinna, Aridæũ filium (duobus ρρ Ἀρριδαῖος scribitur apud Diodorũ & Plutarch. fine Alexandri) sustulit, qui cum Macedoniæ rex secũdum Alexandri mortem per sex annos fuisset, iussu Olympiadis unà cùm uxore Eurydica est necatus à Macedonibus. Iustinus lib. 14, alij. Duxit etiam Cleopatram, Hippostrati filiam, & sororis Attali, ut ex Athenæo & Diodoro patet: quanquam soror Attali apud Iustinum lib. 9. dicatur, codicum opinor mendo. His nuptijs maximè offensam Olympiadem & filiũ eius constat. Alexãder quoq; uxores habuit plures: ut Barsinam Artabazi filiã, ex qua natus Hercules, quem Casander necauit, annos natũ X I I I I. ut Statirã Darij filiam, quam fraude Roxanes necatam Plutar. ostendit: ut Roxanem Oxyartæ Bactrianorum regis filiam, quæ pòst unà cum filio est à Casandro necata. ex Curtio, Diodoro, Iustino.

2 **Mulieres eius regionis.)** αἱ τῇδε γυναῖκες. Quæ? Molossiæ ne, unde fuit Olympias, an Macedoniæ? Posterius probo, ob uicinitatẽ etiam cum Thracia. Ceterùm κλώδωνας, Clodonas legendum hic esse, non (ut est in Guarini uersione, fortè tamen librarij errore) Dodonas, testantur Græci etiam lexicographi Hesychius & Varinus: apparetq́; dictas παρὰ τὸ κλώζειν, unde est etiam κλωγμὸς, & similia. Edonides autem dicuntur Thressæ seu Thraciæ mulieres, ut Edoni Thraces, apud Latinos poetas præsertim, & Græcos. Theocritus θαλυσίοις,

εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι. — Virgil. 12. Aeneid.
Ac uelut Edoni Boreæ cùm spiritus alto
Insonat Aegæo. —— Vide Plinium 4. 11.

παραναδύεσθαι autem prorepere est, non illabi, ut malè Guarinus uertit, & sic in Græco Lexico (in quod multa sunt talia ex malis Græcorum autorum interpretationibus consarcinata: ut opus nimirum cresceret, etiam inuita Minerua) exponitur. Quod uel præpositio in cum genitiuo addita eos monuisset. iam λίκνον, hoc saltem loco, ineptè uentilabrum uertitur. Quid enim Bacchis cum uentilabro? Cunas quidem hoc uocabulo significari, non lexica modò indicant: sed & Homerus sic usus perspicuè est in hymno in Mercurium,

ὃς καὶ ἐπειδὴ μητρὸς ἀπ' ἀθανάτων θόρε γυίων,
οὐκέτι δηρὸν ἔκειτο μένων ἱερῷ ἐνὶ λίκνῳ.

Et nescio ex quo scriptore Zezes in Lycophronem de Tithone, γεγόνατον τοῦτον, ὡς καὶ ἐν ταλάρῳ καὶ λίκνῳ αὐτὸν περιστρεφόμενον δίκην βρεφυλλίων καθεύδειν. Et quia inde λικνίτης dicebatur Bacchus, ut testantur λεξικογράφοι Græci: probabile est, de cunis mentionem fieri. Id si cui minus probabitur, calathum uel cistam, in quibus rebus ad sacrificia pertinentes gestarentur, interpretetur.

παραναδύεσθαι.

λίκνον.

Nam

Nam & Theocritus in Bacchis ita: ἱερὰ δ' ἐκ κίστας πεποναμένα χερσὶν ἑλοῖσαι. Infrà etiã in Phocione μυστικαὶ κοῖται nominantur.

3 Sexto die.) ἕκτῃ ἱσταμένου. Quod longè est ab Idibus diuersum. De mensium Græcorum nominibus & ratione dicam aliquid in fine huius lucubrationis. Hegesiæ frigidum epiphonema, planè in glaciem apud Guarinum congelauit.

4 Oculorum uolubilitatem.) τὸ ὑγρὸν. Imperitè idem humectantes oculos dixit. Hoc autem uocabuli suprà in Pompeio exposuimus.

5 In summis corporibus innatat.) Hoc enim est ἐπιπολάζειν, non rebus abundare extrinsecis. Hinc apud Aristotelem δόξαι ἐπιπολάζουσαι, quæ omnium maximè celebres, & omnium in ore sint. & Thucydides libro quinto, Epipolas partem Syracusarum editissimam, dictam scribit διὰ τὸ ἐπιπολῆς τῶν ἄλλων εἶναι: ut alibi etiam monui.

6 Rhapsodorum.) ῥαψῳδῶν. Græcum relinquere, quàm supponere Latinum haud satis aptum, malui. Erant autem rhapsodi, qui aliena carmina poetarum in solennibus conuentibus recitarent, poetarumq; essent quasi interpretes. Multa de horum officio disputantur apud Platonem Ἴωνι, hoc est in dialogo de Iliade. Dicti sunt uel παρὰ τὸ ῥάπτειν καὶ ᾠδὴν, quòd carmina consuta quasi ex partibus diuersis, & in unum corpus conferta (qualia fuisse Homerica, alibi ostendimus) recitarent: uel quòd uirgam, ῥάβδον, manu tenentes cantarent. Qua de re dixi ad initium Vlyssea. Vide omnino scholiastem Pindari in β'. νεμέων, & ἰσθμίων δ'. & Eustathium initio commentariorum in primum librum Iliadis.

7 Nymphæum apud Miezam.) νυμφαῖον sacrum lucum & dedicatum Nymphis intelligi posse puto, si non sit proprium loci nomen. Miezam quidam per y scribunt: sed μίεζαν & Stephanus habet, & Plinius 4.10.

8 Etenim reuera philosophiæ.) Epistolæ hæ extant etiam apud Gellium, xx. IIII. Quid inter ἀκροαματικὰ, siue ἐποπτικὰ, & ἐγκύκλια, quæ & ἐξωτερικὰ dicuntur, intersit, hoc ex loco apparet: neque fusius hic explicandum duxi. Præsens locus est obscurus. Si μετὰ non legitur pro περὶ, (quod sanè haud scio: physica quidem ipsa ἀκροάσεων titulum habere, ea inquam quæ maximè sunt φυσικὰ, nemo ignorat) de prima philosophia intelligi debebunt ij libri acroamatici, quos editos Alexander queritur. Primam enim philosophiam uocat Aristoteles eam, quam idem τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ & theologiam cum Platone, qui & διαλεκτικὴν eam appellat. Inde fit, ut physicen, quam speciatim dicimus, idem Aristoteles δευτέραν nominet σοφίαν, τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ libris γ' & δ. Quæ tamen utranis nihil'ne ad παίδευσιν & διδασκαλίαν conducat, neque facilè dixerim, neque facilè crediderim. Quòd si πρὸς præter hic significaret, utique cum datiuo construendum erat. Iam illud ὑπόδειγμα ad πεπαιδευμένοις an ad γέγραπται pertineat, uel πεπαιδευμένοις pro ὑπὸ τῶν πεπαιδευμένων, an dandi & referendi casu positum sit, ambigi haud iniuria potest. Itaque non liquet. Ipse uestigia Græcorum uerborum sum secutus. Interpretes etiam ad primam philosophiam retulerunt. Sed profectò neque eam puto fuisse Alexandro ab Aristotele traditam: & si hoc uellet, scripturum fuisse Plutarchum, ἀληθῶς γὰρ ἡ τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, &c. cùm legatur ἡ μετὰ, &c. Ergo ampliùs. Quod de medicina sequitur, ita extulit Guarinus, quasi Aristoteli autor studij in medicam rem conferendi fuerit Alexander. Græca, & ipsa ratio, diuersum ostendunt.

9 Cui à narthecio cognomen.) id est, quem Iliadis librum à narthecio, in quo reconderetur, Iliadem Narthecianam appellarunt. Sic enim intelligendum hunc locum iudico. Guarinus hìc quoque fecit, quod sæpe solebant huius autoris interpretes: etenim totum hoc, ἣν ἐκ νάρθηκος καλοῦσιν, omisit, cùm fortè non intelligeret. Amiotus minimè locum intellexit: itaque scripsit, etiamnum eam Correctam uocari. Narthecium esse uas unguentarium, uel medicamentarium, apparet ex Ciceronis libro de Finibus secundo. Iam doloris (inquit) medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio promant, &c. uti ante nos etiam est ab alijs obseruatum. Ego νάρθηκα primitiuum, idem quod deductum inde ναρθήκιον facere posse censeo: quod confirmari Lexicographorum etiam autoritate uideo, quibus νάρθηκα idem significare quod ναρθήκιον placet, & σκεῦός τι ἰατρικὸν esse. Enimuerò cognomentum hoc ab illo nobili Darij unguentorum scrinio factum Iliadi, quam secum adsiduè haberet Alexander, puto, ut Nartheciana diceretur. Est enim cùm alibi, tum apud Plinium historia, quam ipsius uerbis de libri septimi capite uigesimonono huc adscripsi, ut hunc locum penitus explicem. Itaque Alexander (inquit) Magnus inter spolia Darij Persarum regis unguentorum scrinio capto, quod erat auro, gemmisq; & margaritis preciosum, uarios eius usus amicis demonstrantibus: Imò Hercule, inquit, librorum Homeri custodiæ detur, ut preciosissimum humani animi opus, quàm maximè diuiti opere seruaretur. Hinc & quid νάρθηξ sit, uel ναρθήκιον, intelligi, & Plutarchi sententiam apparere puto. ναρθηξ. ναρθήκιον.

10 Medos, qui defecerant.) Μαιδάρων. Ego Medaros nullos noui: qui nouerit, prodat. Medos noui gentem Thracicam, Macedoniæ uicinam: Liuiusq; etiam libro uigesimosexto incursionem

cos fa-

cos facere in Macedoniam solitos ait, quoties externo bello rex Macedoniæ detineretur. Ergo Medos scripsi. Quòd enim Megarenses Guarinus substituit, non sanauit, sed auxit malum.

11 Pexodorus.) πιξώδωρος. Post per ἰῶτα: malè. Arrianus libro primo ἀναβ. ἀλεξ. πιξώδαρον uocat: apud Diodorum πιξώδωρος legitur, libro decimosexto.

12 Dantemq; ducentemq;) Versus ex Medea Euripidis. Verba ipsius sunt de Iasone, socero q; & uxore nouis eius Creonte & Glauca, necandis deliberantis. Per δόντα, dantem, ibi socer Creon: hic (opinor) nuptiarum & stupri Pausaniæ illati autor Attalus, tum nouus maritus Philippus, & Cleopatra uxor recens Olympiadi superinducta intelliguntur.

13 Et resonantes cautes.) Hunc locum malè tractauit interpres, ac glaciem nulla cogente necessitate satis frigidè apposuit: quasi uerò πάγος nihil præter glaciem significaret. Mitto Eurip. & Sophoclis testimonia, quibus planũ facere possim, πάγον saxum, scopulum, cautem ue significare. Sanè Homeri uersus notus est lib. 5. Vlyssea: πάγος.

ἀλλ' ἀκταὶ προβλῆτες ἔσαν, σπιλάδες τε, πάγοι τε.

Eustath. πάγοι, πετρώδεις ἐξοχαὶ, ἢ αἱ ὕψος ἀνέχουσαι πέτραι. & apud Aeschylum Vulcanus de rupe, cui erat affixurus Prometheum,

προσπασσαλεύσω, inquit, τῷδ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ.

Quin & in Catonis Censorij uita sic usurpauit noster, de Thermopylarum ab eo captis angustijs scribens. Cæterum hanc eandem historiam explicatam legere potes apud Strabonem libro decimoquarto. Versus Menandri, atq; etiam nostri, sunt trochaici quadrati.

14 Asgandes regius.) Hoc quid sit, non facilè dixerim: neque alibi me id uocabulum recordor reperisse. Iustinus Darium antè Codomannum appellatũ, & ob uirtutem priùs Armenijs præfectum, inde Ocho mortuo à populo regem factum, Darijq; nomen accepisse scribit, lib. 10. Diodorus præterea lib. 17. regio eum genere natum fuisse docet. Sed inde nihil certi colligo. ἀσκαύτης quidem lecticam aut grabbatum significat Græcis, ut est apud Eustathium, Suidam, & alios: ut conijcere fortaßis liceat, fuisse eum aliquando unum de regijs cubicularijs, οἷα τῶν κατευναστῶν.

15 Prætetea undoso.) Versus sunt de lib. 4. Vlyssea Homericæ. Malè aũt Guarinus hanc Phari descriptionem extulit. Quod tænia hic dicitur, id explicant aliorum uerba, qui pro his ναῦον περίμμνος habent. qui plura uolunt, præter Geographos Cæsarem ad finem libri tertij, de Bello ciuili consulant.

16 Non ichor.) Vertere in linguam latinam hoc uerbi hoc loco non potui, nisi si saniem uoluissem dicere, quod est cruore uel sanguine aliquid deterius, coq; minus Deorum naturæ conuenit. nam quæ aliâs ἰχὼρ significat, huc non pertinent. Versus est apud Homerum libro 5. Iliadis, de Venere à Diomede sauciata.

17 Apollini hostiam.) τῷ φοίβῳ. Annotatum est hic ab Amioto, in diuersis exemplaribus φόβῳ, metui scilicet, seu pauori, pro φοίβῳ, quod est Apollinis epitheton, ac nonnunquam pro substantiuo ipso ponitur, legi. Quæ ipsa fortaßis lectio, quando arcanorum sacrorũ mentio fit, locum habere posset. Sed mutare hanc planiorem nolui.

18 Sagum etiam.) ἐμπερόνημα, à fibula nomen habet: apparet autem ex Eustathio in μ. Iliadis ἐμπερόνημα esse idem quod ἐφαπτίδα. & ἐφαπτίδα ipse in librum π eiusdem operis, idem esse cum chlamyde docet: quod & alij Lexicographi sequuntur. Balibeum uertit Guarinus: sed non satis uideo, quo autore. cincturam Amiotus.

19 Vtrum humoris quasi.) ἅτε μᾶλλον ὑπέκκαυμα. unde apparet, plures de origine naphthæ recitatas à Plutarcho opiniones, quarum hæc fortaßis ultima fuit, reliquis amißis. Sanè Amiotus annotauit, in Græco hic aliquot lineas deesse. De naphtha, uide etiam Strabonem libro decimosexto.

20 Quàm comparatum iniquè.) Miror tam tritum locum à Guarino non animaduersum, intellectúmne fuisse. Sunt autem apud Euripidem aliquot uersus, quorum initium tantùm, ut notorũ, posuit Plutarchus. Iis Peleus queritur, rei à Græcis apud Troiam gestæ Atridas gloriam sibi uindicare, cùm ipsorum minima fuisset opera. Ita hic Clitus obijciebat Alexandro, cum superbire gloria rerum à Macedonibus gestarum.

21 Maximè omnium artificum Stæsicratem.) Dinocratem hunc nominat Vitruuius, in Præfatione libri secundi.

22 Quod enim de epoto Herculis scypho.) Hunc locum peruertit Guarinus. Non enim hoc ait Plutarchus, Alexandrũ priusquam illud poculum ebibisset, morbo fuisse correptũ: sed totam illam de Herculeo scypho, & subito dolore narrationem, ait esse fabulam. Meminerunt huius scyphi & Diodorus, & Curtius. Annotatum in margine à quodam est, consulendam explicationem prouerbij, Seruatori tertium. Verùm id ad rem nihil facit omnino. Sunt qui poculo nomen Herculis fuisse putant. Ego non ab re puto dici posse, in honorem Herculis id poculum ebibisse Alexandrum, ut autoris suæ stirpis. Notum est enim, inter pocula moris fuisse etiam Dijs libare: inuitantesq; se liberaliùs, arbitror eò libationem istam transtulisse. Horatius ad Augustum suum,

—— Et alteris
Te mensis adhibet Deum.
Te multa prece, te prosequitur mero

Diffuso

Diffuso pateris: & laribus tuum
Miscet numen, uti Græcia Castoris
Et magni memor Herculis.

Quod idem Mario ob Cimbricam uictoriam obtigisse, scribit Plutarchus. τριακάδα *non esse* XIII, *sed ultimum mensis diem, satis est notum.*

IN CAESAREM ANNOTATA AB INTERPRETE.

1 **Cinnæ, qui tyrannidem.)** Κίννα τοῦ μοναρχήσαντος. *Usus est hoc uocabulo Plutarchus hic aliquantulũ impropriè.* μονάρχης *seu* μόναρχος *pro tyranno, &* μοναρχεῖν *pro tyrannidem gerere, apud Græcos sæpe dicuntur: ut apud Lucianum Phalaride secundo,* ἤ καὶ ἄδηλον ὅτι προσίεται τὴν τοῦ μονάρχου συνήθειαν. *& Polybius sic libro secundo sæpe est locutus, ut* βούριοι, τὸν τύραννον ἀποκτείναντες. *mox,* ἀπολωλότα τὸν ἐν βούρᾳ μόναρχον. *Nimirum id uocabuli tum eum significat, qui solus rerum potitur, idq; iniustè. L. autem Cornelius Cinna non solus quidem, sed cum collegis quatuor Consulatum gessit: quia tamen ij ferè ab ipso pendebãt, & nutu Cinnæ agebantur omnia, isq; Marianam tyrannidem resuscitauerat, non malè dicitur hic* μοναρχῆσαι. *Dictatorem quidem fuisse (quod interpres habet) rectum non est.*

2 **Præfectum Asiæ Iunium.)** ἴουνον, *Iuliũ interpres. Ego Iunium posui, non tam q̃ hoc Græcis literis est affinius, quàm Velleium secutus Paterculum: apud quẽ, ubi hæc historia describitur, proconsul Asiæ nominatur Iunius, qui tum in Bithynia ageret.*

3 **Apollonium Molonis F.)** *M. Tullius in Bruto, Suetonius, & alij, Apollonium Molonem uocant. Quod autem sequitur de dimissa ab eo prima eloquentiæ gloria, uerti coniecturam secutus. locus enim est mendosus: & fortaßis sanari poßit, si ita legatur,* τὸ δὲ πρωτεῖον, οὐχ ὅπως τῇ δυνάμει καὶ τοῖς ὅπλοις πρῶτος ἂν μᾶλλον, ὑφεῖναι· ἀλλ᾽ ἀσχοληθεὶς πρὸς ὅπερ, *&c. Nihil tamen contendo.*

4 **Vno digito caput scabere.)** *Hæc in molles dicuntur, à quibus non facilè timendum Reip. uidetur. Tale est etiam, de malè cincto Cæsare, Syllæ iudiciũ. Caput autem scabere uno digito, de mollibus dici, uel ex Clodianis in Pompeium contumelijs, ex nostro autore constat. Sic & Lucianus de molli & effeminato dicit,* ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ τὴν κεφαλὴν κνώμενον. ῥήτ. διδασκ.

5 **Mulieres in funere laudatæ.)** *Liuius lib. 5. Matronis pro auro ad liberandã à Gallis Romam collato gratiæ actæ, honosq; additus, ut earum, sicut uirorum, post mortem solennis esset laudatio.*

6 **Cum prætore Vetere.)** βαίτωρι. *quod mendosum esse, facilè quiuis uiderit. Angelus Tuberonẽ supposuit: id est augere malum, & historiam deprauare. Secutus eum est tamen Amiotus. Cæsarem sub Antistio Vetere quæstorem fuisse, testatur Velleius Paterculus. Ergo legẽdum βέτερι. Quod autem de tertia Cæsaris uxore sequitur, ea filia fuit Q. Pompeij, Syllæ neptis. Primam autor non commemorauit, quæ fuit Cossutia, de equestri ordine: qua dimissa, Corneliam Cinnæ filiam duxit. Suetonius.*

7 **Trecenties sestertiûm.)** *Interpretis erratum hic refellere mitto. summam autem ego hanc posui, ut intelligeretur mendum hic esse: quod enim legitur* πεντακόσια πεντήκοντα, *legendum est* ἑπτακόσια πεντήκοντα. *Nam hæc summa per talentorum numerum in uita Catonis expressa est ita,* χιλίων διακοσίων καὶ πεντήκοντα ταλάντων, MCCL *talentis. quæ si in myriades drachmarum conuertas, erunt* DCCL *myriades. etenim talenti ea est ad myriadem proportio, quæ ternarij ad quinarium: hoc est, quinque talenta æquantur tribus myriadib. drachmarum. Item quinquaginta talenta efficiunt duodecies sestertiûm. qua de re hic non est disserendi locus.*

8 **Ea uerò expeditione.)** *Quæ ante hæc uerba interpres habet de equo Cæsaris, in meo Græco non sunt. itaque omisi. Omisit etiam Amiotus. Inuenies autem apud Plinium libro 8. cap. 42. & apud Tranquillum.*

9 **. CCCC millia.)** *Videtur ex Cæsare hoc habere, qui ostendit maximam Germanorum partem occisam: cum quidem numerus eorum fuisset* CCCCXXX *millium. ut* XXX *modò millia euasisse uideantur. Angelus* XL, *non* CD *millia uertit: ut appareat eum pro* μυριάδας *legisse* χιλιάδας. *Et quidem probabilior uidetur hic numerus.*

10 **Vsq; ad Arariu.)** ἀδρίαν. *interpres Ararim: quòd & mihi probatur. præsertim cùm ne Galliam quidem omnem Vercingetorigis concusserit rebellio, nedum usq; ad sinum Adriaticum iste motus peruaserit.*

11 **Inuitis consulibus.)** διὰ τῶν ὑπάτων. *Secutus est hoc Angelus, & hũc Gallicus interpres. cum quidẽ nullus ita poßit esse sensus. Ex historia, quæ est apud Dionem initio libri 41. apud Ciceronem multis locis, & apud omnes ferè huius belli scriptores, constat* βίᾳ, *non* διὰ *legendum.*

12 **Et ferrum crebris ictibus.)** σίδηρος ἐξίκαμο. *Angelus legisse uidetur* ὁ μηρὸς, *femur. Sed nullus erit sensus. Indicant autem, suis corporibus à Cæsare non parci. cùm quidem ferrum etiam & arma adsiduo usu consumantur, lædantur, & nedum corpora hominũ eos illæsa labores substineãt. Paulo antè est* νύρινον, *pro* ὕρινον: *notius mendum, quàm ut imponere cuiquã debuerit. &* πολεμίων, *pro* πολέμων.

13 **Radicem quandam.)** *Charam eam Cæsar lib. 3. bell. ciuil. nominat. De lapsana seu cyma syluestri idem refert Plinius cap. 8. lib. 19.*

14 Afra-

14 Afranius etiam.) *Malè in Græco legitur,* ἀρραχίνιον ἦ: *ut Fauonius interrogasse Afranium ui deatur, quomodo & interpres accepit. quod falsum esse, uel ex Pompeij uita deprehenditur.* Etenim *Afranius ægrè ferebat, quod pecunia potius corruptus, quàm Cæsaris ui & peritiâ superatus, tradito ei exercitu ex Hispania fugisse crederetur: itaq; tum pugnam detrectantem Pompeium arguebat, calumniamq; in inimicis reponebat. quasi si diceret: si non armis, sed pecunia uincere Cæsarem, emiq; ab eo, non capi prouincias creditis, qui fit, quòd non cum eo confligitis? cur non experimini eum, ut ego sum expertus?*

15 Cornificium cum duabus.) κορφίνιον. *nihil planè mihi constat. Legi tamen Cornificium, de quo etiam pòst.*

16 Cornificij, Antonijq;.) De Amintio hoc *nihil habeo. Cornificium iterũ posui, qui est in Græco* κορφίνιος: *neque tamen magnopere asseuero. L. quendam Cornificium à Cæsaris partibus stetisse bello Pompeiano, & ab eo fuisse in honore habitum, ex oratione Cic. pro Q. Ligario intelligitur. An de eo hic dicatur, haud scio. Id quidem ausus sum, ut Cornificiũ (uel quisquis tãdem fuit) ante Antoniũ ponerem. est enim locus interpolatus. Quæ de Pompeij domo dicuntur, satis constat ad Antonium pertinere, cùm ex alijs, & uita Antonij, tum ex Philippica Ciceronis secunda.*

IN PHOCIONEM ANNOTAtiones Interpretis.

PHocionem Alexandri Magni *æqualem fuisse, eiq; non multum temporis superuixisse constat. Hæc quoque uita, ita fuit à Lapo conuersa, ut ineptæ paraphrasEos potius, quàm bonæ uersionis nomen mereretur.*

1 Neq; enim Sophocles.) *In Antigona: uerba Ismeniæ ad Creontem.*

2 Cur Homerus.) *Sæpe est uocabulum hoc apud Homerum, ut Odyß. ε.* ὄψα *dicũtur* μενοεικέα, *& alibi* δῶρα, *&* χάρις μενοεικής. *& Odyß. ζ.* μενοινῶ' ἑλέσθαι. μένος *enim frequenter pro animo ponitur. hinc illa,*

μένος. μενοεικές.

—ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο, *& similia. Sæpe pro audacia aut feruore animi, ut*

Θῆκε μένος καὶ θάρσος—. *atque sic in Catone Vticẽsi ipse Plutarchus usurpauit:* τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πιμπλάμενον ὀργῆς καὶ μένους καταδῆλον. *Mitto quæ de hac uoce Græci grammatici tradunt.*

3 Hunc Cicero.) *Locus est epistola prima libri ad Atticum secundi: tametsi nihil ibi de petitione consulatus dicitur, ac ne dici quidem potuit, cum illa epistola scripta sit Afranio & Metello cõsulibus: Catone in consulatus petitione repulsam passo, Sulpicius et Marcellus sint designati, octo integris pòst annis. Alioqui dubium non est, quin id quod hic ex Cicerone Plutarchus affert, uel unica fuerit causa, ut consulatum non obtineret Cato.*

4 Quomodo etiã in Chio perijt.) *Historia hæc est apud Diodorum Siculum lib. 16. non longè ab initio. De nauali apud Naxum pugna idem lib. 15. & paucis Xenophon lib. 5.* ἑλληνικῶν, *sub finẽ.*

5 Nomen Boni.) χρηστοῦ. *Lapus Frugi uertit: Sed id longè aliud est, & à diuersa uirtute factũ cognomentum. Boni cognomen ei cùm alij, tum Aemilius etiam Probus disertè tribuit.*

6 Chari demum ad tribunal.) *Apparet hũc facilè turbulentissimum ciuem, & belli Macedonici facem fuisse: siquidem solus omnium eorum quos Alexander ab Atheniensibus sibi dedi poposcerat, cùm esset ignotũ reliquis, solum exilij causa uertere iussus, ad Dariũ perfugit. Arrianus lib. 1. de Exped. Alexandri.*

7 Quid uęsane.) *Versus est Homericus, de lib. 9. Vlysseæ. Sunt autem uerba sociorum ad Vlyssem, qui Cyclopem, cuius uiolentiam uix dum euaserat, lacessere uerbis intendebat.*

8 Vtrum se, quàm illum peius.) εἰ τούτῳ χείρονα νομίζοιεν αὐτόν. *Lapus,* Num minoris se existiment. *qua uersione elegantia loci, & comparationis Phocionis cum illo sene egeno uenustas deperditur. Non enim uirtutis, sed uitæ & paupertatis contentio à Phocione instituebatur. & quòd eum bona uerba loqui, id est abstinere tam cõtumeliosa sui cum illo misero collatione iubebant legati, eò attinebat, q. Phocionẽ dignissimũ splendore regio putarent: quippe solũ de omnib. Atheniensib. bonum uirũ. De misello isto, uidebatur alia res esse.*

9 Cio, Gergito.) *Cium urbẽ Mysiæ non ignobilem, & nõ Geographis modò atq; historicis, sed etiam poetis cognitam, Chium Lapus (insula est Ioniæ dicta) fecit, noto et uulgato errore.* Γεργίτα *per* ι, *non* η, *scribendum est: ut patet ex Strabonis lib. 13. & Stephano: atq; ex Latinis etiam, Plinio 5. 30. Mela et Liuio. Meminit enim lib. 38. Vrbs erat Troadis. Mylassa, Cariæ urbs maritima. Elea, haud procul Pergamo in littore sita. de Melita quod sequitur, annotauimus in Themistoclem.*

10 Desultorio certamine.) ἀποβάτην ἀγωνίσασθαι. *quod genus dicendi est apud Latinos, cùm dicimus, Saltauit Antiopam Rutilius: & ille apud Horatium,*

Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat.

Quid autem sit ἀποβάτης, *uideo plerosq; ignorasse, quando & L. Cœlius lib. 21. cap. 21. ignoratione rei locum Dionysij Halicarnassei, quem mox proferam, corrupit. Quod dico, ne, quod multi stultè faciunt, uno in libro omnia inesse putemus. Lapus noster hic morem suum seruauit: id est, equestrem ludũ uertit, genus pro specie ponẽs, quod tantũ non omittere est. Qui intelligit quid sit* παραβάτης, *conijcere potest sanè quid sit* ἀποβάτης. *nam* ἱππικὸν *esse* ἀποβάτης.

ἀγώνισμα, id est equestre certamē. Varinus etiā annotauit, additq; solis in usu fuisse Atheniēsib. & Bœotis. Dionysius in libri septimi fine (Cœlius perperàm ex octauo citat) quo loco certamina & sacrificia priscorū Latinorum cum Græcis comparat, hæc uerba posuit· ὅταν γὰρ τέλος αἱ τῶν ἱππέων ἅμιλλαι λάβωσι, ἀποπηδῶντες ἀπὸ τῶν ἁρμάτων οἱ παροχούμενοι τοῖς ἡνιόχοις, οὓς οἱ ποιηταὶ μὲν παραβάτας, ἀθηναῖοι δ' ἀποβάτας (deest καλοῦσιν, aut aliquid tale) τὸν σταδιαῖον ἁμιλλῶνται δρόμον αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους. hoc est: Equestribus enim finitis certaminibus desilientes à curribus ij, qui unà cum aurigis uehuntur (poetæ eos parabatas, Athenienses apobatas uocāt) in stadio cursu inter se contendunt. Cœlius quo dixi loco, cōtra & ueritatem & mentem Dionysij, aurigas cum parabatis & apobatis eosdem facit: quod statim ex uerbis apparet. Iam quod ipse Dionysius eosdem apobatas cum parabatis facit, id de certaminib. ludicris, non de pugna intelligendū satis cōstat. ne quis putet hoc loco conuelli posse, quæ de significatione uerbi παραβάτου ad uitam Aemilij ex optimorum autorum sententia & exemplis scripsi. Tametsi satis etiam ex Iliade Homeri et Virgiliana Aeneide liquet, eos qui de curribus pugnarēt, sæpe de ijs desiluisse, ac pedestri certamine dimicasse: ἀποβάτας tamen dictos legere non memini, & haud scio an usquam legatur. In ludicris certaminib. qualia Dionysius describit, παραβάτης, is qui unà cum auriga in curru erat, quòd non pugnabatur, nihil habebat negocij, nisi ut desiliret à curru, & cursu decertaret: inde etiam ἀποβάτης, idem dici potuit. Est enim ἀποβαίνειν descendere, seu desilire, hoc quidem loco: & annotauit Eustathius, ἀποβαίνειν in hoc genere dici ἀντὶ τοῦ πεζεύειν, & καταβαίνειν ἅρματος. Neq; ego motus sum nominis tātùm etymo, ut desultoriū hic uerterem certamen, τὸν τοῦ ἀποβάτου ἀγῶνα: sed quia hoc uocabulum bonis Latinis autoribus uiderem, aut hoc ipso, aut simillimo planè modo usurpatum.

Liuij locus. Liuius lib. 44. Mos erat tum, nondum hac effusione inducta bestijs omnium gentium circum complendi, uaria spectaculorum conquirere genera: nec semel quadrigis, semel desultore misso, uix unius horæ tēpus utrunq; curriculum complebat. Quod enim uel Calepinus, uel eius correctores atq; auctores equum desultorium eum esse dicunt, qui est κέλης Græcis, cùm tamen ab uno duos simul esse ductos affirment: faciunt nimis imperitè. saltem uersus eos monuisset Odyß. ι. ——αὐτὰρ ὀδυσσεὺς

ἀμφ' ἑνὶ δούρατι βαῖνε, κέληθ' ὡς ἵππον ἐλαύνων.

Non duo ligna, ex quorum uno in alterū transiliretur, sed unicū equo celeti comparat. Tum ex Pindaro notum est, & Plinij cap. 5. lib. 34. κέλητα currui opponi: at in currib. etiam fuisse ἀποβάτας, iam ex Dionysio dixi. Vocari fortaßis poßit ἀποβάτης etiā is, qui in certamine ab equo defatigato in alterum integrum transiret, cùm quidē duos secū traheret: quo modo Numidas pugnasse, Liuius lib. 23. scribit. Suetonius in Iulio, cap. 39. Circensibus, inquit, quadrigas, bigasq;, & equos desultorios agitauerunt nobilißimi iuuenes. Sunt & hæc uerba Ciceronis pro L. Murena diligentius expendenda. Nescio quo pacto mihi uidetur pretorius cādidatus in consularē, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Qui locus à Dionysij non uidetur abludere sententia. Porrò aūt filio Phocionis Phoci, non Phocij nomē fuisse, annotandum duxi. nam in hoc libro promiscuè scribitur. Nos confirmet Athenæus, cuius (ne quem alium allegem) hæc sunt libro quarto, eandem rem exponentis· Διογένης ὁ βαβυλώνιος ἐν τοῖς περὶ εὐγενείας, τὸν φωκίωνος υἱόν φησι φῶκον ἐν ἑνὶ δὲ ἐν ἱερᾶς ἀθηναίων, & cætera. ubi quidem cum de hac ipsa uictoria dicitur, est νικήσαντος δὲ ἵπποις Παναθηναίοις.

11 Pytheam.) Locus est, ut apparet, mutilus: quem si affirmem me satis assequi, nuger.

12 Lamiacum bellum.) In Græco est ἑλληνικὸν πόλεμον, Græcum bellū: quod expreßit Amiotus. Lapus cùm rem non teneret, nescio quid de inferendis Græciæ armis commentus est: cùm quidem in libertatem asserendæ Græciæ causa sit susceptū, omnesq; ferè exceptis solis Bœotis Græci cū Atheniensibus societatem eius coiuerint. Est enim id bellum, quod Leosthene duce gestū est contra Antipatrum: qui cum ab eo uictus Lamicum Thessaliæ urbem confugisset, bello Lamiaci nomen factum est. Describitur perspicuè à Diodoro lib. 18. Biblioth. & à Pausania in Atticis, à Iustino lib. 13. & alijs.

13 Phalangem Græcorum Antiphilus.) Viden oscitantia quid faciat? Lapus oblitus paulo suprà Antiphilū hunc nominatum, qui Leostheni succederet, cum & Menonem Thessalū (cuius etiam alibi meminit Plutarchus) Macedonibus affingit: cùm fuerint Græcorum duces. Id uanißimum, quòd idem Lapus Phocioni eam uictoriam adscribit: quē non interfuisse ex antecedentibus patet. atq; hunc errorem tamen quidā secuti, idem ad Iustini librū 13. annotauerunt.

14 Mysticæ cistæ.) κοῖται. sic Varinus, κοίτην Atticè uocari τὴν μικρὰν κίστην. & haud scio, an idem sint quod λίκνον, de quo annotaui in Alexandro. Lapus uictimas imperitè. Statim Pallidum, θάψινον est in Græco. Neq; uidere possum, cur atrum uerterit Lapus. Est enim utiq; θάψινον, quod thapsi colorē habet. Thapsus quid sit, non iudico. multis scio uideri esse uerbascū, Wullkraut: quæ est sanè pullis folijs prædita herba, flore luteo, odoris uiolacei. Pallidum autem intelligi τῷ θαψίνῳ, apparet ex Theocriti Pharmaceutria. *θάψινον.*

Καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ.

Sæpe ego pallebam, thapsi suffusa colorem.

Quæ ibi Scholiastes habet, à nobis stant. Sed & Nicander

der in Alexipharmacis, de pallescentibus ob epotum ranæ uenenum,

τῶν ἤτοι θερίοις μὲν ἄγαν χλόος, ἠὲ βάτων: id est, ut Scholiastes ait, *οἱ φαρμακευθέντες ὠχροὶ γίνονται, ἡ δὲ βάτος ἐστὶν εἶδος βοτάνης χλωρᾶς. Καθαρὸς λιμὴν*, an purus sit, an uerò Catharus sit proprium, non facilè succurrit. Paulo pòst *ἐκπεπολιορκημένοις*, carcere inclusis ineptè uertit Lapus.

IN CATONEM VTICENSEM Interpretis Annotationes.

HIC Cato, ut à Maiori, seu Censorio distingueretur, modò Minor seu inferior, modò Vticensis à loco in quo mortē oppetijt, dicitur. Plutarch. in Pompeio, & fine Catonis maioris, Philosophi cognomēto eum dignatur. Genealogiam eius ibidem attingit. sed & locus iste mancus est, & apud Gelliū lib. 13. ca. 18. explicatur perspicuè gentilitas hæc: itaq; eam succinctè huc transscripsi.

M. Porcius Cato Censorius

M. Cato, qui uiuo patre obijt, prætor designatus.	M. Cato Salonianus, ex Salonij filia.	
	L. Cato.	M. Cato, mortuus in petitione præturæ.
M. Cato, M. F. M. N. consul perijt in Africa, Anno DCXXXVI.		M. Porcius Cato, Vticensis.
Cato, qui post præturam in Gallia Narbonensi decessit.		

In loco Plutarchi, quem dixi, uerba sunt confusa: ita quidem, ut nisi suo loco reponātur, non modò nō pronepotē (quod & in confesso est, & hic disertè testatur autor) Vticēsis habuisse uideatur Censoriū, sed ne à Salonio quidē ortus fuisse. Illū itaq; locū emendabis, manentib. ijsdem, ac tantū alio ordine collocatis uerbis, sic: *ὁ δὲ Κάτων, κ. α. γ. — τελευτήσαντος υἱοῦ. Καὶ Σαλώνιος μὲν ἐτελεύτησε στρατηγῶν. ἦν δὲ πάππος οὗτος.* Hæc aūt, *ὁ δὲ ἐξ αὐτοῦ γενόμενος Μάρκος ὑπάτευσεν*, parēthesi includi debēt, & quidem pro *αὐτοῦ*, *ἑτέρου* mallē, aut *ἐκείνου*. ut intelligatur nō ad Saloniū, seu (ut Gellius uocat) Salonianū referri, sed ad eū qui Tertiam Aemilij Pauli filiā in matrimonio habuit. Porrò aūt Cato Vticēsis per Porciam sororē, quā uxorē fuisse Plutarchus ait L. Domitij, eius qui Cæsari successor destinatus bello ciuili perijt, etiam ex uitrico Seruilio fratrem habuit Cæpionē nomine, & sorores Seruilias, quarū una M. Bruti, eius qui Cæsarem necauit, mater fuit, altera L. Luculli uxor, & item tertia Iunij Silani uxor. Non aūt Capionem, sed Cæpionem esse legendū, uel ex eo patet, quòd notißimū gentis Seruiliæ cognomen est Cæpio.

1 Auunculum suum.) *Liuium Drusum auunculum fuisse Catonis huius, satis constat cùm aliunde, tum ex Miloniana Ciceronis. ne quis mendū Græci codicis sequatur, ubi legit ut, θείῳ μὲν ὄντι τῆς μητρὸς, matris auunculo: cum sit legēdum non τῆς, sed πρὸς μητρὸς.*

2 Popedius Silo.) *Sic esse legendum, in Mario ostendi. Refert hanc historiam ijsdem propè uerbis Valerius Maximus lib. 3. cap. 1.*

3 Inuita Venere.) *qui est fortunatißimus talorum iactus. Solebant autem in conuiuijs archiposiam, id est, magisterium bibendi talis sortiri. Cuius rei mentio cùm apud alios sit crebra, tum apud Horatium. ut ad Sestium,*

> *Nec regna uini sortiere talis.* Et ad Pompeium:
> *——Quem Venus arbitrum,*
> *Dicet bibēdi?* Hoc modò etiā partes ciborū fuisse

sorte ductas, hinc apparet. Reliqua Lapus nō rectè.

4 Nomenclatores adessent.) *ὀνοματολόγοι. Annotatum erat hoc ad marginem à correctore, cùm quidem Lapus rectißimè, ita ut nos, uertisset. Erat aūt nomenclator seruus, qui candidatū sequebatur, eumq; ciuium nomina docebat, quos ille compellaret, atq; ut sibi fauerēt oraret. Idē monitor dicebatur: quod ex Mureniana Tullij oratione apparet. Festus etiam sartorem fuisse dictum scribit, q. clàm ueluti inserciret in aures candidati nomina salutandorū ciuiū. De quo accipio etiā Horatij uersus ad Numiciū, de petitione magistratus ita scribentis;* Nomēclator.

> *Si fortunatum species & gratia præstant,*
> *Mercemur seruum, qui dictet nomina——. &*

quæ sequuntur. Quod aūt est in Græco, ἐπείθετο τῷ νόμῳ, ὡς δεῖ αὐτοῦ: Lapus uertit, eū seruasse illam legem, eiq; obtemperasse. Atq; hoc opinor imposuit doctißimo cuidam uiro, ut hoc ipsum etiā in cōmentario Murenianæ orationis scriberet, negari à Plutarcho id quod Cicero obijcit Catoni, nempe eū opera nomenclatoris usum. Ego uerò hoc ex Cicerone accepiße Plutarchū suspicor, et ab eo nequaquā dissensisse. Certè Græca uerba idē habent cum Latinis Tullianis, nisi quòd αὐτῷ scribendum est, non αὐτοῦ. Nam uerbum ἐπιτίθεσθαι cum datiuo, obsequi, aut obtemperare nequaquā significat: adoriri autē, impugnare, resistere, & similia, frequēter apud optimos scriptores. id quod exemplis collectis post Budæum docere, non est operæ.

5 Non metū ademit.) *οὐ τὸν φόβον ἀφεῖλον. Lapus,* Non timore iniecto: *nescio quid secutus. Nostram quidē lectionem probo. Indicat enim, Catonem non pro imperio tantùm militib. mandasse aliquid, sed & causas simul exposuisse, ut non tam metu potestatis suæ eos cogeret, quàm explicandis factorum rationib. ad officium faciendum duceret. Id quod fuit consentaneum ingenio Catonis, qui & ipse præceptori suo ita paruisset, ut causas singulo-*

rum mandatorũ sibi reddi postularet. Quæ aũt paucis interiectis uersib. sequuntur, Omnes qui imperatotum nomẽ, &c. cùm sint perspicua in Græco, & Catonem tum cũ militib. tum cum imperatoribus componãt, idem Lapus admodum insulsè corrupit. Non enim fuit Catonis, militẽ adulari, aut imperatoris nomine dignari. Sed refutare apertum errorem, non est operæ.

6 Tantam nimirũ.) Omissa hæc sunt à Lapo, Cæsarẽ aũt (ni fallor) notat, eiusq; Anticatonẽ: qui non agẽdi modò, sed & scribẽdi, quæ uellet, impunẽ licentiã armis rerum potitus sibi uendicaret.

7 Apud clitellas.) ὑπὸ τῶν φορτίων, impedimenta, sarcinas. Lapus, ob magnitudinem curarum: quasi si φροντίδων legisset.

8 Quæsturá non antè ambijt.) μετῆλθεν. id autem non est inire, sed petere magistratũ, quod satis notum puto. Sensum totum huius loci Lapus leui momento peruertit.

9 Falsi dicam.) ῥᾳδιουργίας. Ego ita propriè exponi puto: alij suppositionẽ testamẽti. qua de specie mihi hic nõ satis cõstat. Lapus negligenter, negligentiã extulit. Sanè in Actis Apostolorũ, ca. 18. ἀδίκημα et ῥᾳδιούργημα coniunguntur. Apud Xenophontem lib. 2. de dictis & factis Socratis, sicut & apud alios ῥᾳδιουργία opponitur uirtutis & laboris honestæ actioni. quod Eustathius in α. Homericæ Vlyssëæ exponit οἰνηλίαν.

10 Amnæus.) ἀμναῖον, sic est in Græco. apud Lapum, Amicus. nobiscũ legit etiã Gallicus interpret: tametsi hoc nomen non satis est notum. Sanè etiam in Lucullo hoc dictum retulit, ita ut à quibusdam id Catoni ipsi attributum diceret.

11 De duabus Catonis neptibus.) ἀδελφιδᾶς est in Græco. Sed id ambiguũ est. nam & fratris filia, & sororis filia intelligi hoc uocabulo potest. Et haud scio, an Cæpionis filiam intelligi hoc loco par sit, quam unicã ab eo relictã suprà dixit Plutarchus. de altera nihil mihi constat. Suprà quidẽ Seruiliarum, & mox iterum sororum Catonis fit mẽtio. ut uideri poßit, sororis aut utramq;, aut alteram harum filiã esse. Sed hæc peritiores explicent.

12 Cuidam amicorum.) L. Afranio. Plut. Pompeio, & alijs.

13 Metelli Prisci.) Numidici illius magni. Historia est cùm alibi, tum in uita Marij.

14 Canidia in Cyprum.) Ita hic semper. infrà in Bruto, Caninius.

15 Se eũ pignore &c. coacturũ.) ἐνέχυρα λήψεσθαι. Qui intelligere uult, quid hæc sibi uerba uelint, (est aũt operæpreciũ) legat primã Cic. Philippicam, & Præf. libri de Oratore tertij.

16 Præturá extraordinariã.) ἐξαίρετον στρατηγίαν, sic ànterpretor. Dio lib. 39. ita explicat, ut præturam ei decretã dicat, quæ legib. ei nondum cõcederetur. Natus tum fuit Cato annos trigintaocto: Siquidẽ anno V. C. DCCVIII seipsum interfecit Vticæ, annos natus (ut Plut. ait) duodequinquaginta. & uerò quadragesimus annus præturæ gerendæ legib. erat definitus, ut alibi ostẽditur. Ergo locum habere Dionis sentẽtia uidetur. nam Valerius Max. lib. 4. cap. 1. uidetur paulo aliter sentire. Senatus, inquit, relationem interponi iubebat, ut prætorijs comitijs extra ordinẽ ratio eius haberetur. quod ita uidetur intelligendũ esse, ut nõ suffragijs (quod erat moris) sed autoritate senatus nouo exemplo prætor crearetur. Nam subdit Valerius, Catonem id repudiasse, quòd campestrem experiri temeritatẽ, quàm curiæ beneficio uti satius duceret. Mihi tamen (ut dicam quod sentio) magis placet Dionis mei sententia, quæ petitionem ei ante tempus legitimũ concederet, cætera prætorijs comitijs permitteret: quib. usurũ fuisse secundis, & impetraturũ præturam nõ erat dubiũ, populo tanto ipsius munere delinito, ac mirifico eius fauore repleto. neq; enim arbitror Senatũ, illo in Catonis honorem facto decreto suum, populo ius totũ adimere uoluisse. Atq; haud scio an cõmodè etiã Valerij uerba in eandẽ sententiã exponi poßint, ut intelligatur Catonẽ maluisse suo legitimo tempore totam præturæ petitionem populi suffragijs permittere, suoq; iure adipisci: quàm tum eam Senatus allato ad populum recenti beneficio deuinctum præiudicio quasi per gratiam consequi.

Valerij locus illustratur.

17 Statim magistratũ inirent.) In Græco locus est deprauatus, mutilatusq;: οὐ γὰρ τοῖς δικαστ... τὸν δῆμον ἐ... hic aliquid etiã deest: & quæ sequuntur, cõfusa sunt. Sensum aperire conabor. Mos erat Romæ, ut qui uel cõsules, uel prætores etiam essent designati, nõ statim magistratũ inirent, sed tempus aliquãtum cõsules uel prætores designati manerent. Id uerò tẽpus ut intercederet inter designationem & acceptionẽ magistratus, eò præsertim erat institutũ, ut inquiri poßet, quòd designati essent, iustè'ne aut largitione & emercãdo suffragia honorẽ cõsecuti essent. hoc enim qui cõmisissent, re comperta legib. ambitus interrogabãtur, & pœnas dabãt, magistratu arcebãtur. Hoc modo animaduersum est in P. Antoniũ, & P. Syllam coß. designatos: quæ historia describitur à Dione lib. 36. à Sallustio in Catilina, à Suetonio in Iulio. Pompeius itaq; & Crassus cùm à Prætura excludẽdi Catonis causa statuissent suos clientes summa largitione & suffragiorũ corruptela ad præturã euehere, ac intelligerẽt fore ut uel Cato uel alius aliquis ambitꝰ eos reos peragerret, uoluerũt eos inquisitionis & iudicij periculo liberare: itaq; statim, ut inirent præturam, illudq; tempus inter eorũ designationẽ & magistratũ non interueniret, senatuscõsulto statuerũt. Hanc puto esse genuinã loci sentẽtiam: uerba sine codice restituere non ausim.

18 Singuli quingena sestertia.) δώδεκα ἥμισυ μυριάδας δραχμῶν. Lapus peruertit, ut solent in hoc genere. Efficiunt aũt drachmarũ 125 millia (hoc est $12\frac{1}{2}$ per decem millia multiplicata) 500 millia sestertiorũ nummorũ, seu (quod idem est) quingẽta sestertia. Quod annotare uisum est, ut intelligatur hac de re eadem loqui Ciceronem lib. ad Atticũ

4. epistola

4 epiſtola de Eutychide. Tribunicij (inquit) candidati iurarunt ſe arbitrio Catonis petituros, apud eũ H S quingena depoſuerunt: ut qui à Catone damnatus eſſet, id perderet, et competitoribus tribueretur. Rei huius etiam meminit obiter in præfatione Naturalis hiſtoriæ Plinius.

19 Et quòd turpitudo.) Locus hic deprauatus eſt haud dubiè: itaq; ita diuinaui, ut libenter ſim meliora & certiora afferenti ceſſurus.

20 Apollodorus.) Meminit huius eũm alibi, tum ut qui inſanus diceretur, Plato initio Sympoſij.

21 Collega Curio.) Δρέων malè eſt in Græco. Lapus nomẽ omiſit. Amiotus Curionem habet, quod probo, & Κουρίων repono.

22 Munatio Planco.) μουνατίῳ φλάκκῳ, moxque iterum φλάκκος eſt in Græco: & retinuit Lapus, retinuit Amiotus. Ego tamen minimè dubito, quin Plancus ſit legendũ. Intelligitur enim T. Munatius Plancus, qui tribunus plebis cum Clodiano cadauere curiam incenderat: quo ſcelere eum damnatum fuiſſe Dio lib. 40. ſatis disertè demonſtrat, & Cicero ipſe Philippica XIII. Sequuntur, inquit, alij tribunitij, T. Plancus in primis: qui ſi ſenatum dilexiſſet, nunquã Curiam incendiſſet: quo ſcelere damnatus, in eam urbem rediſt armis, ex qua exceſſerat legibus, &c. cuius quidẽ rei mentio, ſed obſcurior, extat etiam in ſexta Philippica. Eſt aũt Plancus Munatiorum cognomẽ, non Flaccus. Cæterùm de reiectione iudicũ reo permiſſa, quia ſæpè Cic. & alij meminerũt, eſtq; res nõ obſcura, explicare ſuperſedeo.

23 Primùm refellam infanda) Si quis Bellerophontis libidinem, aut Lucretiæ impudicitiam, aut Vlyſſi ſtoliditatẽ obijciat, cum conſtet eos uirtutibus horum uitiorũ contrarijs præſtantiſſimos fuiſſe, impudenter ac ſcelerate mendax uideatur meritò, eaq; dicere quæ nefas ſit loqui, adeò cum ueritate pugnantia. Idem Amphitruo Lyco reſpondet, cùm is notiſſimæ fortitudinis heroem Herculẽ non erubuiſſet timidum & meticuloſum appellare. Locus eſt in Hercule furente, apud Euripidem. Legendum autem eſt, τ' ἄῤῥητ', non τὰ ῥητὰ: quod ſenſus, & exemplaria Eurip. ſatis docent.

24 Attium Varum.) ἄπτιον mendoſè, pro ἄττιον. patet ex Dione.

25 Ac ſi nihil tale cogitaret.) καίπερ οὐ πάσχοντος. uerba uidẽtur mutila. niſi fortè exponere libeat: quanq̃ id ipſe non pateretur. Sed ego minimè hoc, quod ſtatuerat, præ ſe tuliſſe Catonem iudico.

26 Deliberabo autem.) Et hîc meas cõiecturas ac Amioti uerſionem ſecutus ſum, Græcis non ſatis (ut ſuſpicor) integris.

IN DIONEM INTERPRETIS Annotationes.

DIO Platonis fuit, & Dionyſiorũ Siciliæ tyrãnorum coætaneus. Præclariſſimũ eius liberatæ inſulæ facinus, propè in natales Alexandri Magni incidit. Vide de eo Diodorum Siculum libro decimoſexto.

1 Quod Simonides.) Eius uerſus refertur ab Ariſtotele primo uolumine Rhetoricorum, cap. 6:

Κορινθίοις δ' οὐ μέμφεται τὸ Ἴλιον. id eſt,

Neq; Ilium Corinthijs iraſcitur.

2 Plato de eo ſcriptum.) In epiſtolis ad eius Familiares.

3 Fratri Thearidæ) Cuius? Aretæ'ne, an Dionyſij? eſt enim ambiguum. Poſterius placet. nam fratres Aretæ Hipparinũ & Nyſeum uocat Aemilius Probus: qui quidem has nuptias præterit.

4 Vti arrogantiam.) τὴν αὐθάδειαν, ἐρημίᾳ ξυνοικοῦσαν. Extat Platonis locus in epiſtola ad Dionem, quæ eſt in ordine quarta. ἐνθυμοῦ δὲ, inquit, καὶ ὅτι δοκεῖς τισὶν οὐδέτερος τοῦ προσήκοντος θεραπευτικὸς εἶναι. μὴ οὖν λανθανέτω σε, ὅτι διὰ τοῦ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὸ πράττειν ἐστίν. ἡ δ' αὐθάδεια, ἐρημίᾳ ξύνοικος. Hunc locum ſæpè citat noſter Plutarchus. Verba autem Platonis ſatis oſtendunt, αὐθάδειαν παρὰ τὸ αὐτὸς & ἁδεῖν eſſe dictum uitium, cùm quis ſibi nimium ipſe placet, neq; curat quid alij de ipſo ſentiant. Ego arrogantiã, atque etiam contumaciã Latinè uerti poſſe cenſeo: tametſi nõnihil in hoc Græco, ut & ſæpè in alijs, amplius quàm in Latino ineſſe uideatur. Eſt aũt uitiũ, in quod ferè etiam boni incidũt, qui optima freti cõſcientia, non cogitant aliquãdo inter quos agant homines. quo nomine Catonem philoſophum, utpote Stoicũ, reprehendere haud iniuria uidetur Cicero. Illa altera, malorum planè & famæ contemptorum eſt arrogãtia, παρὰ ὀλιγώρως ἐχόντων περὶ τῆς ἄλλοις δόξης, qui nihil famã curant, neq; quidquã eos pudet: in quos eſt illud Tullij 1. Offic. Negligere quid de ſe quiſq; ſentiat, non ſolùm arrogantis eſt, ſed etiam omnino diſſoluti. αὐθάδεια.

5 Plato ſcribit tertiò.) Eſt & hic locus in epiſtola ad neceſſarios Dionis, prolixa illa, quæ eſt numero epiſtolarũ ſeptima: ſicut & bona pars harum narrationum inde eſt à Plutarcho deſumpta. Cæterùm uerſus qui ſequitur, ibidẽ extat, iiſdem quib. eſt apud Homerum Vlyſſeæ lib. 12. uerbis, ut nõ poſſim cogitare unde uox ἐξολοθρεύσειε hoc loco irrepſerit, pro Homerica ἀναμετρήσαιμι. Siquidem à Plutarcho mutata eſt perſona: illa aũt mendoſa uox neq; ſenſum habet, & uerſum uitiat.

6 Ob ſenectutem Dionis.) γῆρας in Græco ambiguè. Amiotus ad Dionem retulit, quod & mihi uidebatur.

7 Nauigia ſtrongyla.) στρόγγυλον, Græcis rotundum ſignificat, aut uerius teres. itaq; puto hoc genus nauigiorũ longis nauibus opponi. Exemplo tamen grauiſſimorum autorũ, qui in ſimilibus idẽ fecerunt, malui Græcam uocem retinere, quàm non ſatis perſpicuam pro ea ponere.

8 Synalus præfectus.) apud Diodorũ in huius narratione rei, Paralus nominatur.

9 Verberibus cæſi.) τυμπανισθέντες. Guari-

nus uertit: uirgis enim cæsos excoriarunt. τυμπανίζω Suida. Secutus (opinor) Suidam, cui τυμπανίζεσθαι est nō modò ξύλῳ πλήττεσθαι, sed ἐκδέρεσθαι etiam, & κρεμᾶσθαι suspendi. quod si libet sequi, in crucem actos uertemus: est enim planè consentaneum, supplicio illos corycæos acerbissimo affectos. Interpres Aristophanis in Pluto, ad uersum,

ὦ τύμπανα καὶ κύφωνες οὐκ ἀρήξετε: baculos, quibus damnati ferirentur, aut fuisse tympana. quē secutus sum. Est etiam in epistola ad Hebræos, uox ἐτυμπανίσθησαν, cap. 11. Antiquus & Erasmus uerterūt, distenti sunt: Castalio, cruciati. Dicitur & ἀποτυμπανίζεσθαι, apud nostrum in Galba, & uerò apud Aristotelem 2. Rhet. ca. 6. de Antiphonte à Dionysio supplicio affecto. Eustathius in 5. Vlyss. ex Euphorione Chalcidensi, & Athenæo tradit, ἀποτυμπανισθῆναι esse τὴν κεφαλὴν πολλάκις ἀποκοπῆναι. Vt in tanta interpretū uarietate liceat quod uis sequi.

10 Solarium.) ἡλιοτρόπιον. Est aūt ferè solariū, ut ex Cicerone et Varronis libro 5. de lingua Latina percipimus, horologium, in quo ex umbra gnomonis in sole horæ possunt cognosci: quomodo Græcā uocem grāmatici, & Plutarchi interpretes acceperunt. tametsi haud scio quàm absurdè pro suggesto, uel tribunali in sole posito accipere possimus, secunda etymologia: quomodo apud Athenieñses ἡλιαίαν dictam aiunt. nisi quòd sequētia ostendunt, de horologio fieri uerba.

11 Quin hominē fuisse eum tyrannorū studiosissimū.) αὐτὸς αὐτὸν ἀδικεῖται, &c. refertur hoc ad Ephorum, si Græca sequimur, qui sanè an tyrannis tantopere, & eorum uitæ instituto fauerit, non scio: neq; memini ea de re quicquā legisse, neque ego arbitror tamē eum talē fuisse. Guarinus ad Philistum retulit, quasi illius uitia nulla oratione potuerit Ephorus diluere: quod ego consentaneum puto, & probaui, ut loco etiam huic (quicunq; fuerit Ephori de tyrannide sensus) cōuenientem. Legendū ergo esset αὐτὸς αὐτὸν. in uoce αὐτὸς, ut sit emphasis, ad facundiam eius & uitia tegendi calliditatem respiciens.

12 Singulis Syracusanorum singulos uallos.) ἐκέλευσεν ἑκάστῳ ἕνα κόψαντας τάφρον ἐγγὺς καταβάλλειν. Qui uerba hæc consideret, facilè intelliget interpretes errasse, dū ita exponūt, quasi Dio Syracusanos iusserit singulas fossas prope ruinas muri agere quid enim cum κόψαντας & καταβάλλειν? quæ sanè fossæ nihil congruunt, quam cædi non propriè dicimus, multo minus deijci, uel deponi. Consequens est, ut aut τάφρος uallus sit, aut uocabulum mendosum. Posterius uerum est (nam τάφρος fossa est, non uallum) & procliuis fuit ad mendā lapsus: scripserat enim autor κόψαντα χάρακα (aliâs κόψαντας, si κατὰ σύνθεσιν accipias, etiam χάρακας debebat dixisse) litera σ ad uocis præcedentis finē ab oscitāte librario est translata, & τάφρον illem scripsit, ο in φ (ut uitiosa pronunciandi ratione est receptum) deinde mutata. Hæc menda interpretibus peruertendi sententiam loci huius ansam præbuit.

13 Platonis sentētia.) Locus est lib. 8. de Repub. quasi confusum aliquid, & in quo omnium formarū reipub. exēpla in promptu sint, per παντοπώλιον, seu nundinas intelligit.

14 Ludicra ex causa.) Apud Aemilium Probum legitur ea, sed quidē satis seria: nempe quòd hactenus luxuriosè & dissolutè cùm uixisset, patre rerum potito, & eum ad temperātiam reuocante, mutationem non ferret.

IN M. BRVTVM INTERPRETIS Annotationes.

Quòd initio statim affirmat Plutarchus, & postea Posidonio teste uidetur cōfirmare, M. Brutum à Iunio Bruto qui primus eiectis Tarquinijs consul fuit Romæ, genus traxisse: id & Dionysius Halicarnasseus libro 5. pernegat, autor grauissimus, & Dio lib. 44. scriptor Romanarū rerum minimè oscitans. Sed id uiderint alij. Illud nobis annotandum fuit, quo loco est in Græco statim tertio principij uersu ψυχήλατα τῶν ξιφῶν, uertisse Guarinū, ensem fulmineum: quàm apposité, nemo non uidet. Continēt aūt ea uerba non illepidam comparationem. Quippe & gladij, quales nos exposuimus, facilè nimiam ob rigiditatem franguntur: & nimia huiusmodi ac prædura ingenia, ferè sibi causa mali sunt. quomodo iste Iunius & liberis sese & uita priuauit. mox ingeniū uertit graue & humile, nō animaduertens, πρᾶον τῷ ἐμβριθεῖ minimè esse cōtrarium, sed quasi consequēs (aliâs absurdè contraria eidem tribueremus, quod ille fecit) & placidū seu pacatum significare, nō temerariū aut inquietum Sic infrà in Cicerone de Terentia τὸ πρᾶον & ἄτολμον coniunguntur.

2. Seruiliū Ahalam.) Seruiliū, pleriq; antiquas inscriptiones secuti AHALAM scribunt, uulgò HALAM. Ego puto ALAM etiam rectissimè scribi posse, idq; multo esse, quàm HALAM, uerius. Nam cognomē est à parte corporis, quæ axilla (quod & ipsum cognomē Seruiliorū fuit) & concisè ala dicitur. Ex Cicerone patet hoc. is in lib. ad Brutū, qui Orator inscribitur: Quomodo, inquit, uester Axilla (loquitur de Seruilio Axilla: & cur uestrum uocet, ex hoc Plutarchi loco patet) ala factus est, nisi fuga literæ uastioris, &c. Ergo apparet u aspirationē inter duo A A interiectā, quod ea syllaba esset longa, et ex concisione uocabuli orta, inq; pronunciando circūflecteretur: unde fortassis Græci ἄλας sumpserunt, ut Latinius, hoc est, magis recepta Latinorū consuetudine nos ALAM quàm AHALAM scripturos uideatur. Sed hæc scire, quàm mutare, tutius est. Quod Plutarc. porrò scribit, Seruiliū gladiū sub axilla seu ala ad SP. Mæliū obtruncandū detulisse, cogitationē inijcit, fortè inde cognomē hoc ortum. Sed hoc est

opinari

opinari. Historia est cùm alibi, tũ apud Liuiũ lib. ab V.C. IIII. pro μαίλλιον, scribe μαίλιον. Guarinus ab Ahala in forum tractum, nescio quid secutus, Mælium uertit.

3 Sed hunc Brutum.) Bruti dispensatoris, οἰκονόμου Βρούτου. intelligo, qui dispensator fuisset. neq; enim Bruti ad illum priscum posse referri uidetur, neq; etiam deberi: utcunq; id interpretes ausi sint. Græca enim uerba neq; mendosa uidentur, & ab eorum sententia abhorrent, nisi ὑὸν exponas αὐτοῦ ἀπογόνου. Sed & Βρούτου, non erat Plutarc. sine pronomine ἐκείνου, aut simili particula positurus, siquidem priscum illum uoluisset intelligi.

4 Romano quidem sermone.) Ad militarẽ hæc facundiam Guarinus non rectè applicat.

5 Fateamini me à uobis.) ὁμολογεῖτε ἀδικεῖν με ita legitur in epistolis Bruti ab Aldo cũ alijs impreßis, rectius quàm in nostro, ὁμολογεῖται. Ibidẽ epistola ad Samios citra interrogationem legitur. Tertia est ad Lycios. in fine scribitur ἐλάσθαι, quod etiam citra aliud exemplar patebat legendum. Res ipsæ ex sequentibus historijs patebunt.

6 In Cyprum Caninio.) In uita Catonis, & huius ipsius rei narratione constanter Canidius legitur: haud facilè dixerim, utra in parte sit mendum. nam utrunq; est nomen Romanum.

7 Quippe cuius pater.) M. Brutum, huius patrem, Lepidi sectatorem, à Pompeio interfectum, & suprà autor in huius uita, & tota illius belli historia docet, & Liuius epit. 90.

8 Regi Galatiæ patrocinans.) Est in Græco, τῷ τῶν λιβύων βασιλεῖ, regi Africæ. quòd si rectè legeretur, esset nimirũ de Iuba intelligendũ. Sed ego Brutum apud Cæsarem pro hoc intercesßisse ne suspicor quidẽ. Et uideo utrunq; interpretem secutum Græca. Sed ego mẽdum suspicor, & de Deiotaro loqui Plutarchum. Quod etsi eo durius uideri alicui poterit, quia λιβύων uox neq; cum Γαλατῶν, neque cum ἀρμενίων (nam Armeniæ minoris regem Deiotarum fuisse, Hircius ait: Gallogræciæ, quæ est Galatia, tetrarcham. sed & hos constat reges dici aliquãdo) quicquam affine habeat: tamẽ duob. nitor argumẽtis, an cõiecturis? Vna est, quòd pro Deiotaro intercesßisse apud Cæsarem, Brutũ, ex prima Ciceronis ad Atticum libri 14. epistola apparet: altera, quòd hoc dictum Cæsaris de Bruto, ibidem refertur. Iam Deiotarum parte sui regni mulctatum fuisse, ex quadragesimo libro Dionis, quin & ex Cicerone et alijs constat. De Iuba nihil tale legi puto usquã. propria aũt nomina absurdisßimè in Græcis sæpe corrupta esse, ita ut uestigia uix leuia superent, notius mihi est quàm uoluissem. Si tamen cui hæc non placẽt, ἁμαρτήματα μνημονικὸν Plutarchi annotet.

9 Et importunitati.) Locus in Græco est subobscurus, ac nequaquã à Guarino intellectus. Continet autem hanc sententiam. Nonnulli importunitate petentium amicorum uincuntur, & se uerecundiæ nomine excusant: q; scilicet puduerit eos amicis quidquam negare. ἐκλύει δυσωπεῖσθαι: uocãt, uel appellant hanc suam ἧτταν & concessionẽ, Verecũdiam. At eam Brutus turpißimam magno uiro iudicabat: neq; enim eũ debere quiduis precib. suorũ dare, sed interdum negare. est aũt δυσωπεῖσθαι, uerecundia alicuius moueri, & quasi nõ ferre uultum eius, ob repulsam indignantis. Sic in Coriol. de petitione consulatus de uulgo: ἐδυσωπεῖτο τὴν ἀρετήν. Virtutis Coriolani uerecundia animos eorũ mouebat.

10 Brutus hanc carunculam.) In Cæsare hoc aliter refertur: nempe Cæsarem, qui imperandi causa Brutũ nequaquã impium in se (à quo tot esset beneficijs affectus) fore putaret, dixisse, ἀναμενεῖ τοῦτο τὸ δέρμα Βροῦτον, hæc cutis expectat Brutũ. Quanquam malim & ibi legi ita, ut cum hoc consentiret, Βροῦτος recto, nõ quarto casu. quasi diceret, Brutum post se rerũ potiturũ, & expectaturũ mortẽ ipsius.

11 C. Ligarius.) Frater, opinor, Q. Ligarij ciuis, quem à Tuberone accusatũ Cicero defendit, nisi fortè Quintus legẽdum sit. paulo pòst Statilius socius Bruti dicitur. malim enim legere Statilium q̃ Στάλλιον, Stallium. nisi fortè aliquis alius fuit.

12 Cinna uir non postremæ in ciuitate.) in Græco est, Κίννας ποιητικὸς ἀνήρ. Πολιτικὸς legendum esse putabã, id est in rebus uersatus. Fuit enim is C. Heluius Cinna trib. plebis, ut patet ex Dione libro 44. extremo, ex Appiani lib. 2. Ciuil ex Valerij Maximi lib. 9. ca. 9. Non sum nescius, Cinnam hunc à quibusdam summis uiris pro eo poeta accipi, qui Smyrnam poema cõdiderit, sitq; à Catullo laudatus: qui fortasßis hoc ipso loco ducti ita censuerunt. Sed quia tam multi fuerunt Cinnæ, non temerè nisi alia accedant argumenta, id affirmarim.

13 Pleriq; histrionibus.) Guarinus indoctè, Bacchi cultoribus. οἱ περὶ Διόνυσον τεχνῖται uocantur histriones. Vide Plutarchi Quæst. Rom.

14 Non tibi, inquit.) Extant in hanc sententiam etiamnum epistolæ Bruti ad Ciceronem.

15 Andromacha Hectorem comitans.) Totus hic locus, ex libro sexto Iliadis Homericæ desumptus est.

16 Sed me Latoides.) Apollo, Latonæ filius. Verba sunt apud Homerum libro Iliadis decimosexto, Patrocli ab Apolline & Hectore & Euphorbo cæsi. Valerius Maximus refert hoc lib. 1. cap. de ominibus: sed Apollinem non à Bruto, uerum Cæsare & Antonio signo datum ait.

17 Vicies sestertiûm.) Guarinus ualdè imperitè quingenta millia æris. Mille æris esse idem quòd minam, id est cẽtum drachmas, facilè potest demonstrari. in Græco aũt hic est πεντήκοντα μυριάδας. quinquaginta myriades, nimirum drachmarum. At in una myriade, centum sunt minæ. Ergo hæc summa efficiet, non quingentas minas, sed quinq; minarum millia: uel quod idem est, millium æris quinque millia: summã scilicet Guarinianæ decuplam.

Latinius hoc dicitur uicies sestertiûm: & ipse in Antonio Plutarchus ostendit, uiginti quinq; (cuius duplum hic est) myriades, Latinè decies uocari.

18 Qua de re alio loco.) ὑπὲρ ὧν οὐ ἠπόρησε μᾶλλον ἠπόρηται. Guarinus, hæc in cæteris animalibus dubia magis sunt. nimis quàm imprudenter. Quòd autem alio loco se hanc quæstionem ait tractasse, id est in libro Conuiualium quæstionum sexto, cap. 8.

19 P.Silicium.) Sicilius Coronâs Dioni dicitur, libro 46.

20 Nestorem usum Homerus.) In rixa Achillis cum Agamemnone sedanda, lib. 1. Iliadis.

21 Nos, inquit, ita existimamus.) ἡμέτερος οὗτος εἶπεν, legendum est: non ὑμέτερος. Epicureorum enim sententia refertur, non Platonicorū. Cassium autem Epicureum fuisse, id quod hic dicitur, etiam ex Ciceronis ad eum epistolis ipsiusq; rescriptis apparet, quæ sunt lib. 15. ad Familiares.

22 Apud Symbolum.) Mons est apud Philippos Pangæo monti occurrens. Locorum descriptio est satis perspicua apud Dionem, in huius historiæ narratione, libro 47.

23 Brutus contra Cæsarem.) Καὶ ἀντεστρατοπεδεύετο, ἀντώνιον βροῦτος, Κάσσιον δ' ἀντώνιος. Mendum est perspicuum: & historia docet pro ἀντώνιον esse αὐτὸν legendum, ut ad Cæsarem referatur, cuius castris Brutus oppositus fuit. hæc tamen Guarinus non sensit.

24 Fuisse eum Cassium.) Græca uidentur nōnihil ambigua esse, & interpretes quidem ita acceperunt, quasi dies natalis non Messalæ esset, sed Cassij futura. id quod mihi secus uidetur sane. et illud εἰπὼν eo est obscurius, q. statim transitur ad accusatiuum: neq; antecedentia uerba Messala, sed Cassius fecerat: quo fit, ut κατάδεχθαι τὸν Κάσσιον exponam, quasi Cassius hæc ad Messalam locutus, eum salutauerit: & εἶναι κεκλημένον accipiam, ut ad Cassium referatur, à Messala inuitatū. Si Cassij fuit natalis dies, perijt suo natali, sicut & Pompeius & Attalus: quæ in Camillo exēpla Plutarchus referens, uidetur ne hoc quidē neglecturus fuisse, si ita sensisset.

25 * Sed quam propter eum.) Locus est mutilus. id quod asterisco notare, quàm incertum aliquid assuere, tutius duxi.

26 Victis ostendit occasio.) ὁ καιρὸς. sic enim legendum puto, non ὁ Καῖσαρ: quod falsum esse, sequentia demonstrant. Adstipulatur etiam Amiotus.

27 Briges.) De hoc uocabulo nonnihil Varinus ex Hesychio. Eustathius in primum VlyssEæ, ex Pausania refert, ita uocatos barbaros. uidentur aūt fuisse manumissi ad ferenda arma & militādum serui: nisi quis lixas & calones intelligere malit.

28 Non autor horum.) Vltionem diuinitus imprecatur ei, qui causa præsentis mali & oppressæ libertatis esset. Appianus idem referens, de Antonio exponit, qui cùm posset patriæ libertatē unà cū Bruto (qui hoc ipsum sperans ei pepercerat) asserere, maluit se cū Cæsare coniugere, à quo deinde est perfundatus. Cæterùm uersiculus est ex Euripidis Medea, quæ Iasonis in caput execratur, à quo prodita erat.

29 Valerius Maximus.) Libro 4. cap. 6.

IN DEMOSTHENEM AB Interprete annotata.

PHILIPPI & Alexandri Magni ætate uixisse Demosthenē Atheniensem oratorem, neq; multo pòst huius obitum tempore perijsse, res est non obscura.

1 Delphinis in tellure uis.) Posterior est pars senarij uersus. Continet aūt prouerbium. Nam delphinus piscis est præualidus, & qui in mari plurimū possit: in terra nihil ualet. Ita, inquit Plutarchus, se fortassis haud parū in rebus Ciceronis & Demosthenis gestis posse iudicandis: de facundia aūt minimè ualere iudicio, cuius rei causas attulit. Possumus uti hoc uersiculo, quoties rem nobis inauditā ea ratione recusamus, quod ad eam peragēdam uires nobis aut peritia desit: aut ea à natura nostra, uel instituto sit aliena. Non abludit ab adagione apud Liuiū relato, Cantherium in fossa. Prouerbium.

2 De optimatibus fuit ciuibus.) τῶν καλῶν κἀγαθῶν. καλοὶ κἀγαθοὶ ciues apud Atheniēses erant ij, quales Romani uocant optimates, à plebe seiuncti, & in repub. priores. Sic sæpe Thucydides, sæpe Plutarchus, præsertim in Pericle. Quod dico, ut intelligas non tam uitæ hic quàm ordinis in repub. rationem indicari. Cic. lib. 2. de Officijs uidetur optimū quenq; uocare eū, qui hic est καλὸς κἀγαθός. Ex quo (inquit) euenit, ut alij populares, alij studiosi optimi cuiusq; uideantur, pauci uniuersorum. Locus Aeschinis, qui mox citatur, est in nobili illa aduersus Ctesiphontem oratione. καλοὶ κἀγαθοί.

3 Platonis Demosthenem otatotem.) Hoc idem grauissimus autor Cicero affirmat, non uno loco: ut in præfatione Officiorū, & initio Oratoris, in Bruto, & primo de Oratore libro.

4 Lamacho Mirrhenæo.) In Græco enim est, μυῤῥινούσιον. malim, ut alibi legitur, μυῤῥινούσιον, aut potius μυῤῥιναῖον. Est autē Myrrhine, μυῤῥίνη, urbs Aeolidis. Myrrhenam nullam, neq; Mirthenam noui. itaque non habeo quod statuam.

5 Rhopoperperethram.) ῥωποπερπερήθραν est in Græco libro, atq; ita uideo ab omnib. legi. Sed ut ea uox exponi possit, nondū uideo: mihi enim fasciculi isti nō probantur uel uerborū, uel sarmentorū: Sequor aūt Varinū, qui ostēdit, παρὰ τὰς ῥωποπερπεράς, factū esse uocabulū ῥωποπερπερήθρα, sicut à ἀλινδήθρα fit ἀλινδήθρα. Ideóq;, Eustathiū scilicet secutus, exponit ῥωποπερπερίαν significare inanes et futiles nugas. Nota sunt πέρπερος, περπερεία et περπερεύεσθαι, ῥῶπος, inutiles & uiles res, seu merces significātur: quales uulgò multæ circūferuntur, nō ad instru- ῥωποπερ-πυθ.

ad instruendos aliqua utilitate, sed emungendos pecunia homines, leues præsertim, & curiosos, paratæ. & ῥωπικὰ etiam in Lycurgo Plutarchus eodem modo dixit: estq; uenustũ Erasistrati dictũ, τὴν φύσιν οὐδὲν ἔχειν ῥωπικόν. itaq; in τῶν ῥώπων & περπέρων componitur ῥωποπερπερήθρα, eleganti translatione inanem loquacitatẽ ac temerariã explicans: (quo in genere Comici solebant ludere, & quale notum illud λαμπροφανηλογορρήμων) atq; ab eo παραγωγῇ fit ῥωποπερπερήθρα: quomodo hic legendũ omnino puto. quando & Eustath. in ν. Iliad. hoc ipso uocabulo notari futiles & garrulos testatur, inquiens: ἐκ τούτου δὲ ῥωποπερπερήθρα τις προσερρήθη (nimirum Demosthenes) ἐπὶ χυδαιοτέρᾳ καὶ φλυαρίᾳ σκωπτόμενος. Simile huius est illud ῥωποπερπερήθρα, obiectum Eubulidæ Milesio, Euclidis sectatori, à quodam Comico, apud Diogenẽ Laertiũ lib. 2. Apud Suidam est ῥομβοστωμυλήθρα.

6 Assurgit ensis.) Apparet in Græco esse Iambicum senarium hoc quidem loco. nam in Phocionis uita pro ἀνίσταται, legitur παρίσταται: atq; ita uersus ratio tollitur. Itaq; ut satisfacerem & ijs qui uersum esse iudicant, & ijs quibus aliter uidebitur, uersu reddidi, sed qui in oratione stare posit.

7 Æsionem.) Appionem legitur in uita Demosthenis hac, cum Demosth impressa.

8 Tum Daochum, Thessalum, & Thrasydæum.) Ita legit & Aretinus, & Amiotus. Hieronymus Vuolfius, uir doctißimus &, quẽ amicitiæ honorisq; causa nomino, in huius uitæ uersione, locum hũc asterisco notauit, quod particula δὲ post μακεδόνας, omnino aliquid diuersi uideatur significare, id quod tamẽ uerba nõ explicent, loco scilicet mutilo. Cuius ego coniecturam eatenus probo, quatenus Daocho & reliquis epitheton deesse censuit: Thessalos autem Daochum & Thrasydæũ affirmare non possum. Historiam (ut obiter moneam) qui plenius et expreßius legere cupit huius belli, Diodorum Siculum, uel Gemisthi paralipomena cum Herodoto Basileæ impressa euoluat.

9 Demosthenes Demosthenis.) Iambicum trimetrum, & alterius caput uerba Græca efficiũt: atq; in Græco etiam ita distinguenda sunt, ut carminis ratio appareat. ὑποκρούειν ego accipio, mensuram carminis uel manus: uel, quod huic magis quadrat, pedũ motu exprimere. quod nos uulgò, die mẽsur schlagen, dicimus.

10 Margiten nominabat.) inertem, & nullius precij stolidumq; hominẽ. Meminit eius ex Homero Aristoteles, atq; Clemẽs Alexandrinus. Vide Erasmi Chiliad. de Margite.

11 Phylarchus.) φύλαρχος, alibi: & in hac uita aliâs cum Demosthene impressa φίλαρχος. Sed hoc rectius est. Aretinus Phalereũ legit. Idẽ γάλα ὤνιον uertit uenale, quasi si idem essent ὄνειον & ὤνιον.

12 Commento eluserunt.) ἐψηφίσαντο πρὸς τὸν νόμον. ἐσοφίσαντο legendum, non ex altero modò exemplari, sed palàm ex sensu constat.

13 Calauria.) hæc aliquãdo Καλαβρία scribitur, ob affinitatẽ literarũ, ut αὔρα & αὔβρα. nã uitiosa pronunciatio hæc inuexit: sicut id quoq;, quod ϐ ferè in scriptis libris figura nostro u simili exprimitur.

IN CICERONEM.

MAtrem Ciceronis Heluiam.) ὀλβίαν καὶ γεγονέναι καὶ καλῶς βεβιωκυῖαν. ὄλβον opes, ὄλβιον diuitem esse scio. Cæterum hic mihi metui, ne si uerterẽ quomodo uterq; interpres, negligentior meritò iudicarer. Puto aũt scriptum esse à Plutarcho, Κικέρωνος δὲ τὴν μὲν μητέρα λέγουσιν ἑλβίαν καὶ γεγονέναι καλῶς, καὶ βεβιωκέναι. Primùm ipsa traiectio particularũ ὀλβίαν καὶ, locum mihi fecit suspectum. Deinde cùm Græci loco v consonãtis τῷ βῆτα utantur, cogitaui quã Plutarchus siue ὀλβίαν, siue ἑλβίαν dixisset, eam à librarijs postea ὀλβίαν perperam scriptã, proprio in appellatiuum cõmutato. Nam Eusebius quoq; Heluiam Ciceronis matrẽ nominat, secutus eosdẽ (opinor) autores: & Heluij Romæ fuerunt, Cinnæ cognomẽto. Deniq; uix mihi persuadebitur, si autor matrem Ciceronis (cuius nomẽ omittere non, puto, uoluit) diuitẽ uoluisset affirmare, ὄλβιαν scripturum fuisse. Dixi quod sentio: cæterorum saluo iudicio.

2 Ab Tullio Attio.) In Græco est τύλλον ἄππιον, quod interpretes parum de his rebus soliciti retinuerunt. Est autem legendũ τύλλον ἄττιον. loquitur enim de Tullo Attio Volscorũ rege, ad quem exul Coriolanus confugit. Liuius lib. 2. Dionysius libro 8. initio, & in Coriolani uita noster.

3 Primus Cicero) A cultura ciceris hoc cognomen Plin. 18. 3. ortum ait, sicut Lentuli, & similia.

4 III Nonas Ianuarij.) ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλανδῶν. Hunc suũ natalem diem Cicero ad Atticum etiam notat, lib. 7. ep. 5. Ita, inquit, ad urbem 3. Non. (patet aũt ex superioribus, loqui de Ianuario) natali meo. et lib. 13. epistola, Venit ille. Sed heus tu; inquit, diem meum scis esse III Non. Ianuar. aderis igitur. Gellius lib. 15. cap. 28. ait: Q. Cæpione & C. Serrano Coß. ante diem III Nonas Ianuarij, natus est M. Cicero. fuit hoc anno V. C. DCXLVIII. Latinus interpres Bochius, III Kalen. Ian. uitiose extulit. quem errorem, ut persæpe alios, secutus est Amiotus. Locum autem doctè, ut omnia, in sua Quæstura Corradus explicauit.

5 Plato requirit.) Disputat ea de re cùm aliâs; tum principio libri de Repub. sexti.

6 Octo millibus nũmûm.) Ita quidem est in Græco. nam duo millia drachmarũ hoc efficiunt, cũ quatuor nummi sestertij sint in denario. At apud Ciceronẽ in hac pro Sex. Roscio Amerino oratione ita legitur: Bona patris huiusce Sex. Roscij, quæ sunt sexagies, de uiro clarißimo et fortißimo L. Sylla, quẽ honoris causa nomino, duob. millib. nummûm se dicit emisse adolescens uel potentißimus hoc tempore nostræ ciuitatis L. Cornelius Chrysogonus. Neque uerò dissensisse à Cicerone Plutarchum credo: multo minus autem ignorasse ut hæc summa Græcè efferretur.

efferretur, aut lapsum fuisse ea in re. Itaq; nisi mendum libri sit (quod ipsum affirmare durum est) uel apud Ciceronem, uel apud Plutarchũ, lapsum hunc memoria hoc loco dicendum est. Sanè illud sexagies accuratè & rotundo ducentorum ac quinquaginta talentorũ numero expreßit. Etenim talentum constat minis LX, mina centum drachmis, seu denarijs: in denario quatuor sunt, ut diximus, sestertij nummi. quo fit, ut in singula talẽta sex denariorum, uel XXIIII nummorũ millia computẽtur. Ergo de CCL talentis, MD millia drachmarũ sexies millena millia nummorũ redigentur. Hæc iam ad cẽtena millia (nam quoties sestertiûm uel dicitur, uel dici intelligitur, ut in hoc loco Ciceronis sexagies, et alibi decies, ac similia omisso uocabulo sestertiûm ponũtur, toties cẽtena millia nummorũ indicantur) reuocabimus: erũt sexagies centena millia nummûm, hoc est sexagies sestertiûm. Id obiter annotare non abs re duxi. In uita Antonij infrà similis locus Ciceronis referetur.

7 Negligebaturq́;, ac Græcus.) παρημελεῖτο. Hoc paßiuũ est uerbum utiq;, nõ actiuum: & negligi significat, nõ negligere. Malè hæc interpres extulit, sicut et χολακικὸν: qđ uocabulũ hodie pro Latino usurpatũ, eodẽ modo apud nos solet ignominiæ loco eruditis & simplicibus hominibus, ab auaris hominibus, ac superbis bellorũ cauponib. obijci.

8 Contra disciplinam militarẽ.) In Græco est ἀταξίαν: quod qui ad desertos ordines referunt, speciem pro genere non satis prudenter arripiunt, Multa enim alia hoc uocabulo comprehenduntur. non tantùm λιποταξίον. Non sanè cõstat mihi, qualis ἀταξία obiecta iuuenib. illis Romanis fuerit.: sed hoc scio, ἀτακτεῖν Græcis esse, quicquid sit cõtra disciplinam militarẽ. Sic in uita Pompeij, ἀνιῶν τοὺς στρατιώτας ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις ἀτακτεῖν. & alibi.

9 Scribit.) Locus est in oratione pro Cn. Plancio, tametsi paulo aliter rem narrat Cicero: ita quidẽ, ut ad summã negocij aut nihil, aut parũ intersit.

10 Libertinus Cæcilius.) Q. Cæcilius Niger, domo Siculus, et quæstor Verris, contra quẽ Diuinatio seu prima Verrina Ciceronis est. uide Asconium. Suibus autem abstinere Iudæos (quæ ioci est materia) notißimum est.

11 Villam Arpini pulchrã.) ἄρπινα. Ciceronis patria fuit Arpinũ, unde Arpinàs dictus est. fuit aũt in Campania ut & Neapolis, et Põpeij, q uel ex Plin. 3. 5. intellexeris. Arpi aũt urbs est Apuliæ, in diuersa Italiæ parte: ut planè huc nõ quadret. Nisi Arpinũ fortè Græcis ἄρπινοι dictũ sit, q credere ẽ durũ.

12 Fertur & Licinius Macer.) C. Macer ille est, cuius lib. 1. Ep. 3. ad Atticum meminit. Aliter narratur hæc res à Valerio Max lib. 9. cap. 12.

13 Tantum collũ non habeo.) τηλικοῦτον τράχηλον. Guttur uerterũt Bochius & Corradus: non sanè ita ut sensus requirit. neq; uerò τράχηλος guttur est. est aũt uernacula etiam nostra lingua usitatum, ut homines impudentes, & in dicẽdo præsertim temerarios, ualido collo præditos dicamus. Atq; ita etiam Marius (ut refert Plutarchus) in senatu respondit: Non ita latum sibi esse collum, ut de tanta re quicq̃ affirmare ausit, de lege Saturniana loquẽs. Eò alludens Cicero, strumas Vatinij eleganti dicto notauit. Pòst in Græco ἐλαύνεσθαι est, quod nõ uideo q̃ cõmodè legatur. Sicut & illud ἀναγκαζόντων ἐπὶ βῆμα καλούντων. Sed sentẽtiæ sunt planæ.

14 Ij quibus Syllanis.) Proscriptorũ filij. Vide Corradum & alios. Plin. lib. 7. cap. 30. in eulogio Ciceronis: Te orante proscriptorũ liberos honores petere puduit. Meminit ipse lib. 2. Ep. 1. ad Atticum.

15 M. Otho præturam tum gerens.) Ita hæc, ut in Græco sunt retuli: nisi quod animaduerti etiã aliâs στρατηγεῖν uocabulũ pro quouis magistratu poni, minus propriè. (Quod uiderat multo antè Polybius, στρατηγὸν uocẽ prætoris nomine ampliorem: itaq; hũc aliâs ἑξαπέλεκυν uocat. Etiam in Lucullo ea de re annotaui) Nisi quis erratũ uel à Plutarcho, uel à librario (quod malim) dicat: ut δημαρχῶν legatur. Autor enim legis theatralis fuit tribunus plebis, quod & disertè Liuius lib. 99. tradit, ut ex Epitoma intelligitur, & apud Dionem lib 36 perspicuè docetur. Fuit aũt is trib. plebis L. Roscius Otho. Prænomẽ L. est et apud Ciceronẽ in Mureniana, & apud Liuiũ ac Dionẽ, quib. dixi locis, et apud Asconium Pædianũ in oratione pro C. Cornelio, & apud Acronem in 4. Epod. Horatij: ut M. à Plutarcho dici mirer. quanquã mendũ potius, aut μνημονικὸν esse ἁμάρτημα suspicor. Porrò aũt Roscius nomen fuit, Otho cognomẽ. Id quod, cùm pridem Dionẽ uertißemus, in eumq; Annotationes scriberemus, festinantes & parũ solicitè circumspicientes fefellit. Xylandri error.
Itaq; ibi putauimus Dionẽ & Liuiũ à Plutarcho & Horatio & Iuuenali dissentire. quod falsum esse, uel unus Horatius nos poterat docere. Cuius enim ex quarto Epodon uersus citauimus de Mena Pompeij liberto, auso in XIIII ordinibus sedere,

Sedilibusq; magnus in primis eques
Othone contẽpto sedet: idẽ in prima ad Mecenatẽ epistol. legẽ de ordinib. Rosciã dixit, eo loco,
Roscia die sodes melior lex, &c.

Sanè statueramus Dionẽ nostrũ & emendatũ pluribus in locis, & politũ denuò edere, cùm typographus in Gallia inscijs planè nobis priorẽ editionẽ recoxit: q opera nostra uti, et melius de nobis & Dione studiosisq; mereri potuisset, si uoluisset. Sed quid Dionis emendatio.
facias hominib. etiã cum damno & dedecore aliorũ lucrũ sibi captãtib. Nos uel correctũ (ut dixi) breui dabimus: uel, si id cõmodius uidebitur, seorsim castigationes nostras et annotationes edemus. Nunc ut finem faciã, uim Rosciæ legis scribã. Quatuordecim Lex Roscia.
gradus in theatro proximos post patricios secreuit Roscius, in quibus equites spectarent, plebe exclusa. Porphyrio & Acro ex his primos pro tribunicijs seruatos fuisse scribunt. Plinius libro 7. cap. 30. Te

suadente

ſuadente (ad Ciceronem conuerſa eſt oratio) tribus Roſcio theatralis legis autori ignouerunt, notataſq; ſe diſcrimine ſedis æquo animo tulerunt. Erat autē *certus præſcriptus cenſus equeſtri ordini, quem qui non explerent, ijs ſpectandi locus in* XIIII *ordinibus non dabatur.* Quod nō modò *ex Satyris Iuuenalis, tertia & decimaquarta apparet: ſed Horatius diſertè oſtendit fuiſſe quadraginta millia nummoum, id eſt* CCCC *ſeſtertia, ibi:*

Si quadringētis ſeptem ſeptem ſex millia deſunt,
Plebs eris, &c.

Quod idem ex Suetonio & alijs colligi poteſt. Plinius lib. 33. cap. 2. docet, hoc caput repetitum ſub Tiberio. quē locum conſule, nos aliò uocamur.

16 Ipſi Craſſo, incerto autore.) Quòd *hoc loco calumniatur Plutarchum Corradus, quaſi in uita Craſſi diuerſum ſcripſerit, iniquè mihi uidetur facere. Nam profectò ibi nequaquam dixit, epiſtolam illam fuiſſe à Catilina ſcriptam, ſed de Catilina fuiſſe ſcripta quædam iſtis in literis: à quo, non additur, ut optimè cum eo conueniat quòd hic ἀδέσποτος epiſtola dicitur.* Eſt *enim ibi, ἐπιστολὴν κομίζοντα περὶ τοῦ Κατιλίνα, καὶ ζητουμένην.* Quæ *duo poſtrema uocabula mendū continent, ſed quod nullo modo potuerit Corradum in Plutarch. armare.*

17 Illorū conatibus.) *tribb. plebis, qui Cæſaris inſtinctu Ciceronē uexabāt. ἐνάγων in Græco ad Cæſarem refertur, ſcilicet autorē conſiliorū, quorū adminiſtri erāt δήμαρχοι. Sic enim legendū, non χιλίαρχοι, ſatis cōſtat: neq; librarijs nouum crimē obijcitur. Calumniari aūt Plutarchum hic planè nihil attinebat, quaſi prætoris & trib. plebis poteſtatem eādem putaſſet. Neq; mei eſt inſtituti Plutarchū defendere, qui ſeipſum ſatis defendit. Nā quæ Ciceroni obijcit uitia, excuſare humanū eſt: negare qui uelit, ipſi etiam Ciceroni, nedum Plutarcho & alijs etiam Latinis ſcriptoribus, omnem fidem deroget.*

18 Axio cuidam.) *Mentio Axij fœneratoris eſt apud Ciceronē epiſt. 10. lib. 1. ad Atticum, interpretationē ioci coactus ſum addere de meo: quia, ut pleraq; id genus, in Latinum transfuſus amittit uim & leporem ſuum.*

19 Tribunatu plebis ſubitò deſerto.) *Id factū eſt Silano et Murena Coſ. proximo poſt Ciceronē anno. Hiſtoria eſt apud Dionē perſcripta, lib. 37. in Græco ἀπολιπὼν ἄφρω, ſed ſcribatur ἄφνω.*

20 Adraſtum.) *Notū eſt hunc, duob. exulibus Tydeo & Polynici duas filias nuptum dediſſe. alter qui ſequitur uerſiculus, notus eſt de Laio.*

21 Qui proclamarūt.) *ἀνακηρυττόντων. nō ſatis hoc aſſequor: niſi proclamator fortaßis, uel præco dicatur eſſe, aut ab eo genitus. nam illa officia ſordida ac parum digna ingenuis habebantur.*

22 Bona quædā proſcripſiſſet.) *ἁμαρτίαν προσέγραψεν. Vereor ne hic ſit ἁμαρτία librarij, & aliquid aliud legendū. non enim uideo quid ſit uitiū uel peccatū proſcribere, niſi fortè ſe decoxiſſe et ſoluendo nō eſſe præſcripſit ipſe. quod an fuerit moris neſcio: neq; memini me legere.* Viderint doctiores.

23 Qua cū ingreſſus fuerat.) *ἡ συνῆλθεν.* Neq; *hoc ſtatim obſcœnū eſt uerbum, ut ne apud Latinos quidem congredi, & ſimilia: & magis tamen placet συνεισῆλθεν legi, ut in Cæſare eſt, & uidetur legiſſe Amiotus. Aura ancilla in Cæſare ἄβρα dicitur: quomodo etiam Calauria & Calabria, pro inſula, uariè & promiſcuè ſcribuntur.*

24 Clodiū poſtulauit. *) *Cur aſteriſcū adiecerim, non eſt obſcurū: quis enim non uideat, accuſatoris nomen, hoc eſt, nominatiuū qui ad ἀπεγράψατο pertinet, deeſſe? Tantū enim abeſt ut Cæſar eū accuſauerit, ut ne teſtimonium quidē dicere uoluerit.* A' *tribuno plebis poſtulatū Clodiū, eſt in uita Cæſaris.*

25 Tullium.) *τύλλαν. τύλλιν malim, ut libertus aliquis Ciceronis intelligatur.*

26 Multorū inopum.) Bochij *interpretatio, itemq; Amioti, nō tam à uerbis Græcis, quàm à ueritate uidetur aliena. et πολίτευμα ſignificare frequēter conatū aliquē certæ rei in ciuitate cōficiēdæ (unde & πολιτεύεσθαι eodē modo deductū) notū eſt.*

27 Se ei locum in agro.) *τὸ χωρίον ἢ καταγράψειν.* Bochius, illicò eū in crimen delaturū aſſeruit. *ſed ferè pleraq; ab eo ſunt negligēter uerſa. Sic ex Fabrūm magiſtro ædilē proximo uerſu fecerat. Corradi uerſionē nō habeo cur probē:* ex ipſa regione ſe milites in eum conſcripturum denunciauit. *καταγράφειν ſcio aliquādo eſſe militē ſcribere: ſed quid χωρίον? Deinde ſi talis aliquis ſenſus his uerbis ſubeſſet, nō uidetur particulis μὲν & ἢ uſurus fuiſſe, cùm poſterius membrū priori eſſet atrocius. ſed dixiſſet fortaßis, οὐ μόνον ὃν ὁ Οὐίβιος τὸ οἰκίας, ἀλλὰ καὶ χωρίον, &c. nunc illud δὲ priori aliquid diſsimile uidetur oſtēdere. Itaq; intelligo, Vibium domo eum recipere nō auſum, ob metum edicti Clodiani: partē tamē aliquā in agro ſuo uel prædio deſignaſſe, ubi lateret. alibi nihil memini me de Vibio iſto legiſſe. Sanè Amiotus nobiſcū ſentit. Quid uel hic, uel Corradus legerint, nō ſatis ſcio. C. Virgiliū pro Vergino poſui, ex oratione pro Cn. Plancio.*

28 Sed profectò ea uis eſt gloriæ.) *Mirum quàm planè diuerſam à Plutarchi uerbis ſententiam Bochius et Corradus hic protulerint: nō uidētes fortaſſitan nomē δεινὸν (quod illi τῷ δόξα tanquā adiectiuū attribuētes, omnia cōturbarunt) ad uerbū ἀποκλύσαι & ἀναμόρξασθαι pertinere. Eſt enim ea oratio, qua non Græci modò, ſed & poetæ Latini Græcorū imitatione crebrò utuntur: ut in uulgato illo,*

Δεινοὶ γὰρ εὑρεῖν μηχανὰς Αἰγύπτιοι.

Horatius ſæpiſsimè:

——Teſtudo reſonare ſeptem Callida neruis.
& de Luna: ——Celeremq; pronos Voluere menſes. Et de ipſo Horatio Perſius:

Callidus

Callidus excusso populum suspendere naso.
Sed quid opus exemplis in re nota?

29 Ciceto dixit.) *In oratione Post reditum in Senatu.*

30 Deteriot seipso.) οὐδείγειρος αὐτοῦ, *ut ad Hortensiũ refcratur. Ego ad ipsum mallẽ & αὐτοῦ legi. Corradus uidetur legisse μὴ φαυλῶν, sed nõ cohærente sensu. res non est magni momenti.*

31 Nullo prætetea supplicio affectis.) *Rectè hæc Bochius, uel saltem conuenienter Plutarchi uerbis reddidit. Corradus autem, quod & aliâs ei accidit, locũ, quasi si difficilimus esset, peruertit, ita ut intelligere nemo possit quid dicat, nedum ut Plutarchi uerba exprimat. Quid est enim hoc?* Et eos qui nihil soluerent, & illo plus acciperent, sine infamia conseruauit. *Quod si ei labi communi hominum sorte euenit, in re præsertim tam aperta, & quam ipse deinde uerbis Cic. ex VI ad Atticum refcrat: æquior profectò Plutarcho erit, qui eum sæpe indignè, crebrò quidẽ ab illo reprehendi & uexari uiderit. Neque ego hæc dico, ut de Corradi gloria quicquam detractũ cupiam, quem admiror hercle: & fateor me, si adesset, libenter inter eius discipulos futurum: sed ut ostendam, non omnes nos ab unius alicuius autoritate pendêre debere.*

32 Cœlio petenti.) *Vide Epistolas Cic. fam: libro 2. & 8.*

33 Cato qui Dyrrachij.) *En tibi æquum Plutarchi censorem Corradum. Hic dicitur, Catonem copias Dyrrachij habuisse: in uita Catonis, Corcyræ Ciceroni ab eo oblatum imperium. Ergo (inquit Corradus) de loco secum Plutarchus, ut sæpe, pugnat. Quasi uerò non potuerit milites habere Dyrrachij idem, & Corcyræ Ciceronem conuenire. Paulò antè de aquilis legi, & legendum omnino puto, λελεῖφθαι, non λελοῖφθαι.*

34 Ita ei se submittebat.) ὑπτία πρὸς τὸ μειράκιον αὐτὸν. πρὸς *particula abundat, id quod quiuis uiderit. Corradus hæc uerba, quibus perspicuè dicitur Octauium Ciceroni se insinuasse, & submittendo se blanditum esse, falsè ad Ciceronem detorsit, ut haberet quod in Plutarcho reprehenderet.* Nam sic, inquit, adolescenti se subiecit. *atq; hoc deinde refutat, cùm Plutarch. non dixerit. id est nimirum cum laruis luctari.*

35 Iuxta Capuam.) Καπύης. *Bochius Capuam reddidit: & sic est apud Appianum libro 4.* ἐμφυλ. *quæ urbs tamen non in ora est sita. sed intelligi tamen utcunque possunt prædia haud longißimè ab urbe ea distantia, ex Liuij libro 120. cuius extat fragmentum de obitu Ciceronis. Videtur Caieta legendum.*

36 Popilius.) *Scribendum in Græco* Ποπίλλιος, *non* πίλλιος, *iampridem ad XLVII librum Dionis docui.*

IN DEMETRIVM INterpretis Annotationes.

PYRRHI *æqualis hic fuit, filius & successor Antigoni magni, à quo regnũ Macedoniæ usq; ad Perseum à morte Alexandri durauit.*

1 Ex omni Antigoni posteritate Philippus.) *Necauit autem Demetrium, Persei calumnijs inductus. Historia copiosè est & eleganter à Liuio descripta, libro 44. Donatus imperitè locum peruerterat, & Antigoni filium Philippum nominauerat. nam quod priuignus fuit, excusare eius oscitantiam nequit. Vide Genealogiam, quam apud Aemilij uitam descripsimus.*

2 Eponymo magisttatu.) *De hoc suprà in Aristidã annotauimus. Interpres ridiculè:* qui certo quodam nomine appellari consueuerat. *Idem contra & uerba sententiamq; Plutarchi, & ueritatem rei, regis nomen à solis successoribus Alexandri hactenus usurpatum fuisse scribit: quasi sub eorum numero non comprehenderètur Antigonus & Demetrius. Sed & paulo antè nescio quam Lamiacensium pugnam dixit. Verùm ista persequi omnia est molestum:*

3 Ex Euripide imitatum uersiculum.) *Euripidis nobilem uersiculũ (quem nos ipsum quoque perspicuitatis causa integrum in uersionem nostram transtulimus) nemo eruditorum est ferè qui non sæpe uiderit, aut audierit:*

ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν δουλευτέον.

Antigonus ita immutauit, & ab obsequio ad nuptias detorsit, ut ὁμοιόπτωτον *elegantẽ allusionem contineret, pro* δουλευτέον *reposito* γαμητέον. *Quod minimè obseruans Acciaiolus, omnem loci uenustatem interuertit, & abs re de seruiendo mulieri mentionem intulit. Idem suprà, cùm Dromoclides Sphettius (Sphettia curia est, seu* δῆμος *Atticæ) nominatur, nescio quid tribui (si dijs placet) Sphettiæ ab eo iniunctum commentus est. Philam unico L scribo, secutus Diodorum & alios.*

4 Thasius'ne erat.) *Elegans est, & facetus planè iocus. nam quod affluxui (ita enim liceat exponere uocẽ* ῥεῦμα) *Demetrius humoris alicuius, seu pituitæ imputabat: id uini abundanti affusioni Antigonus adscribit. Nobilißima uina sunt Chiũ & Thasium: de quibus præter alios, Plinius lib. 14. ca. 7. & deinde, atq; Athenæus libro 1. Hunc iocum uariè etiam Germani, neque minus scitè usurpant. nam & eum qui in itinere diutius moratus, eluuie aquarum se impeditũ minus concinnè causatur, potuisse quod ad aquam pergere dicimus ioco, nisi uinum (cui nõ item pontes insternuntur) obstitisset. & uino deditiores, ac de catharris conquerentes, simili planè modo notamus, cùm dicimus: si uelint efficere, ne tanto affluxu infestentur, ab assumendo (nimirum uino) esse temperandum.*

Vterq;

5 Vterque minas XL.) ὀλκὰς ἑκάτερος μ. deest autem μνῶν, ut puto, id est libras uel minas (Mina Attica non ita multum à libra Romana differt. nimirum drachmis quatuor. de qua re Budæus, & alij) quadraginta: quomodo & interpretes acceperunt.

6 Lamia, Dema.) Δημώ. Hæc apud Athenæum libro decimotertio. Δημώ, Demo dicitur. & sic etiam infrà.

7 Laconensis.) λακωνικὸς. Spartiatam Donatus, Amiotus cognomento ita dictum. mihi neutrum probatur, & patriam, aut uerò curiam Atticam uel pagum designare id uocabuli puto. λακωνικὸς quidem Spartanus non dicitur.

8 Demetrium fabulam uocabat, eò quòd Lamiam haberet.) Apparet Lamias in fabulis, ut & Sphingas, Satyros, & alia id genus aliquem habuisse locum: atque ideo Demetrium, qui Lamiam meretricem, monstro illi cognominem, secum haberet, ostentarétque, dramati seu fabulæ (nam hic μῦθον dixit Plutarchus, quod pro scenico figmento usurpari uix puto) similem esse. Sanè in scena Lamias aliquando uel productas, uel saltem commemoratas, ex Horatij arte poetica apparet. Tametsi etiam ita exponi posse uidetur hic locus (est enim obscurus) ut fabulosum hominem diceret Demochares Demetrium, qui præter alia inania, etiam Lamiam meretricem secum haberet, non malè ex fabulis notarum istarum Lamiarum respondentem titulis. Quæ de Lamijs apud Philostratum in Apollonij Tyanei libro quarto leguntur, ut ille Lamiæ tali monstro seu spectro Menippum philosophum Corinthi eripuerit (quo loco eædem esse Empusæ, Lamiæ, & Mormolyciæ ostenduntur, in id intentæ, ut re uenerea illectos homines deuorent) prolixiora sunt, quàm ut huc commodè inseri possint. Aristophanis interpres in Vespis & Pace ex Duri & alijs scribit, Lamiam Beli & Africæ filiam à Ioue constupratam, filios eius à Iunone interfectos: ipsamq; tetra forma ob mœrorem, aliorum partus rapuisse, interfecisseq;: & cætera, quæ inde etiam Varinus transtulit. Lyncei de cœna Lamiæ scriptum citat aliquoties etiam Athenæus.

9 Ad fratrem se contulit.) Corruperunt hic historiam interpretes, & ad Selenam iuisse Plistarchum dixerunt, qui ad fratrem Casandrum accusandi Demetrij causa profectus scribitur: Iidem Quinda (de quibus in Eumene facta mentio) in Cynda nimis subtiliter uerterunt. quasi uerò Cilices barbari, non barbara etiam locorum nomina retinuissent. Quæ paucis pòst uersibus de Cilicia, Tyro, Sidone, & cætera referuntur, planè diuerso sensu protulit Donatus.

10 Apud Dium.) In Græco, περὶ Δῖον, Donatus Dium, Amiotus nescio quale Demon. Ego qui Dium esse Macedoniæ urbem infra Pydnam in ora maritima sinus Thermaici & scirem, & omnibus eruditis cognitũ putarem, facilè id cum Donato reposui. Verum ille corrector ne nihil diceret, præclarè meritum se & de autore & de interprete & de lectoribus putauit, si annotaret Δῖον urbem esse Eubϧæ, ex Stephano & Strabone, appositè scilicet: quasi unicum tantum Dium Stephanus & alij Geographi notassent. Sed erat omnino talis, quicunque fuit, ut libenter fumos uenderet.

11 Quę à Sapphone describuntur.) In nobilissima illa oda (nisi uehementer fallor) quam insignis uenustas iniuriæ edacitatiq; temporum exemptam, nostro quoque tempore in lucem retulit, & quam Catullus Sapphico uersu elegantissimè depinxit. Extat impressa cum Anacreontis reliquijs, & Dionysio Longino, & Mureti in Catullum commentario.

12 Euripidis uersus.) De Bacchis sunt desumpti.

IN ANTONIVM INTERpretis Annotationes.

1 Antonius cognomento Creticus.)

IN Græco est Criticus (ut Aretinus reliquit: & Amiotus explicauit iudiciarium) κριτικός: sed mendosè pro κρητικός. Critici cognomen ego tribui huic posse non puto: Creticum uocari à bello contra Cretenses gesto arbitror; argumento eorum quæ apud Florum 3.7. in Epitoma Liuiana XCVII, & alibi leguntur.

2 Nempe sexagies sestertiûm.) πεντήκοντα καὶ διακοσίων ταλάντων. CCL talentorum. Cicero Philippica secunda hanc rem ita describit: Recordare tempus illud, cùm pater Curio mœstus iacebat in lecto, filius se ad pedes meos prosternens, lacrymans te mihi commendabat: orabat, ut te contrà suum patrem, si HS sexagies peteret, defenderem. tantum enim pro te intercessisse dicebat, &c. Ciceronis uerbis in summa hac exprimenda latinè malui uti, quàm talenta ponere. Idem uerò esse CCL talenta & sexagies sestertiûm, ostendimus in uita Cic.

3 Cùm eius triremes multis paruis scaphis arctuisset.) πολλὰ τῶν λ. κκ. τ. τ. αὐτῶ περιφράξας. nõ περιγράψας. Interpres ὑπαλλαγὴν fecit; non enim Antonij triremes fuerunt, sed Libonis. Totum stratagema describit ipse Cæsar uenustè, lib. 3. belli Ciuilis.

4 Profundos sinus.) ἀγχιβαθεῖς φάραγγας. Præceps & scopulosum littus, interpres. φάραγξ inter alia hiatum seu fissuram terræ significat, φάραγξ. quæ aquã incidentem absorbeat. Varinus. Voce ἀγχιβαθὴς ἀγχιβαθέα. (rectius enim legitur hoc modo, quàm ἀγχιβαθὴς) etiam Homerus usus est Vlyss. ε.

ἀγχιβαθὴς δ' θάλασσα, καὶ ὄπως ἐστὶ πόδεσσι
στήμεναι ἀμφοτέροισι, καὶ ἐκφυγέειν κακότητα.

Quod exponit Eustathius, littus ubi altum sit mare.

5 Magistrum equitum Romam mittit * est autem, &c.) De hoc loco quod statuam, non habeo. αὐτώνιον δήμαρχον ἑλόμενος εἰς ῥώμην ἔπεμψεν, Antonium tribunum plebis, &c. Et uerò quæ de tribunicia potestate sequuntur, uera per se sunt, & historiæ Romanæ non rudibus cognita. Sed adduci, ut credam Plutarchum hoc loco ab omnibus alijs autoribus dissensisse, uix potero. Nihil est enim notius, quàm Cæsare iterum dictatore, Antonium magistrum equitum (ἵππαρχον, non δήμαρχον) ei adiunctum fuisse. Id ostendit copiose Dio, & apertè in huius historiæ luculenta narratione, lib. 42. contentionē etiā eius cum Dolabella persequens stylo. Idem in Philippica secunda Ciceronis est. Deniq; cur Antonium eo tempore Romam trib. pleb. mitteret, ne causam quidem fuisse existimo: nihil enim istis artibus & tumultibus tribunicijs Cæsari ad id quod uolebat opus erat, sed ijs quæ erāt in Antonio maxima, insolentia, & quæ cōstituendæ stabiliendæq; tyrannidi cōducerent, iniusta & legibus contraria dominatione. qualē tum fuisse Antonij magistri equitum, ex Dione apparet. Quid ergo (inquies) Plutarchus hæc de tribb. plebis potestate hoc loco commemorat, si ἵππαρχον, ut tu uis, non δήμαρχον est, legendum? Dica. Suspicor intercidisse aliquot uersus post hæc uerba, εἰς ῥώμην ἔπεμψεν. Illis autem uersibus descriptam fuisse ἀναρχίαν ipsam & confusionem quæ tum Romæ fuit, cū Cæsare uerū populi, & Antonio equitū magistro creato, neq; cōsul esset, neq; prætor: uti perspicuè est à Dione nostro explicatū. His deinde malis accessisse tribunicias illas cōtentiones & turbas, q̄ ueluti unguis essēt in ulcere. Causam aūt redditā obiter à Plutarcho, cur tribunis plebis licuerit quicq̄ moliri dictatore creato, & magistro equitū præsente: reliquis magistratib. abolitis. Cætera interpretari, & de tribb. pl. potestate cōmentari, nō est huius operæ. Hanc aūt medicinā puto adhiberi huic Plutarchiano loco posse, atque haud scio an nullam aliam. Quòd si quis integrum locum esse putat, ipse uiderit: modò ne in eum finem contendat, ut optimum & minimè imperitum autorem calumniandi occasionem captet. Sanè in uita Ciceronis quoq; χιλίαρχοι legitur, pro δήμαρχοι. quam cauillandi ansam arripuit Corradus.

6 Ille quidem Antonio.) ὁ δὲ ad Sergium mimum refert. Cicero ad mimā in secunda Philippica. Interpres non aduertit.

7 D. Brutus Albinus.) In Græco sunt duo insignia menda, λαβῖνον pro ἀλβῖνον, & ἀδελφῶν pro ἀδελφιδῶν. De quibus apud Dionem monuimus. Albinus rectè in Cæsare legitur.

8 Cæsar autem magistratu eos deiecit.) καίσαρα δὲ τῶν ἀρχῶν ἀπήγαγεν. insigne mēdum, & historiæ cōtrarium: quod & Aretinus senserat. Legendum est, καίσαρ δὲ τῆς ἀρχῆς ἀπήγαγεν, nēpe illos tribb. plebis. Historia est apud nostrū in Cæsare, apud Dionem lib. 44. apud Suetoniū, & alios.

9 Munatius Plancus.) Is est L. Munatius Plācus, ad quem extant libro decimo Familiarium multæ Ciceronis epistolæ: etsi in plerisq; libris uitiose Cn. pro L. legitur, ut hic φλάγκος pro πλάγκος, quod & alibi annotatum est.

10 Cotylonē.) Is est, quem L. Varium Cotylā Ciceroni in Philippicis quinta & octaua dictum deprehendimus. Apparet à potando cognomentū esse effictum. est enim cotyla genus mensuræ.

11 Amici insomnio.) Actorij scilicet medici. Dio lib. 47. & Valerius lib. 1. cap. 7. & alij.

12 Illū ad sepulcrū fratris.) Hortensiū scilicet. Interpres hoc non tam omisit, quàm peruertit. In Græco mendum est, sed non difficile animaduersu, ἐπισφάξαι, pro ἐπισφάξει. Cur autem Hortensius in culpa cædis C. Antonij fuerit, ex Plutarchi Bruto & Dione patet. De morte eius Hortensij est apud Velleium, & in Epitoma Liuiana CXXIIII.

13 Et putida.) σαπρόν. Aretinus, disiecta, quasi σαθρὸν legisset, quod & Amiotus habet.

14 Pestes istas Italicas.) τὰς ἀπὸ τῆς ἰταλίας κῆρας. Sic uocat mimos, tibicines, præstigiatores, & alios eius farinæ homines, quibus impensè delectatū, deditumq; iam olim fuisse Antonium, nemo nescit. κῆρας autē, sicut & ὄλεθρον, & similia Græci dicunt, ut Latini pestem, scelus, pro pestilentibus & scelerosis hominibus: estq; perusitata dictio. Aretinus cùm id non recordaretur, insultatum calamitatibus Italicis, nullo autore, & magno errore dixit. Sophoclis locus est initio Oedipi regis.

15 Apud Homerum.) Alludit ad locum qui est de Circe, Vlyssea lib. 12. redeūti ab inferis Vlyssi occurrente: ——ἀλλὰ μάλ᾽ ὦκα ἦλθ᾽ ἐντυναμένη. Quod exponit Eustath. ἐπαναγαγοῦσα τὸν ἐπιεικῆ, ὥσπερ ἄριστοι τῷ ἐδωδῇ. aut similem aliquem, qui nunc non occurrit.

16 Cydno amne.) In Græco κύανον est, pro κύδνον, malè. quanquam illud Amiotus retinuerit.

17 Et in Mesopotamia.) Ex his quæ deinceps sequuntur, confecta est posterior pars Parthici libri, qui in amissi (ita enim opinor) locum Appiano Alexandrino est subsarcinatus, cuius prior pars est ex nostri autoris Crasso decerpta. Quæ ad Antonium præcipuè, non ad rem Parthicam pertinent, omissa sunt in isto cētone: cætera ad uerbum propè descripta.

18 In numerum asseclarum Antonij.) ὡς τοῖς θεραπεύουσι τὸν. Aretinus peruertit totum locum, satis alioquin & elegantem & apertum: transtulitq; ad alias alia personas. Locus Platonis qui paulo pòst citatur, est in Gorgia.

19 Ipse enim Attiæ filius fuit.) ἀττίας legendum, non τατίας, satis ex ijs quæ apud Dionem diximus,

diximus apparet. Sicq; in Ciceronis uita legitur. Suetonius in Cæsare Iulio Cap. 27. Attia Octauiam natam uidetur dicere. Ad retinendam (inquit) Pompeij necessitudinem ac uoluntatem, Octauiam sororis suæ neptem, quæ C. Marcello nupta erat, conditione ei detulit.

20 Regis Orodis.) ὑρώδου. Quod secutus est, sed imprudenter, Aretinus: & Amiotus etiã. in Crasso ὑρώδης legitur: falsum & hoc, ὀρώδης enim, Orodes rex Parthorum fuit dictus, quod notissimũ est.

21 A' lcepsydræ aqua.) Fons est in arce Attica, clepsydræ nomine: sic dictus, quòd clepsydræ in morem modò amittat aquam, modò recipiat. Impletur enim flantibus Etesijs, uacuus aquæ est ijs cessantibus, exemplo Nili. Hæc & plura Schol. Aristoph. ὄρνισι.

22 Antonio & Cæsare.) In Græco deest copula καὶ: quam tamen & interpres & Appiani codices habent, & sensus requirit. Interpres porrò ex Sossio Cassium finxit, haud leui historiæ detrimento. Res gestæ C. Sossij & Canidij sunt apud Dionem lib. 49. Amiotus Socium dixit.

23 Quæ olim Bambyce.) βεῤῥοίαν est in textu, & sic interpretes legerunt. Sed rectius apud Appianum habetur βαμβύκην, quod secutus sum: cùm & Strabo libro decimosexto, & Plin. quinto & uigesimotertio idem dicant, quod hic legitur. Vrbes sunt Syriacæ.

24 Missis nuncijs fidem dedit.) δεξιὰν καταπέμψαντος. Non malè uertit Aretinus. Est enim, missis nuncijs fidem amicitiæ & gratiæ dare, Sic in uita Alexandri Darius moriens Polystrato, ἀλεξάνδρῳ ταύτην τὴν δεξιὰν δίδωμι διὰ σοῦ. & Appianus libro secundo ἐμφυλ. δεξιὰν ἔφερε παρὰ τοῦ βασιλέως τῷ Πομπηΐῳ. Tale est etiam λαμβάνειν δεξιάν, uenia donari, apud nostrum in Cæsare, de L. Domitio: ἀπῆρε πρὸς καίσαρα, καὶ λαβὼν δεξιὰν, αὖθις ἀπέστη πρὸς Πομπήϊον. Annotaui autem propter correctorem istum, qui perinde ac si errasset hic Aretinus, græca uerba in margine alleuerat, neq; tamen explicarat.

Ἀξιῶν καταπέμψαντος.

25 Atropatenam.) Malè in Græco σατραπατηνῶν, apud interpretem Antropatene legitur: rectè apud Appianum ἀτροπατηνῶν. Sic & Stephanus, & Plin. 6. 13. Straboni est ἀτροπάτιος μηδία lib. 11. quod & ipsum Stephanus habet.

26 Duce Statiano.) Sic est apud Dionem libro quadragesimonono, & in Augustano manuscripto Appiani codice στατιανοῦ, legitur, pro γατιανοῦ. Phraata autem, φραάτα ex Appiano reposui: pro Phraortis, φραόρτου. Et sic etiam infrà apud Plutarchum est: ὑπὸ δούλων τῶν φραάτου ἐμέ γαρ κ.τ. imposuit enim libri mendum interpretibus. Apud Dionem legitur πράασπα, Praaspa.

27 Aequalibus interuallis.) Hic locus rectius in Appiani libro legitur, estq; scribendum hic non παραφραγνύντες (quod imposuit Aretino) sed παραφραγέντες. ὑσσοὶ pila sunt, non uenabula, quibus tum neq; Romani in pugna, neq; Parthi utebantur. Virgula inter προαγῆς & ἐπιτρίψαντες temerè posita, nebulas loco offudit.

28 O' decem millia.) Historia hæc, horum decies mille Græcorum, est apud Xenophontem in libris de expeditione Cyri, & summatim in uita Xenophontis apud Suidam.

29 Interim Titius & Plancus.) τίτιος legendum. Dio lib. 50. & pòst Caluisius, καλουίσιος, non καλλίσιος. Sed quæ de recitatione testamenti sunt scripta à Plutarcho, alienissimo & ineptissimo sensu Aretinus reddidit. De Caluisio multa Dio.

30 Si Cæsar in toryna consedit.) Iocus est, proprio nomine in appellatiuũ detorto. τορύνη instrumentum est, quo ollæ (aut potius quæ in illis coquuntur) agitari solent, nimirum coclear coquinarium. Patet hoc ex Aristophane in Equitibus, ubi est,

τορύνη.

οἱ δ' αὖ ξυνδεῖ τορύνη. & in Auibus:

ἔτνος ἐπιθυμῶ, δεῖ τορύνης καὶ χύτρας.

Sipontinus in suo Cornucopiæ tudeculam interpretatur, sed malè. Vsus est uocabulo etiam Plato in Hippia maiore: ita ut facilè appareat inde, id fuisse quod diximus. Meminit & Eustathius in λ. Iliados, aitq; (id quod huc facit) παρὰ τὸ τορῶ dictum, id est circumago. Ergo Cleopatra extenuat præsentiam Cæsaris, à loci nomine petita ioci materia. quod fugit utrunq; interpretem.

31 Cum Arruntio.) Hunc ab Octauio mediã aciem tenuisse, apparet ex hoc loco. Paterculus læuum cornu ei commissum dicit.

32 Halis sepultum.) Locus est Atticæ, ἁλαί. De quo apud Stephanum.

33 Haud equidem expediet.) οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. Allusio ad Homericum illud nobilissimum dictum, de Iliad. 2.

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.

—— Multos dominos non expedit esse.

34 Cùm uerò ex Marcello.) Remitto te ad typum & explicationem genealogiæ huius, quam ad finem nostrarum in Dionem Annotationum adiecimus.

IN COMPARATIONEM.

35 Veluti Paris.) Alludit eleganter ad ea quæ sunt apud Homerum Iliad. 3. ad finem.

IN AGIDEM ANNOtationes.

Gis ultimus Spartanorum ex familia Eurytionidarum rex fuit, Arati Sicyonij æqualis, & Antigoni regis Macedoniæ. Circa annum V. C. maximè DX floruit. Ei statim successit in altera familia Cleomenes. Olympiade CXXXIX

ἀγώνισμα, id est equestre certamē. Varinus etiā annotauit, additq; solis in usu fuisse Atheniēsib. & Bœotis. Dionysius in libri septimi fine (Cœlius perperàm ex octauo citat) quo loco certamina & sacrificia priscorū Latinorum cum Græcis comparat, hæc uerba posuit· ὅταν γὰρ τέλος αἱ τῶν ἱππέων ἅμιλλαι λάβωσιν, ἀποπηδῶντες ἀπὸ τῶν ἁρμάτων οἱ παροχούμενοι τοῖς ἡνιόχοις, ὃς οἱ ποιηταὶ μὲν παραβάτας, ἀθηναῖοι δὲ ἀποβάτας (deest καλοῦσιν, aut aliquid tale) τὸν σταδιαῖον ἁμιλλῶνται δρόμον αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους. hoc est: Equestribus enim finitis certaminibus desilientes à curribus ij, qui unà cum aurigis uehuntur (poetæ eos parabatas, Athenienses apobatas uocāt) in stadio cursu inter se contendunt. Cœlius quo dixi loco, cōtra & ueritatem & mentem Dionysij, aurigas cum parabatis & apobatis eosdem facit: quod statim ex uerbis apparet. Iam quod ipse Dionysius eosdem apobatas cum parabatis facit, id de certaminib. ludicris, non de pugna intelligendū satis cōstat. ne quis putet hoc loco conuelli posse, quæ de significatione uerbi παραβάτου ad uitam Aemilij ex optimorum autorum sententia & exemplis scripsi. Tametsi satis etiam ex Iliade Homeri et Virgiliana Aeneide liquet, eos qui de curribus pugnarēt, sæpe de ijs desiluisse, ac pedestri certamine dimicasse: ἀποβάτας tamen dictos legere non memini, & haud scio an usquam legatur. In ludicris certaminib. qualia Dionysius describit, παραβάτης, is qui unà cum auriga in curru erat, quòd non pugnabatur, nihil habebat negocij, nisi ut desiliret à curru, & cursu decertaret: inde etiam ἀποβάτης, idem dici potuit. Est enim ἀποβαίνειν descendere, seu desilire, hoc quidem loco: & annotauit Eustathius, ἀποβαίνειν in hoc genere dici ἀντὶ τοῦ πεζεύειν, & καταβαίνειν ἅρματος. Neq; ego motus sum nominis tātùm etymo, ut desultoriū hic uerterem certamen, τὸν τοῦ ἀποβάτου ἀγῶνα: sed quia hoc uocabulum bonis Latinis autoribus uiderem, aut hoc ipso, aut simillimo planè modo usurpatum.

Liuij locus.

" Liuius lib. 44. Mos erat tum, nondum hac effusione
" inducta bestijs omnium gentium circum complendi,
" uaria spectaculorum conquirere genera: nec semel
" quadrigis, semel desultore misso, uix unius horæ tē-
" pus utrunq; curriculum complebat. Quod enim uel Calepinus, uel eius correctores atq; auctores equum desultorium cum esse dicunt, qui est κέλης Græcis, cùm tamen ab uno duos simul esse ductos affirment: faciunt nimis imperitè. saltem uersus eos monuisset Odyss. ε. —— αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς

ἀμφ' ἑνὶ δούρατι βαῖνε, κέληθ' ὡς ἵππον ἐλαύνων.

Non duo ligna, ex quorum uno in alterū transiliretur, sed unicū equo celeti comparat. Tum ex Pindaro notum est, & Plinij cap. 5. lib. 34. κέλητα currui opponi: at in currib. etiam fuisse ἀποβάτας, iam ex Dionysio dixi. Vocari fortaßis poßit ἀποβάτης etiā is, qui in certamine ab equo defatigato in alterum integrum transiret, cùm quidē duos secū traheret: quo modo Numidas pugnasse, Liuius lib. 23. scribit.
Suetonius in Iulio, cap. 39. Circensibus, inquit, qua- "
drigas, bigasq;, & equos desultorios agitauerunt no "
bilißimi iuuenes. Sunt & hæc uerba Ciceronis pro L. Murena diligentius expendenda. Nescio quo pa- "
cto mihi uidetur prætorius cādidatus in consularē, "
quasi desultorius in quadrigarum curriculum incur "
rere. Qui locus à Dionysij non uidetur abludere sententia. Porrò aūt filio Phocionis Phoci, non Phocij nomē fuisse, annotandum duxi. nam in hoc libro promiscuè scribitur. Nos confirmet Athenæus, cuius (ne quem alium allegem) hæc sunt libro quarto, eandem rem exponentis· Διογένης ὁ Βαβυλώνιος ἐν τοῖς περὶ εὐγενείας, τὸν Φωκίωνος υἱόν φησι Φῶκον ἐν λῦ ὃς ἐν ἱμίς ἀθλωκίων, & cætera. ubi quidem cum de hac ipsa uictoria dicitur, est νικήσαντος δὲ ἵπποις Παναθηναίοις.

11 Pytheam.) Locus est, ut apparet, mutilus: quem si affirmem me satis assequi, nuger.

12 Lamiacum bellum.) In Græco est ἑλληνικὸν πόλεμον, Græcum bellū: quod expreßit Amiotus. Lapus cùm rem non teneret, nescio quid de inferendis Græciæ armis commentus est: cùm quidem in libertatem asserendæ Græciæ causa sit susceptū, omnesq; ferè exceptis solis Bœotis Græci cū Atheniensibus societatem eius coiuerint. Est enim id bellum, quod Leosthene duce gestū est contra Antipatrum: qui cum ab eo uictus Lamicum Thessaliæ urbem confugisset, bello Lamiaci nomen factum est. Describitur perspicuè à Diodoro lib. 18. Biblioth. & à Pausania in Atticis, à Iustino lib. 13. & alijs.

13 Phalangem Græcorum Antiphilus.) Viden oscitantia quid faciat? Lapus oblitus paulo suprà Antiphilū hunc nominatum, qui Leostheni succederet, eum & Menonem Thessalū (cuius etiam alibi meminit Plutarchus) Macedonibus affingit: cùm fuerint Græcorum duces. Id uanißimum, quòd idem Lapus Phocioni eam uictoriam adscribit: quē non interfuisse ex antecedentibus patet. atq; hunc errorem tamen quidā secuti, idem ad Iustini librū 13. annotauerunt.

14 Mysticæ cistæ.) κοῖται. sic Varinus, κοίτην Atticè uocari τὴν μικρὰν κίστην. & haud scio, an idem sint quod λίκνον, de quo annotaui in Alexandro. Lapus uictimas imperitè. Statim Pallidum, θάψινον est in Græco. Neq; uidere possum, cur atrum uerterit Lapus. Est enim utiq; θάψινον, quod thapsi colorē habet. Thapsus quid sit, non iudico. multis scio uideri esse uerbascū, Wullkraut: quæ est sanè pullis folijs prædita herba, flore luteo, odoris uiolacei. Pallidum autem intelligi τῷ θαψίνῳ, apparet ex Theocriti Pharmaceutria. θάψινον

Καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ.
Sæpe ego pallebam, thapsi suffusa colorem.

Quæ ibi Scholiastes habet, à nobis stant. Sed & Ni-

cander

der in Alexipharmacis, de pallescentibus ob epotum ranæ uenenum,

τὴν ἤτοι θάψος μὲν ἄγει χλόος, ἠδὲ θάψον: id est, ut Scholiastes ait, οἱ φαρμακοποθέντες ὠχροὶ γίνονται, ἡ δὲ θάψος ἐστὶν εἶδος βοτάνης χλωρᾶς. Καθαρὸς λιμὴν, an purus sit, an uerò Catharus sit proprium, non facilè succurrit. Paulo pòst ἐγκατῳκοδομημένοις, carcere inclusis ineptè uertit Lapus.

IN CATONEM VTICENSEM Interpretis Annotationes.

HIC Cato, ut à Maiori, seu Censorio distingueretur, modò Minor seu inferior, modò Vticensis à loco in quo mortẽ oppetijt, dicitur. Plutarch. in Pompeio, & fine Catonis maioris, Philosophi cognomẽto eum dignatur. Genealogiam eius ibidem attingit. sed & locus iste mancus est, & apud Gelliũ lib. 13. ca. 18. explicatur perspicuè gentilitas hæc: itaq; eam succinctè huc transscripsi.

M. Porcius Cato Censorius

- M. Cato, qui uiuo patre obijt, prætor designatus.
  - M. Cato, M. F. M. N. consul perijt in Africa, Anno DCXXXVI.
    - Cato, qui post præturam in Gallia Narbonensi decessit.
- M. Cato Salonianus, ex Salonij filia.
  - L. Cato.
  - M. Cato, mortuus in petitione præturæ.
    - M. Porcius Cato, Vticensis.

In loco Plutarchi, quem dixi, uerbà sunt confusa: ita quidem, ut nisi suo loco reponãtur, non modò nõ pronepotẽ (quod & in confesso est, & hic disertè testatur autor) Vticẽsis habuisse uideatur Censoriũ, sed ne à Salonio quidẽ ortus fuisse. Illũ itaq; locũ emendabis, manentib. ijsdem, ac tantũ alio ordine collocatis uerbis, sic: ὁ δὲ Κάτων, α, γ—τελευτήσαντος υἱοῦ. Καὶ Σαλώνιος μὲν ἐτελεύτησε στρατηγῶν, ἦν δὲ πάππος ὄντος. Hæc aũt, ὁ δὲ ἐξ αὐτοῦ γεγονὼς μάρκος ὑπάτευσεν, parẽthesi includi debẽt, & quidem pro αὐτοῦ, ἑτέρου mallẽ, aut ἐκείνου. ut intelligatur nõ ad Saloniũ, seu (ut Gellius uocat) Salonianũ referri, sed ad eũ qui Tertiam Aemilij Pauli filiã in matrimonio habuit. Porrò aũt Cato Vticẽsis per Porciam sororẽ, quã uxorẽ fuisse Plutarchus ait L. Domitij, eius qui Cæsari successor destinatus bello ciuili perijt, etiam ex uitrico Seruilio fratrem habuit Cæpionẽ nomine, & sorores Seruilias, quarũ una M. Bruti, eius qui Cæsarem necauit, mater fuit, altera L. Luculli uxor, & item tertia Iunij Silani uxor. Non aũt Capionem, sed Cæpionem esse legendũ, uel ex eo patet, quòd notissimũ gentis Seruiliæ cognomen est Cæpio.

1 Auunculum suum.) Liuium Drusum auunculum fuisse Catonis huius, satis constat cùm aliunde, tum ex Miloniana Ciceronis. ne quis mendũ Græci codicis sequatur, ubi legit ut, θείῳ μὲν ὄντι τῆς μητρὸς, matris auunculo: cum sit legẽdum non τῆς, sed πρὸς μητρός.

2 Popedius Silo.) Sic esse legendum, in Mario ostendi. Refert hanc historiam ijsdem propè uerbis Valerius Maximus lib. 3. cap. 1.

3 Inuita Venere.) qui est fortunatissimus talorum iactus. Solebant autem in conuiuijs archipositam, id est, magisterium bibendi talis sortiri. Cuius rei mentio cùm apud alios sit crebra, tum apud Horatium. ut ad Sestium,

Nec regna uini sortiere talis. Et ad Pompeium:
——Quem Venus arbitrum,
Dicet bibẽdi? Hoc modò etiã partes ciborũ fuisse sorte ductas, hinc apparet. Reliqua Lapus nõ rectè.

4 Nomenclatores adessent.) ὀνοματολόγοι. Annotatum erat hoc ad marginem à correctore, cùm quidem Lapus rectissimè, ita ut nos, uertisset. Erat aũt nomenclator seruus, qui candidatũ sequebatur, eumq; ciuium nomina docebat, quos ille compellaret, atq; ut sibi fauerẽt oraret. Idẽ monitor dicebatur: quod ex Mureniana Tullij oratione apparet. Festus etiam fartorem fuisse dictum scribit, q. clàm ueluti inserciret in aures candidati nomina salutandorũ ciuiũ. De quo accipio etiã Horatij uersus ad Numiciũ, de petitione magistratus ita scribentis: Nomẽclator.

Si fortunatum species & gratia præstant,
Mercemur seruum, qui dictet nomina——. &
quæ sequuntur. Quod aũt est in Græco, ἐν ἔθει τῷ νόμῳ, ἐκεῖ δὲ αὐτῷ: Lapus uertit, eũ seruasse: illam legem, eiq; obtemperasse. Atq; hoc opinor imposuit doctissimo cuidam uiro, ut hoc ipsum etiã in cõmentario Murenianæ orationis scriberet, negari à Plutarcho id quod Cicero obijcit Catoni, nempe eũ opera nomenclatoris usum. Ego uerò hoc ex Cicerone accepisse Plutarchũ suspicor, et ab eo nequaquã dissensisse. Certè Græca uerba idẽ habent cum Latinis Tullianis, nisi quòd αὐτῷ scribendum est, non αὐτοῦ. Nam uerbum ἐπιτίθεσθαι cum datiuo, obsequi, aut obtemperare nequaquã significat: adoriri autẽ, impugnare, resistere, & similia, frequẽter apud optimos scriptores. id quod exemplis collectis post Budæum docere, non est operæ.

5 Non metũ ademit.) οὐ τὸν φόβον ἀφεῖλεν. Lapus, Non timore iniecto: nescio quid secutus. Nostram quidẽ lectionem probo. Indicat enim, Catonem non pro imperio tantùm militib. mandasse aliquid, sed & causas simul exposuisse, ut non tam metu potestatis suæ eos cogeret, quàm explicandis factorum rationib. ad officium faciendum duceret. Id quod fuit consentaneum ingenio Catonis, qui & ipse præceptori suo ita paruisset, ut causas singulo-

rum mandatorũ sibi reddi postularet. Quæ aũt paucis interiectis uersib. sequuntur, Omnes qui imperatorum nomẽ,&c. *cùm sint perspicua in Græco, & Catonem tum cũ militib. tum cum imperatoribus componãt, idem Lapus admodum insulsè corrupit. Non enim fuit Catonis, militẽ adulari, aut imperatoris nomine dignari. Sed refutare apertum errorem, non est operæ.*

6 Tantam nimirũ.) *Omissa hæc sunt à Lapo, Cæsarẽ aũt (ni fallor) notat, cuiusq́; Anticatonẽ: qui non agẽdi modò, sed & scribẽdi, quæ uellet, impunẽ licentiã armis rerum potitus sibi uendicaret.*

7 Apud clitellas.) *ἐπὶ τῶν φορτίων, impedimenta, sarcinas.* Lapus, ob magnitudinem curarum: *quasi si φροντίδων legisset.*

8 Quæsturã non antè ambijt.) *μετῆλθεν. id autem non est inire, sed petere magistratũ, quod satis notum puto. Sensum totum huius loci Lapus leui momento peruertit.*

9 Falsi dicam.) *ῥᾳδιουργίας.* Ego ita propriè exponi puto: *alij suppositionẽ testamẽti. qua de specie mihi hic nõ satis cõstat. Lapus negligenter, negligentiã extulit. Sanè in Actis Apostolorũ, ca. 18. ἀδίκημα et ῥᾳδιούργημα coniunguntur.* Apud Xenophontem lib. 2. de dictis & factis Socratis, sicut & *apud alios ῥᾳδιουργία opponitur uirtutis & laboris honestæ actioni.* quod Eustathius in Od. Homericæ Vlyssææ exponit *ἀνελίαν.*

10 Amnæus.) *Ἀμναῖος, sic est in Græco. apud Lapum,* Amicus. *nobiscũ legit etiã Gallicus interpres: tametsi hoc nomen non satis est notum. Sanè etiam in Lucullo hoc dictum retulit, ita ut à quibusdam id Catoni ipsi attributum diceret.*

11 De duabus Catonis neptibus.) *ἀδελφιδᾶς est in Græco. Sed id ambiguũ est. nam & fratris filia, & sororis filia intelligi hoc uocabulo potest. Et haud scio, an Cæpionis filiam intelligi hoc loco par sit, quam unicã ab eo relictã suprà dixit Plutarchus. de altera nihil mihi constat. Suprà quidẽ Seruiliarum, & mox iterum sororum Catonis fit mẽtio. ut uideri poßit, sororis aut utramq;, aut alteram harum filiã esse. Sed hæc peritiores explicent.*

12 Cuidam amicorum.) L. *Afranio. Plut. Pompeio, & alijs.*

13 Metelli Prisci.) *Numidici illius magni. Historia est cùm alibi, tum in uita Marij.*

14 Canidia in Cyprum.) *Ita hic semper. infrà in Bruto, Caninius.*

15 Se cũ pignore &c. coacturũ.) *ἐνέχυρα λήψεσθαι.* Qui intelligere uult, quid hæc sibi uerba uelint, (est aũt operæpreciũ) legat primã Cic. Philippicam, & Præf. libri de Oratore tertij.

16 Præturã extraordinariã.) *ἐξαίρετον στρατηγίαν, sic interpretor. Dio lib. 39. ita explicat, ut præturam ei decretã dicat, quæ legib. ei nondum cõcederetur. Natus tum fuit Cato annos trigintaocto: Siquidẽ anno V.C. DCCVIII seipsum interfecit Vticæ, annos natus (ut Plut. ait) duodequinquaginta. & uerò quadragesimus annus præturæ gerendæ legib. erat definitus, ut alibi ostẽditur. Ergo locum habere Dionis sentẽtia uidetur. nam Valerius Max. lib. 4. cap. 1. uidetur paulo aliter sentire. Senatus, inquit, relationem interponi iubebat, ut prætorijs comitijs extra ordinẽ ratio eius haberetur. quod ita uidetur intelligendũ esse, ut nõ suffragijs (quod erat moris) sed autoritate senatus nouo exemplo prætor crearetur. Nam subdit Valerius, Catonem id repudiasse, quòd campestrem experiri temeritatẽ, quàm curiæ beneficio uti satius duceret. Mihi tamen (ut dicam quod sentio) magis placet Dionis mei sententia, quæ petitionem ei ante tempus legitimũ concederet, cætera prætorijs comitijs permitteret: quib. usurũ fuisse secundis, & impetraturũ præturam nõ erat dubiũ, populo tanto ipsius munere delinito, ac mirifico eius fauore repleto. neq; enim arbitror Senatũ, illo in Catonis honorem facto decreto suum, populo ius totũ adimere uoluisse. Atq; haud scio an cõmodè etiã Valerij uerba in eandẽ sententiã exponi possint, ut intelligatur Catonẽ maluisse suo legitimo tempore totam præturæ petitionem populi suffragijs permittere, suoq́; iure adipisci: quàm tum eam Senatus allato ad populum recenti beneficio deuinctum præiudicio quasi per gratiam consequi.* Valerij locus illustratur.

17 Statim magistratũ inirent.) In Græco locus est deprauatus, mutilatusq́;: *οὐ γὰρ τοῖς ἀποδεικνυμένοις τὴν ἀρχὴν εὐθύς.* hic aliquid etiã deest: & quæ sequuntur, cõfusa sunt. Sensum aperire conabor. *Mos erat Romæ, ut qui uel cõsules, uel prætores etiam essent designati, nõ statim magistratũ inirent, sed tempus aliquãtum cõsules uel prætores designati manerent. Id uerò tẽpus ut intercederet inter designationem & acceptionẽ magistratus, eò præsertim erat institutũ, ut inquiri poßit, q designati essent, iuste'ne aut largitione & emercãdo suffragia honorẽ cõsecuti essent. hoc enim qui cõmisissent, re comperta legib. ambitus interrogabãtur, & pœnas dabãt, magistratu arcebãtur. Hoc modo animaduersum est in P. Antoniũ, & P. Syllam coß. designatos: quæ historia describitur à Dione lib. 36. à Sallustio in Catilina, à Suetonio in Iulio. Pompeius itaq; & Crassus cùm à Prætura excludẽdi Catonis causa statuissent suos clientes summa largitione & suffragiorũ corruptela ad præturã euehere, ac intelligerẽt fore ut uel Cato uel alius aliquis ambitus eos reos perageret, uoluerũt eos inquisitionis & iudicij periculo liberare: itaq; statim, ut inirent præturam, illudq́; tempus inter eorũ designationẽ & magistratũ non interueniret, senatuscõsulto statuerũt. Hanc puto esse genuinã loci sentẽtiam: uerba sine codice restituere non ausim.*

18 Singuli quingena sestertia.) *ἀνὰ δύο ἥμισυ μυριάδας δραχμῶν.* Lapus peruertit, ut solent in hoc genere. *Efficiunt aũt drachmarũ 125 millia (hoc est $12\frac{1}{2}$ per decem millia multiplicata) 500 millia sestertiorũ nummorũ, seu (quod idem est) quingẽta sestertia. Quod annotare uisum est, ut intelligatur hac de re eadem loqui Ciceronem lib. ad Atticũ*

4. epistola

4. epistola de Eutychide. Tribunicij (inquit) candidati iurarunt se arbitrio Catonis petituros, apud eũ H S quingena deposuerunt: ut qui à Catone damnatus esset, id perderet, et competitoribus tribueretur. Rei huius etiam meminit obiter in præfatione Naturalis historiæ Plinius.

19 Et quòd turpitudo.) *Locus hic deprauatus est haud dubiè: itaq; ita diuinaui, ut libenter sim melioraet certiora afferenti cessurus.*

20 Apollodorus.) *Meminit huius cùm alibi, tum ut qui insanus diceretur, Plato initio Symposij.*

21 Collega Curio.) *Δεξίων malè est in Græco. Lapus nomẽ omisit. Amiotus Curionem habet, quod probo, & Κουρίων repono.*

22 Munatio Planco.) *μουνατίῳ φλάκκῳ, moxque iterum φλάκκος est in Græco: & retinuit Lapus, retinuit Amiotus. Ego tamen minimè dubito, quin Plancus sit legendũ. Intelligitur enim T. Munatius Plancus, qui tribunus plebis cum Clodiano cadauere curiam incenderat: quo scelere eum damnatum fuisse Dio lib. 40. satis disertè demonstrat, & Cicero ipse Philippica XIII. Sequuntur, inquit, alij tribunitij, T. Plancus in primis: qui si senatum dilexisset, nunquã Curiam incendisset: quo scelere damnatus, in eam urbem redijt armis, ex qua excesserat legibus, &c. cuius quidẽ rei mentio, sed obscurior, extat etiam in sexta Philippica. Est aũt Plancus Munatiorum cognomẽ, non Flaccus. Cæterùm de reiectione iudicũ reo permissa, quia sæpè Cic. & alij meminerũt, estq; res nõ obscura, explicare supersedeo.*

23 Primùm refellam infanda.) *Si quis Bellerophonti libidinem, aut Lucretiæ impudicitiam, aut Vlyßi stoliditatẽ obijciat, cum constet eos uirtutibus horum uitiorũ contrarijs præstantißimos fuisse, impudenter ac sceleratè mendax uideatur meritò, eaq; dicere quæ nefas sit loqui, adeò cum ueritate pugnãtis. Idem Amphitruo Lyco respondet, cùm is notißimæ fortitudinis heroem Herculẽ non erubuisset timidum & meticulosum appellare. Locus est in Hercule furente, apud Euripidem. Legendum autem est, τ' ἄφρων, non τὰ ῥητά: quod sensus, & exemplaria Eurip. satis docent.*

24 Attium Varum.) *Ἄππιον mendosè, pro Ἄττιον. patet ex Dione.*

25 Ac si nihil tale cogitaret.) *καίπερ οὐ πάσχοντος. uerba uidẽtur mutila. nisi fortè exponere libeat:* quanq̃ id ipse non pateretur. *Sed ego minimè hoc, quod statuerat, præ se tulisse Catonem iudico.*

26 Deliberabo autem.) *Et hic meas cõiecturas ac Amioti uersionem secutus sum, Græcis non satis (ut suspicor) integris.*

IN DIONEM INTERPRETIS Annotationes.

DIO Platonis fuit, & Dionysiorũ Siciliæ tyrãnorum coætaneus. *Præclarissimũ eius liberatæ insulæ facinus, propè in natales* Alexandri Magni incidit. *Vide de eo Diodorum Siculum libro decimosexto.*

1 Quod Simonides.) *Eius uersus refertur ab Aristotele primo uolumine Rhetoricorum, cap. 6:*

Κορινθίοις δ' οὐ μέμφεται τὸ Ἴλιον. id est,
Neq; Ilium Corinthijs irascitur.

2 Plato de eo scriptum.) *In epistolis ad eius Familiares.*

3 Fratri Thearidæ.) *Cuius? Aretæ'ne, an Dionysij? est enim ambiguum. Posterius placet. nam fratres Aretæ Hipparinũ & Nysæum uocat Aemilius Probus: qui quidem has nuptias præterit.*

4 Vti arrogantiam.) *τὴν αὐθάδειαν, ἐρημίᾳ ξυνοικοῦσαν. Extat Platonis locus in epistola ad Dionem, quæ est in ordine quarta. ἐνθυμοῦ δὲ, inquit, ὡς ὅτι δοκεῖς τισὶν ἐνδεέστερος τοῦ προσήκοντος θεραπευτικὸς εἶναι. μὴ οὖν λανθανέτω σε, ὅτι διὰ τοῦ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὸ πράττειν ἐστίν. ἡ δ' αὐθάδεια, ἐρημίᾳ ξύνοικος. Hunc locum sæpè citat noster Plutarchus. Verba autem Platonis satis ostendunt, αὐθάδειαν παρὰ τὸ αὐτὸς & ἁδεῖν esse dictum uitium, cùm quis sibi nimium ipse placet, neq; curat quid alij de ipso sentiant. Ego arrogantiã, atque etiam contumaciã Latinè uerti posse censeo: tametsi nõnihil in hoc Græco, ut & sæpè in alijs, amplius quàm in Latino inesse uideatur. Est aũt uitiũ, in quod ferè etiam boni incidũt, qui optima freti cõscientia, non cogitant aliquãdo inter quos agant homines. quo nomine Catonem philosophum, utpote Stoicũ, reprehendere haud iniuria uidetur Cicero. Illa altera, malorum planè & famæ contemptorum est arrogãtia, πάνυ ὀλιγώρως ἐχόντων περὶ τοῦ ἄλλοις ἀρέσκειν, qui nihil famã curant, neq; quidquã eos pudet: in quos est illud Tullij 1. Offic. Negligere quid de se quisq; sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti.* αὐθάδεια.

5 Plato scribit tertiò.) *Est & hic locus in epistola ad necessarios Dionis, prolixa illa, quæ est numero epistolarũ septima: sicut & bona pars harum narrationum inde est à Plutarcho desumpta. Ceterùm uersus qui sequitur, ibidẽ extat, ijsdem quib. est apud Homerum Vlyssea lib. 12. uerbis, ut nõ poßim cogitare unde uox ἐξολοθρεύσει, hoc loco irrepserit, pro Homerica ἀναμετρήσει. Siquidem à Plutarcho mutata est persona: illa aũt mendosa uox neq; sensum habet, & uersum uitiat.*

6 Ob senectutem Dionis.) *γῆρας in Græco ambiguè. Amiotus ad Dionem retulit, quod & mihi uidebatur.*

7 Nauigia strongyla.) *στρόγγυλον, Græcis rotundum significat, aut uerius teres. itaq; puto hoc genus nauigiorũ longis nauibus opponi. Exemplo tamen grauißimorum autorũ, qui in similibus idẽ fecerunt, malui Græcam uocem retinere, quàm non satis perspicuam pro ea ponere.*

8 Synalus præfectus.) *apud Diodorũ in huius narratione rei, Paralus nominatur.*

9 Verberibus cæsi.) *τυμπανιζόμενοι. Guari-*

nus uertit: uirgis enim cæsos excoriarunt. Secutus (opinor) Suidam, cui τυμπανισθῆναι est nō modò ξύλῳ πλήσσεσθαι, sed ἐκδέρεσθαι etiam, & κρεμᾶσθαι suspendi. quod si libet sequi, in crucem actos uertamus: est enim planè consentaneum, supplicio illos corycæos acerbissimo affectos. Interpres Aristophanis in Pluto, ad uersum,

τυμπανιστ. Suidas.

ὁ τύμπανα καὶ κύφωνες οὐκ ἀρήξετε: baculos, quibus damnati ferirentur, ait fuisse tympana. quē secutus sum. Est etiam in epistola ad Hebræos, uox ἐτυμπανίσθησαν, cap. 11. Antiquus & Erasmus uerterūt, distenti sunt: Castalio, cruciati. Dicitur & ἀποτυμπανισθῆναι, apud nostrum in Galba, & uerò apud Aristotelem 2. Rhet. ca. 6. de Antiphonte à Dionysio supplicio affecto. Eustathius in 5. Vlyss. ex Euphorione Chalcidensi, & Athenæo tradit, ἀποτυμπανισθῆναι esse τὴν κεφαλὴν πελέκει ἀποκοπῆναι. Vt in tanta interpretū uarietate liceat quod uis sequi.

10 Solarium.) ἡλιοτρόπιον. Est aūt ferè solariū, ut ex Cicerone et Varronis libro 5. de lingua Latina percipimus, horologium, in quo ex umbra gnomonis in sole horæ possunt cognosci: quomodo Græcā uocem grāmatici, & Plutarchi interpretes acceperunt. tametsi haud scio quàm absurdè pro suggesto, uel tribunali in sole posito accipere possimus, secunda etymologia: quomodo apud Athenienses ἡλιαίαν dictam aiunt. nisi quòd sequētia ostendunt, de horologio fieri uerba.

11 Quin hominē fuisse eum tyrannorū studiosissimū.) αὐτὸς αὐτὸν ὁ Δίων..., &c. refertur hoc ad Ephorum, si Græca sequimur, qui sanè an tyrannis tantopere, & eorum uitæ instituto fauerit, non scio: neq; memini ea de re quicq̄ legisse, neque ego arbitror tamē eum talē fuisse. Guarinus ad Philistum retulit, quasi illius uitia nulla oratione potuerit Ephorus diluere: quod ego consentaneum puto, & probaui, ut loco etiam huic (quicunq; fuerit Ephori de tyrannide sensus) cōueniens. Legendū ergo esset αὐτὸς αὐτόν. in uoce αὐτός, ut sit emphasis, ad facundiam eius & uitia tegendi calliditatem respiciens.

12 Singulis Syracusanorum singulos uallos.) ἐκέλευσεν ἑκάστους ἕνα ὀρύξαντας τάφρον ἐγγὺς καταβάλλειν. Qui uerba hæc consideret, facilè intelliget interpretes errasse, dū ita exponūt, quasi Dio Syracusanos iusserit singulas fossas prope ruinas muri agere. quid enim erit ὀρύξαντας & καταβάλλειν? quæ sanè fossæ nihil congruunt, quam cædi non propriè dicimus, multo minus deijci, uel deponi. Consequens est, ut aut τάφρος uallus sit, aut uocabulum mendosum. Posterius uerum est (nam τάφρος fossa est, non uallum) & procliuis fuit ad mendā lapsus: scripserat enim autor ὀρύξαντα χάρακα (aliàs ὀρύξαντας, si κατὰ σύνθεσιν accipias, etiam χάρακα debebat dixisse) litera σ ad uocis præcedentis finē ab oscitāte librario est translata, & τάφρον illem scripsit, σ in φ (ut uitiosa pronunciandi ratione est receptum) deinde mutata. Hæc menda interpretibus peruertendi sententiam loci huius ansam præbuit.

13 Platonis sentētia.) Locus est lib. 8. de Repub. quasi confusum aliquid, & in quo omnium formarū reipub. exēpla in promptu sint, per παντοπώλιον, seu nundinas intelligit.

14 Ludicra ex causa.) Apud Aemilium Probum legitur ea. sed quidē satis seria: nempe quòd hactenus luxuriosè & dissolutè cùm uixisset, patre rerum potito, & eum ad temperātiam reuocante, mutationem non ferret.

IN M. BRVTVM INTERPRE- tis Annotationes.

QVòd initio statim affirmat Plutarchus, & postea Posidonio teste uidetur cōfirmare, M. Brutum à Iunio Bruto qui primus eiectis Tarquinijs consul fuit Romæ, genus traxisse: id & Dionysius Halicarnasseus libro 5. pernegat, autor grauissimus, & Dio lib. 44. scriptor Romanarū rerum minimè oscitans. Sed id uiderint alij. Illud nobis annotandum fuit, quo loco est in Græco statim tertio principij uersu ψυχρὰν ἀκμὴν τῶν ξιφῶν, uertisse Guarinū, ensem fulmineum: quàm appositè, nemo non uidet. Continēt aūt ea uerba non illepidam comparationem. Quippe & gladij, quales nos exposuimus, facilè nimiam ob rigiditatem franguntur: & nimia huiusmodi ac prædura ingenia, ferè sibi causa mali sunt. quomodo iste Iunius & liberis sese & uita priuauit. mox ingeniū uertit graue & humile, nō animaduertens, πρᾶον τῷ ἐμβριθεῖ minimè esse cōtrarium, sed quasi consequēs (aliàs absurdè contraria eidem tribueremus, quod ille fecit) & placidū seu pacatum significare, nō temerariū aut inquietum. Sic infrà in Cicerone de Terentia τὸ πρᾶον & ἄτολμον coniunguntur.

2. Seruiliū Ahalam.) Seruiliū, plerīq; antiquas inscriptiones secuti AHALAM scribunt, uulgò HALAM. Ego puto ALAM etiam rectissimè scribi posse, idq; multo esse, quàm HALAM, uerius. Nam cognomē est à parte corporis, quæ axilla (quod & ipsum cognomē Seruiliorū est) & concisè ala dicitur. Ex Cicerone patet hoc. is in lib. ad Brutū, qui Orator inscribitur: Quomodo, inquit, uester Axilla (loquitur de Seruilio Axilla: & cur uestrum uocet, ex hoc Plutarchi loco patet) ala factus est, nisi fuga literæ uastioris, &c. Ergo apparet H aspirationē inter duo A A interiectā, quod ea syllaba esset longa, et ex concisione uocabuli orta, inq; pronunciando circūflecteretur: unde fortassis Græcis ἄλας sumpserunt, ut Latinius, hoc est, magis recepta Latinorū consuetudine nos ALAM quàm AHALAM scripturos uideatur. Sed hæc scire, quàm mutare, tutius est. Quod Plutarc. porrò scribit, Seruiliū gladiū sub axilla seu ala ad SP. Mæliū obtruncandū detulisse, cogitationē inijcit, fortè inde cognomē hoc ortum. Sed hoc est

opinari,

opinari. Historia est etiam alibi, tum apud Liuium lib. ab V.C. 1111. pro μαίλιον, scribe μαίλιον. Guarinus ab Ahala in forum tractum, nescio quid secutus, Mœlium uertit.

3 Sed hunc Brutum.) Bruti dispensatoris, οἰκονόμου Βρούτου. intelligo, qui dispensator fuisset. neq; enim Bruti ad illum priscum posse referri uidetur, neq; etiam deberi: utcunq; id interpretes ausi sint. Græca enim uerba neq; mendosa uidentur, & ab eorum sententia abhorrent, nisi γὰρ exponas αὐτὶ εἰπεῖν. Sed & Βρούτου, non erat Plutarc. sine pronomine ἐκείνου, aut simili particula positurus, siquidem priscum illum uoluisset intelligi.

4 Romano quidem sermone.) Ad militarẽ hæc facundiam Guarinus non rectè applicat.

5 Fateamini me à uobis.) ὁμολογεῖτε ἀδικεῖν με. ita legitur in epistolis Bruti ab Aldo cũ alijs impressis, rectius quàm in nostro, ὁμολογεῖται. Ibidẽ epistola ad Samios citra interrogationem legitur. Tertia est ad Lycios. in fine scribitur ἐλεῆσαι, quod etiam citra aliud exemplar patebat legendum. Res ipsæ ex sequentibus historijs patebunt.

6 In Cyprum Caninio.) In uita Catonis, & huius ipsius rei narratione constanter Canidius legitur: haud facilè dixerim, utra in parte sit mendum. nam utrunq; est nomen Romanum.

7 Quippe cuius pater.) M. Brutum, huius patrem, Lepidi sectatorem, à Pompeio interfectum, & suprà autor in huius uita, & tota illius belli historia docet, & Liuius epit. 90.

8 Regi Galatiæ patrocinans.) Est in Græco, τῷ τῶν λιβύων βασιλεῖ, regi Africæ. quòd si rectè legeretur, esset nimirũ de Iuba intelligendũ. Sed ego Brutum apud Cæsarem pro hoc intercessisse ne suspicor quidẽ. Et uideo utrunq; interpretem secutum Græca. Sed ego mẽdum suspicor, & de Deiotaro loqui Plutarchum. Quod etsi eo durius uideri alicui poterit, quia λιβύων uox neq; cum Γαλατῶν, neque cum ἀρμενίων (nam Armeniæ minoris regem Deiotarum fuisse, Hircius ait: Gallogræciæ, quæ est Galatia, tetrarcham. sed & hos constat reges dici aliquãdo) quicquam affine habeat: tamẽ duob. nitor argumẽtis, an cõiecturis? Vna est, quòd pro Deiotaro intercessisse apud Cæsarem, Brutũ, ex prima Ciceronis ad Atticum libri 14. epistola apparet: altera, quòd hoc dictum Cæsaris de Bruto, ibidem refertur. Iam Deiotarum parte sui regni mulctatum fuisse, ex quadragesimo libro Dionis, quin & ex Cicerone et alijs constat. De Iuba nihil tale legi puto usquã. propria aũt nomina absurdißimè in Græcis sæpe corrupta esse, ita ut uestigia uix leuia superent, notius mihi est quàm uoluissem. Si tamen cui hæc non placẽt, ἀναστροφὰς ἀναμνημονεύων Plutarchi annotet.

9 Et importunitati.) Locus in Græco est subobscurus, ac nequaquã à Guarino intellectus. Continet autem hanc sententiam. Nonnulli importunitate petentium amicorum uincuntur, & se uerecundiæ nomine excusant: q. scilicet puduerit eos amicis quidquam negare. ἐκλύτοι δυσωπεῖσθαι: uocãt, uel appellant hanc suam ὕπειξιν & concessionẽ, Verecũdiam. At eam Brutus turpissimam magno uiro iudicabat: neq; enim eũ debere quiduis precib. suorũ dare, sed interdum negare. est aũt δυσωπεῖσθαι, uerecundia alicuius moueri, & quasi nõ ferre uultum eius, ob repulsam indignantis. Sic in Coriol. de petitione consulatus de uulgo: ἐδυσωποῦντο τὴν ἀρετὴν. Virtutis Coriolani uerecundia animos eorũ mouebat.

10 Brutus hanc carunculam.) In Cæsare hoc aliter refertur: nempe Cæsarem, qui imperandi causa Brutũ nequaquã impium in se (à quo tot esset beneficijs affectus) fore putaret, dixisse, ἀναμένει τοῦτο τὸ δέρμα Βροῦτον, hæc cutis expectat Brutũ. Quanquam malim & ibi legi ita, ut cum hoc consentiret, Βροῦτος recto, nõ quarto casu. quasi diceret, Brutum post se rerũ potiturũ, & expectaturũ mortẽ ipsius.

11 C. Ligarius.) Frater, opinor. Q. Ligarij eius, quem à Tuberone accusatũ Cicero defendit, nisi fortè Quintus legẽdum sit. paulo pòst Statilius socius Bruti dicitur. malim enim legere Statilium q̃ Στάλλιον, Stallium. nisi fortè aliquis alius fuit.

12 Cinna uir non postremæ in ciuitate.) in Græco est, Κίννας ποιητικὸς ἀνήρ. Πολιτικὸς legendum esse putabã, id est in rebus uersatus. Fuit enim is C. Heluius Cinna trib. plebis, ut patet ex Dione libro 44. extremo, ex Appiani lib. 2. Ciuil ex Valerij Maximi lib. 9. ca. 9. Non sum nescius, Cinnam hunc à quibusdam summis uiris pro eo poeta accipi, qui Smyrnam poema cõdiderit, sitq; à Catullo laudatus: qui fortaßis hoc ipso loco ducti ita censuerunt. Sed quia tam multi fuerunt Cinnæ, non temerè nisi alia accedant argumenta, id affirmarim.

13 Pleriq; histrionibus.) Guarinus indoctè, Bacchi cultoribus. οἱ περὶ Διόνυσον τεχνῖται uocantur histriones. Vide Plutarchi Quæst. Rom.

14 Non tibi, inquit.) Extant in hanc sententiam etiamnum epistolæ Bruti ad Ciceronem.

15 Andromacha Hectorem comitans.) Totus hic locus, ex libro sexto Iliadis Homericæ desumptus est.

16 Sed me Latoides.) Apollo, Latonæ filius. Verba sunt apud Homerum libro Iliadis decimosexto, Patrocli ab Apolline & Hectore & Euphorbo cæsi. Valerius Maximus refert hoc lib. 1. cap. de ominibus: sed Apollinem non à Bruto, uerum Cæsare & Antonio signo datum ait.

17 Vicies sestertiûm.) Guarinus ualdè imperitè quingenta millia æris. Mille æris esse idem quòd minam, id est cẽtum drachmas, facilè potest demonstrari. in Græco aũt hic est πεντήκοντα μυριάδες, quinquaginta myriades, nimirum drachmarum. At in una myriade, centum sunt minæ. Ergo hæc summa efficiet, non quingentas minas, sed quinq; minarum millia: uel quod idem est, millium æris quinque millia: summã scilicet Guarinianæ decuplam.

Latinius hoc dicitur uicies sestertiûm: & ipse in Antonio Plutarchus ostendit, uiginti quinq; (cuius duplum hic est) myriades, Latinè decies uocari.

18 Qua dare alio loco.) ὑπὲρ ὧν ἐν ἑτέροις μᾶλλον εἰρήσεται. Guarinus, hæc in cæteris animalibus dubia magis sunt. nimis quàm imprudenter. Quòd autem alio loco se hanc quæstionem ait tractasse, id est in libro Conuiualium quæstionum sexto, cap. 8.

19 P. Silicium.) Sicilius Coronas Dioni dicitur, libro 46.

20 Nestorem usum Homerus.) In rixa Achillis cum Agamemnone sedanda, lib. 1. Iliados.

21 Nos, inquit, ita existimamus.) ἡμέτερος ἦτον εἰπεῖν, legendum est: non ὑμέτερος. Epicureorum enim sententia refertur, non Platonicorũ. Cassium autem Epicureum fuisse, id quod hic dicitur, etiam ex Ciceronis ad eum epistolis ipsiusq; rescriptis apparet, quæ sunt lib. 15. ad Familiares.

22 Apud Symbolum.) Mons est apud Philippos Pangæo monti occurrens. Locorum descriptio est satis perspicua apud Dionem, in huius historiæ narratione, libro 47.

23 Brutus contra Cæsarem.) Καὶ ἀντιστρατοπεδεύοντες, ἀντώνιον βροῦτον, Καίσαρι δ' ἀντώνιον. Mendum est perspicuum: & historia docet pro ἀντώνιον esse αὐτὸν legendum, ut ad Cæsarem referatur, cuius castris Brutus oppositus fuit. hæc tamen Guarinus non sensit.

24 Fuisse eum Cassium.) Græca uidentur nõnihil ambigua esse, & interpretes quidem ita acceperunt, quasi dies natalis non Messalæ esset, sed Caßij futura. id quod mihi secus uidetur sanè. et illud εἰπὼν eo est obscurius, q. statim transitur ad accusatiuum: neq; antecedentia uerba Messala, sed Caßius fecerat: quo fit, ut ἀσπάσασθαι τὸν Κάσσιον exponam, quasi Caßius hæc ad Messalam locutus, eum salutauerit: & εἶναι κεκλημένον accipiam, ut ad Cassium referatur, à Messala inuitatũ. Si Caßij fuit natalis dies, perijt suo natali, sicut & Pompeius & Attalus: quæ in Camillo exẽpla Plutarchus referens, uidetur ne hoc quidẽ neglecturus fuisse, si ita sensisset.

25 * Sed quam propter eum.) Locus est mutilus. id quod asterisco notare, quàm incertum aliquid assuere, tutius duxi.

26 Victia ostendit occasio.) ὁ καιρὸς. sic enim legendum puto, non ὁ καῖσαρ: quod falsum esse, sequentia demonstrant. Adstipulatur etiam Amiotus.

27 Brigas.) De hoc uocabulo nonnihil Varinus ex Hesychio. Eustathius in primum Vlysseæ, ex Pausania refert, ita uocatos barbaros. uidentur aũt fuisse manumißi ad ferenda arma & militãdum serui: nisi quis lixas & calones intelligere malit.

28 Non autor horum.) Vltionem diuinitus imprecatur ei, qui causa præsentis mali & oppressæ libertatis esset. Appianus idem referens, de Antonio exponit, qui cùm posset patriæ libertatẽ unà cũ Bruto (qui hoc ipsum sperans ei pepercerat) asserere, maluit se cũ Cæsare coniugere, à quo deinde est pessundatus. Cæterum uersiculus est ex Euripidis Medea, quæ Iasonis in caput execratur, à quo prodita erat.

29 Valerius Maximus.) Libro 4. cap. 6.

IN DEMOSTHENEM AB Interprete annotata.

PHILIPPI & Alexandri Magni ætate uixisse Demosthenẽ Atheniensem oratorem, neq; multo pòst huius obitum tempore perijsse, res est non obscura.

1 Delphinis in tellure uis.) Posterior est pars senarij uersus. Continet aũt prouerbium. Nam delphinus piscis est præualidus, & qui in mari plurimũ poßit: in terra nihil ualet. Ita, inquit Plutarchus, se fortaßis haud parũ in rebus Ciceronis & Demosthenis gestis posse iudicandis: de facundia aũt minimè ualere iudicio, cuius rei causas attulit. Possumus uti hoc uersiculo, quoties rem nobis inauditã ea ratione recusamus, quod ad eam peragẽdam uires nobis aut peritia desit: aut ea à natura nostra, uel instituto sit aliena. Non abludit ab adagione apud Liuiũ relato, Cantherium in fossa. Prouerbium.

2 De optimatibus fuit ciuibus.) τῶν καλῶν κἀγαθῶν. καλοὶ κἀγαθοὶ ciues apud Athenienses erant ij, quales Romani uocant optimates, à plebe seiuncti, & in repub. priores. Sic sæpe Thucydides, sæpe Plutarchus, præsertim in Pericle. Quod dico, ut intelligas non tam uitæ hic quàm ordinis in repub. rationem indicari. Cic. lib. 1. de Officijs uidetur optimũ quenq; uocare eũ, qui hic est καλὸς κἀγαθός. Ex quo (inquit) euenit, ut alij populares, alij studiosi optimi cuiusq; uideantur, pauci uniuersorum. Locus Aeschinis, qui mox citatur, est in nobili illa aduersus Ctesiphontem oratione. καλοὶ κἀγαθοί.

3 Platonis Demosthenem oratorem.) Hoc idem grauißimus autor Cicero affirmat, non uno loco: ut in præfatione Officiorũ, & initio Oratoris, in Bruto, & primo de Oratore libro.

4 Lamacho Mirrhenæo.) In Græco enim est, μυῤῥινουσίῳ. malim, ut alibi legitur, μυῤῥινουσίῳ, aut potius μυῤῥιναίῳ. Est autẽ Myrrhine, μυῤῥίνη, urbs Aeolidis. Myrrhenam nullam, neq; Mirrhenam noui. itaque non habeo quod statuam.

5 Rhopoperperethram.) ῥωποπερπερήθραν est in Græco libro, atq; ita uideo ab omnib. legi. Sed ut ea uox exponi poßit, nondũ uideo: mihi enim fasciculi isti nõ probantur uel uerborũ, uel sarmentorũ: Sequor aũt Varinũ, qui ostẽdit, παρὰ τὸ ῥῶπος περπερᾶν, factũ esse uocabulũ ῥωποπερπερήθρα, sicut à λήκυθος fit ληκυθολήθρα. Ideóq;, Eustathiũ scilicet secutus, exponit ῥωποπερπερήθραν significare inanes et futiles nugas. Nota sunt πέρπερος, περπερεία et περπερεύεσθαι, ῥῶπος, inutiles & uiles res, seu merces significãtur: quales uulgò multæ circũferuntur, nõ ad instru- ῥωποπερπερήθρα.

ad instruendos aliqua utilitate, sed emungendos pecunia homines, leues præsertim, & curiosos, parate. & ῥωπικὰ *etiam in Lycurgo Plutarchus eodem modo dixit: estq; uenustũ Erasistrati dictũ,* τὴν φύσιν οὐδὲν ἔχειν ῥωπικόν. *Itaq; in* τῶν ῥώπων *&* περπέρων *componitur* ῥωποπερπερῆ, *eleganti translatione inanem loquacitatẽ ac temerariã explicans: (quo in genere Comici solebant ludere, & quale notum illud* λογοπερανολογόμενον) *atq; ab eo* παραγωγῆ *fit* ῥωποπερπερήθρα: *quomodo hic legendũ omnino puto. quando & Eustath. in* ν. *Iliad. hoc ipso uocabulo notari futiles & garrulos testatur, inquiens:* ἐκ τούτου δὲ ῥωποπερπερήθρα τις προσερρήθη *(nimirum Demosthenes)* ἐπὶ χυδαιοτέτι καὶ φλυαρίᾳ σκωπτόμενος. *Simile huius est illud* ῥωπο-τωμυλήθρα, *obiectum Eubulidæ Milesio, Euclidis sectatori, à quodam Comico, apud Diogenẽ Laertiũ lib. 2. Apud Suidam est* ῥεμβοστωμυλήθρα.

6 Assurgit ensis.) *Apparet in Græco esse Iambicum senarium hoc quidem loco. nam in Phocionis uita pro* ἀνίσταται, *legitur* παρίστιν: *atq; ita uersus ratio tollitur. Itaq; ut satisfacerem & ijs qui uersum esse iudicant, & ijs quibus aliter uidebitur, uersu reddidi, sed qui in oratione stare posit.*

7 Æsionem.) *Appionem legitur in uita Demosthenis hac, cum Demosth. impressa.*

8 Tum Daochum, Thessalum, & Thrasydæum.) *Ita legit & Aretinus, & Amiotus. Hieronymus Vuolfius, uir doctissimus &, quẽ amicitiæ honorisq; causa nomino, in huius uitæ uersione, locum hũc asterisco notauit, quod particula* δὲ *post* μακεδόνων, *omnino aliquid diuersi uideatur significare, id quod tamẽ uerba nõ explicent, loco scilicet mutilo. Cuius ego coniecturam eatenus probo, quatenus Daocho & reliquis epitheton deesse censuit: Thessalos autem Daochum & Thrasydæũ affirmare non possum. Historiam (ut obiter moneam) qui plenius et expreßius legere cupit huius belli, Diodorum Siculum, uel Gemisthi paralipomena cum Herodoto Basileæ impressa euoluat.*

9 Demosthenes Demosthenis.) *Iambicum trimetrum, & alterius caput uerba Græca efficiũt: atq; in Græco etiam ita distinguenda sunt, ut carminis ratio appareat.* ὑπορχίαν *ego accipio, mensuram carminis uel manus: uel, quod huic magis quadrat, pedũ motu exprimere. quod nos uulgò, die mẽsur schlagen, dicimus.*

10 Margiten nominabat.) *inertem, & nullius precij stolidumq; hominẽ. Meminit eius ex Homero Aristoteles, atq; Clemẽs Alexandrinus. Vide Erasmi Chiliad. de Margite.*

11 Phylarchus.) φύλαρχος, *alibi: & in hac uita aliâs cum Demosthene impressa* φίλαρχος. *Sed hoc rectius est. Aretinus Phalereũ legit. Idẽ* γάλα ὤνιον *uertit uenale, quasi si idem essent* ὄνειον *&* ὤνιον.

12 Commento eluserunt.) ἐψηφίσαντο περὶ τὸν νόμον. ἐσοφίσαντο *legendum, non ex altero modò exemplari, sed palàm ex sensu constat.*

12 Calauria.) *hæc aliquãdo* καλαβρία *scribitur, ob affinitatẽ literarũ, ut* αὔρα *&* ἄβρα. *uã uitiosa pronunciatio hæc inuexit: sicut id quoq;, quod* β *ferè in scriptis libris figura nostro u simili exprimitur.*

IN CICERONEM.

MAtrem Ciceronis Heluiam.) ὀλβίαν καὶ γεγονυῖαν καὶ καλῶς βεβιωκυῖαν, ὄλβον *opes,* ὄλβιον *diuitem esse scio. Cæterùm hic mihi metui, ne si uerterẽ quomodo uterq; interpres, negligentior meritò iudicarer. Puto aũt scriptum esse à Plutarcho,* Κικέρωνος δὲ τὴν μὲν μητέρα λέγουσιν ἐλβίαν καὶ γεγονέναι καλῶς, καὶ βεβιωκέναι. *Primùm ipsa traiectio particularũ* ὀλβίαν τε, *locum mihi fecit suspectum. Deinde cùm Græci loco* v *consonãtis τῷ βῆτα utantur, cogitaui quã Plutarchus siue* ἐλβίαν, *siue* ἑλβίαν *dixisset, eam à librarijs postea* ὀλβίαν *perperam scriptã, proprio in appellatiuum cõmutato. Nam Eusebius quoq; Heluiam Ciceronis matrẽ nominat, secutus eosdẽ (opinor) autores: & Heluij Romæ fuerunt, Cinnæ cognomẽto. Deniq; uix mihi persuadebitur, si autor matrem Ciceronis (cuius nomẽ omittere non, puto, uoluit) diuitẽ uoluisset affirmare,* ὀλβίαν *scripturum fuisse. Dixi quod sentio: cæterorum saluo iudicio.*

2 Ab Tullio Attio.) *In Græco est* τύλλιον ἄππιον, *quod interpretes parum de his rebus soliciti retinuerunt. Est autem legendũ* τύλλον ἄττιον. *loquitur enim de Tullo Attio Volscorũ rege, ad quem exul Coriolanus confugit. Liuius lib. 2. Dionysius libro 8. initio, & in Coriolani uita noster.*

3 Primus Cicero) *A cultura ciceris hoc cognomen Plin. 18. 3. ortum ait, sicut Lentuli, & similia.*

4 III Nonas Ianuarij.) ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλανδῶν. *Hunc suũ natalem diem Cicero ad Atticum etiam notat, lib. 7. ep. 5. Ita, inquit, ad urbem 3. Non. (patet aũt ex superioribus, loqui de Ianuario) natali meo. et lib. 13. epistola, Venit ille. Sed heus tu, inquit, diem meum scis esse III Non. Ianuar. aderis igitur. Gellius lib. 15. cap. 28. ait: Q. Cæpione & C. Serrano Coss. ante diem III Nonas Ianuarij, natus est M. Cicero. fuit hoc anno V. C. DCXLVIII. Latinus interpres Bochius, III Kalen. Ian. uitiose extulit. quem errorem, ut persæpe alios, secutus est Amiotus. Locum autem doctè, ut omnia, in sua Quæstura Corradus explicauit.*

5 Plato requirit.) *Disputat ea de re cùm aliâs, tum principio libri de Repub. sexti.*

6 Octo millibus nũmûm.) *Ita quidem est in Græco. nam duo millia drachmarũ hoc efficiunt, cũ quatuor nummi sestertij sint in denario. At apud Ciceronẽ in hac pro Sex. Roscio Amerino oratione ita legitur: Bona patris huiusce Sex. Roscij, quæ sunt sexagies, de uiro clarißimo et fortißimo L. Sylla, quẽ honoris causa nomino, duob. millib. nummûm se dicit emisse adolescens uel potentißimus hoc tempore nostræ ciuitatis L. Cornelius Chrysogonus. Neque uerò dissensisse à Cicerone Plutarchum credo: multo minus autem ignorasse ut hæc summa Græcè efferretur,*

efferretur, aut lapsum fuisse ea in re. Itaq; nisi mendum libri sit (quod ipsum affirmare durum est) uel apud Ciceronem, uel apud Plutarchũ, lapsum hunc memoria hoc loco dicendum est. Sanè illud sexagies accuratè & rotundo ducentorum ac quinquaginta talentorũ numero expreßit. Etenim talentum constat minis LX, mina centum drachmis, seu denarijs: in denario quatuor sunt, ut diximus, sestertij nummi. quo fit, ut in singula talēta sex denariorum, uel XXIIII nummorũ millia computētur. Ergo de CCL talentis, MD millia drachmarũ sexies millena millia nummorũ redigentur. Hæc iam ad cētena millia (nam quoties sestertiûm uel dicitur, uel dici intelligitur, ut in hoc loco Ciceronis sexagies, et alibi decies, ac similia omisso uocabulo sestertiûm ponũtur, toties cētena millia nummorũ indicantur) reuocabimus: erũt sexagies centena millia nummûm, hoc est sexagies sestertiûm. Id obiter annotare non abs re duxi. In uita Antonij infrà similis locus Ciceronis refertur.

7 Negligebaturq;, ac Græcus.) παρημελεῖτο. Hoc paßiuũ est uerbum utiq;, nõ actiuum: & negligi significat, nõ negligere. Malè hæc interpres extulit, sicut et σχολαστικὸν: qđ uocabulũ hodie pro Latino usurpatũ, eodē modo apud nos solet ignominiæ loco eruditis & simplicibus hominibus, ab auaris hominibus, ac superbis bellorũ cauponib. obijci.

8 Contra disciplinam militarē.) In Græco est ἀταξίας: quod qui ad desertos ordines referunt, speciem pro genere non satis prudenter arripiunt. Multa enim alia hoc uocabulo comprehenduntur, non tantum λιποτάξιον. Non sanè cõstat mihi, qualis ἀταξία obiecta iuuenib. illis Romanis fuerit: sed hoc scio, ἀτακτεῖν Græcis esse, quicquid sit cõtra disciplinam militarē. Sic in uita Pompeij, ἀκούων τοὺς στρατιώτας ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις ἀτακτεῖν. & alibi.

9 Scribit.) Locus est in oratione pro Cn. Plancio, tametsi paulo aliter rem narrat Cicero: ita quidē, ut ad summã negocij aut nihil, aut parũ intersit.

10 Libertinus Cæcilius.) Q. Cæcilius Niger, domo Siculus, et quæstor Verris, contra quē Diuinatio seu prima Verrina Ciceronis est. uide Asconium. Suibus autem abstinere Iudæos (quæ ioci est materia) notißimum est.

11 Villam Arpini pulchrã.) ἄρπινον. Ciceronis patria fuit Arpinũ, unde Arpinâs dictus est. fuit aũt in Campania ut & Neapolis, et Põpeij, q. uel ex Plin. 3. 5. intellexeris. Arpi aũt urbs est Apuliæ, in diuersa Italiæ parte: ut planè huc nõ quadret. Nisi Arpinũ fortè Græcis ἄρποι dictũ sit, q. credere ē durũ.

12 Fertur & Licinius Macer.) C. Macer ille est, cuius lib. 1. Ep. 3. ad Atticum meminit. Aliter narratur hæc res à Valerio Max lib. 9. cap. 12.

13 Tantum collũ non habeo.) τηλικοῦτον τράχηλον. Guttur uerterũt Bochius & Corradus: non sanè ita ut sensus requirit. neq; uerò τράχηλος guttur est. est aũt uernacula etiam nostra lingua usitatum, ut homines impudentes, & in dicēdo præsertim temerarios, ualido collo præditos dicamus. Atq; ita etiam Marius (ut refert Plutarchus) in senatu respondit: Non ita latum sibi esse collum, ut de tanta re quicq̃ affirmare ausit, de lege Saturniana loquēs. Eò alludens Cicero, strumas Vatinij eleganti dicto notauit. Pòst in Græco ἰσχύειν δοκεῖ est, quod nõ uideo q̃ cõmodè legatur. Sicut & illud διαγαγόντων ἐπὶ βῆμα καλούντων. Sed sententiæ sunt planæ.

14 Ij quibus Syllanis.) Proscriptorũ filij. Vide Corradum & alios. Plin. lib. 7. cap. 30. in eulogio Ciceronis: Te orante proscriptorũ liberos honores petere puduit. Meminit ipse lib. 2. Ep. 1. ad Atticum.

15 M. Otho præturam tum gerens.) Ita hæc, ut in Græco sunt retuli: nisi quod animaduerti etiã aliâs στρατηγεῖν uocabulũ pro quouis magistratu poni, minus propriè. (Quod uiderat multo antè Polybius, στρατηγοῦ uocē prætoris nomine amplioris: itaq; hũc aliâs ἑξαπέλεκυν uocat. Etiam in Lucullo ea de re annotaui) Nisi quis erratũ uel à Plutarcho, uel à librario (quod malim) dicat: ut δημαρχῶν legatur. Autor enim legis theatralis fuit tribunus plebis, quod & disertè Liuius lib. 99. tradit, ut ex Epitoma intelligitur, & apud Dionem lib. 36 perspicuè docetur. Fuit aũt is trib. plebis L. Roscius Otho. Prænomē L. est et apud Ciceronē in Mureniana, & apud Liuiũ ac Dionē, quib. dixi locis, et apud Asconium Pædianũ in oratione pro C. Cornelio, & apud Acronem in 4. Epod. Horatij: ut M. à Plutarcho dici mirer. quanquã mendũ potius, aut μνημονικὸν esse ἁμάρτημα suspicor. Porrò aũt Roscius nomen fuit, Otho cognomē. Id quod, cùm pridem Dionē uertißemus, in eumq; Annotationes scriberemus, festinantes & parũ solicitè circumspicientes fefellit. Itaq; ibi putauimus Dionē & Liuiũ à Plutarcho & Horatio & Iuuenali dissentire. quod falsum esse, uel unus Horatius nos poterat docere. Cuius enim ex quarto Epodon uersus citauimus de Mena Pompeij liberto, auso in XIIII ordinibus sedere, — Xylandri error.

Sedilibusq; magnus in primis eques
Othone contēpto sedet: idē in prima ad Mæcenatē epistol. legē de ordinib. Rosciã dixit, eo loco,
Roscia dic sodes melior lex, &c.

Sanè statueramus Dionē nostrũ & emendatũ pluribus in locis, & politũ denuò edere, cùm typographus in Gallia inscijs planè nobis priorē editionē recoxit: q opera nostra uti, et melius de nobis & Dione studiosisq; mereri potuisset, si uoluisset. Sed quid facias hominib. etiã cum damno & dedecore aliorũ lucrũ sibi captãtib. Nos uel correctũ (ut dixi) breui dabimus: uel, si id cõmodius uidebitur, seorsim castigationes nostras et annotationes edemus. Nunc ut finem faciã, uim Rosciæ legis scribã. Quatuordecim gradus in theatro proximos post patricios secreuit Roscius, in quibus equites spectarent, plebe exclusa. Porphyrio & Acro ex his primos pro tribunicijs seruatos fuisse scribunt. Plinius libro 7. cap. 30. Te — Dionis emendatio. — Lex Roscia.

suadente

suadente (ad Ciceronem conuersa est oratio) tribus Roscio theatralis legis autori ignouerunt, notatasq; se discrimine sedis æquo animo tulerunt. Erat autē certus præscriptus census equestri ordini, quem qui non explerent, ijs spectandi locus in XIIII ordinibus non dabatur. Quod nō modò ex Satyris Iuuenalis, tertia & decimaquarta apparet: sed Horatius disertè ostendit fuisse quadraginta millia nummoum, id est CCCC sestertia, ibi:

Si quadringētis septem septem sex millia desunt,
Plebs eris, &c.

Quod idem ex Suetonio & alijs colligi potest. Plinius lib. 35. cap. 2. docet, hoc caput repetitum sub Tiberio. quē locum consule, nos aliò uocamur.

16 Ipsi Crasso, incerto autore.) Quòd hoc loco calumniatur Plutarchum Corradus, quasi in uita Crassi diuersum scripserit, iniquè mihi uidetur facere. Nam profectò ibi nequaquam dixit, epistolam illam fuisse à Catilina scriptam, sed de Catilina fuisse scripta quædam istis in literis: à quo, non additur, ut optimè cum eo conueniat quòd hic ἀδέσποτος epistola dicitur. Est enim ibi, ἐπιστολὴν ἐκφέροντα περὶ τοῦ Κατιλίνα, ἐκεὶ ξενουμένην. Quæ duo postrema uocabula mendū continent, sed quod nullo modo potuerit Corradum in Plutarch. armare.

17 Illorū conatibus.) tribb. plebis, qui Cæsaris instinctu Cicerone uexabāt. ἐκεῖνον in Græco ad Cæsarem refertur, scilicet autorē consiliorū, quorū administri erāt δήμαρχοι. Sic enim legendū, non χιλίαρχοι, satis cōstat: neq; librarijs nouum crimē obijcitur. Calumniari aūt Plutarchum hic planè nihil attinebat, quasi prætoris & trib. plebis potestatem eādem putasset. Neq; mei est instituti Plutarchū defendere, qui seipsum satis defendit. Nā quæ Ciceroni obijcit uitia, excusare humanū est: negare qui uelit, ipsi etiam Ciceroni, nedum Plutarcho & alijs etiam Latinis scriptoribus, omnem fidem deroget.

18 Axio cuidam.) Mentio Axij fœneratoris est apud Ciceronē epist. 10. lib. 1. ad Atticum, interpretationē ioci coactus sum addere de meo: quia, ut pleraq; id genus, in Latinum transfusus amittit uim & leporem suum.

19 Tribunatu plebis subitò deserto.) Id factū est Silano et Murena Coss. proximo post Ciceronē anno. Historia est apud Dionē perscripta, lib. 37. in Græco ἀπελθὼν ἄρχη, sed scribatur ἄρχων.

20 Adrastum.) Notū est hunc, duob. exulibus Tydeo & Polynici duas filias nuptum dedisse. alter qui sequitur uersiculus, notus est de Laio.

21 Qui proclamarūt.) ἀναπεφωνηκότων. nō satis hoc assequor: nisi proclamator fortaßis, uel præco dicatur esse, aut ab eo genitus. nam illa officia sordida ac parum digna ingenuis habebantur.

22 Bona quædā proscripsisset.) ἁμαρτίαν προέγραψεν. Vereor ne hic sit ἁμαρτία librarij, & aliquid aliud legendū. non enim uideo quid sit uitiū uel peccatū proscribere, nisi fortè se decoxisse et soluendo nō esse præscripsit ipse. quod an fuerit moris nescio: neq; memini me legere. Viderint doctiores.

23 Qua cū ingressus fuerat.) ᾗ συνῆλθεν. Neq; hoc statim obscœnū est uerbum, ut ne apud Latinos quidem congredi, & similia: & magis tamen placet συνεισῆλθεν legi, ut in Cæsare est, & uidetur legisse Amiotus. Aura ancilla in Cæsare ἄβρα dicitur: quomodo etiam Calauria & Calabria, pro insula, uariè & promiscuè scribuntur.

24 Clodiū postulauit.*) Cur asteriscū adiecerim, non est obscurū: quis enim non uideat, accusatoris nomen, hoc est, nominatiuū qui ad ἀπεγράψατο pertinet, deesse? Tantū enim abest ut Cæsar eū accusauerit, ut ne testimonium quidē dicere noluerit. A tribuno plebis postulatū Clodiū, est in uita Cæsaris.

25 Tullium.) τύλλω. τυλλίω malim, ut libertus aliquis Ciceronis intelligatur.

26 Multorū inopum.) Bochij interpretatio, itemq; Amioti, nō tam à uerbis Græcis, quàm à ueritate uidetur aliena. et πολίτευμα significare frequēter conatū aliquē certæ rei in ciuitate cōficiēdæ (unde & πολιτεύεσθαι eodē modo deductū) notū est.

27 Se ei locum in agro.) τὸ χωρίον ἢ κατανγεῖλεν. Bochius, illicò eū in crimen delaturū asseruit. sed ferè pleraq; ab eo sunt negligēter uersa. Sic ex Fabrūm magistro ædilē proximo uersu fecerat. Corradi uersionē nō habeo cur probē: ex ipsa regione se milites in eum conscripturum denunciauit. καταγγέλλειν scio aliquādo esse militē scribere: sed quid χωρίον? Deinde si talis aliquis sensus his uerbis subesset, nō uidetur particulis μὲν & ἢ usurus fuisse, cùm posterius membrū priori esset atrocius. sed dixisset fortaßis, οὐ μόνον ὅτι οἰκίᾳ ἀποδέξατο, ἀλλὰ καὶ χωρίον, &c. nunc illud δὲ priori aliquid dißimile uidetur ostēdere. Itaq; intelligo, Vibium domo eum recipere nō ausum, ob metum edicti Clodiani: partē tamē aliquā in agro suo uel prædio designasse, ubi lateret. alibi nihil memini me de Vibio isto legisse. Sanè Amiotus nobiscū sentit. Quid uel hic, uel Corradus legerint, nō satis scio. C. Virgiliū pro Vergino posui, ex oratione pro Cn. Plancio.

28 Sed profectò ea uis est gloriæ.) Mirum quàm planè diuersam à Plutarchi uerbis sententiam Bochius et Corradus hic protulerint: nō uidētes fortaßitan nomē αὐτὸ (quod illi τῇ δόξᾳ tanquā adiectiuū attribuētes, omnia cōturbarunt) ad uerbū ἀπονδόσαι & ἀναμόξασθαι pertinere. Est enim ea oratio, qua non Græci modò, sed & poetæ Latini Græcorū imitatione crebrò utuntur: ut in uulgatò illo,

Δεινοὶ γὰρ ὑφαίνειν μηχανὰς Αἰγύπτιοι.

Horatius sæpißimè:

——Testudo resonare septem Callida neruis.

& de Luna: ——Celeremq; pronos Voluere menses. Et de ipso Horatio Persius:

Callidus

Callidus excusso populum suspendere naso.
Sed quid opus exemplis in re nota?

29 Cicero dixit.) *In oratione Post reditum in Senatu.*

30 Deterior seipso.) *οὐδ᾽ ἀμείνων αὐτοῦ, ut ad Hortensiũ refertur. Ego ad ipsum mallẽ & αὐτοῦ legi. Corradus uidetur legisse μὴ φαυλίσαι, sed nõ cohærente sensu. res non est magni momenti.*

31 Nullo præterea supplicio affectis.) *Rectè hæc Bochius, uel saltem conuenienter Plutarchi uerbis reddidit. Corradus autem, quod & aliâs ei accidit, locũ, quasi si difficilimus esset, peruertit, ita ut intelligere nemo posit quid dicat, nedum ut Plutarchi uerba exprimat. Quid est enim hoc?* Ereos qui nihil soluerent, & illo plus acciperent, sine infamia conseruauit. *Quod si ei lá bi communi hominum sorte euenit, in re præsertim tam aperta, & quam ipse deinde uerbis Cic. ex VI ad Atticum refferat: æquior profectò Plutarcho erit, qui eum sæpe indignè, crebrò quidẽ ab illo reprehendi & uexari uiderit. Neque ego hæc dico, ut de Corradi gloria quicquam detractũ cupiam, quem admiror hercle: & fateor me, si adesset, libenter inter eius discipulos futurum: sed ut ostendam, non omnes nos ab unius alicuius autoritate pendêre debere.*

32 Cœlio petenti.) *Vide Epistolas Cic. fam: libro 2. & 8.*

33 Cato qui Dyrrachij.) *En tibi æquum Plutarchi censorem Corradum. Hic dicitur, Catonem copias Dyrrachij habuisse: in uita Catonis, Corcyræ Ciceroni ab eo oblatum imperium. Ergo (inquit Corradus) de loco secum Plutarchus, ut sæpe, pugnat. Quasi uerò non potuerit milites habere Dyrrachij idem, & Corcyræ Ciceronem conuenire. Paulò antè de aquilis legi, & legendum omnino puto, λιλείφθαι, non λελεῖφθαι.*

34 Ita ei se submittebat.) *ὑπιὼν πρὸς τὸ μειράκιον αὐτόν. πρὸς particula abundat, id quod quiuis uiderit. Corradus hæc uerba, quibus perspicuè dicitur Octauium Ciceroni se insinuasse, & submittendo se blanditum esse, falsè ad Ciceronem detorsit, ut haberet quod in Plutarcho reprehenderet.* Nam sic, *inquit,* adolescenti se subiecit. *atq; hoc deinde refutat, cùm Plutarch. non dixerit. id est nimirum cum laruis luctari.*

35 Iuxta Capuam.) *Καπύης. Bochius Capuam reddidit: & sic est apud Appianum libro 4. ἐμφυλ. quæ urbs tamen non in ora est sita. sed intelligi tamen utcunque possunt prædia haud longißimè ab urbe ea distantia, ex Liuij libro 120. cuius extat fragmentum de obitu Ciceronis. Videtur Caieta legendum.*

36 Popilius.) *Scribendum in Græco Ποπίλλιος, non πίλλιος, iampridem ad XLVII librum Dionis docui.*

IN DEMETRIVM INterpreris Annotationes.

PYRRHI *æqualis hic fuit, filius & successor Antigoni magni, à quo regnũ Macedoniæ usq; ad Perseum à morte Alexandri durauit.*

1 Ex omni Antigoni posteritate Philippus.) *Necauit autem Demetrium, Persei calumnijs inductus. Historia copiosè est & eleganter à Liuio descripta, libro 44. Donatus imperitè locum peruerterat, & Antigoni filium Philippum nominauerat. nam quod priuignus fuit, excusare eius oscitantiam nequit. Vide Genealogiam, quam apud Aemilij uitam descripsimus.*

2 Eponymo magistratu.) *De hoc suprà in Aristidẽ annotauimus. Interpres ridiculè:* qui certo quodam nomine appellari consueuerat. *Idem contra & uerba sententiamq; Plutarchi, & ueritatem rei, regis nomen à solis successoribus Alexandri hactenus usurpatum fuisse scribit: quasi sub eorum numero non comprehenderẽtur Antigonus & Demetrius. Sed & paulo antè nescio quam Lamiacensium pugnam dixit. Verùm ista persequi omnia est molestum:*

3 Ex Euripide imitatum uersiculum.) *Euripidis nobilem uersiculũ (quem nos ipsum quoque perspicuitatis causa integrum in uersionem nostram transtulimus) nemo eruditorum est ferè qui non sæpe uiderit, aut audierit:*

ὅπα τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν δουλευτέον.

Antigonus ita immutauit, & ab obsequio ad nuptias detorsit, ut ὁμοιόπτωτον elegantẽ allusionem contineret, pro δουλευτέον reposito γαμητέον. Quod minimè obseruans Acciaiolus, omnem loci uenustatem interuertit, & abs re de seruiendo mulieri mentionem intulit. Idem suprà, cùm Dromoclides Sphellius (Sphellia curia est, seu δῆμος Atticæ) nominatur, nescio quid tribui (si dijs placet) Sphelticæ ab eo iniunctum commentus est. Philam unico L scribo, secutus Diodorum & alios.

4 Thasius'ne erat.) *Elegans est, & facetus planè iocus. nam quod affluxui (ita enim liceat exponere uocẽ ῥεῦμα) Demetrius humoris alicuius, seu pituitæ imputabat: id uini abundanti affusioni Antigonus adscribit. Nobilißima uina sunt Chiũ & Thasium: de quibus præter alios, Plinius lib. 14. ca. 7. & deinde, atq; Athenæus libro 1. Hunc iocum uariè etiam Germani, neque minus scitè usurpant. nam & eum qui in itinere diutius moratus, cluuie aquarum se impeditũ minus concinnè causatur, potuisse quod ad aquam pergere dicimus ioco, nisi uinum (cui nõ item pontes insternuntur) obstitisset. & uino deditiores, ac de catharris conquerentes, simili planè modo notamus, cùm dicimus: si uelint efficere, ne tanto affluxu infestentur, ab assumendo (nimirum uino) esse temperandum.*

Vterq;

5 Vterque minas XL.) ἑκάτερος μ. deest autem μνῶς, ut puto, id est libras uel minas (Mina Attica non ita multum à libra Romana differt. nimirum drachmis quatuor. de qua re Budæus, & alij) quadraginta: quomodo & interpretes acceperunt.

6 Lamia, Dema.) Δημώ. Hæc apud Athenæum libro decimotertio. Δημώ, Demo dicitur. & sic etiam infrà.

7 Laconensis.) λακωνικός. Spartiatam Donatus, Amiotus cognomento ita dictum. mihi neutrum probatur, & patriam, aut uerò curiam Atticam uel pagum designare id uocabuli puto. λακωνικὸς quidem Spartanus non dicitur.

8 Demetrium fabulam uocabat, eò quòd Lamiam haberet.) Apparet Lamias in fabulis, ut & Sphingas, Satyros, & alia id genus aliquem habuisse locum: atque ideo Demetrium, qui Lamiam meretricem; monstro illi cognominem, secum haberet, ostentarétque, dramati seu fabulæ (nam hic μῦθον dixit Plutarchus, quod pro scenico figmento usurpari uix puto) similem esse. Sanè in scena Lamias aliquando uel productas, uel saltem commemoratas, ex Horatij artè poetica apparet. Tametsi etiam ita exponi posse uidetur hic locus (est enim obscurus) ut fabulosum hominem diceret Demochares Demetrium, qui præter alia inania, etiam Lamiam meretricem secum haberet, non malè ex fabulis notarum istarum Lamiarum respondentem titulis. Quæ de Lamijs apud Philostratum in Apollonij Tyanei libro quarto leguntur, ut ille Lamiæ tali monstro seu spectro Menippum philosophum Corinthi eripuerit (quo loco eædem esse Empusæ, Lamiæ, & Mormolyciæ ostenduntur, in id intentæ, ut re uenerea illectos homines deuorent) prolixiora sunt, quàm ut huc commodè inseri possint. Aristophanis interpres in Vespis & Pace ex Duri & alijs scribit, Lamiam Beli & Africæ filiam à Ioue constupratam, filios eius à Iunone interfectos: ipsamq; tetra forma ob mœrorem, aliorum partus rapuisse, interfecisseq;: & cætera, quæ inde etiam Varinus transtulit. Lyncei de cœna Lamiæ scriptum citat aliquoties etiam Athenæus.

9 Ad fratrem se contulit.) Corruperunt hic historiam interpretes, & ad Selenam iuisse Plistarchum dixerunt, qui ad fratrem Casandrum accusandi Demetrij causa profectus scribitur: Iidem Quinda (de quibus in Eumene facta mentio) in Cynda nimis subtiliter uerterunt. quasi uerò Cilices barbari, non barbara etiam locorum nomina retinuissent. Quæ paucis pòst uersibus de Cilicia, Tyro, Sidone, & cætera referuntur, planè diuerso sensu protulit Donatus.

10 Apud Dium.) In Græco, περὶ Δῖον, Donatus Dium, Amiotus nescio quale Demon. Ego qui Dium esse Macedoniæ urbem infra Pydnam in ora maritima sinus Thermaici & scirem, & omnibus eruditis cognitū putarem, facilè id cum Donato reposui. Verum ille corrector ne nihil diceret, præclarè meritum se & de autore & de interprete & de lectoribus putauit, si annotaret Δῖον urbem esse Eubœæ, ex Stephano & Strabone, appositè scilicet: quasi unicum tantum Dium Stephanus & alij Geographi notassent. Sed erat omnino talis, quicunque fuit, ut libenter fumos uenderet.

11 Quę à Sapphone describuntur.) In nobilißima illa oda (nisi uehementer fallor) quam insignis uenustas iniuriæ edacitatiq; temporum exemptam, nostro quoque tempore in lucem retulit, & quam Catullus Sapphico uersu elegantißimè depinxit. Extat impressa cum Anacreontis reliquijs, & Dionysio Longino, & Mureti in Catullum commentario.

12 Euripidis uersus.) De Bacchis sunt desumpti.

IN ANTONIVM INTERpretis Annotationes.

1 Antonius cognomento Creticus.)

IN Græco est Criticus (ut Aretinus reliquit: & Amiotus explicauit iudiciarium) κριτικός: sed mendosè pro κρητικός. Critici cognomen ego tribui huic posse non puto: Creticum uocari à bello contra Cretenses gesto arbitror, argumento eorum quæ apud Florum 3.7. in Epitoma Liuiana XCVII, & alibi leguntur.

2 Nempe sexagies sestertiûm.) πεντήκοντα καὶ διακοσίων ταλάντων. CCL talentorum. Cicero Philippica secunda hanc rem ita describit: Recordare tempus illud, cùm pater Curio mœstus iacebat in lecto, filius se ad pedes meos prosternens, lacrymans te mihi commendabat: orabat, ut te contra suum patrem, si HS sexagies peteret, defenderem. tantum enim pro te intercesßisse dicebat, &c. Ciceronis uerbis in summa hac exprimenda latinè malui uti, quàm talenta ponere. Idem uerò esse CCL talenta & sexagies sestertiûm, ostendimus in uita Cic.

3 Cùm eius triremes multis paruis scaphis arcuisset.) πολλαῖς τῶν λ. κ. τ. τ. αὐτοῦ περιγύοις. nō περιγράφας. Interpres ἐναλλαγὴν fecit; non enim Antonij triremes fuerunt, sed Libonis. Totum stratagema describit ipse Cæsar uenustè, lib. 3. belli Ciuilis.

4 Profundos sinus.) ἀγχιβαθεῖς φάραγγας. Præceps & scopulosum littus, interpres. φάραγξ inter alia hiatum seu fissuram terræ significat, φάραγξ. quæ aquā incidentem absorbeat. Varinus. Voce ἀγχιβαθὴς ἀγχιβαθής. (rectiùs enim legitur hoc modo, quàm ἀγχιβαθὴς) etiam Homerus usus est Vlyss. ε.

ἀγχιβαθὴς δὲ θάλασσα, καὶ οὔπως ἐστὶ πόδεσσι
στήμεναι ἀμφοτέροισι, καὶ ἐκφυγέειν κακότητα.

diximus apparet. Sicq; in Ciceronis uita legitur. Suetonius in Cæsare Iulio Cap. 27. Attia Octauiam natam uidetur dicere. Ad retinendam (inquit) Pompeij necessitudinem ac uoluntatem, Octauiam sororis suæ neptem, quæ C. Marcello nupta erat, conditione ei detulit.

20 Regis Orodis.) ὑρώδου. Quod secutus est, sed imprudenter, Aretinus: & Amiotus etiã. in Crasso ὑρώδης legitur: falsum & hoc, ὀρώδης enim, Orodes rex Parthorum fuit dictus, quod notissimũ est.

21 A' lcepsydræ aqua.) Fons est in arce Attica, Clepsydræ nomine: sic dictus, quòd clepsydræ in morem modò amittat aquam, modò recipiat. Impletur enim flantibus Etesijs, uacuus aquæ est ijs cessantibus, exemplo Nili. Hæc & plura Schol. Aristoph. ὄρνισι.

22 Antonio & Cæsare.) In Græco deest copula καὶ: quam tamen & interpres & Appiani codices habent, & sensus requirit. Interpres porrò ex Sosio Cassium finxit, haud leui historiæ detrimento. Res gestæ C. Sosij & Canidij sunt apud Dionem lib. 49. Amiotus Socium dixit.

23 Quæ olim Bambyce.) βοςβύκην est in textu, & sic interpretes legerunt. Sed rectius apud Appianum habetur βαμβύκην, quod secutus sum: cùm & Strabo libro decimosexto, & Plin. quinto & uigesimotertio idem dicant, quod hic legitur. Vrbes sunt Syriacæ.

24 Missis nuncijs fidem dedit.) δεξιὰν καταπέμψαντος. Non malè uertit Aretinus. Est enim, missis nuncijs fidem amicitiæ & gratiæ dare. Sic in uita Alexandri Darius moriens Polystrato, ἀλεξάνδρῳ ταύτην τὴν δεξιὰν δίδωμι διὰ σοῦ. & Appianus libro secundo ἐμφυλ. δεξιὰν ἔφερε παρὰ τοῦ βασιλέως τῷ Ῥωμαίῳ. Tale est etiam λαμβάνειν δεξιὰν, uenia donari, apud nostrum in Cæsare, de L. Domitio: χωρεῖ πρὸς καίσαρα, καὶ λαβὼν δεξιὰν, αὖθις διεξέπεσε πρὸς Πομπήϊον. Annotaui autem propter correctorem istum, qui perinde ac si errasset hic Aretinus, græca uerba in margine alleuerat, neq; tamen explicarat.

Δεξιὰν κατα- πέμψαντας.

25 Atropatenam.) Malè in Græco ἀτροπατηνῶς, apud interpretem Antropatene legitur: rectè apud Appianum ἀτροπατηνῶν. Sic & Stephanus, & Plin. 6. 13. Straboni est ἀτροπάτιος μηδία lib. 11. quod & ipsum Stephanus habet.

26 Duce Statiano.) Sic est apud Dionem libro quadragesimonono, & in Augustano manuscripto Appiani codice στατιανοῦ, legitur, pro γατιανοῦ. Phraata autem, φραάτα ex Appiano reposui: pro Phraortis, φραόρτου. Et sic etiam infrà apud Plutarchum est: ἀλόντων ὑπὸ φραάτου ἀμάξας κ.τ. imposuit enim libri mendum interpretibus. Apud Dionem legitur πράασπα, Praaspa.

27 Aequalibus interuallis.) Hic locus rectius in Appiani libro legitur, estq; scribendum hic non παρεξιόντες (quod imposuit Aretino) sed παρεξιόντας. ὑσσοὶ pila sunt, non uenabula, quibus tum neq; Romani in pugna, neq; Parthi utebantur. Virgula inter πρανεῖς & ἀνατρέψαντες temerè posita, nebulas loco offudit.

28 O' decem millia.) Historia hæc, horum decies mille Græcorum, est apud Xenophontem in libris de expeditione Cyri, & summatim in uita Xenophontis apud Suidam.

29 Interim Titius & Plancus.) τίτιος legendum. Dio lib. 50. & pòst Caluisius, καλουίσιος, non καλύσιος. Sed quæ de recitatione testamenti sunt scripta à Plutarcho, alienissimo & ineptissimo sensu Aretinus reddidit. De Caluisio multa Dio.

30 Si Cæsar in toryna consedit.) Iocus est, proprio nomine in appellatiuũ detorto. τορύνη instrumentum est, quo ollæ (aut potius quæ in illis coquuntur) agitari solent, nimirum coclearе coquinarium. Patet hoc ex Aristophane in Equitibus, ubi est,

τορύνη.

ἀεὶ δ᾽ ὑμῖν δεῖ τορύνης. & in Auibus:

ἔτνος ἐπιθυμεῖ, δεῖ τορύνης καὶ χύτρας.

Sipontinus in suo Cornucopiæ tudeculam interpretatur, sed malè. Vsus est uocabulo etiam Plato in Hippia maiore: ita ut facilè appareat inde, id fuisse quod diximus. Meminit & Eustathius in λ. Iliadis, aitq; (id quod huc facit) παρὰ τὸ τορῶ dictum, id est circumago. Ergo Cleopatra extenuat præsentiam Cæsaris, à loci nomine petita ioci materia. quod fugit utrunq; interpretem.

31 Cum Arruntio.) Hunc ab Octauio mediã aciem tenuisse, apparet ex hoc loco. Paterculus læuum cornu ei commissum dicit.

32 Halis sepultum.) Locus est Atticæ, ἁλαί. De quo apud Stephanum.

33 Haud equidem expediet.) οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. Allusio ad Homericum illud nobilissimum dictum, de Iliad. 2.

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.

—— Multos dominos non expedit esse.

34 Cùm uerò ex Marcello.) Remitto te ad typum & explicationem genealogiæ huius, quam ad finem nostrarum in Dionem Annotationum adiecimus.

IN COMPARATIONEM.

35 Veluti Paris.) Alludit eleganter ad ea quæ sunt apud Homerum Iliad. 3. ad finem.

IN AGIDEM ANNOtationes.

AGis ultimus Spartanorum ex familia Eurytionidarum rex fuit, Arati Sicyonij æqualis, & Antigoni regis Macedoniæ. Circa annum V. C. maximè D X floruit. Ei statim successit in altera familia Cleomenes. Olympiade C X X X I X

mortuum Antigonum Polybius in fine secundi libri ostendit: quo tempore Cleomenes paulo antè ab eo uictus in Aegyptum profugit, ibiq; sub Ptolemaeo Philopatore perijt. quo tempore etiam Marcellus Gallos uicit.

1 Notum enim illud est, Quod non honestum.) *Alludit Plut. ad sententiam Graeci alicuius poetae (neq; autor, neq; locus nunc succurrit: & tamen memini me legisse alicubi, sed quaerendi ocium non suppeditat) qua limites honesti & inhonesti ita distinguuntur, ut ubi honestum desinat, ibi incipiat turpitudo. Itaq; locum, quem ob breuitatē non est assecutus Tudertinus, aliquot uerbis additis parenthesiq; illustraui. Est autem in Graeco pars Senarij:* ἐπεί μοι καλόν, αἰσχρὸν ᾔδει.

2 Genere Eurytionides.) *Dixi de hoc uocabulo in Lycurgo. Duae enim fuerunt regiae familiae Lacedaemone: Eurytionidarum seu Eurypontidarū una, Agidarum altera. Quod neq; Tudertinus, neq; Amiotus hoc loco obseruauerunt.* εὐρυτιωνίδης *in Graeco legendum.*

3 Apud Mandonium.) *Non memini legere hoc nomen alibi. Historia est apud Diodorum Siculum libro decimosexto, qui eadem die id factum ait, qua apud Chaeroneam Philippus Graecos uicit. meminit etiam Pausanias.*

4 Agidae.) *In Graeco mendum est* ἀπιάδας, *pro* ἀγιάδας. *nam* ἀγίδαι, & ἀγιάδαι *etiā apud Pausaniam scribuntur. Interpretes familiae nomen omiserunt.*

5 Neq; tamen regno potitus est.) *Tudertinus cōtra & Graeca uerba, & historiae ueritatē scripsit, regnatū à Cleonymo, sed nō diu. Nam Areo fuisse regnum mandatum, repudiato Cleonymo, non hic modò, sed & copiosius in Pyrrho Plutarchus, perspicuè in Laconicis Pausanias narrat, & alij.*

6 Studium pecuniae.) *Extat apud multos Graecos scriptores oraculū Apollinis Pythij, in hāc sententiam uersu hexametro pronunciatum:*
ἁ φιλοχρηματία σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δ' οὐδέν.
Meminit Cicero lib. 2. Off.

7 Thalamis.) οἱ θαλαμῖναι. *Scribendum* ἐν θαλάμαις, *ex Pausaniae Laconicis & Stephano: tametsi hic aßignat Messenijs, ut de alia urbe locutus uideatur. Nam haec quidem Laconicae est.* θαλάμας *Ptolemaeus nominat.*

8 Thaletem.) *Cretensem intellige, de quo suprà in Lycurgi uita.*

9 Ecprepem.) *In Laconicis Apopht.* ἐμμερεπῆ, *Emerepes legitur: quod & Erasmus retinuit. Mihi haec lectio uerior uidetur.*

10 In Caiadam.) τὴν καλουμένην αἰακάδα. *Sed* τὸν καλούμενον καιάδαν *legendum minimè dubito. quandoquidem* αἰακάδα *hanc à nemine adhuc autore alio nominari inuenerim:* καιάδαν *autem de simili re, scilicet Pausaniae exitu, scribēs nominet Thucydides libro primo, atq; sic legitur etiam apud Suidam. Eustath. in β. Iliadis, & initio δ Vlysseae* καιέταν *uel* καιάταν *scribit, innuitq; sic dictum à fissura terrae.*

11 Modò, inquit, Spartae hoc prosit.) συνενήνοχε *ego pro optatiuo accipiendū duco, cuius est tertia persona aoristi. Interpres, In hoc duntaxat utilis Spartae fui. Atq; hoc etiam Erasmus secutus est. Sed mihi nimis lōgè petitū uidetur: & nō* ταῦτα, *sed* τοῦτο *erat legendū, si intelligi debuit hoc eam dicere, Nihil se praeterea patriae potuisse dare, quàm quòd Agidem peperisset: euentum enim eius consiliorum praestari à se nequiuisse. Noster sensus & uerbis congruit, & simplicior, muliereq; dignior est.*

12 Dorienses.) *Erant hi Heraclidae, ex posteris Herculis. de quibus uide quae paßim sunt apud Pausaniam, praesertim in Argolicis & initio Laconicorum: & Diodorum lib. 4.*

IN CLEOMENEM INTERpretis Annotationes.

1 Mortui Agidis.)

Hic uitam Cleomenis ordior. Etsi enim in Graeco diuisa à priore non sit, tamen id nobis perspicuitatis causa faciendū uidebatur. alioquin animaduertes multa ex Cleomene citari, quae sunt in Agide: & uicißim.

2 Agide, quòd conatus.) οὐδὲ ἀσφαλὲς ἦν τούτῳ. *Quod postremum uocabulum est mendosum, ac nisi quid desit,* τοῦτο *uidetur reponēdum. Sensum arbitror me aperuisse.*

3 Demulcendum blandiendo.) αἰκάλλειν. *Alij per duo λλ scribunt: sed tamen* αἰκάλος *etiam legitur ὁ κόλαξ. Tudertinus non rectè uertit,* Incitandum. *Indicabat autem Leonidas, animis puerorū Tyrtaei carmina suauitate sua illabi, eosq; delinire, ut praecepta honestatis seuera utcunq; & aspera accipiant atq; amplectātur. Haec enim uis est poeseos, atq; inde Orphei & Amphionis fabulae tractae: quod & Horatius monuit. Esse aūt* αἰκάλλειν *blandiri & delinire, cùm grammatici Graeci docēt, tum testimonijs ostendi potest. Apud Aristophanē in Equitibus* ἀλλαντοπώλης *ille oraculo delinitus:*
τὰ μὲν (inquit) λόγι' αἰκάλλει με. *Vbi quod addit Scholiastes, legere quosdam* λόγια καλά, *lectioni Plutarchianae uidetur adstipulari, quae uno tantum λ utitur: ita enim affinior lectio alteri est. Et Philostratus in uita Apollonij Tyanei, libro 2. cap. 5. elephantum describens, qui magistro suo abblandiretur, inter alia,* προσιόντα τε, ait, τῇ προβοσκίδι αἰκάλλει, & c. *Tyrtaei autem fragmenta extant quaedam, unde qualis fuerit poeta, hodieq; aestimare homo nō ineptus poßit.* αἰκάλλειν uel αἰκάλλειν.

4 Empneisthae.) ἐμπνεῖσθαι. *Idem etiam* ἐμπνεῖσθαι ἀπνεῖσθαι

εἴσπνηλος. ἀΐτας. εἰσπνεῖσθαι dicebatur. Vnde εἴσπνηλος amator uocabatur, amasius ἀΐτας. tametsi hoc uocabulo etiam amator exprimitur aliquando, ut apud uenustißimū poetā Theoc. Idyllio 28, quod inscribitur Amator: στρέψετο δ' ὕμμες ἀΐτας· ὁ γὰρ θεὸς οἶδε δικάζειν. Idem ἀΐτας, Idyllio 12.

ἀλλὰ δή τινι τάδε μετ' ἀμφοτέροισι γένοιτο
φῦλ'. ὁ μὲν εἴσπνηλος, φαίη χ' ὡμυκλαΐσδων·
τὸν δ' ἕτερον πάλιν, ὥσπερ ὁ Θεσσαλὸς εἴποι ἀΐταν.

Vide quæ ibi sunt in Scholijs.

5 In unum coepus redigere.) Id est, in unam ciuitatem atq; fœdus: quomodo Achaicas paulo ante urbes in unā ciuitatē contraxerat, ut copiose Polybius lib. 2. & noster in Arato ostendunt. In Græco est εἰς μίαν σύνταξιν. Quæ uox cùm aliquando tributū significet (ut in Arato, & alibi etiā apud hunc ipsum autorē) ineptè Tudertinus cōtra loci huius et historiæ naturam id arripuit: quasi uerò non omnis respub. & ciuitas eleganter σύνταξις diceretur.

6 Apud Belbinam.) Laconicæ oppidū hic intellige, nō insulam Aeginæ uicinā. Hoc oppidū Stephanus nouit. Pausaniæ est (nisi malè suspicor) Βελεμίνα, Belemina, & Ptolemæo Blemmina, βλέμμινα: Suidæ Βελυβίνα, Belybina. nam rectè ita legi, ordo literarum testatur.

7 Leuctra nomine.) Apud Polybiū, grauem & accuratū scriptorem, & à quo hanc narrationē potuit noster mutuari, locus hic non Leuctra, sed Λαοδίκεια iterum nominatur, Laodicia: lib. 2. Idem Megapolitanorū tyrannum Λυσιάδην, Lysiadē uocat: quam genuinam esse scripturam, & hic uitio poni Λυδιάδαν puto. Quippe in Arato etiā semel Λυδιάδας, deinde semper Λυσιάδας legitur. De cæde etiā Archidami idem Cleomenē, ubi lib. 5. mortē huius describit, insimulat. Porrò quod est hic, Apud ipsam urbē, de Megalopoli uidetur intelligendū.

8 Alsæam.) Hoc uocabulum nunquam alibi reperio: de Arcadica aliqua urbe dici apparet. Videndum an de Alea loquatur, et ἀλέαν uel sanè ἀλαίαν scripserit autor. Aleæ in Arcadia cùm alij autores, tum Plinius quoq; meminit 4. 6.

9 Namq; uerecundus.) Prouerbialis heroici uersiculi pars est. de autore mihi nō constat: antiquū esse satis patet, cum de eo etiā Plato in Euthyphrone disputet. Homeri uerba priora sunt Helenæ ad Priamum, lib. 3. Iliadis: posteriora de Græcis cum metu & silentio suis ducibus obtemperantibus, lib. eiusdem operis quarto.

ὀχάνη. πόρπαξ. 10 Et scutum ferre, non loro.) Δι' ὀχάνης, ἢ διὰ πόρπακος. Cur ita uerterim, dicā. πόρπαξ hoc loco mihi uidetur dici lorū, quod fibulis scuto annexum ab humero sinistro & collo dependebat, eoq; scutum regebatur antiquitus. ὀχάνην uerò, quæ & ὄχανον dicitur, intelligo ansam siue armillam in tergo scuti, cui brachium sinistrum insereretur, atq; ita scutum gestaretur atq; regeretur. Omnino autem quod aliàs τελαμὼν dicitur, id hic appellari πόρπακα existimo. Neq; piget Herodoti uerba adscribere, optimè huc facientia: sunt autē ex libro primo, ubi de Caribus loquitur· καὶ ὄχανα ἀσπίσι οὗτοί εἰσι οἱ ποιησάμενοι πρῶτοι. τέως δὲ ἄνευ ὀχάνων ἐφόρεον τὰς ἀσπίδας πάντες, οἵπερ ἐώθεσαν ἀσπίσι χρᾶσθαι, τελαμῶσι σκυτίνοισι οἰηκίζοντες περὶ τοῖσι αὐχέσι τε καὶ τοῖσι ἀριστεροῖσι ὤμοισι περικείμενοι. Hinc est illud Virgilianum: — Clypeoq; sinistram Insertabam aptans. — & multa similia paßim. Eustathius hæc non accuratè distinxit: quem in præsentia missum facio.

11 Qui Onij dicuntur.) τὰ ὤνια in Græco est. quod uterq; interpretum secutus, de locis opportunis in genere uertit: quasi hoc sit ὤνιον, ac nō potius id quod nos uenale dicimus. Ego mendosum locum suspicatus facilè fui, neq; difficulter tamen emendari posse deprehendi. Legendum dico τὰ Ὄνεια: ut montes Onij intelligantur, qui à Scironijs petris, ea parte qua ad Atticam est uia, usq; ad Bœotiā & Citheronem pertinent. Strabo lib. 8. Cæterùm Gerania mons est inter Megaram & Corinthum, cuius & Stephanus de Vrbibus, & Pausanias in Atticis, quo loco Megaricam describit, meminerunt: quorū hic etiam nominis rationem adfert, quam inde petent qui uolunt. Meminit & Plinius 4. 7.

12 Militibus haud multis.) εἰς ἀργούς, πολλοὺς ἔχων. Legēdum οὐ πολλοὺς, quod & Tudertinus uidit. requirit enim hoc sensus. Quòd aūt creditum est Cleomenem temerariū fuisse, quòd in Argolicam impreßionē faceret, nequaquā potest aut debet ad multitudinē militum Antigoni, sed naturam locorū referri: quod disertis uerbis Polybius in huius historiæ expositione testatur, haud procul fine lib. 2. quē quidem noster secutus est, quod & ipse præ se fert.

13 In frameæ modum.) ῥομφαίας. Rhompheam in Paulo Plutarchus usurpauit pro hasta Thracica, in descriptione prælij quo Perseus est uictus. Eam ego apud Cornel. Tacitum frameam arbitror appellari, de moribus Germaniæ propè initiū: aut certè nō ita absimilia ea inter se fuisse, ut ita uertere nobis nō liceat. Quòd si cui nō placet, bona meà pace Rhomphæā retinebit: quādo Gellius etiā uideri potest eā à framea diuersū quippiā indicasse, lib. 10. cap. 25. usumq; rhomphææ uocabulo Enniū idem asserit. Eustat. quidē in Iliad. ν. scribit, ab antiquis traditum esse, solos barbarorum Thraces magnis usos gladijs, eosq; à nonnullis appellatos rhompheas. ῥομφαῖαι.

14 Cyllarabin.) Suprà Cyllarabiū dixit: quod uocabulū apparet esse denominatiuū. κυλλαράβιν autem hic scribendū satis constat, etiam ex Varino ordinem literarū secuto. Est aūt Cyllarabis gymnasium Argiuorū, minus CCC passus ab urbe. Liuius lib. 34. Pausanias lib. 2. A' Cylarabo (unico λ scribitur κυλαράβου) Stheneli F. dictum ostendit.

15 Prius, inquit, panis.) Id est: Oportet priusq

prore & clauo praeficiantur rectores, & classis instruatur, de commeatu & sumptibus constare. Sic ego diuinaui: cùm nihil aliud suppeteret. Tudertinus clausis oculis sententiam in genere extulit, praeterito eo quod erat obscurum. Amiotus locum corruptum iudicauit. Mihi quidem aenigma est, fortasse nauticum, & quod in re nauali usurparetur cõmuni sermone dicterium: qualia uidemus uulgò singulis propè artificibus sua esse, quae non omnes alij intelligant. Viderint doctiores.

16 Insidijs praefectus erat.) *scilicet uel cauẽdis, uel etiam hosti struendis. Sic enim uocabulũ* κρυπτεία *intelligo, cùm* κρυπτεύομαι *sit* τὸ ἐνεδρεύομαι. *& uidetur huic loco quadrare. Nam Tudertinus omisit: alter in genere uertit. Sanè in uita Lycurgi etiam heilotũ illa occidio per insidias facta,* κρυπτεία *nominabatur: ut uerisimile sit, insidias* κρυπτείαν *Spartanos dixisse.*

17 Verùm Ptolemaeus senior.) *Nimirum Euergetes, cui successit Philopator. Vide Polybium lib. v. & alios.*

18 De Achille Homerus.) *Locus est primo Iliadis. Porrò Apin bouem esse, quem religiosè Aegyptij sacerdotum opera educant, notum est.*

IN TI. GRACCHVM INterpretis Annotationes.

TI. *notam esse praenominis Tiberius, notũ iam est. Diuisi aũt has quoq; horũ fratrũ uitas, ut eo magis omnia perspicua, & suis distincta locis haberentur. nihil enim haec diuisio parallelorum comparationi detrahit. Hic Ti. Gracchus, de quo agimus, ita scribi potest Ti. Gracchus, Ti. F. P. N. nam Gracchorũ auum, patrem eius Ti. Gracchi, qui uxorem habuit Corneliam Africani superioris filiam, Publium praenomen habuisse, Cic. 1. de Diuinatione ostendit. Nomen gentis fuit Sempronius, Gracchus cognomentum. De aetate Gracchorum non est obscurum: prima enim ciuilis sanguinis effusio morte Ti. Gracchi facta est, à qua & sua* ἐμφύλια *Appianus orditur, & L. Florus: Caesus est anno V. C. DCXXI, L. Calpurnio, P. Mucio Coss.*

2 Ferunt eum.) *Haec historia apud Cic. lib. de Diuinat. utroq; ex C. Gracchi Ti. F. P. N. ad M. Pomponium scriptis recensetur.*

3 Licinnium seruum.) Λικίννιον. *Vide Ciceronem libro tertio de Oratore extremo: ubi quidem Licinius unico N scriptum reperies. Nam & hoc animaduerti, modò eam literam geminari, modò non geminari. Atque ipsam syllabam pro communi uidetur Horatius habuisse. Nam in eo carmine,*

Rectius uiues Licini neq;, altum,
Licini anapaestus est. in hoc,
Me dulcis dominae Musa Liciniae,
Liciniae dijambus est. atque haud scio an Licinniae scripserit Horatius, ut esset ἀναδίπλωσις: *sicut C. Gracchi uxor infrà* Λικιννία *dicitur. Verùm id genus permulta possunt annotari.*

4 Non enim tantum in bacchanalibus.) *Peruenustè alludit ad illud Tiresiae apud Euripidem in Bacchis:*

——ἀλλ' οὐ τῇ φύσει
τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί.
τοῦτο σκοπεῖν χρή. καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
οὖσ' ἥγε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

Quod leuiter immutatum, Aristippus apud Dionysium tyrannum fertur usurpasse.

5 Mucium quendam.) *Appianus libro primo* ἐμφυλ. *Q. Mummium appellat. Sed & infrà in postrema Ti. Gracchi actione Mucius nominatur.*

6 Sed Blossius.) *in Graeco est* βλάστον. *sed epitheton* κυμαῖος, *& quae antecesserunt ac sequuntur, satis ostendunt scribendum esse* βλόσσιον.

7 Interim Fuluius Flaccus.) *in Graeco est* φλάβιος, *Flauius: idq; interpretes retinuerunt. Ego Flaccum Flauiorum cognomen esse nondum comperi: Fuluiorum esse, nemo ferè nescit. Non hoc modò me mouit, sed & id, quòd hunc puto esse M. Fuluium Flaccum, qui octauo pòst anno consul cum Plautio fuit, ac quadriennio pòst unà cum C. Graccho, cui se in perniciosis legibus ferendis socium addiderat, occisus est. cuius etiam Cicero pro domo sua meminit.*

8 Alius, qui praeesset.) καὶ τίτον αὐτὶ τοῦ τιβέριον. *Quis ille Titus? Viderunt interpretes mendum esse, id quod ipse locus prodit. Scribatur ergo,* καί τινα αὐτὶ τοῦ, *&c.*

9 Versum Homericum.) *Verba Mineruae sunt, de Aegisthi ab Oreste ob adulterium & caedem Agamemnonis necati interitu, libro primo Vlyssea.*

10 A' C. Graccho.) *A' Carbone tribuno plebis hoc factum, & similiter fremitum plebis aduersus Scipionem, & eius asperum in eam dictum, quod hic innuitur modò, non explicatur, scribit Velleius Paterculus, & Valerius Max. lib. 6. cap. 2.*

IN C. GRACCHVM Annotationes.

1 Quaestor Orestae.)

L. *Aurelio Orestae, anno DCXXVIII. Vide de hac Gracchi quaestura, quae ex ipsius oratione refert Gellius 15. 12.*

2 Narrat Cicero.) *Locus est primo de Diuinatione.*

3 Per triennium.) τριετίαν. *apud Gellium legitur biennium: quod adeò malim, ut propè credam* διετίαν *à Plutarcho fuisse scriptum. Nam ne totum quidem biennium in Sardinia fuisse uidetur. siquidem ex Appiano apparet, Fuluio Flacco consule*

fule & adiutore primum tribunatum petijsse, aut certè proximo pòst anno.

4 Fregellanæ coniurationis.) *Liuium libro sextagesimo uide, aut Fastos potius Sigonij, anno* DCXXVIII.

5 C. Biturium.) *Sic est in Græco. Interpretes Veturium habent. an coniecturam secuti, an historiam?*

6 L. enim Opimius.) *In Græco* ὀπίλιος, *Hostilius. uerùm ego per hæc tempora nullum Hostilium à quoquam nominari uideo. Aretinus & Sigonius Opimium legerunt, qui proximo pòst anno consul C. Gracchum interfecit. id & mihi semper placuit.*

7 Q. Antyllius.) *Attilium Appianus uocat: sed rem haud paulo aliter narrat.*

IN COMPARATIONEM,

1 Apud Platonē.) *libro quarto de Republica.*

2 Dimittēdis.) *Græca mendosa & mutila puto. Aretinus omisit totam comparationē, quòd Gracchos tantū uerterat: itemq; Tudertinus, qui alteros.*

IN ARTOXERXEM AB INterprete annotata.

ARtoxerxis ætas bello Peloponnesiaco respondet. Ferè enim eodem tempore regnum occœpit, quo Athenæ sunt à Lysandro dirutæ: Olympiade nimirum XCIIII. quo maximè tempore Veij sunt obsessi primùm, & decimo pòst anno à Camillo expugnati.

1 Artoxerxes antè Arsicas.) *Apud Diodorum Siculum libro decimoquarto, & apud Xenophontem* περὶ ἀναβάσεως κύρου, *Artaxerxes legitur constanter: ut hic per o post t, Artoxerxes. sed id non multum refert, & per o etiam in Ctesiæ epitomis legitur, nuper à doctißimo homine Henrico Stephano editis. Quod autem hic nomen regis Arsicas legitur, mutare ausus non sum: quanquā in Ctesiana epitoma libri decimínoni* ἀρσάκης*, Arsaces legatur. hoc autem nomen est, quàm alterū, notius, & regibus Parthorum omnibus fuit commune, ut Ptolemæi Aegyptiorum.*

2 Omisus.) *Amiotus, Romises: Lapus pauperem uertit. fortè aliud uterq; legit, quàm ego. Mithras Persarum deus, Sol est Latinis: malui tamen uocem propriam relinquere. Sicut & candyn, uestis regiæ apud Persas genus, & similia.*

3 Ostacem & Oxabē.) *Aut hic, aut initio libri huius, mendosè sunt nomina posita. Superiora tamen magis probo: quòd & alibi habentur ista in Persis nomina.*

4 Ad fabulas.) περὶ τὸ θυμώδες *legitur, nimirum literis transpositis: cùm nemo nō uideat sensum loci requirere* μυθώδες.

5 Regis speculator.) *ad uerbum est: regis oculus. Qui uult, potest legere Scholiasten Aristophanis in Acharnenses comœdiam, non ita longè ab initio. Diligenter enim, etiam ex Aristotelis libro de republica tertio, rem explicat.*

6 Ipsi cadauera.) αὐτῷ. *Locus est ambiguus & obscurus. Nam neq; satis liquet, de Cyri ne an regis exercitu perierint, qui hic numerātur: & quò illud* αὐτῷ *pertineat, non constat. ego ad Ctesiam potiùs retulerim. Minimè quidem Lapo assentior, qui alterum numerum ad Cyrianos, alterum ad regios retulit. Diodorus Siculus, de Regis exercitu plures XV millibus, de Cyri autem circiter tria millia cecidisse refert.*

7 Masabates.) *Paulo pòst legitur* μισαβάτης. *In reliquijs Ctesiæ (ex eo suspicor Plutarchum hæc transcripsisse)* βαγαπάτης *legitur, Bagabates.*

8 Pectinis copiam faceret.) *Hæc ridiculè à Lapo ad deprecationem famis sunt detorta: cùm & perspicua sint uerba, & eò commemoret Plutarchus, ut Ctesiæ futilitatē demonstret. Sed talia multa hic & alibi Lapus admisit: ut suprà de Care,* τῶν ὑπὲρ αὐτὸν ἀντιποιεῖσθαι *uerterat, in superiores se efferre, & multa alia.*

9 Caryatides.) καρυατίζειν *genus est saltandi, à Castore & Polluce Lacedæmonijs traditum Caryjs Laconicæ oppido. Vide Lucianum* περὶ ὀρχήσεως.

10 Nomine Gigin.) *in Ctesianis eclogis est* γίγγο*, Ginge. & auis* ῥυνδάκη*, Rhyndace.*

11 Gesserant antè bellū Thimbron.) *Vide Xenophontem libro tertio rerum Græcarum, & Diodorum Siculum lib. 14, & Plutarchum in Agesilao, Probum, & alios.*

12 Saltans apud eos Leonidam & Callicratidam.) *Ita est in Græco, ut uerti. Si uerba rectè habent, quod nō puto, meo arbitratu sensus est, meruisse eum coronam istam adulandis Persis, & se eorum arbitrio accōmodando. & uidetur illud* ὀρχησάμενος *alio sensu* κατ᾽ εἰρωνείαν *dictum. q. d. ridiculos eum ostendisse priores Spartanos, graues illos & tetricos: quales fuerunt Leonidas, & alij prisci, qui quiduis potius fecissent, quàm ut regem barbarum adulati essent. Leonidam aliquē in Persia egisse, non memini. De Callicratidæ magnanimitate, ac quàm is iniquè fastum barbaricum tulerit, est apud Xenophontem lib. 1.* ἑλληνικῶν*, & apud nostrum in Lysandro. Mox in Græco* ἀνταλκίδαν *uitiose legi pro* πρόξενον *indicabā. nam Antalcidæ tribui* ξένου *&* φίλου *nomen, quippe ciui, à Spartanis non potuit.*

13 Stratores.) *Vide quæ de his in Pelopida annotaui, ubi eadem historia adducitur.*

14 Bellum Aegyptiis.) *Describitur tota res eleganter à Diodoro Siculo lib. 15.*

15 Rhodogunā Oronti.) *In Græco malè est* ὀρόντῃ*, quod Lapo imposuit. Patet cùm aliunde, tum ex Diodori 16. & notum est dictum huius Orontis de aulicis, cùm gratia regis & soceri excidisset.*

16 Oromazem.) ὡρομάζης, seu ὡρόμαζος (ut ἀρταβάζος & ἀρτάβαζος, & id genus alia) deus est Persarum: is quem nos Solem uocamus. Euidens est hoc cùm alijs ex autoribus, tum ex libro Plutarch. de Iside & Osiride. & quidem ὧρος à sole annus dicebatur: quod non solùm Grammatici testantur, sed & uersus extat Euphorionis de Laodice & Acamante Thesei F.

ὧρος. (margin)

ἢ οἱ μουνότερον ἦμε τοῖς πλεμονύω οὐδ' ὥρῳ.

Id propter Lapū annoto, qui cum hoc non animaduerteret, perperam ad regem transtulit.

IN ARATVM ANNOTAta ab Interprete.

ARatum uixisse eodem tempore, quo Cleomenes Spartæ rex fuit, & Antigonus Macedoniæ, satis ex uita Cleomenis constat. Vide omnino de eius ætate & æqualibus Polybiū lib. 2. nec non de rebus eius gestis.

1 Anne suum laudet.) Prouerbium hoc etiam in Chiliadibus Erasmi exponitur. Notum est autem plerosq;, cum nihil ipsi habeant propriū, quod laudem mereatur, ad paternas & auitas laudes (uti claudi ad equum) recurrere. Quasi uerò ijs occini meritò non queat, Heroum filios esse noxas. Extant in hanc sententiam multæ graues & argutæ ueterum Græcorum poetarum sententiæ: sed nostrū institutum non patitur nos eas huc cogere. Eleganter Ouidius sub persona Vlyßis,

Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra uoco.——

Quod ad Græcum uersum attinet, αἰνέσει cum apostropho si legatur, erit elegantior: ut sit modus potentialis, ut uocant, aoristo optatiuo expressus. Certè Erasmus ita legit, an ex autoritate libri, an ex ingenio? Cic. lib. ad Atticum primo, ubi de se sui ipsius laudatore loquitur, sciuè adducit partem uersus, τίς πατέρ' αἰνέσει: sed quia non adduxit totum, non multum id meæ lectionis opinioni detrahet. Fieri enim potest, ut non retulerit parœmiam, sed ad eam (ut frequenter alids) alluserit.

2 Sui ipsius.) Sensus est. Tu quidem ô Polycrates uir es præclarus: sed nimis tibiipsi placeres, si tantum tibi tribueres, ut non Aratum potius imitandū tuis filijs, q̃ te proponeres. Ac uidentur illa uerba, παντὸς ἀεὶ βέλτιον, nō uacare mendo: sed deesse ἑαυτὸν, aut aliquid tale. Lapus quidem corrupit sententiam. φιλοκάλων autem est, optima & nobilißima exempla ad imitandum alijs proponere, non temerè seipsos, neq; semper.

3 Et ligonis usum.) καὶ τὸ σκαφίον. Lapus scapham uertit: siquidem hoc est uertere. σκαφίον apud Græcos duo significat, tonsuræ genus, & ligonem seu sarculū. Cùm tōsuræ genus est, ἐν χρῷ significat, id est, cū nouacula crines radūtur: eiq; opponitur κόμος, quod est tonsuræ genus ad ornatū formæ magis faciens. Aristophanis Interpres in Auib. Eustath. in Il. μ. & alij. Sed id huc nō facit. Quod aūt ad ligonē attinet, athletas solitos se eo ad firmādum robur exercere, innuit Theocritus Idyllio 4. quod inscribitur νομεῖς. de pastore loquēns, qui Pisas certaturus & athletam acturus se contulerat:

σκαφίον. (margin)

ᾤχετ', ἔχων σκαπάνην τε, καὶ εἴκοσι τουτόθι μᾶλα.

Interpres ostendit carnes cum ouium secū detulisse, ut haberet quod uoraret. & de uoracitate athletarū res est notior, q̃ ut uerbis opus sit. De ligone aūt qui σκαπάνη etiā dicitur (hoc quoq; παρὰ τὸ σκάπτω, fodio) interpres ait uocari δικέλλαν σκαφίον, uulgo λισγάριον, & τζάπιον, Atticè ἄμην. Solitos aūt athletas, pugiles præsertim, se eo exercere, et fodiendo superioribus corporis partib. robur quærere.

4 Paseam quoq;.) πασέαν hic est, suprà ὁ πασεὶς. quod & rectius est. Nam Pausan. quoq; lib. 2. ita habet, ὁ Ἀβαντίδα πατὴρ πασέας.

5 A' spectatum uenientiū turba conculcatum.) καταπατηθεὶς non ab ἀπατάω, sed à πατέω uerbo deduci, uel pueri sciunt. Lapus hic oscitauit. & nescio quid erroris Spartanis attribuit, errore ipse lapsus.

6 In urbe Arcesilaum.) In urbe, id est, Athenis: ita enim de Athenis aliquando loquuntur Græci, ut de Roma Latini. Videtur autem is esse, quem Arcesilam uocat Cicero. Nam legendum est omnino ἀρκεσίλαον, Arcesilaum, ut & Strabo lib. 1. hunc nominat, Academicū nobilem. Laertius ex Apollodoro tradit eum floruisse Olympiade C X X. hæc autem non multo post C X X X Olympiadem gesta sunt. Quin & initio Philopœmenis noster eum Arcesilaum scripsit, quod hic uitiarat librarius. Ecdelus autem qui hic legitur, ibi est Ecdemus.

7 In modios frumentarios.) ἀχάνας. Malui genus uertere, cùm hic non de quantitate mensuræ quæratur, sed de uase simpliciter. Achana genus est mensuræ frumētariæ Persicum, ut apud Aegyptios artaba: continet (ut testatur Aristoteles) medimnos Atticos X L V. Alij cistam esse dicunt, in quam publicè ad spectacula aut oraculum consulendum mißi sua cibaria condunt. Hæc interpres Aristoph. in uersum Acharnensium:

ἀχάνη. (margin)

ἐν ταῖς ἀχάναις ὀλίγῳ χρυσίου λέγει. Eadem ferè Eustathius in 2. & 19. Vlyssea.

8 Apollinem propitium.) ὑπερδέξιον. Hoc uocabulum ferè de loco sumitur, ut τόπος ὑπερδέξιος, & χωρίον ὑπερδέξιον, unde propter sublimitatem commodè pugnatur. usitata est phrasis historicis. Itaq; Apollinem etiam ὑπερδέξιον intelligo, cuius præsidio sperabāt se hostibus superiores fore.

9 Neq; quicquam magis.) Locus in Græco non est, nisi parum uideo, integer. Itaq; feci, quod potui: libenter melioribus cessurus.

10 Gloria ad Herculeas innotuit usque columnas.) Non disputo, ut hæc carmina Lapus conuer-

conuerterit. Ego paulo liberius uerti, ut sensum utcunq; redderē. πλάθεται, in primo pentametro, appropinquat est, media uoce à πλάθω. qua usus est etiam in Electra Sophocles. —— τοῖς ἀδυνατοῖς οὐκ ὄρεγτὰ πλάθειν: id est, πελάζειν. Quod non interpretes modò ibi docent, sed & Eustathius hunc uersum citans in Odyss. υ. att, πλάθειν uerbum esse παρὰ τὸ πλῶ, τὸ πελάζω deductum.

πλάθω.

11 Tanta erat hominis.) πρὸς τὸ ἀγγύεσιν. ὁ δὲ. οὕτω γαῦ. Nisi legas ἀγγύεσιν τόδε. οὕτω γαῦ, &c. aut omnino illud ὁ δὲ omittas, necesse erit locū mutilum intelligi, ac comparationem à Plutarcho fuisse propositam, cuius prior pars interciderit.

12 Venatorem Aesopicum.) Alludit ad nobilem illam fabulam de homine, qui equo communibus armis à ceruo pulso, ita opem tulit, ut in posterum equo semper uectore ipse uteretur. Extat apud Aristotelem in Rhetoricis, & Horatium, ibi: Ceruus equum pugna melior, &c.

13 Aeten dictam.) Regio est Peloponnesi maritima ad Corinthum. Stephanus ex Thucydide.

14 Et Dymæorum.) Δυμαίων est legendum, non κυμαίων. Quod miror retinuisse interpretem, cùm in Achaia nulla Cuma, Dyme autem sit notissima.

15 Iunioris uxorem corrupit.) Liuius libro uigesimoseptimo, de Philippo loquens: Vni etiam, inquit, principi Achæorum Arato adempta uxore Polycratia, ac spe regiarum nuptiarum in Macedoniam asportata fuerat. De cæteris uide Polyb. libro quarto, quintó, octauo: & Pausaniam in Corinthiacis. Paulo superius hæc uerba, ἔργω διαμαρτανόντων τοῦ πάντες ὁ φίλιππος, Lapus corrupit, & uidetur nullo sensu legisse πατρὸς. Significant autem Philippum sensisse, quòd posthabito Arato res aggressus, tota aberrasset uia.

16 Vt defungantur suo officio.) ἐξοσιοῦσθαι. Lapus ualde absurdè uertit Expiati. quæ tamen interpretatio etiam in Græca irrepsit Lexica, hinc (opinor) petita. Est autem ἐξοσιοῦσθαι, idem quod ἀφοσιοῦσθαι, quo in Pericle & Cimone usus est uerbo autor noster. ἀφοσιούμενος τὴν προεδρίαν: id est, ut muneri sibi mandato utcunque, & perfunctoriè (quod aiunt) satisfaceret. Ita hic dicit Sicyonios, cum plerosque ritus sacrorum in honorem Arati institutorum omitterent, quædam tamen, ut defungi suo pietatis officio uiderētur, quotennus celebrasse.

IN GALBAM PLVTARchi Interpretis Annotationes.

1 Vti demonstrauimus.)

GAlbæ, qui in Romano imperio successit Neroni, ætas notior est, quàm ut de ea quicquā dicendum sit. Apparet autem ex hoc loco, Neronis quoque, &, ut opinor, etiam præcedentium Imperatorum uitas ab autore nostro descriptas fuisse: atque haud scio an omnium, usque ad Traianum. Nam sub finem Othonis satis innuit, Vitellium à se scriptum. Qui libri quanto historiarum detrimento interciderint, facilè iudicant periti. nam quis non animaduertit, quàm multa apud Tacitum, Suetonium & alios desiderentur, quæ uel ex his reliquijs suppleri possint? Equidem hinc apparet, uitas Imperatorum à Plutarcho non à prima ætate repetitas: sed ea tantum ab eo pertractata, quæ ipsis ad imperium adspirantibus, eoq; potius deinceps euenerint. Vt fortassis istæ uitæ non huius operis fuerint: sicut & oratorum uitas Atheniensium idem seorsim descripsit. Nihil enim est in ijs, ut taceam cætera, παράλληλον.

2 Gentis Seruiorum.) τὸν σερουίων οἶκον. Seruius Sulpiciæ genti ita fuit usitatum prænomen, ut propè pro gentili usurpatum nomine, uel ex hoc loco appareat. Non enim temerè dixerim, Plutarchum ignorasse Sulpiciam gentem fuisse, ex qua Galba hic extiterit. Qui autem Sergium eum faciunt, imperitia labuntur: & iampridem eorum est explosus error, quantumuis in Suetonij, & alijs codicibus retineatur. Catulus, de quo hic fit mentio, est Q. Lutatius Catulus Capitolinus, Cæsaris Iulij & Pompeij æqualis, de quo eius temporis historiæ consulendæ.

3 Scelerati procuratores.) ἀλιτηρίων ἐπιτρόπων ὧν. Mendum est. Rectius que alibi legitur (nam cum cæteris Plutarchi opusculis, quæ Moralia inscribuntur, etiam Galba hic & Otho impressi sunt) ἀλιτηρίων ἐπιτρόπων. Interpres ignoratione rerum lapsus, publicanos uertit. Loquitur autem de procuratoribus prouinciarum, qui mitti ab Imperatoribus solebant, ut quæ ad fiscum ipsorum pertinerent, administrarent. Vide Dionem libro quinquagesimotertio, ubi id ab Augusto primùm institutum traditur. Quomodo deinde eorum potentia, & libido etiam, accreuerint, ut que prouinciales ab ijs uexati sint, ex Tacito, libro præsertim decimosexto, & Suetonio intelliges.

4 T. autem Iunius.) οὔινιος. & in altero, ἰούνιος. Interpres T. Iunium rectè reddidit. Collega is in consulatu fuit Galbæ, ac tum legatus eius in Hispania: deinde plurimùm apud eum potuit, ut est apud Cornelium Tacitum & Suetonium: & quanquam constanter οὔινιος legitur hic, tamen uel sequentia euidentissimè ostendunt, esse Iunium legendum. Scriptura facilè errorem peperit, ἰούνιος, οὔνιος, οὔινιος. στρατιωτικὸν τάγμα classiarios idē nō benè uertit: egò prætorianos reddidi. puto enim στρατηγικὸν esse legendum. Illud absurdius, quòd interpres

interpres ἐξανδραποδισθείς, *longè aliò, & nescio ad quem conspirationis autorem detorsit, cùm manumißionem uox ea palàm designet: & Suetonius hac de re. Igitur, inquit, cum quasi manumißioni uacaturus conscendisset tribunal, &c. cap. 10.*

5 Clodius Macer.) μαῦρος. *Scribe* μάκρος. *Tacitus, Suetonius.*

6 Cluniam.) κολωνίαν. *Interpres Coloniam. Neq; sum nescius, in Hispaniæ citerioris ora Coloniam esse, nomine Illici. Sed nomen mihi magis ad Cluniam uidebatur accedere, quæ est Celtiberiæ finis. Plinius, 3.3.*

7 Titus.) *Nimirum T. Iunius. in altero Græco locus mancus, in nostro perturbatus est: & historici hic nos destituunt.*

8 Marcianus Vicellus.) ὑίκελλος. *In Græco altero,* ἴκελλος, *Icellus: & sic apud Suetonium legitur. apud Tacitum Hycellus, lib. 17. utrobiq; Martianus. Pòst Spicillum gladiatorem uerti, secutus Suetonium, cùm esset in Græco* σπίκλον.

9 Exploratum utres.) *Asterisco locus notatus est. Nihil tamen uideo deesse, & in* παραφράσει *non est ita grauis menda.*

10 Petronius Turpilianus.) *Sic est apud Tacitum. in Græco, Tertullianum. Et non Cingonius Varro, sed Ciconius apud eum legitur, consulq; fuisse designatus dicitur. & non Trebonianus, sed Trebonius Garucianus, Macri interfector.*

11 Crispino.) *Ruso Crispo, equiti Romano. Vide omnino Cornelium Tacitum, lib. 13.*

12 Crassi & Pisonis.) *Vocabatur is Piso Licinianus: ut est apud Suetoniũ & Tacitũ. pro Pisonis, in Græco est* κεστιανὸς, *uox nihili. Quòd Licinianus appellabatur, satis ostendit, cũ à Pisone adoptatum, lege & more adoptionis nomen gentis leuiter immutatum retinuisse. Licinium autem nomen gentis est: unde Crassi, Murenæ, alij.*

13 Veturius & Barbius.) *Tacitus: Sed tum è libertis Onomastum sceleri præfecit, à quo Barbiũ Proculum Thesseranũ spiculatorem, & Veturium eòdem perductos. Explicatio aũt horum nominum est obscura, quam Plutarch. adfert, atque haud scio unde petita.*

14 Alioquin exercitus sanus.) *Hîc, ut persæpè, contrarium uerbis autoris sensum interpres reddidit. Ostenditur enim causa tam celeris à Galba defectionis.*

15. Atilius Vergilio.) *Sic legitur apud Tacitum. Fortè Vercello scribendum ibi sit.*

16 Densus centurio.) ἰνδίγνος *utrobique in Græco est. Sed ego cùm Cornelium sequor, tum etiam Xiphilinum in Galba.*

17 A' Marco quodam.) μάρκου. *reponendum* μύρκου. *Est autem Murcus Statiæ gentis cognomentum: ut in L. Statio Murco euidens est, de quo præter alios Dio, libro quadragesimoseptimo & quadragesimooctauo, & apud Cornelium hic expressum est etiam Serpij nomen.*

18 Patrobij seruis.) *Additur in Græco, & Vitellij, nullo nisi absurdo sensu. nihil enim hic Vitellio rei. Itaq; aut alterius liberti Neroniani nomen pro Vitelliano reponendum erit, aut totum omittendum, quod malo. Nam & Tacitus & Suetonius solius Patrobij meminerunt: nisi quòd hic precio redemptum à calonibus tradens, à nostro uariat autore.*

IN OTHONEM AB INTERprete Annotata.

1 In Sinuessanum agrum.)

EMendandus ex hoc loco est Cornelij Taciti locus, eadem de re loquentis, ubi Suessanæ aquæ leguntur, pro Sinuessanis. Sinuessa haud procul ostio Liris amnis, ad oram Campaniæ urbs est, cuius aquæ nobilitatæ sunt. Plinius libro tertio capite quinto, & libro trigesimoprimo capite secundo. Nihil de Suessa tale. Cæterùm ego Taciti uerbis aliquoties hic sum usus: ut ostenderem, uideri mihi ista ex illo translata. Taciti locus.

ANNOTATIONVM IN VITAS Plutarchi Finis.

PLura opinione mea, Lector candide, annotaui: haud scio an pauciora aliorum uel expectatione, uel desiderio. Lubens omisi permulta, quæ ad hoc Opus exornãdum uidebantur plurimum allatura momenti: ut Genealogias regum quorundam, ac principum uirorum, (quas statueram per occasionem ueluti emblemarum loco intexere) ut locorum descriptiones aliquot, ut philosophicarum nonnullarum quæstionum explicationes, ut eorum quæ eadem de re diuersi autores scripserunt inter se comparationes, ut multorum errorum refutationes, multorum non rectè scriptorum emendationes, ac quędam id genus alia.

Verùm hæc ipse quidem hic spacijs exclusus iniquis
Prætereo atq; aliàs mihi fors memoranda relinquo.

quippe & Annotationum maius est factum, quàm initio putaueram, Opus, utcunq; omnia me contrahente: & mole laboris, uarijsq; curis & negocijs defatigato ignoscent, qui non sunt ingrati: neq; tam præterita à nobis multa ægrè ferent, quàm ea quæ diximus nõ adeò pauca boni consulent. Memini me initio ferè Operis pollicitum, me nonnihil de Græcorum, Atticorum inquam, apud quos fuit [illegible], mensibus commentaturum hoc loco. id nunc promissum, qua debeo & possum fide repræsentabo. Non est autẽ mei instituti, rem ipsam pertractare, quod & operosum & odiosũ fore scio, & aliò pertinet: sed [illegible] tãtùm, quædã admonere diligentẽ lectorẽ. Etenim qui prius Plutarchi hæc parallela Latino sermone descripserunt, Lapus, Guarinus, alijq;, dum Atticorum mensium nominib. Romana aptare conantur, neq; inter se aut cum alijs, neq; secum adeò singuli conueniunt. quod qui mihi non credit, facilè, si Græca cum Latinis conferre uelit, uerũ esse deprehendet. Ego qui rem plurimum habere controuersiæ, minimeq; explicatus faciles scirem, id sum secutus, quod & tutissimum erat, & (nisi fallor) rectissimum. Reliqui ipsa Græca mẽsium nomina, ita ut lector in ijs uertendis & ad Romanum morem exprimendis, eum sequi potissimùm interpretem atq; autorem posset quem uellet. Quo fiebat, ut neq; ego interponere sententiam in re apud doctos cõtrouersa opus haberem: & lector nullo negocio, quid scripsisset Plutarchus uideret. Ne autem uel contempsisse aliorum coniecturas, uel ob inertiam supersedisse labore eorum omniũ uertendorum uiderer: hîc utcunq; Lectori satisfaciam, & cùm de ipsis mensium nominibus, tum de eorum etiam partibus dicam aliquid. quod omne tantum ad explicãda Plutarchi dicta, unum hoc loco nostrum scopum, referetur. Ac quia pleriq; Gazæ (cuius aureolus extat de Mensibus liber, Græcè ab eo scriptus) sententiam, ut hominis doctissimi & accuratissimæ diligentiæ, sequuntur: priusquam de singulis dicam, omnes ordine uulgato recensebo, comparatis inter se ex eius autoris opinione nominibus.

Ianuarius.	Γαμηλιών.
Februarius.	Ἐλαφηβολιών.
Martius.	Μουνυχιών.
Aprilis.	Θαργηλιών.
Maius.	Σκιροφοριών.
Iunius.	Ἑκατομβαιών.
Iulius.	Μεταγειτνιών.
Augustus.	Βοηδρομιών.
September.	Μαιμακτηριών.
October.	Πυανεψιών.
Nouember.	Ἀνθεστηριών.
December.	Ποσειδεών.

Γαμηλιὼν ergo Ianuarius est Gazæ. Iam illud primò omnium satis est uerbo attigisse, quod extra omnem controuersiam est positum: tametsi & Romani & Græci suos menses à nouilunio seu coniunctione ☉ & ☽ auspicarentur, tamen inter se ijs minimè conuenisse, ut ne si constaret quidem de ordine omnium utrinq;, tamen præcisè inter se componi cõpararíq; possent. In causa fuisse cùm alia, tum Astronomicarum rationum ignorationem atq; incertitudinem liquet: quam intercalãdi etiã importunitate haud rarò auctã apparet. uerùm hæc aliò pertinent. Sanè in Romulo Plutarchus (nam eum potissimum suis ipsius uerbis explicãdum puto) affirmat, nihil conuenire inter Græcorum & Romanorum nonilunia: ubi Romæ natalem, qui in ipsum trigesimum mensis diem inciderit, celebrari à Romanis A.D. XI. Kal. Maij ostendit. Atq; idem in Aristida, de Plataicæ pugnę die loquens fatetur, quanquam suo tempore accuratius cœlestium corporum motus supputarentur, tamen alios aliter mensea inchoare suos. Gamelionis in hoc Opere nusquam meminit (quod recordari possim) Plutarchus. itaq; nõ opus habeo de eo multa afferre. Suidas, nescio quo autore, Ianuarium hũc interpretatur. γάμος nuptias significat. Nuptijs autẽ præesse creditum fuit Iunonem, id quod epitheta eius uaria apud Gręcos & Latinos (quæ huc congerere nolo: & maxima eorum pars apud Gyraldum de Dijs gẽtium legi potest) demonstrant. Inter alia, etiam γαμηλία à nuptijs dicta est, quib. eam præesse Cecrops Athenis docuit, coliq; eo nomine:

&

& mensem, quo ei sacrificaretur, Gamelionē appellari uoluit. Eustath. in Iliadis, Varinus, alij. Februarius, μαιμακτηριών ex autoritate Gazæ creditur. μαιμαι ceruua est, βοᾶν ictus uel côie ctus. Cæterùm apud Homerum quoq; μαιμάσσω pro uenatore dicitur, specie a pro genere. —— ἄσταφ᾽ ἐν ὄγκων ᾠς

ὥς τ᾽ ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνήρ.

Iliad. 18. Elaphebolia sacrificia, in uenstricia Dianæ honorem peragi solita referunt Græci grammatici: quo tempore, non inuenio. Laudo autem Gazæ solertiā, qui hybernum esse mensem, & quidem Gamelione posteriorem, priorem Munychione demōstrauit. Ne huius quidem memioit hoc in opere Plutarchus. Sequitur μουνυχιών, Martio adsignatus mensis. Hūc in Theseo Plutarchi Ianuarium uertit Lapus, ut & Donatus Acciaiolus in Demetrio: Guarinus in Lysandro Martium: in Phocionis extremo Lapus Græcum reliquerat nomen, idq; rectius. Munychia pars est Athenarum maritima, satis celebrata in historijs: describitur etiam à Strabone lib. 9. Idem Munychiæ Dianæ meminit, quæ Pygelæ (urbs est Ionica, non procul Epheso) colerctur. Fuisse eam cultam Athenis, & nimirum à loco id nominis, aut contrà, sortitam, patet ex Atticis Pausaniæ, & ijs quæ sunt apud Gyraldum collecta ex Græcis commentarijs. esse autem Martium, aut ei proximè respondere, æquinoctij etiam ratione demonstrauit Gaza. Et quidem Varinus Camers in præclaro Lexico suo annotauit, μουνυχιών, ὁ δέκατος μὴν παρ᾽ Ἀθηναίοις ὅτι καλεῖται, &c. Munychiō decimus Atheniensibus mensis uocatur. Est autem Martius, decimus à Iunio: à quo incepisse ordinem (quippe à solstitio æstiuo) mēsium, ipsumq; adeo anoum, perspicuè docuit Theodorus. Existimo aūt hoc Varinum ex

Suida locus castigatur. Suida (ut pleraq;) aut utrunq; eodem ex libro descripsisse. nam quod apud Suidam δεκάτῳ legitur, non δέκατος librarij est (ut permulta alia) mendum. Proximus est Aprilis, cui respondeat θαργηλιών. Hunc in Timoleonte Maium Tudertinus, Donatus in Demetrio (nam in Alcibiade omiserat) Martiū transtulit. Sacrum fuisse Apollini & Dianæ, utpote natalem eorum, ac tum lustrari Athenas consueuisse, & Thargelia celebrata, quib. sacris primitiæ eorum fructuum quos iam terra à sole iterum elsto calefacta (nam θέρος calorem, γῆ terrā significat: quæ uideatur nominis origo fuisse) ediderit, consecrarentur in olla concoctæ, quæ θάργηλος dicatur: hæc inquam, & multa alia apud Laertium in Socrate, Suidam, Hesychiū, Varinom & alios sunt in promptu. Scribit Plutarchus in Camillo, ubi de diebus nefastis disputat, Troiam captā fuisse circa XXIIII diem Thargelionis:

Dionysij locus excutitur. autoresq; huius historiæ laudat Ephorum, Callisthenem, Damasten, Phylarchum. Adscribam etiam Dionysij Halicarnassei uerba, sed Latinè, eandem rem continentia: Troia, inquit, capta est sub finem æstatis, septendecim diebus ante solstitium æstiuum, uigesimatertia die mensis Thargelionis, ut quidem Athenienses tempus solent supputare. Restabat adhuc uiginti post solstitium dies ad explendū istum annū. Ergo hactum XXXVII dierum spacio, quæ à capta Troia usq; ad anni finem effluxerunt, existimo Achæos & res urbanas transegisse, & legatos eorum qui defecerant accepisse (ἐκδεξαμένους lego, non ἐκδεξαμένων) & fœdus cum ijs icisse. Insequenti anno, &c. Torsit hic Dionysij locus Gazam haud leuiter. accepit enim hæc uerba ita, ut qui ab eo, aut Ephoro potius, unde hoc sit mutuatus, Hecatombæon mensi solstitiali proximè antecedere Thargelionem (quasi diceres Aprilem Iunio) omisso qui inter eos est medius Scirophorione, affirmari putaret. itaq; omisso Dionysio, de Ephoro ita disputat, ut uel euo lapsum incuria pro Scirophorione Thargelionā scripsisse, uel libros ipsius à librario inerti fuisse corruptos iudicet. Quàm satisfaciat alijs Gaza, non laboro: mihi quidem nequaquam satisfacit. Si quæcunque non statim assequimur in bonorum scriptorum libris, ea incuriæ eorum imputabimus: quid iam non cōuelletur, tot sciolorum examinibus circumuolitantibus? aut qualia tandem fuisse existimabitur Ephorus, qui in mensium nominibus & ratione temporum describēda ita extra se (quod suspicatur Gaza) abripi se pateretur? Nam quod ei ὁμωνυμία in homonymo Iberiæ uocabulo obijcitur, lōgè aliud est falli ambiguitate, quàm sibi oscitantia, & in scribendo ἐν ἄλλοις ὢν ἄλλα γράφειν. Ne dicam, fieri potuisse ut Dionysius ex alio scriptore, ac nō ex Ephoro hoc desumpserit, cui hoc modo iniuria fiet. Deniq; si tantam negligētiam Ephoro rectè obijcit Gaza, quid Dionysio fiet, qui id non senserit, sed cæcum cæcus sit secutus? quid Plutarcho? scriptorib. propè φιλοτίμως nonnunquam accuratis. Nam locus quem ex Plutarcho citaui, omnino id quod de librario queri possemus, amolitur: & cùm disertè ibi de ijs quæ barbari mense Thargelione acceperint incommoda scribitur, tum Ephoro alij tres testes apponuntur. nisi fortassis & conspirasse in hanc corrumpendam historiam librarios omnes omnium ætatum & scriptorum opinabimur, & ἐνδεκάτῳ μηνὶ esse quod de Ilio capto inter alia ibi refert Plutarchus: quorum neutrum persuaderi potuisse Gazæ, persuasum habeo. Iam ut coœmur locū Dionysij explicare, mirari satis nequeo, quid in mentem uenerit ijs, qui ex his uerbis colligere uoluerūt, Thargelionem Hecatombæoni contiguum indicari. Equidem disertè Dionysius dixit, triginta septem diebus ante noui anni initium captam esse Troiā. Quod si ergo Thargelioni (cuius die XXIII ea capta fuisse hic perhibetur) si

Atticam

Atticam mensium seriem & rationem sequa-mur) de his septem tribnas: noone triginta adhue pro Sciroplionone mense dies restabunt, & annus insequens à prima Hecatombæonis initium sumet. Hæc est, nisi uehementer φιλονεικεῖν & nodum in scirpo quærere pergamus, apertissima & simplicissima Dionysij uerborum sententia: & quidem facilè eam ex tam claris uerbis mediocriter attentus homo & non ineruditus eruerit. atqui baud scio an omnes, qnibus hactenus scrupulum hic locus inieeit, meam opinionem sint amplexuri, quæ neq; Thargelionem loco mooet, neq; Sciropliorionē, neq; omnino in ullam incurrit absurditatem aut insolētiam. Quod si quos perturbat id, quod septendecim ante solstitium dieb. capta Trois dicitur: cogitent non eum diem octaunm præcipitis seu decrescentis (φθίνοντος) Thargelionis à Dionysio appellari (cùm sit XIIII Sciropborionis, siquidem Kal. Hecatombæonis in solstitium competerent) sed indicari errorem illius tēporis hominum in ordinādis mensibus. nam ratione anni, non solstitij, dies captæ Troiæ Attico more ab eo dieitur, id quod est, XXIII Thargelionis. solstitium autem eo anno non in Kalendas seu plenilunium Hecatombæonis, uerùm in decimum Scirophorionis incidisse monet, quanquam non expressè, ita tamen ut intelligenti satis sit dictum: eo enim pertinet mentio uiginti dierum, qni à solstitio ad complendū annum sequerentur. Hæc ego in medium proponere uolui, ut locum Dionysij doctè admodum scriptum, quà explicarem, quà tuerer: saluo interim eorum honore, qui aliquid uerius afferent. tametsi non dubito, fore multos eruditos uiros, quos iste locus hactenus torsit, qui probaturi sint nostrum studium. Sequitur σκιροφοριὼν, qui sit Maius. σκιὰ umbra est: inde σκίρον puto detractum, ut sit umbraculum: quasi σκιερόν. A' Sciris seu Scirophorijs sacrificijs mensis nomē habet, quib. umbraculū ex arce solenni pompa deferebatur, signumq; ædificandi dabatur. ut breuis sim, te ad Scholiastē Aristophanis remitto, qui initio ἐκκλησιαζουσῶν, eiusq; deinde uerbia Suidas rem totā explanat. Mensem hunc proximum ante Hecatombęonem fuisse, disertè in Agesilao Plutarchus docuit, ubi inter fœdus Spartę exclusis Bœotis XIIII Scirophorionis die ictum, & cladem quā apud Leuctra quinto die Hecatōbæonis passi sunt Spartani, dies uiginti interuenisse refert. Grynęus hunc Aprilem, illum Martium, neutrum rectè, transtulit. ἑκατομβαιὼν ergo Iunio conferatur: nomen à sacrificijs maioribus habeos. Solstitium æstiuum in hunc incidisse, primumq; Atticorum mensium fuisse, Gaza demōstrauit. De uocabulo ἑκατόμβη alibi quàm hic dicere præstat. Lapus in Theseo & Maium uertit, & Aprilem: Guarinus in Alexandro, Augustum: quàm rectè, satis liquet. Plutarchus in Theseo ostendit, Cronium, id est Saturnalem, antiquitùs dictum fuisse: Hippodromium Bœotis, Macedonibus Loum: hoc in Alexandro, illud in Camillo indicat. Subiungit huic Gaza μεταγειτνιῶνα: quē nos Quintili siue Iulio cōciliemus. Carnium Syracusani, Panemum Bœoti appellabant, ut in Nicia & Camillo Plotarchus refert. Maium Aretinus transtulit in Demosthenis oita. Vuolfius Gazam est secutus. Certè Plutarchus bunc uidetur Septembri, non Iulio comparasse: nisi si locus in Poplicola de Capitolij dedicatione sit deprauatus, quod non uideo qua sit factum occasione & uerò errasse in hac re, aut deceptum fuisse Plutarchum, non facilè crediderim. Idus quidē Septembris ibi plenilunio Metagitnionis tribuuntur. Metagitnia Apollinis sacra, mēsem hunc secundū Suidas scripsit. Proximus huic βοηδρομιὼν, qui Sextili siue Augusto respondeat. Est autem βοηδρομεῖν, cum clamore & festinatione ad auxilia accurrere. hinc sacrum Boedromia, de quibus Plut. in Theseo, Suidas, alij. Lapus Iunium uertit in Theseo (qui tamē sui oblitus in Phocione, Nouembrem extulit: nisi id quoq; correctori debemus) ut & Guarinus in Alexandro, & Donatus in Demetrio. Hunc quidē mensem Metagitnioni fuisse coutiguū, ex Plutarchi Aristida colligitur, ubi de pugnæ Plataicæ tēpore loquitur. Subit hnic μαιμακτηριὼν, quē à Bœotis Alalcomeniū dictū Plotarchus ibidē dicit: & cōijci eo ex loco potest, Boedromioni eum successisse. Opponitur nostro Septēbri. μαιμᾶν impetum dare est. Sed Ioué Mæmacten, cui sacratum Mæmacteria agerentur, uidētur non impetuosum tantùm ob tēpestates, sed & lustralem seu placando spūm exponere Græci: quod hic non moror. Quintum hunc Atheniensium mensem Suidas, & Ianuarium esse annotauit: idemq; habet Varinus. quorū neutrum cum Gazæ opinione conuenit: imò si quintus sit, nullo modo Ianuarius esse possit. Arrianus lib. II. de exped. Alex hoc mēse scribit uictum ab Alexandro Darium Issica pugna: quam finita æstate, & iam incipiente autumno commissam fuisse, ueritati non uidetur alienum. Secundum hunc ponitur qui ad Octobrem nostrum quadret πυανεψιὼν: sic dictus à Pyanepsijs sacris (πυανέψια etiam dici ea, Suidas ex Lycurgi oratione quadā docet) quæ tum Apollini fiebant, coctis quæ πύανα dicerentur etiam leguminibus, quasi κυαμέψια, ut annotauit Eustath. in XXII. Iliadis. Sed consulendus est de hac re in Theseo Plutarchus: unde colligi potest autumnalem mensem fuisse, frugibus scilicet terræ iam collectis atq; conditis ineuntem. Lapus eo non animaduerso, Iulium uertit: itemq; in Cicerone Aretinus. Plutarchus uerò in lib. de Iside & Osiride docet, hunc mensem, quem Athenienses Pyanepsionem nominant, Bœ-

otorum esse Damatriom, Ægyptiorum Atbyr: nimirum circa occasum Pleiadis Cosmicum, id est autumnalem. Ventum est iam ad Nouembrem, cui à Gaza tribuitur ἀνθεστηριὼν. nimirum quod cùm singulis alijs suos uideretur locos assignasse, hic unus de duodecim restaos boc competeret, cæteris locis occopatis. Id Gazæ argumeotum qoàm sit ualidum, non disputo. ualeret quidem, si constaret certò, ea omnino mensiũ nomina duodecim mensibus, singula singulis quadrare: neq; ullum ex mensibos fuisse binominem, aliomq; aliquem cõtrà præteritũ. Ego Gazæ senteotia in medio relicta, quid alij senserint obiter indicabo. Anthesteria Bacchi in honorem actitata, satis ex Græcis cõmentatoribus manifestum est: neq; hic de ijs disputo, multo minus de etymo. oam ex eo oelle aliquid certi colligere, lubricum est. Repreheodit enim Gaza Philostratum, quod uernum hunc mẽsem scribens, à floribus (ἄνθος flos, ἀνθεῖν florere est) uocem effictam senserit: & ipse hybernom haud minus cõmodè inde exponi posse ait, quasi floribus prioantem, παρὰ τὸ ἄνθος καὶ τῷ στερεῖν. Vt facilè intelligi possit, si ἔτυμον debeat pro argumento ordinandorum mensium recipi, de nullius loco satis nobis constitutum. Suidas, Varinus, & alij, octauũ esse mẽsem Atticum annotauerunt. ita noo quidem Nouember erit, sed Ianuarius: idem scilicet cũ Gameliooe. Sanè Plutarchus ooster (cui uel ipso Gaza teste summa rerum barũ peritia, accuratissimumq; tribui debet iodicium) io Sylla de Athenis captis scribẽs, factom id asserit Martijs Kalendis, quæ maximè dies nouilunio, id est principio Anthesterionis respondeat. Cui adstipulatur Appianos Alexandrinus, æqualis propè eios, & doctus admodom bonusq; scriptor. Is lib. bell. Ciuil. secundo, de cæde C. Iulij Cæsaris uerba faciẽs, hæc ad extremum habet: οὕτω μὲν οὖν γάϊος καῖσαρ ἐτελεύτησεν ἐν ἡμέρᾳ ἣν καλοῦσιν εἰδοὺς μαρτίας, ἀνθεστηριῶνος μάλιστα μέσου. Duę postremę uoces in libro impresso desont, sed leguntur in manuscripto Augustaoæ bibliothecæ codice. Sic (inquit) C. Cæsar obijt Idibus Martijs, circa medium nempe Anthesterionis. Hæc si rectè ab ijs dicta sunt, ut quidem consentaneũ puto, Nouembris porrò Græcum nomen quæramus oportet aliud. Apud Macrobium quoque I. Saturnal. XII. inter uernos mensea Anthesterion ponitur, qui sit Aprilis, & à floribus tum se exerẽtibus dicatur. Hæc itaq; ita sunt controuersa. Restat adhuc unos scrupulus. Plutarchus in fine Arati, Anthesterionẽ cum Dæsio eundem facit. Idemq; Alexandrũ Magnum uita excessisse sub finem Dæsij docet. Ergo si rectè utrunq; (ut non dubito) scripsit Plutarchus, non rectè faciuot, qui in Iunium mensem obitum Alexandri cõijciunt, eo quòd Suidas Δαίσιον, Desium mensem Iuniũ exponit. Quod si omnino Macedonum uel Dæsius uel Desius est Iunius: malo tamen Plutarchum sequi, & Dæsium Sicyoniorum ab eo diuersum putare. Postremus in Gazæ serie est ποσειδεὼν, quasi Neptuoium diceres. Hic Posideoo Suidæ December est, ueluti & Gazæ. Plutar. in Cæsare, eum quidem solstitium hybernum ei tribuit, Ianuariom interpretatur: qua in re nihil inest absurdi, cùm olim solstitium id in finem Decembris inciderit. Hæc de mẽsium nominibus uolui paucis commemorare. nam quæ alia sunt nomina, ut Bucatij, Artemisij, Cboeac, Thoth, Pharmoti, persequi hoc loco non statui. Haberem & de partibos mensium, & oocabulis ἕνη καὶ νέα, τρίτη, &c. φθίνοντος, δεκάτη, περὶ ἱσταμένου καὶ μεσοῦντος, & alijs, quę dicerem: nisi commodiori ea tempori seruarem. Quę ex diarijs regijs Plutarchus in fine Alexandri Magni descripsit, ea ad confirmandum quod Gaza docet de numeris φθίνοντος mensis non augendis, sed minuendis usq; ad trigesimam diem, præclarè faciunt. ἕνη καὶ νέα idem in Solone pulerè interpretatur: & in Demetrio eius comparatione instabilitas fortunæ elegantissimis Sophoclis uersibus exprimitur. Cætera diligens lector colliget, atq; expendet.

FINIS.

RERVM ET VERBORVM IN ~~G. XYLANDRI~~ ad Plutarchi Vitas Annotationibus præcipuè memorabilium INDEX.

Daimachus

Marij

Sestertio-

INDEX.

FINIS.

BASILEAE, PER [redacted], ANNO SALV-
TIS HVMANAE M. D. LXII.
menſe Martio.